Hic

EPITOME
ANONYMI
[illegible]

Hic Liber à Fre Ludovico Miske Minorita Conventuali
Romæ comparatus.

C

EPITOME
CANONVM
LAVRÆA.

C

QVI
In D

F.

In Ro
Vi

VE

EPITOME
CANONVM OMNIVM

QVI IN CONCILIIS GENERALIBVS, AC PROVINCIALIBVS,
In Decreto Gratiani, in Decretalibus, in Epistolis, & Constitutionibus
Romanorum Pontificum, vsque ad SANCTISS. D. N.
ALEXANDRI VII. annum quartum continentur.

AVTHORE
F. LAVRENTII BRANCATI
DE LAVREÆ,
Min. Conu. S. Francisci,

In Rom. Facultate Theologiæ Professore SS. Congreg. Indulg. Rituum, Visitat. ac S. Officij Consult. & Qualificat. Concistorialis; nec non Episc. Examinatore, ac Bibliot. Vaticanæ Primo Custode.

EDITIO SECVNDA.



VENETIIS, Apud Benedictum Milochum. MDCLXXIII.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

3148

LECTORI BENEVOLO AVTHOR.

COGITANTI mihi, seriòque indaganti (Candide Lector) vndenam, haud multis ab hinc annis tanta circa morales doctrinas, nec non & iudicia in Christianum Orbem irrepserit laxitas, effrenisque in priuato quolibet opinandi, & ad vtrumque saltitandi libido, fœliciter occurrit, id, inde sumpsisse exordium, quod Spiritus Sancti Ecclesiast.8. contempto magisterio, narrationes Patrum nostrorum prætereuntes, propriæ innixi prudentiæ, nostris nimium indulgeamus affectibus; nec amplius ad amusim lapidem, iuxta Philosophi præceptum, sed ad lapidem amusim aptare contendamus: non inquam legi voluntatem subijcimus, sed legem ipsam ad voluntatem trahere non formidamus. Eòque proindè res peruenit, vt in permultis, (ne omnia, vt par esset complectar) quid sequendum, quidve fugiendum, ob garrulitatem opinantium, penitus ignoretur; talique insuper probabilitatis inuolucro cohonestentur singula, vt nullum iam supersit agibile, in cuius gratiam biuium protinus non sit paratum certissimum; & quæ perpetuò huc vsque pugnantia prædicata fuere contraditoria, concordi connubio, verè, honestique paritate, opinatorum beneficio gaudeant coiuisse. Dolui quidem, & ingemui, nec dolere desinam, donec medeatur ex alto visitans Dominus. Vnum interim ad tui commodum in Dei gloriam, Sanctæque Matris Ecclesiæ fœlicitatem, Amicorum, ac Patronorum consilio, pro ingenij debilitate, facile tibi, ac peruium paraui remedium. Narrationes Patrum nostrorum breui summula, vt potui, in vnum coaceruaui, tuæque contemplationi exposui. In eo nullo negotio comperies, quid ipsi egerint, quid docuerint, quid iudicarint, quid sequendum, fugiendumve duxerint. Non in vtramque partem claudicantes, sed resolutos conspicies. In dubijs, obscurisque, non sibi blandientes, sed legi potius adhærentes contemplaberis; eorumque medullis firmas reperies immisisse radices diuina illa Saluatoris oracula: Regnum Cœlorum vim patitur. &, Arcta est via, quæ ducit ad Vitam. Sufficiat obsecro discipulo Redemptoris pronunciatum, si scilicet sit sicut Magister eius. Nouas enim vitandò doctrinas, hæreses vitabis: istæ enim, vt legitimæ soboles Nouitatum, parentes perenniter eas agnouere. Quod igitur in tui bonum peragere instituì, benignè excipe, errata corrige; incongruè disposita pro studio dirige; in reliquis, sicut humanæ me passum cognoueris, sic humaniter, vt soles, parcas. Vale, Deumque precare, vt intellectum mihi tribuat, quò plura alia in eius obsequium, tuamque vtilitatem queam elucubrare.

Fr. Ia-

Fr. Iacobus Fabrettus Rauenn. Art. & S. Theologiæ Doctor, ac Vniuersi Ord. Minor. Conuent. S. Franciſci Miniſter Generalis.

OPVS, quod inſcribitur (Epitome Canonum Omnium, &c.) à P. Magiſtro Laurentio Brancato de Lauræa Noſtri Ordinis, Theologo Publico, & Vniuerſalis S. Romanæ Inquiſitionis Conſultore, in vnum collectum, ad maiorem Dei gloriam, noſtræ Religionis decus, & ſtudioſorum vtilitatem, quantum in nobis eſt in lucem prodire concedimus. Dat. Romæ die 3. Auguſti 1659.

Fr. Iacobus de Rauenna Miniſter Generalis.

Fr. Benedictus à Caſtro S. Angeli Ord. Secr.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſs. Patri Mag. Sacr. Apoſt. Pal.

M. A. Oddus Epiſc. Peruſinus Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Raymundus Capiſuccus Ord. Præd. Sacri Palatij Apoſt. Magiſter.

Noi Reformatori dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per atteſtato del Segretario noſtro, nel Libro Stampato in Roma l'Anno 1659. intitolato Epitome Canonum Omnium, *Authore P. Laurentio* Brancato de Lauræa, non eſſerui coſa alcuna contro Prencipi, e buoni coſtumi, concedemo licenza à Benetto Miloco di poterlo Stampare; oſſeruando gli ordini, &c.
Dat. a' 22. Luglio 1672.

(Aluiſe Contarini Caualier, Procurator, e Reformator.
(Nicolò Sagredo Caualier, Procurator, e Reformator.

Angelo Nicoloſi Segretario.

1672. Adì 28. Luglio.

Regiſtrato nel Magiſtrato Eccellentiſſimo della Biaſtema.

Carl' Antonio Gradenigo.

NOTA.

NOTABILIA OBSERVANDA

Pro expedito vsu huius Operis.

1 OMnia, quæ *de Conciliis* Generalibus, ac Prouincialibus, & de Romanorum Pontificum *Epistolis* citantur, accepta sunt ex Tomis Conciliorum Colonię impressorum *anno* 1606. & opera *R. D. Seuerini Biny* collectorum. Qui quidem Tomi in se quatuor sunt; at tertius in duas partes est diuisus. Primus Tomus continet gesta Ecclesiæ, vsque ad annum Domini 442. Secundus habet gesta ab eo anno, vsque ad 675. Tertii pars prima habet acta, vsque ad annum 867. Tertii eiusdem pars secunda complectitur facta, vsque ad annum 1452. Quartus tandem Tomus comprehendit reliqua, vsque ad annum 1596. Qui ergo in hac Epitome aliquid resolutum in aliquo Concilio legerit, si cupidus sit resolutionem videre proprijs verbis conceptam, vt expeditè id exequatur, Indicem legat Conciliorum infra dispositum, à quo accipiet in quo Tomo tale Concilium sit collocatum. Idem prorsus, si libuerit, *exequetur cum in dictum aliquod*, decretum, vel Epistolam Romanorum Pontificum inciderit; *Indicem nempe Pontificum inferius ordinatum excurrat; hic enim fideliter* significabit, quo in Tomo *cuiuslibet* Papæ decretum, Epistolæ, atque Constitutiones, vitæ, ac gesta sint reposita.

2 Canones quidam hoc loquendi modo sunt notati, *Post Conc. N. vel N. & post ep. N. Et hoc* est signum, quòd in tali Concilio, vel Epistola non reperiuntur illa dicta, seu canones; sunt tamen notata post illa: & hoc fortasse, quia cum primò facta est collectio Conciliorum, seu Epistolarum, *canones* illi non erant præ manibus collectoris: cum verò *in aliis abundantioribus Bibliothecis* sunt reperti, appositi sunt post præcedentes.

3 Inter canones autem, qui extra Concilia authentica, seu indubitata reperiuntur, sunt illi, qui dicuntur *Apostolorum*, qui ab aliquibus, etiam ab initio habiti sunt, vt conditi ab Apostolis; ab alijs autem in tali existimatione non habentur. quia tamen à SS. Patribus, & DD. citantur, & omnium primi adducuntur in primo Tomo Conciliorum, operæ pretium duxi eos afferre: solent autem hoc titulo citari: *Concilium* (*quod dicitur*) *Apostolorum*, eò quod ab ijs adunatis existimentur editi.

4 Pro Concilio *Nicæno primo Generali* notandum. Canones vulgati, qui ab hoc Concilio facti circumferuntur, sunt viginti. Sed S. Athanasius Alexandrinus, qui existens diaconus fuit presens Concilio, in Epistola ad Marcum Papam, quæ est in fol. mihi 343. Tomi primi Conciliorum, & pars eius refertur in *Dist. 16. cap. Septuaginta*, apertè dicit, *quod canones illius Concilij prima vice fuerunt* 80. *sed sanctis* 318. *Concilij Patribus visum est congruum eos reducere ad numerum* 70. *in memoriam* 70. *Discipulorum*, *vel Vniuersitatis Linguarum totius mundi*, *& sic materia illorum decem*, *qui ab* 80. *detracti sunt*, *ad alios* 70. *redacta est*; *quos* 70. *Athanasius ipse sua manu conscriptos ad Syluestrum Papam Romæ existentem missos testatur*. Et quoniam grassante in Ægypto Arianorum hæresi, omnia Nicæni Concilij exemplaria, fuerant ibi combusta, *Athanasius ipse Patriarcha Alexandrinus*, *petit à Marco Papa*, *vt eorum exemplar sibi concedere dignetur*. *Assentitur Papa*, *respondetque se in scrinio Sedis Apostolicæ inuenisse* 70. *capitula subscripta à Patribus Nicæni Concilij*, *eaque proinde ex originali exorata ad ipsum transmisit*. De hoc 70. numero meminit S. Isidorus in præfatione ad tom. 1. Concil. aliique ibidem fol. 347. At Iulius Papa I. citat alios 24. canones Concilii Nicæni, præter 20. qui nunc extant. ita in epist. 22. quæ est in Tomo 1. Conciliorum fol. mihi 348. & seqq. Nunc autem 20. tantum reperiuntur, & ignoratur, quomodo alii exciderint, ita vt ipsemet Stephanus Papa, vt habetur in *Dist. 16. cap. Viginti*, miretur de hac iactura. Aliqui, inter quos idem Stephanus, putant, eos imminutos, quia adiecti sint canonibus Concilii Antiocheni; alii, Sardicensi; qua de causa hoc Concilium non auget numerum Generalium, quia fuit confirmatio Nicæni. Sed adhuc nota, quod in hoc Opere citantur canones 80. Concilii eiusdem, qui existimantur subscripti à 318. Patribus, inuenti Arabico descripti charactere, allati Romam ad Pium Papam IV. & translati in Latinum, & referuntur in Tomo 1. Conciliorum fol. mihi 351. originale autem seruatur in Bibliotheca Vaticana. Et hoc factum existimo, vt completa habeatur notitia eorum, quæ de Nicænis canonibus circumferuntur. Ideo mirandum non est, si interdum inuenitur, sic citari *Conc. Nicæn. 1. can. &c.* interdum sic *conc. Nicæn. ex Iulio*, interdum tandem sic *Concil. Nicæn. 1. ex Arabico can. &c.*

5 Pro Concilio Africano. Multa decreta Africanorum Conciliorum, vt Mileuitani, Numidici, plurium Carthaginensium, &c. fuerunt in vnum redacta in Nationali quodam Concilio dicto *Africano*, celebrato sub Cœlestino I. Bonifacio, & aliis Romanis Pontificibus, Carthagine, vt putatur. *Et dum citantur*, aliquando sic notantur *sub Cœlestino*, & aliquando *absque hoc signo ad vitandam* prolixitatem.

6 Pro Conc. Calcedon. Quædam citantur sub verbo *actione*, quædam sub verbo *can.* quia canones habentur solum in *actione* 15. multa autem decreta, sub alijs actionibus sunt disposita.

7 Pro Conc. Lucensi 2. Multi in eo reperiuntur canones collecti à S. Martino Episcopo Bracharensi, ex Oriente adducti, licet Gratianus eos tribuat S. Martino Papæ, sed huius non sunt. notantur autem hoc titulo *Conc. Lucen. 2.*

8 Pro Conciliis Toletanis. Multa Concilia Toletana citantur absque ordine numeri, sed sub Regibus eorum temporum; alia verò cum ordine, & numero.

9 Pro Concil. Tolet. 17. Nota, quod post illud appositi sunt 23. canones, qui vnde accepti sint nescitur; sunt tamen vtiles, & aliis Conciliis conformes.

10 Nota, quod canones quintæ Synodi, id est, Constantinop. secundæ approbantur, etiam in *Conc. Roman. sub Martino 1. consultat. 5.*

11 Pro Concilio Trullano dicto Quinisexto. Fuit hoc celebratum Constantinopoli, in Palatio, quod *dicebatur Trullum anno* 692. sedente *Sergio Papa*, *sed sine* eius licentia; ideo, nec ab ipso fuit approbatum. Canones condidit 102. aliqui ex ipsis *sunt in vsu*, quia vtiles, & in aliis legitimis Conciliis confirmati.

12 Pro Conc. Cabilon. Nota hoc celebratum esse sub Leone III. quod apud me est tertium, & sic citatur, cum duo alia præcesserint.

13 Pro Concil. Aquisgran. 2. Nota hoc Concilium citari sic *sub Ludouico Pio*, quia sic communiter solet referri.

14 Pro Concil. Aquisgran. 3. Nota ipsum diuidi in quatuor partes, & sub earum qualibet proprium canonum numetum reperiri. Canones autem huius Concilii speciali quadam diligentia per scripturæ authoritates apparent stabiliti, vt habetur post ipsum Concilium.

15 Pro Conc. Parisiensi 3. Nota, quod in tres libros diuiditur, & quilibet habet numerum suorum canonum, & ideo cum distinctione librorum citatur.

16 Pro Conc. Lateran. 3. vt in vita Alexandri III. ex Tomo 3. Concil. par. 2. Nota, quod hoc Concilium continet canones duplicis generis; quosdam ordinarios; quosdam verò in appendice appositos, & isti sub diuersis titulis citantur, quia sic reperti in originali; non tamen omnes ab hoc Papa conditi, sed ab aliis, vt in Præfatione illius Concilii notat Author; sed quia omnes sub hoc Concilio compre-

hen-

henduntur, & approbantur, sub eo citantur. Nota insuper, quod in appendice dicta, post titulum *de Pactionibus secundo*, qui est in ordine pars 48. sequuntur duo ordines decretorum sine titulo, sed sub solo verbo *Pars*, & proinde aliqui eius Concilii canones sub vocabulo *Partis* citantur.

17 Pro Concil. Constantiensi. Nota, quod errores Ioannis Vvicleff damnantur in *sess.* 8. & rursus in *sess. vlt.* per decretum *Martini V.* legitimi Papæ. Errores verò Ioannis Huss, damnantur primò in *sess.* 15. & iterum in præfato decreto. Item nota, quod *Martinus V.* qui fuit electus Papa in hoc Concilio, confirmauit omnia acta, quæ pertinent ad fidem, & salutem animarum, ita declarat in constitutione vltima, & in decreto dissolutionis Concilii.

18 Pro Concil. Florentino. Nota, quod omnia, quæ in eo decreta sunt, habentur in duplicibus literis vnionis (tam Græcorum, quam Armenorum) cum Latinis.

19 Pro Conciliis Rauennatibus. Nota, quod primum fuit celebratum sub *Ioanne IX. anno* 904. & ideo illud, quod congregatum fuit sub *Honorio 4. anno* 1286. immeritò dicitur primum, cum sit secundum; hinc est quod sub nomine secundi citatur. At quoniam rursus pro aliis temporibus series confunditur, censui ea citare sub Papa, qui tempore celebrationis Concilii sedebat.

20 Pro Concilio Senonensi. Nota, quod in duas partes diuiditur, in prima agitur de spectantibus ad fidem sub *tit. in decreto fidei*. In secunda de spectantibus ad mores, sub *tit. in decr. morum*.

21 Pro Concil. Colon. 2. Nota, quod diuiditur in quatuordecim partes, & in qualibet parte *sunt proprii canones* cum suis numeris.

22 Quod Concilia Prouincialia, tam Romæ, quam alibi celebrata, sunt innumera: tamen quia canones non ediderunt, cum ad causas tantum fuerunt congregata, illa non commemoro, nec in Opere, nec in Tabula Conciliorum. In Tomis tamen Conciliorum habentur per extensum.

23 Pro Concilio Tridentino. Quod in sessiones 25. est distributum; tres autem in sessionibus seruantur ordines; in vno ponitur doctrina per sua capita distributa. in alio canones, seu decreta pro illa doctrina in capitibus digesta. in tertio tandem stabilitur reformatio disciplinæ Ecclesiasticæ, quæ per diuersa capita refertur. Sed in *sess.* 24. post canones doctrinales, adhuc duplex ordo Reformationis reperitur. in primo reformatio matrimonij. in secundo reformatio Ecclesiastica: ideo aliquando citatur Reformatio absolutè, & intelligitur hæc secunda; aliquando verò Reformatio matrimonij. In *sess.* 25. multæ materiæ tractantur. quædam sub titulo decreti, & sic citantur, quædam verò sub titulo *Reformatio*, quæ adhuc duplex est, vna dicitur Reformatio Regularium, altera verò Reformatio absolutè, & sic citantur. In fine tandem adest continuatio sessionis, vbi plures alias materias sub proprio titulo reperies.

24 Pro Concilijs Mediolanensibus. Nota, quod S. Carolus Legatus Papæ ad vniuersam Italiam multa, ibi, celebrauit Concilia, sed primum præ omnibus locuples est decretorum, eoque tantum ego vtor in hoc Opere, quod in tres partes diuiditur. in qualibet autem parte plures sunt tituli sine dispositione capitum; ideo partem, & titulum citata inuenies.

25 Pro epistolis *S. Gregorij Papæ I.* Nota, quod duplex ordo Librorum, & Epistolarum huius Pontificis reperitur, ideo quidam libri, & Epistolæ citantur absolutè, quidam sic, *ex regest.* In libro autem 12. *epist.* 31. adsunt multæ responsiones factæ ad Augustinum Anglorum Episcopum, ideo hæc Epistola citatur cum *capp.*

26 Pro epistolis, & decretis *Nicolai I.* Nota, quod hic Pontifex triplicis generis statuta condidit, in Epistolis, & decretis, & in Responsionibus ad Consulta Bulgarorum. Epistolæ cum duplici ordine citantur, 80. sub *tit. Epistolæ*, & 18. *sub tit. in Appendice*, quia, vt ex vita huius Pontificis, sic sunt dispositæ. In decretis diuersi sunt tituli, ac numeri, & licet ea, quæ sunt in decretis, collecta sint ex Epistolis, tamen distinctionis gratia, vtraque citantur.

27 Citantur multi canones sub nomine Adriani II. & hoc quia ab eo ex diuersis Concilijs collecti, in vna Epistola decretali repositi sunt.

28 Pro canonibus fidei, ac doctrinæ, nota quòd in locis, ex quibus desumuntur distinctius, & abundantius reperiuntur dispositi; ad breuitatem verò, adducitur eorum tantummodo sensus.

29 Quod interdum reperies titulum aliquem decretalium notatum hoc signo *Honorius III. ex Cirone*, quia hic Author multa cum diligentia in vnum redegit Tomum omnia decreta huius Pontificis, quæ vtilia, & digna sunt.

30 Pro Bullarijs, ac Constitutionibus Romanorum Pontificum. Tomi Bullarum, seu Constitutionum, quibus vsus sum, quatuor *sunt*. Ij autem sunt qui continent omnes Constitutiones per Laertium Cherubinum collectas, & alias multas, typis commissas, opera D. Angeli Mariæ Cherubini Monachi Cassinensis, ex anno Domini 1638. & *seqq.* In tomo 4. autem duæ adsunt appendices Constitutionum Vrbani VIII. & ita citantur, *append.* 1. & *append.* 2. In fine tandem eius quarti Tomi habentur nonnullæ Constitutiones Innocentii X. & sic citantur. Denique Constitutiones Alexandri Papæ VII. nunc fæliciter sedentis, quia adhuc ad Tomum redactæ non sunt, nec ad numerum, citantur sub data, & hoc vsque ad finem anni quarti.

31 Nota, ex incuria Amanuensis, vel Authoris, vel Typographi, sæpe in citatione capitum Decretorum deficere il 2. vel in 6. vel alium titulum *Clement.* ac *Extrau.* quæ diligens, ac misericors corriget Lector, cuius benignitati meam commendo negligentiam.

32 Vltimo, vnum & hoc præcipuum, vt existimo, Lectori significo, quòd non omnes canones, qui in hoc Opere adducti apparent, sunt in viridi, ac stricta obseruantia, sed innumeri per posteriores moderati sunt pro temporum diuersitate; quamplures, *vel per contrarios, vel* per desuetudinem abrogati. Placuit tamen, omnes palam facere, vt quisque pro libito comprehendat Ecclesiæ praxim ab initio, & in progressu; nec vllum conturbet legum variatio circa disciplinam, cum tot ante sæculis hoc fuerit in vsu, id exigente prudentia suaui, ac prospero sub dulci Christi iugo, Ecclesiæ regimine. Illud tamen attentè quisque contempletur, doctrinam circa fidem, eamdem semper, & inconcussam extitisse, quantumuis in tot diuersarum Nationum Concilijs, & à tot Summis Romanis Pontificibus per sexdecim sæcula fæliciter declaratam.

INDEX

INDEX
CONCILIORVM OMNIVM

Quæ in hoc volumine citantur.

Nec non locorum, & temporum, in quibus sunt celebrata, quorum haberi potuit notitia, & aliorum quorumdam ad hanc materiam spectantium, Alphabetica serie dispositus, & ex eisdem Conciliorum Codicibus, (Coloniæ Agrippinæ Anno 1606. Opera D. Seuerini Binij,) editis, excerptus.

A

AFRICANVM sub Cœlestino Papa I. *sic dictum, quia continet omnes Canones Conciliorum Prouinc. quæ per quinquennium in diuersis Africæ partibus sunt celebrata, fuit nationale illud reperies in tomo* 1. Conciliorum.

Agathense sub Symmacho Papa *factum per Episcopos* 35. *circa* annum Domini 506. *fuit Prouinciale, illud habes in* tomo 2. Conciliorum. *Agatha est ciuitas sita in Gallia Narbonensi, in Occitania.*

Anciranum sub Syluestro Papa *factum per Episcopos* 18. *circa* annum 320. *fuit Prouinciale. Ancira est ciuitas in Galatia prouincia Asiæ, illud habes in* tomo 1. Concil.

Andegauense sub Leone Papa I. anno 453. *fuit Prouinciale, habes illud in* tomo 2. Conciliorum. *Andegauum est ciuitas in Gallia Celtica in prouincia Lugdunensi tertia.*

Antiochenum sub Iulio Papa I. *celebratum à* 97. *Episcopis circa* annum 340. *fuit Prouinciale. Antiochia est ciuitas in Celesiria, id est, inferiori Siria. illud habes in* tomo 1. Concil.

Antisiodorense sub Gregorio Papa I. *circa* annum 600. *fuit diœcesanum. Antisiodorum est ciuitas in Burgundia, seu Gallia Celtica, illud habes in* tomo 2. concil.

Aquisgranense 1. *sub* Leone Papa III. *circa* annum 809. *fuit Prouinciale. Aquisgranum est ciuitas in Germania prouincia Belgij. illud habes in* tomo 3. Conciliorum part. 1.

Aquisgranense 2. *sub* Stephano Papa V. *circa* annum 816. *fuit prouinciale. illud habes in* tomo 3. Concil. p. 1.

Aquisgranense 3. *sub* Gregorio IV. *circa* annum 836. *fuit Prouinciale. illud habes in* tomo 3. Concil. p. 1.

Arausicanum 1. *sub* Leone Papa I. anno 441. *celebratum per Episcopos* 15. *fuit Prouinciale. Arausica est ciuitas in Gallia Narbonensi. illud habes in* tomo 1. Conciliorum.

Arausicanum 2. *sub* Felice IV. *circa* annum 529. *fuit Prouinciale. illud habes in* tomo 2. Concil.

Arelatense 1. *sub* Melchiade Papa *celebratum per Episcopos* 200. *circa* an. 310. *est Prouinciale, illud habes in* tomo 1. conc. *Arelate est ciuitas in Gallia, in prouincia Narbonensi.*

Arelatense 2. *sub* Syricio Papa *circa* annum 390. *illud habes in* tomo 1. Concil. *estque Prouinciale.*

Arelatense 3. *sub* Ioanne Papa 1. *celebratum per Episcopos* 14. *circa* an. 524. *est Prouinciale, illud habes in* tom. 2. Conc.

Arelatense 4. *sub* Leone Papa III. *circa* annum 813. *est Prouinciale. illudque habes in* tomo 2. Concil. p. 1.

Aruernense sub Vigilio Papa *coactum per Episcopos* 15. *circa* annum 541. *fuit Prouinciale. Aruernum est ciuitas in Gallia Aquitanica, eodem ac Claramons. illud habes in* tomo 2. Concil.

Augustanum sub Paulo Papa III. *circa* annum 1548. *fuit prouinciale. Augusta est ciuitas in Gallia Subalpina. illud habes in* tomo 4. Concil.

Aurelianense 1. *sub* Symmacho Papa *celebratum à* 33. *Episcopis circa* annum 507. *est prouinciale. illud habes in* tom. 2. Conc. *Aurelianum est ciuitas in Gallia Celtica, seu Lugd.*

Aurelianense 2. *sub* Syluerio Papa *per* 30. *Episcopos celebratum* anno 536. *est Prouinciale. in* tomo 2. Concil.

Aurelianense 3. *sub* Vigilio Papa *celebratum à* 25. *Episcopis* anno 540. *est Prouinciale in* tomo 2. Concil.

Aurelianense 4. *sub* Vigilio Papa anno 545. *est prouinciale. in* tomo 2. Concil.

Aurelianense 5. *sub* Vigilio Papa *per* 50. *Episcopos celebratum* an. 552. *est prouinciale. illud habes in* tomo 2. Concil.

B

Barcinonense 1. *sub* Vigilio Papa *celebratum per Episcopos* 7. *circa* annum 540. *fuit Prouinciale. illud habes in* to. 2. Conc. *Barcinone est ciuitas Metropolis in Catalonia.*

Barcinonense 2. *sub* Gregorio Papa I. *circa* annum 599. *est Prouinciale. illudque habes in* tomo 2. Concil.

Bracharense 1. *sub* Ioanne Papa III. *circa* annum 563. *est Prouinciale. Brachara est ciuitas in Hispania Lusitanica, in Regno Galiciæ. illudque habes in* tomo 2. Concil.

Bracharense 2. *celebratum tempore Interregni* Ioannis III. *est prouinciale. illud habes in* tomo 2. Concil.

Bracharense 3. *sub* Adeodato Papa an. 675. *est prouinciale. habes illud in* tomo 2. Concil.

C

Cabilonense 1. *sub* Pelagio Papa II. *circa* annum 582. *est prouinciale. Cabilo est castrum in Gallia Celtica, seu Lugdunensi, prima dictum Caballinum, seu Cabillonum. illud habes in* tomo 2. Concil.

Cabilonense 2. *sub* Vitaliano Papa an. 658. *est prouinciale. illudque habes in* tomo 2. Concil.

Cabilonense 3. *sub* Leone Papa III. anno 813. *est prouinciale, in* tomo 3. Concil. p. 1.

Calcedonense, Generale 4. *sub* Leone I. *celebratum per Episcopos* 630. anno 451. *Calcedonia est ciuitas in Asia è regione Constantinopolis. illud habes in* tomo 2. Concil.

Carthaginense 1. *sub* Iulio Papa I. *circa* annum 348. *prouinciale fuit. Carthago erat ciuitas in Africa propè Tunisium. illud habes in* tomo 1. Concil.

Carthaginense 2. *sub* Cœlestino Papa I. *circa* annum 424. *est prouinciale. in* tomo 1. Concil.

Carthaginense 3. *sub* Syricio Papa *circa* annum 390. *fuit Prouinciale. in* tomo 1. Concil.

Carthaginense 4. *sub* Anastasio Papa I. *celebratum per Episcopos* 214. *circa* annum 396. *est Prouinciale. illudque habes in* tomo 1. Concil.

Carthaginense 5. *sub* Anastasio Papa I. *celebratum ab Episcopis* 72. *circa* annum 398. *estque Prouinciale. in* to. 1. Conc.

Carthaginense 6. *sub* Zosimo, Bonifacio, vel Cœlestino, *circa* annum 419. *est Prouinciale.* tomo 1. Concil.

Carthaginense 7. *sub* Eisdem PP. *celebratum per Episcopos* 38. *circa* an. 420. *est Prouinciale. habesque illud in* to. 1. Conc.

Carpentoratense sub Fælice IV. vel Ioanne Papa I. *circa* ann. 526. *est prouinciale. Carpentoratum est ciuitas in Gallia Narbonensi. illud habes in* tomo 1. Concil.

Index Conciliorum.

Cæsaraugustanum 1. *sub* Damaso Papa *per Episcopos* 12. *celebratum* anno 380. *est Prouinciale*. *Cæsaraugusta est ciuitas in Hispania Tarraconensi*. *illud habes in* tomo 1. Conc.

Cæsaraugustanum 2. *sub* Gregorio Papa I. *circa* annum 606. *est Prouinciale*. *illudque habes in* tomo 2. Concil.

Cæsaraugustanum 3. *sub* Sergio Papa I. anno 691. *est Prouinciale*. *in* tomo 3. Concil. par. 1.

Claramontanum sub Vrbano Papa 2. anno 1095. *præsidente Papa, sed fuit Prouinciale*. *Ciuitas hæc est in Gallia Aquitanica, eadem ac Aruernum*. *illud habes in* tomo 3. Concil. p. 2.

Coiacense sub Leone Papa 9. *circa* annum 1050. *est Prouinciale*. *Coiacum erat ciuitas Hispaniæ Tarraconensis in Regno Castellæ*. *illud habes in* tomo 3. Conciliorum p. 2.

Coloniense seu Agrippinum 1. *sub* Stephano Papa 6. *circa* annum 887. *est Prouinciale*. *Colonia est ciuitas in Germania inferiori*. *illud habes in* tomo 3. Concil. p. 2.

Coloniense 2. *sub* Paulo 3. anno 1536. *est Prouinciale, & habes illud in* tomo 4. Concil.

Coloniense 3. *sub* Paulo 3. anno 1549. *est Prouinciale, & in* tomo 4. Concil.

Constantiense, Generale 16. *sub* Ioan. 23. *congregatum, & sub* Martino V. *completum, celebratum per Episcopos* 240. anno 1414. *Constantia est ciuitas in Sueuia confinis Heluetis*. *illud habes in* tomo 3. Concil. p. 2.

Constantinopolitanum 1. *sed Generale* 2. *sub* Damaso Papa, *per Episcopos* 150. anno 383. *Hæc ciuitas est in Thracia extrema Europæ parte*. *illud habes in* tomo 1. Concil.

Constantinopolitanum 2. *Prouinciale sub* Leone Papa I. *per Episcopos* 73. *celebratum* ann. 459. *illud habes in* to. 2. Conc.

Constantinopolitanum 3. *Prouinciale sub* Agapeto Papa anno 536. *illud habes in* tomo 2. Concil.

Constantinopolitanum 4. *sed Generale* 5. *sub* Vigilio Papa *celebratum per* 160. *Episcopos* anno 553. *habes illud in* tomo 2. Concil.

Constantinopolitanum 5. *sed Generale* 6. *sub* Agathone Papa *coactum ex Episcopis* 289. anno 681. *illudque habes in* tomo 3. Concil. p. 1.

Constantinopolitanum 6. *sed Generale* 8. *sub* Adriano Papa 2. *celebratum per Episcopos* 202. anno 869. *illud habes in* tomo 3. Concil. p. 2.

D

Diospolitanum sub Innocentio Papa I. *celebratum per Episcopos* 14. an. 415. *est prouinciale*. *Diospolis est ciuitas Palestinæ, quæ & Lydda*. *in hoc damnatus est Pelagius*. *illud habes in* tomo 1. Concil.

E

Eboracense sub Cœlestino Papa 3. anno 1196. *est Prouinciale*. *Eboracum est ciuitas in Anglia in Prouincia Eboracensi, ex ciuitate Eboraco sic dicta*. *illud habes in* tomo 3. Concil. p. 2.

Ephesinum Generale 3. *sub* Cœlestino Papa 1. *celebratum per Episcopos* 200. anno 431. *Ephesus est ciuitas in Asia minori, contermina mari Ægeo*. *illud habes in* tomo 1. Concil.

Eliberinum, seu Illiberinum, sub Marcello Papa 1. anno *circiter* 305. *per Episcopos* 19. *celebratum, est Prouinciale*. *illud habes in* tomo 1. Concil. *Eliberis est ciuitas in Hispania Betica prope Granatam*. *dicta Eliure vulgo*.

Emeritense sub Vitaliano Papa *coactum ex Episcopis* 12. anno 668. *Emerita erat ciuitas in Lusitania, dicta Merida in* tomo 2. Concil.

Epaunense sub Symmacho Papa *celebratum per Episcopos* 23. anno 509. *est Prouinciale*. *in* tomo 2. Concil. *Epaunum est ciuitas in Gallia Narbonensi, ad radices montium Pirenæorum*.

Epfordiense sub Ioanne Papa 2. anno 932. *est Prouinciale in* tomo 3. Concil. par. 2.

Epfordia, seu Euphordia, seu Erfurtum est ciuitas in Germania.

F

Florentinum, Generale 17. *sub* Eugen. Papa 4. *celebratum cum Episcopis* 141. anno 1439. *præsente Papa, Patriarcha Constantinopolitano, & Imperatore Græco*. in tomo 4. Concil. *Florentia est ciuitas Italiæ in prouincia Tusciæ*.

Foroiuliense sub Adriano Papa 1. an. 791. *est prouinciale in* to. 3. Conc. p. 1. *Forum-Iulij est ciuitas Italiæ propè Aquileiam*.

Francfordiense ad Mœnum sub Adriano Papa 1. *collectum ex Episcopis* 300. anno 794. *est Prouinciale in* tom. 3. Concil. p. 1. *Francfordium, seu Francofurtum, est ciuitas in Germania prouinciæ Franconiæ, ad Mœnum*.

G

Gangrense sub Syluestro Papa *circa* annum 325. *est prouinciale*. in tomo 1. Concil. *Gangra est ciuitas Asiæ in prouincia Paflagoniæ*.

Germanicum sub Honorio 3. anno 1225. *præsidente Legato Papæ*. *in* tomo 3. Concil. p. 2. *est Prouinciale*.

Gerundense sub Hormisda Papa *celebratum à* 7. Episcopis anno 517. *est Prouinciale*. *habes illud in* tomo 2. Concil. *Gerunda est ciuitas Hispaniæ in Catalonia, dicta* Girona.

H

Hispalense 1. *sub* Gregorio I. anno 590. *est Prouinciale*. *illud habes in* tomo 2. Concil. *Hispalis est ciuitas in Hispania Betica, quæ nunc Siuiglia dicitur*.

Hispalense 2. *sub* Bonifacio V. anno 619. *est Prouinciale*. *illudque habes in* tomo 2. Concil.

I

Ilerdense sub Ioanne I. *celebratum ab octo Episcopis* anno 524. *est Prouinciale*. *illudque habes in* tomo 2. Concil. *Ilerda est ciuitas in Hispania Tarraconensi in Catalonia, quæ Lerida dicitur*.

L

Laodicenum sub Syluestro Papa *celebratum per Episcopos* 32. anno 318. *habes illud in* tomo 1. Concil. *Laodicæa hæc est ciuitas Phrygiæ in Asia, quæ secundum aliquos est Diospolis, fuit Prouinciale*.

Lateranense Prouinciale sub Martino I. an. 652. Vide, *Rom. Lateranense* 1. *sed Generale* 9. *sub* Calisto Papa 2. *celebratum cum Episcopis* 426. anno 1119. *Romæ in palatio Lateranensi* tomo 3. Concil. p. 2.

Lateranense 2. *& Generale* 10. *sub* Innocentio Papa 2. anno 1139. *in* tomo 3. Concil. par. 2.

Lateranense 3. *& Generale* 11. *sub* Alexandro 3. *celebratum cum Episcopis* 300. anno 1180. tomo 3. Concil. p. 2.

Lateranense 4. *& Generale* 12. *sub* Innocentio 3. *cum Episcopis* 400. anno 1215. *in* tomo 3. Concil. p. 2.

Lateranense 5. *& Generale* 18. *sub* Iulio 2. & Leone X. *cum Episcopis* 114. anno 1512. *& deinceps*. *habes illud in* tomo 4. Conciliorum.

Leptinense sub Zacharia Papa anno 743. *fuit Prouinciale*. *habes illud in* tomo 3. Concil. p. 1.

Londinense 1. *sub* Innocentio Papa 3. anno 1200. *est Prouinciale*. *Londinum est ciuitas in Anglia, & prouincia Londinen. dicta*. tomo 3. p. 2.

Londinense 2. *sub* Gregorio Papa 9. anno 1237. *præsidente Legato Papæ*. *fuit Prouinciale*. *habes illud in* to. 3. conc. p. 2.

Lucense 1. *apud Lucum in Gallia Narbonensi in Delfinatu, dicitur Lucus Vocontiorum, sub* Ioanne Papa 3. anno 564. *in* tomo 2. Concil.

Lucense 2. *sub* Ioanne 3. anno 572. *habes illud in* to. 2. Conc.

Lugdunense 1. *sub* Ioanne 3. anno 570. *est Prouinciale*. *habes illud in* tomo 2. Concil. *Lugdunum est ciuitas in Gallia Celtica ad flumina Rhodanum, & Ararim*.

Lugdunense 2. *sub* Pelagio 2. anno 587. *est Prouinciale*. *illud habes in* Concil. tom. 2.

Lugdunense 3. *sed Generale* 13. *sub* Innocent. Papa 4. *celebratum per Episcop.* 140. ann. 1245. *habetur in* to. 3. Concil. p. 2.

Lugdunense 4. *sed Generale* 14. *sub* Gregorio Papa X. an. 1274. *cum Episcopis* 700. *habetur in* tomo 3. Concil. p. 2.

M

Maguntinum 1. *sub* Leone Papa 3. anno 813. *est Prouinciale*. *habetur in* tomo 3. Concil. p. 1. *Maguntia est ciuitas in Germania superiori*.

Maguntinum 2. *sub* Leone Papa 4. anno 847. *est Prouinciale*. *habetur in* tomo 3. Concil. p. 1.

Maguntinum 3. *sub* Stephano Papa 6. anno 888. *est Prouinciale*. *habes illud in* tomo 3. Concil. p. 2.

Maguntinum 4. *sub* Paulo Papa 3. anno 1549. *est Prouinciale*. *habetur in* tomo 4. Concil.

Matisconense 1. *sub* Pelagio Papa 2. anno 582. *est Prouinciale*.

Index Conciliorum.

le. habeturque in tom. 2. Concil. *Matiſcona caſtrum eſt Galliæ Celticæ in regione Eduorum, prouincia Lugdunenſi prima.*

Matiſconenſe 2. ſub Pelagio Papa II. anno 588. *habes illud in* tom. 2. Conc. *eſtque Prouinciale. Matiſcona eſt ciuitas in Gallia, vt ſupra.*

Mediolanenſe 1. celebratum eſt Mediolani ſub Pio 4. an. 1565. *à ſancto Carolo Borromeo, Legato per vniuerſam Italiam. Mediolanum eſt ciuitas in Italia in Prouincia Inſubrium.*

Meldenſe ſub Sergio Papa II. anno 845. *eſt Prouinciale. habes in* tomo 3. Concil. p. 1. *Melda eſt ciuitas Galliæ Belgicæ in Prouincia Lugdunenſi Senonia.*

Melfitanum ſub Vrbano Papa II. anno 1090. *præſidente Papa fuit Prouinciale. habeſque in* tomo 3. Concil. p. 2. *Melfium eſt ciuitas Italiæ in Prouincia Lucaniæ.*

Metenſe 1. ſub Formoſo Papa I. *circa* annum 890. *fuit Prouinciale. habetur in* tomo 3. Concil. par. 2. *Mete eſt ciuitas in Gallia prouincia dicta Belgica prima, olim Mediomatricorum, nunc dicta Metz.*

Mileuitanum ſub Innocentio Papa I. *celebratum à 60. Epiſcopis, circa finem pontificatus Innocentij 1. fuit Prouinciale, habes illud in* tom. 1. Concil. *Mileui eſt ciuitas in Africa in Prouincia Numidæ ſub agro Carthaginenſi.*

N

Nannetenſe ſub Formoſo Papa I. anno 894. *fuit Prouinciale. habes illud in* tomo 3. Concil. p. 2. *Nannetum eſt ciuitas in Gallia Celtica prouincia Lugdunenſi tertia, in Armoricis.*

Narbonenſe ſub Pelagio Papa II. anno 589. *eſt Prouinciale, habeſque illud in* tom. 2. Concil. *Narbona eſt ciuitas in Gallia, ac prouincia huius nominis.*

Neocæſarienſe ſub Syluestro Papa *celebratum per Epiſcopos* 17. anno 316. *fuit Prouinciale. habes illud in* tom. 1. Concil. *Neocæſarea eſt ciuitas in Cappadocia ſeu Trapezuntia, prouincia Aſiæ.*

Nicænum 1. & Generale 1. ſub Syluestro Papa *celebratum per Epiſcopos* 318. anno 325. *habes illud in* tomo 1. Concil. *Nicæa eſt ciuitas in Bithinia prouincia Aſiæ, ad paludem Aſcaniam.*

Nicænum 2. & Generale 7. ſub Adriano Papa I. *celebratum à* 350. *Epiſcopis* anno 787. *habetur in* tomo 3. Concil. par. 1.

O

Oxonienſe 1. ſub Honorio Papa III. anno 1222. *fuit Prouinciale. habetur in* tomo 3. Concil. par. 2. *Oxonia eſt ciuitas in Anglia prouincia albionis ad Thameſim fluuium.*

P

Pariſienſe 3. ſub Ioanne III. anno 559. *fuit Prouinciale, habetur in* tomo 2. Conc. *Pariſium eſt ciuitas Metropolis totius Galliæ, dicitur etiam Lutetia Pariſiorum.*

Pariſienſe 5. ſub Pelagio Papa II. anno 580. *fuit Prouinciale. habeſque illud in* tom. 2. Concil.

Pariſienſe 6. ſub Gregorio IV. anno 829. *fuit Prouinciale, in tres libros eſt diuiſum habes illud in* tomo 3. Concil. part. 2.

Q

Quintiliburgenſe ſub Gregor. Papa VII. anno 1085. *fuit Prouinciale. habes illud in* tomo 3. Concil. p. 2. *putatur eſſe vrbs ſancti Quintini Galliæ Belgicæ in prouincia Piccardiæ ad Somonam fluuium.*

R

Ratiſponenſe ſub Zacharia Papa anno 742. *fuit Prouinciale. habes illud in* tomo 3. Concil. p. 1. *Ratiſpona eſt ciuitas Germaniæ, prouinciæ Vindelicia in Bauaria.*

Ratiſponenſe 2. in quo facta eſt reformatio cleri Germaniæ. Vide infra Reformatio.

Rauennatenſi ſub Ioan. Papa IX. *celebratum à* 74. *Epiſcopis* anno 904. *habes illud in* tomo 3. Concil. p. 2. *Rauenna eſt ciuitas in Italia prouinciæ Æmiliæ. fuit Prouinciale.*

Rauennat. 2. ſub Honorio Papa IV. anno 1286. *fuit Prouinciale, illudque habes in* tomo 3. Concil. par. 2.

Rauennat. 3. ſub Clemente Papa V. anno 1311. *fuit Prouinciale. habes illud in* tomo 3. Concil. p. 2.

Rauennat. 4. ſub Clemente Papa V. anno 1314. *fuit Prouinciale. habetur in* tomo 3. Concil. p. 2.

Rauennat. 5. ſub Ioanne Papa XXII. anno 1317. *fuit Prouinciale, habeſque illud in* tomo 3. Concil. par. 2.

Reformatio Cleri Germaniæ, ſtabilita Ratiſponæ in Germania anno 1524. *præſidente Legato Adriani Papæ VI. habeſque eam in* tomo 4. Concil.

Regienſe ſub Sixto Papa III. anno 439. *fuit Prouinciale, habeſq; illud in* to. 1. conc. *Regiũ hoc eſt in Gallia Narbonenſi.*

Regiaticinum ſub Leone Papa IV. circa annum 850. *fuit Prouinciale, & habes illud in* tomo 3. Concil. p. 1. *Regium hoc eſt in Gallia Narbonenſi.*

Remenſe ſub Leone Papa III. anno 813. *eſt prouinciale, & in* tomo 3. Concil. p. 1. *Remorum ciuitas eſt in Gallia dicta Belgica ſecunda.*

Romanum ſub Melchiade Papa *ex Epiſcopis* 19. anno 313. *fuit Prouinciale, habeſque illud in* tomo 1. Concil.

Romanum 1. ſub Syluestro Papa *ex Epiſcopis* 286. anno 324. *fuit Nationale, habes illud in* tomo 1. Concil.

Romanum 3. ſub Syluestro Papa *ex Epiſcopis* 75. anno 325. *fuit Prouinciale. habes illud in* tomo 1. Concil.

Romanum 4. ſub Damaſo *in* tom. 1. Concil. *fuit Prouinciale.*

Romanum ſub Gelaſio *ex Epiſcopis* 70. anno 494. *fuit Prouinciale. habes illud in* tomo 2. Concil.

Romanum 1. ſub Symmacho Papa anno 499. *ex Epiſcopis* 72. *fuit Prouinciale, habeſque illud in* tomo 2. Concil.

Romanum 3. ſub Symmacho anno 501. *fuit Prouinciale. habes illud in* tomo 2. Concil.

Romanum 4. ſub Symmacho Papa anno 502. *fuit Prouinciale. habetur in* tomo 2. Concil.

Romanum 5. ſub Symmacho Papa, *ex Epiſcopis* 218. anno 503. *fuit Nationale habes illud in* tomo 2. Concil.

Romanum 6. ſub Symmacho anno 404. *in* tomo 2. Concil. *fuitque Prouinciale.*

Romanum ſub Hilaro Papa *ex Epiſcopis* 48. anno 467. *fuit Prouinciale. habetur in* tomo 2. Concil.

Romanum 2. ſub Bonifacio Papa I. anno *circa* 420. *fuit prouinciale, & habetur in* tomo 2. Concil.

Romanum ſub Bonifacio Papa II. anno *circa* 530. *fuit Prouinciale. illud habes in* tomo 2. Concil.

Romanum ſub Gregorio Papa I. anno 601. *fuit prouinciale, habetur in* tomo 2. Concil.

Romanum ſub Martino Papa I. *quod dicitur etiam Later. fuit Nationale Epiſcoporum* 105. an. 652. *habetur in* to. 2. Conc.

Romanum 1. ſub Gregorio Papa II. an. 721. *ex Epiſcopis* 22. *fuit prouinciale, habes illud in* tomo 3. Concil. p. 1.

Romanum 2. ſub Gregorio Papa 2. anno 726. *fuit prouinciale. habes illud in* tomo 3. Concil. p. 1.

Romanum 1. ſub Zacharia anno 743. *fuit Prouinciale. illud habes in* tomo 3. Concil. p. 1.

Romanum 2. ſub Zacharia ann. 745. *fuit prouinciale. illud habes in* tomo 3. Concil. part. 1.

Romanum ſub Leone Papa IV. anno 853. *ex Epiſcopis* 67. *fuit prouinciale, eſtque in* tomo 3. Concil. part. 1.

Romanum 2. ſub Nicolao Papa I. anno 862. *fuit prouinciale, habes illud in* tomo 3. Concil. p. 1.

Romanum 3. ſub Nicolao Papa I. anno 863. *fuit prouinciale, illud habes in* tomo 3. Concil. p. 1.

Romanum ſub Ioanne Papa IX. anno 904. *fuit prouinciale, illud habes in* tomo 3. Concil. p. 2.

Romanum ſub Ioanne Papa XII. anno 964. *fuit prouinciale. eſtque in* tomo 3. Concil. p. 2.

Romanum ſub Ioanne XV. anno 993. *fuit prouinciale, illudque habes in* tomo 3. Concil. p. 2.

Romanum ſub Alexandro Papa II. *ex Epiſcopis ſupra centum* an. 1063. *fuit Nationale, illudque habes in* to. 3. Conc. p. 2.

Romanum 2. ſub Gregorio VII. anno 1075. *fuit prouinciale. habeſque illud in* tomo 3. Concil. p. 2.

Romanum 3. ſub Greg. Papa VII. anno 1076. *fuit prouinciale, habeſque illud in* tomo 3. Concil. p. 2.

Romanum 4. ſub Greg. Papa VII. 1078. *fuit Prouinciale, eſtque in* tomo 3. Concil. p. 2.

Romanum 5. ſub Gregorio Papa VII. anno 1078. *eſt Prouinciale habetur in* tomo 3. Concil. p. 2.

Romanum 6. ſub Gregorio Papa VII. anno 1080. *fuit prouinciale, illud habes in* tomo 3. Concil. p. 2.

Index Conciliorum.

Romanum sub Nicolao Papa II. anno 1059. *fuit Prouinciale, habes illud in* tomo 3. Concil. par. 2. *celebratum fuit cum Episcopis* 113.

S

Sabinense quod dicitur Vallis Oleti sub Ioanne Papa 22. anno 1324. *sic dictum, quia præsedit Legatus Papæ Cardinalis Sabinensis. fuit Prouinciale. habetur in* tomo 3. Concil. par. 2. *Vallis Oletum est locus in Hispania diœcesis Palentiæ.*

Salegunstadiense sub Benedicto Papa VIII. *fuit Prouinciale celebratum* anno 1022. *illud habes in* tomo 3. Concil. par. 2. *Salegunstadium seu Salengstadium est locus propè Moguntiam in Germania ad Mœnum fluuium in Franconia.*

Sardicense Generale, sed connumeratum cum Nicæno primo, celebratum per Episcopos 376. *sub* Iulio Papa I. *circa* annum 347. *illud habes in* tomo 1. Concil. *Sardica est ciuitas in Thracia prouincia Europæ.*

Senonense sub Clemente Papa VII. an. 1528. *fuit Prouinciale. Hæc ciuitas est in Gallia prouincia Lugdunensi Senonia, habes illud in* tomo 4. Concil.

T

Tarraconense sub Hormisda Papa anno 517. *fuit Prouinciale ex Episcopis* 10. *illud habes in* tomo 2. Conc. *Tarraco est ciuitas propè Cataloniam in Hispania Citeriori.*

Taurinense sub Syricio Papa circa annum 397. *fuit Prouinciale, illud habes in* tomo 1. Concil. *Taurinum est ciuitas Italiæ in prouincia Pedemontana, dicta Gallia Subalpina.*

Ticinense 1. *sub* Ioanne Papa VIII. an. 876. *fuit Prouinciale, illud habes in* tomo 3. Conc. par. 2. *Ticinum est ciuitas Italiæ in prouincia Insubriæ, seu Lombardiæ, quæ dicitur Papia.*

Toletanum 1. *sub* Anastasio Papa anno 400. *celebratum per Episcopos* 19. *fuit Prouinciale, habes illud in* tomo 1. Concil. *Toletum est ciuitas in regno Castellæ in Hispania Tarraconensi.*

Toletanum 2. *sub* Bonifacio Papa 2. anno 531. *fuit Prouinciale, estque in* tomo 2. Conc.

Toletanum 3. *sub* Pelagio Papa II. an. 589. *fuit Prouinciale, & habes illud in* tomo 2. Concil.

Toletanum dictum sub Recearedo *sub* Gregorio Papa I. *circa* annum 599. *fuit Prouinciale, sed ponitur extra ordinem numeri. habes illud in* tomo 2. Conc.

Toletanum sub Gundemaro *sedente* Bonifacio Papa IV. anno 619. *fuit Prouinciale, ponitur que extra numerum, & ordinem. habes illud in* tomo 2. Conc.

Toletanum 4. *sub* Honorio Papa I. *celebratum cum Episcopis* 70. anno 633. *fuit Nationale celeberrimum. habes illud in* tomo 1. Concil.

Toletanum 5. *sub* Honorio Papa I. an. 636. *ex Episcopis* 20. *fuit Prouinciale. illudque habes in* tomo 2. conc.

Toletanum 6. *sub* Honorio Papa I. anno 638. *fuit Nationale ex Episcopis* 52. *habes illud in* tomo 2. conc.

Toletanum 7. *sub* Theodoro Papa anno 652. *fuit Prouinciale, habetur in* tomo 2. conc.

Toletanum 8. *sub* Martino Papa I. anno 653. *Nationale ex Episcopis* 52. *habeturque in* tomo 2. conc.

Toletanum 9. *sub* Vitaliano Papa anno 655. *fuit Prouinciale ex Episcopis* 16. *habes illud in* tomo 2. conc.

Toletanum 10. *sub* Vitaliano Papa anno 658. *fuit Prouinciale ex Episcopis* 20. *habes in* tomo 2. conc.

Toletanum 11. *sub* Adeodato Papa anno 675. *fuit Prouinciale ex Episcopis* 19. *habesque illud in* tomo 2. conc.

Toletanum 12. *sub* Agathone Papa anno 681. *fuit Prouinciale ex Episcopis* 35. *habes illud in* tomo 3. conc. par. 1.

Toletanum 13. *sub* Leone Papa II. anno 683. *fuit Nationale ex Episcopis* 48. *habes illud in* tomo 3. conc. par. 1.

Toletanum 14. *sub* Benedicto Papa II. anno 684. *fuit Prouinciale ex Episcopis* 14. *estque in* tomo 3. conc. par. 1.

Toletanum 15. *sub* Sergio Papa I. anno 688. *fuit Nationale ex Episcopis* 61. *habesque illud in* tomo 3. conc. par. 1.

Toletanum 16. *sub* Sergio Papa I. anno 693. *fuit Nationale ex Episcopis* 59. *habesque illud in* tomo 3. conc. par. 1.

Toletanum 17. *sub* Sergio Papa I. anno 694. *fuit Prouinciale, habetur in* tomo 3. conc. par. 1.

Toletanum 18. *sub* Ioanne Papa XXII. anno 1324. *fuit Prouinciale, & habetur in* tomo 3. concil. par. 2.

Toletanum 19. *sub* Benedicto Papa XII. anno 1339. *fuit Prouinciale, habeturque in* tomo 3. conc. par. 2.

Toletanum 20. *sub* Clemente Papa VI. anno 1347. *fuit Prouinciale, habes illud in* tomo 3. conc. par. 2.

Toletanum 21. *sub* Innocentio Papa VI. anno 1355. *fuit Prouinciale, & habes illud in* tomo 3. conc. par. 2.

Toletanum 22. *sub* Sixto Papa 4. an. 1473. *fuit Prouinciale. habes illud in* tomo 4. conc.

Tolosanum sub Victore Papa II. anno 1056. *fuit Prouinciale. habesque illud in* tomo 3. conc. par. 2. *Tolosa est ciuitas in Gallia Narbonensi prima.*

Trecense, seu Tricastinum sub Nicolao Papa I. anno 867. *fuit Prouinciale. habetur in* tomo 2. conc. *Tricasium est ciuitas Galliæ Celticæ in prouincia Lugdunensi Senonia.*

Treuirense sub Paulo Papa III. anno 1549. *fuit Prouinciale. habes in* tomo 4. concil. *Treuirorum ciuitas est in Gallia in prouincia Belgica prima ad Mosellam flumen.*

Triburiense sub Formoso Papa anno 895. *fuit Prouinciale. habes illud in* tomo 3. conc. par. 2. *Triburia est ciuitas Germaniæ propè Maguntiam ad Rhenum. nunc deserta dicitur.*

Tridentinum Generale 19. *sub* Paulo 3. Papa *inchoatum* anno 1545. *& completum sub* Pio 4. 1563. *habes illud in* tomo 4. conc. *Tridentum est ciuitas Italiæ in prouincia Cenomanorum, in Comitatu Tiroli.*

Turonicum, seu Turonense 1. *sub* Simplicio Papa anno 482. *fuit Prouinciale. habetur in* tomo 2. conc. *Turonum est ciuitas Galliæ Celticæ in prouincia Lugdunensi tertia.*

Turonense 2. *sub* Ioanne Papa 3. an. 570. *fuit Prouinciale. illudque habes in* tomo 2. conc.

Turonense 3. *sub* Leone Papa 3. an. 813. *fuit Prouinciale. habetur in* tomo 3. conc. par. 1.

Turonense 4. *sub* Nicolao Papa V. an. 1448. *fuit Prouinciale. habes illud in* tomo 4. conc.

V

Valentinum I. *sub* Damaso Papa anno 374. *fuit Prouinciale celebratum per Episcopos* 30. *illud habes in* tomo 1. conc. *Valentia hæc est ciuitas Galliæ Narbonensis in prouincia Viennensi.*

Valentinum 2. *sub* Ioanne Papa I. an. 524. *celebratum per Episcopos* 6. *fuit Prouinciale. habes in* tomo 2. concil. *ciuitas hæc est in Hispania, & caput regni Valentiæ.*

Valentinum 3. *sub* Leone Papa IV. anno 855. *celebratum per Episcopos* 13. *fuit Prouinciale. ibidem. habetur in* tomo 3. conc. par. 1.

Vasense I. *sub* Iulio Papa I. *circa* annum 342. *fuit Prouinciale. habetur in* tomo 1. conc. *ciuitas hæc est in Gallia Narbonensi, olim, dicta Nouempopulana.*

Vasense, seu Vasionense 2. *sub* Leone Papa I. anno 442. *celebratum per Episcopos* 18. *fuit Prouinciale, habesque illud in* tomo 1. conc.

Vasense 3. *quod dicitur* 2. *sub* Ioanne Papa I. anno 529. *fuit prouinciale. habetur in* tomo 2. conc.

Vernense sub Stephano Papa 3. anno 756. *fuit Prouinciale. habes illud in* tomo 3. concil. par. 1. *Vernum erat locus in Gallia Aquitania apud Burdegalam.*

Veneticum sub Leone Papa I. anno 453. *fuit Prouinciale. habes illud in* tomo 2. conc. *Venetia hæc est ciuitas Galliæ Celticæ in prouincia Lugdunensi secunda.*

Viennense 1. *Prouinciale sub* Clemente Papa 4. anno 1267. *præsidente Legato Papæ habetur in* tomo 3. conc. par. 2. *Vienna hæc est ciuitas Germaniæ superioris in prouincia Austriæ.*

Viennense Generale 15. *sub* Clemente V. Papa anno 1311. *celebratum per Episcopos* 300. *habesque illud in* tomo 3. concil. par. 2. *Vienna hæc est ciuitas Galliæ Narbonensis in Delfinatu.*

Vormatiense sub Adriano Papa 2. an. 868. *fuit Prouinciale. habes illud in* tomo 3. conc. par. 2. *Vormatia est locus Germaniæ superioris sub agro Moguntino.*

Ordo

Ordo Alphabeticus
ROMANORVM PONTIFICVM
PRO NOTITIA VITÆ,
CONSTITVTIONVM, ET EPISTOLARVM EORVMDEM.

ADEODATVS Romanus Monachus consecratus 3. idus Aprilis, sedit an. 4. mens. 5. dies 6. obiit Romæ 6. kal. Iunii 676. *tom.* 1. *bull. tom.* 2. *Conc.*

Agapetus I. Romanus creatus Romæ nonis Iunij 534. sedit menses 11. dies 19. defunctus est Constantinopoli 12. kal. Iunij 536. *tom.* 1. *Bull. tom.* 2. *Conc.*

Agapetus 2. Romanus creatus quintodecimo Kal. Iunij 946. sedit an. 9. menses 6. dies 10. obijt Romæ sexto kal. Ianuarij 956. *tom.* 1. *Bull. tom.* 3. *Conc. par.* 2.

Agatho 1. Siculus creatus 7. idus Iunij die Dominico 679. sedit an. 2. men. 6. obijt 4. idus Ianuarij 682. *tom.* 1. *Bull. tom.* 3. *Conc. par.* 1.

Alexander 1. Romanus creatus pridie idus Nouembris 118. sedit an. 10. menses 5. dies 21. martyrio coronatus obijt Romæ 3. die mensis Maij 129. *tom.* 1. *Bull. tom.* 1. *Conc.*

Alexander 2. Mediolanensis creatus *pridie* kal. Octobris die Dominico 1061. sedit an. 11. men. 6. dies 22. obijt Romæ 10. kal. Maij 1073. *tom.* 1. *Bull. tom.* 3. *Conc. par.* 2.

Alexander 3. Tuscus creatus 5. nonas Septembris 1159. sedit ann. 21. men. 11. dies 23. obijt 6. kal. Septembris 1181. *tom.* 1. *Bull. tom.* 3. *conc. par.* 2.

Alexander IV. Anagninus creatus Neapoli 8. kal. Ianuarij 1254. sedit an. 6. men. 5. dies 5. obijt Viterbij an. 1261. 8. kal. Iunij, *tom.* 1. *Bull. tom.* 3. *Conc. par.* 2.

Alexander V. Bononiensis creatus Pisis an. 1409. die 9. Iulij coronatus, sedit menses 10. dies 8. obijt Bononiæ 5. nonas Maij 1410. *tom.* 1. *Bull. tom.* 3. *par.* 2. *Conc.*

Alexander VI. Hispanus creatus 3. idus Augusti 1492. sedit an. 11. dies 8. obijt 15. kal. Septembris 1503. *tom.* 1. *Bull. tom.* 4. *Concil.*

Alexander 7. Senensis ex familia Chisia creatus die 7. Aprilis 1555. fæliciter sedet.

Anacletus Athenienſis creatus 18. kal. Ianuarii 100. sedit an. 9. men. 2. dies 28. Traiani iussu capite cæsus Romæ martyrio coronatur 3. idus Iulij 110. *tom.* 1. *Bullar. tom.* 1. *Concil.*

Anastasius I. Romanus creatus *pridie* idus Martij 398. sedit an. 14. men. vnum, dies 13. obijt 5. Kal. Maij 402. *tom.* 1. *Bull. tom.* 1. *Conc.*

Anastasius 2. Romanus creatus 5. kal. Decembris 497. sedit an. 1. men. 11. dies 11. obiit 3. kal. Decembris 499. *tom.* 1. *Bull. tom.* 2. *Conc.*

Anastasius 3. Romanus creatus 17. kal. Maij 911. sedit an. 2. men. 1. dies 22. obijt pridie nonas Iunij 913. *tom.* 1. *Bull. tom.* 3. *par.* 2. *Conc.*

Anastasius 4. Romanus creatus 6. idus Iulii 1153. sedit an. 1. menses 4. dies 24. obijt Romæ 3. nonas Decembris 1154. *tom.* 1. *Bull. tom.* 3. *conc. par.* 2.

Anterus Græcus creatus in Sardinia 11. kal. Decembris 237. martyrio coronatur capite cęsus 3. nonas Ianuarii 238. *tom.* 1. *Bull. tom.* 1. *conc.*

Anycetus Syrus creatus 8. Kal. Augusti 165. sedit an. 9. men. 8. dies 24. martyrium subijt 15. Kal. Maii *tom.* 1. *Bull. tom.* 1. *concil.*

BEnedictus 1. Romanus creatus 16. Kal. Iunij, sedit an. 5. men. 2. & dies 15. obijt pridie kal. Augusti 579. *tom.* 1. *Bull. tomo* 2. *conc.*

Benedictus 2. Romanus consecratus 13. kal. Iulii 684. sedit menses 10. dies 27. obiit idibus Maii 685. *tom.* 1. *Bull. tom.* 3. *par.* 1. *conc.*

Benedictus III. Romanus creatus 9. kal. Augusti sedit an. 2. men. 8. dies 16. obijt Romæ 6. idus Aprilis 858. *tom.* 1. *Bull. tom.* 3. *par.* 1. *conc.*

Benedictus 4. Romanus creatus 8. kal. Octobris sedit an. 3. men. 6. dies 15. obijt Romæ 6. idus Aprilis 903. *tom.* 1. *Bull. tom.* 3. *par.* 2. *conc.*

Benedictus V. sedit mensem 1. dies aliquos, & per vim ad Hamburg. relegatus ibi mortuus est 5. nonas Iulij 965. *tom.* 1. *Bull. tom.* 3. *par.* 2. *conc.*

Benedictus VI. Romanus creatus 13. Kal. Ianuarij sedit an. 1. men. 3. coactus abdicauit 14. kal. Aprilis, & non multo post in Adriani mole strangulatus fuit. *tom.* 1. *Bull. tom.* 3. *par.* 2. *Conc.*

Benedictus 7. creatus 4. Kal. Iunii, sedit an. 9. men. 1. dies 10. obijt Romæ 6. idus Iulii 984. *to.* 1. *bull. to.* 3. *p.* 2. *Conc.*

Benedictus 7. *dictus* 8. Romanus creatus die 20. Maii 1012. sedit an. 11. men. 8. dies 21. obijt Romæ 3. Kalend. Martii 1024. *to.* 1. *bull. to.* 3. *p.* 2. *Concil.*

Benedictus 8. *dictus* 9. Romanus creatus 3. idus Nouembris, sedit an. 12. menses 4. dies 20. *tom.* 1. *bullar. tom.* 3. *part.* 2. *Concil.*

Benedictus X. alias XI. Venetus creatus Romæ 12. Kal. Nouembris, sedit menses 8. dies 6. obiit Perusii nonis Iulii 1304. *to.* 1. *bull. tom.* 3. *Conc.*

Benedictus XI. dictus XII. Gallus creatus Auinione 13. kal. Ianuarii 1334. sedit an. 7. men. 4. dies 6. obiit Auinione 7. kal. Maii 1342. *tom.* 1. *bull. tom.* 3. *p.* 2. *Conc.*

Bonifacius I. Romanus creatus 5. kalend. Ianuar. 418. sedit an. 4. mens. 9. dies 24. obiit 8. Kal. Nouembris 422. *tom.* 1. *bull. to.* 1. *Conc.*

Bonifacius 2. Romanus creatus Romæ 17. kal. Nouemb. 530. sedit an. 1. dies 2. obiit 16. Nouembris 531. *tom.* 1. *bull.* *tom.* 2. *Concil.*

Bonifacius 3. Romanus creatus 9. Kal. Martii sedit menses 8. dies 23. obiit pridie idus Nouembris 606. *tom.* 2. *Conc.*

Bonifacius 4. Marsus consecratus die Dominico 5. kalen. Septembris 606. sedit annos 6. mens. 8. dies 12. obiit Romæ *tom.* 1. *bull. tom.* 2. *Concil.*

Bonifacius V. Campanus consecratus 8. kal. Ianuarii an. 617. sedit annos 5. men. 10. obiit 8. Kal. Nouembris 622. *tom.* 1. *bull. tom.* 2. *Concil.*

Bonifacius 6. Romanus creatus 16. kal. Ianuarii 895. sedit dies 15. obiit Romæ pridie Kal. Ianuarii 896. *to.* 1. *bull. hic Pontifex non reperitur in tomis Concil.*

Bonifacius 7. creatus 3. kal. Aprilis, sedit an. 1. men. 1. dies 12. obiit Kal. Augusti 985. *to.* 1. *bull. to.* 3. *p.* 2. *Concil.*

Bonifacius 8. Anagninus creatus Neapoli 9. kal. Ianuar. 1294. sedit an. 8. mens. 9. dies 28. obiit Romæ 5. idus Octobris 1303. *tom.* 1. *bull. to.* 3. *p.* 2. *Concil.*

Bonifacius 9. Neapolitanus creatus Romæ 4. nonas Nouembris 1389. sedit an. 14. mens. 11. obiit Romæ kalend. Nouembris 1404. *to.* 1. *bull.*

CAius Dalmata creatus Romæ 16. kal. Ianuarii 283. sedit an. 12. mens. 4. dies 6. martyrium consumauit 10. kal. Maii 296. *tom.* 1. *bull. tom.* 1. *concil.*

Calistus I. Romanus creatus 4. nonas Septembris 221. sedit an. 5. mens. 1. dies 12. martyrium consumauit 6. Kal. Octobris 227. *to.* 1. *bull. to.* 1. *concil.*

Calistus 2. Gallus creatus 1. die Februarii 1119. sedit an. 5. men. 10. dies 13. obiit Romæ 1124. *to.* 1. *bull. to.* 3. *par.* 2. *Concil.*

Calistus 3. Hispanus creatus 6. idus Aprilis 1455. sedit an. 3.

Ordo Alphabeticus Romanor. Pontificum.

men.4. obiit 8. idus Augusti 1458. *tom.* 1. *Bull. to.4. concil.*

Calphurnius Pontianus Romanus creatus 8. Kal. Iulij 233. sedit an.5. dies 2. martyrium consumauit 13. Kalen. Decembris 237. *tom.*1. *Bull. tom.* 1. *conc.*

Christophorus 1. Romanus creatus 9. Kal. Iunii 903. sedit men. 8. vinculis mancipatus vitam finiuit. *to.*1. *Bull. tom.*3. *p.*2. *concil.*

Clemens I. Romanus creatus die 21. Maij 91. sedit an.9.men. 6. dies 4. obiit 9. Kal. Decemb. 100. *tom.* 1. *Bull.to.* 1.*concil.*

Clemens II. Germanus creatus 12. Kal. Ianuarii, vixit men. 8. dies 15. obiit 1047. *tom.*1. *Bull. tom.*3. *p.*2. *conc.*

Clemens III. Romanus creatus Pisis 8. idus Ianuarii 1188. sedit an.3. men.2. dies 20. obiit Romæ 8. Kal. Aprilis 1191. *tom.*1. *Bull. tom.*3. *p.*2. *conc.*

Clemens IV. Gallus creatus Perusijs nonis Februarii 1265. sedit an.3. men.9. dies 20. obiit Viterbij 1268. *tom.*1. *Bull. tom.*3. *p.*2. *conc.*

Clemens V. Gallus creatus Perusiæ Nonis Iulii 1305. sedit an. 4. men.9. obiit Auenione 12. Kal. Maii 1314. *tom.*1. *Bull. tom.*3. *p.*2. *conc.*

Clemens VI. Gallus creatus Auenione nonis Maii 1342. sedit an.10. menses 7. obiit Auenione 8. idus Decembris 1352. *tom.*1. *Bull, tom.*3. *p.*2. *conc.*

Clemens VII. Florentinus creatus 13. kal. Decembris 1523. sedit an.10. men.10. dies 7. obiit 7. kal. Octobris 1534. *to.* 1. *Bull. tom.*4. *concil.*

Clemens VIII. Florentinus creatus 3. kal. Februarii 1592. sedit an.13. men.1. dies 15. obiit 3. Martii 1605. *tom.*3. *Bull. tom.*4. *concil.*

Cletus Romanus creatus 9. kal. Octobris 79. sedit an. 11. men.7. dies 2. obiit 6. kal. Maii *tomo* 1. *Bull. tom.* 1. *conc.*

Cœlestinus I. Romanus creatus nonis Nouemb. 423. sedit an. 8. men.5. dies 3. obiit 8. idus Aprilis 432. *tom.*1. *Bull. tom.* 1. *concil.*

Cœlestinus II. Tuscus creatus 8. kal. Octobris 1143. sedit an.5. dies 13. obiit 1144. *tom.*1. *Bull. tom.*3. *p.*2. *concil.*

Cœlestinus III. Romanus creatus Romæ 4. kal. Aprilis 1191. sedit an.6.men.9. dies 11.obiit.Romæ 6.Idus Ianuarii 1198. *tom.*1. *Bull. tom.*3. *p.*2. *concil.*

Cœlestinus IV. Mediolanensis creatus Romæ 9. kal. Octobris 1241. sedit dies 12. obiit 8. idus Octobris. *tom.*1. *Bull.tom.* 3. *p.*2. *concil.*

Cœlestinus V. Samnis creatus Perusiæ nonis Iulii 1294. sedit men.5. dies 7. obiit 1296. *tom.*1. *Bull. tom.*3. *p.*2. *conc.*

Cœlius Symmachus Sardus creatus 10. kal. Decembris 499. sedit an.15. menses 7. dies 28. obiit 14. kal. Augusti 514. *tom.*1. *Bull. tom.*2. *conciliorum.*

Cœlius Hormisda Campanus creatus 7. kal. Augusti 514. sedit an.9. dies 11. obiit 523. *tom.*1. *Bull. tom.*2. *concil.*

Cœlius Siluerius Campanus creatus 13. Kal. Augusti 536. sedit an.3.& dies 11.obiit 12. kal.Iunii *to.*1. *Bull. to.*2. *concil.*

Conon Thrax creatus 12. kal. Nouembris 686. sedit men.11. obiit 11.kal. Octobris 687. *tom.*1. *Bull. to.*3. *conc.p.*1.

Constantinus Syrus creatus 10. kal. Ianuarii 708. sedit an.8. men.1. dies 20. obiit Romæ 3. idus Februarii 716. *tom.*1. *Bull. tom.*3. *conc. p.*1.

Constantinus Martinus I. creatus 14. kal. Ianuarii 882. sedit an. 1. men.1.obiit 15. kal. Februarii 884. *tom.*1. *Bull. tom.* 3. *concil. p.*1.

Cornelius Romanus creatus pridie kal. Maii 254. sedit an.2. men.4. dies 8. obiit 18. kal. Octobris 256. *tom.*1. *Bull.tom.* 1. *concil.*

Damasus Hispanus creatus Romæ 18. kal. Octobris 367. sedit an.17. men.2. dies 27. obiit 4. idus Decembris 304. *tom.*1. *Bull. tom.*1. *concil.*

Damasus II. Germanus coronatus Romæ 16. kal. Augusti 1048. sedit dies 23. obiit 6. idus Augusti *tom.*1. *Bull. tom.* 3. *p.*2. *concil.*

Deusdedit Romanus creatus 12. kal. Nouembris 613. sedit an.3. dies 19. obiit Romæ 6. idus Nouembris 616. *tom.*1. *Bull. tom.*2. *concil.*

Dionysius Græcus creatus 4. idus Septembris 261. sedit an.11. men.3. dies 14. obiit 7. kal. Ianuarii 272. *to.*1. *Bull.to.*1. *conc.*

Donus, vel Domnus Romanus consecratus 4. nonas Nouembris 676. sedit an.2. men.5. dies 10. obiit Romæ 3. idus Aprilis 679. *tom.* 1. *Bull. tom.*2. *conc.*

Donus, vel Domnus Romanus creatus 12. kal. Octobris, sedit men.3. obiit 14. kal. Ianuarii 972. *tom.*1. *Bull. tom.*3. *p.*2. *concil.*

Eleutherius Græcus Nicopolitanus (sub nomine Abundii reperitur in *Bull.*) creatus pridie idus Maii 182. sedit an.13. dies 13. obiit Romæ 7. kal. Iunii 195. sepultus in Vaticano *to.*1. *Bull.to.*1. *conc. Sed hic sub nomine Eleutherii.*

Euaristus Syrus creatus 6. kal. Augusti 110. sedit an.8. men. 1. dies 28. capitis abscissione occubuit 7. Kal. Nouembris 118. *tom.*1. *Bull. tom.*1. *conc.*

Eugenius I. Romanus creatus 4. idus Augusti 654. sedit an.2. men.9. dies 14. obiit Romæ 4.nonas Iunii 657. *tom.*1. *Bull. tom.*2. *concil.*

Eugenius II. Romanus creatus 18. kal. Iunii, sedit an.3. men. 6. dies 24. obiit pridie idus Decembris 827. *tom.*1. *Bull. to.* 3. *concil. part.*1.

Eugenius III. Italus creatus 6. kal. Aprilis 1115. sedit an.8. men.4. dies 12. obiit 7. idus Iulii 1123. *tom.*1. *Bull. tom.*3. *concil. p.*2.

Eugenius IV. Venetus creatus 5. nonas Martii 1431. sedit an. 15. men.11. dies 21. obiit 7. Kal.Martii 1447. *tom.*1. *Bull. tom.*4. *concil.*

Eusebius Græcus creatus 9. Februarii 310. sedit an.1. men.7. dies 21. obiit kal. Octobris 312. *tom.*1. *Bull. tom.*1. *concil.*

Eutychianus Ethruscus creatus pridie nonas Iunii 275. sedit an.8. men.6. dies 4. obiit 7. Kal. Augusti 283. *tom.*1. *Bull. tom.*1. *concil.*

Fabianus Romanus creatus die 17. Ianuarii 238. sedit an. 15.dies 4.obiit 13. kal.Februarii 253. *to.*1. *Bull.to.*1. *conc.*

Felix I. Romanus creatus Romæ pridie Kal. Ianuarii 273. sedit an.2. men.4. dies 29. martyrio coronatur 3. kal. Iunii 275. *tom.*1. *Bull. tom.*1. *concil.*

Felix II. alias III. Romanus sedit an.8. men.11. dies 18.obiit 5. Kal. Martii 492. *tom.*1. *Bull. tom.*1. *concil.*

Felix III. alias IV. Beneuentanus creatus 8. kal.Augusti 526. sedit an.4. menses 2. dies 18. obiit Romæ 4. idus Octobris 530. *tom.*1. *Bull. tom.*2. *concil.*

Formosus creatus 6. kal. Iunii 889. sedit an.6. men. 6. dies 18. obiit 10. Kal. Ianuarii 895. *tom.* 1. *Bull. tom.*3. *p.*2. *concil.*

Gelasius I. Africanus creatus 5. nonas Martii 492. sedit an.4.men.8. dies 19. obiit 11. kal. Decemb.496. *tom.*1. *Bull. tom.*2. *concil.*

Gelasius II. creatus Romæ 8. kal. Febru. sedit an.1. & dies 5. obiit Cluniaci 1119. 4. Kal. Februarii. *tom.*1. *Bull. tom.*3. *concil. p.*2.

Gregorius I. Romanus creatus 590. sedit an.13. men.6. dies 8. obiit 3. idus Martii. *tom.*1. *Bull. tom.*2. *concil.*

Gregorius II. Romanus creatus 12. Kal. Aprilis sedit an.14. men.10. dies 21. obiit 3. idus Februarii 731. *tom.*1. *Bull. tom.*3. *concil. p.*1.

Gregorius III. Syrus creatus 3. nonas Martii 731. sedit an.10. men.8. dies 24. obiit 4. Kal. Decembris 741. *tom.*1. *Bullar. tom.*3. *concil. p.*1.

Gregorius IV. Romanus creatus 17. Kal. Februarii 828. sedit an.16. obiit Romæ 8. Kal. Februarii 844. *tom.*1. *Bull. tom.* 3. *Concil. p.*1.

Gregorius V. Germanus creatus 16. kal. Iulii 995. sedit an.2. men.7.dies 18.obiit Romæ 12. Kal.Martii 998. *tom.*1.*Bull. tom.*3. *p.*2. *Concil.*

Gregorius VI. Romanus creatus kal. Maii sedit an.1. men. 7. dies 20. obiit 13. kal. Ianuarii 1046. *tom.*1. *Bull. tom.*3. *p.* 2. *Concil.*

Gregorius VII. Ethruscus creatus 10. Kalend. Maii 1073. sedit an.13. obiit Salerni 8. Kal. Iunii 1085. *tom.*1. *Bull. tom.*3. *p.*2. *Concil.*

Gregorius 8. Beneuentanus creatus Ferrariæ 13. kal.Nouembris 1187. sedit men.1. dies 27. obiit Pisis 18. Kal. Ianuarii 1187. *tom.*1. *Bull. to.*3. *p.*2. *Concil.*

Grego-

Ordo Alphabeticus Romanor. Pontificum.

Gregorius 9. Campanus creatus Romæ 13. Kal. Aprilis 1227. sedit an. 14. menses 5. dies 10. obiit Romæ 11. kal. Septembris 1241. *tom. 1. Bull. tom. 3. p. 2. Concil.*

Gregorius X. Placentinus creatus Viterbii Kalend. Septembris 1271. sedit an. 4. men. 4. dies 10. obiit 3. Idus Ianuar. 1276. *tom. 1. Bull. tom. 3. p. 2. Concil.*

Gregorius 11. Gallus creatus Auenione 3. *kal.* Ianuar. 1370. sedit an. 7. men. 2. dies 29. obiit 6. *kal.* Aprilis 1378. *tom. 1. Bull. tom. 3. p. 2. Concil.*

Gregorius 12. Venetus creatus Romæ pridie kal. Decembr. 1406. sedit an. 8. mens. 7. *dies* 5. obiit 1417. *tom. 1. Bull. tom. 3. Conc. p. 2.*

Gregorius 13. Italus creatus 3. Idus Martii 1572. sedit ann. 12. mens. 10. *dies 18.* obiit 10. Aprilis 1585. *tom. 2. Bull. tom. 4. Concil.*

Gregorius 14. Mediolanensis creatus Romæ nonis Decembris 1590. sedit men. 10. dies totidem, obijt Romæ idibus Octobris 1591. *tom. 2. Bull. tom. 4. conc.*

Gregorius XV. Bononiensis creatus 8. Febreuarii 1621. sedit an. 2. men. 5. diem 1. obiit Romæ 8. Iulii 1623. *tom. 3. Bull.*

HAdrianus 1. Romanus creatus 5. idus Februarii 772. sedit an. 23. men. 10. dies 17. obiit 7. kal. Ianuarii 795. *tom. 1. Bullar. tom. 3. par. 1. conc.*

Hadrianus 2. Romanus creatus 11. Kalen. Decembris 867. sedit an. 4. *menses 11.* dies 12. obiit Romæ kalen. Nouembris 872. *tom. 1. bull. tom. 3. par. 2. conc.*

Hadrianus 3. Romanus creatus 12. kalen. *Februarii 884.* sedit an. 1. men. 3. dies 19. obiit 7. idus *Maii 885. tom. 1. bull. tom. 3. par. 2. Conc.*

Hadrianus 4. Anglicus creatus Romę nonis Decembris 1154 sedit an. 4. men. 8. dies 28. obiit Anagniæ 1159. kal. Septembris. *tom. 1. bullar. tom. 3. par. 1. conc.*

Hadrianus V. Lygur creatus 4. *idus* Iulii 1276. sedit men. 1. dies 7. obiit Viterbii 12. kal. Septembris 1276. *tom. 1. bullar. tom. 3. par. 2. conc.*

Hadrianus 6. Belga creatus 5. idus Ianuarii 1521. sedit an. 1. men. 8. *dies* 3. obiit 8. kal. Octobris 1523. *tom. 1. bull. tom. 4. conc.*

Hilarius I. Sardus creatus 3. Kal. Maii sedit an. 6. menses 3. dies 10. obiit 6. kalen. Augusti 467. *tom. 1. bull. tom. 2. conc.*

Honorius I. Campanus creatus 7. idus Nouembris 622. sedit an. 12. men. 11. dies 7. obiit 3. idus Octobris 634. *tom. 1. bullar. tom. 2. conc.*

Honorius 2. Bononiensis creatus 21. Decembris 1124. sedit an. 7. obiit 14. kal. Martii 1130. *to. 1. bull. tom. 3. p. 2. Conc.*

Honorius 3. Romanus creatus Perusii 1. Augu. 1216. sedit an. 10. men. 8. obiit Romæ 15. kal. Aprilis 1227. *tom. 1. bull. tom. 3. par. 2. conc.*

Honorius 4. Romanus creatus Perusii 4. nonas Aprilis 1285. sedit an. 2. dies 2. obiit Romæ 1287. 3. nonas Aprilis *tom. 1. bull. tom. 3. par. 2. conc.*

Hormisdas. Vide, *Cœlius.*

Hyginus Græcus creatus idibus Ianuarii 150. sedit an. 3. men. 11. dies 28. martyrium consumauit 3. idus Ianuarii 154. *tomo 1. bull. tom. 1. conc.*

INnocentius I. Albanus creatus 8. Idus Maii 402. vixit an. 15. men. 2. dies 10. obiit 6. kal. Augusti 417. *tom. 1. bull. tom. 1. conc.*

Innocentius 2. Romanus creatus 13. kalen. Martii 1130. sedit an. 13. men. 7. dies 8. obiit 8. Kal. Octobris 1143. *tom. 1. bull. tom. 3. par. 2. conc.*

Innocentius 3. Italus creatus Romæ 6. idus Ianuarii 1198. sedit an. 18. men. 6. dies 9. obiit Perusii 13. kal. Augusti 1216. *tom. 1. bull. tom. 3. par. 2. conc.*

Innocentius 4. Ianuensis creatus Anagniæ 8. kal. Iulii 1243. sedit an. 11. menses 5. dies 14. obiit Neapoli idibus Decembris 1254. *tom. 1. bull. tom. 3. par. 2. conc.*

Innocentius 5. Gallus creatus Arretii 13. kal. Februarii 1276. sedit men. 5. dies 2. obiit Romæ 18. kal. Iulii 1276. *tom. 1. bull. tom. 3. par. 2. conc.*

Innocentius 6. Gallus creatus Auenione 15. kal. Ianuarii 1352. sedit ann. 9. mens. 8. *dies* 26. obiit Auenione pridie idus Septembris 1362. *tom. 1. bull. to. 3. Conc. p. 2.*

Innocentius 7. Sulmonensis creatus Romæ 16. kal. Nouemb. 1404. sedit an. 2. dies 2. obiit 8. idus Nouembris 1406. *tomo 1. bull. to. 3. p. 2. Conc.*

Innocentius 8. Ianuensis creatus 4. kal. Septembris 1484. sedit an. 7. men. 10. dies 27. obiit 8. kal. Augusti 1492. *to. 1. bull. tom. 4. Concil.*

Innocentius 9. Bononiensis creatus 3. kalen. Nouembr. 1591. sedit men. 2. obiit 3. Kal. Ianuarii 1592. *to. 2. bull. to. 4. Conc.*

Innocentius X. Romanus creatus Romæ die 15. Septembris 1644. sedit vsque ad ann. 1655. obiit die 7. Ianuarii eiusdem anni. *tom. 4. bullæ.*

Ioannes I. Tuscus creatus pridie idus Augusti 523. sedit an. 2. men. 9. dies 16. obiit 6. Kal. Iunii 526. *to. 1. bull. to. 2. Conc.*

Ioannes 2. Romanus creatus Romæ 11. kal. Februarii 531. sedit an. 2. men. 4. dies 6. obiit Romæ 11. kal. Iunii 534. *tomo 1. bull. to. 2. Conc.*

Ioannes 3. creatus 4. kal. Iunii 559. sedit an. 13. men. 16. obiit 3. idus Iulii 574. *to. 1. bull. to. 2. Conc.*

Ioannes 4. Dalmata consecratus 8. kal. Ianuarii 639. sedit an. 1. men. 9. dies 18. *to. 1. bull. to. 2. Conc.*

Ioannes V. Antiochenus creatus 8. Kalen. Augusti, sedit an. 1. dies 9. obiit 4. nonas Augusti. 686. *to. 1. bull. tom. 3. Concil. par. 2.*

Ioannes 6. Græcus creatus 4. kal. Nouemb. sedit an. 3. menses 2. dies 12. obiit Romæ 7. idus Ianuarii 705. *to. 1. Bull. to. 3. Conc. par. 1.*

Ioannes 7. Calaber creatus kal. Martii sedit an. 2. men. 7. dies 17. obiit 16. Kal. Nouembris 707. *tom. 1. bull. to. 3. Concil. par. 1.*

Ioannes 8. Romanus creatus *19. Kalen. Ianuarii 872.* sedit an. 10. dies 2. obiit 18. kal. Ianuarii 882. *tom. 1. bullar. tom. 3. Conc. p. 2.*

Ioannes 9. Tiburtinus creatus 5. idus *Septembris 897.* sedit an. 2. dies 4. obiit 9. Kal. Octobris 899. *tom. 1. bull. tom. 3. Conc. p. 2.*

Ioannes X. Romanus creatus 9. Kalen. Februari sedit an. 14. men. 2. dies 16. obiit 8. idus Aprilis 928. *tom. 1. bull. to. 3. Conc. p. 2.*

Ioannes 11. Romanus creatus 3. idus Decembris sedit an. 4. men. 10. dies 15. obiit kal. Nouembris 935. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 2.*

Ioannes 12. Romanus creatus 5. idus Ianuarii sedit an. 8. men. 4. dies 6. obiit pridie idus Maii. *tom. 1. bull. to. 3. Concil. par. 2.*

Ioannes 13. Romanus creatus 6. Octobris 965. sedit an. 6. men. 2. dies 5. obiit 8. idus Septembris 972. *tom. 1. Bull. tom. 3. Conc. p. 2.*

Ioannes 14. Papiensis creatus 17. Kalen. Augusti, sedit men. 8. obiit 17. kal. Aprilis 985. *tom. 1. Bull. to. 3. Conc. p. 2.*

Ioannes 15. Romanus creatus kal. Augusti *985.* sedit an. 9. men. 6. dies 10. obiit Romæ 4. idus Februarii 995. *tom. 1. Bull. tom. 3. Conc. p. 2.*

Ioannes 16. Romanus creatus 3. idus Februarii sedit men. 4. obiit 5. idus Iunii 995. *tom. 1. Bull. to. 3. Conc. p. 2.*

Ioannes 17. Romanus creatus 7. idus Iunii sedit men. 4. dies 25. obiit Romæ pridie kal. Nouembris 1003. *to. 1. Bullar. tom. 3. Conc. p. 2.*

Ioannes 18. Romanus creatus 12. Kal. Decembr. sedit an. 5. men. 7. dies 29. obiit Romæ 15. kal. Augusti 1009. *tom. 1. Bull. tom. 3. Conc. p. 2.*

Ioannes 19. Romanus creatus pridie Kal. Martii, sedit an. 8. men. 9. dies 9. obiit 6. idus Nouembris 1032. *tom. 1. Bull. to. 3. Conc. p. 2.*

Ioannes 20. *alias* 21. Hispanus creatus Viterbii idibus Septembris 1276. sedit men. 8. dies 8. obiit Viterbii 13. kal. Iunii 1277. *to. 1. Bull. to. 3. Conc. p. 2.*

Ioannes 21. *alias* 22. Gallus creatus Lugduni 8. idus Augusti 1316. sedit annos 18. men. 3. dies 28. obiit Auenione pridie nonas Decembris 1334. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. par. 2.*

Ioannes 22. *alias* 23. Neapolitanus creatus Bononiæ 16. kalend. Iunii 1410. sedit an. 5. dies 15. obiit Florentiæ 11. kal. Ianuarii. *tom. 1. bullar. to. 3. Conc. p. 2.*

Ordo Alphabeticus Romanor. Pontificum.

Iulius I. Romanus creatus die 28. Octobris 336. sedit an. 15. men. 5. dies 17. obiit Romæ pridie idus Aprilis 352. *tom. 1. bull. to. 1. Concil.*

Iulius II. Sauonensis creatus Kal. Nouembris 1503. sedit an. 9. menses 3. dies 21. obiit 9. Kal. Martii 1513. *tom. 1. Bull. tom. 4. Concil.*

Iulius III. Aretinus creatus 6. idus Februarii 1550. sedit an. 5. men. 1. dies 16. obiit 10. kalend. Aprilis. *tom. 1. Bull. tom. 4. Concil.*

Landus Sabinus creatus 7. idus Iunii 913. sedit menses 6. dies 22. obiit Romæ 5. kal. Ianuarii 914. *tom. 1. bullar. tom. 3. Concil. p. 2.*

Leo 1. Tuscus creatus 4. idus Maii sedit annos 20. men. 10. dies 28. obiit 11. Aprilis 461. *tom. 1. bull. tom. 1. Concil.*

Leo 2. Siculus creatus 3. idus Augusti 682. sedit men. 10. dies 19. obiit 4. Kal. Iulii Romæ 683. *tom. 1. bull. to. 3. Conc. p. 1.*

Leo 3. Romanus creatus 7. kal. Ianuarii 796. sedit an. 20. men. 5. dies 18. obiit Romæ pridie idus Iunii. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 1.*

Leo 4. Romanus creatus pridie idus Aprilis sedit an. 8. men. 6. dies 6. obiit 6. kal. Augusti 855. *to. 1. bull. tom. 3. Conc. p. 1.*

Leo 5. Latinus creatus 17. kal. Maii sedit men. 1. dies 10. coactus abdicauit 9. kal. Iunii, & non multo post interiit. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 2.*

Leo 6. Romanus creatus 5. idus Aprilis, sedit men. 6. dies 15. obiit 10. Kal. Nouembris 928. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. parte 2.*

Leo 7. Romanus creatus 6. kal. Nouembris, sedit an. 3. men. 6. dies 10. obiit Romæ pridie nonas Maii 939. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 2.*

Leo 9. Gallus creatus pridie idus Februarii 1049. sedit an. 5. men. 2. dies 8. obiit 16. Kal. Maii 1054. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 2.*

Leo 10. Florentinus creatus idibus Martii 1513. sedit annos 8. men. 8. dies 21. obiit Kal. Decembris 1521. *tom. 1. bullar. tom. 4. Concil.*

Leo 11. Florentinus creatus 1605. die 1. Aprilis sedit dies 27. obiit 27. Aprilis *tom. 3. bullar. tom. 4. Concil.*

Liberius Romanus creatus 8. idus Maii 352. sedit an. 15. men. 4. dies 17. obiit Romæ 8. kal. Octobris 367. *tom. 1. bull. tom. 1. Concil.*

Linus Italus creatus pridie Kal. Iulii 68. sedit an. 11. men. 2. dies 23. martyrio affectus est 9. kal. Octobris 79. *tom. 1. bull. tom. 1. Concil.*

Lucius 1. Romanus creatus pridie kal. Maii 254. sedit an. 2. men. 4. dies 8. obiit 18. Kal. Octobris 256. *tom. 1. bull. tom. 1. Concil.*

Lucius 2. Bononiensis creatus.... Martii 1144. sedit mens. 11. dies 14. obiit Romæ 5. kal. Martii 1145. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 2.*

Lucius 3. Ethruscus creatus Romæ 4. kal. Septembris 1181. sedit an. 4. men. 2. dies 28. obiit Veronæ 7. kal. Decēb. 1185. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 2.*

Marcellus 1. Romanus creatus 21. Nouembris 304. sedit an. 5. men. 6. dies 21. martyr occubuit 17. kal. Februarii 310. *tom. 1. bull. tom. 1. Concil.*

Marcellus 2. Picenus creatus 5. idus Aprilis 1555. sedit dies 22. obiit 3. Kal. Maii. *tom. 1. bull. tom. 4. Conciliorum.*

Marcellinus Romanus creatus Kalend. Iulii 296. sedit an. 7. men. 9. dies 27. martyr occubuit 6. kal. Maii 304. *tom. 1. bull. tom. 1. Concil.*

Marcus Romanus creatus 17. kal. Februarii 336. sedit men. 8. dies 22. obiit nonis octobris *tom. 1. bull. tom. 1. Concil.*

Marinus 1. Vide, *Constantinus Marinus.*

Marinus 2. Romanus creatus kal. Nouembris 942. sedit an. 3. men. 6. dies 14. obiit 946. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 2.*

Martinus 1. Tuscus creatus pridie nonas Iulii sedit an. 6. menses 4. dies 17. obiit pridie idus Nouembris 653. *tom. 1. bull. tom. 2. Concil.*

Martinus 2. *alias* 4. Gallus creatus Viterbii 8. Kal. Martii 1281. sedit an. 4. men. 1. dies 7. obiit Perusii 4. kal. Aprilis 1285. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 2.*

Martinus 3. *alias V.* Romanus creatus 3. idus Nouembris sedit an. 13. men. 3. dies 12. obiit 12. Februarii 1431. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 2.*

Miltiades, vel Melchiades Afer creatus 4. idus Octobris 312. sedit an. 3. menses 2. dies 21. obiit 4. idus Decembris 315. *tom. 1. bull. tom. 1. concil.*

Nicolaus 1. Romanus creatus 8. kal. Maii 858. sedit an. 19. men. 6. dies 20. obiit Romæ idibus Nouembris 867. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 1.*

Nicolaus 2. Allobrox creatus 3. nonas Ianuarii 1059. sedit an. 2. men. 6. diem 1. obiit Florentiæ nonas Iulii 1061. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 2.*

Nicolaus 3. Romanus creatus Viterbii 7. Kal. Decembris 1277. sedit an. 2. men. 8. dies 29. obiit in Surriano monte 11. kal. Septembris 1280. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 2.*

Nicolaus 4. Asculanus creatus 8. Kal. Martii 1288. sedit an. 4. men. 1. dies 14. obiit Romæ pridie nonas Aprilis 1292. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 2.*

Nicolaus 5. Sarzanensis creatus pridie nonas Martii 1447. sedit an. 8. dies 19. obiit 9. Kal. Aprilis 1455. *tom. 1. bull. tom. 4. Concil.*

Paschalis 1. creatus 5. kal. Februarii, sedit an. 7. men. 3. dies 17. obiit pridie idus Maii 824. *bull. 1. to. 3. concil. p. 1.*

Paschalis 2. Italus creatus idibus Augusti 1099. sedit an. 18. men. 5. dies 9. obiit Romæ 12. kal. Februarii. *tom. 1. bull. tom. 3. Concil. p. 2.*

Paulus 1. Romanus creatus 4. kalen. Iunii 757. sedit an. 10. men. 1. obiit 4. kal. Iunii 767. *tom. 1. bull. tom. 3. Conc. p. 4.*

Paulus 2. Venetus creatus pridie Kal. Septembris 1464. sedit an. 6. men. 10. dies 26. obiit 5. kalend. Augusti 1471. *tom. 1. bull. tom. 4. Concil.*

Paulus 3. Romanus creatus 7. idus Octobris 1534. sedit an. 15. dies 29. obiit 4. idus Nouembris 1549. *tom. 1. bull. tom. 4. Concil.*

Paulus 4. Neapolitanus creatus 10. Kal. Iunii 1555. sedit an. 4. men. 2. dies 27. obiit 15. kal. Septembris 1559. *tom. 1. bull. tom. 4. Concil.*

Paulus 5. Romanus creatus 15. Maii 1605. sedit an. 15. men. 8. dies 13. obiit 28. Ianuarii 1621. *to. 3. bull. tom. 4. Concil.*

Pelagius 1. Romanus consecratus 16. kal. Maii sedit an. 4. men. 10. dies 18. obiit 2. Martii 559. *to. 1. bull. to. 2. Concil.*

Pelagius 2. Romanus creatus 3. idus Nouembris 579. sedit an. 10. men. 2. dies 29. obiit 6. idus Februarii 590. *tom. 1. bull. tom. 2. Concil.*

Petrus Galilæus Romam, sedem fundaturus successoribus, ingressus fuit 15. kal. Februarii 44. mortem magistri sui imitatus obiit 3. *Kal. Iulii 68. cum sedisset in* Romano Pontificatu an. 24. men. 3. dies 12. *tom. 1. Concil. tom. 1. bull.*

Pius 1. Aquileiensis creatus 18. kal. Februarii 154. sedit an. 11. men. 5. dies 27. obiit Romæ 5. idus Iulii 165. *tom. 1. bull. to. 1. Concil.*

Pius 2. Senensis creatus 14. kal. Septembris sedit annos 5. men. 11. dies 27. obiit Anconæ 17. kal. Septembris 1464. *tom. 1. bull. tom. 4. Concil.*

Pius 3. Senensis creatus 10. Kal. Octobris 1503. sedit dies 26. obiit 15. Kal. Nouembris 1503. *tom. 1. bull. tom. 4. Concil.*

Pius 4. Mediolanensis creatus Romæ 7. kal. Ianuar. 1560. sedit ann. 5. men. 2. dies 15. obiit 5. idus Decembris 1565. *to. 2. bull. tom. 4. Concil.*

Pius 5. Italus creatus 7. idus Ianuarii 1566. sedit an. 6. menses 3. dies 23. obiit kal. Maii 1572. *tom. 2. bull. tom. 4. Concil.*

Pontianus. Vide, *Calphurnius.*

Romanus Galesinus creatus 5. kal. Aprilis sedit men. 4. dies 23. obiit 14. kal. Septembris 897. *tom. 1. bull. tom. 3. concil. part. 2.*

Sabinianus 1. Tuscus creatus kal. Septembris sedit men. 5. dies 19. obiit 2. kal. Martii 605. *tom. 1. bull. to. 2. Concil.*

Sergius 1. Antiochenus creatus 12. kal. Ianuarii 687. sedit an. 13. men. 8. dies 23. obiit 6. idus Septembris 701. *to. 1. bull. tom. 3. concil. p. 1.*

Sergius

Ordo Alphabeticus Romanor. Pontificum.

Sergius 2. Romanus creatus 4. idus Februarii 844. ſedit an. 3. menſes 2. dies 3. obiit pridie idus Aprilis 848. *tom.* 1. *bull. to.* 3. *conc. p.* 1.

Sergius 3. Romanus creatus 8. kal. Ianuarii 904. ſedit an. 7. dies 16. obiit 5. idus Aprilis 911. *to.* 1. *bull. tom.* 3. *Concil. par.* 2.

Sergius 4. Romanus creatus 15. kal. Septembris an. 1009. ſedit an. 2. menſes 9. dies 12. obiit 4. *kal.* Iunii 1012. *tom.* 1. *bull. tom.* 3. *Conc. p.* 2.

Seuerinus Romanus creatus *kal.* Iunii 637. ſedit an. 1. men. 2. dies 3. obiit 4. nonas Auguſti 638. *to.* 1. *bull. to.* 2. *Conc.*

Siluerius. Vide, *Cœlius*.

Syluester I. Romanus creatus Kal. Decembris 315. ſedit an. 21. dies 4. obiit *pridie* kal. Ianuar. 335. *tom.* 1. *bull. tom.* 1. *Concil.*

Syluester 2. Gallus creatus kal. Nouembris 998. ſedit an. 4. men. 6. dies 12. obiit 4. idus Maii 1003. *tom.* 1. *bull. tom.* 3. *Concil. p.* 2.

Symmachus. Vide, *Cœlius*.

Simplicius I. Tiburtinus creatus 467. ſedit an. 15. menſes 7. dies 7. obiit 6. nonas Martii 483. *to.* 2. *concil.*

Syricius Romanus creatus pridie idus Ianuarii 385. vixit an. 13. men. 1. dies 14. obiit 398. *to.* 1. *bull. to.* 1. *conc.*

Siſinnius I. Syrus creatus 15. kal. Nouembris moritur 8. idus Nouembris 707. *to.* 1. *bull. to.* 3. *conc. p.* 1.

Sixtus I. Romanus creatus 7. idus Iunii 129. ſedit an. 9. men. 10. martyr occubuit 8. idus Aprilis 139. *to.* 1. *bull. tom.* 1. *concil.*

Sixtus 2. Græcus creatus 9. kal. Septemb. 261. ſedit men. 11. dies 18. martyrio coronatur 6. Auguſti 261. *tom.* 1. *bullar. to.* 1. *concil.*

Sixtus 3. Romanus creatus 4. kal. Maii 432. ſedit an. 7. menſes 1. obiit 5. Kal. Aprilis. *to.* 1. *bull. to.* 1. *Concil.*

Sixtus 4. Sauonenſis creatus 5. *idus* Auguſti 1471. ſedit an. 13. dies 4. obiit pridie idus Auguſti 1484. *tom.* 1. *bull. to.* 4. *concil.*

Sixtus 5. Picenus creatus 12. Aprilis 1585. ſedit an. 5. menſes 4. dies 3. obiit 6. kal. Auguſti 1590. *tom.* 4. *conc.*

Soter Campanus ex Fundis creatus 3. nonas Maii an. 175. ſedit an. 7. men. 11. dies 10. obiit Romæ 10. kal. Maii 182. *tom.* 1. *bull. tom.* 1. *concil.*

Stephanus I. Romanus creatus 8. idus Aprilis 258. ſedit an. 3. men. 3. dies 26. martyrium compleuit 4. nonas Auguſ. 260. *tom.* 1. *bull. tom.* 1. *concil.*

Stephanus 2. Romanus creatus 8. Kal. Aprilis 752. ante conſecrationem expirauit 5. kal. Aprilis *par.* 1. *bull. to.* 3. *concil. par.* 1.

Stephanus 3. *alias* 2. creatus 4. Kalen. Aprilis ſedit an. 5. dies 29. obiit 6. kal. Maii 757. *to.* 1. *bull. to.* 3. *concil. p.* 1.

Stephanus 4. *alias* 3. Siculus creatus nonis Auguſti 768. ſedit an. 3. men. 5. dies 27. obiit Romæ pridie Kalend. Februarii 772. *tom.* 1. *bull. tom.* 3. *conc. p.* 1.

Stephanus V. alias 6. Romanus creatus 5. nonas Iulii ſedit men. 6. dies 23. obiit 8. Kal. Februarii. *tom.* 1. *bull. tom.* 3. *conc. par.* 1.

Stephanus 6. *alias* 5. Romanus creatus 3. idus Maii 885. ſedit an. 6. dies 9. obiit 12. Kal. Iunii 891. *tom.* 1. *bull. tom.* 3. *conc. par.* 2.

Stephanus 7. *alias* 6. creatus 8. idus Ianuarii 896. ſedit an. 1. men. 2. dies 19. obiit 9. Kal. Aprilis 898. *tom.* 1. *bullar. to.* 3. *conc. par.* 2.

Stephanus 8. *alias* 7. Romanus creatus 9. kal. Nouembris, ſedit an. 2. men. 1. dies 15. obiit 6. idus Decembr. 930. *to.* 1. *bull. to.* 3. *conc. p.* 2.

Stephanus 9. *alias* 8. Romanus creatus 7. idus Iunii ſedit an. 3. men. 4. dies 15. obiit Romæ 12. kal. Nouembr. 942. *to.* 1. *bull. to.* 3. *conc. p.* 2.

Stephanus X. alias 9. Lotharingus creatus 4. nonas Auguſti 1057. ſedit menſ. 7. dies 28. obiit Florentiæ 4. kal. Aprilis 1058. *to.* 1. *bull. to.* 3. *conc. p.* 2.

Teleſphorus Calabrenſis creatus 5. idus Aprilis 139. ſedit an. 10. men. 8. dies 27. martyr occubuit nonis Ianuarii 150. *to.* 1. *bull. to.* 1. *conc.*

Theodorus I. Græcus conſecratus 6. Kalend. Decembris ſedit an. 6. menſ. 5. dies 19. obiit Romæ pridie idus Maii 647. *tom.* 1. *bull. tom.* 2. *conc.*

Theodorus 2. Romanus creatus 13. kal. Septembris ſedit dies 20. obiit Romæ 6. idus Septembris 900. *tom.* 1. *bull. to.* 3. *conc. p.* 2.

Valentinus Romanus creatus 19. kal. Ianuarii ſedit men. 1. dies 10. expirauit 10. Kal. Februarii 828. *tom.* 1. *bull. tom.* 3. *conc. p.* 1.

Victor 1. Afer creatus Kalend. Iunii 195. ſedit an. 9. men. 1. dies 26. martyr occubuit 5. kal. Auguſti 203. *tom.* 1. *Bull. tom.* 1. *concil.*

Victor 2. Germanus creatus idibus Aprilis 1055. ſedit ann. 2. men. 3. dies 16. obiit Floren. 5. Kal. Auguſti 1057. *to.* 1. *bull. to.* 3. *conc. p.* 2.

Victor 3. Beneuentanus creatus 1086. ſedit an. 1. ab electione, à conſecratione men. 4. dies 7. obiit 16. Kal. Octobris 1087. *to.* 1. *bull. tom.* 3. *Conc. p.* 2.

Vigilius creatus 6. Kal. Maii ſedit à creatione an. 18. menſ. 7. dies 15. à conſecratione *an.* 16. menſ. 6. dies 28. obiit 4. idus Ianuarii 556. *to.* 1. *bull. to.* 2. *Conc.*

Vitalianus I. Italus ſedit an. 14. men. 5. dies 29. obiit Romæ 6. kalen. Februarii 672. *to.* 1. *Bull. to.* 2. *Conc.*

Vrbanus I. Romanus creatus kalen. Octobris 227. ſedit an. 6. men. 6. dies 4. martyr occubuit 25. Maii 233. *tom.* 1. *Bull. tom.* 1. *Conc.*

Vrbanus 2. Gallus creatus Terracinæ 12. Martii 1088. ſedit an. 11. men. 3. dies 18. obiit 4. kal. Auguſti 1099. *to.* 1. *bull. to.* 3. *Conc. p.* 2.

Vrbanus 3. Mediolanenſis creatus Veronæ 7. kal. Decembris 1185. ſedit an. 1. menſ. 10. dies 25. obiit Ferrariæ 14. kal Nouembris 1187. *tom.* 1. *Bull. to.* 3. *Conc. p.* 2.

Vrbanus 4. Gallus creatus Viterbii 4. kalen. Septembris 1261. ſedit an. 3. menſ. 1. dies 4. obiit Peruſiæ 6. nonas Octobris 1264. *to.* 1. *bull. to.* 3. *Conc. p.* 2.

Vrbanus V. Gallus creatus Auenione 5. kalen. Octobris 1362. ſedit an. 8. men. 2. dies 24. obiit Auenione 14. Kal. Ianuarii 1370. *to.* 1. *Bull. tom.* 3. *Conc. p.* 2.

Vrbanus 6. Neapolitanus creatus Romæ 6. Aprilis 1378. ſedit an. 11. men. 6. dies 7. obiit Romæ idibus Octobris 389. *to.* 1. *bull. to.* 3. *Conc. p.* 2.

Vrbanus 7. Romanus creatus Romæ 17. kal. Octobris 1590. ſedit dies 12. obiit 5. kal. Octobris *to.* 2. *bull. to.* 4. *Conc.*

Vrbanus 8. Florentinus creatus Romæ 6. Auguſti 1623. ſedit an. 20. men. 11. dies 24. obiit Romæ die 29. Iulii 1644.

Zacharias Calaber creatus kalend. Decembris 741. ſedit an. 10. menſes 3. dies 16. obiit idibus Martii Romæ 752. *to.* 1. *bullar. to.* 3. *Conc. p.* 1.

Zeſirinus Romanus creatus 7. idus Auguſti 203. ſedit an. 18. dies totidem, obiit 7. kal. Septembris 221. *tom.* 1. *Concil. tom.* 1. *Bull.*

Zoſimus Græcus creatus 13. Kal. Septembris 417. ſedit an. 1. men. 4. dies 6. obiit 7. Kal. Ianuarii 418. *tom.* 1. *bull. to.* 1. *Concil.*

INDEX
ROMANORVM PONTIFICVM
Quò ad ordinem ſedendi.

PETRVS.
Linus.
Cletus.
Clemens I.
Anacletus.
Euariſtus.
Alexander I.
Sixtus I.
Theleſphorus.
Hyginus.
Pius I.
Anicetus.
Sother.
Eleutherius.
Victor I.
Zephyrinus.
Caliſtus I.
Vrbanus I.
Pontianus.
Anterus.
Fabianus.
Cornelius.
Lucius I.
Stephanus I.
Sixtus 2.
Dionyſius.
Fœlix I.
Eutychianus.
Caius.
Marcellinus.
Marcellus I.
Euſebius.
Melchiades.
Syluester I.
Marcus.
Iulius I.
Liberius.
Damaſus I.
Syricius.
Anaſtaſius I.
Innocentius I.
Zoſimus.
Bonifacius I.
Cœleſtinus I.
Sixtus 3.
Leo I.
Hilarius I.
Simplicius.
Fœlix 2.
Gelaſius I.
Anaſtaſius 2.
Symmachus.
Hormiſda.
Ioannes I.
Fœlix 3. alias 4.
Bonifacius 2.
Ioannes 2.
Agapetus I.
Siluerius.
Vigilius.
Pelagius I.
Ioannes 3.
Benedictus I.
Pelagius 2.
Gregorius I.
Sabinianus I.
Bonifacius 3.
Bonifacius 4.
Deus dedit.
Bonifacius V.
Honorius I.
Seuerinus I.
Ioannes IV.
Theodorus I.
Martinus I.
Eugenius I.
Vitalianus I.
Adeodatus.
Donus I.
Agatho I.
Leo 2.
Benedictus 2.
Ioannes V.
Conon.
Sergius I.
Ioannes 6.
Ioannes 7.
Siſinnius I.
Conſtantinus I.
Gregorius 2.
Gregorius 3.
Zacharias.
Stephanus 2.
Stephanus 3. alias 2.
Paulus I.
Stephanus 4. alias 3.
Hadrianus I.
Leo 3.
Stephanus 5. alias 4.
Paſchalis I.
Eugenius 2.
Valentinus I.
Gregorius 4.
Sergius 2.
Leo 4.
Benedictus 3.
Nicolaus I.
Hadrianus 2.
Ioannes 8.
Conſtantinus 2. ſeu Marinus I.
Hadrianus 3.
Stephanus 6. alias 5.
Formoſus.
Bonifacius 6.
Stephanus 7. alias 6.
Romanus I.
Theodorus 2.
Ioannes 9.
Benedictus 4.
Leo V.
Chriſtophorus I.
Sergius 3.
Anaſtaſius 3.
Landus.
Ioannes X.
Leo 6.
Stephanus 8. alias 7.
Ioannes XI.
Leo 7.
Stephanus 9. alias 8.
Marinus, ſeu Martinus 2.
Agapetus 2.
Ioannes 12.
Benedictus V.
Ioannes 13.
Donus videlicet Domnus 2.
Benedictus 6.
Bonifacius 7.
Benedictus 7.
Ioannes 14.
Ioannes XV.
Ioannes 16.
Gregorius XV.
Syluester 2.
Ioannes 17.
Ioannes 18.
Sergius 4.
Benedictus 7. alias 8.
Ioannes 19.
Benedictus 8. alias 9.
Gregorius 6.
Clemens 2.
Damaſus 2.
Leo 9.
Victor 2.
Stephanus X. alias IX.
Nicolaus 2.
Alexander 2.
Gregorius 7.
Victor 3.
Vrbanus 2.
Paſchalis 2.
Gelaſius 2.
Calliſtus 2.
Honorius 2.
Innocentius 2.
Cœleſtinus 2.
Lucius 2.
Eugenius 3.
Anaſtaſius 4.
Hadrianus 4.
Alexander 3.
Lucius 3.
Vrbanus 3.
Gregorius 8.
Clemens 3.
Cœleſtinus 3.
Innocentius 3.
Honorius 3.
Gregorius 9.
Cœleſtinus 4.
Innocentius 6.
Alexander 6.
Vrbanus 4.
Clemens 4.
Gregorius X.
Innocentius V.
Hadrianus V.
Ioannes XX. alias XXI.
Nicolaus 3.
Martinus 2. alias 4.
Honorius 4.
Nicolaus 4.
Cœleſtinus V.
Bonifacius 8.
Benedictus V. alias XI.
Clemens V.
Ioannes 21. alias 22.
Benedictus 11. alias 12.
Clemens 6.
Innocentius 6.
Vrbanus V.
Gregorius 11.
Vrbanus 6.
Bonifacius 9.
Innocentius 7.
Gregorius 12.
Alexander V.
Ioannes 22. alias 23.
Martinus 3. alias 5.
Eugenius 4.
Nicolaus V.
Calliſtus 3.
Pius 2.
Paulus 2.
Sixtus 4.
Innocentius 8.
Alexander 6.
Pius 3.
Iulius 2.
Leo X.
Hadrianus 6.
Clemens 7.
Paulus 3.
Iulius 3.
Marcellus 2.
Paulus 4.
Pius 4.
Pius V.
Gregorius 13.
Sixtus V.
Vrbanus 7.
Gregorius 14.
Innocentius 9.
Clemens 8.
Leo 11.
Paulus V.
Gregorius XV.
Vrbanus 8.
Innocentius X.
Alexander 7. fœliciter ſedens.

INDEX

Titulorum, seu Materiarum, quæ in hoc volumine continentur.

A

AARON. pag. 1
Abbatia. 1
Abbas, quomodo olim eligebatur. 1
Abbas à quo nunc eligendus. 1
Abbas, quomodo eligendus. 1
Abbatis eligendi qualitates, & ætas. 1
Abbas circa regimen monasterij. 1
Abbas circa cellas. 1
Abbatis conuictus cum monachis. 1
Abbatis charitas circa monachos. 1
Abbas, olim, erga Episcopos. 1
Abbas nunc erga Episcopos. 1
Abbatis iurisdictio quo ad subditos. 1
Abbas circa ordinationes. 1
Abbas tolerans scandala. 2
Abbas renuncians. 2
Abbas si exemptus, & soli Papæ subiectus. 2
Abbas circa vsum mitræ. 2
Abbas quo ad vsum Baldachini. 2
Abbas quo ad benedictiones, & sacramenta. 2
Abbas quo ad consecrationes, & Episcopalia. 2
Abbas quo ad alia. 2
Abbas, quando, & quomodo priuandus. 2
Abbares omnes. 2
Abbatissæ electio, & benedictio. 2
Abbatissæ eligendæ qualitates. 3
Abbatissa circa velationem, benedictiones, prædicationem, &c. 3
Abbatissa quo ad regimen monasterij, & durationem. 3
Abbatissa quo ad egressionem à monasterio. 3
Abbatissa quo ad collocutionem cum exteris. 3
Abbatissa introducens mulieres in monasterium. 3
Abbatissa quo ad legata, & testamenta. 3
Abbatissa Canonissarum. 3
Abbreuiator. 3
Abiurare, & Abiuratio. 3
Ablutio pedum. 3
Abortus, & procurantium pœna. 4
Abraham. 4
Absens circa iudicia. 4
Absens beneficiatus. 4
Absens circa electionem. 4
Absoluere. Absolutio. 4
Absolutio ab hæresi. 5
Absolutio in tempore mortis. 5
Absolutus tempore mortis, & obligatio eius. 5
Absolutus cum onere se præsentandi. 5
Absolutio à casibus Papalibus. 5
Absolutio generalis Papæ. 5
Absolutio post mortem. 5
Absolutus si non expressit factum. 5
Absolutio ad cautelam. 5
Absolutio à censura, &c. quomodo danda. 6
Absolutio ab excommunicatione Papæ, quando dari potest ab Episcopo, vel alio. 6
Absolutio, quæ non committitur. 6
Absolutus malè. 6
Absolutio à quo petenda. 6
Absolutio ab excommunicatione iniusta. 6
Absolutionis forma, seu ritus. 6
Absoluendi facultas. 6
Absoluens pro pretio. 6
Absoluenda mulier supponens partum. 6
Abstinentia, & Abstinere. 6
Aburens. 7
Accidens. 7
Acceptio personarum. Accessorium. 7
Accipiens, & Accipere. Accipitres. 7
Accusare cui permittitur. 7
Accusare cui prohibetur. 7
Accusare non permissus, quid facere potest. pag. 7
Accusari quis possit, & quis non. 7
Accusatio à quo, & quomodo fit. 7
Accusatio quando non recipienda. Accusator. 8
Accusator qui, & quando repellitur, & qui non. 8
Accusator falsus, vel non probans. 8
Accusatoris obligatio. 9
Accusans, vel desistens accusare ob pecuniam. pag. 9
Accusatore desistente. 9
Accusator quando non publicandus. 9
Accusatus. Acephali clerici. Acolithus. 9
Actor. Acta. 10
Actus legitimus. 10
Adam, & eius peccatum. 10
Adiutorium Dei. 11
Administrator, & administratio. 11
Admissus. Aduenæ. 11
Aduentus. Aduersarii. 11
Adulantes. 11
Adulter, & adulterans. Adultera. 11
Adulterium. Adulterinus filius. 12
Aduocatus. 12
Aduocati Romanæ Curiæ. 12
Aduocati Consistoriales Romæ. 12
Aduocati pauperum. Ædificia. 12
Ægidianæ Constitutiones, & statuta. 12
Ægypti Iacobitæ. Æs alienum. 12
Ætas. Affines, & affinitas. 13
Affligere, & affligi. 13
Africani. Agapes. Agitator. 13
Agentes negotia electionum. 13
Agricultores in agro Romano. 13
Aggressus. Agnus Dei. *Alba.* 13
Albergatores Romæ. 13
Alcantaræ milites. Alchimia, & Alchimistæ. 13
Alexandria. Aleæ. 13
Alemania. 13
Alienare, & alienari. Alienatio. 14
Alienationis species. 14
Alienata. Alleluia. Allegoria. 15
B. Aloysius. Altare. 15
Altaris vestes, & vasa. 15
Altari inseruiens. Altaris reuerentia. 15
Altare viaticum, vel portatile. 16
Amadei fratres. Amare. 16
Ambiens, seu ambitiosus. Ambrosiani fratres. 16
Amentes. Amici. 16
Amuleta, seu filacteria. Ananias. 16
Anathema. Anconæ Portus. 16
B. Andreas Auellinus. 16
Andronicus. Angelus. Anglia. 16
Anima. Animalia. 17
Annalia, & annatæ. Annatæ Cameræ Apostolicæ. 17
S. Anna. Annona. 17

Annun-

Index Titulorum.

Annunciatio B. Mariæ.
Anteceſſor. Antiochia.
S. Antonius. S. Antoninus.
Annus Sanctus.
Anni reformatio. Anniuerſarium.
Antequam. Antichriſtus.
Antiphonarium. Antiſtes. Anulus. Aperiens.
Apis. Apocalypſis.
Apocrifus. Apoſtata à fide.
Apoſtata à clericatu.
Apoſtata ab ordine regulari.
Apoſtolus. Apoſtolorum vigiliæ.
Apoſtoli, id eſt, litteræ miſſoriæ. Apoſtolicus.
Apoſtolica Sedes. Apparentia.
Appellare quis poteſt.
Appellare, quando quis poteſt.
Appellatio, quæ non valet.
Appellans ad quid tenetur.
Appellans, an poſſit iudicari à iudice à quo. pag.
Appellatio à ſubdelegato. Appellatio ad Papam.
Appellatio, an impediat ſententiam.
Appellatione facta, quid agi poſſit à reo, & iudice, &c.
Appellans, quando cenſetur renunciare.
Appellationis remotæ clauſula.
Appellatio non admittenda.
Appellatio ab Epiſcopo, & eius officiali, ac ſubditis ad Archiepiſcopum, &c. quando valet.
Appellans à ſententia excommunicationis. pag.
Appellationis terminus.
Appellationis articuli abſente parte.
Appellatio vnius, an profit alteri.
Appellatione non recepta à iudice, quid ſit. pag.
Appellatio extra iudicium.
Appellationis validitas à quo cognoſcenda. pag.
Appellans, quomodo tractandus.
Appellans non proſequens.
Appellans à iudicibus Sedis Apoſtolicæ ad tribunal ſæculare.
Appellatio in cauſis beneficialibus.
Appellationis expenſæ à quo faciendæ.
Appellatio à Papa, nulla eſt.
Appellatio à taxatione exceſſiua expenſarum.
Alia de appellatione.
Appellationes à Marchia.
Appellatio in cauſis cum Camera.
Apoſtolica vertentibus. Approbatio. Apulia.
Aqua benedicta. Aqua fontis baptiſmalis.
Aqua miſcenda in ſacrificio.
Aqua lateris Chriſti.
Aqua de qua Chriſtus loquitur *Io. 4.*
Aqua fœlix Romæ. Aqua Paula Romæ.
Aragoniæ Rex.
Arbitri.
Arbitrium humanum. Vide, Liberum arbitrium.
Archibuſetus, & licentia ferendi.
Archiconfraternitas Carceratorum Romæ.
Archidiaconus.
Archiconfraternitas Confalonis.
Archiconfraternitas Cordigerorum.
Aliæ confraternitates. Vide, confraternitas.
Archiepiſcopi ordinatio.
Archiepiſcopi dignitas.
Archiepiſcopus quo ad Pontificalia.
Archiepiſcopus quo ad iuriſdictionem, & ſuffraganeos.
Archiepiſcopus erga Papam. Archipresbyter.
Archipresbyter S. Ioannis Lateranenſis. Vide, S. Ioannis Lateranenſis, & Cardinalis Archipresbyter.
Archipresbyter S. Petri. Vide, S. Petrus, & Cardinalis Archipresbyter.
Archipresbyter S. Mariæ Maioris. Vide, S. Maria Maior, & Cardinalis Archipresbyter.
Archiuium.
Archiuium Romanæ Curiæ.
Archiuium in ſtatu Eccleſiaſtico. Archiuij Regens.

Argentum falſum. Arioli.
Arma. Arma breuia.
Arma Cardinalium. Vide, Cardinalium arma, & inſignia.
Armatorum Caualcatæ. Armeni.
Aromatarii, & Aromatariæ ſtatus Eccleſiæ, & Romæ.
Areptitius. Arrogans.
Articularis morbus.
Aruſpicia, & Aruſpices.
Aſſaſſinium. Aſſentiens.
Aſſeſſor. Aſſiſtens.
Aſſiſtens Cappellæ Papalis. Aſſiſtentes Religionum.
Aſperſio cum aqua benedicta.
Aſtrologia, & Aſtrologi. Attentio.
Atrium Eccleſiæ. Attritio.
Auarus. Auditor.
Auditor Cameræ Apoſtolicæ.
Auditor Rotæ Romanæ.
Aues venaticæ.
Augurium, & Augures.
S. Auguſtinus. Aurum falſum.
Auiſi. Vide, Menantes, vel ſcriptores de auiſi.
Authenticus. Author.
Auxilium gratiæ. Azima.

B

Baculus.
Baldacchini vſus.
Balſamum. Bannum, & bannire. Bannitus.
Baptiſta. Vide, S. Ioannes Baptiſta.
Baptiſmus, eiuſque materia, & forma.
Baptiſmi miniſter.
Baptiſmi neceſſitas pro omnibus etiam paruulis.
Baptiſmus collatus ficto.
Baptiſmus datus ab hæreticis, & aliis infidelibus, &c. aliis malis.
Baptiſmus, quando, id eſt, in qua ætate ſuſcipiendus.
Baptiſmus quo tempore in Eccleſia miniſtrandus.
Baptiſmus in quo loco dandus.
Baptiſmi effectus.
Baptiſmi iteratio, quando eſt illicita, & quando non.
Baptiſmum iterantium pœnæ.
Rebaptizatorum onera, & pœnæ.
Baptiſmus, an dandus, quando eſt dubium, ſi quis ſit baptizatus.
Baptiſmus non dandus inuitis.
Baptizandorum diſpoſitiones præuiæ.
Baptiſmi ritus, ſeu cerimonię.
Baptizatorum obligationes poſt baptiſmum.
Baptiſmi patrinus, ſeu ſuſcipiens.
Baptizatus contrahit cognationem ſpiritualem.
Baptiſmi capaces, & incapaces.
Baptizatus in ægritudine.
Baptizatus, nil poteſt ſoluere pro baptiſmo.
Baptizatus extra ſuam Eccleſiam.
Baptiſmalis Eccleſia.
Baptiſterium, vas, & locus.
Baptizati deſcribendi.
Baptizati de gente Iudęorum, Saracenorum, &c.
Barattaria. Barba.
Baricellus, ſeu Baroncellus.
Barones in ſtatu Eccleſiaſtico.
S. Bartholomęus.
Baſilicæ Vrbis Romæ, & aliæ.
Baſiliani Monachi. Baſileæ Concilium.
Beatus, & Beatitudo.
Beguardi. Beguinæ, & Beguini.
Bellum, & bellare.
Belua.
Benedicere, & benedictio.
Benedictini. Benefactor.
Beneficium quodcumque, ſiue curatum, ſiue non.
Beneficia, quæ conferri poſſunt, ſunt vacantia.
Beneficiorum vacatio, cui ſignificanda.
Beneficiorum erectio in iuſpatronatus.

Index Titulorum.

Beneficia non dismembranda, nec diuidenda. 44
Beneficia, quibus danda, & quibus non. 44
Beneficiorum incapaces. 44
Beneficia indignis conferentium pœnæ. 45
Beneficia à quo conferenda. 45
Beneficia reseruata Papæ. 45
Beneficia vacantia in curia, quæ, & à quo conferenda. 46
Beneficia plura, quando teneri possunt, & quomodo, & quando non. 47
Beneficiorum impetrationes, quando inualidæ, & quando validæ. 48
Beneficia, nec danda, nec accipienda cum pacto, vel promisso, & pœna. 49
Beneficia non obtinenda cum pretio, vel munere, &c. 49
Beneficia, quando conferenda. 49
Beneficia vacatura, nec impetranda, nec danda, nec promittenda sine dispensatione. 50
Beneficiorum vnio. 50
Beneficiorum resignatio, seu renunciatio, & permutatio. 50
Beneficiorum translatio. 51
Beneficiorum transactio, vel compositio. 51
Beneficia semel collata, an auferri possint. 51
Beneficiorum restitutio. 52
Beneficia non danda iure hæreditario. 52
Beneficiorum collatio non sit clandestina. 52
Beneficia non admittunt accessum, & regressum. 52
Beneficia non accipienda à laicis. 52
Beneficium idem impetratum à pluribus. 52
Beneficia sæcularia, & regularia. 52
Beneficium impetratum certo modo. 52
Beneficiorum possessio. 53
Beneficia Concistorialia. 53
Beneficia vacantia in Regno Valentiæ. 53
Beneficia vacantia in Regno Galliæ. 53
Beneficia Germaniæ. 53
Beneficia vacantia in Regno Neapolis. 53
Beneficium obtinens à Papa, vel ex mandato Papæ. 53
Beneficiorum inuasores, & pœnæ. 54
Beneficiorum redditus, seu fructus. 54
Beneficiati à quo instituendi. 54
Beneficiati obligationes. 54
Beneficiati obligatio quo ad residentiam. 55
Beneficiati morientis successor, & huius obligationes. 55
Beneficiati quo ad pensionem. 56
Beneficium impetrans simulato nomine. 56
Beneficiorum causæ, & lites. 56
Beneficiati quo ad examen. 56
Beneficiati quo ad forum competentem. 57
Beneficiati quo ad visitationem. 57
Beneficiati, & beneficia quo ad iura Cameræ Apostolicæ. 57
Beneficia, siue Cardinalium, siue familiarium eorundem. 57
Beneficiati promoti ad Ecclesias quascumque. 57
Beneficialis confidentia. 57
Beneficia, quomodo conferenda. 58
S. Bennon. S. Bernardus. 58
S. Bernardinus Senensis. 58
Berengarius. 58
Bestia, & bestialitas. 58
Bidellus. 58
Bigamus, & Bigamia. 58
Biretum. Birrus Vestis. 58
Blasphemia, & blasphemans, ac pœnæ. 58
Bizochi. Bohemia. 59
S. Bonauentura Cardinalis. 59
Bononia Lombardiæ. 59
Bonus. Bonorum cessores. 59
Bona fides. Bona opera. 59
Bona temporalia cuiuscumque. 59
B. Borgia. Breuiarium Romanum. 60
Brixia Ciuitas. Bulgaria. 60
Bulla. Bulla Cœnæ. 60
Bulla Cruciatæ. Bulla Cancellariæ Apostolicæ. 60
Burgus fœlix. Burgundia. 60

C

CAdauera. 60
Caducus morbus. 60
B. Caietanus. Cainus. 60
Calabria. Calatraua. 61
Calcedonense concilium. 61
Calcei. Calendarium. 61
Calepodia. Calix. 61
Calumniator, & Calumnia. 61
Camaldulenses. Cambium. 61
Cameræ Apostolicæ annatæ. 61
Cameræ Apostolicæ causæ. 62
Cameræ Apostolicæ canones, census, terræ, bona, iura, &c. 62
Cameræ clerici. 63
Cameræ officiales, & officia. 63
Cameræ Apostolicæ Camerarius. 63
Cameræ Apostolicæ Commissarius. 63
Cameralia onera. Campana. 64
Cancellaria Apostolica. 64
Cancellariæ Apostolicæ officiales, distinctè. 64
Cancellariæ Regulæ. 64
Cancellariæ Apostolicæ Vicecancellarius. 64
Cancellariæ status Ecclesiastici, & cancellarii. 65
Cancellarij Episcoporum. ibid.
Candelæ. Canes. ibid.
Canones Apostolorum. ibid.
canonum vigor, notitia, & obseruantia. ibid.
canones pœnitentiales. ibid.
canonici quo ad nomen, & originem. ibid.
canonici quo ad electionem. 66
canonici quo ad præbendas, & Ecclesias. ib.
canonici quo ad vitam, mores, conuictum, & habitationem. ibid.
canonici quo ad obligationem residendi. ibid.
canonici quo ad alias obligationes. 67
canonici, quomodo ab Episcopo iudicandi. ib.
canonicorum numerus, multiplicatio, & diminutio. ibid.
canonici circa Papam. ibid.
canonicatus cum cura. ibid.
canonici cessantes à diuinis. ibid.
canonici circa capitulum, & alia. ibid.
canonici exempti. 68
canonici Basilicarum Romæ. 68
canonica portio. 68
canonici quo ad testificandum. 68
canonici regulares. 68
canonici regulares S. Augustini dicti Lateranenses. 68
canonici regulares S. Spiritus Venetiarum. 68
canonici regulares S. Augustini dicti S. Saluatoris. 68
canonici regulares S. Georgii in Alga. 69
canonicæ scripturæ. 69
canonica monitio. 69
canon missæ. 69
canonizatio Sanctorum. 69
cantus. cantare. cantores. 69
capitolium, & capitolini Iudices, ac Senator. 69
capitulum cathedralis Ecclesiæ. 70
capitulum, id est, congressus canonicorum, &c. 70
capitula Regularium. 70
capitulum Ecclesiæ S. Ioannis in Laterano Romæ. 70
Capitulum, seu canonici S. Petri Romæ. 71
capitulum, seu canonici S. M. Maioris Romæ. 71
capella priuata. 71
capellæ Ecclesiarum, capellani, & capellaniæ. 71
capella Præsepe S. Mariæ Maioris Romæ. 71
capella B. M. V. in Ecclesia S. Mariæ Maioris. 71
capella Papalis, capellani, & cantores. 71
capuccini. 71
capranicense collegium. Vide, collegium capranicense. 72
captiuus. caputium. 72
caputium Reformatorum, & Recollectorum. Vide, Fratres Reformati. 72
caracter. 72
carcer, & carceratus, & carcerare. 72
carcerum visitatores Romæ. 72

Index Titulorum.

Carceratorum confraternitas Romæ. 73
cardinalis nomen, & res antiquitus. ibid.
cardinalis nomen, & res in Ecclesia Romana. ibid.
cardinalium numerus, & diuersitas. ibid.
cardinalium eligendorum qualitates. ibid.
cardinalis officium, & ius. ibid.
cardinalium, dignitas, authoritas, & antiquitas. ibid.
cardinalium collegium. ibid.
Cardinalium obligationes. ibid.
cardinalem carcerans, persequens, &c. 74
cardinalium priuilegia. ibid.
cardinales in conclaui. ibid.
cardinales circa beneficia. 75
cardinales Diaconi. ibid.
cardinales Legati. ibid.
cardinales schismatici. 76
cardinales erga suas titulares Ecclesias. ibid.
cardinales protectores regularium. ibid.
cardinalium familiares, capellani, & alii. ibid.
cardinales circa residentiam. ibid.
cardinales simoniaci in electione Papæ. Vide, Electio Papæ. ib.
cardinales quo ad commorationem, & dissessum à statu Ecclesiæ. ibid.
cardinalium insignia, seu arma, & tituli, ac sigilla. 77
cardinales circa commendas. ibid.
cardinalium morientium, funeralia, spolia, & alia. ibid.
cardinales Archipresbyteri S. Ioan. in Laterano, S. Petri, & S. Mariæ Maioris. ibid.
charitas. charitatiuum subsidium. ibid.
carmelitani fratres. Vide, Fratres Carmelitani. 78
caro. carnes. caro humana. ibid.
caro Christi. S. Carolus. ibid.
carnale peccatum, & carnaliter peccans. ibid.
carnalis copula cum quacumque persona, &c. ibid.
carthago. 79
carthusiani Monachi. Vide, Monachi carthusiani. ibid.
cassinenses Monachi. Vide, Monachi cassinenses. ibid.
castella, seu castilia. castitas. ibid.
castrans, & castratus. caseus, & oua. ibid.
casus reseruati. S. Catharina Senensis. ibid.
catechumenus. catechismus. ibid.
cathedra S. Petri. Vide, S. Petrus Apostolus. 80
cathedralis Ecclesia. ibid.
catholicus. caualcatæ. ibid.
causa, quid sit. causa Ecclesiastica. ibid.
causæ matrimoniales. ibid.
causæ Ecclesiasticæ ad Papam deferendæ, quæ sunt. ibid.
causæ vbi faciendæ, ac iudicandæ. 81
causæ, quomodo tractandæ, seu iudicandæ. ibid.
causæ quæ possunt agi, vel non agi per Ecclesiasticos. ibid.
causæ, à Papa, quibus committi possunt. ibid.
causæ omnes iustificationis impij. Vide, iustificatio impij. ib.
cæcus. cedere iuri. ibid.
celare. celebrare, & celebrans. ibid.
celibatus. cella, & cellarius. ibid.
cœmeterium. censura Ecclesiastica. 82
census. ceremoniæ Ecclesiasticæ. ibid.
ceremoniarum magister. ibid.
ceremoniale. 83
cereus Paschalis, & alij. certus. ibid.
cessatio à diuinis. chirurgia. ibid.
chorus. chrisma, quid sit. ibid.
chrisma à quo faciendum. ibid.
chrisma, quando confici potest. ibid.
chrisma à quo ministrandum. 84
chrisma à quo petendum pro vsu baptismi, & quando. ibid.
chrisma, quomodo custodiendum. ibid.
Pro Chrismate dando, vel accipiendo, nihil soluendum, aut exigendum. ibid.
chrisma vetus. chrismatis vsus. ibid.
christus quo ad diuinitatem. ibid.
christus quo ad humanitatem, & carnem. ibid.
christus quo ad vnitatem personæ. 85
christus quo ad pluralitatem naturarum. ibid.
christus quo ad existentiam. ibid.
christus quo ad missionem. ibid.
christi incarnatio à quo fuerit effectiue operata. ibid.
christus quo ad conceptionem, & natiuitatem. ibid.
christi nomen. ibid.
christus quo ad filiationem. ibid.
christus quo ad passionem, & mortem. ibid.
christus quo ad sepulchrum, & descensum ad inferos. ibid.
christus quo ad Resurrectionem. ibid.
christus quo ad sacerdotium, & sacrificium. ibid.
christi circumcisio, & baptismus. ibid.
christus quo ad pluralitatem voluntatum, & operationum. 86
christus quo ad adorationem. ibid.
christus, an sit aliqua duo. ibid.
christus, quomodo consubstantialis Deo, & hominibus. ib.
christus, cur venit in mundum. ibid.
christi efficacia, & influentia erga homines. ibid.
christi paupertas. ibid.
christus quo ad scientiam, & augmentum eius. ibid.
christus quo ad ascensionem. ibid.
christus circa secundum aduentum. ibid.
christus, quomodo pingendus. ibid.
christus quo ad alia. ibid.
christus in Sacramento Eucharistiæ. 87
christum negantes, vel conceptionem eius. ibid.
christiani quo ad ritus. ibid.
christianorum obligationes. ibid.
christiani morientes. ibid.
christiani circa Iudæos. ibid.
christiani circa Saracenos, & alios. 88
christiani captiui, siue sclaui etiam in partibus infidelium. ib.
cibi, & eorum delectus, & effectus. ibid.
cinctus. ciprum. ibid.
circulator. circumcisio. ibid.
cistercienses. citatio, citatus, & citans. 89
ciuitas. clandestina. ibid.
S. Clara. ibid.
clareni. Vide, Fratres clareni S. Francisci. ibid.
claudus. claues Ecclesiæ. 90
clauis de corpore S. Petri accepta. ibid.
S. Clemens Papa I. 90
clerici nomen, & res. 90
Quinam sint capaces clericatus, seu possint ordinari clerici. 90
Qui sunt inhabiles ad clericatum, seu qui non possunt ordinari clerici. 90
A quo ordinari debent, seu instituí clerici in quolibet ordine, etiam tonsura. 91
clericorum ordo in Ecclesia. ibid.
clericorum numerus. 91
clerici quo ad habitum, & tonsuram. 91
clerici minores, an possint in clericatu ducere vxores. 92
clerici minores in ministerio. 92
clerici in sacris, an possint ducere vxores. 92
clericus habens vxorem, an possit ad sacrum ordinem ascendere. 93
clerici quo ad cohabitationem cum mulieribus. 93
clerici quo ad locutionem, & conuersationem cum mulieribus. 93
clerci concubinarij. 93
clerici quo ad possessionem bonorum temporalium. 94
clericus quo ad seruitium Ecclesiæ. 94
clerici à quibus tenentur abstinere. 94
clericorum obligationes. 95
clerici vsurarii. 95
clerici ebriosi, vitiosi, &c. 95
clerici fornicarii, vel adulteri, &c. 96
clerici quo ad arma, vel militiam. 96
clerici in sacris committentes crimen capitale. 96
clerici cooperantes homicidijs, vulnerationibus, &c. 96
clerici iudices in causa sanguinis, vel aliter præsentes. 97
clerici quo ad duellum. 97
clerici quo ad collectas, subsidia, & alias solutiones circa laicos. 97
clerici conspiratores contra Episcopos, vel alios. 97

clerici

Index Titulorum.

Clerici inturiosi, & inobedientes suo Episcopo, seu apostatæ ab eo, &c. ibid.
Clericus percussor. 98
clerici infamati de aliquo delicto, licet non conuicti. ibid.
clericus operans contra Ecclesiam, vel eius libertatem. ibid.
clerici sortilegi, seu incantatores. clerici falsarii. ibid.
clericorum immunitas, seu exceptio à sæculo. ibid.
clerici à quo iudicandi, seu clericorum forus competens. 99
clerici non vacent negotiis sæcularibus, & pœnæ. ibid.
clerici, quomodo recipiendi in alienis Ecclesiis. 100
ibid.
clerici peregrinantes. ibid.
clerici quo ad conuiuia, & nuptias. 101
clerici quo ad priuationes officiorum. ibid.
clerici depositi, priuati, seu condemnati. ibid.
clerici coniugati. ibid.
clericorum percussores, occisores, persecutores, carcerantes, &c. 102
clerici, quando non gaudent foro clericali. ibid.
clerici quo ad redditus, & prouentus Ecclesiæ. 103
clerici quo ad iuramenta. ibid.
Clerici quo ad testimonium ferendum. ibid.
clerici quo ad testamenta. ibid.
clerici quo ad pluralitatem Ecclesiarum. 104
clerici transeuntes ad alienas Ecclesias. ibid.
clerici absentes ab Ecclesia. ibid.
clericorum multa priuilegia. ibid.
clerici quo ad donationes, & bona. 105
clerici redeuntes ad sæculum. ibid.
clerici circa subiectionem ad Episcopum, & alios. ibid.
clerici excommunicati ab vno Episcopo non recipiendi ab aliis. ibid.
clerici quo ad decimas soluendas. ibid.
clerici quo ad appellationes à suo Episcopo. ibid.
clerici quo ad monasteria monialium. ibid.
clerici quo ad monachatum, seu Religionem. ibid.
clerici quo ad ordines recipiendos, siue sacros, siue alios. ibid.
clerici quo ad ministeria ordinum, & alias functiones. 106
clerici proprii, domestici, commensales, Episcoporum, & Cardinalium. ibid.
clerici ordinati ab hæreticis. ibid.
clerici hæretici, vel apostatæ à fide. ibid.
clerici vagi, & fugitiui. ibid.
clerici discordes. ibid.
clerici primæ tonsuræ. ibid.
clerici in processionibus. ibid.
clerici quomodo, & quando ordinandi. ibid.
clerici male promoti. ibid.
clericorum seminaria. ibid.
clerus. 107
clerici Regulares Minores dicti. ibid.
clerici Regulares S. Pauli Decollati. ibid.
clerici Regulares ministrantes infirmis. ibid.
clerici Doctrinæ Christianæ. ibid.
clerici Regulares Theatini. ibid.
clerici Iesuati. ibid.
clerici Scholarum Piarum Matris Dei. ibid.
clerici Sommaschi. ibid.
clerici scholarum piarum pauperum clericorum. ibid.
clerici congregationis Oratorii, vel sanctæ Mariæ in Vallicella. ibid.
clericorum piorum congregatio in regno Franciæ titulo Oratorii. 108
clerici Societatis Iesu. clerici cameræ. ibid.
S. Cletus. Clodoueus. ibid.
cluniacenses monachi. Vide, Monachi. ibid.
coadiutor quando datur, & quis. ibid.
coadiutoria. cogentes. ibid.
cogitatio. cognatio legalis. ibid.
cognatio spiritualis. coitus. coire. ibid.
collegium. ibid.
collegium Cardinalium. Vide, Cardinales. ibid.
collegium sancti Bonauenturæ fratrum Minorum conuentualium Romæ. ibid.
collegium Anglicanum Romæ. 109
collegium Germanicum Romæ. ibid.
collegium Græcorum. ibid.
collegium capranicense Romæ. ibid.
collegium Maronitarum Romæ. ibid.
collegium Matthæiorum Romæ. ibid.
collegium Schotorum, seu Nationis Scotiæ. ibid.
collegium fratrum sancti Francisci de Paula Romæ. ibid.
collegium Minorum Conuentualium pro insula Melitæ. ib.
collegium pro eisdem fratribus Minorum Conuent. in ciuitate Pragæ Bohemiæ. ibid.
collegium dictum Montis Alti Bononiæ. ibid.
collegium colimbriense in Hispania. ibid.
collegia quædam Iesuitarum. ibid.
collegia diuersa. ibid.
collegium Medicorum in vrbe. Vide, Medici. ibid.
collectæ: collector. ibid.
Colludere, & colluſio. ibid.
columnenses. ibid.
coloni Ecclesiæ. ibid.
colonia. color. coloratum. 110
coma. comedere, comedens. ibid.
comœdia. comites. ibid.
commater. ibid.
compater. compaternitas. ibid.
commendæ. commendatarii. Commendare. ibid.
commendatitiæ literæ. Vide, Literæ. 111
commensales Papæ. Vide, Papa. ibid.
commissio. commissarius. ibid.
commissarius fabricæ S. Petri. Vide, Fabrica S. Petri. ibid.
commissarii Nuncii Apostolici Neapolis. ibid.
commodum. commodatarius. ibid.
communio Eucharistica. ibid.
communio sub vtraque specie. 112
communicare cum excommunicatis, vel alijs quando est illicitum, &c. ibid.
communitas. compositio. ibid.
compromissum. compromittens, & compromissus. ibid.
compunctio. compurgatores. 113
conceptus. conceptio. ibid.
conceptio Christi. ibid.
conceptio Beatæ Mariæ Virginis. ibid.
conceptionis Beatæ Mariæ officium. ibid.
conceptionis Beatæ Mariæ Virginis militia, & equites. ibid.
concessio. ibid.
concilia Generalia hucusque celebrata. ibid.
concilia Generalia à quo conuocanda. 114
concilia Generalia à quo confirmanda, vt sint valida. ibid.
conciliorum Generalium sanctitas, & auctoritas ad definiendum, & obligandum. ibid.
concilium Generale, quid debeat, & possit decernere, & qua firmitate. ibid.
concilium quando dicitur Generale, & quando non. ibid.
conciliorum Generalium conuocandorum ordo, & ritus. ibid.
Ad concilia Generalia qui tenentur ire, & qui possunt ire. 115
A concilio quando discedendum. ibid.
concilium Generale quando, & pro quo congregandum. ib.
concilium Generale vbi celebrandum. ibid.
concilium Generale non impediendum à Regibus. ibid.
conciliorum decreta. ibid.
concilia Prouincialia an facienda, & quando. ibid.
concilia Prouincialia à quo conuocanda, & quo tempore anni. ibid.
Ad Prouinciale concilium qui tenentur ire. 116
concilia Prouincialia propter quid congreganda. ibid.
concilia Prouincialia quo ritu facienda. ibid.
conciliorum Prouincial. auctoritas, & obligatio quanta sit. ibid.
A concilio Prouinciali non discedendum. ibid.
conciliorum decreta. ibid.
conc. Prouinc. Patres ad quid nunc tenentur. ibid.
concilium synodale. ibid.
conciliabulum. ibid.
conciliorum, & canonum quorumdam notitia. ibid.

Index Titulorum.

Concio. 117
Conciſtorialia beneficia. Vide, Beneficia conciſtorialia. ibid.
Conclauiſtæ, & eorum priuilegia. ibid.
Conclaue pro electione Papæ. ibid.
Concubinarius, & Concubinæ. ibid.
Concupiſcens, & concupiſcentia. ibid.
Condemnatio, & condemnatus. 118
Conditio. Conducens. ibid.
Conferendi ius. Confeſſio iudicialis. ibid.
Confeſſio in iudicio. ibid.
Confeſſio publica in officiis Eccleſiæ. ibid.
Confeſſionis ſacramentalis neceſſitas. ibid.
Confeſſio ſacramentalis qualis debet eſſe. ibid.
Confeſſio ſacramentalis de quibus facienda. 119
Confeſſio cui facienda. ibid.
Confeſſio ſacramentalis, quando incipit obligare. ibid.
Confeſſio ſacramentalis quando facienda. ibid.
Confeſſio in ſcriptis, & per literas. ibid.
Confeſſionis effectus. ibid.
Confeſſi ſacramentaliter. ibid.
Confeſſoris qualitates, & requiſita. ibid.
Confeſſor ad quid tenetur. ibid.
Confeſſores à quo inſtituendi, & approbandi. 120
Confeſſores quo ad pœnitentias imponendas. ibid.
Confeſſores generales. ibid.
Confeſſores quo ad ſigillum, ſeù ſecretum. ibid.
Confeſſoris electio. ibid.
Confeſſores Regulares, an approbandi, & à quo. 120
Confeſſores monialium. 121
Confeſſores circa reſeruata. 121
Confeſſiones audiens non promotus ad ſacerdotium. 121
Confeſſores ſollicitantes pœnitentes ad venerea. 121
Confidentia beneficialis. Vide, beneficialis confidentia. 121
Confirmatio Sacramentum. 121
Confirmationis materia, forma, & ritus. 121
Confirmationis miniſter ordinarius, & delegatus. 122
confirmationis Sacramenti neceſſitas. 122
confirmationis effectus. 122
confirmatio Sacram. in qua ætate danda, & quo tempore. 122
confirmatorum requiſita, &c. 122
confirmatio non iteranda, & pœnæ. 122
confirmationes legales, ſeù electionum, & confirmati. 122
confiſcatio, & confiſcatum. 123
confratres, & confraternitates. 123
confraternitates quædam ſubiectæ Eccleſiæ S. Ioannis, & S. Petri Romæ. 123
confraternitas ſub titulo Annunciationis B. Mariæ Romæ. ibi.
confraternitas SS. Duodecim Apoſtolorum de vrbe. 123
confraternitas Aulicorum. 123
confraternitas Charitatis, quæ dicitur Carceratorum. 123
confraternitas Suffragii. 123
confraternitas Conſalonis Romæ. 123
confraternitas Cordigerorum. 124
confraternitas Corporis Chriſti Romæ. ibid.
confraternitas Sanctiſſimi Crucifixi Romæ. ibid.
confraternitas Doctrinæ chriſtianæ Romæ. ibid.
confraternitas Sanctiſſimi Nominis Ieſu. ibid.
confraternitas Sanctiſſimæ Inquiſitionis. ibid.
confratres ſancti Ioannis Baptiſtæ Decollati Romæ. ibid.
confrat. Sanct. Nicolai Lotharingorum Romæ. ibid.
confrat. Mortis Romæ. ibid.
confrat. Muſicorum. ibid.
confrat. Pietatis. Vide, confratres carceratorum. ibid.
confrat. ſancti Rocchi. confrat. Roſarii. ibid.
confrat. S. Spiritus Romæ. 125
confrat. ſancti Benedicti, & Scholaſticæ Romæ. ibid.
confrat. Sculptorum, & Lapicidinorum Romæ. ibid.
confrat. Peregrinorum Trinitatis. ibid.
confraternitates quomodo erigendæ, & alia circa confraternit. ibid.
confratres exemptorum. ibid.
congregatio Cardinalium ſancti Officii Romæ. ibid.
congregatio cardinalium interpretum concilii Tridentini. 125
congregatio cardinalium Signaturæ Gratiæ Romæ. ibid.
congregatio conciſtorialis. ibid.
congregatio Annonæ Romæ. ibid.
congregatio Rituum. ibid.
congregatio Iudicis. ibid.
congregatio Regularium, & Epiſcoporum. ibid.
congregatio pro ſtatu eccleſiæ in ſubleuandis grauaminibus. ib.
congregatio pro re militari. ibid.
congregatio pro regimine ſtudii. ibid.
congregatio pro Aquis, Viis, & Pontibus. ibid.
congregatio pro Typographia Vaticana. ibid.
congregatio pro negotiis ſtatus eccleſiæ. 126
congregatio cardinalium Boni Regiminis. ibid.
congregatio cardinalium pro Baronibus ſtatus eccleſiaſtici. ibid.
congregatio de Propaganda Fide. ibid.
congregatio confinium ſtatus Eccleſiaſtici. ibid.
congregationes omnes cardinalium. ibid.
congregationes quædam Regularium, & aliæ. ibid.
coniuges. ibid.
coniuges circa ingreſſionem Religionis, & continentiam. ib.
coniuges circa multa. coniugium. coniurantes. 127
conſanguinei. ibid.
conſanguinitas, & eius gradus. 128
conſcientia. ibid.
conſecratio eccleſiarum. ibid.
conſecratio Altarium. ibid.
conſecratio Virginum. ibid.
conſecratio epiſcoporum. ibid.
conſecrationes in genere, & conſecrata. 129
conſeruatores Iudices Mendicantium. ibid.
conſeruatores Vrbis Romæ. ibid.
Conſecratio euchariſtiæ. ibid.
conſentire. ibid.
conſeruatores Iudices. ibid.
conſilium euangelicum. conſpirantes. ibid.
conſtantinopolitana eccleſia, & Patriarcha. ibid.
conſtantinus. 130
conſtantienſe concilium. ibid.
conſtellationes. conſtitutiones. ibid.
conſuetudo. conſules Artium Romæ. ibid.
conſulere. 131
conteſtatio litis. continentia. ibid.
contractus. contrahentes. ibid.
contraria. ibid.
contritio. contriſtari. ibi.
contumax, & contumacia. ibid.
conuentio. Vide, Pactum. 132
conuentus. conuenticula. ibid.
conuerſari. conuerſi ad fidem. ibid.
conuerſio panis in corpus chriſti. ibi.
conuerſæ Monialium. Vide, Moniales. ibid.
conuertitæ Moniales Romæ. ibid.
conuictus. conuiuia. ibid.
copula. cor. ibid.
cordigeri S. Franciſci. Vide, Archiconfraternitas. Vide, confraternitas. ibid.
correctio, & corrigere. ibid.
corepiſcopi. ibid.
corona clericorum. 133
coronatio Friderici Imperatoris. ibid.
corpus humanum. ibid.
corpus chriſti. ibid.
corporis chriſti feſtum. corpora Sanctorum. ibid.
corpora defunctorum. corporalia Altarium. ibid.
corſica. crapula. ibid.
creatura. creatio mundi. ibid.
credere. credens. ibid.
Creditores. 134
crimen. criminoſi. ibid.
crux. ibid.
crucis ſigna in benedictionibus. ibid.
S. crucis feſtum. ibid.
S. crucis eccleſia Romæ. ibid.

Index Titulorum.

Cruciferi. Cruciata. 134
Cubicularij. Cuculla. 134
Culpa. Culpabilis. ibid.
Cultus. Cura animarum. 134
Curati, id est, curam animarum habentes. 135
Curata beneficia. 135
Curia. Curiales. Currus. 135
Cursarij. Vide, Piratæ. 135
Cursores Romæ. Custos Ecclesiæ. 135
Custodes Carcerum S. Officij. 135
Custodia murorum. ibid.

D

DAcia. 135
Dalmatia. 136
Dalmaticarum vsus. 136
Damnare, & damnari. ibid.
Damnatus. Damnatio. ibid.
Damnificans, & damna. ibid.
Dare, seu donare, dantes, &c. ibid.
Dataria. Debitores, & debita. ibid.
Decanus. 137
Decimæ soluendæ Ecclesijs, & quo iure. 137
Decimas non soluentium pœnæ. ibid.
Qui tenentur soluere decimas Ecclesijs. ibid.
Qui sunt exempti à soluendis decimis. ibid.
De quibus rebus soluendæ sunt decimæ, & de quibus non. 138
Decimæ, quando soluendæ. ibid.
Decimæ cui soluendæ, & cui non. ibid.
Decimæ Ecclesiasticæ laicis non concedendæ. ibid.
Decimarum locatio, & conductio. ibid.
Decimæ non dandæ in feudum, & quid si dentur. 139
Decimarum compositio, & commutatio. ibid.
Decimæ circa præscriptiones. 139
Decimarum priuilegium, quid operatur, & quid non, & à quo proceditur. ibid.
Decimas fraudantes, vsurpantes, vel solui impedientes. ibidem.
Decimæ collectæ à quo, & quibus dispensandæ. ibid.
Decimarum restitutio. ibid.
Decimæ de nouo à quo possunt imponi, & à quo exigi. 139
Decimæ beneficiorum, quomodo soluendæ. ibid.
Decimarum Collectores. ibid.
Decreta. 139
Decreta, & decretales Sedis Apostolicæ. 140
Decreta S. Inquisitionis. ibid.
Decreta Conciliorum, & Sanctorum Patrum. ibid.
Dedicatio, & dedicare. ibid.
Defendere. Defensio. ibid.
Deficiens. Deficere. Defectus. ibid.
Definita. Definire. ibid.
Defuncti, quid eis prodest, quid non, & quid de nobis sciunt. 140
Defunctorum funeralia, seu exequiæ. 141
Defunctorum sepulchra. ibid.
Defunctorum corpora, seu ossa. ibid.
Defunctorum suffragia. ibid.
Defunctorum oblationes, & eleemosynæ soluendæ. ibid.
Defunctorum Anniuersaria, & aliæ Commemorationes. ibidem.
Defuncti in excommunicatione. 141
Defunctorum legata, & voluntates. 142
Defuncti cum opinione sanctitatis. ibid.
Degradatus. Degradatio. ibid.
Delator. Delegatio. 142
Delegatus Papæ, & eius potestas. 143
Delegati à quocumque habente ordinariam potestatem. 144
Delfinatus. Delicta. 145
Delinquentes. Dementes. 145
Dæmones. 145
Dæmoniaci. 146
Denunciare. Denunciatio. Denunciator. ibid.
Depositio, id est, testificatio. ibid.
Depositio, id est, priuatio ab officio, & deponere. ibid.
Depositio Episcoporum. ibid.
Depositis, quid interdicitur. ibid.
Depositi, an, & quomodo restituendi. ibid.
Depositum. Depositarius. 147
Desertor. Desertus locus. ibid.
Desperatus. Detractor. ibid.
Deuolutio causæ. ibid.
Deus. Deitas. Dei præcepta. 147
Diabolus. 147
Diaconus quo ad ordinationem. 148
Diaconus quo ad ministeria. ibid.
Diaconorum numerus. ibid.
Diaconi Cardinales Vrbis Romæ. ibid.
Diaconi obligationes. 149
Diaconi dignitas. 149
Diaconi priuilegia. ibid.
Diaconus quo ad vxorem habendam. ibid.
Diaconus quo ad vxorem, quam habet. ibid.
Diaconus capitaliter delinquens, vel fornicarius. ibid.
Diaconi humilitas. ibid.
Diaconi vestes, seu habitus officij. ibid.
Diaconissa. 150
Dictio. S. Didacus. 150
Dies Dominica. ibid.
Dies legales, seu iuridici, & alij. ibid.
Difficultas. Diffidantes. ibid.
Digitus. Dignitas.
Dignitates Ecclesiasticæ, quibus dandæ, & quibus negandæ. ibidem.
Dignitates plures, vel annexæ curæ. 151
Dignitatem habentium obligationes. ibid.
Dignitatum diminutio, mutatio, & dimissio. 151
Dignitatum impetrationes, quando sunt nullæ. ibid.
Dignitates non dandæ per pecuniam, vel munera, & pœnæ. ibidem.
Dignitas patris non danda filio. ibid.
Dignitates vacantes in curia. ibid.
Dignitates nouæ, quomodo dandæ. ibid.
Dignitas suppressa. Dignior. ibid.
Dilatio. 152
Diligere. Dimissoriæ litteræ. ibid.
Diœcesis. Diœcesanus. ibid.
Dimissio vxoris. ibid.
Discere. Discipuli. ibid.
Discordia. Discordes. ibid.
Disiunctio. Dissimulare. ibid.
Dispensare. Dispensatio. Dispensatus. ibid.
Displicere. Dispositio. 153
Dispositio vltima, id est, voluntas. ibid.
Disputare. ibid.
Distributiones quotidianæ ecclesiarum. ibid.
Districtus. ibid.
Diuinatio. Diuinator. ibid.
Diuinitas. Diuisio. Diuisi. 154
Diuites. Diuortium. ibid.
Docere. Doctus. Doctor. Doctrinæ. ibid.
Doctores, quibus fulcitur ecclesia. ibid.
Doctorandorum obligatio. ibid.
Doctorandi facultas Romæ, &c. 155
Doctores Romani. ibid.
Doctrinæ Christianæ clerici. ibid.
Dolor. Dolus. ibid.
S. Dominicus. Dominica dies. ibid.
Dominus. Dominium. ibid.
Donatio. Donare. 156
Dormiens. Dormire. ibid.
Dos. Dotare. ibid.
Drogherij Romæ. ibid.
Dubia. Dubius. ibid.
Duellum. Duellantes. 157
Dux Etruriæ. ibid.
Dux Sabaudiæ. ibid.

Index Titulorum.

E

EBrietas. Ebriosus. 157
Ecclesiæ Catholicæ natura. 157
Ecclesiæ Catholicæ proprietates, & dignitates, seu priuilegia. 157
Ecclesiæ Catholicæ potestas. 158
Ecclesiæ Catholicæ potestas super hæreticos. 158
Ecclesiæ Catholicæ Thesaurus spiritualis. 159
Ecclesiæ Catholicæ decreta, & præcepta ab omnibus obseruanda. 159
Ecclesiæ Romanæ primatus. 159
Ecclesiæ Romanæ prærogatiuæ. 159
Ecclesia Romana circa fidem propriam. 159
Ecclesia Romana circa fidem docendam, & circa quæstiones fidei pro toto orbe. 160
Ecclesiæ Romanæ fides tenenda pro salute. 160
Ecclesiæ Romanæ priuilegia. ibid.
Ecclesiæ Romanæ iurisdictio super alias omnes. 160
Ecclesiæ Romanæ decreta ab omnibus obseruanda. 160
Ecclesiæ Romanæ ritus, & disciplina Ecclesiastica obseruanda. 160
Ecclesia Romana, quas causas solet iudicare. 161
Ecclesia Romana iudicia, quomodo fiunt. 161
Ecclesias, qui possunt ingredi. 161
Ecclesiæ, Conuentus, & Congregationes, ac functiones. 161
Ecclesiarum publica ædificia. 161
Ecclesiæ orientales. 161
Ecclesiæ à quibus conferendæ. 161
Ecclesiæ quibus conferendæ. 161
Ecclesiæ plures vni non committendæ. 162
Ecclesiæ Baptismalis. 162
Ecclesia Parochialis. 162
Ecclesiarum vnio. 162
Ecclesiarum mutationes. 162
Ecclesiæ non dandæ, nec accipiendæ per pretium, vel munera. 162
Ecclesiæ à quibus, quando & quomodo consecrandæ, seu dedicandæ. 162
Ecclesia polluta. 163
Ecclesiæ frequentandæ. 163
Ecclesiæ venerandæ, & honorandæ. 163
Ecclesiæ Cathedrales. 164
Ecclesiæ Collegiatæ. 164
Ecclesiæ particulares circa Metropolitanam. 164
Ecclesiæ, eorumque bona sub potestate Episcoporum sunt, & quomodo. 164
Ecclesiæ redditus, & bona à quibus, & quomodo distribuenda. 165
Ecclesiarum bona non alienanda. 165
Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum bona non inuadenda, nec vsurpanda. 166
ecclesia quo ad mancipia, & libertos. 167
ecclesia læsa restituenda in integrum. 167
ecclesias, vel Ecclesiasticas dignitates occupantes. 167
ecclesiæ fieri non debent censuales. 167
ecclesiarum bona non oppignoranda, nec obliganda. 167
ecclesiarum, & bonorum earundem, ac priuilegiorum præscriptio passiua, & actiua. 167
Ecclesiarum immunitas. 167
Ecclesiasticorum, & Ecclesiæ seruientium immunitas. 168
Ecclesiasticorum persecutores. 169
Ecclesiastici quo ad forum, & iudicia passiua. 169
Ecclesia circa confugientes ad eam. 170
Ecclesiarum priuilegia. 170
Ecclesia quæ bona acceptat, & quæ non. 170
Ecclesiarum fundatores, quæ iura habere possunt, & quomodo tractandi. 170
Ecclesiæ quo ad procurationes, seu expensas Episcoporum, aliorum, &c. 170
Ecclesiarum incendiarij. 171
Ecclesiæ ab hæreticis possessæ, vel inter barbaros constitutæ. 171
Ecclesiæ nouæ, quando fieri debent, &c. 171
Ecclesiæ bonorum, &c. locationes, & permutationes, & quomodo faciendæ. ibid.
Ecclesia vacante, quid agendum, & quid cauendum. ibid.
Ecclesiæ antiquæ non priuandæ iuribus propter nouas. 172
Ecclesias accipientes cum aliquo pacto, vel conditione. ibid.
Ecclesiarum Prælati, & Rectores quo ad portionem congruam, qua ali debent. ibid.
Ecclesiæ iuuandæ per auxilia Principum, & Iudicum sæcularium, & hi tenentur eis parere, & quomodo. ibid.
Ecclesia vna duobus Rectoribus, aut Prælatis non danda. ibid.
Ecclesiæ, quomodo ornandæ. ibid.
Ecclesiæ, & Ecclesiastici quo ad bonorum immobilium possessionem. ibid.
Ecclesiæ à quo reparandæ, & quomodo. ibid.
Ecclesiæ quibus commendari possunt. 173
Ecclesiarum Prælati, & rectores quo ad residentiam. ibid.
ecclesiarum Rectores à quo eligendi, & quomodo priuandi. ib.
Ecclesiarum oblationes, eleemosynæ, ac legata. ibid.
Ecclesiarum Aduocati, seu defensores. ibid.
Ecclesiastici quibus acquirunt. ibid.
Ecclesiastici in causa sanguinis, & in agitatione bestiarum. ibid.
Ecclesiastici à multis abstinere debent. 174
Ecclesiastica iurisdictio cui potest committi, & quæ. ibid.
Ecclesiæ nullius Diœcesis, & exemptæ. ibid.
Ecclesiasticæ functiones, & ministeria. ibid.
Ecclesiæ quot Presbyteros habere debent. ibid.
Ecclesiarum res precariæ, quando dandæ. ibid.
Ecclesiarum spatium per circuitum. ibid.
Ecclesiarum tituli. ibid.
Ecclesiasticæ benedictiones, & orationes. ibid.
Ecclesia Sancti Ioannis Laterani Romæ. ibid.
Ecclesiastici quo ad testamenta, & dispositiones. ibid.
Ecclesiasticorum spolia. ibid.
Ecclesiastici quo ad exceptionem capitis Odoardi. 175
Ecclesiasticus status, eiusque gubernium. ibid.
Economus. Edere. 176
Eduigis. 177
Ægyptij Iacobitæ. Vide, Iacobitæ. ibid.
Ægroti. Electi. Eijcere. ibid.
Electio in genere, eius modi, & qualitates, vt sit bona. ibid.
Electio, an, quando, & quomodo potest impugnari, eique opponi. 178
Electores. Eligentes. ibid.
Electus. Eligendus. 179
Electi ad gloriam. 180
Electio Papæ. ibid.
Electio Episcoporum. Electio Parochorum. ibid.
Electiones Regularium. Electio Abbatissarum, &c. ibid.
Electio aliorum. Eleemosyna. ibid.
Sancta Elisabetta. ibid.
emere. Emens. Empta. ibid.
emphyteusis. Emphyteuta. 181
energumenus. ibid.
epiphania. Epilepticus. ibid.
episcopalis dignitas, & præeminentia. ibid.
episcopi eligendi qualitates naturales, & quæ impediunt. 182
episcopi eligendi qualitates morales, seu requisita, & quæ impediunt. ibid.
episcopi à quibus, & quomodo olim electi fuerunt, & nunc eligantur. 183
episcopus non receptus à populo. 184
episcopatus à laico non accipiendus. ibid.
episcopi ordinandi examen, quale, & à quo faciendum. ibid.
episcopi electi confirmatio. ibid.
episcopi consecratio, seu ordinatio à quo, quando, & vbi sit, ac quomodo. ibid.
Episcopi in quibus locis instituendi. 185
episcopus nouus, quomodo instituendus in loco in quo numquam fuit. ibid.
episcopi plures in vna Ciuitate. ibid.
episcopus, quomodo ponendus in possessione. ibid.
episcopus consecratus curam tenetur suscipere animarum, quid si non. ibid.

Epi-

Index Titulorum.

Episcopus non consecratus non exercet officium. 186
Episcopi iurisdictio, & iura in sua Diœcesi. 186
Episcopi quo ad Diœcesim alienam. 187
Episcopi iurisdictio in causis hæreticorum, & suspectorum. 187
Episcopus quo ad sua munera, & officia. 188
Episcopus quo ad ordinationes faciendas vbi, circa quos, & sine prerio. 188
Episcopi potestas in res Ecclesiæ, & quomodo disponere possit de illis. 189
Episcopi obligationes. 189
Episcopi à quibus debent abstinere. 190
Episcopi quo ad vxores, & continentiam. 191
Episcopus circa cohabitationem cum mulieribus. 191
Episcopus fornicarius, vel permittens clericos fornicari. 191
Episcopi vita, victus, suppellex, & habitatio. 191
Episc. quomodo, & à quibus obediendum. 191
Episcopus quo ad residentiam. 192
Episcopus à quibus potest accusari, & à quibus non, & ad quem. 192
Episcopus quomodo iudicandus, vbi, & à quibus sententiandus. 192
Episcopus circa Papam, eiusque decreta, &c. 193
Episcopos circa Metropolitanos. 194
Episcopus circa pauperes. 194
Episcopus percussor per se, vel per alium. 194
Episcopus negligens in suo officio. 194
Episcopatuum vnio. 194
Episcopi spoliati, seu electi quomodo tractandi, & eorum priuilegia. 194
Episcopus relinquens Ecclesiam, vel subditos seu renuncians. 195
Episcopus quo ad mutationem, seu translationem Ecclesiæ. 195
Episcopus quo ad successorem ipso viuente. 195
Episcopus quo ad locum suum in Ecclesia, &c. 195
Episcopus ordinatus ab hæreticis. 196
Episcopus rediens ab hæresi. 196
Episcopus depositus, vel exautoratus, aut degradatus. 196
Episcopus suspensus. 196
Episcopus delinquens criminaliter in homicidio, vel aliis. 196
Episcopus hæreticus. 196
Episcopus schismaticus. 196
Episcopus simoniacus, seù vendens officia. 196
Episcopus intrusus. Episcopus infirmus. 197
Episcopus factus monachus. 197
Episcopus quo ad visitationem. 197
Episcopus quo ad procurationes, & alias exigentias, subsidium charitatiuum, &c. 198
Episcopus quo ad Concilia, & synodus prouinciæ, & diœcesis. 198
Episcopus quo ad Regulares, & eorum monasteria. 198
Episcopus circa Inquisitores. 199
Episcopus excommunicatus. 200
Episcopus accusatus, quando vitandus. ibid.
Episcopus circa legata ad pias causas. ibid.
Episcopos persequentes, carcerantes, occidentes, &c. ibid.
Episcopi priuilegia. ibid.
episcopi circa accessum, & recessum ab Vrbe Roma. 201
episcopus circa censuras ferendas, & modum. ibid.
episcopi Peregrini. ibid.
episc. quo ad testamenta, & donationes. ibid.
episcopos circa excommunicatos ab aliis. 202
episcopi quomodo puniendi. ibid.
episcopus circa oblationes, seù eleemosynas Ecclesiarum. ibid.
episcopus circa coadiutorem. ibid.
Episcopus circa iudicia facienda. ibid.
Episcopus accusans aliquem, eiusque testimonium si solus deponit. ibid.
Episcopus quo ad depositiones aliorum. ibid.
Episcopus quo ad collationem beneficiorum iurium patronatorum. ibid.
Episcoporum ordo, & precedentia. 203
Episcopus consulens magos, sortilegos, &c. ibid.
Episcopus quo ad quasdam ceremonias, benedictiones, reliquias, &c. ibid.
Episcopalis sedes quando transferri potest in alium locum. ibid. ibid.
Episcopi Græci. ibid.
Episcopi circa probationem miraculorum. ibid.
Episcopo moriente, eiusque funus. ibid.
Episcopus circa alienationem bonorum Ecclesiæ. 204 ibid.
Episcopi vicarius. ibid.
Episcopi domestici, & cubicularii. ibid.
Episcopali sede vacante. ibid.
Episcopi habitus, & vestes. ibid.
Episcopus quo ad indulgentias concedendas. ibid.
Episcopus quo ad dispensationes, tam proprias, quam Papales. ibid. 205
Episcopi circa casuum reseruationem. ibid.
Episcopi in partibus infidelium. ibid.
Episcopi titulares. ibid.
Episcopus circa Immunitatem Ecclesiæ. ibid.
Episcopi Regulares. ibid.
Episcopi circa equites exemptos. ibid.
Episcopi quo ad limina Apostolorum Romæ. ibid.
Episcopi decretales. equalis. ibid.
equites S. Io. Ierosolymitani, dicti melitæ, & priuilegia. ibid. 206
equites S. Lazari. ibid.
Equites S. Iacobi de Spatha. ibid.
Equites S. Iacobi de Calatraua. ibid.
equites S. Iacobi de Alcantara. 207 ibid.
Equites S. Mauritii. Equites S. Stephani. ibid.
Equites templarij. ibid.
Equites sancti spiritus in Gallia. ibid.
Equites Galli de Monte Carmelo. ibid.
Equites Christianæ militiæ sub inuocatione Conceptionis Immaculatæ Virginis. ibid. ibid.
Errans. errare. error. ibid.
eremitæ. erubescentia. ibid.
esuriens. ibid.
Ætas. Ætiopes. 208 ibid.
etruria. eua. ibid.
euangelium. ibid.
eucharistiæ natura, institutio, forma, materia, & efficiens. ibidem.
eucharistia à quibus, & qua dispositione, ante, & post sumenda. ibid.
eucharistia sumenda, quando, quoties, & vbi, & à quo. 209
eucharistia, quibus neganda, & quibus non. ibid.
eucharistia, à quo dispensanda, & quo ritu. 210
eucharistia, an sub vtraque specie dispensanda. ibid.
eucharistia pro infirmis conseruanda, & ad eos deferenda, & quomodo. ibid.
eucharistia quo ritu, & reuerentia custodienda. ibid.
eucharistiæ cultus, & veneratio. ibid.
eucharistiæ renouatio. ibid.
eucharistiæ effectus in sumente. 211
eulogiæ. eunuchus. eutiches. ibid.
examen. examinatus. examinator ad ordines, &c. ibid.
examinatus in Iudicio. ibid.
exceptio. excipere. ibid.
excommissæ. 212
excommunicationis natura, antiquitas, forma, & ritus ferendi eam. ibid.
excommunicatio maior, & minor, earumque differentiæ, 213.
excommunicatio ex causa ferenda, & qua. ibid.
excommunicatio à quo ferri potest, & à quo non. ibid.
excommunicatio iniusta. ibid.
excommunicatio, quando est nulla. ibid.
excommunicatus alicubi est excommunicatus vbique. 214
excommunicati cauendi; cum eis non communicandum, & pœna. ibid.
Cum excommunicatis aliquando communicari potest, & à quibus. ibid.
excommunicati ad diuina non admittendi, & pœna vtrorumque. ibid.

Excom-

Index Titulorum.

Excommunicati fiunt inhabiles ad multa, exceptis quibusdam in casibus. 215
Excommunicati ob clerici percussionem, & qui sint clerici. 216
Excommunicati possunt appellare, quando, & quomodo. ib.
Excommunicari qui possunt, & qui non. ibid.
excommunicationis absolutio à quo dari potest, & vbi. 217
excommunicatus absoluendus ad cautelam, seu ad tempus, quando, & quomodo. ibid.
excommunicati morientes. 218
excommunicati à Papa. ibid.
excommunicatos occidens. ibid.
excommunicationem spernentes. ibid.
excommunicationes dictæ in Bulla Cœnæ, quot, quæ, & à quo absoluendæ. ibid.
excommunicationum Bullæ Cœnæ vigor, & obseruantia. 219
Aliæ excommunicationes. ibid.
excubiæ. excusatio. exempla. ibid.
exemptio. exempti. ibid.
exequiæ. 220
exequutor. exequutoria. ibid.
exigere. exigens. ibid.
exorbitantia. 221
exorcista. exorcizare. exorcismus, &c. ibid.
expectatiuæ. expensæ. expositi. extraneus. ibid.
extractio. extrahere. ibid.
extrema Vnctio. ibid.
exulare. 222

F

Fabrica. Fabricare. Fabrica S. Petri Romæ. ibid.
Fabricantes Romæ. ibid.
Factum. Facere. Faciens. 223
Factio. Factionarius. ibid.
Fallere. Falli. Falliti, seu decocti. ibid.
Falsum. Falsitas. ibid.
Falsificans. Falsarius. ibid.
Fama. Fames. ibid.
Familiares Papæ. ibid.
Familiares Cardinalium. 224
Famuli. Fatum. Fauores. Fautores. ibid.
Fœdus. B. Fælix. Fæmina. Femoralia. ibid.
Fera. Feria. Ferraria. ibid.
Festa. Festiuitates. Feuda. Feudatarij. 225
Fides Catholica, eiusque necessitas, ac natura. 226
Quæ fides tenenda, & cuius authoritate. ibid.
Fidei regula, & magisterium. ibid.
Fidei disputationes, an licitæ. ibid.
Ad fidem, quomodo trahendi sunt homines. ibid.
Ad fidem venientes, vel redeuntes, quomodo tractandi. ib.
Fidem deferens. ibid.
Fides per quos defendi debeat. 227
Fidei causæ à quo iudicandæ. ibid.
Fidei decreta. Fidei effectus. ibid.
Fides actualis, id est credere. ibid.
Fideles, eorumque obligationes. ibid.
Fidei professio. Fidei symbolum. ibid.
Fidelitatis iuramentum. 227
Fideiussor. Fidei commissum. 228
Fides humana instrumentorum, & personarum. ibid.
Filacteria. Filius Dei. ibid.
Filii Dei per gratiam. ibid.
Filij quomodo tractandi, & sub cuius potestate tenendi. ibid.
Filij in vtero matris. ibid.
Filij circa parentes, & horum crimen, quando eis officit. ib.
Filii clericorum, sacerdotum, Episcoporum, &c. 229
Filij non relinquendi sub quouis prætextu. ibid.
Filiarum oppressores, vel occisores. ibid.
Filiorum procreatio. ibid.
Filij infidelium, vel hæreticorum, & cuius conditionem sequuntur. ibid.
Filij ex adulterio, vel fornicatione. 229
Filij ex incestu. 230
Filij spurii, naturales, & illegitimi. ibid.
Filij nati cum aliquo impedimento, quando sunt legitimi. ib.
Filiorum legitimatio, quæ, & quando fieri potest, & à quo. ibidem.
Filii cum parentis conditionem sequantur. ibid.
Filii spirituales. Filius familias. ibid.
Filii quo ad successionem. ibid.
Filius quo ad electionem sepulturæ. ibid.
Filii non possunt suscipi à parentibus in Baptismate, vel Confirmatione. 231
Filii Compatrum, vel Commatrum. ibid.
Filium negans. Filii expositi. ibid.
Filius putatus talis. ibid.
Filia corrupta vitio parentum, seu prostituta. ibid.
Filii Regum. ibid.
Filius institutus hæres sub conditione aliqua, & testans. ib.
Filius circa sponsalia facta à patre. ibid.
Filius minor. ibid.
Filius Romanæ ecclesiæ. ibid.
Filiastra. ibid.
Filiam carnaliter cognoscens. ibid.
Filiam eandem cognoscens cum patre, vel vxorem eius. ib.
Filius cognoscens matrem carnaliter. ibid.
Filii oblati à parentibus Deo in monasteriis. ibid.
Filiationes in Regularibus. ibid.
Fines. Fingens. ibid.
Firmi Ciuitas. Fiscalis. Fiscus. 232
Flagellum. Flagellare. ibid.
Flectamus genua. ibid.
Floccus, quid sit in monachis. ibid.
Florentini. Florenus. Fontes. Foraneus. ibid.
Forenses status Ecclesiæ. ibid.
Forma Eucharistiæ. ibid.
Formatæ litteræ. ibid.
Fornicatio. Fornicans. ibid.
Fortitudo. Forus. ibid.
Francia, seu Gallia. ibid.
Franchitia. Franciscus. Frater. 233
Fratres, seu Regulares Mendicantes. ibid.
Fratres, seu Religiosi S. Ambrosij ad Nemus. ibid.
Fratres S. Antonij de Vienna. ibid.
Fratres Apostolorum. ibid.
Fratres S. Augustini dicti Eremitæ. ibid.
Fratres S. Augustini Discalceati. 234
Fratres Carmelitæ. ibid.
Fratres Carmelitæ Discalceati. 235
Fratres Cruciferi. 235
Fratres S. Dominici, seu Prædicatores. ibid.
Fratres Prædicatores, & Minores simul. 236
Fratres S. Francisci, Franciscani, seu Minores. 236
Fratrum Minorum Reformatio, & diuisio. 238
Fratrum Minorum Cardinalis Protector, eiusque facultas. 239
Fratres Minores Conuentuales. ibid.
Fratres Minores S. Francisci de Obseruantia. ibid.
Fratres Minores strictioris obseruantiæ. 240
Fratres Reformati Minores Conuentuales. 241
Fratres Amadei, seu Clareni dicti ex Ordine S. Francisci. ibidem.
Fratres S. Francisci Discalceati Italiæ. ibid.
Fratres Tertij Ordinis S. Francisci, seu Tertiarii. ibid.
Fratres, & sorores Tertiariæ domi degentes. ibid.
Fratres S. Francisci Cappuccini. ibid.
Fratres S. Francisci de Paula, seu Minimi. ibid.
Fratres Eremitæ S. Hieronymi, & B. Petri de Pisis. ibid.
Fratres S. Hieronymi Iesuati. 242
Fratres Humiliati. ibid.
Fratres Ioannis Dei. ibid.
Fratres B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum. ibidem.
Fratres Ordinis Seruorum B. Mariæ. ibid.
Fratres Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum. 243
Fraticellorum Secta. ibid.
Fraudans. Frigiditas. ibid.

Fride-

Index Titulorum.

Fridericus Imperator. 244
Fructus. Frumentum. ibid.
Fucus. ibid.
Fugientes ad ecclesiam. ibid.
Fugitiui. Fugere. ibid.
Fuldense Collegium. ibid.
Fulginsis Congregatio. ibid.
Funeralia, funera, & portio funeralis. 245
Funera mortuorum, quomodo facienda. ibid.
Funus Episcopi, quomodo faciendum. ibid.
Furiosus. ibid.
Furtum. Furans. ibid.
Furnarii Romæ. 246
Fustigare. Futura.

G

GAbellæ. Gallia. 246
Genetliaca. ibid.
Generalis, & Generale. ibid.
Generalium in Religione, obligationes, & alia. ibid.
Gentiles. Genuflectere. 247
Genus. Germania. ibid.
Gladius. ibid.
Gloria, & Gloriari. 247
Gradus, id est, dignitas. Vide, Dignitas. ibid.
Gradensis. Graduatio. ibid.
Gradus consanguinitatis, & affinitatis. ibid.
Grammatica. Grangia. 248
Grascia. ibid.
Grassatores Viarum. Vide, Ecclesiasticus status. ibid.
Gratia, seu concessio. ibid.
Gratia, & adiutorium Dei. 249
Gratia sanctificans, seu habitualis. ibid.
Grauare. ibid.
Græcus. Græca ecclesia. 250
Gubernator. Gubernium. ibid.
Gula.

H

HAbitus. Hastiludia. 251
Haruspices. ibid.
Hebdomada sancta. ibid.
Hebræi. Henricus. ibid.
Herbæ. Hæres. Hæreditas. ibid.
Hæresis. ibid.
Hæresis abiuratio. 252
Hæreses extirpandæ. ibid.
Hæretici, & eorum proprietates. ibid.
Hæretici ab ecclesia sunt separandi. ibid.
Hæretici non sunt tolerandi. ibid.
Hæreticorum punitiones, & pœnæ. 253
Hæreticis non communicandum in diuinis, ac ritibus, & pœnæ. ibid.
Hæreticis non communicandum in nullo, & pœna. 254
Hæretici reuelandi. ibid.
Hæreticis à solo Papa fit generalis condonatio. ibid.
Cum hæreticis non facienda matrimonia à Catholicis. ibid.
Hæreticorum multæ inhabilitates, & incapacitates. ibid.
Hæreticis quædam permittuntur, & quæ. ibid.
Hæreticorum fautores, vel receptores, aut credentes, & pœnæ. 255
Hæreticorum causæ à quo, & quomodo iudicari possunt. ibidem.
Hæretici Episcopi. Hæretici Clerici. 256
Hæreticorum filij. ibid.
Hæreticorum templa, & Conuenticula. ibid.
Hæretici relapsi, qui, & quomodo tractandi. ibid.
Hæreticorum libri, & scripta. 257
Hæreticorum fauore vtentes. ibid.
Hæreticorum sacramenta, sacrificia, benedictiones, consecrationes, martyres, &c. ibid.
Hæretici ab hæresi redeuntes ad fidem. ibid.
Suspecti de hæresi. 258
Hæretici persequendi, & à quibus, ac priuilegia persequentium. ibid.
Hæreticorum damnatorum bona. ibid.
Hæretici moribundi, & mortui. ibid.
Hæreticos sepelientes, hæretici & sepulti. 259
Hæretici, quomodo ad salutem trahendi. ibid.
Hæreticis subiecti liberantur, & quomodo. ibid.
Hæreticorum disputationes. ibid.
Hæretici à quo absoluendi. ibid.
Hermafroditus. ibid.
S. Hiacinthus. Hidromantici. ibid.
Hierarchia. Hieremias. ibid.
S. Hieronymus. Hymnus. ibid.
Hispania. Histriones. ibid.
Homo, eius creatio, & vires. 260
S. Homobonus. ibid.
Homagium. Homicida. 261
Homicidium. Honestas. ibid.
Honor. ibid.
Honorius Papa I. ibid.
Hora. Horoscopus. ibid.
Hospitalarii S. Ioannis. ibid.
Hospitalia. 262
Hospitalia multa in Vrbe. 263
Alia de Hospitalibus Romæ, & eorum obligationes. ibid.
Hospitale S. Ioannis Ierosolymitani. ibid.
Hospitium. Hospites. Hospitalitas. ibid.
Hostia. Hugo. ibid.
Humiliare. Humiliati. 264
Hungaria.

I

S. Iacobus. ibid.
Ianitor. Iapponium. ibid.
Ianuarius. ibid.
Idola. Idolatria. Idolatra. ibid.
Idoneus. Ieiunium. 265
Ieiunare. Ieiunus. ibid.
Ierosolyma. Iesuati. ibid.
Iesuitæ. 266
Iesuitissæ. S. Ignatius. ibid.
Ignis. Ignorantia. Ignorans. ibid.
Illegitimus. 267
Illegitimare. Illicitum. ibid.
Illiteratus. Vide, Ignorans. ibid.
Illyricorum Collegium Laureti. ibid.
Illusiones Dæmonum. ibid.
Imagines. Immunitas. 268
Impeccabilitas. Impedimentum. ibid.
Impedimenta matrimonij. ibid.
Impedimentum publicæ honestatis. 269
Impediens. Impedire. ibid.
Impœnitens. ibid.
Imperatoris electio, & qualitates eligendi. ibid.
Imperator erga Papam. ibid.
Imperatoris munus, & obligatio. 270
Imperator circa Concilia. ibid.
Imperator circa Ecclesiastica. ibid.
Imperatoris potestas, & iura. ibid.
Imperatoris depositio, vel excommunicatio. ibid.
Imperio vacante. ibid.
Impetratio. Impetrare. 271
Impositio manuum. ibid.
Impotentia. Impotens. ibid.
Impossibile. ibid.
Imprimere. Iurpressor. ibid.
Impuber. Impugnare. ibid.
Imputare. ibid.
Incantatio. Incantator. ibid.
Incarnatio. Incautus. Incendiarius. 272
Incerta. ibid.
Incestus. Incestuosus. ibid.
Incorrigibilis. Indicium. ibid.
Indicis Congregatio. Index Librorum. ibid.

Indiffe-

Index Titulorum.

Indifferentia. Indignus. ibid.
Inducię. Indulgentia. ibid.
Induratio hominis. 273
Infamia. Infamis. 273
Infamatus. 273
Infans. Infernus. 273
Inferior. Infidelis. 274
Infirmitas. Infirmus. 274
Infirmorum ministri. 274
Ingenuitas. 275
inimicus. inimicitia. 275
iniuriæ. iniustum. 275
innocens. innouatio. 275
Inquieti. inquilinus. 275
inquisitores hæreticæ prauitatis. 275
Inquisitoris qualitates, ætas, officium, & potestas. 275
inquisitoris in quibus causis possunt procedere. 276
inquisitor cum Episcopo, & sine eo. 277
inquisitores à quibus debent abstinere. 277
inquisitorum officiales. 277
inquisitorum obligationes. 277
inquisitorum priuilegia, & facultates. 278
inquisitores Hispaniarum. 278
inquisitores supremi in Sac. Congregatione Vrbis. 278
inquisitio. inquisitus. inquirere. 279
insanus. 279
insidia. insidians. 279
inspiratio. Instrumentum. 279
instrumenta musica. insula. 279
Intentio. 279
Interdictum. Interdicere. 280
interdicto loco, vel populo, vel clero, qui sunt interdicti. 280
Interdicti tempore, quid fieri potest, & quid non. ibid.
Interpretatio. 281
Interrogatio. Interrogatus. ibid.
Interstitia. Intestatus. ibid.
Intimatio. ibid.
Intrudere. Intrusus. ibid.
Inuadere. Inuasor. ibid.
Inualidum. 282
Inuentio. Inuentum. 282
Inuentarium. 282
Inuerisimile. Inuestitura. 282
Inuitus. S. Ioachim. 282
I. Ioannes. Iocalia. 282
S. Ioseph. Ira. Iratus. 282
Irregularis. Irregularitas quando incurritur. 282
Irregularitas quando non incurritur. 283
Irregularitas à quo dispensanda, & quomodo. 283
Irridere. Italus. 283
Iubileum. Iudas. 284
Iudæorum ritus, & sinagogæ. 284
Iudæorum conuiuia, & commercia. 284
Iudæi percutientes clericos. 284
Iudæis prohibita. 284
Iudæis quæ sunt permissa. 285
Iudæorum inhabilitates. 285
Iudæi venientes ad fidem, quomodo tractandi. 285
Iudæi non baptizandi inuitè. 286
Iudæorum obligationes. 286
Indæorum obligationes in statu Ecclesiastico. 286
Iudæorum filii, & eorum serui. 286
Iudæi à quo iudicandi. 287
Iudæi recidiui post baptismum. 287
Iudices qui possint esse, & qui non. 287
Iudicis obligationes. 287
Iudex à quibus tenetur abstinere. 287
Iudex quid possit facere. 288
Iudex recusatus. 288
Iudex appellationis à quo, & ad quem. 288
Iudex delegatus. 288
Iudex Ecclesiasticus. 288
Iudex sæcularis. Iudex quo ad alia. 289
Iudices conseruatores. 289
Iudices Romæ. Iudicia. 290
Iudicari, & Iudicare. 290
Iudicatus. 291
Iudicium vniuersale futurum. 291
S. Iuo. Iumentum. 291
Iuramentum quid, quale, & quotuplex. 291
Iuramentum quando est licitum, & quando non. 291
Iurare falsum, & periurus. 291
Iuramentum quando non tenet. 292
iuramentum quando tenet. 292
iuramentum calumniæ quando, & cui dandum. 292
Iuramentum cui dari potest, & cui non. 293
iuramentum fidelitatis. 293
iuramentorum absolutio, & relaxatio. 293
Alia de iuramentis. 294
iurisdictio. 294
iurisdictio aliorum iudicum in vrbe Roma, &c. 294
iuspatronatus. 294
ius ad aliqua. iustitia. 295
iustus. iustificatio. 295
iustificatus. 296
iustificans. iustum. 296

k

Kalendarium. 296
kyrie eleyson. 296

L

Laborare. 296
Laicorum inhabilitas circa dignitates Ecclesiasticas. 296
Laici circa dispositionem Ecclesiarum, ac bonorum Ecclesię. 297
Laici circa exercitia Ecclesiastica ordinum. 297
Laici circa iudicia clericorum, & Ecclesiarum. 297
Laici circa grauamina clericorum. 298
Laici circa decimas. 298
Laicis circa Ecclesiastica, &c. quæ sunt permissa. 298
Laicis alia prohibita. 298
Laici circa subiectionem ad Ecclesiasticos. 299
Laica communio. 299
Lampas. Lanæ ars Romæ. 299
Lapsi à fide. Lapicida. 299
Lateranensis Ecclesia. 299
Latinus. Latro. 299
Lauare. Laudare. Laus. 300
S. Laurentius. Lauretum. 300
Lector. Lectio. 300
Lectores scientiarum, &c. 300
Lectus Nuptialis. 300
Legatus Papæ, eiusque potestas. 300
Legati Papæ à quibus debent abstinere. 301
Legati Papæ circa expensas, & procurationes. 301
Legati Papæ quomodo tractandi. 301
Legati Papæ priuilegia. 302
Legata. Legere. 302
Leges. Legum species, & vires. 302
Legislator. Legitimus. 303
Legitimatio. Legitimare. 303
Legitimi actus. 303
Lenocinium. Lenones. 303
S. Leopoldus Austriæ Princeps. 303
Leprosi. Lepra. Læsa maiestas. 303
Leuitæ. Libellus. 304
Liberalis. Liberalitas. 304
Libertas. Libertus. 304
Liberum arbitrium. 304
Libri sacri. 304
Libri gentilium, hæreticorum, & apocryphi. 305
Librorum impressio, venditio, & prohibitio. 305
Licentia. Licere. 305
Ligare. Ligatus. 305
Ligaturæ. Ligna. 306
Limina Apostolorum Romæ. 306
Limites. 306
Lingua. S. Linus. 306
Litaniæ. Literæ. 306

Lite-

Index Titulorum.

Literæ Apostolicæ. 306
Literæ conseruatoriæ. 308
Literæ de auisi, & aliæ. ibid.
Literatus. Lis. Lites. ibid.
Lis contestatio. ibid.
Litigantes. Locus. 309
Loca sacra. Loca pia. ibid.
Loca montium. Locationes. Locare. ibid.
Lombardia. Loqui. 310
Loth. Lucifer. ibid.
Lucrum. Ludus. Ludicrum. ibid.
S. Ludouicus. Lugdunum. ibid.
Lugere. Luctuosum. ibid.
Lumen. Luminaria. ibid.
Lupercalia. Lutherus. Luxuria.

M

Macellum. Macellarius. 311
Macerata. ibid.
Machomettani. Magdalena. ibid.
Magi. Magia. Magica ars. ibid.
Magister. Magister militiæ. ibid.
Magister cæremoniarum. 312
Magistri, & præceptores hospitalium. ibid.
Magistri viarum vrbis Romæ. Vide, Romanæ viæ. ibid.
Magnus Dux. Magnus magister. ibid.
Magistratus. Maiestas. ibid.
Maiores. Maior pars. ibid.
Maior circa alia. ibid.
Maior domus Ecclesiæ. ibid.
Maioricæ insulæ. ibid.
Malum. Mala. Mali. ibid.
Malitia. Mala fides. 313
Maledicere. Maledictus. Maledictio, &c. ibid.
Malefacta. ibid.
Malefieri. Maleficati. Maleficium. ibid.
Maleficiati. Mancipia. ibid.
Mandans. Mandatum. Mandatarius. ibid.
Manducare. Manichei. 314
Manifestum. Manifestans. ibid.
Manus impositio. ibid.
Mansus. Mansionarius. ibid.
Manumissio. Manumissi. ibid.
S. Marcus. Marescallus. S. Margarita. ibid.
Maria Virgo Mater Dei. ibid.
S. Mariæ Maioris Ecclesia Romæ. 315
Maritus. Maronitæ. ibid.
S. Martha. ibid.
Martyr. Martyrium. Martyrologium. ibid.
Mater. 316
Materiæ sacramentorum. ibid.
Matrimonij essentia, institutio, & sacramentum. ibid.
Matrimonium quo consensu, & quibus verbis fieri debet, & per quem fieri potest. ibid.
Matrimonia cum quibus solemnitatibus facienda. 317
Matrimonij finis, bona, & effectus. ibid.
Matrimonia ratione consanguinitatis prohibita, & inualida quæ. ibid.
Matrimonia ratione affinitatis prohibita, vel inualida quæ, & quæ non. 318
Matrimonia ratione cognationis spiritualis prohibita, vel inualida, quæ. ibid.
Matrimonia prohibita ratione diuersi cultus, seu fidei. 318
Matrimonia prohibita, vel inualida ratione honestatis publicæ. 319
Matrimonia prohibita, vel inualida ratione status spiritualis, aut voti. ibid.
Matrimonia ratione ætatis prohibita, vel inualida, quæ. 319
Matrimonia ratione inuoluntarij, metus, vel coactionis prohibita, vel inualida. ibid.
Matrimonia ratione valetudinis, vel impotentiæ prohibita, vel inualida. ibid.
Matrimonia conditionata prohibita, vel inualida. 320
Matrimonia plura simul prohibita, & inualida, successiuè valida, & licita. ibid.
Matrimonia facta cum errore, quando inualida. 320
Matrimonia clandestina, quando prohibita, & inualida. 320
Matrimonia prohibita ratione criminis, & quæ inualida. 321
Matrimonia prohibita ratione raptus prohibita, & quæ inualida. 321
Matrimonia ratione raptus prohibita. 321
Matrimonia, & alijs rationibus prohibita. 321
Matrimonia, quibus prohibentur in pœnam. 321
Matrimonia quo ad torum, quibus ex causis separanda, & quando non. 322
Matrimonia rata, vel consummata quando solui possunt quo ad vinculum, & quando non. 322
Matrimonia consummata, vel rata tantum in alijs casibus, solui non possunt quo ad vinculum. 323
Matrimonia cuius auctoritate separanda, quando oportet separari. 324
Matrimoniales causæ à quo iudicandæ, & quomodo tractandæ. 324
Matrimonia inter quas personas fieri possunt validè. 325
Matrimonia in quo tempore fieri possunt, & in quo prohibentur. 325
Matrimonia cum dote facienda, & quid agendum soluto matrimonio. 325
Matrimon. iurans facere ad quid tenetur. 326
Matrimonii impedimenta, quæ, & qualia, & quomodo impediunt. 326
Matrimonia impedimenta, quæ prohibent tantum, sed non dirimunt. 326
Matrimon. impedimenta probanda, & accusatio. 326
Matrimoniales dispensationes. 326
Matrimonium præsumptum. 327
Matutinum quomodo, & vbi recitandum. 327
S. Mauritius. 327
Mecchus. Mecchia. Mecchans. 327
Mediator. 327
Medicus. Medicina. Medicamenta. 327
Melior. Membrum. 327
Menantes Romæ. 327
Mendacium. Mendax. 328
Mendicus. Mendicantes. 328
Mensa. Menses. 328
Mensura. Mentiri. 328
Mercatores. 328
Mercedes. Mercenarius. Merces. Meretrix. 328
Merita. Meritoria opera. 329
Metropolis. Metropolitanus. ibid.
Metus. 330
Miles. Militans. Militare. ibid.
Milites. Equites. Militiæ eorum. ibid.
Minister. ibid.
Ministri sacramentorum. ibid.
Ministri infirmorum. 331
Minor. Minor legalis. ibid.
Minores fratres. 331
Minus. Miracula. ibid.
Misericordia. 331
Miserabilis persona. 331
Missæ institutio, ac ritus. 331
In missa quid offerendum. 331
Missæ in quo idiomate dicenda. 332
Missa à quo dicenda, & à quo non, & pœnæ. ibid.
Missam dicentis dispositiones. ibid.
Missam dicentis obligationes. 332
Missam ducens à quibus debet abstinere. 333
Quot missæ dici possunt in vna die. 333
Qua hora diei dicenda est missa. 333
Missa in quibus locis celebranda, & in quibus non. 333
Missa à Christianis audienda in festis. 334
Missa, quomodo audienda à populis. 334
Missa in quo loco audienda à populis. 334
Missæ pro quibus possunt dici, & pro quibus non. 334
Missæ quorumdam sacerdotum non audiendæ. 334
Missa cum ministro dicenda, & cum quo, & obligationes eius. ibid.

Index Titulorum.

Missæ pro defunctis etiam dicendæ. ibid.
Multa obseruanda in celebratione missæ solemnis, vel aliarum. 335
Missa quoties de necessitate dicenda in hebdomada. ibid.
Missæ abusus fugiendi, & pœnæ. ibid.
Missæ fructus, & effectus. ibid.
Missa priuata. Missale. ibid.
Missæ, qui possunt esse præsentes, etiam in partibus infidelium. 335
Missarum onera reductiones, satisfactiones, & eleemosynæ, &c. 335
Mysterium. Mitra. 336
Moderatio. Moderari. Maguntia. ibid.
Molestantes. Molinæus. ibid.
Monachorum status, & vita. ibid.
Monachorum obligationes. 337
Monachi circa Episcopos. 337
Monachi circa superiores. ibid.
Monachi à quibus tenentur abstinere. 337
Monachorum priuilegia. 338
Monachi Sancti Basilij. ibid.
Monachi Sancti Benedicti, seu Benedictini. ibid.
Monachi Sancti Benedicti Cassinenses, seu Congregationis Sanctæ Iustinæ. 338
Monachi Camaldulenses. 339
Monachi Camaldulenses Eremitæ Sancti Romualdi Montis Coronæ. 339
Monachi Carthusiani. 339
Monachi Cistercienses. 340
Monachi Cistercienses Sancti Bernardi, Reformati, & Sanctæ Mariæ Fulienſis. 340
Monachi Cœlestini. 340
Monachi Cluniacenses. 341
Monachi Sancti Hieronymi. ibid.
Monachi Montis Virginis. 341
Monachi Oliuetani. ibid.
Monachi Syluestrini. ibid.
Monachi Vallis Vmbrosæ. ibid.
Monachi Cruciferi. Monarchia. ibid.
Monasteria Monachorum, seu Regularium. ibid.
Monasteriorum Monachorum, seu Regularium priuilegia, & administratio. 342
Monasteriorum obligationes. ibid.
Monasteria noua, quomodo erigenda. 343
Monasteria quo ad Episcopos. ibid.
Monasteria Monialium. ibid.
Moneta. Monetarius. Monetæ tonsores. 343
Monialium status, vita, ac numerus. 343
Monialium obligationes. 344
Moniales à quibus debent abstinere. 344
Moniales circa coniugia, vel fornicationem. ibid.
Moniales circa collocutiones cum aliis extra monasterium. ibidem.
Moniales circa vestes. 344
Moniales Tertiariæ, & Conuersæ. 345
Moniales circa egressionem à monasterio. ibid.
Monialium monasteria non frequentanda, & qui possunt in ea ingredi. ibid.
Monasteria monialium, qua cura ædificanda, & regenda. ib.
Monialium monasteria circa Episcopos. ibid.
Monasteria monialium per quos debent regi. 346
Monialium Nouitiatus. ibid.
Monasteriorum monialium priuilegia. ibid.
Monialium præfectæ ætas. ibid.
Monialium electiones actiuæ, & passiuæ. 346
Monialium Confessarii. 347
Monialium Regimen, iuxta S. Caroli decreta. ibid.
Moniales quædam in specie. 349
Moniales Sanctæ Claræ. 350
Moniales Sancti Dominici, & Sorores de Pœnitentia. 350
Monasteria quædam monialium particularia. ibid.
Monomachia. Monitio Canonica. ibid.
Mons altus. Montes Pietatis. ibid.
Montes Baronales Romæ. ibid.
Montium loca vacabilia, vel non. 350
mora. morbus caducus. 351
mores. moribundus. ibid.
moriens. mortui. ibid.
mors. motecta. 352
mulier. ibid.
mulieribus prohibita. ibid.
mulierum obligationes. 353
mulier quo ad coniugium, & fornicationem. ibid.
mulier circa castitatem professam, vel profitendam. ibid.
mulierum priuilegia. 354
mulieres circa cohabitationes cum clericis. ibid.
mulieres cohabitantes cum monialibus. ibid.
mulieres sagæ, seu strigæ. ibid.
multitudo. mundus. ibid.
munera. muri. murmurare. ibid.
musica. musicalia. ibid.
mutare. mutatio. 355
mutilans. mutilatus. ibid.
mutuare. mutuans. mutuum. ibid.
mutus. ibid.

N

NArratio. ibid.
Natalitia. ibid.
Natura. Naturalis. Natus. Natiuitas. ibid.
Natinei. Nauarra. ibid.
Naufragantes. Nauigantes. ibid.
Neapolis. Necessitas. 356
Necromantia. Negans. Negare. ibid.
Negligens. Negotiari. Negotia. 356
Neophytus. Nestorius. 357
Nicænum Concilium. ibid.
Nicolaus. Nomen. ibid.
Noruergia. Notarius. ibid.
Notarii Romanæ Curiæ. 358
Notorium. Notum. 359
Nouale. Nouatianus. ibid.
Nouerca. Nouitas. ibid.
Nouitii. Nouitiatus. ibid.
Nouitiæ monialium. 360
Nouum opus. ibid.
Nubere. Nubentes. ibid.
Nullitas. Numerus. ibid.
Numismata. Nuncius Papæ. Nuptiæ. ibid.
Nurus. Nutrix. 361

O

OBedientia. Obedire. 361
Obduratio. ibid.
Oblata. Oblationes. ibid.
Oblati Regularium. ibid.
Obligatio. Obligatus. 362
Obmutescens. Obscurum. ibid.
Obseruatio. Obseruare. ibid.
Obseruantes fratres. ibid.
Obsidio. Occasio. ibid.
Occidere, quando licitum. ibid.
Occidere, quando est malum. ibid.
Occidens. Occisor. ibid.
Occidens ex casu, vel inuoluntariè, aut in furore. 363
Occidens ad sui defensionem. ibid.
Occidentium pœnæ corporales, & spirituales canonicæ. ibidem.
Occisores, quinam debent dici. 364
Occisus. Oculus. ibid.
Occultum. ibid.
Occupans. ibid.
Odium. Offendere. ibid.
Offerre. Offerens. ibid.
Officia, seu munera. ibid.
Officialis. ibid.
Sancti Officii Congregatio Romæ. 365
Officium diuinum, quando, quomodo, & quale recitandum. ibid.

Index Titulorum.

Officium diuinum, quibus ceremonijs, ac solemnitate recitandum. ibid.
Officia diuina in qua lingua recitari possunt. 366
Officium diuinum, quomodo recitandum in tempore interdicti. ibid.
Officium non recitans. ibid.
Officia quædam diuina particularia. ibid.
Officia Romanæ Curiæ. ibid.
Oleum Sanctum. 367
Oliuetani. ibid.
Onera. ibid.
Opera humana. ibid.
Opera Diaboli. ibid.
Opponere. Opponens. ibid.
Oppressus. Oracula. ibid.
Orare. 368
Orarium, seu stola. ibid.
Oratio. ibid.
Oratio Dominica, seu Pater noster. ibid.
Orationes 40. horarum. ibid.
Oratorium. ibid.
Ordinare clericos cui competit, & cui non. 369
Ordinare in sacris cui competit, & cui non. ibid.
Ordinare Episcopos cui competit. ibid.
Ordines clericales, quibus possunt dari. ibid.
Ordines clericales, quibus prohibentur. ibid.
Ordines sacri, quibus prohibentur. 370
Ordo Episcopalis, quibus est prohibitus. ibid.
Ordinandorum examen. ibid.
Ordinandorum obligationes, & præcipuè in sacris. 371
Ordinatorum in sacris obligationes circa coniugia, & vxores. ibid.
Ordinatio facta ab Episcopo excommunicato, vel electo ex statu laicali. 372
Ordinatio per pretium, aut fauorem, aut preces, seu simoniacè, numquam facienda. ibid.
Ordinans malè contra Canonum formam, &c. pœnæ. ibid.
Ordinatio Græcorum. 373
Ordinatio legitima non iteranda, & quando iteranda. ibid.
Ordinans in aliena Prouincia, vel Diœcesi. ibid.
Ordinatio Vltramontanorum, & Vltramarinorum. ibid.
Ordinans subditos alterius, vel familiares. ibid.
Ordinati furtiuè. ibid.
Ordinati in aliena Prouincia, vel Diœcesi. ibid.
Ordinati malè ex aliquo defectu, & pœnæ. ibid.
Ordinati ab alieno Episcopo sine licentia proprii. 374
Ordinati ab eo, qui renunciauit. ibid.
Ordinati à non habente potestatem, vel dubio, an haberet. ibid.
Ordinati ab hæreticis, vel schismaticis. ibid.
Ordinationes non per saltum, sed gradatim suscipiendæ, & pœnæ. 375
Ordinationes omnes in quo loco faciendæ. ibid.
Ordinationes omnes in quo tempore faciendæ. ibid.
Ordinationes omnes, quomodo, seu quo ritu faciendæ. ibid.
Ordinandorum ætas. 376
Ordines Ecclesiastici, quot sint, qui, quales, & quantum antiqui. ibid.
Ordines semel accepti, numquam perduntur. ibid.
Ordinum Ecclesiasticorum, natura, materiæ, formæ, & effectus. ibid.
Ordinatorum omnium speciales obligationes, & onera. ibid.
Ordinum exercitia. 377
Non Ordinati ministrantes. ibid.
Ordo procedendi. ibid.
Ordinarius. ibid.
Orphani. ibid.
Organum. ibid.
Orientales. ibid.
Originale peccatum. ibid.
Ornamenta. 378
Ossa. ibid.
Osculum. ibid.
Ostiarius. ibid.
Ostium. ibid.
Oua. ibid.

P

Pactum. ibid.
Paganus. ibid.
Pallium à quo petendum, & concedendum, & quid agendum. ibid.
Pallij significatum, vsus, & ceremoniæ vtendi illo. 379
Pallium operimentum. ibid.
Panis. ibid.
Papa, seu Romanus Pontifex, eius dignitas, sanctitas, ac maiestas. ibid.
Papæ electio. 380
Papæ authoritas, seu potestas suprema ad quos extenditur. 381
Papa à nullo iudicatur, & eius iudicium à nullo retractatur. 382 ibid.
Papa supra omnes Patriarchas Orientales. ibid.
Papa, etiam malus, nulli subest. ibid.
Papæ omnes sunt subiecti, & an hoc de necessitate salutis. ibid.
Papa circa res fidei. 383
Papa circa Episcopos omnes. ibid.
Papa circa institutiones nouorum Episcoporum. 384
Papa circa confirmationem Episcoporum. ibid.
papa circa consecrationes Episcoporum. ibid.
papa circa concilia. ibid.
papa circa successorem. ibid.
papa circa leges, & canones condendos. ibid.
papa circa leges, & Canones antecessorum. 385
papa circa facta antecessorum, siue benè, siue malè. ibid.
papa circa Imperatores, & Reges. ibid.
papæ obligationes. 386
papa, quas leges obseruat. ibid.
papæ proprietates, seu notæ. ibid.
papæ decreta obseruanda ab omnibus, & eorum authoritas. 387
papa vocante aliquos, etiam de longinquo est obediendum. ibid.
papæ nomen in Ecclesiis recitandum. ibid.
papa consulendus pro maioribus negotiis Ecclesiarum. ibid.
papa circa Episcopos depositos, vel damnatos ab aliis, vel electos. ibid.
papa circa appellationes aliorum. ibid.
papa circa pauperes, & captiuos. ibid.
papa circa vestes, & insignia Imperialia, & domum. ibid.
papa circa Ducatum Romæ, patrimonium Sancti Petri, &c. dominia, quæ habet. ibid.
papa circa Ecclesias omnes. 388
papa circa nouos Episcopatus erigendos. ibid
papa circa translationem Ecclesiarum. ibid.
papa circa exemptionem aliquorum à potestate aliorum, vel à decimis. ibid.
papa circa renunciationem papatus. ibid.
papa depositus, vel schismaticus. ibid.
papæ rescripta. ibid.
papa circa beneficia, &c. Ecclesiastica, ac decimas clericorum. 389
papæ menses pro conferendis beneficiis in Diœcesibus Episcoporum. ibid.
papæ aliqua priuilegia. ibid.
papa circa dispensationes, & legitimationes. ibid.
papa circa alia multa. 390
papa non communicante cum aliquibus. ibid.
papæ Vicarius. ibid.
papæ detrahens, vel insidias, aut aliud malum inferens. ibid.
papæ Familiares, & Officiales domestici, &c. ibid.
papa circa casus reseruatos, & licentiam audiendi confessiones. ibid.
papa moriente. ibid.
papa circa osculum pedum. 391
papa circa canonizationem Sanctorum. ibid.
papa circa indulgentias. ibid.

Index Titulorum.

Papa discedens ab Vrbe. ibid.
Par. Paramenta. ibid.
Parentes. ibid.
Parentela. ibid.
Parochia. ibid.
Parochialis Ecclesia. 392
Parochus, eiusque obligationes. ibid.
Parochiani. 393
Pars. 394
Participans. ibid.
Paruuli. ibid.
Pascha. ibid.
Beatus Paschalis. ibid.
Pastor. ibid.
Patena. ibid.
Pater diuinus. ibid.
Pater noster. ibid.
Pater. 395
Patientia. ibid.
Patres, id est, seniores. ibid.
Patriarcha. ibid.
Patria. ibid.
Patricida. ibid.
Patrimonium. 396
Patrimonium Sancti Petri. ibid.
Patrinus. ibid.
Patrocinium. ibid.
Patronus. ibid.
Sanctus Paulus. 397
Pauperes. ibid.
Paupertas. ibid.
Pax. 398
Peccare. Peccans. Peccator. ibid.
Peccatum. ibid.
Pecunia. Pecuniaria pœna. 399
Pectus. ibid.
Pedagium. ibid.
Pedes. 400
Pœna. ibid.
Pœnitentia, seu pœna, ac satisfactio. ibid.
Pœnitentia virtus. 401
Pœnitentia sacramentum. ibid.
Pœnitentiæ sacramenti effectus. 402
Pœnitens, & eius obligationes. ibid.
Pœnitens publicus. 403
Pœnitentiarij. ibid.
Pœnitentiarius. Pœnitentiaria Apostolica. ibid.
Pensio. 404
Pentecostes. ibid.
Percussor. Percutiens. ibid.
Perdens. ibid.
Peregrini. Peregrinari. ibid.
Peremptorium. 405
Perfectio. Perfecti. ibid.
Perfidia. Pericula. ibid.
Periurans. Periurare. ibid.
Permittere. Permutatio. ibid.
Persecutio. Persequens. Persecutor. ibid.
Perseuerantia. ibid.
Persia. 406
Personæ diuinæ. ibid.
Persona. Personans. ibid.
Pertinacia. Pestis. ibid.
Petens. Petere. ibid.
Sanctus Petrus. ibid.
Alij Sancti Petri. 407
Petrus Abailardus. ibid.
Pia Ciuitas. ibid.
Pia loca. ibid.
Piæ dispositiones. ibid.
Pignora. Pignorare. ibid.
Phylacteria. ibid.
Philippus. 408
Philippinæ Insulæ. ibid.
Pingere. Pictura. ibid.
Piratæ. ibid.
Pistores, seu Furnarij Vrbis. ibid.
Pito. ibid.
S. Placidus. ibid.
Placita. ibid.
Planetaria. ibid.
Platea. ibid.
Plenaria. ibid.
Plus pluralis. ibid.
Podagra. ibid.
Poligamia. Poligamus. ibid.
Pollex. ibid.
Pollutio. Pollutus. ibid.
Polonia. 409
Pompa. ibid.
pondera. ibid.
pontifex Summus. pontificale. ibid.
populus. populi. ibid.
portus. ibid.
portugallia. ibid.
possessio. ibid.
possessor. possidens. 410
posterior. ibid.
postulare. postulatio. ibid.
potestas. praga. ibid.
præbendarius. præbenda. ibid.
præcaria. 411
præcedere. præcedentiæ. ibid.
præcepta. ibid.
præceptoriæ. ibid.
preces. prædator. ibid.
prædestinatio. prædestinatus. ibid.
prædia. 412
prædicatores eorumque obligationes. ibid.
prædicare qui possunt, & quomodo. ibid.
prædicari prohibita. 413
præesse. præfatio. ibid.
præfecti. præficiendi. ibid.
prælati, quis instituendi, &c. alia. ibid.
prælatorum obligationes. 414
prælatis prohibita. ibid.
prælati circa alia. ibid.
præliari. 415
præpositus. præposituræ. ibid.
presbyteri, qui, & quando ordinandi. ibid.
presbyterorum obligationes. ibid.
presbyteris prohibita. 416
presbyteri munera. ibid.
presbytero, quæ sunt licita, & quando. ibid.
presbyteri peregrini. 417
presbyter Episcopo contrarius. ibid.
presbyterornm priuilegia. ibid.
presbyter fornicarius. ibid.
presbyter criminaliter delinquens, vel accusatus. ibid.
presbyterorum persecutores, occisores, &c. ibid.
presbyter depositus, vel excommunicatus. ibid.
presbyterorum filii. 418
presbyter quo ad residentiam. ibid.
presbytera. ibid.
præscientia. præsciti. ibid.
præscriptio. ibid.
præsentare. præsentans. præsentatio. ibid.
præsentatus. 419
præsentatio B. Mariæ. ibid.
præsepe. præstigium. ibid.
præsumere. præsumeris. ibid.
prætium. 420
præueniens gratia. ibid.
primas. primatia. ibid.
primatus. ibid.
prima sedes. ibid.
primicerius. ibid.
primitiæ. primogenitus. ibid.

Index Titulorum.

Primus. Principalis. ibid.
Princeps. ibid.
Principia. Principiata. 421
Prior Priscillianus. ibid.
Priuare. Priuatus. Priuatio. ibid.
Priuignus. Priuilegia. ibid.
Priuilegiati. 422
Probatio. Probans. Probare. ibid.
Procedere. ibid.
Processus. ibid.
Processiones. 423
Proclamationes. ibid.
Procurationes. ibid.
Procurator. ibid.
Procurator pauperum. 424
Procuratores in curia Romana. ibid.
Proditor. ibid.
Profanum. Profanare. ibid.
Professio. Professus. ibid.
Professio fidei. 425
Propheta. Prophetia. ibid.
Prohibitio. Prohibitum. ibid.
Promittere. Promissa. ibid.
Promouere. Promotus. ibid.
Propina. ibid.
Propositum. ibid.
Propriuni. Proprietas. ibid.
Prostituere. Protector. ibid.
Protomedicus. ibid.
Protonotarius. ibid.
Prouincia. 426
Prouinciales. ibid.
Prouocans. ibid.
Proximus. ibid.
Psallere. Psalmista. Psalmus. Psalterium. ibid.
Puber. 427
Publicatio. Publicus. ibid.
Puella. ibid.
Pueri. Punctator. ibid.
Punire. Pupilli. 428
Purgatio Canonica. ibid.
Purgatorium. Purgantes animæ. ibid.

Q

Quadraginta horarum oratio. ibid.
Quadragesima. ibid.
Quarta. ibid.
Quarta funeralis. ibid.
Quartadecimani. ibid.
Quærela. Quæstiones. ibid.
Quæstores. Quidam alij. 429
Quindennium. Quinquagesima. ibid.

R

S. Raymundus. ibid.
Raptor. Rapiens. ibid.
Raptus. Rapta. 430
Raptores Ecclesiarum, domorum, &c. ibid.
Rasura. ibid.
Ratio. Ratiocinium. ibid.
Ratum habere. Ratificare. 431
Rauenna. ibid.
Rebaptizare. Rebaptizatus. ibid.
Rebelles. ibid.
Receptare. Receptus. Recipere. ibid.
Recitare. ibid.
Reconciliare. Reconciliatio. ibid.
Rector. ibid.
Recusare. Recusans. ibid.
Recursus. ibid.
Reddere. Reddens. ibid.
Redemptio. ibid.
Redire. Rediens. ibid.
Redditus Ecclesiarum. ibid.
Referendarij Curiæ Romanæ. 432
Reformatio. Reformati. ibid.
Refugium. ibid.
Reges. Regna. 433
Regia potestas. ibid.
Registra, &c. ibid.
Regulæ iuris. ibid.
Regula fratrum Minorum Sancti Francisci. ibid.
Regularium, Ordines, Institutio, finis, & vtilitas. ibid.
Regularium religionem, quis ingredi possit, & in qua ætate. ibid.
Regularium religionem, quis non possit ingredi, & quis non recipi in ea. ibid.
Regularium religionem per vim ingressi. 434
Regularium religionem ingredientes, nihil soluant. ibid.
Regularium religionem ingressi ad quid tenentur. ibid.
Regularium religionem ingrediens circa dispositionem bonorum, vel successionem. ibid.
Regularium religiosorum Nouitij, eiusque probatio. ibid.
Regulares circa filiationes. 435
Regularium religionem professi, eorumque obligationes, & professiones nullæ. ibid.
Regularium professorium. 436
Regulares quo ad tonsuram, & vestes. ibid.
Regulares circa studia. ibid.
Regularibus prohibita. ibid.
Regulares circa vitam communem. 437
Regulares circa peculium proprium. ibid.
Regularium religio deferri non potest, & quando potest. ibid.
Regulares superiores. ibid.
Regulares quo ad subiectionem Papæ. 439
Regulares circa obligationem chori. ibid.
Regularium exemptio ab Ordinarijs. ibid.
Regulares in quibus subiecti sunt Episcopis. ibid.
Regulares circa Episcopos, & eorum venerationem. 440
Regulares matrimonia facientes. 441
Regulares impudici fornicarij. ibid.
Regulares vagi, & fugitiui. ibid.
Regulares rixosi, criminosi, & coniurantes inimici. ibid.
Regulares circa venalitatem, & simoniam. ibid.
Regulares Apostatæ, rebelles, & inobedientes. ibid.
Regulares incorrigibiles, & eiecti, siue eiiciendi. 442
Regulares circa appellationes. ibid.
Regulares priuilegia. ibid.
Regularium circa obseruantiam. 443
Regulares circa ordinationes. ibid.
Regulares circa sepulturas. ibid.
Regulares circa decimas. 444
Regulares circa interdicta, & alias censuras. ibid.
Regulares circa confessiones audiendas. 445
Regulares circa absolutionem à reseruatis. ibid.
Regulares circa prædicationes. ibid.
Regulares circa confessiones, & absolutiones suorum fratrum. 446
Regularium oblati, ac tertiarii, familiares, domestici, &c. ibid.
Regulares circa processiones, & præcedentias. ibid.
Regulares circa sacramenta, & alia in suis Ecclesijs, vel extra. ibid.
Regulares circa Parochos, & Parochianos. 447
Regulares circa Parochos propriarum Ecclesiarum, &c. ibid.
Regulares circa accusationem superiorum. ibid.
Regulares circa transitum ad aliam religionem. ibid.
Regulares circa censuras, & casus reseruatos in religione. 448
Regulares circa capitula, & electiones. ibid.
Regulares circa monasteria monialium, & confessiones earum. ibid.
Regulares circa testamenta, mutua, contractus, &c. 449
Regulares percutientes, & ipsimet se, vel alios clericos. 449

Index Titulorum.

Regulares circa noua monasteria, Ecclesias, & Oratoria. 450
Regulares facti Episcopi. ibid.
Regularium causæ, & processus, ac lites de præcedentia. ib.
Regulares circa librorum editionem. ibid.
Regulares morientes extra claustra. ibid.
Regulares hæretici, & in partibus infidelium praua docentes. ibid.
Regulares circa alienationes, locationes, ac transactiones. 451
Regulares circa iter ad Vrbem Romæ. ibid.
Regulares circa administrationem bonorum temporalium. ibid.
Regulares circa habitationem. ibid.
Regulares circa iuramenta. ibid.
Regularium visitatores. ibid.
Regulares circa negotia. 452
Regularium numerus in monasterijs. ibid.
Regulares reformatio. ibid.
Regulares circa munera, seu dona. 453
Regulares euntes ad partes infidelium. 454
Regularium Indulgentiæ. ibid.
Regulares circa missarum celebrationem. ibid.
Reijcere. Reiecti. ibid.
Relapsus. Religio, seu fides. 455
Religiosi. Reliquiæ. ibid.
Remissio peccatorum. ibid.
Remissio causæ, & offensæ. ibid.
Renouatio. ibid.
Renunciare. Renuncians. Renunciatio. ibid.
Reordinare. 456
Reparatio. ibid.
Repetere. Reperta. ibid.
Reprehendere. ibid.
Represaliæ. ibid.
Repræsentatio. ibid.
Reprobatio. ibid.
Repudiare. ibid.
Res. 457
Rescripta. ibid.
Reseruare. Reseruatio. ibid.
Residere. Residentia. ibid.
Resignatio. Resignare. 458
Resistere. Resistentia. ibid.
Responsa. ibid.
Restituere. Restitutio. ibid.
Resurgere. Resuscitare. ibid.
Reuelare. Reuelatio. ibid.
Reuerentia. 459
Reuertens. ibid.
Reuocare. Reuocatio. ibid.
Reus. ibid.
S. Riccardus. 460
Ripa Romana, & Ripetta. ibid.
Ripa Transonis. 460
S. Rita. 460
Rituale. 460
Ritus. 460
Rixosi. 460
Rochetum. 460
Rogationes. 460
Roma. Ciuitas. Palatia. Viæ, &c. 460
Romanus ager. 461
Romæ Conseruatores. Senator. Gubernator. 461
Romæ Vicarius. 461
Romani Ciues, populus, studium, doctores, statuta, &c. 461
Romana Rota. Curia. Archiuium, &c. 461
Romanus Pontifex. 462
Romana Ecclesia. 462
Romana sede vacante. 462
Romualdus. 462
Rosarium. 462
Rota Romana. 462
Rotæ aliæ in statu Ecclesiæ. 463
Rura. Rustici. 463

S

Sabbathum. 463
Sabaudia. 463
Sabelli. 463
Sabina. 463
Sacerdotium, eiusque dignitas. 463
Sacerdotis potestas. 463
Sacerdotii incapax. 464
Sacerdos quo ad sacrificium. 464
Sacerdos circa sacramentum pœnitentiæ. 464
Sacerdoti prohibita. 464
Sacerdotis obligationes. 465
Sacerdos circa vestes prophanas, & sacras. 465
Sacerdotis priuilegia. 465
Sacerdotum numerus. 465
Sacerdotes circa vxores, & matrimonia. 465
Sacerdos peccans cum filia spirituali. 466
Sacerdotes fornicarij adulteri, & concubinarij. 466
Sacerdotes negans sacramenta. 466
Sacerdos malus circa sacramenta. 466
Sacerdos publicè criminosus. 466
Sacerdos circa ordinationem. 466
Sacerdos deferens fidem. 466
Sacerdos depositus, vel suspensus tentans ministrare. 466
Sacerdos accusatus. 467
Sacerdotum peccata grauissima. 467
Sacerdotum offensores. 467
Sacerdos summus. 467
Sacerdos circa cohabitationem cum mulieribus. 467
Sacerdotum institutio in Ecclesijs, vel depositio. 467
Sacerdos peregrinus. 467
Sacerdotum filij. 467
Sacerdos nouiter ordinatus. 467
Sacerdos circa ministerium Eucharistiæ. 467
Sacerdos Cappellanus Principis. 467
Sacerdos circa clandestina matrimonia, alias vetita. 467
Sacerdotes Græci. 467
Sacra dignitas. 468
Sacra loca. 478
Sacræ vestes: Vasa, Pallæ, &c. 468
Sacramentorum natura, institutio, & numerus. 468
Sacramentorum efficiens, seu minister. 468
Pro ministerio Sacramentorum, nihil soluendum. 468
Sacramentorum effectus; quando, & vbi sunt conferenda. ibid.
Sacramenta, quomodo, & quo sumenda. 469
Sacramenta, quomodo ministranda, & à quibus. 469
Sacramentorum doctrina. 469
Sacramenta, an iteranda. 469
Sacramentorum abusus. ibid.
Sacrificium. ibid.
Sacrificij minister. 470
Sacrificium, quando cœpit fieri. ibid.
Sacrificium in quo loco faciendum. ibid.
Sacrificij effectus. ibid.
Sacrificij ritus, & ceremoniæ. ibid.
Sacra scriptura. ibid.
Sacræ repræsentationes. ibid.
Sacrarium. 471
Sacri ordines. ibid.
Sacra persona. ibid.
Sacrilegium. Sacrilegus. ibid.
Sacrista. ibid.
Sacrista sacelli Papalis: vel conclauis. ibid.
Saga, seu styx. ibid.
Sagittarius. ibid.
Sal. Salitores. ibid.
Salomon. ibid.
Saluare. Saluari. ibid.
Saluator. ibid.
Salus. ibid.

Saluta-

Index Titulorum.

Salutatio. ibid.
Sancta, & Sancta Sanctorum Cappella. ibid.
Sanctus ter replicatus. ibid.
Sancti. Sanctitas. 472
Sanctimonialis. ibid.
Sanctuarium. ibid.
Sandalia. ibid.
Sanguis. ibid.
Sanguis Christi. ibid.
Sanitas. ibid.
Sapiens. ibid.
Saraceni. 473
Sardinia. ibid.
Satanas. ibid.
Satisfactio. ibid.
Scala sancta. ibid.
Scandalum. ibid.
Scenici. ibid.
Schola. Scholarum magistri scholares. 474
Scientia. Sciens. 474
Scisma. Schismaticus. ibid.
Sclaui. ibid.
Scotia. ibid.
Scripta. Scripturæ. 475
Scripturæ Sedis Apostolicæ. ibid.
Scriptores Romanæ Curiæ. ibid.
Scriptores de Auisi. ibid.
Scrutinium. ibid.
Scurra. Scurrilis. ibid.
Scutiferi. ibid.
Secretarius. Secta. ibid.
Sæculare. ibid.
Securitas. ibid.
Sedere. ibid.
Sedes Sancti Petri. ibid.
Sedes Romana, seu Apostolica. ibid.
Sedes Episcopalis. 476
Seditiosus. Seditio. 477
Sella. ibid.
Seminarium. ibid.
Senæ. ibid.
Senator Romæ. ibid.
Senex. ibid.
Sententia. ibid.
Separatio. Separare. 478
Sepelire. Sepeliri. 479
Sepultura. ibid.
Sepulchrum. 480
Septuagesima. ibid.
Sequestrum. Sequestrare. ibid.
Serenæ. ibid.
Serui circa ordinationes. ibid.
Serui manumissi. 481
Serui Ecclesiarum. ibid.
Serui circa matrimonia. ibid.
Serui christiani, & alij. ibid.
Serui ad Ecclesiam confugientes. ibid.
Seruis prohibita. 482
Seruorum priuilegia. ibid.
Serui B. Mariæ. ibid.
Serui Prælatorum Romanæ Curiæ. ibid.
Seruientes. ibid.
S. Seuerinus. ibid.
Sibillæ. Sicarius. Sicilia. ibid.
Sigillum. Signum. ibid.
Signatura. ibid.
Syluester. Syluestrini. ibid.
Silentium. ibid.
Symbolum Fidei. ibid.
Symon. Simonia. ibid.
Simonia à quo denuncianda, & pœnæ non denunciantium. 483
De simonia infamatus, vel accusatus. 483
Simoniacus. Simoniaca actio. 483
Simoniæ causæ, & Iudicia. 484
Simoniacorum pœnæ. ibid.
Simoniæ cooperatores, vel mediatores. ibid.
Simoniacus absolutus. 485
Simplicitas. 485
Simpliciter, & de plano. ibid.
Simulare. Simulans. ibid.
Sindicus. Singularis. ibid.
Synodus. Siniscalcus. ibid.
Sypontum, seu Manfredonia. ibid.
Socius. ibid.
Societas. ibid.
Sodomia. Sodomita. 486
Solemnitas. 486
Sollicitantes in confessione. 486
Sollicitator. ibid.
Soluere. Soluens. Solutio. 486
Sommascha. ibid.
Somnus. Somnium. ibid.
Soror. ibid.
Sortes. Sortilegi. 487
Sozomenus. ibid.
Spadones. ibid.
Species. ibid.
Species Eucharistiæ. ibid.
Spectacula. ibid.
Spes. Sperare. ibid.
Spiritualia. ibid.
Spiritus sanctus. 488
S. Spiritus. 488
Spoliare. Spolians. Spoliatus. 488
Spolia beneficiatorum. 489
Sponsalia. Sponsata. Sponsi. 490
Sponte comparens. ibid.
Sportulæ. ibid.
Spurius. 490
Stanislaus. 490
Statio. Statuæ. ibid.
Status. ibid.
Statuta. 491
Stellæ. Sterilitas. ibid.
S. Stephanus. ibid.
Stigmata. 491
Stola. 491
Studia. Studentes. 492
Stuprum. Stuprare. ibid.
Subdelegare. Subdelegatus. 492
Subdiaconus. Ordo, & officia eius. ibid.
Subdiaconi, qui ordinari possunt, & qui non. ibid.
Subdiaconi circa coniugia, & vxores. 493
Subdiaconi priuilegia. ibid.
Subdiaconus fornicarius. ibid.
Subdiaconorum Collegium. ibid.
Subditi. ibid.
Subrogatio. ibid.
Subscriptio. ibid.
Subsidium. ibid.
Substitutio. Substituti. 494
Suburbia. ibid.
Subuenire. ibid.
Successor. Succedens. Succedere. 494
Suetia. ibid.
Suffraganeus. ibid.
Suffragium. ibid.
Summator. ibid.
Superior. ibid.
Superiores regularium. 495
Superstitio. 495
Superpelliceum. ibid.
Surdus. ibid.
Suscipiens. Susceptus. Suspectus. 496
Suspensus. 496

Index Titulorum.

T

TAbaccum.
Tabella. 496
Taberna. ibid.
Tacere. Tacens. ibid.
Thalaris veſtis. ibid.
Talio. ibid.
Talmud. ibid.
Taxa. ibid.
Taxilli. ibid.
Theatini. ibid.
Theatrici. 497
Templum. ibid.
Temperantia. ibid.
Tempus. Tempora. ibid.
Temporales. ibid.
Tentatio. ibid.
Theologia. ibid.
Terminus. ibid.
Terra. ibid.
Territorium. ibid.
Tertiarij oblati. ibid.
Theſaurarius. 498
Theſaurus ſpecialis Eccleſiæ. ibid.
Teſtamentum. ibid.
Teſtamentorum executio, & executor. ibid.
Teſtandi facultas. 499
Teſtator. ibid.
Teſtationes. ibid.
Teſtificari. ibid.
Teſtimonium. ibid.
Teſtes, qui, & cum quibus diligentijs admittendi. ibid.
Teſtium numerus. 500
Teſtes repellendi. ibid.
Teſtes falſi, & eos inducentes. 501
Teſtes corrupti. ibid.
Teſtes, an recipiendi lite non conteſtata. ibid.
Teſtes, qui, & quomodo producendi, ac ſuper quibus. ib.
Teſtium repetitio. 502
Teſtes in cauſa matrimoniali. ibid.
Teſtes, an poſſunt cogi ad teſtificandum. ibid.
Teſtes obſcuri, varij, contradicentes. ibid.
Teſtes, quomodo examinandi. ibid.
Teſtes in cauſa hæreſis. ibid.
Teſtium dicta. 503
Teſtes iurantes non deponere. ibid.
Teſtes impedientes, ne deponant. ibid.
Teſtium oppoſitiones: & ſi probentur quid. ibid.
Varia de teſtibus. ibid.
Teſtes requiſiti ad damnandos Eccleſiaſticos. ibid.
Teſtes contra quos non poſſunt deponere. ibid.
S. Thereſia. 504
S. Thomas. ibid.
Tyberis. ibid.
Timens. Timor. ibid.
Thymiama. ibid.
Tintinnabula. ibid.
Tyrannus. ibid.
Titulus. Titularis. ibid.
Tolentinum. ibid.
Tolerantia. Tolerare. ibid.
Toletum. ibid.
Toloſa. ibid.
Tonſura. 505
Torus; ſeparatio tori. ibid.
Tormentum. ibid.
Torneamenta. ibid.
Totum. ibid.
Traditio. ibid.
Trahens. ibid.
Tranſactio. Tranſigere. ibid.
Transferre. Translatio. ibid.
Tranſire. Tranſitus. 506
Tranſmarinus. ibid.
Tranſubſtantiatio. ibid.
Trebellianica. ibid.
Tregua. Tribulatio. ibid.
Tribunal. Tributum. ibid.
Tridentinum Concilium. ibid.
Trinitas. Triremes. ibid.
Triſagium. Triſtari. ibid.
Tumultuarij. ibid.
Turca. 507
Turris nonæ Romæ. ibid.
Tuſcia. ibid.
Tutor. ibid.
Tutius operari. ibid.
Turonenſis. ibid.

V

VAcans ſedes benef. &c. ibid.
Vacatio. Vacare. Vacatura. ibid.
Valentia. ibid.
Vaſa. ibid.
Vas vxoris. 508
Vaſſallus. ibid.
S. Vbaldus. ibid.
Vehemens. ibid.
Velum. Velare. ibid.
Velata. Venari. ibid.
Vendere. Vendens. Venditio. ibid.
Veneficia. ibid.
Venerari. ibid.
Venetiæ. ibid.
Veniale. ibid.
Venia. 509
Verba. ibid.
Verbum diuinum. ibid.
Verba Dei. ibid.
Verba. Verberare. ibid.
Veritas. Veſpere. ibid.
Veſtis. ibid.
Via. 510
Viaticum. Viator. ibid.
Vicarius Papæ. ibid.
Vicarii Epiſcoporum. ibid.
Vicarii, & Vicariatus Eccleſiarum. ibid.
Vicarius Foraneus. 511
Vicecancellarius Papæ. ibid.
Vice-Dominus. ibid.
Vice-Legatus. ibid.
Vicinus. ibid.
Victoria. Victus. ibid.
Vidua. ibid.
Vienna. 512
Vigilia, id eſt, excubiæ. ibid.
Vigiliæ feſtorum. ibid.
Vincentius. ibid.
Villicus. ibid.
Vindicatiuus. Vindicta. ibid.
Vinum. ibid.
Vini Gabella Romæ. ibid.
Violare. Violans. Violata. ibid.
Violentia. ibid.
Vir, ſeu maritus. 513
Vir circa vxorem. ibid.
Vir circa Religionem, continentiam, & alia vota. ibid.
Vir circa dimiſſionem vxoris. ibid.
Vir circa vxorem adulteram. 514
Vir adulter. ibid.
Vir circa debitum coniugale. ibid.
Vir occidens vxorem. ibid.
Vir circa plures vxores etiam ſucceſſiuè. ibid.
Vir cognoſcens conſanguineas vxoris, &c. vel plures conſanguineas. ibid.
Vir circa vxorem infidelem, vel hæreticam. ibid.
Vir circa alia. ibid.
Vir circa matrimonium. 515

Virgo

Index Titulorum.

Virgo vouens virginitatem. ibid.
Virgo circa religionem. ibid.
Virgines religiosæ nubentes, vel fornicantes. ibid.
Virginitatis perfectio. ibid.
Virgines sacras carnaliter cognoscens, aut matrimonium
  ducens cum eis. 516
Virgines circa alia. ibid.
Virtus. Vis. ibid.
Visiones. ibid.
Visitandi obligatio, quæ, & qualis. ibid.
Visitatio liminum. ibid.
Visitantis expensæ, & procurationes. ibid.
Visitari potest per alium. ibid.
Visitanti prohibita. ibid.
Visitantis potestas, & ordo. 517
Visitatores à quo possunt deputari. ibid.
Visitatores monialium, & visitatio. ibid.
In visitatione, quid faciendum. ibid.
Visitatores alij. ibid.
Visitationis B. Mariæ festum. ibid.
Visitatio quæ fit à Papa. 518
Viuere. Viuens. Vita. ibid.
Vitium. ibid.
Vltima voluntas. ibid.
Vltramontanus, & Vltramarinus. ibid.
Vnctio. Vngere. ibid.
Vnio. Vnire. ibid.
Vnitas. Vniuersalis. ibid.
Vniuersitas. ibid.
Vnus. ibid.
Vocare. Vox. ibid.
Voluntas. 519
Voluptas. 519
Vouere. Vouens. Vota. 519
Votorum solemnitas, & quæ sint solemnia. 519
Votorum dispensatio, & commutatio. 519
Vota, seu suffragia. 520
Vsufructuarius. Vsufructus. 520
Vsura. 520
Vsurarius. ibid.
Vsurpare. Vsurpâns. 521
Vsus. Vtensilia. ibid.
Vtile. Vulgare. ibid.
Vulnus. Vulnerans. ibid.
Vxoris obligationes, & prohibitiones. 521
Vxor circa vota, & religionem. ibid.
Vxorum pluralitas. 522
Vxoris dimissio, & separatio. 522
Vxor dimissa. ibid.
Vxor adultera, vel accusata de adulterio. 522
Vxor occidens, vel machinans viri mortem vel filii. 523
Vxorem occidens. ibid.
Vxores clericorum relictæ. 523
Vxores clericis, an & quibus prohibitæ. ibid.
Vxor relinquens virum, vel cum secundo nubens viuente
  primo. 523
Ab vxore quando abstinendum. ibid.
Vxor meretrix. ibid.
Vxor fidelis non nubat cum infidelibus. ibid.
Vxor nubens alteri putans virum mortuum. ibid.
Vxor, quomodo diligenda. ibid.
Vxoris priuilegia quædam. 524
Vxoris restitutio. ibid.
Vxor repetens virum. ibid.
Vxor circa alia quædam. ibid.
Vxoratus. 524

Errata	*Corrige.*
Pag. 1. c.2. l.17. q.3.	q.4.
3. c.1. 53. quando	quia
4. c.1. 30. Recuſat	Recurrat
4. c.1. 31. 22. q.2.	32. q.4.
6. c.1. 3. ſent. exc.	verb. ſignif.
7. c.1. 13. reg.42.	reg.43.
7. c.1. 38. c. Alicui	c. Non poteſt.
7. c.2. 23. 5	6.
7. c.2. 29. 8.	9.
7. c.2. 66. 8.	9.
c.2. 67. nullum	alium, & c. Abſentes.
c.2. 69. Accuſari	Accuſatori
8. c.1. 3. 2. q. 2.	5. q.2.
8. c.1. 28. accuſat	accuſare
8. c.1. 66. diſt.1.	✠
8. c.2. 19. q.9.	q.5.
8. c.2. 66. q.11.	q.10.
8. c.2. 71. q.7.	q.6.
9. c.1. 9. hoc	his
c.2.49.2.q.2.c.neganda	3. q. 11. c. neganda 1. & 2.
10. c.1. 55. probationibus	exceptionibus
10. c.1. 60. cap.	in 6. cap.
11. c.1. 22. 6.	2.
c.2. 70. Benedicto	de Benedicto
13. c.1. 17. q.5.	q.5. per totam.
c.2. 9. ſignificauit	ſignificaſti
15. c.1. 46. q.9.	q.6.
2. 6. qui	quod
16. c.1. 35. q.6.	q.1.
17. c.2. 4. ſuſpecti	Suſcepti
18. c.2. 3. verb. ſignif.	off. & pot. Iud. deleg.
2. 28. qui	qui vltimo
19. c.1. 23. vos	eos
2. 16. Fuit ſemper	Patet Profectò
20. c.1. 51. cap.	in 6. cap.
1. 66. q.7.	q.6.
21. c.1. 4. cap. non	in 6. cap. non
1. 14. decipere	denique
1. 40. &c.	in 6.
2. 53. c.& ſi	c. ſi
22. c.1. 17. remotam.	veſtrum.
Epiſcoporum	Epiſcopus
23. Cauſa 2.	Cauſa 3.
1. 28. cap.	in 6. cap.
48. decipere	denique
23. c.1. 12. c.1.	c. 2.
37. &c.	in 6.
1. 59. cap.	in 6. cap.
2. 67. Extra.	Clement.
24. c.1. 14. cap.	in 6. cap.
25. c.1. 62. q.7.	q.6.
c.2. 50. q.7.	q.6.
26. c.2. 47. c.1.	c.2.
27. c.1. 55. diſt.2.	diſt.3.
c.1. 56. diſt.3.	diſt.4.
c.2. 24. Sacrificando	Sanctificando
c.2. 26. Miſſæ. §. quæſiuit.	Marthæ. §. quæſiuiſti.
28. c.2. 38. præpoſitatu	præpoſitum
29. c.2. 27. c.	c. ſi
c.2. 58. noſtra	noſtro
30. c.1. 15. cap.	in 6. cap.
c.1. 39. cap.	in 6. cap.
35. c.1. 8. eſt	&
c.1. 51. magiſtris	hæreticis
36. c.1. 63. conſurgit	confugerit
c.2. 28. c. non Sanctificatur	✠
37. c.1. 7. diſt.2.	diſt.4.
c.1. 37. quando	quando ab
c.1. 61. Ob	Ab
c.2. 5. conſurgit	confugerit

Errata	*Corrige.*
Pag.37. c.2. l.31. c.In	c. qui in
2. 37. ſi	c.a
41. de conſecr.	& 9.
66. diſt.2.	diſt.4.
38. c.1. 3. c.ſi qui in neceſſitate	c. ſi qui neceſſitate. & c. In neceſſitate
38. c. vnde	✠
39. c.1. 12. Paruulus	Paruulos
1. 55. Et c.verum	✠
2. 41. vnionem	vitandum
2. 69. cap. Sale Sapientiæ	c. Sal Cęleſtis
41. c.1. 33. 97. c. quis in	98. c. qui in.
1. 38. quia	qui
42. c.2. 45. vera	veros
47. q. 3.	q.2.
66. 28. cap.nulla	23. c. ſi nulla
45. c.2. 5. 23. q.1.	24. q.1. c.
52. c. Ex debito.	c. execrabilis
46. c.1. 59. Et	Extra, de elect. c. ex
47. c.2. 39. ſibi	tibi
47. ſingulas	ſingula
48. c.1. 17. de præb. in 6.	Extra, de præb.
18. cap. cum nonnullæ	c.cum nonnullæ il 2.
27. c.Gratiæ	in 6. c.Gratia
35. ibid.	de reſcript.
61. de	Extrau. de
c.2. 7. c.ſi	in 6. c.ſi
21. 23.	24.
49. c.1. 30. de Pactis	de tranſact.
47. de Pactis	de tranſact.
50. c.1. 29. c.cõſtitutus. &	in 6.
c.2. 53. cap.	c. cum
51. c.2. 28. de Pactis	de tranſactionib.
51. c.2. 30. de Pactis	de tranſact.
52. c.1. 8. ex Literis	In Literis tuis
12. Quærenti	Conquerente
14. c.de Piſanis	c. Piſanis
56. c.ſi duobus	c. Duobus
53. c.1. 30. Literarum	Literas
c.2. 24. de præb.	de conceſſ. præb.
25. Quis	Quia
51. ibid.	de conceſſ. præb. in 6.
54. c.2. 12. De præb. in 6.	Extra de præb.
2. 13. c.cũ nonnullæ	c. cum nonnullæ il 2.
33. venerit	veniſſet
58. c.1. 52. poteſt	poſt
58. c.2. 12. ordin.	ordin. in 6.
17. q.3.	q.1.
18. diſt.28.	✠
59. c.2. 8. quantum	quantus
60. 11.	10.
61. c.2. 12. 5.	3.
65. c.1. 64. nulla	nullus
66. c.1. 54. 71.	70.
67. c.2. 5. de reſcript.	de præb.
68. c.1. 32. Eccleſia	Eccleſijs
69. c.1. 11. 16.	9.
17. cap.	in 6. cap.
c.2. 63. de elect.	de ſupplenda neglig. Præl.
71. cap.	in 6. cap.
71. c.1. 39. 27. q.4.	17. q.3.
42. c.	in 6. c.
77. c.2. 37. diſt.1.	diſt.2.
78. c.2. 38. 34. q. 1.	33. q.2.
79. c.1. 26. Fidelis	Fidelibus
80. c.1. 9. Catechumeni	Catechiſmus
27. q.7.	q.6.
80. c.2. 55. ad	de
81. c.2. 4. diſt.15.	diſt.55.

Aaron.

AARON fuit Episcopus. *S. Anaclet. Epist.2.*
Aaron fuit Sacerdos primus ex lege. *Anaclet. ibid.*

Abbatia.

Abbatia idem sonat, ac Latinè Paternitas. *Concilium Meldense cap.10.*
Abbatia commendata, per Episcopum, vt delegatum Papæ potest visitari, & quomodo. *Concil. Trid. sess.21. de reformat. cap.8.* Vide, *Episcopus circa Regulares.*
Abbatiæ vacantes in Gallia, quomodo prouidendæ per Papam cum nominatione facienda à Rege. *Concil. Later. 5. sess.11. constit.2. Primitiua.* & hoc iuxta concordata cum Sede Apostolica. *ibid.*

Abbas quomodo olim eligebatur.

Abbas olim per Episcopum eligebatur. Gregorius I. *lib.10. Epistolarum ep.22. Concilium Turonen. 2. cap.7. causa 18. q.2. cap. Hoc tantum.*
Abbas per Papam aliquando eligitur. Gregor. I. *lib.4. Epistol. ep.57.*

Abbas à quo nunc eligendus.

Abbas nunc eligendus à Congregatione Monachorum. *Gregor. I. lib.4. Epistol.ep.41. & 43. Concil. Rom.3. sub Gregor. I.c.3. Post Conc. Toletan.1.cap.5. Greg.7. libr2. Epist.27. causa 18. q.2. cap. Abbas, & cap. Abbatem.*
Abbas electus contra mandatum Papæ inualidè est electus. *Gregor.7. lib.7. Epist.27.*
Abbas non potest eligi, seu præfici à Laico; & si acceptat, excommunicatur. *causa 16. q.7. cap. si quis deinceps, & c. si quis Cler.*

Abbas quomodo eligendus.

Vide, Superiorum regularium Electio.
Vide, *Electio.*

Abbatis eligendi qualitates, & ætas.

Abbas eligi nequit Clericus sæcularis. Gregor.I. *lib.3. Ep.11. causa 16. quæst.1.* cap. *Presbyteros. De electione* cap. *cum ad nostram*, sed debet esse professus Monachus, *ibidem*, & *cap. cum in magistrum de electione.* Debet esse instructus in regula Monachali, alias non potest eligi, *de elect.* cap. *officij tui.* Aliæ permultæ qualitates requiruntur pro eligendo. *causa 18. quæst.2. cap. Quam sit necessarium.*
Vide, *Electio.*
Ætas eligendi est annorum 30. & si dispensatur à Papa sit ad minus ann.22. *Conc. Later.5.sess.9.Bulla de ref.Curiæ. c.1.*
Constitutus in minoribus potest eligi, sed cum dispensatione Papæ. *De ætate, & qualit. &c. præficiend. cap. Tuam in Domino.*
Irregularis potest eligi cum dispensatione Papæ. ibid. *Tuam in Domino.*
Abbas electus ordinandus est Presbyter, alias priuetur. *De ætate, & qualit. &c. præficiend. cap.1.*
Eligi non potest criminosus, aut venalis. *Concil. Antisiodor. cap.2.*

Abbas circa regimen Monasterij.

Abbas vni tantum Monasterio præesse potest, & nullo modo duobus. *Concil. Agathense. cap.57. Concil. Toletan. 17. c.10. Concil. Venetticum. c.8. Concil. Lateranense 4. c.13. causa 21. quæst.1.* cap. *Vnum. de Religiosis Domibus cap. finali. Concil. Tridentin. sess.25. de reformat. Reg. cap.7.* Vide, *Regulares.*
Aliquando fuit dispensatum, vt vnus Abbas pluribus præesset Monasterijs. *Greg.7. lib.1. Epist.52.*
Eidem Monasterio plures Abbates præesse non possunt. *Concil. Cabilonense 2. cap.12.*

Abbas circa cellas.

Abbas non potest habere plures cellas. *Concil. Veneticum, cap.8.* Vide, *Regul. Reformatio. &c. tit.*

Abbatis conuictus cum Monachis.

Abbas cum suis Monachis tenetur conuiuere. *Concil. Mogunt.1. cap.11.* Intra septa Monasterij tenetur viuere; & non potest habitare extra. *Concil. Colon.3. tit. de Offic. cap.8.* Vide, *Regul. Reformatio.*

Abbatis caritas circa Monachos.

Abbas curare tenetur, vt Monachis in omnibus subueniatur, *Concil. Aquisgran.3. par.3. cap.2.* Vide, *Regul. Reformat.* & alios tit. *Regul.*

Abbas olim erga Episcopos.

Abbates, & Monachi olim Episcoporum iurisdictioni erant subiecti. *Causa 18. q.2. cap. Abbates. Concil. Aurel.1. cap.21. Concilium Epaunense cap.19.*
Alienare non poterant sine consensu Episcopi. *Causa 17. q.3. cap. in venditionibus. Conc. Agathense cap.56. Conc. Aurelian. 2. cap.23. causa 12. q.2. cap. Abbatibus. Concil. Toletan. 17. cap.9.* Vide, *Episcopus quoad Regulares.* Vide, *Regulares erga Episcopos.*

Abbas nunc erga Episcopos.

Abbates, & Monachi, nunc à iurisdictione Episcopi sunt exempti (ex tempore Gregorij I.) *Causa 18. quæst.2. cap. quam sit necessarium.*
Abbas potest ab Episcopo compelli, vt eat ad Synodum. *dist. 18. cap. Episcop. de Maiorit. & obed. cap. quod super.*
Abbas Episcopi præcepta despiciens est excommunicandus. *Concil. Aurelian. 2. cap.21.*
Abbas non potest sine consensu Episcopi præficere Presbyteros Ecclesijs Parochialibus. *16. q.2. cap. sanè quia.*
Abbas potest contra Episcopum præscribere iura Episcopalia. *De Præscriptionibus cap. cum olim.* Et potest renunciare præscriptioni in prædictis, si ea completa vtitur priuilegio. *De Præscriptionibus, cap. Veniens ad præsentiam.*
Abbas nec debet nec potest aliquid soluere Episcopo pro benedictione. Honorius III. *Ex Cirone. de Simonia c.1. & 2.* Vide, *Episcopus quoad Regulares.* Vide, *Regulares erga Episcopos.*

Abbatis iurisdictio quoad subditos.

Abbati omnes Monachi Monasterij sunt subditi. *De statu Monachorum cap. cum ad Monasterium.*
Abbas subditos tantum potest conuenire, & iudicare, non alios exteros, alias condemnetur ad expensas, & interesse. *Clem. de rescript. cap.1.*
Abbas non potest cum aliquo Monacho dispensare in proprietate. *De statu Monachor. cap. cum ad Monasterium.*
Abbas non potest manumittere seruos donatos Monachis. *Causa 17. q.4. cap. In venditionibus.*
Vide, *Regulares.*

Abbas circa Ordinationes.

Abbas ab Episcopo benedictus si sit Sacerdos potest suis Monachis conferre primam tonsuram. *dist.69. cap. quoniam. de ætate, & qualit. &c. præficiend. cap. cum contingat. de Priuilegijs in 6. cap. Abbates.* Possunt etiam eam conferre suis subditis. *ibid. cap. Abbates.* Possunt & Monachis, & subditis conferre etiam ordines minores, (non verò alijs.) *Concil. Trid. sess.23. de reformat. cap.10.*
Vide, *Ordinare Clericos cui competit.* Vide, *Tonsura.*

Abbas tolerans scandala.

Abbas permittens mulierem ingredi in Monasterium, per tres menses detrudatur in alio Monasterio cum pœnitentia in pane, & aqua. *Concil. Antisiodor. c.26.* Non puniens adulterium, vel furtum, &c. commissum in Monasterio, in alio detrudatur. *ibid. cap.43.*

Abbas renuncians.

Abbas (olim) sine Episcopi consensu non poterat renunciare. *Causa 18. q.2. cap. Abbas pro humiliatione.*
Abbas exemptus, & Papæ immediatè subiectus non potest sine Papæ licentia renunciare. *De Renunciatione cap. Dilecti.* Honorius III. *ex Cirone de Renunciat. cap.2.*
Non potest alieni ex suis propinquis renunciare, nisi ex consensu fratrum. *Causa 16. q.7. cap. Congregatio.*
Abbas renuncians in ægritudine sine debita solemnitate, non censetur renunciare. Honorius III. *ex Cirone de Renunc. cap.3.* Vide, *Renunciare.* Vide, *Resignare.*

Abbas si exemptus, & soli Papæ subiectus.

Abbas talis non potest renunciare sine licentia Papæ. *De Renunciat. cap. Dilecti. Honor. III. ex Cirone de Renunciatione cap.2.*
Non potest eligi in Episcopum sine licentia Papæ, vel Legati à latere. *De elect. in 6. cap. si Abbatem.*

Abbas circa vsum Mitræ.

Abbates quali Mitra possunt vti, cum eis à iure est permissum. *Cap. vt Apostolicæ, de Priuilegijs in 6.* Quando Abbates conueniunt ad Concilium, & Synodum, vti possunt Mitris aurificatis, non tamen habentibus gemmas, vel laminas aureas, aut argenteas, *Ibid.* In alijs locis vti debent Mitra sibi per Sedem Apostolicam concessa. *ibid.*
Vide, *Mitra.*

Abbas quoad vsum Baldacchini.

Abbates Cassinenses, in tribus anni solemnitatibus vti possunt baldacchino, sed sine auro, & pompa, cum assistentia vnius Presbyteri, duorum Diaconorum, & sex Monachorum indutorum sacris vestibus vltra Diaconum, & Subdiaconum. *Vrb. VIII. const.101. Exponi nobis.* Non possunt habere in Ecclesijs sedem fixam, sed solum quando solemniter possunt celebrare, *ibid.* & assistentes eorum sedere debent in scabellis, *ibid.*
Abbates Cœlestini eodem modo sicut præfati Cassinenses, vti possunt baldacchino, assistentibus, sede non fixa, &c. alijs. *Vrbanus VIII. const.104. Exponi nobis.*
Abbates Oliuetani, prius quàm alij obtinuerunt præfatum vsum baldacchini in tribus solemnitatibus, cum assistentibus paratis (vt supra) & absque sede fixa, excepto tempore solemnitatum. *Vrbanus VIII. const.97. Exponi nobis.*
Vide, *Baldacchinum.*

Abbas quoad benedictiones, & Sacramenta.

Abbates, qui ex Papæ priuilegio possunt populo dare benedictionem solemnem; possunt eam dare post Matutinum; post Missam; & post Vesperas. *cap. Abbates. de priuil. in 6.*
Non possunt dare benedictionem solemnem, nisi in suis Ecclesijs, & territorijs. *ibidem.*
Abbas quas ordinationes potest facere. Vide supra. *Abbas circa Ordinationes.*
Vide, *Ordinatio.*
Abbas non potest conferre Sacramentum Confirmationis, nisi habeat priuilegium Sedis Apostolicæ; sed tenetur illud ostendere. *Conc. Senon. in decr. morum. c.38. Greg. I. lib.3. ep.26. Nicol. I. in append. post ep.16. Conc. Flor. vt infr.* Et quando habet hoc priuilegium debet vti Chrismate, confirmato ab Episcopo. *Conc. Flor. in decr. Eug. IV. §.5. Ecclesiast.*

Abbas quò ad consecrationes, & Episcopalia.

Abbas non potest calices, nec alia consecrare, nisi habeat ex Papæ priuilegio. *Conc. Senonense in decretis morum c.38. Concil. Vienn. prouinciale 1.* Non potest vllam Episcopalem functionem facere sine Papæ priuilegio, neque indulgentias concedere. *Conc. Later. 4. can.60. & Vienn. Prouinc. 1.*
Abbates ter in anno celebrare possunt Pontificaliter cum baldacchino, duobus diaconis, sex alijs assistentibus paratis, & diacono, ac subdiacono; & qui. Vide, *Abbas quo ad vsum baldacchini.*
Vide, *Consecratio.*

Abbas quò ad alia.

Abbas non potest esse compater leuando puerum de fonte baptismali. *Concil. Antisiod. c.25.* Non potest condere testamentum absque Papæ dispensatione. *Greg. I. lib.9. ex reg. epist.12.* Non potest vti patrocinio sæcularium. *Conc. Cabil. 2. cap.15.*
Vide, *Regul. prohibita.*

Abbas quando, & quomodo priuandus.

Abbas priuandus est, si sit criminosus. Gregor. I. *lib 2. ex reg. ep.23.* quando malè gubernat. *causa 18. q.2. cap. Abbas pro humiliatione.* quando est contemptor obseruantiæ, vel negligens in correctione. *De statu Monachorum, cap. cum ad Monasterium, & cap. Ea quæ.* Item si non ordinatur Sacerdos. *De ætate, & qualit. &c. præficiend. c.1.*
Vide, *Superiores Regulares.*
Abbate accusato à Monachis, expensæ fiant à Monasterio vsque ad finem causæ. *Concil. Lateran. 3. par. 50. c.16.*
Sine defensionibus Abbas non potest priuari, etiamsi crimen sit notorium. *Conc. Later. 5. sess. 9. Bulla de Reform. Cur.*

Abbates Basiliani. Vide, Monachi Basiliani.
Abbates Benedictini. Vide, Monachi Benedictini.
Abbates Camaldulenses. Vide, Monachi Camaldulenses.
Abbates Cœlestini. Vide, Monachi Cœlestini.
Abbates Cistercienses. Vide, Monachi Cistercienses.
Abbates Oliuetani. Vide, Monachi Oliuetani.
Abbates Montis Virginis. Vide, Monachi Montis Virginis.
Abbates Vallis Vmbrosæ. Vide, Monachi Vallis Vmbrosæ.

Abbatissa electio, & benedictio.

Abbatissa eligenda per Moniales, & quomodo. *De elect. in 6. cap. Indemnitatibus.* Quomodo benedicenda, *ibid.* Eligi potest per compromissum, Monialium factum in manu Episcopi. *De elect. &c. cap. causam.* fieri debet per secreta suffragia; & vota eligentium non possunt publicari, alias nulla est electio. *Concil. Trid. sess.25. de Refor. Regul. c.6.* Loco absentium non possunt subrogari alia vota titularia *ibidem.*
Abbatissæ electio si fiat in discordia, remitti potest in manu Episcopi. *Concil. Later. 3. de elect. cap.5.*
Si Monasteria gubernantur, & subdita sunt Regularibus, dum fit electio, Episcopus si vult potest per se, vel per alium esse præsens electioni, sed sine impensis Monasterij. *Gregor. XV. const.18. Inscrutabili §.5.* Et huiusmodi Abbatissæ sic subiectæ non egent confirmatione Episcopi. *ibid.* in solutione *ad 5.* Benedicenda est per Episcopum. *Greg. I. lib.8. ex reg. ep.43.* Nisi intra annum benedicatur, & non doceat de impedimento, cadit à iure suo. *Clement. de statu Monachor. cap. vlt.*
Abbatissæ Cassinenses eligendæ iuxta formam *Constit. Gregor. XIII. quæ est 15. Ex nostri.*
Abbatissa electa per duas partes eligentium, confirmanda est, & benedicenda, non obstante appellatione, nisi aliud obstet. *de elect. in 6. cap. Indemnitatibus §. sanè.*
Alia de electione Abbatissæ, & aliarum.
Vide, *Superiores Regulares, & Moniales.*
Vide, *Regul. circa Monasteria Monial.*

Abbatissæ eligendæ qualitates, & ætas.

Abbatissa debet esse integræ religionis, & sanctitatis, vt exemplo suo alijs Monialibus prosit. *Concil. Cabil. 3. c. 52.*
Non debet esse iuuencula, sed olim annorum 60. Gregor. I. *lib. 3. ex reg. epist. 11. 20. q. 1. cap. Iuuenculas.*
Abbatissa Monialium Cassinensium, quomodo eligenda. *Gregor. XIII. constit. 15. ex nostri.*
Vide, *Electio*. Vide, *Electus*. Vide, *Moniales in fine.*

Abbatissa circa velationem, benedictiones, prædicationem, &c.

Abbatissa non potest velare vllam Monialem, nec virginem, nec viduam. *Concil. Parisiense 6. lib. 1. c. 43. cap. post epistolam secundam, Eutichiani Papæ. causa 20. q. 2. cap. statuimus.* Et si hoc faciant excommunicantur. *ibid.*
Abbatissa non potest publicè prædicare, neque benedicere Moniales, neque audire confessiones earum. *De pœnitentijs, & remiss. cap. noua quædam.*
Non potest censuras ferre. *De maiorit. & obed. c. Dilectæ filia.*
Vide, *Moniales*. Vide, *Velare*.

Abbatissa quò ad regimen Monasterij, & durationem.

Abbatissæ tenentur obedire omnes, quæ sunt in Monasterio. *De maiorit. & obed. cap. Dilectæ filia.*
Non potest præfici duobus Monasterijs. *Concil. Vernense c. 6. Concil. Colon. 3. tit. de offic. cap. 7.*
Non potest aliquid concedere, aut donare, absque consensu Capituli Monasterij; alias nulla est concessio. *Concil. Later. 3. in append. de iure patronat. cap. 5.*
Abbatissæ gubernium in Italia non potest durare vltra tres annos. *Gregor. XIII. constit. 80. Exposuit.*
Vide, *Monialium Præfecta.*

Abbatissa quò ad egressionem à Monasterio.

Abbatissa non potest à Monasterio egredi sine licentia Episcopi. *Concil. Turonense cap. 30. Concil. Cabilon. c. 57. Conc. Trid. sess. 25. de reform. regul. cap. 5.* neque potest concedi licentia, nisi ex legitima causa. *ibid.*
Si Monasterium Monialium sit subiectum Principi sæculari, & sit necessarium vt Abbatissa exeat ad præstandum iuramentum fidelitatis, potest exire, & statim regredi. *Conc. Vernense. c. 6. & de statu regul. in 6. cap. vn. §. verum.*

Abbatissa quò ad collocutionem cum exteris.

Abbatissa alioqui non potest cum exteris, nisi in præsentia plurium Monialium. *Concil. Cabilon. 3. cap. 55.* Non potest alloqui tempore intermedio inter Vesperas, & Completorium. *idem cap. 56.*
Vide, *Moniales*.

Abbatissa introducens mulieres in Monasterium.

Abbatissa introducens mulieres, vel retinens introductas ab alijs, incurrit priuationem officij ipso facto. *Paulus V. constitut. 74. Monialium.*
Vide, *Moniales*.

Abbatissa quò ad legata, & testamenta.

Abbatissa non potest facere legata, neque testamentum. *Gregor. I. lib. 7. ex reg. epist. 7. de Testamentis, cap. quando ingredientibus*, & hoc etiamsi numquam habitum religionis sumpserit, sed steterit semper cum veste sæculari. *ibid.*

Abbatissa Canonissarum.

Abbatissa Monialium Canonissarum tenetur habitare in dormitorio cum alijs, conuenire ad horas canonicas, & alia, &c. sub pœnis, &c. *Concil. Colonense 3. tit. de offic. cap. 7.*

Alia de Abbatissis. Vide, *Moniales. Electio.*
Vide, *Superiores Regulares.*

Abbreuiator.

Abbreuiatores Cancellariæ Apostolicæ, quomodo examinandi, & approbandi. *Martinus V. constit. 3. In Apostolicæ §. 2. & 5.* quantam pecuniæ summam possint exigere; & si excesserint, quibus pœnis subiacent. *ibid. §. 2.*
Inuouatio Abbreuiatorum per *Sixtum IV. const. 16. Diuina.* emolumenta, & exemptiones eorum *ibid.* Leo Decimus eis concessit infrascripta in *const. 14. Summi*: Declarantur nobiles, familiares, & commensales Papæ; vt gaudeant omnibus priuilegijs domesticorum, & actu inseruientium Papæ, & hoc tam circa beneficiorum, pluralitatem quam circa expectatiuas: ipsi & eorum Clerici, ac bona, exempta sunt ab omni alia iurisdictione, & Papæ immediatè subduntur; vt possint Doctores creare cum priuilegijs Vniuersitatis; vt possint creare Notarios: vt possint legitimare, vt vnus ex eorum familiaribus ensem gestare possit per Vrbem: vt literæ Apostolicæ pro ipsorum beneficijs gratis expediantur: vt possint alios nominare in beneficiorum resignatione: vt tres personas declarare possint nobiles: vt milites auratos creare possint, qui vt nobiles fruantur, & nobilium gestent insignia: vt iudicari non possint ab Auditore causarum, aut à Cardinali Vicario.
Vt Abbreuiatores Maioris Præsidentiæ sint Referendarij Signaturæ Gratiæ, & post triennale seruitium fiant Referendarij Iustitiæ. *Paulus V. constit. 2. Romani.* Vt gaudeant priuilegijs *Referendariorum*: vt vnus ex eis assistat in Signaturis habendis coram Papa: vt detur eis portio in Palatio. Vt circa registrationem gratiarum non comprehendantur in *const. 98. Pij IV.* circa res pertinentes ad Cameram Apostolicam.
Abbreuiatorum numerus, qualitas, & officia.
Vide, *Cancellaria Apostolica.*
Abbreuiatorum beneficia, vacant in Curia, vbicumque contingat eos mori. *Extra, de electione, &c. cap. ex debito*, à Papa conferenda *ibid.*
Vide, *Cancellaria Apostolica.*

Abiurare, & abiuratio.

Abiurare tenetur conuictus de hæresi, & iurare se numquam adhæsurum hæresi abiuratæ, vel alteri. *Concil. Constansens. sess. vlt. in constit. Martini V.* Sic abiurans tenetur pœnam acceptare. *ibid.*
Abiurans hæresim de vehementi (ideſt si est suspectus vehementer) si postea cadit in eam realiter, & plenè probatur, tractatur vt relapsus, fictus fictione iuris. *cap. Accusatus, de hæreticis in 6.*
Si verò suspectus de leui abiurauit, si incidit in hæresim realem, & plenè probatam, non tractatur vt relapsus, sed grauiter punitur. *ibid. cap. Accusatus §. si autem.*
Abiurans vnam hæresim formaliter, & aliam in generali, si postea in eamdem vel aliam incidat, vt relapsus tractatur. *de hæret. in 6. c. Accusatus. §. eum verò.*
Abiurans hæresim formaliter; si postea receptet hæreticos; donet eis, vel mittat munera; vel impendat fauorem, & non possit excusari feciſſe ob aliud motiuum: vt relapsus tractatur. *ibid. §. ille quoque.*
Abiuratio cum stipulatione est facienda. *Concil. Hispal. 2. c. 2.*
Abiuratio semper facienda ab eo, qui absoluitur ab hæresi. *Conc. Colon. 3. tit. Censur. c. 7.*
Vide, *Hæresis abiuratio.*

Ablutio pedum.

Ablutio pedum in die Cœnæ Domini facienda est ab omnibus Episcopis, & Rectoribus Ecclesiarum, sub pœna excommunicationis per duos menses. *Concil. Tolet. 17. cap. 3.*
Ablutio pedum potest etiam fieri à fœminis inter se. *Zacharias Papa epist. 12.*

Abortus, & procurantium pœna.

Abortum procurans ante animationem fœtus non eſt homicida, ſecus ſi poſt. 32. *q.2. cap. Moyſes. cap. quòd verò, & cap. ſicut ſemina.* Procurans, vel cooperans abortui dando potionem veneficam, vel alio modo, eſt homicida, ſi poſt animatum fœtum fiat. *De homicidio voluntario, cap. ſi aliquis.*

Pœna procurantium abortum per *Concil. Ancir. cap.21.* eſt excommunicatio per decem annos. Per *Concil. Illerdenſe cap.2.* eſt pœnitentia publica per ſeptem annos. Si Clericus procuret abortum eſt priuatus officio *ibid.* quilibet procurans ſit irregularis, *de homicid. cap. Ex literarum.* Matres procurantes abortum, damnentur vt homicidæ *Concil. Vormatienſe 1. cap.35. Sixtus V. in conſt.87. effrænatam*, præter excommunicationem reſeruatam Papæ, à qua in nullo iubileo dari poſſet abſolutio; ſtatuit conuictis de abortus procuratione pœnam mortis, & quod cauſa abortum procurantis iudicari poſſit à iudice ſæculari, vel eccleſiaſtico cum præuentione.

Sed *Gregorius XIV. in conſt.8. Sedes*, reuocauit pœnam mortis, & reſeruationem abſolutionis, & conceſſit, vt confeſſor ordinarius ab ea excommunicatione abſolueret: pœnas autem reduxit ad terminos iuris ſæcularium, vt illæ ſcilicet dentur, quæ à ſæculo dari ſolent.

Abortum procurantes Regulares, à quo abſoluendi.

Vide, *Regularium caſus.*

Vide, *Matres.* Vide, *Mulieribus prohibita.*

Abraham.

Abraham ab adulterio cum Agar excuſatur, & quare. *cauſa 32. quæſt.4. cap. Recuſat. cap. Dixit Sara.*

Abrahæ coniugio non præfertur caſtitas virginalis. 22. *q.2. cap. quis ignorat.*

Abraham excuſatur à mendacio dicto Pharaoni, & quare. 22. *q.2. c.vlt.*

Abſens circa iudicia.

Abſens non poteſt iudicari, nec condemnari (niſi contumax) *Concil. Chalced. act.10. Gregor. I. lib.8. ep.30. Cornel. epiſt.2. Felix I. ep.2. Symmachus ep.2. cauſa 3. q.9. cap. decernimus. cap. non oportet. cap. indicas. cap. omnia. cap. habetur. cap. nec extra. cap. qui accuſat. cap. dignum. cap. abſente. cap. reuera. cap. abſens.*

Abſente reo non contumaci, omnia acta quæ fiunt, ſunt nulla. 3. *q.9. cap. omnia.*

Abſens inauditus non poteſt priuari poſſeſſione. *Concil. Later.4. can.8.*

Abſente parte contumaciter, iudex appellationis poteſt definire. *Concil. Lateran.4. cap.8. de appellationibus. cap. pertuas. Concil. generale Lugdun.1.*

Abſente parte contumaci, etiam lite non conteſtata, poteſt cauſa terminari. *De dolo, & contum. cap. veritatis. De eo, qui mittitur, &c. in 6. cap.1. Concil. gener. Lugdun.1.*

Abſens poteſt conſtituere plures procuratores in ſolidum. *de elect. in 6. cap. ſi quis iuſto.*

Abſens, nec accuſare poteſt, nec accuſari. 2. *qu.8. cap. perſcripta.*

Vide, *Lite non conteſtata.* Vide, *Contumax.*

Vide, *Sententia.* Vide, *Reus.* Vide, *Iudicare.*

Vide, *Iudicium.*

Abſens beneficiatus.

Abſens beneficiatus non poteſt percipere fructus beneficij. *De præben. cap. licet vobis.* Redire cogitur per ſubtractionem fructum beneficij. *De Clericis non reſidentibus. cap. cum ad hoc.* Si monitus non redit, priuari debet beneficio, *ibid. cap. cum ad hoc.*

Abſens beneficiatus, ſi cauſa ſtudij, ad quinquennium abeſt excuſatur. *De præb. cap. licet vobis, & de magiſtris, cap. fin.* Excuſatur etiam qui manet Romæ ad informandam curiam. *De elect. in 6. cap. cum non deceat.*

Vide, *Beneficiatus.* Vide, *Reſidentia.* Vide *Clerici.*

Abſens à Choro, quando poteſt habere diſtributiones. Vide, *Diſtributiones.*

Abſens ob negotium electionis, non priuatur fructibus beneficij, ſed tantum diſtributionibus. *De elect. in 6. cap. cum non deceat.*

Abſens circa electionem.

Abſens vocandus eſt ad electionem, alias, &c. *De electione, &c. cap. coram dilecto.* Niſi vocetur, poteſt opponere de contemptu. *De præben. &c. in 6. cap. Cui in Eccleſys*, dummodo conſuetudo contraria non officiat, *ibidem.*

Abſens non poteſt dare votum per literas in electione, etiamſi nullus acceptare velit mandatum procurationis, quia hæc debet eſſe ſecreta. *De electione in 6. cap. Si quis §. finali.*

Vide, *Electio.*

Abſoluere quis poteſt, & quis non.

Abſoluere non poteſt Laicus à peccatis. *lib.3. conſtit. Apoſt. cap.10. & Bulla Leonis X. 40. Exurge*, contra Lutherum. Vide, *Laicus. Concil. Trid. ſeſſ.14. can.10.*

Abſoluere poteſt Presbyter à caſibus Epiſcopi, ſi vrget neceſſitas, & Epiſcopus ſit abſens. *concil. Carthag.2. cap.4. cauſa 26. quæſt.6. cap. Presbyter. Concil. Trid. ſeſſ.14. cap.7.*

Abſoluere non poteſt Presbyter publicum pœnitentem, ſed hoc competit Epiſcopo. *Concil. Hiſpal.2. cap.7. Concil. Vormatienſe 1. cap.8.* Neque poteſt abſoluere redeuntes ab hæreſi. *Concil. Hiſpalenſe 2. cap.7.*

Presbyter non poteſt abſoluere ab excommunicatione ſine licentia Epiſcopi, niſi in caſu mortis. *Cauſa 26. quæſt.6. cap. Presbyter.*

Abſoluere nullus poteſt ab Excommunicatione in Bulla Cœnæ, ſine licentia Papæ, neque ſufficit generalis, ſed requiritur ſpecialis. *Extra, de Pœnit. &c. cap. Etſi Dominici*, & abſoluens incidit in excommunicationem, ſed non reſeruatam Papæ, *ibid. Paulus III. conſtit.10. Conſueuerunt. Gregorius XIII. conſtit.6. Conſueuerunt. §.23. Paulus V. conſtit.63. Paſtoralis.*

Vrbanus VIII. conſtit. 62. Paſtoralis. Sed non reſeruat Papæ excommunicationem eius, qui abſoluit ab excommunicatione in Bulla Cœnæ. Vide §.23.

Abſoluere non poteſt Epiſcopus à cenſuris, niſi in propria Diœceſi. *Concil. Tolet.22. cap.27.*

Abſoluere non poſſunt à caſibus Papæ reſeruatis, nec Hoſpitalium quorundam Rectores, nec alij quicumque, nec Commiſſarij fabricæ Sancti Petri, & omnia priuilegia quo ad hoc conceſſa reuocantur. *Pius IV. conſt.62. de commiſſo.*

Abſoluens ab aliqua excommunicatione Bullæ Cœnæ, incidit in excommunicationem ipſo facto. *Paulus V. conſt.63. Paſtoralis. §.23. & Vrbanus VIII. conſtit.62. Paſtoralis.*

Abſoluere non poteſt inferior, ſicut nec ligare. *Nicolaus I. ep.10.*

Abſoluere nullus poteſt, ſi non habet iuriſdictionem, alias talis abſolutio eſt nulla. *De pœnit. & remiſſ. cap. Omnis vtriuſque. De pœnis in 6. cap. ſi Epiſcopus. Concil. Trid. ſeſſ.14. cap.8.*

Abſoluendi facultas delegata non poteſt ſubdelegari. *De offic. & poteſt. Iudicis deleg. cap. & §. finali.*

Abſolutio.

Vide, *Peccata.*

Abſolutio hominis à peccatis facta à ſacerdote, non eſt ſola declaratio, quod peccata ſunt remiſſa, ſed actus iudicialis, & ſententia ipſius ſacerdotis. *Concil. Trid. ſeſſ.14. cap.6.*

Abſolutio à peccatis non conſiſtit in actu fidei, quo quis credit peccata eſſe ſibi remiſſa; ſed in actu vero, & iudiciali abſoluendi. *Concil. Trid. ſeſſ.6. can.14.*

Abſolutio data à ſacerdote per iocum non eſt valida. *Concil. Trid. ſeſſ.14. cap.6. & can.9.* & Bulla *Leonis X. 40. Exurge contra Lutherum.*

Abſolutio data à ſacerdote non habente iuriſdictionem eſt nulla. *De pœnit. & remiſſ. cap. Omnis vtriuſque. De pœnis in 6. cap. ſi Epiſcopus. Concil. Trid. ſeſſ.14. cap.8.*

Abſo-

Abſolutio à peccatis non poteſt fieri conditionata. *Concil. Mogunt.4. cap.24.*

Abſolutio habet virtutem non ſolum in abſolutis, & ligatis à Petro; ſed in quolibet abſoluto, vel ligato à proprio ſacerdote. *Bulla Leonis X. contra Lutherum.*

Abſolutio peccatorum (olim) danda *feria* 5. in Cœna Domini publico pœnitenti, excepto caſu neceſſitatis. *De conſecr. diſt.3. cap. De pœnitentibus.*

Abſolutio danda præuia contritione, confeſſione, & ſatisfactione pœnitentis. *De conſecr. diſt.3. cap.de pœnitentibus.*

Abſolutio dimittit peccata. *De pœnit.diſt.1. cap. Si verbum.*

Abſolutio à peccatis dari non poteſt excommunicato, niſi prius abſoluatur ab excommunicatione. *Extra, de priuilegijs, cap.Inter cunctas.*

Abſolutio quæuis extorta etiam à cenſura, non valet. *De ijs, quæ vi, metuvè in 6. cap.vnic.* Extorquens excommunicatur. *ibid.*

Abſolutio facta per colluſionem non impedit, quin iterum de eiſdem accuſari poſſit abſolutus. *De colluſione detegenda cap. fin.*

Abſolutio eſt nulla, ſi deficit voluntas abſoluentis. *Concil. Aquiſgran. ſub Ludouico Pio cap.57.*

Abſolutio plenaria. Vide, *Plenaria.*

Abſolutio à caſibus reſeruatis. Vide, *Caſus reſeruati.*

Abſolutio ab hæreſi.

Abſolutio ab hæreſi externa dari non poteſt, niſi à Sede Apoſtolica, vel eius delegato. *Concil. Colon.3. tit.cenſuræ c.7. Paulus III. conſt.10. Conſueuerunt. Vrbanus VIII.conſt.62. Paſtoralis.*

Neque vigore Bullæ Cruciatæ poſſunt confeſſarij abſoluere ab hæreſi *Gregor.XIII. conſt.37. officij noſtri, & Vrbanus VIII. conſt.105. in ſpecula.*

Sęculares virtute talis Bullæ in foro interno poſſunt ab ea abſolui, non vero regulares. *ibidem.*

Vide, *Hæretici.*

Abſolutio in tempore mortis.

Abſolutionem negans ſacerdos tempore mortis, reus eſt animarum. *26. q.6. cap. ſi Presbyter.*

Abſolutio in caſu mortis, danda eſt etiam tempore interdicti. *De pœnit. & remiſſ. cap.Quod in te.*

Abſolui poteſt moribundus ſi petijt, & poſtea obmutuerit, ſi adſint teſtes quod petierit. *Concil. Arauſ.1. cap.12. Concil. Carthag.4. cap.46. cauſa 26. qu. 6. cap. His qui. cap.Pœnitentiam, cap.Agnouimus, cap.Qui recedunt. cap.Si aliquis, cap.Si Presbyter.*

Moribundus abſolui poteſt à quolibet ſacerdote, & ab omni caſu, & cenſura, etiam à reſeruatis Papæ. *Extra, de pœnitentijs, &c. cap.Etſi Dominici. Concil.Tolet.11. cap.12. Concil. Trid. ſeſſ.14. cap.7.*

Vide, *Moribundus.*

Abſolutus tempore mortis, & obligatio eius.

Abſolutus in periculo mortis ſi conualeſcit, tenetur ad condignam pœnitentiam. *Concil.Arauſic.1. cap.3.cauſa 26. qu. 6. cap. ſi quis de corpore, & cap.Qui recedunt.* Vide, *Pœnitentia.*

Abſolutus ab excommunicatione tempore mortis ab inferiori, ſi conualeſcit tenetur quam primum ſe præſentare ſuperiori ad quem ſpectat, alias ſi non ſe præſentet reincidit in eamdem excommunicationem. *De ſent. excommunic. in 6. cap. Eos, qui. Extra, de priuilegijs cap.Inter cunctas. Clem. de pœnis, cap.1. §.fin.*

Abſolutus cum onere ſe præſentandi.

Abſolutus cum hac conditione, niſi quam primum poteſt ſe præſentet coram ſuperiore ordinario, reincidit in eamdem excommunicationem. *De ſent. excom. in 6. cap.Eos qui.*

Abſolutus à Papa, vel delegato eius cum onere ſe præſentandi, ſi quam primum poteſt non ſe præſentat reincidit, *ibid.Eos qui.*

Abſolutio à caſibus Papalibus.

Abſoluere nullus poteſt à caſibus Papæ prætextu priuilegiorum quorumcumque, niſi ſpecialiter delegetur, *Pius IV. conſt.62. de commiſſo*, reuocat omnia priuilegia etiam conceſsa intuitu Hoſpitalium, & fabricæ Sancti Petri. *ibid.*

Abſolutio generalis Papæ.

Abſolutio generalis, & plenaria concedi ſolet à Papa in vita, & in articulo mortis cum præuijs ieiunijs, & alijs pijs operibus. *Concil.Conſtantienſe ſeſſ. vlt.* Vide, *Plenaria.*

Abſolutio generalis in forma Iubilæi conceditur ſæpè à Papa. *Bonifacius VIII. conſtitut.7. Antiquorum, & Clem.6. conſtitut.Vnigenitus,* & habentur *extra de Pœniten. & remiſſ. Paulus II. conſt.7. Irrefragabilis. Sixtus V. conſt.1. Vnicum*, & alij omnes Pontifices poſt Bonifacium Octauum.

Obtinens literas Papæ, vt poſſit generaliter abſolui, ea non poteſt vti ſi eſt incendiarius, violator Eccleſiarum, falſificator literarum Apoſtolicarum, vel procurans eas falſificari; vel ijs vtens; vel fautor aut receptator talium falſariorum; vel deferens res vetitas ad infideles; vel violans libertatem Eccleſiaſticam; vel impediens executores literarum Sedis Apoſtolicæ; vel qui per quatuor menſes in excommunicatione lata à iure, vel ab homine permanſerunt ſcienter; vel alij inſordeſcentes. *Vrbanus VIII. conſtit.6. Sanctiſſimus, cap.66.*

Abſolutio poſt mortem.

Abſolui non poteſt poſt mortem, qui noluit abſolui in vita. *Cauſa 24. q.2. cap. De communione.*

Vide, *Defuncti in excommunicatione.*

Abſolutus ſi non expreſſit factum.

Abſolutus vigore literarum Papæ non fuit validè abſolutus, ſi ſeriem facti non narrauit. *De cohabitat. Clericorum, & mul. cap. Super eo.*

Abſolutio ad cautelam.

Abſolutio ab excommunicatione, vel ſuſpenſione dari poteſt ad cautelam, quando datur cautio iuratoria de parendo mandatis. *De ſent. excommunic. cap.Venerabili.*

Abſolutio ad cautelam ab excommunicatione dari poteſt à Superiore excommunicationis ſubditis iſtius, ſi opponunt fuiſſe in ſententia errorem intollerabilem, v. gr. ſi ob aliquod opus bonum, & ſanctum fuerunt excommunicati, &c. *De ſent. excommunicat. in 6. cap. Venerabilibus. §. Poteſt.*

Abſolui poteſt ad cautelam, qui opponit ſe excommunicatum poſt legitimam appellationem factam, & hic antequam incipiat agere coram ſuperiore, ab eo debet abſolui. *ibid. §. finali.*

Abſolui non poſſunt ad cautelam à cenſuris, Ciuitates, Villæ, Terræ, &c. *De ſentent.excommunicat. in 6. cap. Præſenti.*

Abſolui poteſt ad cautelam excommunicatus (ab eo qui poteſt) ſi de ſententiæ iuribus dubitatur. *De ſent. excommunic. cap.Venerabili.*

Abſolutio ad cautelam dari poteſt, quando eſt dubium de ſola fama. *ibid. cap.Cum deſideres.*

Abſolui poteſt ad cautelam excommunicatus, vel interdictus ex contumacia, ſi det cautionem. *ibid. cap.Ex parte.*

Abſolutio ad cautelam dari poteſt ad effectum comparendi coram iudice, ſi ipſe ſit vocatus, ſed dat cautionem de parendo mandatis Eccleſiæ. *Concil. Later. 3. de excommunic. cap.2.*

Abſolutio à quo danda. Vide, *Appellatio à ſententia excommunicationis.*

Abſolutio à cenſura, &c. quomodo danda.

Abſolutio, cauſa probata dari non poteſt, niſi parti ſatisfiat. *De ſentent. excommunic. cap. Cum olim.*

Abſolutio ab excommunicatione Papæ, quando dari poteſt ab Epiſcopo, vel alio.

Abſolui poteſt ab Epiſcopo percuſſor Clerici, ſi adſit impedimentum adeundi Papam; ſed eo ceſſante, tenetur adire. *De ſent. excommunic. cap. De cætero.*

Abſolutio iſta danda ab Epiſcopo, ſed percuſſor iurare debet, de adeundo Papam cum primum poterit. *ibid. & cap. Ex tenore.*

Abſolui poteſt ab Epiſcopo, qui leuiter percuſſit Clericum. *ibid. cap. Peruenit.* Legatus Papæ poteſt abſoluere percuſſorem Clerici. *ibid. cap. Ad eminentiam.* Epiſcopus poteſt abſoluere Monialem percutientem aliam. *ibid. cap. De Monialibus.*

Abſolui poteſt ab Epiſcopo, vel Legato Papæ percuſſor Clerici; ſi infirmus, impotens adire Papam; ſi mulier, vel ſenex. *ibid. cap. Ea noſcitur.* Equites Hieroſolymitani percuſſores Clericorum, niſi percuſſio ſit enormis poſſunt abſolui à ſuo Priore. *ibid. cap. Canonica.* Pueri impuberes percuſſores Clericorum poſſunt abſolui ab Epiſcopo, etiamſi petant abſolutionem iam facti puberes. *ibid. cap. finali.*

Abſolutio ob Clerici percuſſionem, Papæ reſeruata eſt, exceptis præfatis caſibus infirmorum, mulierum, puerorum, &c. *De ſent. excommunic. cap. Ea noſcitur.*

Abſolui non poteſt ab Epiſcopo percuſſor Clerici, etiamſi ſatisfecerit parti. *De ſent. excommun. cap. Quamuis.*

Vide, *Cardinales Legati.*

Vide, *Epiſcopus, &c.*

Abſolutio quæ non committitur.

Abſolutio excommunicationis latæ à delegato Papæ, non committitur alteri iudici. *Conc. Later. 3. in append. p. 50. cap. 61.*

Abſolutus malè.

Abſolutus per vim, & extorſionem abſolutionis, nulliter eſt abſolutus, & incidit in excommunicationem. *De iis, quæ vi metuve fiunt in 6. cap. vnic.*

Abſolutus à Papa, ſi veram cauſam excommunicationis non expreſſit, ab ordinario remittendus eſt iterum ad Papam. *De officio Iudicis ordinarij, cap. Ex parte tua.* Sic abſolutus, niſi probet expreſſiſſe cauſam, debet ſe purgare. *ibid.*

Abſolutus de aliquo crimine non poteſt de eodem iterum accuſari. *De Accuſationibus, cap. De his.*

Abſolutus de aliquo crimine per colluſionem poteſt iterum de eodem accuſari. *De colluſione detegenda cap. fin.*

Abſolutus ex delegatione Papæ promittit, & iurat parere mandatis Eccleſiæ. *De ſent. excommunic. c. Ad hæc.*

Abſolutus ab inferiore ligatus, malè eſt abſolutus. *Nicolaus I. Epiſt. 10.*

Abſolutio inualida eſt, quando deficit animus abſoluentis. *Concil. Aquiſgran. ſub Ludouico Pio cap. 57.*

Abſolutio à quo petenda.

Abſolui debet à Papa Clericus participans in diuinis cum excommunicato. *De ſentent. excommun. cap. Significauit.* Item incendiarius. *cap. Tua nos. ibidem.*

Abſolui poteſt à quolibet confeſſario participans cum excommunicato, ſed non in crimine. *ibid. cap. Nuper à nobis.*

Abſolui debet à Superiore excommunicante quilibet excommunicatus, vel participans cum eo in crimine. *ibid. cap. Nuper à nobis.*

Abſolui poteſt ab Epiſcopo ſeruus eius excommunicatus. *ibidem cap. Relatum.* Excommunicatus à pluribus, quomodo abſoluendus. *ibid. cap. Officij.*

Abſolutio excommunicationis obtineri poteſt per excommunicatum excommunicatione minori, ſi habet facultatem. *De ſentent. excommun. cap. Duobus.*

Abſolutio à ligante petenda ſemper eſt, & non ab inferiore. *Nicolaus I. Ep. 10.*

Abſolutio ab excommunicationibus Papæ reſeruatis, ab eo eſt petenda. *Paulus V. conſtit. 63. Paſtoralis. Vrban. VIII. conſt. 62. Paſtoralis.* & omnibus alijs virtute cuiuſcumque priuilegij prohibetur ab eis abſoluere.

Abſolutio à caſibus reſeruatis, à Superiore reſeruante petenda. *Concil. Trid. ſeſſ. 14 c. 7.* alias nulla eſt.

Abſolutio excommunicationis ſemper petenda ab excommunicante. *Concil. Later. 3. de Pœnitentia cap. 4.*

Abſolutio ab excommunicatione iniuſta.

Non eſſe neceſſariam abſolutionem ſi excommunicatio ſit iniuſta, dicit vnus canon. *Cauſa 11. q. 3. c. Cui eſt illata.*

Abſolutione indiget etiam excommunicatus iniuſtè. *Concil. Lateran. 3. de appellat. cap. 21. de ſenten. excommunic. in 6. cap. Venerabilibus. §. ſane.*

Abſolui poteſt à delegato, qui opponit ſe eſſe iniuſtè excommunicatum, & hoc etiam antequam probet. *De Offic. Iudicis deleg. cap. cum contingat.*

Abſolutionis forma, ſeù ritus.

Abſolutio à cenſuris, quo ritu danda eſt. *cauſa 11. quæſt. 3. cap. cum aliquis.*

Abſolutio ſolemnis à cenſura, quomodo danda. *Poſt Concil. Arauſic. 1. c. 2.*

Abſoluendi facultas.

Abſoluendi facultas delegati non poteſt ſubdelegari. *De offic. & poteſt. Iudicis deleg. c. vlt. §. fin.*

Abſoluendi facultas poteſt committi ab ordinario eam habente. *De off. Iudicis ordinarij cap. fin.*

Abſolutionum facultates conceſſæ Confraternitatibus reſtringuntur. *Clemens VIII. conſtit. 115. Quæcumque.*

Abſoluens pro pretio.

Abſoluens excommunicatum pro pretio, eſt ſimoniacus. *De ſimonia, cap. Ad aures.*

Abſoluenda mulier ſupponens partum.

Abſoluenda eſt mulier, quæ partum ſuppoſuit, vel ex adulterio alienum ſuſcepit, & ob metum non vult marito detegere. *De pœnit. & remiſſ. cap. Officij.*

Abſtinentia, & abſtinere.

Abſtinentia à cibis cepit in Paradiſo. *diſt. 35. cap. 6. die.*

Abſtinentia à cibis, innumera bona parit. *De conſecr. diſt. 5. cap. Nihil enim, & cap. Ne tales.*

Abſtinentiæ iuſtitia, & meritum magis in animo eſt, quam in vſu. *diſt. 41. cap. Quod dicit.*

Abſtinentia nimia à cibo, vel potu, vel ſomno, eſt mala. *De conſecr. diſt. 5. cap. Non mediocriter.*

Abſtinendum à carnibus in Sabbatho. *ibid. cap. Quia dies.* Alijs quoque determinatis diebus abſtinendum eſt à carnibus. *De conſecrat. diſt. 3. cap. De eſu carnium.*

Abſtinere à carnibus in die Natiuitatis Domini, ſi venerit in feria ſexta, non damnatur, ſi fiat ob deuotionem. *De obſeruatione ieiuniorum, cap. Explicari.*

Vide, *Ieiunium.* Vide, *Cibi.*

Abutens.

Abutens poteſtate habita, amittit priuilegium. *Simplicius epiſt. 7. cauſa 11. qu. 3. cap. Priuilegium.*

Accidens.

Accidentia panis, & vini manent in Sacramento Eucharistiæ sine subiecto. *Concil. Constantiense contra art. 1. Io. Vicleff.*
Accidentia panis, & vini continent integrum corpus, & sanguinem Christi. *Concil. Constantiense sess. 13. c. 1.* vtrumque docet *Conc. Colonienſe 2. par. 7. cap. 15. Concil. Trid. sess. 13. cap. 1. can. 1. & 4.* Vide, *Eucharistia*. Vide, *Panis.*

Acceptio personarum.

Acceptio personarum facienda non est in iudicijs, & causis. *De Regulis iuris in 6. reg. 12.*

Accessorium.

Accessorium sequitur naturam principalis. *De regulis iuris in 6. reg. 42.*
Accessorium non tenet, si non tenet principale, ad quod sequitur. *De fide instrum. cap. Inter dilectos, in fine.*

Accipiens, & accipere.

Accipiens quod tenetur restituere, dolo facit. *De regulis iuris in 6. reg. 59.*
Accipi non potest aliquid sacrum per pecuniam, & si accipitur est irritum. *causa 1. q. 3. cap. Ea quæ à Sanctis.* Vide, *Simonia. Vide, Sacra.*

Accipitres.

Accipitres teneri, & ali non possunt ab Episcopis. *Concil. Matisconense 2. cap. 13.*
Vide, *Clericis prohibita.* Vide, *Episcopi.*

Accusare cui permittitur.

Accusare aliqui possunt, & aliqui non, & qui. *causa 2. q. 1. cap. Prohibentur.* Hæreticus potest alium accusare. *2. q. 7. cap. Si Hæreticus.* Aliquando serui possunt accusare. *3. q. 11. cap. Neganda.*
Clericum accusare potest laicus pro iniuria, vel sua, vel suorum. *De testibus. cap. De cætero.*
Accusare desistenti ignoscitur. *2. q. 3. cap. Paulum.*

Accusare cui prohibetur.

Accusare prohibitum est omnibus, quibus prohibetur à lege sæculari. *6. q. 1. cap. Nos sequentes.*
Accusare non possunt honestos, infames, hæretici, malæ vitæ personæ, ac viles. *2. qu. 7. cap. Alieni, & cap. Non oportet, & 3. q. 4. cap. Nulli. 6. q. 1. cap. Si sacerdos. cap. Omnis verò. S. Anacletus ep. 2. Eutichianus ep. 2.*
Accusare nequeunt regulares. *2. qu. 7. cap. Placuit eorum, & cap. Nullus Monachus.*
Accusare non possunt incestuosi. *3. qu. 4. cap. Consanguineorum.* Neque excommunicati. *3. qu. 4. cap. Omnes, cap. Nullus. 4. q. 1. c. Definimus. cap. Quod autem. 6. q. 1. cap. Qui crimen. S. Fabianus ep. 1. Nicolaus I. in decret. cap. 11. 2. qu. 7. cap. In sancta.*
Neque Conspiratores. *3. qu. 4. cap. Conspiratores.*
Neque sacrilegus. *3. qu. 4. cap. Nulli.*
Neque homicidæ, adulteri, & alij criminosi. *3. qu. 5. cap. Constituimus.*
Neque suspecti, aut gratiosi. *3. qu. 5. cap. Similiter.*
Neque qui facilè litigant, aut serunt inimicitias. *3. q. 5. cap. Nullus.*
Neque inimici. *3. q. 5. cap. Omnes. S. Fabianus ep. 2.*
Accusare non possunt Episcopum personæ viles. *2. q. 7. cap. Quærendum.*
Neque qui aduersus patrem armantur. *3. q. 5. cap. Omnes.*
Neque pœnitentes publici, neque bigami; neque qui seruiunt curiæ, neque qui sana carent mente; neque furiosi; neque inobedientes decretis Sanctorum. *6. q. 1. cap. Infames.*
Accusare non potest pupillus; nec stipendiarius; nec qui per

pecuniam indicauit, vel accusauit; nec testes falsi; nec eorum subornatores; neque inopes habentes minus, quam 50. aureos; nec libertini contra patronos. *2. q. 1. c. Prohibentur. Eusebius ep. 3. Felix 2. ep. 1. cap. 14.*
Accusare non possunt maiores, viles personæ. *Calistus I. ep. 2.*
Accusare non possunt infames. *3. q. 4. cap. Alieni.*
Accusare non potest clericum persona suspecta in fide. *Iulius I. ep. 2. cap. 11.*
Accusare non possunt sacerdotes, serui, liberti; & infames. *Adrianus I. cap. 21.*
Accusare non possunt malefici; neque fures; neque raptores, neque sacrilegi, neque venefici, neque adulteri, neque qui magos consulunt. *Adrianus I. cap. 67.*
Accusare non possunt Catholicos hæretici. *Nicolaus I. in decretis cap. 11.* Neque suspecti in fide. *S. Fabianus ep. 3.* Vide, *Hæretici.*
Accusare non potest, qui iurauit stare mandato alicuius. *De accusationibus cap. Veniens.*
Accusare criminaliter non potest accusatus pendente accusatione. *De Testibus, &c. cap. Non debet.*
Accusare non possunt detractores Episcoporum. *S. Felix I. ep. 1. 3. q. 4. cap. Detractores.*
Accusare non possunt sponte crimina confitentes. *5. q. 1. cap. Illi qui, & cap. Qui ambulat.*
Accusare non potest Episcopum reus alicuius criminis. *4. q. 1. cap. Quid autem.*
Accusare non potest absens. *2. q. 8. cap. Per scripta. Telesphorus ep. decr.*
Accusare non potest aliquis per alium. *3. q. 8. c. absens per aliũ.*
Accusare non possunt sacerdotes, qui nequeunt ordinari sacerdotes. *2. q. 7. cap. Ipsi Apostoli. cap. Testes, cap. Sacerdotes.*
Accusare non possunt sortilegi, periuri, adulteri, incestuosi, venefici consulentes diuinos, &c. *Eusebius ep. 3. Felix 2. ep. 1. cap. 14. 3. q. 5. cap. Constituimus. 2. q. 7. c. Sacerdotes.*
Accusare non potest excommunicatus, siue laicus, siue clericus. *concil. Carthagin. 7. c. 1.* Qui excluduntur ab accusando in lege ciuili, excluduntur etiam in lege canonica. *6. q. 1. cap. Nos sequentes.*

Accusare non permissus, quid facere potest.

Accusare prohibitus potest suas causas tractare. *4. q. 6. cap. Illud, & cap. Omnibus.*
Accusare prohibitus potest se defendere. *2. q. 1. cap. Prohibentur.*

Accusari quis possit, & quis non.

Accusari non potest spoliatus rebus. *2. q. 2. cap. Nullus.*
Accusari non possunt Prælati, nisi à dignis, & non inferioribus. *concil. Nicæn. 1. ex Iulio cap. 18. & 24.* Vide, *Spoliatus.* Vide, *Episcopus, &c.*
Accusari non potest absens. *2. q. 8. cap. Per scripta. Telesphorus ep. decr.*
Accusari non potest maior, seu superior, à minore. *Fel. I. epist. 1. & causa 2. q. 7. cap. Maiorum.*
Accusari non possunt superiores à criminosis. *2. q. 7. cap. Præsumeret. Lucius I. ep. 2. Adrianus I. cap. 17. 2. quæst. 7. cap. Criminationes, concil. Nicæn. I. Ex Iul. cap. 18. & cap. 24.*
Accusari non possunt Christiani ab hæreticis, aut infidelibus, vel Iudæis. *2. quæst. 7. cap. Pagani.*
Accusari non possunt Episcopi electi à sedibus, nisi prius restituantur. *3. q. 1. cap. Episcopis. cap. Episcopi, & cap. Redintegrandi. q. 2. cap. cum Ecclesia, cap. Oportet, & cap. Si Episcopus.*
Accusari non potest de crimine, qui est absolutus ab illo. *De accusationibus. c. De his.*

Accusatio à quo, & quomodo fit.

Accusatio fieri non potest per alium. *3. q. 8. cap. Absens per nullum.*
Accusatio fieri non potest, nec audiri absente parte. *Telesphorus. ep. decret. 3. q. 9. cap. Accusari omninò.*

Accusa-

Accuſatio voce, & ſcripto facienda. 2. q.8. *cap. Per ſcripta. Concil. Lateran.* 4. *can.*8. & ſine ſcripto recipi non poteſt. *concil. Lateran. ibid.* 2. q.2. *cap. Relatum.* q.8. *cap.vlt.*

Accuſatio clericorum debet fieri perſonaliter, alias non recipienda. *Adrian.I. c.*9. & 10. *in Epiſt. decr.*

Accuſatio clericorum recipi nequit, ſine legitimo accuſatore. *Damaſus ep.*7. 5. q.2. *cap.Relatum.*

Accuſatio fieri debet in perſona, & præſentialiter. *Damaſus ep.*7. 3. q.9. *cap. Qui accuſat.*

Accuſationis capitula danda ſunt accuſato. *concil. Later.* 4. *can.*8.

Accuſatio non eſt neceſſaria in notorio. *De accuſationibus. cap. Euidentia* 2. q.1. *cap. Manifeſta*, & c.qua *Lotarius.*

Accuſatio in cauſa matrimoniali facienda perſonaliter. *Qui matrimonium accuſare*, &c. *cap. A nobis.*

Vide, *Matrimoniales cauſæ.*

Accuſatio quando non recipienda.

Accuſatio contra Prælatos, ſeù ſuperiores, non facilè admittenda. *concil. Later.* 4. *can.*8.

Accuſator.

Accuſator facta publica denunciatione intra 40. dies comparere debet ád probandum. *concil. Lateran.* 3. *in appendic. par.*50. *cap.*65.

Accuſator præſentialiter debet accuſare. 2. q.8. *cap.Per ſcripta. Damaſus epiſt.*7.

Accuſator non poteſt accuſare criminaliter per alium, ſed debet hoc facere per ſe ipſum. *Adrianus I. c.*38. 3.*quæſt.*9. *cap. Qui accuſat.*

Accuſator non eſt audiendus abſente parte. *Teleſphor. epiſt. decret.* 3. q.9. *cap. Accuſari omninò. c. Accuſatori. cap. Abſente.* & *cap. Qui accuſare.* & 5. q.2. *cap. Relatum.*

Accuſator requiritur in iudicio. *Eleutherius ep. decret. cauſa* 2. q.1. *cap. Nihil contra.*

Accuſator dicitur, quaſi cauſator, quia appellat reum ad cauſam. *De verbor. ſignific. cap. Forus.*

Accuſator ſine ſcripto non recipiatur. *Caliſtus I. ep.*2. *cauſa* 2. q.8. *cap. Accuſatorum.* 5. q.2. *cap. Relatum.*

Accuſator non poteſt eſſe iudex, aut teſtis. *Poſt epiſt.*1. *Alexand.I. Damaſus ep.*4. *cauſ.*4. q.4. *cap. Nullus vmquam. cap. Nullus introducatur.*

Accuſator deficiens in accuſatione pœnam talionis incurrit. *Damaſus ep.*4. & *poſt ep.*7. *c.*1. 2. *quæſt.*3. *cap. calumniator. Adrianus I. cap.*52.

Accuſatore cadente, adhuc purgare ſe debet infamatus. *concil. Lateran.* 3. *in append. p.*50. *c.*65.

Vide, *Purgatio.*

Accuſator tenetur ſe ſubſcribere ad pœnam talionis. 4. q.4. *cap. Nullus introducatur.*

Accuſator Epiſcopi, ſi eſt clericus ſit infamis. 3. *quæſt.*4. *cap. clericus.*

Accuſatoris qualitates diſcutiendæ, an inops, vel inimicus. 2. q.1. *cap. In primis.*

Accuſator criminalis non poteſt per procuratorem proſequi. *De accuſationibus. cap. Veniens.*

Accuſator de Simonia eſſe poteſt quilibet, ſiue ſeruus, ſiue criminoſus, ſiue meretrix, &c. *De Simonia. cap. Tanta.*

Vide, *Simonia.*

Accuſatore non exiſtente legitimo, fatigari non debet accuſatus. *De accuſationibus cap.*1.

Accuſator qui, & quando repellitur, & quando non.

Accuſator indignus, & alias illegitimus, in crimine læſæ Maieſtatis admittitur. *concil. Tolet.* 6. *cap.*11.

Accuſator clericorum non admittitur, niſi conſtet de vita eius, & fide probata. *Adrianus I. cap.*4. & 15. *Euariſtus ep.*2. 2. q.7. *cap. Non eſt. Higinius ep.*1. *concil.Chalcedon. can.*21. *diſt.*1. *cap. clericos.* 2. q.7. *cap. clericos.*

Accuſator facile litigans non recipitur. *Adrian. I. cap.*54.

Accuſator procedens de domo, in qua facile ſibi poteſt imperari, non admittitur. *Nicol. I. tit. de Iudicijs. c.*12.

Accuſator vilis, infamis, &c. repellitur, excepta cauſa Simoniæ. *De Simonia. cap. Tanta.*

Accuſator falſus non recipiendus, ſed ab Eccleſia reijciendus. *Poſt conc. carthag.*4. *cap.vnic.*

Accuſator ſuſpectus non eſt audiendus. *concil. Nicæn. I. ex Iulio c.*11. *Anacletus ep.*2. 3. q.5. *cap. accuſatores.*

Accuſator de domo inimici prodiens non recipiendus. *concil. Nicæn.I. ex Iul. cap.*11. *concil. Rom. ſub Symmacho.* 3. q.5. *cap. accuſatoribus. Anacletus ep.*2.

Accuſator clerici in multis, ſi deficit in vno, non eſt admittendus in alijs. *concil. carthag.* 7. *c.*3. *concil. Afric. c.*97.

Accuſator eſſe non poteſt, qui eſt ſuſpectæ fidei. *Pontianus ep.*2. 3. q.5. *cap. Suſpectos.*

Accuſator complex, ſeù ſocius criminis non admittitur. *Dionyſius ep.*2. 3. q.4. *cap. alieni.*

Vide, *Hæretici.*

Accuſator inimicus non eſt recipiendus. *concil. Roman. ſub Symmacho*, 3. q.9. *c.accuſatoribus.* Vide, *Inimicus.* Vide, *Teſtis.*

Accuſatores, quos reijcit ſæculum, reijcit Eccleſia. *Teleſph. epiſt. decret. Adrianus I. cap.*11. 3. q.5. *cap.accuſatores*, & 6. q.1. *cap. Nos ſequentes.*

Accuſator criminoſus non poteſt recipi. *Adrian.I. c.*68.

Accuſator Epiſcopi non poteſt recipi, ſi eſt criminoſus, infamis, adulator, calumniator, ſceleratus, litigioſus. *Iul. I. ep.*2. *c.*53. *Felix I. ep.*2. *c.*14. 3. q.5. *cap. Similiter.*

Accuſatores Prælatorum non facilè recipiantur. *concil. Lateran.*4. *c.*8. *de accuſat. cap. Qualiter.*

Accuſator Epiſcopi recipi non poteſt ſine tribus, aut duobus teſtibus. 2. q.7. *cap. accuſatio.*

Accuſator Epiſcopi Laicus non recipiendus. 2. q.7. *cap. Non eſt à plebe. cap. Nullus Laicus. cap. Laici. cap. Sicut. cap. Decretum eſt. & cap. Sacerdotes.* Quare Laicus non poteſt accuſare Clericum. *ibid. cap. Laicis.*

Accuſator non admittitur, niſi præſente reo. 3. q.9. *cap. accuſatori. cap. Abſente.*

Accuſator, qui ſit ſimul teſtis, vel iudex, non admittitur. 4. q.4. *cap. Nullus vmquam*, & *cap. Nullus introducatur.*

Accuſator habitans cum inimicis accuſati non eſt legitimus. *de accuſat. cap. Repellantur.*

Accuſatus non poteſt accuſare. Vide, *Accuſatus.*

Accuſator falſus, vel non probans.

Accuſans falsò clericum, vel Epiſcopum, ſi non probat, nec in fine debet accipere communionem. *Poſt epiſt.*7. *Damaſi cap.*2. 2.q.3.*cap. Si quis Epiſcopum.* Fitque infamis. *Stephanus epiſt.*1. *Caius epiſt.*1. *Adrian.I. c.*24. 6. q.1. *cap. Infamis.* 5. q.6. *cap. Omnis.*

Accuſans, & non probans, incurrit pœnam talionis. *concil. Bracharenſe* 2. *cap.*8. *Adrian.I. cap.*24. & 52. 2. q.3. *cap. calumniator. cap. Qui non probauerit.* 5. q.6. *cap. Qui calumniam. cap. Quia iuxta.*

Accuſator falſus, quomodo tractandus, ſi accuſatus patitur. *de accuſat. cap. accuſaſti.*

Accuſans innocentem, ſi eſt clericus, & conſtet de innocentia accuſati, eſt degradandus, ſi ſæcularis, excommunicandus. *concil. Matiſcon.*1. *cap.*18. Vſque ad mortem ſit excommunicatus. *concil. Eliberit. cap.*75. *Adrianus I. cap.*62. 3. q.11. *cap. Eos.* 5. q.6. *cap. Epiphaniam.* Secus ſi ſatisfaciat. 3. q.11. *cap. Eos.*

Accuſans falsò clericum, excommunicandus eſt, ſi conuincitur de falſitate. 5. q.6. *cap.vlt.*

Accuſator Epiſcopi, ſi deficit in probando, non admittitur amplius ad cauſas, niſi proprias ciuiles. 4. q.7. *cap. Si accuſatorum. & cap. Quod ſi.* & 3. q.10. *cap.vlt.*

Accu-

Accusator clerici deficiens in vno, amplius non admittitur. 3. q. 10. *cap. Placuit*.

Accusator condemnandus in expensis, si reus se purgat. *De accusat. cap. Veniens*.

Accusatoris obligatio.

Accusator tenetur probare. 2. q. 8. *cap. Qui crimen*. 2. q. 7. *cap. Si quis Episcopus, Presbyter. causa* 6. q. 5. *cap.* 1. & 2.

Accusator tenetur se subscribere ad pœnam talionis. 4. q. 4. *cap. Nullus introducatur. De accusat. cap. Super hoc*. Et quare, *ibid.*

Accusator in scriptis tenetur dare accusationem. 2. q. 8. *cap. Accusatorum, cap. Sciant. cap. Quisquis*.

Accusator præter scripta debet in personam se conferre ad iudicem. 5. q. 2. *cap. Relatum* q. 8. *cap. vlt.*

Accusator condemnatur in expensis, si accusatus se purgat. *De accusat. cap. Accedens*.

Accusans clericum si non probat per tres, vel saltem duos testes, excommunicatur. 2. q. 4. *cap. Placuit*.

Accusans vel desistens accusare ob pecuniam.

Accusator accusans ob pecuniam; vel desistens accusare ob pecuniam puniendus est exilio, vel durius; & tenetur restituere. 1. q. 1. *c. vlt.* & numquam potest esse iudex, aut testis. *ibid.*

Accusatore desistente.

Accusatore desistente ab accusatione, potest iudex ex officio procedere in causa. *De collusione detegenda cap.* 1. & *cap. crimina*.

Accusatore desistente, quia fecit pacem cum accusato, adhuc iudex debet prosequi in causa. *ibid. c. crimina*.

Accusatore cadente, adhuc purgare se debet accusatus. *Concil. Later. 3. in appendice par.* 50. *cap.* 65.

Accusator quando non publicandus.

Accusatores in causa hæresis non publicantur, si adsit periculum. *De hæreticis in* 6. *cap. Statuta*. In casu periculi quid agendum. *ibid.* Et quid cessante periculo. *ibid.*

Accusatus.

Accusatus etiamsi non sit conuictus, vel accusator deficiat, adhuc tenetur se purgare canonicè. *Concil. Lateran. 3. in append. par.* 50. *cap.* 65. *idem tit. de simonia cap.* 13. & 15. *Concil. Londin.* 1. *cap.* 12.

Accusatus, & non conuictus, si dum se purgat deficit, habetur vt reus. *Concil. Later.* 3. vbi supra. *De simonia cap.* 13. & 15.

Accusatus non conuictus, quomodo, & per quos debet se purgare. Vide, *Purgatio canonica*.

Accusatus non conuictus si se purgat absoluitur à nota infamiæ. *Concil. Later.* 3. *in append. par.* 50. *cap.* 65.

Accusatus, in foro proprio est audiendus. *causa* 3. q. 6. *cap. Si quis*, & *cap. Pulsatus*.

Accusatus, simul cum accusante debet esse. *causa* 3. q. 9. *cap. Necesse est. Zosimus ep.* 4.

Accusatus criminaliter nequit se defendere per alium. 5. q. 3. *cap. In criminalibus. cap. Quia Episcopus. Adrianus I. cap.* 38.

Accusatus non potest ante sententiam discedere. 8. q. 4. *cap. Nonne directa*.

Accusatus non tenetur respondere, nisi vocetur. *Damasus ep.* 4. & 7.

Accusatus iudicari debet in prouincia, in qua est. *Eleutherius epist. decret.* 3. q. 6. *cap. Si quis Clericus, cap. Vnaquæque*, & *cap. Neminem*.

Accusatus debet audire, quæ contra illum dicuntur, eique dandi sunt articuli. *Damasus epist.* 7. *causa* 5. q. 2. *cap. Relatum est*.

Accusatus de crimine si non comparet non priuatur communione, nisi prius vocetur ad dicendam causam, quare non comparuit, & doceat de impedimento. *Adrian. I. cap.* 5. 4. q. 5. *cap. Quisquis*.

Accusatus non potest puniri, nisi conuincatur. *Nicolaus I. cap.* 86.

Accusatus potest appellare si iudicem habet suspectum. *Adr. I. cap.* 7.

Accusati qualitates in iudicio discutiendæ. *concil. carthag.* 4. *cap.* 96.

Accusatus non potest alium accusare, nisi prius se purget à suo crimine. *Stephanus I. ep.* 2. *causa* 3. q. 11. *cap. Neganda*. 6. q. 1. *cap. Qui crimen, de testibus, cap. Non debet*.

Accusatus de simonia, pendente causa suspenditur à Missa dicenda. *De simonia, cap. Accusatum*, & *cap. Quotiens*. Et talis accusatus si non conuincitur, tenetur se purgare; & si deficit in purgatione, habetur pro conuicto. *De simonia, cap. De hoc autem*.

Accusato credendum non est; cum alium accusat, nisi prius se purget. 3. q. 11. *cap. Neganda, cap. Non est credendum. cap. Prius est*, & *cap. Quod autem. Calist. I. epist.* 2.

Accusatus de simonia potest excipere de conspiratione, & de inimicitia tantum, sed non de alijs. *De simonia, cap. Licet Heli*, & *cap. Per tuas*.

Accusatis pluribus de adulterio, si vnus fateatur, alter verò neget; negans tenetur se purgare. 2. q. 5. *cap. Interrogatum est*. Et qui confessus est, pœnitentiam subeat. *ibidem*, & *concil. Salegunstadiense. cap.* 14.

Accusatis pluribus de adulterio, si vnus pro omnibus velit purgare, eo cadente omnes cadunt. 2. q. 5. *cap. Statuit. concil. Salegunst. cap.* 14.

Accusatus criminaliter, pendente accusatione non potest ordines suscipere. *De testibus. cap. Non debet*. Neque ad alia promoueri. *De accusationibus cap. Omnipotens*.

Accusatus criminaliter pendente accusatione non potest esse testis. *De testib. cap. final. Non debet*.

Accusatus fatigandus non est, si accusator non est legitimus. *De accusationibus cap.* 1.

Accusatus de percussione clerici, si est occulta percussio, potest appellare; si notoria, non potest. *De appellat. cap. Peruenit ad nos, cap. consuluit, cap. Suggestum*.

Accusato Prælato de dilapidatione Ecclesiæ, &c. interdicitur ei potestas alienandi. *De accusat. cap. fin.*

Accusato danda sunt omnia capitula, in quibus accusatur; nomina, & dicta testium, vt possit se defendere (excepto casu hæresis, vt supra, quia in hoc non dentur nomina.) *De accusationibus, cap. Qualiter*.

Accusatus non potest accusare, nisi prius se purget. *Stephanus I. epist.* 2. 2. q. 2. *cap. Neganda*. Vide, *Reus*.

Acefali clerici.

Acefali clerici, nisi sub aliquo Episcopo sint, excommunicentur. *concil. Regiaticinum cap.* 18.

Acolitus.

Acolitus ordinatur per traditionem ceroferarij, & vrcei vacui. *concil. carthag.* 4. *cap.* 6. *dist.* 23. *cap. Acolitus*. Vide, *Ordinatio*.

Acolitus non potest ordinari à Presbytero. *Gelasius I. ep.* 9.

Acolitus idem est, ac ceroferarius. *dist.* 21. *cap. cleros*.

Acoliti officium est accendere, & portare luminaria in Ecclesia, in signum lætitiæ, & veritatis. *concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio cap.* 5. *post conc. Tolet. cap.* 8. *dist.* 25. *cap. Perlectis*.

Acolitus non potest dispensare Eucharistiam *dist.* 24. *c. Nullus*.

Acolitus præparare debet omnia, quæ sunt necessaria ad sacrificium, & Eucharistiam. *dist.* 25. *cap. Perlectis. concil. Mediolan.* 1. *par.* 2. *tit. de Acol.*

Acolitus non potest tangere vasa sacra. *concil. Rom. sub Syluestro, cap.* 9. Vide, *Vasa*. Vide, *Sacra*.

Acolitus non potest damnari, nisi per septem testes. *concil. Rom. sub Syluestro cap.* 3.

Acoli-

Acolitus diacono, & subdiacono ministrantibus inseruit, lumina accendit, & defert, vrceos cum vino, & aqua præparat. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Acolito.*
Acolitatus est ordo. *concil. Trid. sess. 23. cap. 2.* Est ordo minor, *ibid.* Vide, *Ordo.* Vide, *Clerici.*

Actor.

Actor sequitur forum rei. *concil. Later. 3. de testib. cogend. c. 7. 11. q. 1. cap. Experientiæ.*
Actor non tenetur iurare, si plenè probat. *De probat. cap. Sicut consuetudo.*
Actor, & reus probant in communi iudicio; & si pariter probant, reus absoluitur. *de probat. cap. Ex literis.*
Actor non potest exigere à reo scripturas contra reum. *de probat. cap. 1.*
Actor non admittitur ad litigandum, nisi det libellum in scriptis. *De libelli oblatione cap. 1.*
Actor citans, & non comparens in termino, tenetur ad expensas eò vsque factas à reo, *Concil. Lugd. gener. 1. de dolo, & contum. in 6. c. 1.*
Actori non comparenti in termino in quo citauit, non conceditur alia citatio, nisi cauerit, quod comparebit in termino, *ibid.*
Actore contumaci, testes recipi debent, & sententia ferri, etiam lite non contestata. *De dolo, & contumac. c. causam.*
Actor contumax condemnandus est in expensis. *De dolo, & contum. in 6. cap. 1.*
Actor non potest eodem tempore plures lites mouere coram pluribus iudicibus contra reum, & præsertim si iudices distent; alias literæ impetratæ sunt nullæ, & tenetur ad expensas rei fatigati. *concil. Lugdunens. 1. gener. de rescript. in 6. cap. Dispendia.*
Actor non admissus in possessionem decretam pro se, post annum efficitur possessor. *De dolo, & contum. c. contingit.*
Actori non licet, quod nec reo licet. *de reg. iur. in 6. reg. 32.*
Actor non potest esse iudex in causa, in qua est dubium, an aliquid debeat soluere. *concil. Oxonien. 1. c. 24.*
Actor tenetur in libello declarare rem, de qua litigat. *de libelli oblat. cap. Significantibus.*
Actor tenetur in libello clarè exponere factum, non nominationis. *de iudic. c. Dilecti filij.*
Actor excommunicatus non potest agere. *Honor. I. ex Cirone, de exceptionib. c. 4. & de except. cap. A Nobis. De iudicijs, cap. Intelleximus.*
Actor potest compelli ad respondendum in causa reconuentionis à iudice delegato. *de mutuis petitionibus, cap. 1.*
Actor obtinens possessorium coram iudice non tenetur coram eo respondere de proprietate, si est alterius fori. *de iudic. cap. Significauerunt.*
Actor potest mitti in possessionem causa custodiæ, si lite non contestata reus est contumax. *Vt lite non contest. cap. Tuæ fraternitatis.*
Quando potest mitti in possessionem lite non contestata, *ibid. cap. Quoniam, §. in alijs.*
Actor excommunicatus aliquando repelli non potest ab appellatione, per exceptionem excommunicationis. *de probationibus, cap. Significauerunt.*
Actori deficienti in probatione, quando potest ei dari iuramentum. *de iureiurando, cap. fin. §. sane.*
Actore non probante, reus absoluitur. *Vt Ecclesiastica beneficia, & c. cap. vnic.*
Actore, & reo eiusdem ciuitatis existentibus, neuter conueniatur extra eam. *de rescript. in 6. cap. Statutum §. cum verò.*
Actor non potest trahere reum extra locum rei, vel ad aliam Ciuitatem Diœcesis, quæ non sit actoris, vel distat à loco rei vltra vnam dietam. *ibid.*
Actor excommunicatus, à iudice est repellendus ex officio, etiamsi reus non opponat. *De except. in 6. cap. 1.*
Actor petens rem ex certa causa, si causam non probat, succumbit. *De sent. & re iudicata, cap. Abbate.*
Actore petente rem in genere sine expressione causæ, quomodo debet se gerere iudex in tota causa, *ibid.*

Actor non potest mitti in possessionem absente reo. *concil. Later. 3. in append. de dolo, & cap. can. 1.*
Actor calumniator tenetur ad expensas. *ibid. can. 2.*

Acta.

Acta iudiciorum facienda sunt per duos viros idoneos, vel per notarium. *De probat. cap. quoniam.*
Acta, & ordinatoria litis facta coram primo iudice, valent etiam coram secundo. *de probat. cap. cum bonæ.*
Acta in causa debent per copias dari partibus; sed originalia penes notarium maneant. *ibid. cap. Quoniam, concil. Later. 4. can. 38.*
In actis omnia scribenda sunt, dilationes, citationes, petitiones, exceptiones, interrogationes, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, & alia similia. *de probationibus, cap. Quoniam. concil. Later. 4. can. 38.*

Actus legitimus.

Actus legitimi non accipiunt conditionem, neque diem. *De reg. iuris in 6. reg. 50.*

Adam, & eius peccatum.

Adam peccando non solum se, sed totum genus humanum læsit. *concil. Diospolit. c. 2. Mileuit. cap. 2. Africanum cap. 77. Gelas. 1. epist. 6. concil. Arausic. 2. cap. 2.*
Adam peccans in Paradiso, statim perdidit sanctitatem, & iustitiam. *concil. Trid. sess. 5. in decret. de peccato originali.*
Nec sibi soli perdidit sanctitatem, & iustitiam, sed etiam posteris. *concil. Trident. ibid.*
Adam si non peccasset non fuisset, mortuus. *concil. Diospolit. cap. 1. Meleuit. cap. 1. Africanum cap. 76.*
Nec erat moriturus ex necessitate naturæ. *De consecrat. dist. 4. cap. placuit, vt quicumque.*
Adamo peccante, tam anima, quam corpus mutata sunt in deterius. *concil. Trid. sess. 5. in decret. de peccato originali*
Adæ peccato humana natura tota fuit maculata. *Gelas. I. ep. 6.*
Adam peccans incurrit iram, & indignationem Dei. *concil. Trid. sess. 5. in decret. de peccato originali.*
Adam cum peccauit, tunc mortem animæ incurrit. *Gregorius I. lib. 5. epist. 14. l. 6. epist. 11.*
Adam peccans, in totum genus humanum transfudit peccatum, quod est mors animæ, & pœnam corporis. *concil. Trid. sess. 5. in decr. de peccato originali.*
Adam per peccatum perdidit immortalitatem. *Gregor. I. lib. 12. epist. 31.*
Adæ peccatum origine est vnum, sed transfusum ad omnes homines, vnicuique est proprium. *concil. Trid. sess. 5. in decret. de peccato origin.*
Adæ peccato omnes posteri innocentiam perdiderunt. *Cælest. I. ep. 1. cap. 4.*
Adam per peccatum positus est sub captiuitate diaboli. *concil. Trid. sess. 5. in decret. de peccato originali.*
Adæ peccatum, & quò ad culpam, & quò ad pœnam corporis transijt ad omnes posteros. *concil. Arausic. 2. cap. 2.*
Adæ peccato homines facti sunt serui peccati. *concil. Trid. sess. 5. in decr. de peccato originali.*
Adæ peccatum totum hominem secundum corpus, & animam commutauit, salua remanente libertate. *concil. Arausic. 2. cap. 1.*
Adæ peccato homines positi sunt sub potestate Diaboli. *concil. Trident. sess. 5. cap. 1.*
Adam mortuus in anima per peccatum, per pœnitentiam in vitam redijt. *Greg. I. lib. 6. ep. 31.*
Adam statim post peccatum eiectus est de Paradiso, vt ageret pœnitentiam. *dist. 1. de Pœnit. c. 80. Adam.*
Adam erat Dei confabulator, ciuis Sanctorum, & complantatus virtutibus, antequã peccaret. *de pœn. dist. 2. c. 34. Primus.*
Adam per peccatum perdidit imaginem Dei quò ad gratiam, & gloriam. *De peniten. dist. 2. c. 34. Primus, & cap. 35. Illa anima.*

Adam

Adam ante peccatum erat nudus corpore, non animo. *De pœnit. dist.1. cap.38. Sed nec, & cap.39. Vt cognouerunt.*

Adæ peccato liberum arbitrium hominis non est extinctum, sed imminutum. *concil. Trid. sess.6. cap.1.*

Adam Deo inspirante, dixit illa verba: *Relinquet homo patrem, & matrem, &c. & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. 35. quæst.10. cap. Fraternitas, & concil. Trid. sess.24. cap.1.* Vide, *Homo.*

Adiutorium Dei.

Adiutorium Dei est causa cur benè cogitet homo, & abstineat à malo. *concil. Arausican.2.cap.9. Innoc.I.ep.24.& 25.*

Adiutorium Dei etiam pro renatis est implorandum, vt in bono perseuerent. *concil. Arausic.2. cap.10.*

Absque diuino adiutorio nullus potest à peccato resurgere. *Cælestinus 1. epist.1. cap.4.* & hoc adiutorium est per Christum. *ibid.*

Adiutorium Dei ad bene operandum semper est à Deo petendum. *Innocent.I. ep.24. & 25.*

Vide, *Gratia Dei.* Vide, *Auxilium.*

Administrator, & administratio.

Administrator malus rerum Ecclesiæ, est remouendus. *3. q. 6. cap. Quia ea.*

Administrator *Ecclesiæ cathedralis* potest in iurisdictione omnia, quæ potest Episcopus excepta alienatione *immobilium. De electione in 6. cap. Is cui.*

Non potest sacramenta, nec sacramentalia, quæ pertinent ad Episcopum ministrare, nisi ipse sit Episcopus, *ibid.*

Administratio temporalium non conceditur regulari à Papa; & si conceditur, præsumitur falsa. *De confirmat. vtili, & cap. Ad nostram.*

Admissus.

Admissus ad agendum admitti debet etiam ad excipiendum. *De regulis iuris in 6. reg.71.*

Admissus semel ad officium, sine assensu admittentis non potest ab eo amoueri. *concil. Colon.2. part.4. cap.13.*

Aduenæ.

Aduenæ excipiendi, & honorandi ab Ecclesiasticis pro dignitate. *lib.2. const. Apost. cap.58.*

Vide, *Peregrini.*

Aduentus.

Aduentus tempore est ieiunandum. *De obseruat. ieiunior. cap. consilium.*

Aduersarij.

Aduersario gratiæ se submittens, non dicitur renunciare iuri suo. *de renunciat. cap. Veniens.*

Adulantes.

Adulantes peccatoribus pulvillum ponunt sub capite eorum. *dist.46. cap. Sunt nonnulli.*

Adulatores, si sunt clerici, deponendi sunt. *dist.46. c. cleric.*

Adulator nulliter per adulationem procurat gradum Ecclesiasticum. *concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c.38.*

Adulter, & adulterans.

Adulter ille est, qui viuente vxore aliam mulierem carnaliter cognoscit. *32. q.5. cap. Puto christianum.*

Adulter per septem annos debet pœnitere. *Zacharias ep.7. cap.25. concil. Lucense 2. cap.76. Arausic. 1. cap.20. Vormat.1. c.24.* Per quinque annos, dicit *concil. Elibert. c.69.*

Adulter est excommunicandus. *conc. Andegauense, c.6.*

Adulterans conscio marito, neque in fine communicet. *concil. Elibert. c.70.*

Adulterans cum Gentili, vel Iudæa, excommunicetur: & si ab alio detegitur, post quinquennalem pœnitentiam reconcilietur. *concil. Elibert. c.58.*

Adulter est, qui post vxorem dimissam, ea viuente aliam ducit: & ipsamet ducta, est adultera. *Innocent.1. ep.8. c.6.*

Adulterans mulier si occidit fœtum conceptum, nec in fine communicet. *concil. Elibert. c.63.*

Adulter clericus, quomodo puniendus.

Vide, *clericus.*

Adulter vir grauius puniendus, quam mulier. *32. q.6. cap. indignanter, & cap. Non mœchaberis.*

Adulter accusatus de adulterio, lite pendente non est priuandus possessione. *Vt lite pendente, cap. Laudabilem.*

Adulter coniux non potest alium impetere de adulterio, si probatur, quod ipse sit adulter. *de adulterijs, cap. intelleximus, & cap. finali.*

Adulter si lite non contestata est contumax, potest excommunicari. *Vt lite non contestata non procedatur, cap.1.*

Adulter accusans de adulterio, coram Ecclesiastico agat, si accusat, vt separetur. *De procuratoribus, cap. tuæ fraternitati.*

Adulter accusans coram iudice Ecclesiastico, vt separetur, non tenetur ad talionis pœnam; sed tenetur subscribere, & potest per procuratorem agere, *ibid.*

Adulter accusans coram iudice sæculari, non potest agere per procuratorem, sed immediatè debet accusare, & se subscribere ad pœnam talionis. *De procuratorib. cap. Tuæ fraternitati.*

Adulter maritus viuente vxore non potest aliam ducere. *concil. Nannetense c. 12. Triburiense 1. c.26. 32. q.7. c. Licitè, cap. Hi verò, &c. ibi.*

Adulteri Diaconi, vel Presbyteri non possunt restitui in pristinum. *dist. 50. cap. Si quis diaconus, & cap. Quicumque.*

Adulter non habens vxorem per quinque annos pœniteat. *concil. Nannetense 1. cap. 14.* Similiter mulier si non habet virum, *ibid.*

Adulter tenens concubinam pulsa vxore, vel ea retenta, excommunicetur, nisi eam pellat. Quod si per mensem manserit in excommunicatione, etiamsi in morte absoluatur, careat Ecclesiastica sepultura. *concil. Rauuennaten. 2. sub Clement. V. cap. 29.*

Adulter dimissa vxore potest iterum eam recipere post pœnitentiam publicam septem annorum. *concil. Nannetense 1. cap. 12.* Sic & vxor dimittens virum. *ibid.*

Adulteri de adulterio accusati, si vnus assumit onus purgandi etiam pro alio, altero cadente vterque est reus habendus. *concil. Salegunstadiense cap.14.*

Adulter, qui vt suam libidinem libere expleat procurat carcerari maritum alicuius, vel consanguineos mulieris vltimo supplicio puniendus est. *Sixtus V. const. 46. cap. Ad compescendam.*

Vide, *Vir.* Vide, *Vxor.* Vide, *coniux.* Vide, *Matrimonium separat.* Vide, *Accusati.*

Adultera.

Adultera, nec etiam mortuo marito potest coniungi cum adultero. *31. q. 1. c.1. cap. Illud verò, & cap. Relatum est. 32. q.7. cap. Hi verò.*

Adultera, post pœnitentiam potest coniungi cum adultero, dummodo non fuerit causa mortis sui viri. *31. q. 1. cap. Si quis viuente.*

Adultera mortuo viro non potest alium ducere. *32. q. 7. cap. Hi verò.*

Adultera vxor dimittenda à viro. *32. q. 1. cap. Dixit Dominus, 34. q. 5. cap. Ego dixi.*

Adulteræ se commiscens vir, peccat grauiter. *34. q. 5. cap. Ego dixi.*

Adultera dimissa, non potest vir aliam ducere. *34. q. 5. cap. Ego dixi. 32. q. 7. cap. 1. 2. & 3. &c. ibid.*

Adultera post pœnitentiam à viro recipienda. *34. q. 5. cap. Ego dixi. 32. q. 1. cap. Benedicto, & cap. Quod autem.*

Adulteram non dimittens peccato consentit. *32. q. 1. cap. Sicut crudelis.*

Adulteram vxorem cognoscens carnaliter, per duos annos pœniteat. 32. q. 1. *cap. Si quis vxorem*.
Adultera non potest aliquid exigere de bonis mariti. *De consuetudine cap. Ex parte nostra*.
Adultera si accusetur coram iudice sæculari, immediatè, & non per procuratorem, est accusanda, & accusans se subscribit ad pœnam talionis. *De procurat. cap. Tuæ fraternit.*
Adulteram accusans coram iudice Ecclesiastico, vt separetur, non tenetur se subscribere ad pœnam talionis, & per procuratorem potest accusare, *ibid.*
Adultera, quam maritus non vult reconciliare, ad claustrum cum religiosis mulieribus cogenda est intrare. *De conuers. coniugatorum, cap. Gaudeamus*.
Adultera vxor si per adulterium separatur, perdit dotem viri. *De donat. quæ fiunt, &c. cap. Plerumque.* Vide, *Vxor adultera*.
Adultera vxor potest à marito recipi, sed non sepè. *De adulteris, &c. cap. Si vir*.
Adultera tenetur se purgare, & eam impediens, est excommunicandus. *Greg. VII. lib. 1. ep. 48.*
Adultera separata, si impudicè viuit, pœna mortis punienda. *Sixtus V. const. 46. Ad compescendam*.
Vide, *Vxor adultera*. Vide, *coniux*. Vide, *Matrimonium quando separ.*

Adulterium.

Adulterium est quilibet coitus habitus cum aliena. 32. q. 4. *c. Nemo blandiatur*. q. 5. *c. Non mœchaberis, c. Puto*.
Adulterium vocari etiam solet omnis fornicatio. *causa* 32. q. 4. *cap. Nemo blandiatur*.
Adulterium etiam concupiscentia committitur. *causa* 32. q. 5. *cap. Qui viderit*.
Adulterium grauissimum peccatum est. 32. q. 4. *c. nemo blaud.*
Adulterium per Christi legem etiam est prohibitum. 32. q. 4. *cap. Dixit Sara*.
Adulterium æquè puniendum in vtroque sexu. 32. q. 5. *cap. Christiana, & cap. vlt.*
Sed *in* q. 6. *cap. Indignanter, & cap. Non mœchaberis*, dicitur grauius esse puniendum in viris, quam in mulieribus.
Adulterium prohibitum est etiam ob intentionem procreandi filios. 32. q. 4. *cap. Si non sunt*.
Adulterij crimen ad separandum, non dicitur capitale, sed mixtum. *De procuratoribus, cap. Tuæ fraternit.*
Adulterij crimen aliquando etiam coram iudice sæculari cognoscitur, & quando. *ibid.*
Adultera occidens infantem. Vide, *Mulier*.
Adulterium committens per quinque annos pœniteat. *concil. Eliberit. cap. 69.* Per septem. *Zacharias ep. 7. cap. 25. concil. Lucense 2. c. 76. concil. Vormat. 1. cap. 24. concil. Arausc. 1. cap. 20.*
Adulteram vxorem non dimittens, per septem annos pœniteat. *Zacharias ep. 7. cap. 25.*
Adulterij causa ab Episcopo iudicanda. *concil. Rom. sub Ioanne IX.* Vide, *Matrimoniales causæ*.

Adulterinus filius.

Adulterinos filios occidens præter alias pœnas, &c. per septem annos publicam pœnitentiam faciat. Si Clerici priuentur officio. *concil. Illerdense cap. 2.*

Aduocatus.

Aduocatus esse non potest infamis. 3. q. 7. *cap. Infames*.
Aduocati officium nullus potest exercere, prohibitus. *De Pœnit. dist. 1. cap. 8. Quicumque*.
Aduocatus esse non potest clericus in foro sæculari pro negotio sæculari, nisi pro se, vel Ecclesia, vel miserabilibus personis. *De postulando cap. 1.* Potest etiam esse pro personis coniunctis. *ibid. cap. finali*. Pœna eius est priuatio beneficij. *ibid. cap. finali, cum Sacerdotis*.
Aduocatus non potest esse testis in causa appellationis. *De test. in 6. cap. fin.*
Aduocati hæreticorum in ipsorum litibus, sunt infames. *De hæreticis, cap. Si aduersus*. Vide, *Hæretici*.
Aduocatus in causa criminali opponens falsum malitiosè, excommunicatur. *concil. Oxoniense 1. cap. 1.*
Aduocatus procurans in causa matrimoniali, vt matrimonium non sortiatur effectum, vel, vt causa differatur malitiosè, excommunicatur, *ibid.*
Aduocati officium volens exercere tenetur iuramentum facere coram Episcopo Diœcesis loci, in quo aduocare vult, quod causas clientis iustas defendet; quod alteri parti non faciet iniuriam, & quod rationibus semper deferet. *concil. Londin. 2. c. 30. concil. Mediol. 2. tit. de causidicis*.
Aduocati non admittantur in causis matrimonialibus, nisi eodem modo faciant iuramentum. *concil. Londin. c. 30.*
Aduocatus celans scripturas, vel priuilegia Ecclesiæ. Vide, *Ecclesiæ scripturæ*.
Aduocato errante in responsione, si principalis, seù dominus corrigit responsionem Aduocati, nullum fit domino præiudicium. *Honorius 3. ex Cirone, de appellat. c. 1.*

Aduocati Romanæ curiæ.

Aduocatorum Romanæ Curiæ reformatio fit à *Benedicto 12. constit. 2. decens*. In ea præscribitur eis, quid teneantur facere, à quo abstinere, &c. vt ibi.
Vide, *curiales*. Vide, *Romani*.

Aduocati consistoriales Romæ.

Aduocati Consistoriales eo prorsus modo eligendi, quo Auditores Rotæ. *Greg. 11. const. 9. cap. cupientibus* §. 28. Eisdem qualitatibus, vita, moribus, scientia, &c. sicut Auditores Rotæ sint præditi. *ibid.* Quid exigere possunt pro cuiuscumque causæ positione. *ibid.* Qua forma, & ritu debent causas proponere, & pœna contrauenientium, *ibid.* §. 29. Si duo eamdem causam proponendam habeant, iunior cedat seniori. *ibid.* §. 29.
Aduocatorum Consistor alium salaria, *ibid.* §. 34. officia, &c. *ibidem*.
Aduocatis Consistorialibus commissum est regimen studij generalis Romæ. *Sixtus V. constit. 63. Sacri*. Vnus ex eis, semper eligitur, vt sit Rector eiusdem studij. *ibid.*
Aduocati Consistoriales Romæ possunt creare Doctores *in* iure ciuili, & canonico. *Iulius 3. const. 16. cum sicut*.

Aduocati pauperum.

Aduocati pauperum officium quale sit. *Pius IV. constitut. 58. cum ab ipso*. Qualitates, sufficientia, &c. *ibidem*. Idem *Paulus V. constit. 71. tit. de Aduocatis pauperum*.
Vide, *Pauperes*.

Ædificia.

Ædificia non fiant in atrijs Ecclesiæ, nisi pro clericis. *causa* 12. q. 1. *cap. Nulla, & cap. clericus*.
Ædificari non possunt Mendicantes de nouo Monasterium prope Monasteria Eremitarum Sancti Augustini, intra spatium cannarum 140. *Bonifacius VIII. constit. 2. ad conseguendam*.
Ædificans Romæ. Vide, *Romæ ædificans*.

Ægidianæ constitutiones, & statuta.

Ægidianę constitutiones obseruandæ in statu Ecclesiæ. Vide, *constitutiones Ægidianæ*.

Ægyptij Iacobitæ.

Ægyptiorum Iacobitarum concordia, & vnio cum Romana Ecclesia. Vide, *Iacobitæ*.

Æs alienum.

Ærè alieno grauati recipi non possunt ad habitum regularium. *Sixtus V. const. 71. cum de omnibus*. Vide, *Regulares*.

Ætas.

Ætas.

Ætas attendi debet pro tempore, in quo datæ sunt literæ. *de rescriptis in 6. cap. Si eo tempore.*
Ætas 20. annorum sufficit ad incurrendam pœnam homicidæ in Prouincia Marchiæ. *Iulius 2. const. Fide digna.*
Ætas ordinandorum. Vide, *Clerici.*
Vide, *Ordinationes.* Vide, *Subdiaconi.* Vide, *Diaconi.* Vide, *Sacerdotes.* Vide, *Episcopi.*

Affines, & affinitas.

Affines in quinto gradu possunt matrimonium contrahere. *Post epist. 3. Fabiani. 35. q. 2. c. De propinquis.*
Affinitas non solvitur per mortem coniugis. 35. *q.* 10. *c. Fraternitas. c. Si cuius patruus, c. Si qua mulier.*
Affines in quarto gradu si contrahunt, non separentur. *Post ep. 3. Fabiani. 35. q. 2. c. De propinquis.*
Affinitatis arbor. 35. *q.* 5.
Affinitatis gradus, quomodo computandi. 35. *q.* 5. *cap. Porrò de affinitate.* Gradus omnes affinitatis, *ibid.*
Affinitas impedit matrimonium, vsque ad quartum gradum. 35. *q.* 10. *cap. Si qua mulier.*
Affines non possunt contrahere matrimonium. 35. *q.* 10. *cap. Fraternitas.* Etiamsi ex copula illicita sit. *De eo, qui cognouit, c. ex literis, c. Veniens il 2.*
Affinitas vltra primum gradum non impedit matrimonium. *De consanguinitate, &c. c. Non debet.*
Affinitas soluit sponsalia de futuro. *De eo, qui cognouit, cap. Veniens.*
Affinitas non soluit matrimonium. *ibid.*
Affinitas ex copula illicita, impedit matrimonium. *De eo, qui cognouit, c. Ex literis, & c. Veniens il 2.*
Affinitas superueniens etiam per actum illicitum, soluit sponsalia. *De consanguinitate, &c. c. Super eo.*
Affinitas superueniens non soluit matrimonium. *De eo, qui cognouit, c. Tuæ fraternit. & c. Fratrem.*
Affinitas orta ex fornicatione impedit matrimonium, & dirimit contractum. Sed non vltra primum, & secundum gradum. *Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 4. Pius V. constitut. 14. Sanctissimus*, in declaratione sequenti.
Vide, *Matrimonia prohibita ratione affinitatis.*

Affligere, & affligi.

Affligi non debemus, cum mali prosperantur, & quare. *De pœnit. dist. 3. c. 48. Quid ergo.*
Affligi amplius non debent, qui à Deo per flagella sunt afflicti. *causa 3. q. 1. cap. cum percussit.*

Africani.

Africana Ecclesia à Romana habuit principium. *Gregor. I. lib. 7. ep. 32.*
Africani Episcopi à Carthaginensi debuerunt discere tempus celebrandi Pascha. *Concil. Carthag. 3. c. 1.*
Africani Episcopi singulis annis tenebantur Concilia celebrare. *Concil. Carthagin. 3. c. 2.*
Africani cum magna cautela promouendi sunt ad ordines; nam de Manicheismo sunt suspecti. *Gregor. 2. epist. 5.*

Agapes.

Agapes despiciens (id est conuiuia pauperum facta per Ecclesiam) excommunicatur. *dist. 42. cap. Si quis despicit. concil. Gangrense c. 11.*
Agapes fieri non debent intra Ecclesiam. *dist. 42. cap. Non oportet.*

Agitator.

Agitatores, seu aurigæ in torneamentis quandiù hoc faciunt, sunt excommunicati. *Concil. Aurelian. 1. c. 4.*

Agentes negotia electionum.

Agentes Romæ, vel alibi negotia electionum, non priuantur fructibus beneficiorum, sed tantum distributionibus. *De elect. in 6. cap. Cum non deceat.* Vide, *Curiales.*

Agricultores in Agro Romano.

Vide, *Romani agri.*

Aggressus.

Aggressus potest licitè occidere, si non potest aliter se defendere. *De homic. voluntario, c. Significauit il 2.*

Agnus Dei.

Agnus Dei ex cera benedicta à Papa non possunt venales fieri, neque miniari. *Greg. 13. const. 2. Omni certè.*
Agnus Dei ex cera signandi sunt à Monachis S. Mariæ Fulienſis, ipsique possunt renouare fractos, & non alij. *Paulus V. const. 43. Romanum.*

Alba.

Vide, Diaconi. Vide, *Vestes.*

Albergatores Romæ.

Albergatores Romæ non tenentur de furtis bonorum factis in suis hospitijs, si hospites eis non consignarunt. *Pius IV. constit. 71. cum sicut.*
Vide, *Roma.*

Alcantaræ Milites.

Alcantaræ Militia sub regula Ordinis Cistercienſium Sancti Benedicti approbatur, & confirmatur. *Leo X. constit. 44. In Apostolicæ.* Eorum priuilegia multa, *ibid.*
A Rege Hispaniarum perpetuo regenda est hæc militia. *Adr. 6. const. 1. Dum intra.*
Vide, *Calatrauæ.*

Alchimia, & Alchimistæ.

Alchimistæ sunt infames, si clerici, priuandi beneficijs, & inhabiles fiunt ad alia. *Extra de crimine falsi, c. Spondent.*
Alchimistæ si aurum, vel argentum falsum vendunt, vel dant in solutum, tantumdem veri auri tenentur pauperibus erogare, *ibid.*
Item si pauperes, quomodo puniendi, *ibid.*
Alchimistarum pœnæ præter infamiam, quæ sint, *ibid.*
Alchimiam fieri curantes, aut mandantes eodem modo puniendi, & tractandi in omnibus, sicut ipsimet Alchimistæ; & si pauperes sint, qua pœna plectendi, *ibid.*

Alexandria.

Alexandrinus Patriarcha non est subditus Constantinopolit. *Leo 9. epist. 6. & 7.*

Aleæ.

Alæis ludentes excommunicandi, & si per annum pœniteant, postea recipiendi. *Concil. Eliberit. cap. 79. Concil. Lateran. 4. cap. 16.*
Alæis ludentes Clerici.
Vide, *Clerici ludentes.*

Alemania.

Alemaniæ Episcopi, quas procurationes exigere possunt, dum visitant. *Extra de censibus, c. Vas electionis.*

Alienare, & alienari.

Alienare non debet Papa res Ecclesiæ. 12. *q.2. cap. Non licet Papæ.* Exceptis quibusdam parui momenti. *ibidem. Leo 1. constit.1. Occasio.* Vide, *Papa.*

Alienatio facta à Papa schismatico, est nulla. *Concil. Later. 3. can.2.*

Alienari non possunt loca Sedis Apostolicæ. *Greg. IX. const. 6. Rex excelsus.*

Alienari non possunt in statu Ecclesiastico vltra triennium, ciuitates, terræ, oppida, casalia, tenutæ, possessiones, &c. etiamsi non sint iurisdictionalia, & huiusmodi alienationes sine Papæ consensu sunt nullæ. *Sixtus V. const.3. Solicitudo, Clem.8. constit.78. Romanam, Paulus V. constit.108. Pastorale*, & idem confirmat *Vrban.8. constit.65. Decens.* Vide, *Ecclesiasticus status.*

Alienare res Ecclesiæ, nulli licet. *S. Leo I. const.1. Occasio. 12. q.2. cap. Non licet Papæ. De rebus Eccl.non alien.cap. Nulli liceat.*

Alienare non potest Episcopus res Ecclesiæ. 10. *q.2. cap. casellas, cap.etenim, & cap. Hoc ius.*

Alienare aliquando potest Episcopus ex necessitate. 10. *q.2. cap. Si quis.*

Alienare potest res paruas. 12. *quæst.2. cap.Terrulas, Concil. Agathense cap.45.*

Alienare potest, dando Religiosis domibus. 12. *q.2. cap. Si Episcopus vnam, & c.Religiosam.*

Alienare etiam potest Episcopus pro redemptione captiuorum, & quomodo. 12. *q.2. cap.Apostolicos, c. Sacrorum, & c. Sicut omninò.*

Alienare nullus ex Clericis potest res Ecclesiæ. *Conc.Nicæn. 2. c.12.S.Leo I. const.1. Occasio. conc.Parisiens.6.l.1. c.27. conc.Aurelian.3.c.12.causa 12.q.2. c.Diaconi, & c.Abbatibus. Post conc. Tolet.12. c.2.de constit. cap.Quæ in Ecclesiarum. Extra, de rebus Ecclesiæ non alienand. Ambitiosæ.* Irritè fit, *ibid.* Pœnæ, *ibid.* Restituenda omnia, *ibid.* Per triennium tantum alienari possunt, *ibid. Ambitiosæ.*

Alienandi facultas concedi non potest à Sacra Pœnitentiaria. *Pius 4. const.53. In sublimi.*

Alienare non potest Clericus, vel Abbas res Ecclesiæ sine Episcopi licentia. 12. *q.2. cap, Abbatibus.*

Alienari non possunt possessiones Ecclesiæ derelictæ. 12. *q.2. cap. Possessiones.*

Alienare non potest Prælatus permutando vnam rem cum alia Ecclesia, sine Clericis huius Ecclesiæ. *De rebus Eccl. non alien. c.1.*

Alienari non possunt ea quæ sunt de mensa Episcopali. *ibid. cap. Super aliqua, & cap. Possessiones.*

Alienans rem dignitatis alienæ non tenetur ad iuramentum factum. *De iureiurando, c. Intellecto.*

Alienari non possunt bona Hospitalium locorum piorum Monasteriorum, &c. sub pœna excommunicationis, &c. alijs, vt infra. *Concil. Meldense c.17. concil.Mediolan. 1. par.3.tit.de piorum locorum administr.&c. Extra, de rebus Eccles. non alien. ambitiosæ.*

Alienari aliquando possunt res Ecclesiæ ob multas causas, & quas. 12. *q.2. cap. aurum.* Sed intellige cum licentia Papæ. *Extra, de rebus ecclesiæ non alienandis.*

Alienare potest Episcopus res quæ Ecclesiæ non sunt vtiles, & per alienationem non læditur enormiter. *De reb.eccl. non alienand. c. Vt super §. Possessiones.*

Alienare non potest immobilia Ecclesiæ administrator Ecclesiæ Cathedralis factus à Papa. *De elect.in 6. c.Is cui.*

Alienans, si enormiter læditur Ecclesia, tenetur ad resarciendum. *De rebus Eccles. non alien. c.ad nostram.* Vide, *alienantium pœnæ.*

Alienans res Ecclesiæ tenetur restituere de proprio, quantum alienauit. 12. *q.2. c.Si quis qualibet. Vt lite pend. c.Eccles. S. Mariæ il 2.* Idem statuitur, *ibid.* de alienante rem litigiosam.

Alienanti res Ecclesiæ quilibet Ecclesiasticus potest contradicere, & si fiat est nulla, & fructus repetuntur. *De rebus Eccl. non alienand. cap. Si quis Presbyterorum.*

Alienans res Ecclesiæ priuandus honore, & gradu. 17. *q.3. cap. Quicumque, cap. Ratio nulla.* Non potest accedere ad altare. 12. *quæst.2. cap. Indignè.* Vide infrà, *ex cap. ambitiosæ.*

Alienans res Ecclesiæ est sacrilegus. 17. *q.3. cap. Omnes.*

Alienans res Ecclesiæ excommunicatur. *De rebus Eccl. non alien. c.Si quis Presbyterorum. Post Concil.Tolet. cap.12. Extra, de reb. eccles.non alien.*

Si alienantes sint Prælati, vel Abbates, interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ, & si per sex menses sic induret, totaliter ab officio sit suspensus, *ib.* Alij verò inferiores quicumque sint, officijs, & dignitatibus *ipso* facto priuati sunt, & beneficijs illis, quorum bona alienarunt, vltra excommunicationem. *extra, de rebus eccles. non alienand. Ambitiosæ.*

Alienans rem dignitatis alienæ non tenetur ad iuramentum factum. *De iureiur. cap. Intellecto.*

Alienans mobilia pretiosa Ecclesiæ, dicitur verè alienans, & subiacet pœnis. *Concil.Mediolan. 1. par.3. tit. de Piorum locorum administr.*

Alienandi, & locandi bonorum Ecclesiæ, facultates vltra triennium reuocantur, & renouantur pœnæ. *Vrbanus 8. const.51. Humanæ.*

Vide, *Ecclesiæ bona.*

Alienatio.

Alienatio bonorum Ecclesiæ est irrita. 12. *q.2. c.Quidquid.*

Alienatio rerum Ecclesiæ sine consensu capituli est nulla. *De his, quæ fiunt à Prælato sine capitulo, c.1. cap. cum Apostolica, & c. Tua nuper. Si* tamen fiat sciente, sed tacente capitulo, est valida, *ibid. cap. continebatur.*

Alienatio facta inscio capitulo, per solam ratificationem capituli roboratur, *ibid. cap. cum nos.*

Alienatio perpetua rerum Ecclesiæ, vacante sede facta, est nulla. *De reb.Eccl.non alien. in 6. c.1.*

Alienatio rerum Ecclesiæ sine consensu Ecclesiasticorum ad quos spectant est nulla. *De rebus Eccl. non alienand. cap. cum Laicis.*

Alienatio rerum quæ sunt de mensa Episcopali est nulla, *ibid. c. Vt super aliqua, & cap. Possessiones.*

Alienationes factæ à Papa schismatico sunt nullæ. *Concil. Later.3. c.2. 12. q.2. c. alienationes.*

Alienatio facta ab Episcopo intruso est nulla, *ibidem, cap. alienationes.*

Alienationes factæ à superioribus regularium sunt nullæ, & ideo cassandæ. *Concil. Sabinense c.13. Extra, de reb. Eccles. non alien. c. ambitiosæ.*

Alienatio bonorum Ecclesiæ à quocumque fiat (modo) sine licentia Papæ est irrita, siue fiat ab Episcopo, siue ab Abbate, Canonico, Beneficiato, Commendatario, Parocho, &c. *Extra de reb.Eccles. non alienand. ambitiosæ.*

Alienationi præfatæ quilibet de Ecclesia potest contradicere, & si fiat, est nulla & fructus repetuntur. *De reb.Eccl. non alien. cap. Si quis Presbyterorum.*

Alienationes rerum, seu terrarum Sedis Apostolicæ factæ per ministros reuocantur. *Ioan.22. constitut.8. Inter cætera. Pius IV. constitut.104. apostolicæ. Pius V. const.35. admonet.*

Alienatio quælibet de rebus Ecclesiæ rescindenda, si absque licentia Papæ, & alijs solemnitatibus, præsertim cum damno Ecclesiæ sit facta. *Paulus 4. constit.2. Iniunctum.*

Alienandi facultas concedi non potest à Pœnitentiario Romæ. *Pius IV. const.53. In sublimi.*

Alienare in statu Ecclesiæ.

Vide, *Ecclesiasticus status.*

Alienationis species.

Alienationum species sunt, donatio, venditio, permutatio, contractus emphyteuticus, perpetuus. *De reb. Eccl. non alienan. c. Nulli liceat.*

Alienationis species, est locare vltra triennium. *Extra, de reb. Eccl. non alienan. ambitiosæ.*

Alienatio fit non solum in rebus immobilibus, sed etiam in mobili-

mobilibus pretiosis. *concil. Mediol.* 1. *p.* 3. *tit. de Piorum locorum administr.*

Alienata.

Alienata siue ab Episcopo, siue ab alio, ad suam Ecclesiam sunt reuocanda. *concil. Aurelian.* 4. *cap.* 9. *Extra, de reb. Eccles. non alienand. Ambitiosa.*

Alienatam Ecclesiæ rem accipiens, excommunicationem incurrit, *ibid. Extra, de rebus Eccles. &c.* & restituere tenetur, *ibid.*

Alienata bona Ecclesiæ, intra triginta annos possunt repeti. *concil. Aurelian.* 3. *cap.* 12.

Post quodlibet tempus possunt repeti, ex *constitut. Vrbani* 8. Vide, *Ecclesia Romana.*

Alienata à Clericis, per Episcopum reuocentur. *concil. Aurelian.* 3. *cap.* 23.

Alienata nolens restituere, excommunicatur. *concil. Aurelian.* 3. *cap.* 12.

Alleluia.

Alleluia est hymnus cantatus ab Angelis. *De consecr. dist.* 1. *cap. Hi duo.*

Alleluia extra tempus Paschale, etiam dicendum. *Gregor. I. lib.* 7. *ex reg. ep.* 64.

Alleluia *in quadragesima* non cantandum. *concil. Tolet.* 4. *cap.* 11.

Alleluia, & Gloria in Excelsis Deo relinquenda à Septuagesima, vsque ad Pascha, & ratio est, quia *in his* temporibus fit memoria de lapsu Adæ. *De consecrat. distinct.* 1. *cap. Hi duo.*

Alleluia non cantandum in ieiunijs quatuor temporum Pentecostes. *concil. Salegunstadiense cap.* 2.

Allegoria.

Allegoricæ doctrinæ explicandæ iuxta expositionem Sanctorum Patrum. *cone. colon.* 2. *par.* 6. *cap.* 24.

B. Aloysius Gonzaga.

B. Aloysij Gonzaga Societatis Iesu Officium, & Missa recitari possunt à Iesuitis. *Gregorius XV. const.* 10. *In sede.*

Altare.

Altare consecrandum est. *De consecr. dist.* 1. *cap.* 1.

Altaris consecratio facienda cum Chrismatis Vnctione, *ibid. cap. Altaria il* 2. *Post epistol.* 2. *Euaristi, concil. Colon.* 2. *p.* 9. *cap.* 12.

Altare per Episcopum consecrari debet. *De consecr. dist.* 1. *cap. Altaria.*

Altare non potest consecrari à Presbytero. *concil. Agathen. cap.* 44. *concil. Bracarense cap.* 32. *dist.* 25. *cap. Perlectis.* 26. *q.* 9. *cap. Ministrare. De consecr. dist.* 1. *cap. Nullus Presbyter. concil. Hispal.* 2. *cap.* 7.

Altare per Episcopum Diœcesanum est consecrandum, vel per alium ex permissu Diœcesani: & si aliter fiat, qui facit degradetur: si Laicus, excommunicetur. *Post epist. Hormisdæ cap.* 10. *de consecr. dist.* 1. *cap. Nullus Presbyter.*

Altare consecratum ab Episcopo alieno non est reconsecrandum. *concil. Aurelian.* 3. *cap.* 15.

Altare consecrandum cum reliquijs Sanctorum. *Gregor. I. lib.* 5. *epist.* 50. *de consecr. dist.* 1. *cap. Placuit*, alias auferenda, *ibid.*

Altare sine reliquijs, non potest esse in vsu. *concil. carthag.* 5. *cap.* 14. *Afric. cap.* 50.

Altaria non possunt consecrari, nisi sint lapidea. *conc. Epaun. cap.* 26. *post epist.* 2. *Euaristi, concil. Coiacense cap.* 3. *de consecr. dist.* 1. *cap. Altaria.*

Altaria, de cuius consecratione dubitatur, est iterum consecrandum. *De consecr. dist.* 1. *cap. Ecclesiæ, vel Altaria.*

Altaria erigi non potest in Ecclesia, sine Episcopi permissu. *De consecr. dist.* 1. *cap. Nullus Presbyter.*

Altare vngendum chrismate, &c. alijs quomodo, & quare. *De sacra Vnctione cap. vnic.* §. *vlt.*

Altaria plura simul consecrari possunt. *De consecrat. Ecclesiæ, vel Altaris, cap. Cum sis.*

Altare remotum à suo loco est reconsecrandum. *De consecrat. Ecclesiæ, vel Altaris cap.* 1. *& cap. Qui in dubijs.*

Altare, cuius lapis, vel solum comminuitur est reconsecrandum. *ibid.*

Altare, in quo schismaticus, vel hæreticus celebrauit, non est reconsecrandum. *De Sacramentis non itenandis cap. A nobis.*

Idem dicendum si in eo celebrarunt degradati. *Honorius III. ex Cirone, de Sacrament. non iter. cap.* 1.

Altaria esse non possunt extra Ecclesiam sub dio. *concil. Mediol.* 1. *part.* 2. *tit. de Eccl. & earum cultu.*

Altaria non possunt à laicis retineri. *Concil. Claramont. cap.* 20.

In Altari, in quo Episcopus celebrauit, ea die nullus celebret. *concil. Antisiodor. cap.* 10.

Altaria non debent ita appropriari, vt in aliquibus non celebrent, nisi nobiles, & non alij. *Honorius III. Ex Cirone, de celebrat. Missarum cap.* 3.

Altaris vestes, & vasa.

Altaria debent esse cooperta linteis mundissimis. *Leo IV. homil. de cura Pastorali. de consecrat. dist.* 1. *cap. consulto. de custodia Eucharistiæ, cap. fin. concil. coiacense cap.* 3. *concil. Later.* 4. *cap.* 19. *concil. Oxoniense* 1. *cap.* 3.

Altaria debent esse decenter ornata. *concil. Mediol.* 1. *par.* 2. *tit. quæ pertinent ad celebrat. Missæ.*

Altaria per Sacristam diebus festis decenter ornanda. *concil. Mediol.* 1. *par.* 2. *de offic. Sacristæ.*

Vide, *Vasa.* Vide, *Vestes.* Vide, *Paramenta.*

Altari inseruiens.

Altari inseruiens vti debet superpelliceo lineo. *concil. Oxoniense* 1. *cap.* 3.

Altari inseruire non potest mulier. *concil. Laodicen. cap.* 44. Vide, *Missa. concil. Aquisgr. sub Ludouico Pio cap.* 82. *concil. Parisiense* 6. *lib.* 1. *cap.* 45. *Zacharias ep.* 7. *cap.* 15. *Gelasius ep.* 9. *De cohabit. clericorum, & mulierum cap.* 1.

Altari inseruire non possunt Epileptici, vel arreptitij. *dist.* 33. *cap. communiter, ex Pio Papa I.*

Altari inseruire non potest clericus, vel sacerdos criminosus. *concil. Trid. sess.* 22. *in decr. de obseruandis, & vitandis in celebrat. Missæ.*

Altaris reuerentia.

Sacerdos celebraturus, in Altari non potest ponere pileum, biretum, sudariolum, chirotecas, &c. neque vllum expectet in altari ad audiendam Missam. *concil. Mediol.* 1. *par.* 2. *tit. quæ pertinent ad celebrationem Missæ.*

Ad altare non debet sacerdos vllus accedere cum baculo. *concil. Romanum sub Zacharia cap.* 13.

In altaris sanctuarium ingredi non possunt Laici. *concil. Bracar. cap.* 31. *Conc. Turonense cap.* 4.

In altari nihil ponendum, nisi capsa cum reliquijs Sanctorum, Euangelium, & Pyxis cum corpore, & sanguine Domini. *Leo IV. homil. de cura Pastorali.*

Altaris pallio mortui non obuoluendi, *Clemen. II. ep.* 5. Pœna facientium quæ sit, *ibid.*

Altaris pallæ (id est opertoria) candelabra, c. si vetusta sunt, igne comburantur. *Clemen. II. ep.* 5. *de consecr. dist.* 1. *cap. Altaris.* Cineres talium combustorum ponendi in loco, ad quem nullus accedit, *ibid. cap. Altaris.*

Altarium vela, pallæ, &c. quomodo abluenda in vase nitido, quod alteri vsui non inseruit. *De consecr. dist.* 1. *cap. Nemo per ignorantiam.*

Vide, *Vestes.* Vide, *Vasa.* Vide, *Sacra.*

Altare viaticum, vel portatile.

Altare viaticum, vel portatile non facile concedendum. *concil. Senonense, in decretis morum cap.* 15.
Altare viaticum, seu portatile, quando conceditur non tenendum in domibus priuatis, *ibid.*
Altari viatico, seu portatili vti possunt Episcopi, vbi non sunt Ecclesiæ, & in eo possunt celebrare, & permittere, vt celebretur ab alijs. *de Priuilegijs in 6. cap. finali.*
Altari viatico, seu portatili, vti posse fratres priuilegiatos, vt Minores, & Prædicatores, cum sunt in itinere, & non adsunt Ecclesiæ, concessum olim est. *de priuilegijs cap. Ih his.*
Altari viatico vti posse, superioribus Ordinis Minorum, & Prædicatorum, vt Generalibus, & Prouincialibus, in itinere, concessit *Clemens IV. const. 6. Virtute §. 6.*
Altari portatili possunt vti Iesuitæ, & derogatur omni prohibitioni etiam Concilij. *Gregor. XIII. const. 57. Vsum.* De licentia tamen Generalis, vel Prouincialis, eius vsus concedendus tempore missionum. *ibid.*

Amadei fratres.

Vide, *Fratres Sancti Francisci dicti Amadei.*
Vniti sunt cum fratribus obseruantibus. *Pius Quintus const. 53. Beatus.* Modus, & forma gubernij eorum, *ibid.*

Amare.

Amare vxorem quasi adulteram, est grauissimum, & pessimum peccatum. 32. *q. 4. cap. Origo quidem.*
Amare vxorem ardentius, quam deceat, est adulterium, *ibidem.*
Amari non dicitur, qui non corripitur. 25. *q. 5. cap. Non putes.*
Vide, *Vxor.*

Ambiens, seu ambitiosus.

Ambiens dignitatem importunè, est repellendus. 1. *q. 6. cap. Sicut qui inuitatus.*
Vide, *Dignitas.*
Ambitiosus non potest fieri Episcopus. 1. *q. 6. c. Nullus itaque per, &c.*
Ambiens officia, vel dignitates cum iurisdictione per pecuniæ dationem, aut promissionem, etiamsi doctoratum, quibus pœnis est puniendus. *Pius V. const. 140. Etsi Romani.* Inter alia degradari debet, priuari honore, & gradu etiam doctoratus; eius bona confiscanda, *ibid.* Mediatores ijsdem pœnis subiacent, *ibid.* Vide, *Simonia.* Vide, *Officia.* Vide, *Dignitates.*

Ambrosiani Fratres.

Vide, *Fratres Sancti Ambrosii.*

Amentes.

Amentibus omnia pietatis officia exhibenda. *concil. Arausic. 1. c. 13.*
Vide, *Hospitale dementium.*

America.

Vide, *Insula.*

Amici.

Amicorum causa, nulli licet peccare. 22. *q. 2. cap. Faciat, cap. Omne genus, cap. Si quis ad te.*

Amuleta, seu phylacteria.

Amuleta, seu phylacteria facientes eijciantur ab Ecclesia. *concil. Laodicenum cap.* 36.

Ananias.

Ananias, & Saphira ex increpatione S. Petri mortui sunt. 23. *q. 8. cap. Petrus.*

Anathema.

Anathema est æternæ mortis damnatio, & per hoc differt ab excommunicatione, quia hæc separat à communione fidelium tantum. *concil. Meldense c. 56. in 3. q. 4. cap. Engeltrudam*, alia differentia datur.
Anathema ferri non potest sine culpa mortali. *concil. Meldense ibid.*
Anathematizatus, neque post mortem potest connumerari inter fideles. *concil. Regiaticinum, c. 12.*
Anathema ferri non debet, nisi cum consilio Episcoporum Prouincialium, & Metropolitani, quia est maximum supplicium. *ibid.*
Vide, *Excommunicatio, &c.*

Anconæ portus.

Vide, *Portus.*

B. Andreas Auellinus.

Andreas Auellinus declaratur Beatus, (ex Congregatione Clericorum Regularium) *Vrbanus 8. const. 42. in fede.*

Andronicus.

Andronicus Græcorum Imperator ob schisma à Papa Clemente V. cum confederatis excommunicatur. *Extra, de sent. excommunic. cap. ad certitudinem.*

Angelus.

Angeli nomen, est officij non naturæ. *Concil. Ephesin. gener. Epist. Cyrilli ad Reginas.*
Angeli non habent substantiam diuinam. *Concil. Bracarense 1. cap. 5.*
Angeli carent carne. *Concil. Ephesin. epist. Cyrilli ad Reginas.*
Angeli sunt incorruptibiles, *ibid.*
Angeli differunt in potestate, & ordine. *epist. Bonif. 2.*
Angeli aliqui sunt superiores, alij inferiores. *Ioannes VIII. epist. 95.*
Angeli fuerunt creati à Deo ab initio temporis. *concil. Later. gener. 4. c. 1. De Trinit. c. 1.*
Angeli fuerunt à Deo creati omnes boni, sed se ipsos fecerunt malos. *De Trinit. cap. 1.*
Angeli duos tantum hymnos cantarunt, scilicet *Alleluia, & Gloria in excelsis Deo. De consecrat. distinct. 1. cap. Hi duo.*
Angelorum nomina, non alia suscipienda, nisi quæ habentur in scriptura; alia enim sunt nomina dæmoniorum. *Concil. Rom. 2. sub Zacharia.*
Angelus malus, qui primus cecidit, fuit de ordine Cherubim, & cunctis præcellens scientia. *De pœnitent. dist. 2. cap. vlt. circa finem.*
Angelicus hymnus *Gloria in excelsis*, dicendus in Missa. *Telesphorus in epist. decret.*

Anglia.

Angliæ Episcopi quas, & à quibus accipere possunt procurationes, seu expensas, dum visitant. *Extra, de censibus. Vas electionis.*
Anglicanum Collegium Romæ erigitur, cum redditibus, & forma gubernij, cum assignatione Protectoris, & iurisdictione istius. *Gregorius 13. constitut. 53. Quoniam.*
Ad ipsum subleuandum, & fouendum hortatur Principes fideles *Sixtus V. constit. 39. Afflictæ.*

Anima.

Anima hominis non est mortalis. *concil. arabicum sub Fabiano Papa. Felix Papa* 1. *epist.*2. *Leo X. constit.*5. *Apostolici*. Contrarium asserens est hæreticus. *Leo X. ibid.*

Animæ hominum non fuerunt omnes creatæ in principio Mundi. *conc. constantinop. gener.*6. *act.*11. *concil. Later.*4. *de Trin. c.*1.

Anima hominis non est substantia Dei, & qui hoc dicit est hæreticus. *concil. Bracarense* 1. *c.*5. *&* 6.

Animam, & carnem per Adamum nasci multi Patres sancti, antiqui dubitarunt, & dixerunt esse rem insolubilem in hac vita. *Gregor.*1. *lib.*7. *ex regest. cap.*54. Sed *concil. Later.*4. *sub Innoc.*3. statuit à Deo creari. sic in *cap.*1. *de Fide, & summa Trinit.*

Anima antequam vniatur corpori, non est creata extra. *concil. Bracar.* 1. *c.*6. & contrarium dicens est hæreticus, *ib.*

Anima vna est in vno homine, & contrarium dicens est anathema. *concil. constantin.*4. *gener.*8. *c.*11.

Anima rationalis, seu intellectiua per se est forma hominis. *concil. Viennens. gener.*15. contrarium est hæresis. *ibidem.* §. *Porrò. clement.*1. *de fide cathol.*

Anima sine lumine gloriæ non est beata. *concil. Vienn. gener.*15. *clem. de hæreticis, cap. ad nostrum.*

Animam resuscitare per gratiam mirabilius est, quam resuscitare mortuos. *De penit. dist.*1. *c.*35.

Animæ populorum creditæ sunt Episcopis. *concil. Triburiense* 1. *c.*32.

Animæ, quæ sunt in Purgatorio, pœnas patiuntur, quas debuerunt in via satisfacere. *concil. Florent. sess. vlt. in literis vnionis.* Vide, *Purgatorium.*

Animæ, quæ sunt in Purgatorio, iuuantur suffragijs fidelium, vt missis, orationibus, eleemosynis, & alijs, quæ fieri solent pro eis per Ecclesiam, *ibid.*

Animæ post purgatorium in cœlum ascendunt, *ibid.*

Animæ, quæ sine peccato post baptismum separantur à corpore, in cœlo recipiuntur. Sic etiam animæ, quæ pœnas condignas pro peccatis soluerunt, siue in corpore, siue in purgatorio. *concil. Florent. sess. vlt. in literis vnionis.*

Animæ in cœlo vident Deum sicuti est, *ibid.*

Animæ, quæ cum mortali peccato decedunt, in infernum descendunt, *ibid.*

Animæ damnatæ in inferno dispares pœnas patiuntur, *ibid.*

Anima rationalis hominis est forma per se hominis, est immortalis, infunditur & multiplicatur ad multiplicationem corporum. *concil. Later.* 5. *sess.*8. contrarium dicens est hæreticus.

Animæ quæ sunt in Purgatorio, sunt securæ de sua salute. *Leo X. in Bulla contra Lutherum.*

Animæ existentes in Purgatorio, non sunt in statu merendi, *ib.*

Animæ Purgatorij quærentes requiem, & horrentes pœnas non peccant, *ibid.*

Animæ purgatorij liberatæ à pœnis per suffragia fidelium, dum in cœlum recipiuntur, non minus beantur, quam si per se ipsas satisfecissent pro illis pœnis. *Leo X. in Bulla contra Lutherum.*

Anima non est vna in omnibus hominibus, sed in quolibet est propria. *Leo X. constitut.* 5. *Apostolici.* Contrarium dicens est hæreticus, *ibid.*

Animæ Beatorum. Vide, *Beati.*

Animæ sine peccato decedentes, & purgatæ à pœnis, vident Deum antequam corpori vniantur. *Benedictus* 12. *constit.*4. *Benedictus.*

Anima separata quid cognoscit, & quid non. Vide, *Defunctorum anima.*

Animæ in Purgatorio iuuantur sacrificio Missæ. *concil. Trident. sess.*25. *in decr. de Purgatorio.*

Vide, *anima.* Vide, *Homo.*

Animalia.

Animalium omnis generis carnes, comedi possunt. *Nicol.*1. *ad consulta Bulgarorum c.*1.

Animal, ad quod accessit mulier per coitum occidatur ob facti memoriam. 15. *q.*1. *c. Mulier.*

Annalia, & annatæ.

Annalia beneficij vacantis obtinens, ad quid tenetur erga beneficiatum, & fructus annales, vt possit beneficiatus viuere. *Extrau. Ioan.*22. *de elect. cap. Suspecti.*

Annatas exigens, si non potuit eas habere, quomodo potest conuenire cum successore, mortuo beneficiato.

Vide, *Beneficia.*

Annatæ camerę Apostolicę.

Vide, *camera Apostolica.*

S. Annæ.

S. Annæ festum sub præcepto celebrandum statuit *Gregorius* 13. *const.*87. *Sancta Mater, & Greg.*15. *const.*24. *Honor laudis.*

Annona.

Annonæ promouendæ modus stabilitus Romæ per applicationem trium miriadum pecuniæ conseruatæ in Arce Sancti Angeli. *Sixtus V. const.*78. *abundantes.*

Annonæ Præfecti in Vrbe Roma, & statu Ecclesiastico, quam iurisdictionem habent, & ad quid tenentur. *Gregor.*13. *constit.*35. *inter cæteras, per multos* §§.

Annunciatio B. Mariæ.

Annunciationis B. Mariæ festum olim die octauo ante Natiuitatem Domini celebrabatur. *concil. Tolet.* 10. *c.*1.

Die 25. Martij ab omnibus esse celebrandum statuit *Eugen.*4. *in decret. Vnionis armænorum.* §. 8. *cum.*

Antecessor.

Antecessor nullum præiudicium generare potest successori. *de elect. cap. innotuit.*

Antiochia.

Antiochena Ecclesia à Romana accepit ritus, & statuta. *Innoc.*1. *ep.*14.

Antiochena sedes cedit, & inferior est Romana, quia licet in illa cæperit Petrus suum munus, consummauit tamen Romæ. *Innoc.*1. *ep.*18.

Antiochena sedes est tertia à Romana, estque filia Romanæ. *Leo* 9. *ep.*5.

Antiochenus Patriarcha non subditur Constantinopolitano. *Leo* 9. *ep.*6. *&* 7.

S. Antonius.

S. Antonius Patauinus canonizatur ann. 1232. *Greg.*9. *const.* 4. *cum dicat.*

S. Antonij Patauini officium sub ritu duplici celebrandum concessit. *Sixtus V. const.*18. *immensa.*

S. Antonij Viennensis fratres. Vide, *Fratres S. Antonij.*

S. Antoninus.

S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus canonizatur ab *Adriano* 6. *Sed Bulla fit à Clemente* 7. *Quia ille mortuus est. const. Excelsus.*

Annus Sanctus.

Anni Sancti Iubilæum pro quolibet centesimo fuit institutum *à Bonifac.*8. *Extra, de pœnitentijs, &c. cap. Antiquorum*, quod est *constit.*7. *huius Papæ*. Incipit semper à Vigilia Natiuitatis Domini. In hoc tempore fideles, qui veniunt Romam consequuntur plenissimam indulgentiam pœnarum, si faciunt opera sibi præscripta à Papa. Sic etiam habitatores Romæ. *ibid.*

Item, qui aggrediuntur iter versus Romam si per viam impediun-

pediuntur, ne possint peruenire, si pœnitentes sunt consequuntur indulgentiam. *Extra, de pœnitentijs, & cap. Vnigenitus.*

Anni Sancti Iubilæum reducitur ad tempus quinquaginta annorum, vt scilicet quolibet quinquagesimo celebretur *à Clemente VI. Extra, de pœnitentijs, & remiss. c. Vnigenitus*, & Indulgentiæ, ac modi consequendi eadem sunt.

Anni Sancti tempus *à Sixto IV.* reducitur ad annos 25. vt scilicet quolibet vigesimo quinto anno celebretur. *Extra, de pœnitentijs, & remissionibus, c. Quemadmodum.*

Anni Sancti tempore in omnibus mundi partibus suspensæ sunt omnes Indulgentiæ Plenariæ, & potestates ad instar Iubilæi, & solum Romæ sunt, *ibid. cap. Quemadmodum, & Vrban. VIII. const. 16. Omnes gentes, in addit.*

Anni Sancti tempore conceditur Iubilæum pro ijs, qui non possunt Romam accedere, vt sunt moniales, carcerati, infirmi, &c. *Vrban. VIII. const. 16. Omnes gentes, in addit. 2.*

Anni Reformatio.

Anni Reformatio facta est *à Gregor. XIII. const. 74. inter graviſſimas*. Et obseruari cepit ab anno 1582.

Anniuersarium.

Anniuersaria pro defunctis celebrari possunt, sed pro eis non sunt facienda pacta à Clericis, sed accipi potest, quod datur pro eleemosyna; aliter facientes per Episcopum puniantur. *concil. Mediol. 1. p. 2. tit. de funere, &c.*

Anniuersarium quolibet anno celebrandum est pro Episcopo defuncto, & quomodo. *concil. Rauennaten. 2. sub Clemente V. cap. 3.*

Dum celebratur anniuersarium Episcopi defuncti, Episcopus sedens ea die tenetur alere duodecim pauperes, *ibid.*

Anniuersarium pro Episcopo defuncto celebrari curet omnis Episcopus sedens, omni anno toto tempore suæ vitæ, & hoc sumptibus suæ mensæ. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de funere, &c.*

Anniuersarium vnum quolibet anno pro omnibus defunctis celebrari curabunt Episcopi, & pauperes ea die alere tenentur. *Concil. Rauennat. 2. c 4. sub Clem. 5.*

Antequam.

Hæc dictio *antequam* non semper ponit factum. *De verbor. signif. cap. Quod dicitur.*

Antichristus.

Antichristi aduentus determinatè non potest prædici, sub pena excommunicationis latæ sententiæ reseruatæ Papæ. *concil. Later. 5. const. 1. sess. 11.*

Vide, *Futura.*

Antiphonarium.

Antiphonarium debet teneri in vnaquaque Ecclesia. *Leo 4. Hom. de cura Pastorali.*

Antistes.

Antistes Episcopus dicitur, eò quod ante omnes stat. *dist. 21. cap. cleros.*

Vide, *Episcopus.*

Anulus.

Anulus datur sponsæ à sponso in arrham fidei matrimonialis. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgarorum c. 3.*

Anulos portare non possunt clerici, nisi ratione dignitatis eis competat. *concil. Later. 4. cap. 12. de vita, & honest. cleric. cap. clerici officia.*

Anulum aureum vnum tantum portare potest Monialis, consecrata. *concil. Oxonien. 1. c. 31.*

Aperiens.

Aperiens sigilla causæ actæ à delegato, non potest postea audiri contra illam. *De verbor. signif. cap. cum olim il 2.*

Apis.

Apis erat Ægypti vitulus, in cuius similitudinem vnum confecerunt Iudæi in deserto, & adorauerunt, *lib. 6. constitut. Apost. c. 20.*

Apocalypsis.

Apocalypsis liber inter canonicos connumerandus. *concil. Toletan. 4. cap. 10. Gelasius in concil. Rom. Prouinc. concil. Trident. sess. 4. in decret. de canonicis scripturis, dist. 15. cap. Sancta Romana.*

Apocriphus.

Apocriphi libri, qui sint. *dist. 15. c. Sancta Romana.*

Apostata à fide.

Apostata durans in apostasia per multum tempus, si reuertitur ad catholicam fidem, post decem annos pœnitentiæ recipiendus est in communionem. *concil. Elibert. c. 46.*

Apostata, nec in fine recipiendus in communionem, nisi agat pœnitentiam. *concil. Arelat. 1. c. 23.*

Apostata à fide non se repræsentans Ecclesiæ, si in infirmitate petat communicare cum Ecclesia, ei non detur, nisi probetur eius fides, & fructum pœnitentiæ faciat. *Post concil. Elibert.*

Apostata, dum redit ad fidem, vsque ad finem pœnitentiam debet facere, & in fine est reconciliandus. *Siric. ep. 1. c. 3.*

Apostata à fide rescindatur ab Ecclesia. *Siricius ibid.*

Apostata à fide non potest fieri clericus. *dist. 50. cap. Hi qui.*

De Apostasia infamatus, tenetur se purgare. *de Apostatis cap. Tua fraternitatis.*

Apostata à fide nullum potest accusare. *3. q. 4. cap. Beatus, cap. Si quis.*

Apostata à fide per censuras, & brachium seculare coercendus. *Honorius 3. ex Cirone de Apost. c. 1. & 2.*

Apostata à fide faciens pactum cum diabolo, &c.

Vide, *Pactum.* Vide, *Hæretici.*

Apostata à clericatu.

Apostata à clericatu, nullum potest accusare. *3. q. 4. c. Beatus, cap. Si quis.* Perdit forum. *De Apostatis c. 1.*

Apostata à clericatu carcerandus. *De Apostatis c. Anobis.*

Apostata à clericatu, si incedit vt Laicus, non gaudet priuilegio fori. *De Apostatis, &c. c. 1.* Compellendus est, vt habitum clericalem reassumat, *ibid. cap. Anobis.*

Apostata à clericatu, quomodo tractandus. *concil. Later. 3. in append. tit. de Depositione, c. 16.*

Apostata ab ordine regulari.

Apostatæ à Religione diligenter inquirendi, ad Monasterium reducendi, & sub disciplina cum pœnitentia salutari tenendi. *Concil. Colon. 3. tit. Censuræ, & decreta c. 6.*

Apostata à Religione fieri non potest clericus, & si secularem habitum assumit, alienus sit ab Ecclesia. *concil. Arelat. 2. cap. 25.* Perdit forum. *de Apostatis c. 1.*

Apostata à Religione, si accipit ordinem sacrum, indiget dispensatione Papæ. *De Apostatis, &c. cap. finali. Honor. 3. ex Cirone de Apost. cap. 3.*

Apostatæ à Religione non possunt absolui à Summo Pœnitentiario, nisi ad Claustrum redeant, vel ad alium ordinem arctiorem, vel æquè arctum transeant. *Pius 4. const. 53. in sublimi.* Vide, *Regulares Apostatæ.*

Apostatæ à Religione non possunt admitti ad Parochias, vel alia beneficia, & admissi reijciendi. *concil. Rauennat. 2. cap. 21. sub Clem. V.*

Apo-

Apostata à Religione absoluitur à Superiori Religionis. Vide, *Regul. casus*.

Apostolus.

Apostolus idem est, ac latinè missus. *Concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio cap. 9.*

Apostoli omnes à Christo ordinati sunt Sacerdotes, & Episcopi, *lib. 8. const. Apost. cap. vlt. Concil. Trident. sess. 22. cap. 1. & can. 2.*

Apostoli ordinati sunt sacerdotes per illa verba, *Hoc facite in meam commemorationem, Concil. Trid. vbi supra.*

Apostolis præcepit Christus, vt offerrent sacrificium missæ. *Concil. Trid. sess. 22. cap. 1. & can. 2.*

Apostoli, licet omnes fuerint pares in electione, vnus tamen eis præfuit, scilicet S. Petrus, qui cæteris præeminebat, & eorum interrogationes, & causas disponebat. *Melchiades in epist. decret.*

Apostolis, licet parem potestatem haberent Petrum habuerunt superiorem. *Anacletus epist. 2. & 3. Nicolaus I. in append. ep. 4. Iulius I. epist. 1. distinct. 21. cap. In nouo, dist. 22. cap. Sacrosancta, 24. q. 1. cap. Loquitur.*

Apostolis superior erat Sanctus Petrus. *Clemens I. ep. 1. cap. 4.*

Apostoli omnes fuerunt baptizati baptismo Christi. *De consecr. dist. 4. cap. Quando ab Hierosolymis, & cap. Si vos.*

Apostoli, Doctores totius Orbis sunt. *Concil. Ephesin. epist. Cirilli ad Nestorium.*

Apostolis omnibus fuit collata potestas prædicandi Euangelium, & fidem, sed Sancto Petro specialiter, & principaliter. *De elect. in 6. cap. Fundamenta.*

Apostoli, iussu Christi prædicauerunt Euangelium in toto Mundo. *dist. 21. cap. In nouo. dist. 22. cap. Sacrosancta.*

Apostoli ante aduentum Spiritus sancti, deterrebantur vsque ad negationem: sed post aduentum eius armati sunt vsque ad contemptum mortis. *Melchiades in epist. decretali.*

Apostoli cum Christo habuerunt vsum, & dominium aliquorum mobilium, & affirmare contrarium, est hæreticum. *Extra, Ioannis XXII. de verborum significo. cap. cum inter. Si habuerunt præceptum paupertatis.*

Vide, *Paupertas*.

Apostoli cum Christo multa habuerunt, de quibus poterant disponere. *Extra, Ioannis XXII. de verbor. signific. cap. Quia quorumdam.*

Apostolorum præceptum de pecunia non habenda, non fuit rigorosum. *Extra, Ioannis XXII. de verbor. signific. cap. Quia quorumdam.* Vide, *Paupertas*.

Apostoli in Iudæa noluerunt habere bona stabilia, quia fides in gentibus debebat dilatari. 12. q. 1. *cap. Futuram.*

Apostoli condelectabantur de laudibus doctrinæ suæ, ex charitate seminandæ veritatis. *32. q. 4. cap. Obijciuntur.*

Apostolis in Ecclesia succedunt Episcopi, & eorum locum tenent. *dist. 22. cap. Sacrosancta, dist. 68. cap. Quorum vices. Anacletus ep. 2. & 3.* Vide, *Episcopi dignitas*.

Apostolorum canones recipiendi, & tenendi. *Zephirinus in epist. decr. dist. 16. cap. Sexaginta, cap. clementis, & cap. Placuit*, Imo in hoc omnes 85. recipiuntur.

Apostolorum traditiones non possunt in dubium reuocari. *concil. Ephes. in epist. ad Nestorium*, Ab omnibus obseruandæ. *Marcellus I. epist. 1.* Apostolorum Canones. Vide, *canones*.

Apostolorum literas contemnens est hæreticus. *24. q. 3. cap. Quid autem.*

Apostolorum vigiliæ.

Apostolorum vigiliæ ieiunandæ, excepta vigilia Sanctorum Philippi, & Iacobi ob tempus Paschale. *De obseruat. ieiunior. cap. consilium.*

Apostoli, id est, literæ missoriæ.

Apostoli sunt literæ per quas iudex ad quem, seu appellationis instruitur de causa. *De appellat. in 6. cap. Vt super.*

Apostoli dari debent omni appellanti, *ibid.* Nisi dentur Apostoli appellanti, nullus est processus, quem prosequitur iudex à quo, *ibid.*

Apostoli intra 30. dies petendi ab appellante, alias renunciare censetur appellationi. *De appellat. in 6. cap. Ab eo.*

Vide, *De appellat. per totum*, quando dandi, & quomodo, *ibid.*

Apostolicus.

Apostolicæ regulæ sunt obseruandæ. *clemens I. epist. 5. dist. 11. cap. Hoc vestra, dist. 12. cap. Præceptis. 25. q. 2. cap. Institutionis, & cap. Amputato.*

Apostolicas literas contemnens est hæreticus. *24. q. 3. cap. Quid autem.*

Apostolica sedes.

Apostolicæ sedis decreta non violanda, sed obseruanda. *25. q. 2. cap. Amputato.*

Vide, *Papa*. Vide, *Romana Ecclesia*.

Apostolica sedes soluit damnatos & excommunicatos ab alijs. *9. q. 3. cap. Fuit semper, & cap. Antiquis. 10. q. 2. cap. Si quis Episcopus, & cap. Patet profectò.*

Apostolicæ sedis literæ, seu concessiones, ex falsitate latinitatis censendæ sunt falsæ. *De rescript. c. Ad audientiam.*

Apostolicæ sedis constitutio omnes obligat. *De constitutionibus cap. vlt.*

Apostolicæ sedis causæ committendæ sunt personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, vel Canonicis Ecclesiæ Cathedralis. *De rescrip. in 6. cap. Statutum.*

Apostolicæ sedis causæ commissæ iudicandæ sunt in ciuitate, vel loco, vbi haberi potest copia peritorum, *ibidem cap. Statutum.*

Apostolicæ sedis literæ super causas, & lites, impetrari non possunt sine mandato Domini, alias sunt nullæ. *De rescrip. cap. Nonnulli §. sunt & alij.*

Apostolicæ sedis rescripto abutens priuatur gratia. *De rescrip. cap. Quia nonnulli.*

Apostolicæ sedis literæ à residente in curia recipiendæ non sunt, nisi de manu Papæ, vel officialium eius. *De crimine falsi, cap. Dura sæpè.*

Apostolicarum literarum virtute, quis non potest trahi extra Diœcesim, vltra duas dietas, nisi partes conueniant. *De rescrip. cap. Nonnulli.*

Apostolicæ sedis literas falsificans. Vide, *Falsificans*.

Apostolicæ sedis potestas, decreta, literæ, &c. Vide, *Papa*. Vide, *Romana Ecclesia*. Vide, *Sedes*.

Apostolicæ sedis scripturæ, & literæ, seu concessiones manuscriptæ, siue typis editæ, etiam antiquissimæ, quando faciunt fidem. Vide, *Scripturæ*. Vide, *Sedes Apostolica*.

Apparentiæ.

Apparentiæ illorum, qui videntur volare, equitare per longum iter, cum diaboli auxilio, & alia similia sunt illusiones. *concil. Ancir. cap. 1.*

Appellare quis potest.

Appellare potest quicumque iudicatus si se tenet grauatum. *S. Fabianus ep. 3.*

Appellare timens excusatur, & pro appellante habetur. *De appellat. & recusat. cap. final.*

Appellare potest accusatus si habet iudicem suspectum. *Eleutherius in ep. decret.*

Appellare potest etiam sententiatus ad mortem. *Adrianus I. cap. 37. 2. q. 6. cap. Liceat.*

Appellare quis potest à iudice non dante copiam instrumenti, vel scripturam partis in qua fundatur intentio facti principalis. *De fide instrum. cap. G. Perpetuus.*

Appellare quis potest in causa vitiata. *2. q. 6. cap. Liceat, cap. Appellation, cap. Non ita.*

Appellare potest mater in sententia filij. *2. quæst. 6. cap. Non solent.*

Appellare quis potest, si sibi non assignetur locus tutus pro aliquo faciendo, vt iudici obediat, etiamsi in commissione adsit clausula (appellatione remota.) *De appell. c. Ex parte tua.*

Appel-

Appellare potest tutor, si conueniatur ratione pupilli. *De appellat. cap. Ex parte.*

Appellare potest etiam excommunicatus. *De except. cap. cum inter, cap. Significauerunt.* Et etiamsi non fecit mentionem de excommunicatione potest vti rescripto appellationis. *De except. cap. final.*

Excommunicatus appellans. Vide, *Appellans de sent. excommunic.*

Appellare potest reus, quando excipiens, quod Procurator actoris non habet mandatum, non auditur. *de appellat. & recusat. cap. significauit.*

Appellare potest reus, quando excipiens, se esse conuentum per alias literas, de quibus non fit mentio in secundis, & tamen non auditur, *ibid.*

Appellare potest reus, si petens declarari rem petitam in libello, non auditur. *de appell. & recusat. cap. Significantibus.*

Appellare aliquis potest, si proceditur lite non contestata. *ibid. cap. cum causam.*

Appellare aliquis potest etiam extra iudicium in causa electionis. *de appellat. & recusat. in 6. cap. concertationi.*

Appellare aliquis potest, si iudex extra litem contestatam aliquid mouet, vel innouat, aut diem præuenit absque causa. *de appellat. & recusat. cap. Significante Aurelia.*

Appellare aliquis potest etiam in crimine adulterij, nisi sit notorium. *De appellat. & recusat. cap. Peruenit, & cap. consuluit.*

Appellare quis potest de iniuria accusatus ex percussione clerici, nisi sit notoria, *ibidem cap. consuluit, & cap. Suggestum.*

Appellare potest à sententia, ne dum reus victus, sed quilibet, cuius interest. *De sent. & re iudic. cap. cum super controuersia.*

Appellare aliquis potest etiam pro minoribus causis. *de appellat. & recusat. cap. de appellat. concil. Lateran. 3. de appellat. cap. 10.*

Appellare quis potest ab executore, quando hic excedit modum, *ibid. cap. Nouit ille.*

Appellare aliquis potest à iudicibus communi consensu electis, quando sunt pauciores, quam sit constitutum. *2. q. 6. cap. Sanè.*

Appellare possunt solum illi, qui habent interesse in causa, & non alij. *2. q. 6. cap. Non solent.*

Appellare potest, qui prius appellauit ab aliquo iudice, & redijt ad illum, si denuo grauatur. *de appellat. & recusat. cap. Directa nobis.*

Appellare quis potest ab ordinario, etiam in delicto commisso post primam appellationem, allegando illum suspectum, nisi delictum sit notorium, *ibid. c. Proposuit, conc. Later. 3. in append. De appell. cap. 15.*

Appellans ab arbitris viris, tenetur ad Papam appellare. *De offic. iudicis deleg. cap. Ab arbitris.*

Appellare dicitur, qui iter arripit ad superiorem, alijs seruatis. *de appellat. & recusat. cap. Dilecti filij.*

Appellatio facta coram maiore parte Iudicum, tenet. *Clem. de appellat. & recusat. cap. 1.*

Appellare censetur, qui desistens id facere ex timore, si voluit intra tempus appellationis coram bonis viris id dixit, & causam appellationis expressit non potens adire iudicem. *de appellat. & recusat. cap. final.*

Appellare quilibet potest à iudice inimico, vel suspecto etiam ab Episcopo, *ibid. cap. 27.*

Appellare quando quis potest.

Appellare quis potest post biduum, vel triduum à die latæ sententiæ, dummodo sententiatus habeat copiam sententiæ, quod si reus procurat, & non potest habere copiam sententiæ, nihil ei nocet si non appellat. *2. q. 7. cap. Biduum.*

Appellare tenetur quis intra decem dies post latam sententiam. *2. quæst. 6. cap. Propter. cap. Anteriorum.*

Appellans potest prosequi post annum, & intra biennium. *de appellat. &c. cap. cum sit, & cap. Oblatæ, concil. Lateran. 3. in append. de appellat. cap. 5.*

Appellans, etiam lapso biennio potest prosequi, si fuit impeditus prosequi antea. *De appellat. & recus. cap. Ex ratione.*

Appellare quis potest ante finem causæ. *2. q. 6. cap. Non ita, cap. Si quis iudicem.*

Appellari potest ante, & post sententiam. *de appellat. & recusat. cap. Super eo il 2. concil. Later. 3. in append. de appell. cap. 6. 12. 16. & 17.*

Appellare quis potest ante datam sententiam. *2. q. 6. cap. Si quis iudicem.*

Appellare quis potest intra decem dies à die sententiæ. *2. q. 6. cap. Anteriorum, & cap. Propter. De sent. & re iud. cap. 1.*

Appellans potest audiri post annum, si procurator super appellatione ad impetrandum excessit mandatum, *ibid. cap. Significante Aurelia.*

Appellare quis potest etiam negotio integro si iudex sit suspectus. *Adrianus I. cap. 32. & 34.*

Appellare censetur, qui iter arripit ad superiorem alijs seruatis. *de appell. & recus. cap. Dilecti filij.*

Appellari aliquando potest post sententiam confirmatam à Principe. *2. q. 6. cap. Biduum.*

Appellatio quæ non valet.

Appellatio generalis, & vaga de omni grauamine sine expressione alicuius in particulari non valet. *concil. Later. 3. in append. de appell. cap. 2. de appellat. & recusat. cap. Inter cetera, & cap. consuluit il 2.* Sed generalis in eadem causa tenet. *ibid. consuluit il 2.*

Appellatio facta ad quem non spectat non valet. *de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, cap. Ex ore.* Nec impedit talis appellatio. *ibid.*

Appellatio à correctione iusta superioris, dummodo modus non excedatur, non valet. *de appellat. & recusat. cap. Ad nostram. Pius IV. const. 10. de salute.*

Appellatio subditi ante sententiam in causa correctionis non valet. *concil. Londin. 1. cap. 7.*

Appellare non potest subditus religiosus contra disciplinam regularem. *ibid. cap. Reprehensibilis, & cap. Quia nos. concil. Lateran. 3. in append. de appellation. cap. 4. & 6.*

Appellare non potest Religiosus contra constitutiones regulares. *De appell. & recusat. cap. Quia nos. concil. Trid. sess. 22. de reformat. cap. 1. & sess. 24. de reform. cap. 10. Pius IV. const. 10. De salute §. 6.*

Appellatio friuola non excusat inferiores, quin obediant superioribus. *De appellat. & recusat. cap. cum parati.*

Appellatio à iudice exequente iurisdictionem, non valet. *ibid. cap. consuluit il 3.*

Appellatio non valet, neque in Ecclesiasticis si causa fuit commissa, appellatione remota. *concil. Lateran. 3. in append. de appellat. cap. 12. & 16. Si* vero delegatus sit suspectus, vel consanguineus partis, valet. *ibid. cap. 18.*

Appellatio in causa concubinatus dimissa vxore non, recipitur. *Concil. Later. 3. in append. de appellat. cap. 20.* Vide, *coniuges quo ad multa.*

Vide, infra. *Appellatio quando non admittenda.*

Appellatio contra electum confirmatum, non valet, sed solum accusatio. *de appellat. & recusat. cap. Constitutis.*

Appellari non potest ab executore, nisi modum excedat. *De appellat. & recusat. cap. Nouit ille.*

Appellatio à iudice electo de communi consensu partium, non tenet. *2. q. 6. cap. A iudicibus. cap. Sanè.* Si tamen iudices sint pauciores, quam fuerit constitutum potest appellari ab eis. *ibid. cap. Sanè. concil. Carthag. 3. cap. 10. concil. Afric. cap. 63. & 89. Hispal. 1. cap. 15.*

Appellatio ab eo ad quem fuerat appellatum, non tenet. *2. q. 6. cap. Si autem.*

Appellatio ab ordinario, in delicto commisso post primam appellationem, si delictum sit notorium, non tenet. *de appellat. & recusat. cap. Proposuit.*

Appellatione facta de grauamine, si iudex reuocat grauamen, non potest appellans prosequi, nisi alia adsit causa appellandi. *ibidem cap. Cum cessante.*

Appellare quis non potest tertio ab eadem sententia. *ibid. cap. Sua nobis.*

Appellatio in notorijs non admittitur. *ibi, cap. Cum speciali, §. Porrò, & cap. Cum sit Romana §. Præterea.*

Appellatio ab officiali Episcopi ad Episcopum, non valet. *de consuetud. cap. Non putamus. & de appellat. in 6. cap. Romana.*

Appellatio catholici ad Principem alterius fidei, est nulla, & appellans est excommunicatus. *2. q. 6. cap. Catholicus.*

Appellatio ab eodem ad eumdem est nulla. *de consuetud. in 6. cap. Non putamus.*

Appellatio ante litis ingressum non est vera appellatio. *De appel. & recusat. cap. Cum sit Romana.*

Appellatio à iudice ciuili non subdito Papæ ad Papam, non valet, licet ex consuetudine teneat. *ibid. c. Si duobus §. Decipere. Concil. Later. 3. de appellat. cap. 2.*

Vide, *Appellatio non admittenda.*

Appellans ad quid tenetur.

Appellans ante sententiam, tenetur exprimere causam iudici à quo. *De appellat. & recusat. cap. Vt debitus.*

Appellans tenetur petere Apostolos, alias nulla est appellatio. *de appellat. in 6. cap. 1.*

Si intra 30. dies non petit Apostolos censetur renunciare appellationi. *ibid. cap. Ab eo.*

Appellans vno contextu petit Apostolos. *Clement. de appellat. cap. Quamuis.*

Appellans tenetur in scriptis appellare, alias nulliter facit. *de appellat. in 6. cap. 1.*

Appellans tenetur prosequi intra annum, & biennium. *de appellat. & recusat. c. Cum sit. Si* non prosequitur intra terminum, priori iudicio stare debet. *ibid. cap. Personas, & cap. Cum sit. concil. Later. 3. in append. de appell. cap. 10. & 14.* Potest etiam audiri, & prosequi vltra biennium, si fuit impeditus in dicto termino. *ibid. cap. Ex ratione.*

Appellans præfigens terminum, condemnandus in expensis, si non prosequitur. *de appellat. & recusat. cap. Nicolao. concil. Later. 4. cap. 35.*

Appellans tenetur docere, quod per exceptionem non admissam appellauit. *ibid. cap. Dilecto filio.*

Appellans de electo, vel electione Episcopi, &c. à die appellationis intra mensem tenetur arripere iter ad Papam. *de elect. &c. cap. Statuimus.*

Appellans tenetur probare, alias condemnandus in expensis, &c. *ibid.*

Appellans contra electionem, vel formam eligendi iurare tenetur se probaturum, & tenere, quod sint vera ea, quæ dicit. *de elect. &c. cap. Vt circa.*

Appellans tenetur exprimere ea super quibus appellat, alias non auditur in non expressis. *de elect. cap. Vt circa.*

Appellans tenetur iurare de calumnia, & veritate. *de iuram. calumnia in 6. cap. In appellationis causa.*

Appellans tenetur per se, vel per procuratorem comparere. *De appellat. in 6. cap. 1.* alias tenetur ad expensas. *ibid.*

Appellans ante sententiam, stare cogitur iudicio eius ad quem appellauit. *De appellat. & recusat. c. cum sit Romana.*

Appellans ob exceptionem datam, & non admissam, tenetur exprimere, quænam fuit exceptio. *ibid. cap. Dilecto filio.*

Appellans in causa electionis, si facit id extraiudicialiter, tenetur ad Constitutionem *Vt circa.* Si iudicialiter, potest procedere secundum antiqua iura. *de elect. in 6. cap. constitutio.*

Appellans post promissionem de stando mandato Ecclesiæ, compelli potest, vt prosequatur, vel stet iudicio. *concil. Later. 3. part. 50. cap. 53.*

Appellans, si deficit in probatione, nisi ex probabilitate causæ excusetur à calumnia, priuatur beneficio per triennium: & si in eo se ingerit, priuatur perpetuo; sed tenetur ad expensas partis. *concil. Gener. Lugdun. 1. de elect. in 6. cap. 1.*

Appellans, siue ad Metropolit. siue Nuncium, siue Legatum, siue Papam, tenetur seruare formam Constitutionis Innocentij IV. *Romana*, non obstante alia consuetudine. *concil. Trident. sess. 22. de reformatione cap. 5.*

Appellans tenetur suis expensis deferre acta ad iudicem ad quem. *concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 20.*

Appellans tenetur ad medietatem expensarum vbi est consuetudo; vbi vero non, tenetur ad omnes expensas. *concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 20.*

Appellans intra 30. dies tenetur acta habere à iudice à quo: & si non dentur, lis finiri potest sine illis. *concil. Trid. sess. 13. de reform. cap. 3.*

Appellans iniustè, est puniendus. *2. quæst. 6. cap. Omninò.*

Appellans, an possit iudicari à iudice à quo.

Appellans si intra terminum non prosequitur stare tenetur iudicio primi iudicis. *de appellat. & recusat. cap. Personas, & cap. cum sit. de appell. in 6. cap. 1.*

Appellatione facta iudex à quo supersedere debet in causa *ibid. cap. Super eo.*

Appellatione facta, si appellans negligit prosequi, iudex à quo reassumit causam. *ibid. cap. Quia nos. concil. Later. 3. in append. de appellat. cap. 5.*

Appellans si recedit, iudicari potest, absque citatione, & processus est validus. *De offic. Iud. deleg. cap. fin.*

Appellans sine causa rationabili, remittendus ad iudicem, à quo, & ab eo iudicandus. *concil. Later. 4. cap. 35.*

Appellatione facta ab interlocutoria, vel comminatoria, in causa principali iudicatur à iudice à quo. *ibid. cap. 36.*

Appellans à iudice, potest ab eodem conueniri in alia causa. *De appellat. & recusat. cap. Ad hæc.*

Appellans ab ordinario, si sub eo postea delinquit in alio, potest ab illo iudicari, & puniri. *de appellat. &c. cap. Constitutis.* Sed potest appellans eum etiam recusare, nisi crimen sit notorium. *ibid. cap. Proposuit.*

Appellans si turbatur in possessione à parte, potest ab ipsomet iudice à quo audiri, & iudicari. *ibid. c. cum teneamur.*

Appellans, & non prosequens, à iudice à quo iudicatur, & si iterum grauatur, iterum appellare potest. *de appellat. & recusat. cap. Directa. de appellat. in 6. cap. 1.*

Appellans cogi potest à iudice à quo, vt prosequatur, alias ab eodem iudicatur. *ibid. cap. Ad hæc il 3. & cap. Ad aures nostras.*

Appellans de grauamine, non potest amplius citari à iudice à quo, nisi ad audiendam reuocationem grauaminis. *De appellat. & recusat. in 6. cap. Si à iudice.* Quod si citatus non comparet, potest iudex à quo prosequi in causa, & finire. *ibid.*

Appellans, si non fuit commissa causa appellationis, potest obtinere, vt remittatur ei à quo appellauit, etiam contradicente parte. *de appellat. & recus. cap. interposita, §. ille.*

Appellans deficiens in probatione, remittendus ad iudicem à quo. *concil. Lateran. 4. cap. 48.*

Appellatio à subdelegato.

Appellari potest à iudice subdelegato, cum iurisdictione. *de offic. Iud. deleg. cap. Super quæstione. §. Verum.*

Appellari quando potest, & quando non, à subdelegato ad subdelegantem. *ibid. §. Verum., & §. Porrò.*

Appellari quando potest à subdelegato ad delegatum. *de offic. Iudic. delegat. in 6. cap. Si à subdelegato, & cap. Et si delegatus.*

Appellari non potest à subdelegato ad delegatum excommunicatum, sed tunc appellandum ad Papam. *ibid. cap. Si is, cui, &c.*

Appellatione facta à subdelegato ad examinandum tantum, si delegatus non decessit à prosequenda causa, si reseruauit sibi sententiam. *concil. Later. 3. in append. de potestate Iudicum deleg. cap. 2.*

Vide, *Delegatus.*

Appellatio ad Papam.

Appellans ad Papam non potest impediri. *dist. 17. cap. Synodum. Vitalianus epist. 1.*

Qui impedit appellantē ad Papam, si est Episcopus, est priuandus. *Extra, de Pœnis cap. Diuinis.* Aliorum pœnæ. *ibid.*

Appellare debet ad Papam iudicatus in Prouincia. *3. q. 6. cap.*

cap. Excusatus. Ecclesiastici appellare debent ad Papam. 2. q. 6. *cap. Si quis vestrum*.

Appellandum est ad Papam, in causis grauibus. 2. q. 6. *cap. Omnes Episcopi*. *cap. Ad Romanam cap. Si quis*.

Appellatio ab Episcopis Prouincialibus debet ad Papam fieri, à grauato. 6. *quæst. 4. cap. Osius Episcopus*.

Appellare quilibet potest ad Papam. *concil. Nican. 1. ex Iulio, cap. 2.*

Appellans ad Papam non potest carcerari. *Damasus ep. 4. Vitalianus epist. 1. Adrianus 1. cap. 36.*

Appellans ad Papam non potest impediri: impediens, etiam si Episcopus, priuandus est; sic etiam maletractans appellantem. *Extra de pœnis, cap. Diuinis*.

Appellante aliquo ad Papam, prima sententia non est exequenda. *Agapetus ep. 7.*

Appellandum est ad Papam ab Episcopis grauatis. *Sixtus I. ep. 2. 2. q. 6. cap. Si quis remotam, & c. Si quis Episcoporum. Fabianus ep. 3. can. 2.*

Appellandum esse ad Papam, decretum est *à concilio Nicæno I.* Ita *Iulius I. epist. 2.* & refertur *in concil. Florent. sess. 20. ex responsione Ioannis ad Marcum Ephesinum*.

Appellatio ad Papam fieri potest à quolibet Ecclesiastico. *Iulius I. epist. 2. cap. 32. causa 2. q. 6. cap. Vltra*.

Appellans ad Papam non potest ab inferioribus iudicari. *Marcellus I. epist. 3. conc. Later. 3. in append. de iure patronatus cap. 26.*

Appellandum est ad Papam ab arbitris iuris. *De offic. Iud. deleg. cap. Ab arbitris*.

Appellante aliquo ad Papam processus, qui fit ab inferiore est nullus. *de appellat. & recusat. cap. Vt nostrum. concil. Later. 3. in append. de iure patron. cap. 26.*

Appellante aliquo ad Papam, si pars contraria non defert illi appellationi, mittendus est ad Papam, vt satisfaciat de contemptu. *ibid. cap. De Priore*.

Appellari potest ad Papam à delegato Papæ, sed ante citationem, vel notitiam literarum Papæ, alias non potest. *ibid. cap. Ad hæc il 4.*

Appellatio à iudice delegato facienda est ad Papam. *De offic. Iud. deleg. in 6. cap. Si duo, & cap. Si à subdelegato*.

Appellans ad Papam cogendus est eum adire intra terminum. *concil. Later. 3. in append. de appellat. cap. 13.*

Appellatione facta ad Papam (etiam si erat inhibita) si Papa delegat alteri iudici causam, primus non potest exequi sententiam. *De offic. & potest. Iud. deleg. cap. Pastoralis, §. Præterea*.

Appellatio ad Papam à iudice ciuili non subdito Papæ, non tenet, licet ex consuetudine teneat. *de appellat. & recusat. cap. Si duobus. §. Decipere. concil. Later. 3. in append. de appellat. cap. 2.*

Appellatio ad Papam à delegato (si commissio erat cum clausula *appellatione remota*,) non impedit, quin iudex prosequatur, si appellatur post citationem; si verò appellatur ante citationem, iudex non potest procedere. *De appellat. & recusat. cap. Meminimus. concil. Later. 3. in append. de appellat. cap. 8. concil. Lateran. 3. in append. de potestate iudicum delegat. cap. 1.* si appellans ante citationem arripiat iter ad Papam. *concil. Lateran. 3. part. 49. capit. 13.*

Appellans ad Papam, si recurrit ad Archiepiscopum, vel alium Papa inferiorem, renunciare censetur appellationi. *ibid. cap. Sollicitudinem*.

Appellans ad Papam non potest iudicari à Metropolitano, nisi notorium sit quod mandatum Episcopi à quo facta erat appellatio, fuit iniustum. *ibid. cap. Sollicitudinem*.

Appellatio ad Papam fieri debet in scriptis, causa debet exprimi in ea, & Apostoli petendi, alias nulla est. *De appellat. in 6. cap. 1.*

Appellans ad Papam tenetur per se, vel per Procuratorem adire eum. *ibid.*

Appellare potest ad Papam, qui priùs iurauit stare iudicio Ecclesiæ, dummodo intra 40. dies, iter arripiat ad Papam. *De appellat. & recusat. cap. Ad hæc il 2. & cap. Quæstioni*.

Appellans ad Papam censetur, qui grauatus se submittit Papæ protectioni, nesciens appellare. *ibid. cap. Ad audientiam.*

Appellante aliquo ad Papam, & alio ad inferiorem, primus tenetur adire Papam. *ibid. cap. Si à duobus*. Et in quo casu potest iudicare inferior. *ibid. concil. Later. 3. de appel. lat. cap. 7.*

Appellans ad Papam non potest excommunicari. *Ioannes VIII. ep. 276. Gregor. VII. lib. 2. post epist. 55.*

Appellante aliquo ad Papam acta, & depositiones sigillatim mittenda ad Papam. *concil. Lateran. 3. de dolo, & c. cap. 3.*

Appellatio ad Papam non admittitur, si delictum sit notorium, sed ad sententiam proceditur. *concil. Later. 3. in append. de appellat. cap. 13. & 14.*

Appellatio facta ad Papam ex fraude ad eludendum iudicium non tenet. *ibid. cap. 19.*

Appellatione facta ad Papam res non sunt mutandæ. *ibid. cap. 21. & 32.*

Appellatio ad Papam non admittitur contra superiorem in causa correctionis. *ibid. cap. 25.* Si verò fiat contra superiorem ob enormitates eius manifestas, valet. *ibid.* Vide, *Appellatio quando non valet*.

Appellatione facta ad Papam, potest iudex à quo, de alijs delictis, &c. iudicare excepto illo, pro quo fuit appellatum. *concil. Lateran. 3. in append. de appellat. cap. 24. & 30.*

Appellatione facta ad Papam, si appellans turbatur in possessione, iudex à quo potest in hoc iudicare. *ibid. cap. 23.*

Appellans ad Papam ab Episcopo, deferre debet ad eum literas dimissorias cum serie facti. *concil. Later. 3. par. 49. c. 1.*

Appellans ad Papam clericus, si post appellationem delinquit, pro his delictis iudicari potest ab Episcopo proprio. *concil. Later. 3. part. 50. cap. 53.*

Appellans ad Papam in causa matrimonij, si non sit consummatum, prohibetur consummari, donec prosequitur appellationem: si verò sit consummatum, detur ter minus prosequendi appellationem, vel standi iudicio Episcopi. *ibid. cap. 2.* & si non adimpleat, excommunicetur. *ibid.*

Appellans ad Papam de electione, vel prouisione, intra mensem à die appellationis, tenetur iter arripere, & si post aduentum eius non comparet altera pars, *post 20. dies* proceditur in causa. *concil. Gener. Lugdun. 1. de elect. in 6. cap. 1.*

Appellatione facta ad Papam, ob institutionem Parochi, ab alijs examinatis, si institutio facta est, non impeditur. *concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 18.*

Appellans ad Papam, siue Legatum, siue Nuncium, tenetur seruare Constitutionem Innocentij IV. quæ incipit *Romana*, non obstante consuetudine. *concil. Trid. sess. 22. de reform. cap. 5.*

Appellatione facta ad Papam supersedendum in causa. *Honorius III. Ex Cirone, de offic. & potest. iud. deleg. cap. 3.* & tunc Iudex delegatus iudicat de iurisdictione.

Appellatione facta ad Papam, quidquid iudicant Iudices, est nullum. *Honorius III. ex Cirone. de ordine cognit. cap. 2. & de appellat. cap. 2. de noui operis enunciat. cap. 1.*

Appellatio ab executore literarum Papæ, quando valet. *Honorius III. ex Cirone, de appellat. cap. 3.*

Tenet quando litigans dat aliquam exceptionem, & executor eam non admittit. *ibid.*

Appellatione facta ad Papam, si vna pars non prosequitur in territorio, alia prosequitur, appellans tenetur ad omnes expensas à die appellationis. *Honorius III. ex Cirone. de appellation. cap. 3.*

Appellari tertio ad Papam non potest. *ibid. cap. 4.*

Appellatione facta ad Papam, fieri non potest electio. Vide, *Electio*. Vide, *Electores*. Vide, *Electus, in fine*.

Appellatio, an impediat sententiam.

Appellatio, ex causa falsa, interposita non impedit sententiam. *De appellat. & recusat. cap. Super eo. §. Si autem*.

Appellatione legitima facta, sententia si datur, est inanis. *ibid. cap. Dilecto filio*.

Appellatione facta ad Papam, prima sententia non est exequenda. *Agapetus ep. 7.*

Appellatio facta ab examinatis, pro institutione Parochi, siue

siue ad Legatum, siue ad Papam, vel alium, si institutio facta sit, non impeditur. *concil. Trident. sess. 24. de refor. cap. 18.*

Appellatione facta, quid agi potest à reo, & iudice, &c.

Appellatione facta, *Apostoli*, id est, literæ missoriæ faciendæ sunt ab eo iudice, à quo est appellatum, ad appellantem. *2. q. 6. cap. Ab eo.*

Appellatione facta, si appellanti non dentur Apostoli, in tribus casibus potest prosequi. Primo, si iudex præfigens ei terminum de dando, non dedit. Secundo, si petenti non det iudex. Tertio, si intra terminos iuris, eos non possit habere. *Clement. de appellat. cap. 1. §. Quod si.*

Appellatione facta legitimè, principale, & accessorium deferuntur ad superiorem. *De appellat. & recusat. cap. Dilectis filijs.*

Appellatione facta, si appellans non prosequitur, causa redit ad iudicem, à quo. *De appellat. & recusat. in 6. cap. 1.*

Appellatione facta à sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti; nec tales censuræ, nec eorum effectus suspenduntur. *De sent. excommunicationis in 6. cap. Is cui.*

Appellatione facta, fructus sequestrantur. *2. q. 6. cap. Quoties.*

Appellatione facta, si sententia reuocatur, nihil obest iudici, à quo appellatum est; nisi conuincatur, quod iniquo animo id fecerit. *2. q. 6. cap. Hoc etiam.*

Appellatione facta in causa capitali, nihil potest agi per procuratorem, sed immediatè per appellantem agendum est. *2. q. 6. cap. Si quando.*

Appellatione facta, si iudex ad quem ex causa probabili eam acceptat, prohibere potest, ne vlterius procedatur, & tunc omnia, quæ fiunt sunt nulla. Etiamsi causa non inuenitur vera. *De appellat. & recusat. in 6. cap. Non solum.*

Appellatione facta dandæ sunt inducæ appellanti. *Fabianus ep. 3. 3. q. 6. cap. Pulsatus. Adrianus I. cap. 60.*

Appellatione facta, si pars non compareat post 20. dies procedatur in causa. *De elect. &c. cap. Statuimus.*

Appellatione facta, & prosequenda intra tempus; si partes compromittunt, tempus non currit, nisi iudex censeat imminere periculum. *Clement. de appellat. cap. Quandiu.*

Appellatione facta, si obijciatur fuisse illegitimè appellatum ante sententiam non potest is, ad quem appellatur prohibere, nè procedatur, nisi ex causa probabili cœperit acceptando appellationem. *de appellat. & recusat. in 6. cap. Romana, §. Quod si.*

Appellatione facta si obijciatur de iniusta appellatione, vt de crimine notorio, iudex appellationis potest inhibere, ne sententia executioni mandetur. *ibid. §. Si autem.*

Appellatione facta per nullum actum, potest quis interim in re controuersa ius acquirere. *ibidem. §. In alium.*

Appellatione facta, si hæc deseritur per negligentiam appellantis, iudex à quo potest prosequi. *De appellat. & recusat. cap. constitutus.*

Appellatione facta ad Papam, si pars contraria non defert huic appellationi, mittendus est ad Papam, vt satisfactionem reddat de contemptu. *De appellat. & recus. cap. De Priore.*

Appellatione facta, si iudex non consignat Apostolos, nullus postea est processus. *De appellation. & recusation. cap. Ab eo.*

Appellatione facta post sententiam definitiuam, innouata reuocantur; si ante sententiam non reuocantur, nisi prius de veritate constet. *ibidem cap. Non solum.*

Appellatione facta à definitiua, emendari potest interlocutoria. *ibid. cap. fin.*

Appellatione facta in causa beneficiali, vtraque pars potest intentare petitorium, & possessorium. *Clementina de causa possess. cap. Vn.*

Appellatione legitima facta, quidquid agitur est inane. *De appellat. & recusat. cap. Dilecto filio.*

Appellatione facta ob causam probabilem, non sufficit appellanti hoc, nisi probet esse veram, excepto si non fuit admissus, quando voluit probare eam esse veram. *ibid. cap Interposita.*

Appellatione facta ab interlocutoria, vel à grauamine, non licet prosequi alias causas non expressas in appellatione. *clem. de appell. &c. cap. Appellat.*

Appellatione hac facta, processus primi iudicis, iustificari debent secundum ea, quæ erant acta coram eo. *ibid.*

Appellatione facta, ac recepta, post terminum præfixum, ita proceditur contra absentem, ac si fuisset vocatus. *De appellat. & recusat. cap. Sæpe contingit.*

Appellatione facta, si iudex illi non defert, si per sententiam iudicatur, potest ab ea appellari intra tempus, siue fuerit citatus ad sententiam, siue non. *Clem. de dolo, & contum. cap. Vnic.*

Appellatione facta ex incidenti quæstione (si causa erat commissa appellatione remota) si sine illa, causa non potest terminari, supersedendum est à tota causa. *concil. Later. 3. in append. de appellat. cap. 31.*

Appellatione facta, si à parte impetrantur literæ pro delegatione, sunt in fraudem, & non valent. *ibid. cap. 22.*

Appellatione facta, si appellans turbatur in possessione, iudex à quo potest iudicare in omnibus, excepto eo, quod fuit appellatum. *concil. Later. 3. in app. de appellat. cap. 23. 24. & 30.*

Appellatione facta, procedi non potest, si causa sit commissa duobus, & vnus committit alteri vices suas. *concil. Later. 3. par. 49. cap. 13.*

Appellatione facta ad superiorem, si aduersarius non comparet, probata causa appellationis, superior procedit. *concil. Lat. 4. Gener. cap. 48.*

Appellatione facta ab interlocutoria, vel comminatoria, iudex prosequitur in causa. *concil. Lateran. 4. cap. 36.*

Appellatione facta pro institutione Parochi ab alijs examinatis, si institutio facta sit, non impeditur. *concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18.*

Appellatione facta, non potest fieri electio. Vide, *Electio.* Vide, *Electores.* Vide, *Electus in fine.*

Appellans quando censetur renunciare.

Appellans, non petens Apostolos in termino sibi assignato à iudice, vel in termino non comparens, censetur renunciare. *Clem. de appellat. cap. Quamuis.*

Appellans, si causam prosequitur coram eodem iudice, censetur renunciare appellationi. *De offic. & potest. Iud. deleg. cap. Gratum gerimus.*

Appellans ad superiorem, si comparet coram inferiore, censetur renunciare appellationi. *De appellat. &c. cap. Sollicitudinem.*

Appellans, qui testium productioni renuncians petit publicari attestationes, censetur renunciare appellationi. *concil. Later. 3. de Petitionibus secunda, in append. cap. 3.*

Appellationis remotæ clausula.

Appellatio impeditur, quando in commissione ponitur *appellatione remota*, & aliquando non. *De appellat. &c. cap. Pastoralis.*

Clausula *appellatione remota*, quando sunt plura negotia se contingentia, & ponitur in medio, determinat præmissa: si in fine, omnia. *ibid. cap. Inquisitioni.*

Appellatio, quæ prohibetur, dum dicitur in literis, *appellatione remota*, intelligitur de omni appellatione, de qua iura loquuntur explicitè, & non de appellatione à grauamine iniusto. *De appellat. & recusat. cap. Pastoralis.*

Appellatio non admittenda.

Appellatio non debet admitti, quando delegatio facta est à Papa, cum clausula *appellatione postposita*. *De rescript. cap. 1. de appellat. &c. cap. Pastoralis.*

Appellatio non admittitur, si appellans post exceptionem peremptoriam secundò succumbit. *Extra, de appellat. cap. cum à repulsione.*

Si

Si appellans adducit nouas exceptiones, non est audiendus. *Clem. de elect. cap. Constitutionem.*

Appellatio iniquè facta non reciditur, sed appellans remittitur ad iudicem à quo, & condemnandus est in expensis, dummodo iudex à quo non remiserit totaliter ad superiorem. *De appellat. in 6. cap. Cum appellationibus.*

Appellatio post iuramentum de mandato faciendo non admittitur, sed exequenda est sententia. *Concil. Later. 3. in append. de potest. Iud. deleg. cap. 2c.*

Appellationi, cui non defert appellans, non debet deferre, nec iudex, nec aduersarius. *De appellat. & recus. cap. An sit deferendum.*

Appellatio facta, in expressis tantum admittenda non autem in non expressis. *de elect. cap. Vt circa.*

Appellatio subditi Religiosi contra Regulam, seu constitutiones religionis, non est admittenda. *De appellat. & recusat. cap. Quia nos, & cap. Reprehensibilis. Concil. Later. 3. cap. 6. Pius IV. const. 10. de salute §. 6.*

Appellatio à correctione iusta superioris, nisi modus excedatur, non est admittenda. *ibid. cap. Ad nostram. Pius IV. const. 10. de salute §. 6.* Vide, *Appellatio quæ non valet.*

Appellatio, siue ad Papam, siue ad alium non facta in scriptis, & non expressa causa, & petitis Apostolis, non admittitur. *de appellat. & recusat. in 6. c. 1.* & appellans tenetur per se, vel per procuratorem adire iudicem ad quem, seu Papam. *ibid.*

Appellatio facta, antequam literæ commissionis Papæ emanent, vel antequam ad delegatum perueniant, non admittitur. *de alienatione iudicij, cap. Ex quorumdam.*

Appellatio eius, qui iurauit stare iudicio Ecclesiæ, quando admittitur. *De appellat. & recusat. cap. Ad hæc il 2. & cap. Quæstioni.*

Appellatio irrationabilis non admittitur, sed à superiore remittitur appellans ad primum iudicem, & condemnatur in in expensis. *ibid. cap. Vt debitus.*

Appellatio à tribus sententijs non admittenda, nisi executioni plenè mandatæ sint, alias de nullitate non datur audientia, etiamsi ab interlocutoria sit appellatum. *Clement. de sententia, & re iudicata, cap. 1.*

Appellatio vsurarij manifesti ad fugiendam vsuram, non admittitur. *De Vsuris, cap. Quam pernicioſum.*

Appellante aliquo in casu, non auditur alius in eadem causa, nisi appellauerit, sed potest assistere. *Clemen. de elect. cap. Constitut.*

Appellatio facta non seruata forma non admittitur, nisi in certis casibus. *ibid.*

Appellans, si adducit nouas exceptiones, in his non admittitur. *ibid. & Clem. de appell. & recusat. cap. Appellationi.*

Appellatio de causis non expressis ante definitiuam sententiam non admittitur. *ibid.*

Appellatio in causis conuentionis, & renunciationis, quando potest admitti. *De mutuis petitionibus, cap. fin.*

Appellatio facta ex causa probabili, si hæc non probatur, non admittitur, nisi probetur, quod non fuit admissus, quando voluit probare. *De appellat. &c. cap. Interposita.*

Appellatio facta ad fraudem dilationis reijcienda. *2. q. 6. cap. Quicumque.*

Appellatio à Papa non admittitur ab vllo. *Gelas. 1. ep. 4.*

Appellatio à iudicio electorum de communi consensu, non admittitur. *Post concil. Hispal. 1. cap. 15.*

Appellatio non admittenda, si timetur de adulterio, incestu, &c. ex admissione. *concil. Lateran. 3. de appellat. in append. cap. 3.*

Appellatio non admittenda, ante ingressum causæ. *ibidem. cap. 6.*

Appellatio non admittitur contra disciplinam Ecclesiasticam ante ingressum causæ. *Concil. Later. 3. cap. 6.*

Appellatio non facta in termino, non admittenda. *ibid.*

Appellatio delusoria, non admittenda. *Concil. Later. 3. part. 49. cap. 1.*

Appellatio ante citationem, non admittenda. *ibid. cap. 5.*

Appellatio ab omni grauamine, quod sibi potest fieri non tenet, nisi in eadem causa. *concil. Later. 3. in append. part. 50. cap. 54.*

Appellans non admittitur, si causa erat commissa, appellatione remota. *concil. Later. 3. part. 49. cap. 13.* nisi appellans ante citationem, arripiat iter versus Romam. *ibid.*

Appellans à sententia excommunicationis ferenda non admittitur, si delictum sit manifestum. *concil. Lateran. 4. cap. 4.*

Vide, *Appellatio quæ non valet.*

Appellatio ab Episcopo, & eius officiali, ac subditis, ad Archiepiscopum, &c. quando valet.

Appellatio ab officiali Episcopi, non fit ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum. *De appell. & recusat. in 6. cap. Romana. de consuetud. in 6. cap. Non putamus.*

Appellatio à subditis Episcopi non fit ad Archiepiscopum, sed ad Episcopum. *ibid. cap. Romana.*

Appellatione facta ad Archiepiscopum, si negatur negotium esse deuolutum, non potest Archiepiscopus inhibere iudici, ne procedat, nisi prius constet de deuolutione. *ib. cap. Romana, §. si verò.*

Appellatione facta ad Archiepiscopum, si opponitur de iniustitia appellationis, Archiepiscopus non inhibet, nisi constet de veritate causæ. *De appellat. & recus. in 6. cap. Romana. §. Quod si obijciatur.*

Appellatione facta ad Archiepiscopum in casu prohibito à iure, quid facere debeat Archiepiscopus. *ibid. §. Cum verò.*

Appellari potest ab Episcopo ad Archiepiscopum, etiam in causis temporalis iurisdictionis. *De appellat. & recusat. in 6. cap. Romana. §. Debet.*

Appellans ab Episcopo ad Archiepiscopum non eximitur ab Episcopo in alijs causis. *ibid. §. Cum verò.*

Appellarione iudicata mala ab Archiepiscopo, statim Archiepiscopus remittit ad Episcopum. *ibid. §. fin.*

Appellari potest ab Episcopo ad alium (si consuetudo sit) quam ad Archiepiscopum. *de appellat. & recusat. in 6. cap. Romana. §. in alium.*

Appellatio pro collatione beneficij, ab Episcopo facienda ad Archiepiscopum, si ipse sedit, vt Prælatus; si verò sedit vt canonicus, facienda est ad Episcopum. *ibid. cap. Accollatione.*

Appellandum ab Episcopo ad Metropolitanum, & ab hoc ad Patriarcham. *concil. Constantinop. 4. Gener. 8. cap. 26.*

Appellatio ab Episcopo, vel eius Vicario in spiritualibus in causis visitationis, carcerationis, habilitationis, inhabilitationis; etiam in criminalibus; ab interlocutoria, vel ab alio grauamine, ante definitiuam sententiam, non admittitur, nec ei defertur, nisi grauamen tale sit, quod non possit reparari, vel post definitiuam sententiam non possit appellari. *concil. Trid. sess. 13. de reform. cap. 1. in fine.*

Appellatio facta ab Episcopo, vel Vicario ad Papam (si valida sit) committitur Metropolitano, vel si ille sit suspectus, aut distet vltra duas dietas, vel ab eo appellatum sit, committitur viciniori Episcopo, vel Vicario. *concil. Trident. ibid. cap. 2.*

Appellans ab Episcopo, vel Vicario Generali, in causa criminali producat acta primæ instantiæ, alias illis non visis, iudex ad quem eum non absoluit, & iudex à quo intra 30. dies acta gratis exhibeat petenti, alioquin sine illis causa terminetur. *Concil. Trid. sess. 13. de reform. cap. 3.*

Appellatio ab ordinario in causa correctionis, non admittitur. *concil. Trid. sess. 22. de reformat. cap. 1. & sess. 24. de reform. cap. 10.*

Appellans ab Episcopo ad Papam, Legatum, vel Nuncium, vel Archiepiscopum, tenetur seruare formam. *Constitut. Innocentij IV.* quæ incipit *Romana*, non obstante consuetudine. *concil. Trid. sess. 22. de reform. cap. 5.*

Appellans ab Episcopo in causis à iure permissis, tenetur suis expensis acta omnia deferre ad iudicem ad quem. *concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 20.*

Appellatio ab Episcopo fieri debet ad competentem iudicem. *ibid.*

Ab Episcopo in causis beneficialibus appellari non potest, nisi post biennium, nam in prima instantia ipse iudicat. *ibidem. cap. 20.*

Appellans deferens acta, debet monere, vt si aliquid sit faciendum

ciendum ab Episcopo pro instructione causæ fiat. *ibidem cap.20.*

Appellans à sententia excommunicationis.

Appellans à sententia excommunicationis iniusta, absoluendus est ante probationem. *De off. & potest. Iud. deleg.cap. cum contingat.*

Appellans de sententia excommunicationis cum errore, & nulliter, ante probationem est absoluendus. *ibid.*

Appellans post sententiam excommunicationis, absolui debet ad cautelam durante appellationis causa. *De appell. & recus. c. Ad præsentiam.*

Appellans ab excommunicatione ex causa probabili, & superiori constet, quod ex ea causa sit appellatum, absolui potest ad cautelam. *De sent. excomm. in 6. cap. Venerabilibus. §. Sed si.*

Appellans ab excommunicatione, si certus sit, sententiam esse iustam à superiore non debet absolui, sed remittendus ad excommunicatorem, nisi hic malitiosè neget eum absoluere. Si verò probabile sit, an sit iusto, potest superior, si vult, deferre excommunicatori, vel absoluere, sed statim reus est absoluendus. Si verò sit iniusta excommunicatio, & constet superiori, ipse superior absoluat. *De sentent. excommun. in 6. cap. Venerabilibus. §. Sanè.*

Appellans ad Archiepiscopum, &c. à sententia excommunicationis Suffraganei, quando debet absolui, antequam audiatur, & quando non. *De sent. excommun. in 6. c. Venerabilibus.* Casus sunt expressi sub titulo *Archiepiscopus quoad iurisdictionem in suffraganeos, circa finem.*

Appellans à sententia excommunicationis, si se immiscet in diuinis, priuatur beneficijs. *Concil. Rauennaten. 3. post Clement. V. cap.9.*

Appellans à sententia excommunicationis ferenda, quæ sibi innotuit non admittitur, nisi probet causam iustæ suspicionis de iudice. *Concil. Lateran. 4. cap.48.* Et probata causa suspicionis possunt cum aduersario conuenire ad eligendum tertium, vel cum ipso iudice, si non habet aduersarium, qui de causa suspicionis cognoscat, vel vnus eligat vnum, alius alium: & probata causa suspicionis, mittendus appellans ad superiorem, si non probatur remanet sub iudicio primi iudicis. *ibid.*

Appellatio à sententia excommunicationis ferenda, non admittitur, si delictum sit manifestum. *Concil. Lateran. 4. cap.48.* Si verò sit dubium, quid agendum. *ibid.*

Appellans ab Episcopo in sententia excommunicationis, quando potest, vel non potest absolui ab Archiepiscopo. Vide, *Archiepiscopus quo ad iurisdictionem.*

Appellationis terminus.

Appellationis terminus ad se præsentandum statui potest à iudice à quo, non verò ad finiendum. *De appellat. & recusat. cap. Ex insinuatione.*

Appellationis terminus, quando potest præueniri. *ibid. cap. Oblatæ nobis.*

Appellationis terminus ad prosequendum præfigitur à iudice à quo; & si appellans non prosequitur, ipse reassumit iudicium. *ibid. c. ad aures nostras.*

Appellationis terminus potest, & à iudice restringi, & à prouocante. *ibid. cap. Oblatæ nobis.*

Appellationis terminum præueniens, si impetrat literas, caret impetratis. *De appellat. & recus. cap. Sæpè contingit.* & fit contumax. *ibid.*

Appellationis terminus debet esse sufficiens, vt appellans possit peruenire ad iudicem ad quem. *2. q.7. c. Propter.* Dies autem computantur pro spatio 20. milliariorum Italiæ. *2. q.6. cap. Habita.*

Appellationis terminus breuiari potest à iudice, si appellans petit prolixum. *Concil. Later. 3. in append. de potest. Iud. deleg. c.19. & de appellat. cap.5.*

Appellationis articuli absente parte.

Appellationis articuli, absente parte, aliquando possunt iudicari, & quando. *De appellat. & recusat. cap. Interposita. §. Sanè parato.*

Per contumaciam partis possunt iudicari, etiam lite non contestata. *ibid. §. fin.*

Absente parte post terminum appellationis, ita fit iudicium, ac si esset præsens. *De appell. & recusat. c. Sæpè contingit.*

Appellatio vnius, an prosit alteri.

Appellatio vnius prodest alijs habentibus idem ius. *De appellat. & recusat. cap. Vna sententia.*

Appellatione non recepta à iudice, quid fit.

Appellans quid potest facere, si iudex ad quem eam non acceptat. *De appellat. & recusat. cap. Interposita. §. Idem quoque.*

Appellatio extra iudicium.

Appellari potest extra iudicium, sed intra duos dies à notitia grauaminis faciendum est; alias appellans non auditur per remedium appellationis. *De appell. & recusat. in 6. cap. concertationi.*

Appellans extra iudicium an, & quomodo debeat restitui. *De appell. & recusat. c. Bonæ memoriæ.*

Appellatio extra iudicium intra annum est prosequenda, alias est deserta, si sine impedimento, appellans non prosequitur. *Clement. de appellat. & recus. cap. Sicut.*

Appellationis tempus non venit, durante compromisso. *Clem. de appell. & recus. cap. Quamdiu.*

Appellans extra iudicium in causa electionis, tenetur ad Constitutionem, *Vt circa. De elect. in 6. c. Constitutio.*

Appellans extra iudicium de electione, elapso decendio, si per alia iuris remedia petit releuari à grauamine, non impeditur, quin appellet, dummodo interim non consenserit. *De appell. & recus. in 6. cap. final.*

Appellationis validitas à quo cognoscenda.

Appellatio, an sit valida, cognoscitur, & iudicatur à iudice appellationis. *De rescript. c. Dilectus filius il 2. causa 2. q.6. c. Decreto. cap. Qui se scit. cap. arguta sapientia.*

Appellans quomodo tractandus.

Appellans non debet impediri per iniuriam, vel custodiam, aut carcerem. *2. q.6. cap. Appellationem. Adrianus 1. cap.36. Damasus ep.4.*

Appellans non potest excommunicari, & sententia sequuta est nulla. *Concil. Later. 3. in append. de appellat. cap.1. de testibus cogend. cap.10. & 22.*

Appellanti danda est audientia, & denegari non potest. *2. quæst.6. cap. Placuit.*

Appellans à minori ad maiorem, non impediendus. *Adrianus I. cap.45. Iulius I. ep.2. c.22.*

Appellanti dandum est tempus sufficiens, vt possit ad iudicem ad quem peruenire. *2. quæst.7. cap. Propter. Adrianus I. cap.60. Fabianus epist.3. 3. q.6. cap. Pulsatus. Concil. Lugdun. Gener. 1.*

Plures dies assignandi pro itinere. *ibid.* Sed dies computantur pro spatio 20. milliariorum Italiæ, pro qualibet die. *2. q.6. cap. Habita.*

Appellans semper audiendus, nisi sit manifestus raptor, aut fornicator. *Concil. Lateranens. 3. in append. de appellat. cap.6.*

Appellanti ad Papam dandæ sunt literæ missoriæ, in quibus narretur factum, & causa appellationis. *Concil. Lugdun. General. 1. de appellat.*

Appellanti ab Episcopo, vel Vicario, &c. intra 30. dies danda sunt acta, si petat: & gratis danda à iudice, alioquin sine illis finiatur causa. *Concil. Trid. sess.13. de reform. c.3.*

Appellanti, intra mensem danda sunt à notario acta, congrua solutione facta. *Concil. Trident. sess.24. de reform. c.20.*
Si Notarius differat dare, priuandus officio, & in duplici pœna litis damnandus. *ibid.* Eadem pœna puniendus iudex, qui impedit, nè intra mensem dentur acta. *ibidem.* Et si acta non dentur, sine illis finiri potest lis. *sess.13. de reform. cap.13.*

Appellans non prosequens, vel recedens.

Appellans non prosequens intra statutum tempus, caret beneficio appellationis. *2. q.6. c. Ab eo.*
Appellans non comparens, tenetur ad expensas. *Concil. Later.3. cap. 6. Concil. Lugdun. 1. Gener. de appellat. De appellat. &c. cap. Reprehensibilis, & cap. Quia hoc. cap. Nicolao.*
Appellante non prosequente in termino præfixo, si sententia erat lata ante appellationem, tenet; si non erat lata, iudex à quo potest compellere eum, vt intra terminum præfixum prosequatur, vel coram se stare in iudicio. *Concil. Later. 3. in appendic. de potest. Iud. delegat. c.19. & de appellat. cap.5.*
Vide, *Appellans ad quid tenetur.*

Appellans à iudicibus Sedis Apostolicæ, ad tribunal sæculare.

Appellans à iudicibus Sedis Apostolicæ ad tribunal sæculare excommunicatus est excommunicatione Bullæ Cenæ. *Greg.13. const.81. Consueuerunt. §.13.*
Vide infra, *Appellatio à Papa.*

Appellatio in causis beneficialibus.

Appellatio in causis beneficialibus fieri non potest ante biennium à die litis motæ ante Episcopum, quia hæ causæ in prima instantia iudicari debent ab Episcopo, qui intra biennium debet eas terminare. *Concil. Trid. sess.24. de reform. c.20.* Alioquin non admittitur.
Appellans in his, vel alijs causis, ad Archiepiscopum, Nuncium, vel Legatum Papæ, vel ipsum Papam, tenetur obseruare formam Constitutionis Innocentij IV. *Romana*, non obstante alia consuetudine. *Concil. Trident. sess.22. de reform. c.5.*
Appellatione facta ab Episcopo ad Metropolitanum, Legatum, Nuncium, vel Papam ab examinatis, pro institutione Parochi, ab alijs examinatis, si institutio facta sit, non impeditur. *Concil. Trid. sess.24. de reform. c.18.*
Appellans in causa beneficiali non potest admitti, nisi post sententiam diffinitiuam, vel ab interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, vel à grauamine concernente negotium principale, & quod non possit reparari per appellationem à diffinitiua; alias nulla sit appellatio. *Vrbanus 8. constitut. 6. cap.37.*
Appellationes non committantur, nisi præfata intercedant, aliàs quidquid sequitur est nullum. *ibid. c.37.*
Appellans in beneficiali à diffinitiua, vel interlocutoria, vt supra, si succumbit, præter expensas tenetur ad soluendum 20. florenos auri. *ibid. c.37.*
Appellatio facta in collatione beneficij non admittitur, si collatio fiat in casu, quo non conferrent intra tempus illi, ad quos spectat. *De supplenda negligentia, c. finali.*
Vide, *Beneficiales causæ.* Vide, *Causæ Ecclesiasticæ.* Vide infra, *Alia de appellatione.*

Appellationis expensæ à quo faciendæ.

Appellans suis expensis tenetur acta omnia deferre ad iudicem ad quem. *Concil. Tridentin. sess.24. de reformation. cap.20.*
Appellans soluta congrua pecunia intra mensem, procurare tenetur à notario omnia acta causæ. *Concil. Tridentin. sess.24. de reform. c.20.*
Appellans, si est consuetudo, tenetur solum medietatem expensarum soluere, & aliam medietatem appellatus. Si verò non sit consuetudo, omnes expensas, appellans soluit. *ibid. cap.20.*
Appellans non comparens, condemnatur in expensis.
Vide, *Appellans non prosequens.*
Appellans à diffinitiua, vel interlocutoria, quæ æquiualet diffinitiuæ, vel tangit negotium principale; si succumbit, præter expensas, tenetur soluere 20. florenos auri. *Vrbanus 8. const.6. cap.37.*

Appellatio à Papa, nulla est.

Appellatio à Sede Romana, non datur in mundo. *Gelasius 1. epist.4.*
Appellans à Papa ad Concilium est excommunicatus, & reus Læsæ Maiestatis, item fautores, & consiliarij ad hoc faciendum. *Pius 2. constit.5. Execrabilis. Iulius 2. constit. 22. Suscepti Regiminis.*
Excommunicatur in Bulla Cenæ. *Gregorius 13. constit.81. Consueuerunt. §.6. Paulus V. constit.63. Pastoralis. §.2. & Vrbanus 8. constit.62. Pastoralis.*
Vide, *Papa.*

Appellatio à taxatione excessiua expensarum.

Appellatio à taxatione excessiua expensarum, à Referendarijs, semel tantum committenda, & duæ sententiæ habent vim trium. *Pius 4. const.59. cap. cum nuper.*

Alia de Appellatione.

Appellatio facta, omisso medio iudice, quando deuoluit, &c *De appellat. &c. c. Dilecti filij.*
Appellationis Procurator, quando tenetur iurare.
Vide, *Procurator.*
Appellatio vbi publicanda, si agitur de beneficio. *Clement. de rescript. c. Auditor.*
Appellans adducens nouas exceptiones, non est audiendus. *Clem. de elect. cap. Constitutionem.*
Appellatio intimanda est appellato. *Clement. de appellation. &c. cap.1.*
Appellatio non impedit, si Episcopus prouidet de Ecclesijs, quando ij, ad quos pertinet, statuto tempore non conferunt beneficia. *De supplend. negligent. cap. fin.*
Appellatione non facta ab interlocutoria, quæ non præiudicat negotio principali, si appellatur à diffinitiua, hæc appellatio non emendat grauamen factum ab interlocutoria. *De appellat. &c. in 6. cap. final.*
Appellans non habens Apostolos, in tribus casibus potest prosequi. Primò, si iudex præfigens ei terminum, de dando, non dedit. Secundò, si petenti promittat iudex velle dare, & requisitus non dedit. Tertiò, si intra terminos iuris non potuit habere. *Clement. de appellat. &c. cap.1. §. Quod si.*
Appellatio vbi facienda, si appellatus, vel Procurator non sit in domo. Vide, *Intimatio.* Et si hoc modo non fiat, appellatio non deuoluitur. *ibid.*
Appellatio ad Sedem Apostolicam, tunc deuoluit ad eam, quando à die appellationis intra mensem, vel post, quam citò fieri potest intimetur appellato, vel Procuratori eius, authenticè ei perlecta appellatione, vel data copia si petatur. *Clement. de elect. &c. c. causam.*

Appellationes à Marchia.

Appellationes à Prouincia Marchiæ, in causa criminali non admittuntur, nisi appellans faciat depositum in tanta summa, in quantam veniret condemnandus, si esset reus. *Iulius 2. constit.7. accepimus.*

Appellatio in causis cum Camera Apostolica vertentibus.

Appellatio in causis cum Camera Apostolica non admittitur, nisi appellans faciat depositum de tanta pecunia, in quantam

tam foret condemnandus, si esset reuera *Paulus Tertius constit. 24. Cum sicut*. *Pius 4. constit. 53. Licet dudum*.

Depositum faciendum in manu Thesaurarij Prouinciæ. *ibidem*.

Rei condemnati in pœnam pecuniariam pertinentem ad Cameram Apostolicam, si appellant audiri non possunt, nisi facto depositio pœnæ vt supra. *Pius 4. ibid. Si* verò magna sit quantitas pecuniæ, facient depositum de medietate, vel de maiori parte, & præstent cautionem de soluenda alia infra annum, si ad eam pœnam erunt damnati. *Pius 4. ibidem*.

Sed *Pius V.* reuocat hanc obligationem depositi, & statuit sufficere cautionem. *Pius V. const. 24. Cum sicut*.

Appellationes in causis habentibus interesse cum Camera Apostolica, *intra* sex menses expediendæ, alias rei subduntur iudici à quo in executione pœnæ. *Pius V. constitut. 138. Licet iuri*.

Vide, *Camera Apostolica*.

Approbatio.

Approbandum est ab omnibus, quod tangit omnes. *De Regulis. turis in 6. reg. 29.*

Approbatio confessariorum facienda est ab Episcopo Diœcesano, tam sacerdotum sæcularium, quam regularium, non obstantibus priuilegijs in contrarium, vel consuetudine immemorabili. *Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 15.*

Approbatio gratis danda. *ibidem*.

Approbatio hæc fieri potest per examen, *si Episcopo videbitur*, vel sine eo, si alias idoneus cognoscatur. *ibidem*.

Approbatio hæc est necessaria non solum pro audiendis confessionibus sæcularium, vel laicorum, sed etiam sacerdotum. *ibidem*.

Sine approbatione præfata, confessor non est idoneus. *ibid.*

Parochi habentes iam beneficium parochiale, non egent approbatione. *ibidem*.

Vide, *Regulares*. Vide, *Confessarius*.

Apulia.

Apuliæ Episcopi, quas procurationes, & expensas recipere possunt à Clericis, & alijs, dum actu visitant. *Extra, de censibus. cap. Vas Electionis*.

Aqua benedicta.

Aqua benedicenda ab Episcopo, vel ipso absente, à Presbytero. *lib. 8. constit. Apost. cap. 28.*

Aqua benedicenda, debet sale aspergi, & quare. *Alex. 1. ep. 1. de consecr. dist. 3. cap. Aquam sale*.

Aqua benedicenda cum sale, & exorcismis, à sacerdote induto alba, cocta, & stola. *Concil. Rauennat. 2. sub Clem. V. cap. 9. Concil. Mogunt. 4. cap. 39.*

Aqua benedicenda est omni dominica, & ea aspergendus populus, & altare cum antiphona *Asperges me, &c. Concil. Rauen. 2. sub Clem. V. cap. 9. Leo IV. homil. de cura pastorali. Concil. Mediol. 1. part. 2. tit. de offic. sacristæ*.

Aquæ aspersio in Ecclesia antiquus ritus est, & vnde sumat originem. *De consecration. distinct. 4. cap. Nec quemquam*.

Aqua benedicta purificat, & sanctificat. *De consecr. dist. 2. cap. Aquam sale, distin. 3. cap. Nec quemquam*.

Aqua benedicta aspergitur, & benedicitur Ecclesia, dum consecratur. *De consecr. dist. 1. cap. De fabrica*.

Aqua benedicta in die Epiphaniæ, fideles aspergantur, & hic vsus græcus seruandus est in Ecclesia, & benedici potest prima die mensis. *Clem. 8. const. 34. Sanctissimus §. 3.*

Aqua benedicta aspergendum est cubiculum infirmi à Presbytero cum ad eum vocatur. *Concil. Nameten. 1. cap. 4.*

Aquæ benedictæ innumeri sunt effectus. *De consecr. dist. 4. cap. Nec quemquam*.

Aqua fontis baptismalis.

Aqua fontis baptismalis benedicenda in Sabbatho Sancto. *Leo IV. homilia de cura Pastorali*.

Aqua fontis Baptismalis, distribuenda in Sabbatho Sancto. *ib.*

Sed danda, antequam in eam infundatur Chrisma. *De consecr. dist. 4. cap. In Sabbatho sancto*.

Aquam baptismalem consecratam contemnens, peccat mortaliter. *Concil. Constantiense sess. vlt. in Bulla Martini V. circa medium*.

Aqua fontis baptismalis cum Chrismate, & alijs consecratur. *De consecr. dist. 4. cap. In Sabbatho sancto*.

Aqua vera, & naturalis est necessaria ad baptismum. *Concil. Trid. sess. 7. can. 2. de Baptismo*.

Aqua baptismi, sanctificata est Christi contactu. *De consecratione dist. 4. cap. Numquam*.

Aqua naturalis, siue sit frigida, siue calida, est materia apta ad Sacramentum Baptismi. *Concil. Florent. in decr. Vnionis Armenorum §. 1. Innocentius IV. const. 14. Sub Catholicæ*. Et Græcis permittitur vti calida.

Aqua baptismi facit hominem de terreno cælestem. *De consecrat. dist. 4. cap. Per aquam*.

Aqua miscenda in Sacrificio.

Aqua miscenda est vino in sacrificio Missæ. *De consecr. dist. 2. c. 1. c. Sic in sacrificando. cap. Non oportet. cap. In sacramento. cap. Cum omne. & cap. In calicem. De celebrat. Missarum cap. Cum Missæ. §. Quæsiuit*.

Aqua, quæ vino miscetur in sacrificio, transmutatur in sanguinem Christi. *ibid. De celebrat. miss.*

Aqua, quæ miscetur in calice, debet esse minor vino. *Honorius 3. ex Cirone, de celebrat. miss. cap. 5.*

Aqua miscenda, tam minor debet esse, vt duæ sint partes vini adminus, & vna tantum de aqua, & minus. *Concil. Tribur. 1. cap. 19.*

Aqua ponenda in calice, debet esse munda. *Concil. Coiacense cap. 3.*

Aqua miscetur cum vino in sacrificio, & quare. *De consecrat. dist. 2. cap. In calicem*.

Aqua miscetur, quia sic creditur Christum fecisse in cena. *Concil. Trident. sess. 22. cap. 7.*

Vide, *Vinum*. Vide, *Missa*.

Aqua lateris Christi.

Aqua, quæ exiuit de latere Christi, non fuit flegma, seu pituita, sed vera aqua, siue naturalis, siue miraculosa. *De celebrat. Missarum cap. In quadam*.

Aqua de qua Christus loquitur. Ioan. 4.

Aqua de qua Christus loquutus est cum Samaritana. *Ioannis 4.* est Charitas. *De pœnitent. dist. 2. cap. 14. Charitas*.

Aqua Felix Romæ.

Aquæ Felicis vnciarum 700. inductio in Plateam Sanctæ Susannæ, & institutio Visitatorum illius, & canalium, siue conductuum, cum præscriptione muneris, & oneris illorum. *Sixtus V. constit. 101. Supremi*.

Aqua Paula Romæ.

Aquæ Paulæ officiales instituuntur. *Paulus V. constit. 75. In sede*. Eorum obligationes. *ibid.*

Aragoniæ Rex.

Aragoniæ Rex coronatur Romæ ab Innocentio III. *Const. Cum quanta*.

Aragoniæ Regi conceditur, vt deinceps ab Archiepiscopo Cæsaraugustano coronetur. *Innoc. 3. ibid.*

Vide, *Reges*.

Arbitri.

Arbitri, vel tres, vel vnus sumendus, vt iudicium verum sequatur. *De arbitris cap. 1.*

Arbitris pluribus assumptis, maior pars concludit. *De arbitris cap. 1.*

Arbitris pluribus facta commissione, si vnus moritur, expirat iurisdictio. *De offic. & potest. Iud. deleg. cap. Vno delegatorum.*

Arbitri in dispari numero semper assumendi. *De arbitris c. 1.*

Arbiter nequit assumi in causa matrimoniali. *De in integrum restitut. cap. causa restitutionis.*

Arbiter assumptus in causa Cleri, quid potest iudicare, & quid non. *De arbitris cap. Peruenit.*

Arbiter non potest assumi mulier priuata. *ibid. c. Dilecti filij.*

Arbiter potest assumi mulier, habens iurisdictionem. *ibid.*

Arbiter non potest esse iudex reconuentionis. *De arbitris cap. cum dilectus.*

Arbitri si sint tres, & vnus nolit esse præsens, duo possunt definire. *De arbitris in 6. cap. fin.*

Arbitri si sint tres, & duo concordant, tenet sententia. *de arbitris in 6. cap. 1.*

Arbiter vnus, si alij præsentes sint, potest ferre validam sententiam. *De sententia, & re iudicata in 6. cap. cum ab vno.*

Arbitri in tribus casibus refelluntur. *De off. & potest. Iud. deleg. in 6. cap. Si contra vnum.*

Arbitrorum sententia contra formam iuris, etiam confirmata à Papa non tenet. *De confirmat. vtili, vel inut. cap. Examinata.*

Arbitrium expirat altero arbitrorum mortuo. *De Testib. cap. Præterea. Honorius 3. ex Cirone. de Testib. cap. 3.* Et quid tunc agendum. *ibid.*

Arbitrium duobus, vel alijs commissum cum clausula, quod si oritur discordia sumatur tertius, non valet. *de arbitris, cap. Innotuit.*

Arbitrium continens peccatum, est nullum. *de arbitris, cap. Non sine.*

Arbitrer post sententiam latam, nouis rumoribus ortis non potest eam mutare, etiam si habeat mandatum à Papa de componendo partes. *De arbitris. cap. Exposita.*

Arbitri non possunt iudicare, vltra comprehensa in compromisso. *ibid. cap. cum dilectus.*

Arbitri sententia obligat, quando iudicat iuxta formam compromissi; secus verò quando iudicat contra eam. *de arbitris, cap. cum olim.*

Arbitrium, vel compromissio de spiritualibus, non potest committi laico. *ibid. cap. contingit.*

Arbitro electo à partibus, (quæ elegerant quælibet suum eligendo de communi consensu) si vnus ex electis moritur, & eligitur alter, arbitrer debet prius videre de iure primi electi; quia si hic habet ius pro se, secunda electio est nulla. *Honorius Tertius ex Cirone de arbitris cap. 1.*

Arbitri electi ad causam recusationis, assignare debent partibus terminum ad probandum, & iudex recusatus eos compellat ad finiendam causam. *de off. &c. Iud. deleg. c. Suspitionis.*

Humanum.

Vide, *Liberum arbitrium hominis.* Vide, *Homo.*

Archibusettus, & licentia ferendi.

Archibusettos breuiores duobus palmis, in statu Ecclesiæ, nullus potest deferre, vel retinere domi, vel per iter, neque vendere, sub pœna criminis læsæ maiestatis. *Pius 4. constit. 49. cum vices eius.*

Legati, Gubernatores, vel alij quiuis superiores in statu Ecclesiæ, non possunt concedere licentiam eos ferendi, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & alijs. *ibid.* Et licentiæ sunt nullæ. *ibid.*

Vide, *Arma breuia.*

Archiconfraternitas Carceratorum Romæ.

Archiconfraternitas Carceratorum dicta Pietatis Sanctorum Cosmæ, & Damiani, habet officium Prouisoris Carceratorum, & condemnatorum ad triremes, in Vrbe, & alia. *Sixtus V. const. 97. Ex debito.* Inter alia priuilegia potest liberare vnum carceratum pro quolibet delicto (exceptis quatuor ibi narratis) omni anno post primam Dominicam Quadragesimæ. *ibid. cap. dilectis.* Multas habet Indulgentias. *Gregor. 13. const. 56. Pij Patris;* Potest alias Confraternitates aggregare. *ibid.* Fuit instituta à Leone X. *constit. 37. Illius,* & confirmata à Gregorio 13. ad effectum visitandi carceratos, & eis subueniendi. *ibid.* Accedit visitationi Carcerum. *Sixtus V. const. 97. cap. cum dilecti.*

Leo X. constit. 37. Illius, concessit fidelibus, vt possent etiam legata feudalia facere pro hac Confraternitate, & indulgentias multas concedit eis, qui legata faciunt pro illa.

Archidiaconus.

Archidiaconus sedet ad dextrum latus Episcopi. *concil. Nican. 1. ex Arabico c. 57. & 58.*

Archidiaconi sunt oculi Episcoporum. *conc. colon. 2. par. 14. cap. 19. concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 12.*

Archidiacono competit Ecclesiam regere, & dirigere, in ijs, quæ pertinent ad Dei cultum, *dist. 25. cap. Perlectis. Post concil. Tolet. 1. cap. 7.*

Archidiaconus gerit vices Episcopi, in dirigenda Ecclesia. *ibidem.*

Archidiaconi officium, quale est. *Post concil. Tolet. 1. cap. 8. de off. Archid. cap. 1. cap. Officium. cap. Vt nostrum. cap. Ad hæc nos.*

Archidiaconus debet esse magister in Theologia, vel Doctor in iure Canonico. *Concil. Trident. sess. 24. de reformatione cap. 12.*

Archidiaconus potest iudicare Leuitas, & Diaconos. *concil. Nican. 1. ex Arabico c. 62. dist. 25. c. Perlectis. Post concil. Tolet. 1. cap. 7.*

Archidiaconus imperat diaconis, & subdiaconis. *ibid.*

Archidiaconus debet esse presbyter, vel diaconus. *dist. 60. cap. Nullus Episcopus, & cap. Nullus in præpositatu. concil. Claramontanum cap. 3.*

Archidiaconus sine licentia Episcopi, non potest conferre beneficia. *16. q. 7. cap. Nullus omnino. concil. Later. 3. in append. de excessibus Archidiaconor. cap. 1. & 3.*

Archidiaconus potest Euangelium legere in Ecclesia, vel alijs præcipere, vt legant. *Post concil. Tolet. 1. cap. 7.*

Archidiaconus præcipere potest custodi, vt tintinnabula pulset, lucernas, & lampades accendat. *Post concil. Tolet. 1. cap. vlt.*

Archidiaconus cum Archipresbytero, & Primicerio repræsentant personam Episcopi, eo absente. *Martinus I. epist. 15.*

Archidiaconus, nihil potest à Presbyteris, vel alijs exigere. *concil. Cabilonense 3. cap. 5. dist. 94. cap. dictum est.*

Archidiaconi, & Archipresbyteri tenentur vocare ad pœnitentiam peccatores, incestuosos, adulteros, homicidas, maleficos, & alios similes, quos ab Ecclesia separent, si nolunt pœnitere. *concil. Coiacense cap. 4.*

Archidiacono competit præsentare Episcopo ordinandos; eos autem præsentare debet, qui sciunt psalterium, hymnos, &c. *concil. coiacense cap. 5. de offic. Archidiac. cap. vt nostrum.*

Archidiaconus eligi nequit, nisi sit saltem 25. annorum. *concil. Later. 3. cap. 3. de elect. cap. cum in cunctis §. Inferiora.* Archidiaconus, nisi ordinetur diaconus tempore præfixo, remouetur. *concil. Lat. 3. cap. 3. de ætate, & qualitate præficiend. cap. 1.*

Archidiaconus non potest curam animarum committere, sine licentia Episcopi. *concil. Later. 3. in append. tit. de excessibus Archidiaconorum cap. 2. de off. Archidiac. cap. cum satis.*

Archidiaconus non potest habere aliam Ecclesiam, præter suam. *ibid. cap. 5. concil. Later. 3. in append.*

Archi-

Archidiaconus non potest carere præbenda. *concil. Later. 3. in append. tit. Vni plura c.7.*

Archidiaconus vno tantum Archidiaconatu frui potest, id est, in vna Ecclesia. *ibid. c.8.*

Archidiaconus non potest, nisi de licentia Episcopi, iudicare. *concil. Later. 3. in append. tit. de sententijs c.4.*

Archidiaconus præsentans aliquem ordinandum sine titulo, vel patrimonio, tenetur de suo sustentare ordinatum. *concil. Londin. 1. cap.6.*

Archidiaconus examinare debet ordinandos. *de off. archid. cap. vt nostrum.*

Archidiaconus ponit Prælatum in sede. *de off. archid. cap. vt nostrum.*

Archidiacono subest Archipresbyter. *de offic. archipresbyt. cap. vn.*

Archidiacono subest Primicerius. *de off. Primicerij, c. vn.*

Archidiacono subest Sacrista. *de off. Sacristæ cap. vn.*

Archidiaconus tenere debet inuentarium Ecclesiæ, & quolibet anno reuidere, quid creuerit, & quid deficiat. *concil. Oxoniense 1. cap.8.*

Archidiaconus prouidere debet, vt Ecclesiæ possessiones benè colantur, & conseruentur. *concil. Oxon. 1. c.8.*

Archidiaconi, qui habent Ecclesias sub se, tenentur eas visitare; & quas procurationes, seu expensas possunt exigere. *concil. Londin. 2. c.21.*

Archidiaconus non potest grauare Ecclesiam, quam visitat. *Concil. Oxoniens. 1. c.14.*

Archidiaconus tenetur diligenter inquirere de vita, moribus, & scientia ordinandorum. *conc. colon. 2. p. 1. c.12.* Etiamsi post factum edictum, nullus comparuit.

Archidiaconus tenetur publicare decreta Synodi. *ibid. par. 14. cap.19.*

Archidiaconi, olim suas peculiares Synodo, faciebant, & ad quid. *conc. colon. 2. par. 14. c.21.*

Archidiaconus non potest suum officium committere alteri personæ, nisi Ecclesiasticæ. *concil. colon. 3. tit. de offic. &c. cap. 2.* & personæ graui. *ibid.*

Archidiaconus assistens seruitio Papæ, potest disponere de suo Archidiaconatu, ac si esset præsens, ac residens in eo. *Honor. 3. ex Cirone, de off. archidiac. c.2.*

Archidiaconus esse non potest, Parochus qui alibi habet curam animarum. *Honor. 3. ex Cirone, de præbend. c.2.*

Archidiacono paralitico, dandus est coadiutor. *Honorius 3. ex Cirone, de cler. ægrot. &c. c.1. de clerico ægrot. cap. fin.*

Archidiaconi, qui tenentur Ecclesias aliquas visitare per se ipsos, immediatè visitent, non per alios: assumere debent notarium de consensu Episcopi. *conc. Trident. sess. 24. de reform. cap.3.*

Intra mensem tenentur tradere acta Episcopo. *ibid.* Easdem Ecclesias potest iterum visitare Episcopus. *ibid.*

Semel in anno potest Archidiaconus visitare suas Ecclesias. *de off. archid. cap. Mandamus.*

Archidiaconus tenetur scribere ordinatorum nomina in aliquo libro, & librum diligenter custodire. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. Quæ ad Sacramenti Ordinis administrat. pertinent.*

Archidiaconus per se immediatè, & non per alium, tenetur sua munera præstare, & suo officio fungi. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. communia de Ministris.*

Archidiaconus de iure communi, non potest excommunicare. *de off. archid. cap. archidiac.*

Archidiaconus debet habere curam vasorum Ecclesiæ. *ibid. cap. ea quæ contra.*

Archidiaconus releuat onus Episcopi. *ibid. c. ad hæc nos.*

Archidiaconus non potest facere literas commendatitias clericis. *de off. archid. c. Significasti.*

Archidiaconus non habet iurisdictionem in Monasteria. *ibid. cap. fin.*

Archidiaconus nihil potest à Clericis exigere. *de censib. cap. cum apostolus, §. prohibemus.*

Archidiaconi vbi, & quos possunt visitare, quasque procurationes accipere. *Extra de censib. Vas electionis.*

Archidiaconus circa præbendam. Vide, *Prebenda.*

Archiconfraternitas Confalonis.

Archiconfraternitas hæc est pro redimendis captiuis à Gregorio XIII. instituta *constit. 38. Pastoris*; cum formula, & modo gubernij, & priuilegijs, ac indulgentijs.

Possunt collectores instituere pro collectione eleemosynarum ad redimendos captiuos. *Gregor. 13. constit. 69. Christianæ*, in declaratione sequenti, multa priuilegia huius Societatis. *ibid. Sixtus V. constit. 37. cum sicut*, instituit Protectorem huius Societatis cum maxima iurisdictione, super ministros, gubernium, & bona eius: omnes causæ ministrorum ab eo cognoscendæ; & in hoc non potest impediri ab Auditore Cameræ, vel Gubernatore Vrbis. *ibid.*

Archiconfraternitas Cordigerorum.

Archiconfraternitas Cordigerorum in Ecclesia Sancti Francisci de Assisio Minorum Conuentualium erigitur *à Sixto V. constit. 13. ex superne*. Eis concedit Priuilegia aliarum Archiconfraternitatum. *Generalis Ordinis Minorum conuentualium*, potest in alijs Ecclesijs Confraternitatem Cordigerorum erigere, & indulgentias eis concedere, & aggregare Archiconfraternitati præfatæ: & alijs prohibetur eas erigere, vel aggregare. *ibid.*

Aliæ Archiconfraternitates.

Vide, *Confraternitas.*

Archiepiscopi Ordinatio.

Archiepiscopus (olim) ab omnibus Prouinciæ Episcopis erat ordinandus, alias nulla (id est illicita) erat ordinatio. *Anicet. ep. vn. dist. 66. c. archiepis. de temporibus Ordinationum, cap. archiepiscopus.*

Archiepiscopi in maioribus ciuitatibus ordinandi sunt, seu ponendi ex Apostolica constitutione. *Clemens 1. ep. 1. c.4.*

Vide, *Episcopi consecratio.* Vide, *Ordinatio.*

Archiepiscopi dignitas.

Archiepiscopus, idem est, ac summus Episcoporum (id est in Prouincia.) *dist. 21. cap. cleros.*

Archiepiscopus non est Primas. *Anicetus ep. vn. dist. 99. cap. Nulli Archiepiscopi. concil. Nicæn. 1. ex Iulio c.12.*

Archiepiscopus est superior omnibus Episcopis Prouinciæ. *concil. Nicæn. 1. c.6. concil. Antioch. c.9.*

Vide, *Metropolitanus.*

Archiepiscopalis dignitas iure humano est instituta. *Leo IX. epist. 4.*

Archiepiscopus quò ad Pontificalia.

Archiepiscopus tenetur Missam dicere cum pallio. *concil. Matiscon. 1. cap.6.* Sed in diebus determinatis à Sede Apostolica. *de author. & vsu Pallij, cap. cum sis, & cap. fin.*

Vide, *Pallium.*

Archiepiscopus consecratus, licet pallium non acceperit, potest committere consecrationem suffraganei. *de elect. cap. Suffraganeis.*

Potest celebrare sine pallio, & sine sandalis. *de authorit. & vsu Pally. cap. fin.*

Sine pallio non potest ordinare, nec Chrisma facere, nec conferre, nec Ecclesias consecrare, nec Episcopos ordinare. *de election. cap. cum ad nostram. Ioannes VIII. epist. 93. & 95.*

Archiepiscopus in Prouincia existens, potest concedere indulgentias, iuxta formam concilij *Lateranen. 3. De pœniten. & remiss. cap. Nostra.* Sed non excedat talem formam. *sub eod. tit. in 6. cap. 1.*

Archiepiscopus potest Pontificaliter celebrare, & facere celebrare sine Pontificalibus in omni loco Prouinciæ, etiam in exemptis. *Clement. de priuilegijs, & excessibus priuileg. cap. fin.*

Archiepiſcopus in omni loco Prouinciæ, poteſt ante ſe portare facere crucem, etiam in locis exemptis. *ibid.*
Archiepiſcopus in nullo poteſt moleſtare exemptos. *ibid.*
Archiepiſcopus impeditus, poteſt alteri committere conſecrationem ſuffraganei. *De off. Iud. ord. c. Quod ſedem.*
Archiepiſcopus quò ad vſum Pallij. Vide, *Pallium.*
Archiepiſcopus in Diœceſi ſuffraganei, non poteſt ordinationes facere, abſque ipſius licentia. *Concil. Nicænum 1. ex Arabico c.38. 9. q.2. & 3. c. Nullus. ex Caliſto I. ep.2.*
Vide, *Metropolitanus.* Vide, *Pallium.*

Archiepiſcopus quò ad iuriſdictionem in ſuffraganeos.

Archiepiſcopus in ſua Ciuitate debet audire cauſas appellationis, vel ibi committere, ad expenſas vitandas. *De off. ord. cap. Vt litigantes.*
Archiepiſcopus non poteſt in Diœceſi ſuffraganeorum, ſibi facere officiales pro cauſis futuris. *De off. iud. ord. in 6. c.1.* Quod ſi conſuetudo tales permittit, non poſſunt officiales inhibere ante appellationem. *ibid.*
Archiepiſcopus non poteſt reuocare cenſuram latam contra appellantem. *De appellat. & recuſat. in 6. cap. Romana §. Sententias.*
Archiepiſcopus viſitaturus Prouinciam, prius viſitet populum ſuum, & clerum. *De cenſibus in 6. c.1.* Vide, *Viſitatio.* Vide, *Epiſcopus quo ad viſitationem.*
Archiepiſcopus impeditus poteſt committere ſuffraganeo conſecrationem Epiſcopi. *De off. iud. ord. c. Quod ſedem.*
Archiepiſcopus poteſt committere ſuffraganeis cauſam ad ſe delatam, per appellationem. *De off. iud. ord. c. Paſtoralis.*
Archiepiſcopus poteſt viſitare prouinciam, etiam ſi ſuffraganei non ſint negligentes. *De cenſib. &c. in 6. c. fin.* Quando poteſt. Vide, *Viſitatio.*
Archiepiſcopus viſitans abſoluere poteſt, & audire confeſſiones in Prouincia. *ibid.*
Archiepiſcopus viſitans poteſt punire iniurias, ſibi vel officialibus, ac miniſtris ſuis illatas in Prouincia. *De pœnis in 6. cap.1.*
Archiepiſcopus non poteſt relaxare ſententias ſuffraganeorum, latas contra ſubditos. *De ſentent. excommunicat. cap. Romana.*
Archiepiſcopi ſententia generalis, ſubditos ſuos tantum ligat. *ibid.*
Archiepiſcopi in locis ſuæ Prouinciæ, etiam exemptis, facit portare ante ſe crucem, & benedicere populo. *Clement. de priuileg. & exceſſib. priuileg. cap. fin.*
Archiepiſcopus in Prouincia celebrare poteſt pontificaliter, vbique etiam in locis exemptis, & facere celebrare coram ſe. *ibid.*
Archiepiſcopus remittere debet ad Epiſcopum, eum, qui de excommunicatione appellat ad ipſum, & quomodo. *De off. iud. ord. cap. ad reprimendam.*
Archiepiſcopus viſitans quando, & à quibus monaſterijs, poteſt procurationem accipere. *De cenſib. & c. c. Sopitæ.*
Archiepiſcopus viſitata ſua Diœceſi, poteſt viſitare Diœceſes ſuffraganeorum, Cathedrales eorum Eccleſias, ſuffraganeos, capitula omnia, Eccleſias, loca pia, & religioſa. *de cenſib. in 6. c.1. §. Deinde.* A locis viſitatis accipere poteſt procurationes. *ibid.*
Non poteſt ad viſitata loca iterum redire, niſi viſitata tota Prouincia; niſi à Diœceſanis, locorum requiratur. *De cenſib. in 6. c.1. §. Ex quo.*
Finita viſitatione totius Prouinciæ, poteſt iterum eam viſitare, ſi ratio poſtulet, & quomodo. *ibid. §. Poſtquam.*
Archiepiſcopus viſitans Prouinciam, quid agere debet. *ibid. §. Sanè.* Poteſt crimina notoria punire debita pœna. *ib.*
Non poteſt in pecunia recipere procurationes (id eſt expenſas, & victualia) nec munera, & ſi recipit, tenetur reſtituere in duplo. *ibid. §. Procurationes.*
Archiepiſcopus in Prouincia poteſt indulgentias concedere, ſed non excedat formam Concilij *Later. 3. de pœnit. & remiſſ. in 6. cap.1.*
Archiepiſcopus non poteſt abſoluere excommunicatos à ſuffraganeis, vel officialibus eorum, niſi in caſu appellationis. *De ſent. excomm. in 6. cap. Venerabilibus.*
Archiepiſcopus in cauſa appellationis à ſententia excommunicationis debet prius abſoluere appellantem, quàm eum audiat, exceptis caſibus, in quibus iura prohibent appellare. *ibid. §. Porrò.* Excipe, ſi ſuffraganeus offerat ſe probaturum, quod ex iuſta cauſa excommunicauit. *ibid.* Excepto etiam, ſi ſuffraganeus excommunicauit in contumacia, niſi reus proponat, ſe non eſſe contumacem, quando impeditus non potuit comparere; ſecus ſi fatetur ſuam contumaciam, vel alias ſit manifeſta. *ibid.* Adde: ſi reus velit probare ſe non eſſe contumacem, non debet abſolui, niſi data cautione, de ſtando iudicio Eccleſiæ, & facta ſolutione expenſarum. *ibid. §. Porrò.* Item, ſi ſuffraganeus excommunicauit, ex eo quod reus non comparuit in certo loco, & reus velit probare, quod locus non erat ſibi notus, licet antea hoc non oppoſuerit, tunc eſt abſoluendus, quia contumacia eſt ſolum præſumpta. *ibid.*
Archiepiſcopus poteſt pœnas pecuniarias imponere ſubditis ſuffraganeorum, in caſu, in quo poteſt excommunicare. *de ſentent. excommunicat. in 6. cap. Venerabilibus §. denique.*
Vide, *Metropolitanus.*
Archiepiſcopus non poteſt iudicare alium Epiſcopum, abſque conſenſu Patriarchæ. *Concil. Nican. 1. ex Arab. cap.46.* Sed hoc non eſt in vſu.
Archiepiſcopus non poteſt excommunicare populos ſuffraganeorum. *Caliſtus I. ep.2. 9. q.3. cap. Nullus.*
Archiepiſcopus ante ſe facit portare crucem in prouincia, & dat benedictionem. Vide, *Crux.* Vide, *Metropolitanus.*

Archiepiſcopus erga Papam.

Archiepiſcopus pallium accepturus à Papa, ſi eſt in curia non poteſt ab ea diſcedere ſine literis Papæ de receptione, & prius quam faciant iuramentum fidelitatis Papæ, alias non poteſt adminiſtrare, nec gubernare, nec fructus percipere, & quidquid facit eſt irritum. *Extra, de electione. cap.1.*
Archiepiſcopus pallium recepturus tenetur præſtare iuramentum fidelitatis Papæ. *de elect. &c. c. Significaſti.*
Archiepiſcopus poſt conſecrationem intra tres menſes, tenetur petere pallium à Papa, alias priuatur. *Poſt epiſt. Damaſi. cap.5.*
Vide, *Pallium.* Vide, *Papa.*

Archipresbyter.

Archipresbyter ſubeſt Archidiacono. *Concil. Tolet. 1. cap.8.* Eſt ſuper omnes Presbyteros. *ibid. diſt.25. c. Perlectis. de offic. Archipresbyteri c.1. Vt Archipresbyter.*
Archipresbyter abſente Epiſcopo honorandus eſt, vt Epiſcopus. *Concil. Nican. 1. ex arab. cap.57. & 58.* Eo abſente Miſſam cantat. *concil. Toletan. 1. cap.8. diſtinct.25. cap. Perlectis.*
Archipresbyter præeſt plebi, ſicut Epiſcopus matrici. *de offic. archipresb. cap. vlt.*
Archipresbyteri officium, quale eſt. *concil. Reagiticinum cap.13.*
Archipresbyter (olim) cum clero, & populo eligendus erat. *diſt. 63. cap. agatho.*
Archipresbyter debet eſſe presbyter, aut diaconus. *diſt. 60. c. Nullus Epiſcopus.* Tenetur ordinari Presbyter, alias eſt priuandus. *de ætate, & qualit. &c. prefic. c.1.*
Archipresbyter per ſe immediatè, & non per ſubſtitutum, debet ſuum officium exercere. *concil. Mediol. 1. tit. communia de miniſtris.*
Archipresbyteri officia omnia. *de off. archipresb. cap. Miniſterium. & diſt.25. cap. perlectis.*
Archipresbyter in quibus adiuuat Epiſcopum. *de off. archipresb. cap. Officium.*
Archipresbyter generalis, ſuæ plebaniæ curam gerit. *ibid. cap. fin.*
Archipresbyter per Epiſcopum inſtituendus in rure. *ibid.*

Archipresbytero competit inuigilare officijs Ecclesiasticis, vt benè peragantur, fontes benedicere, &c. alia. *De off. Archipr. cap. Ministerium.*
Archipresbyter potest, & missam cantare, & alteri præcipere, vt cantet. *De off. Archipresb. cap. Officium.*
Archipresbyter tenetur baptizare, &c. Ecclesiastica munera peragere. *De off. Archipresb. cap. Officium.*
Archipresbyteri Basilicarum Romæ. Vide, *Basilicæ.*
Vide, *Archidiaconus, in fine.*

Archipresbyter Sancti Ioannis Lateranensis.

Vide, *S. Ioannes Lateranensis, & Cardinales Archipresbyt.* Vide, *Ecclesia Sancti Ioannis.* Vide, *Capitulum.* Vide, *Basilica.*

Archipresbyter Sancti Petri.

Vide, *Sanctus Petrus, & Cardinales Archipresbyteri.* Vide, *Ecclesia Sancti Petri.* Vide, *Capitulum.* Vide, *Basilica.*

Archipresbyter Sanctæ Mariæ Maioris.

Vide, *Sancta Maria Maior, & Cardinalis Archipresbyter.* Vide, *Ecclesia Sanctæ Mariæ Maioris.* Vide, *Capitulum.* Vide, *Basilica.*

Archiuium.

Archiuium faciendum in qualibet Ecclesia Cathedrali, & in alijs Collegiatis, & ad hoc attendere debet Episcopus. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. Quæ pertinent ad bonorum, &c.*
Archiuium duabus clauibus claudendum, vna sit pœnes Episcopum, alia pœnes Capitulum in Cathedrali. In Collegiatis verò, vna pœnes præfectum, alia pœnes Capitulum. *ibid.*
In archiuio conseruandæ scripturæ Ecclesiæ, inuentaria, instrumenta, & alia quæ spectant ad publicum. *ibid.*

Archiuium Romanæ Curiæ.

Archiuium Romanæ Curiæ, & scriptorum Collegium eiusdem, *Iulius II.* instituit *const. 15. Sicut prudens.* Numerus scriptorum, & officium. *ibid.* Omnia instrumenta facta per quoscumque notarios Romæ, pro qualibet ad illud deferenda authentica, & ibi conseruanda. Notarij omnes, qui Romæ instituuntur, in matricula ipsorum Scriptorum sunt describendi. In præfato Collegio decem Correctores debent esse, primus est Auditor Cameræ. Secundus vnus Clericus Cameræ. *Alij octo*, Prælati. Officia eorum, quæ sunt. *ibid.* Potest Collegium hoc creare notarios; potest alios inhabiles priuare, vel suspendere, si non sunt idonei. Nullus notarius potest in Vrbe exercere hoc officium sine Collegij prædicti licentia. Potest legitimare bastardos in toto dominio status Ecclesiastici. Dicti Correctores sunt familiares, & commensales Papæ. *ibid.*
Confirmat priuilegia omnia *Pius V. const. 87. Pridem.* Determinat qualitates personarum assumendarum, emolumentorum diuisionem, &c. multa. *ibid.*
Archiuium Vaticanum S. R. E. Cardinalium institutum fuit ab *Vrbano VIII. const. 53. Admonet.* Scripturæ, & processus omnium promouendorum per totum mundum in eo conseruandæ, nec non beneficiorum, &c. & omnes pertinentes ad Collegium Cardinalium, &c. *ibid.* Quomodo regendum; & officiales eius, emolumenta, &c. *ibid.*
Vide, *Romæ Archiuium.*

Archiuia in Statu Ecclesiastico.

Archiuia publica sunt tenenda in omnibus locis, & terris Ecclesiæ subiectis, ad conseruandas publicas scripturas. *Sixtus V. const. 83. Sollicitudo.* Quomodo formanda, & regenda. *ibid.* Omnia instrumenta, quæ fiunt, deferri debent authentica ad Archiuium. *ibid.*

Archiuij Regens.

Archiuij Regens instituitur, qui inuigilat negotijs Archiuiorum, litibus archiuij, salarijs ministrorum, &c. Visitat, vel visitare facit archiuia, & quomodo. *ibid.*

Arelatensis Archiepiscopus.

Arelatensis Archiepiscopus supra Narbon. & Vienn. authoritatem habere, dicit *Zosimus Papa ep. 7. & 8.*

Argentum falsum.

Argentum falsum faciens, seu alchimiam. Vide, *Alchimia.*

Arioli.

Arioli sunt illi, qui idola colunt, & ab eis expectant responsum. *26. q. 6. cap. 1.*
Ariolos consulens, seu incantatores, aut magos, est anathema. *concil. Roman. sub Gregor. II. cap. 10. & 12. Zacharias ep. 1. concil. Agathense 1. c. 41. concil. Veneticum cap. vlt. 26. q. 5. cap. Aliquanti. concil. Aurel. 1. cap. 31. 26. q. 1. cap. Si quis Clericus.*
Arioli, & augures fugiendi. *lib. 2. constitut. Apost. cap. 62. & lib. 7. cap. 21.*
Vide, *Augures.* Vide, *Aruspices.* Vide, *Magi.* Vide, *Sortilegi.*

Arma.

Arma ferri non possunt in Ecclesia. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Ecclesijs, & earum cultu.* Pœna ferentium, nisi desistant. *ibid.* Vide, *Ecclesiæ.*
Arma portantes ad Infideles, sunt excommunicati ipso facto. *Extra, de Iudæis cap. Multa.* Bulla Cœnæ *Pauli V. const. 63. Pastoralis. Vrban. VIII. const. 62. Pastoralis. Innoc. 3. const. ad liberandam. Nicol. 1. const. 3. Olim.*
Arma portantes ad infideles fiunt infames; non possunt testari: si capiuntur, remanent serui capientium; bona eorum confiscantur, non possunt habere officia, neque legata recipere. *Extra, de Iudæis, cap. Multa.*
Arma non ferenda, quando dicitur Missa. *concil. Arelat. 3. cap. 28.* Transgressores puniendi sunt ab Ecclesiastico iudice, non à laico. *ibidem.*
Arma à Clericis non tractanda. *concil. Mogunt. 1. cap. 17.*
Arma quando possunt tractari à Clericis. Vide, *clerici.*

Arma breuia.

Arma breuiora tribus palmis ferentes, vt cultellos, pugiones, &c. exceptis cultellis ad frangendum panem, incurrunt crimen læsæ maiestatis in statu Ecclesiastico, & alias pœnas. *Pius V. constit. 145. cum Vices.*
Vide, *Archibusettus.*

Arma Cardinalium.

Vide, *Cardinalium Arma, & Insignia.*

Armatorum Caualcatæ.

Armatorum Caualcatæ, quando permittuntur fieri in statu Ecclesiastico, & quando non, & pœnæ facientium. *Sixtus V. const. 75. Dum pro communi.* Vide, *Caualcatæ.*

Armeni.

Armenorum Rex petit confirmationem à Papa, & obtinet quia Catholicus. *Innocent. 3. const. 4. Is Ecclesiam.*
Armeni petunt viros catholicos à Papa, & obtinent. *ibid.*
Armeni vniuntur cum Ecclesia Latina, circa septem Sacramenta, & alia multa. *Eugenius 4. const. 19. Exultate.*

Aromata-

Aromatarij Romæ, & in statu Ecclesiæ.

Aromatarij Romæ, quid teneantur obseruare: qui possunt tale munus exercere, & alia omnia pertinentia ad artem, diusè. *Gregor.13. const.29. Cum officio.*

Aromatariæ artis consules instituti *à Gregor.XIII.* confirmantur *à Clement. VIII. const.47. Laudabilis.* Quam facultatem habent ad iudicandum pro, & contra Aromatarios. *ibid.*

Aromatarij in nullo alio tribunali possunt conuenire debitores, sub pœna applicanda Ecclesiæ ibi determinata. Quomodo terminandæ eorum causæ. *ibid.*

Libris Aromatariorum fides est adhibenda, si eos tenent secundum vsum suæ artis, sed solum per quinquennium. Debitores eorum vsque ad quinquennium tantum intelliguntur obligati, si in eorum libris inueniuntur descripti. *ibid.*

Aromatarij in creditis defunctorum, decoctorum, & præferendi sunt alijs; etiam si isti habeant obligationem cameralem. *ibid. §. 10.* Etiam in causa dotis, vsque ad summam scutorum 50. tantum. Alia multa de hac materia. *ib.*

Aromatariorum causæ à nullo iudice possunt cognosci, nisi à Consulibus artis, nec ab vllo reassumi. *ibid. §.16.* Quando, & qua cautione appellari potest à præfatis Consulibus. *ibid. §.15. & Paulus V. constit.71. vt infra.*

Aromatariæ Romæ, quomodo regendæ, & gubernandæ. *Paulus V. const.71. tit. de Protomedico, & Aromatarijs.*

Aromatariorum obligatio in statu Ecclesiæ. *Gregor. XIII. const.29. Cum officio.* A quo approbandi. *ibi. §.3.* Non possunt ex simplicibus componere medicinam, sine recognitione medici; neque oppiata. Medicinas in libro notare tenetur. Non possunt vendere venena: omnes res necessarias tenentur habere. Pœnæ. Causæ eorum à Consulibus iudicandæ. Accusans Aromatarium, &c. lucratur quartam partem pœnæ. & alia multa. *ibid.*

Arreptitius.

Arreptitius non potest ministrare in altari. *Post epist.4. Pij 1. dist.33. cap. communiter. cap. clerici, & cap. Vsque. cono. Tolet.11. c.13.*

Arreptitius neque potest Sacramentum ministrare, donec sit curatus. *concil. Toletan.11. cap.13.*

Arreptitij possunt vti quibusdam herbis, & lapidibus, dummodo hæc non sint incantata. *26.q.7. cap. Dæmonium.*

Vide, *Energumenus*. Vide, *Dæmoniacus*. Vide, *Altare*. Vide, *Missa*.

Arrogans.

Arrogans non est aptus ad docendum. *dist. 46. cap. Hoc habet.*

Articularis morbus.

Articularem morbum curat ieiunium. *De consecrat. dist.5. cap. Legimus quosdam.*

Aruspicia, & Aruspices.

Aruspices sunt, qui obseruant dies, & horas, in quibus debeat homo operari. *26. q.3. cap.1.*

Aruspices, idem sunt, ac augures. *26.q.5. cap. Nec mirum.*

Aruspicum pœnæ, & alia. Vide, *Augures*.

Vide, *Diuinatio*. Vide, *Sortilegium*.

Assassinium.

Assassinium committens Clericus, vel Eques Sancti Ioannis Hierosolymitani, non potest iudicari à foro sæculari, sed ecclesiastico. Sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipsis sæcularibus prohibetur, siue sint Reges, siue Imperatores. *Clemens 8. const.37. Æqua.*

Assassini non gaudent Immunitate Ecclesiæ. Vide, *Immunitas*. Vide, *Ecclesia*.

Assassinium committens, vel mandans, est excommunicatus. *De homicidio in 6. cap.1.*

Assassinos recipiens, vel occultans, est excommunicatus: si est clericus cuiuscumque dignitatis, deponitur ab officio, beneficio, dignitate, &c. *ibidem.*

Assentiens.

Assensum præbens alienis vitijs, est similis illi. *Anastasius 1. epist.3.*

Assessor.

Assessor assumi non debet à delegato, nisi in necessitate. *De rescript. in 6. cap. Statutum, §. Assessorem.*

Assessor non debet esse suspectus. *ibid.* Expensis partium soluendus, sed moderatis. *ibid.*

Assistens.

Assistentis officium instituendum est in Ecclesia Cathedrali, & in Collegiatis, qui pluuiali indutus accedat in Missa solemni, cantante Episcopo, vel Canonico. *concil. Mediolan. 1. part.2. tit. de Missa solemni.*

Nisi adsit assistens deputatus in Ecclesijs, assumendus est alius sacerdos, qui hoc munere fungatur. *ibid.*

Assistens Capellæ Papalis.

Assistentes Capellæ Papali, vt Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ, multa Priuilegia habent. *Iulius 3. const.11. Romanorum.* Sunt nobiles, & nobilium gratijs fruuntur; multis franchitijs gaudent; alia habent priuilegia circa collationem beneficiorum, & cessionem fructuum eorumdem. *ibid.* Posse legitimare, creare notarios, milites, auratos, & doctores in omni facultate, (sed hoc de doctoribus reuocauit *Pius V. const.60.*) concessit præterea *Iulius 3.* Posse legitimare ad omnia reuocauit *Pius 4. const. 45.* Posse cum quadam particulari forma resignare beneficia; posse ordines conferre extra tempora; posse differre visitationem Liminum ad quinque annos. sed hoc reuocauit *Sixtus V. const.15.* Posse confessarium sibi eligere, qui possint eos absoluere ab omnibus casibus, & censuris, quibusdam exceptis, & commutare *eis vota, exceptis quatuor maioribus. ib.* Aliqua ex his confirmantur, alia moderantur.

Assistentes præfati fruuntur ijsdem gratijs, etiam quando desinunt esse Assistentes. *ibid.*

Gregor. XV. const.32. Circumspecta, multa renouat, & alia confirmat: concedit, vt nobilitate fruantur, ita, ac si ex vtroque parente nobili essent nati, & æquales sint alijs nobilibus, §.1. Habent franchitiam sex vegetum vini, & possunt de ea disponere, §. 2. Habent de Palatio vnam partem panis, qualibet die, §.3. Possunt creare tres notarios, qui sint probi, & commendati, eosque aggregare alijs notarijs Sedis Apostolicæ, §.4. Gaudent priuilegijs Protonotariorum participantium, etiamsi sine Rocheto incedant, §.5. Possunt creare octo milites auratos, id est, de calcaribus auratis, §.6. Possunt statuta, & leges facere pro eorum Collegio: tenere possunt oratorium domi (Romæ) per Cardinalem Vicarium approbandum, in quo vna tantum missa dici possit, pro qualibet die per se, vel per alium: & quando sunt extra Vrbem, possunt facere celebrare in suo oratorio, exceptis Paschate, Natiuitate Domini, & Pentecoste. Familiares sibi necessarij satisfaciunt præcepto, audiendo missam in suo oratorio, non verò, qui non sunt necessarij, §.8. Possunt cassare, & resignare pensiones, vsque ad summam scutorum 500. auri in toto, vel in parte, & alia circa hoc, §.9. Possunt disponere de redditibus Ecclesiasticis, semel vsque ad summam scutorum mille de Camera, siue pro hæredibus, siue pro alijs, siue pro funere, subtracto tamen ære alieno (si quod habent) §.10. Testamenta de iurisdictionalibus facere possunt coram duobus testibus, & quomodo, etiamsi sola sua manu sint descripta, & alia similia, §.10. *& seqq.* Vide, *Capella Pap.*

Assistentes Religionum.

Assistentes Generales Ordinis Sancti Augustini. Vide, *Fratres Sancti Augustini.*

Asper-

Aſperſio cum aqua benedicta.

Aſperſio cum aqua benedicta facienda ſuper populum omni Dominica. *Leo 4. homilia de cura Paſtorali. Conc. Rauenn. 2. ſub Clem. V. cap. 9.*

Aſperſionis ritus eſt antiquus in Eccleſia, & vnde ſumat originem. *de conſecr. diſt. 4. c. Nec quemquam.*

Aſperſio cum aqua facienda, & quomodo benedici aqua illa opus ſit, & à quo. Vide, *Aqua benedicta.*

Aſtrologia, & Aſtrologi.

Aſtrologi dicuntur mali, qui augurantur. *26. q. 3. c. 1.*

Aſtrologi iſti fugiendi à Catholicis. *26. quæſt. 2. cap. Illos Planetarios.*

Aſtrologiam iudiciariam exercentes præter excommunicationem ipſo facto, quas alias pœnas incurrunt. *Sixtus V. conſt. 17. Cœli, & terræ Creator.* Ab Inquiſitoribus iudicantur. *ibidem.* Item alias huiuſmodi diuinatrices artes exercentes. *ibid.*

Aſtrologi iudiciarij prædicentes futura, &c. vt homicidæ tractandi. Maximè, qui iudicant de ſtatu Reipublicæ, vel de Vita Principum. *Sixtus V. conſt. 17. Cœli, & terræ. & Vrbanus 8. conſt. 113. Inſcrutabilis.*

Aſtrologos, ariolos, mathematicos, aruſpices, vaticinatores, & alios huius generis conſulentes de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, *vel Sedis Apoſtolicæ*, vel vita, aut ſenectute Papæ, aut conſanguineorum Papæ, vſque ad tertium gradum; vel qui iudicia, aut prædictiones de præfatis, etiam ſponte oblata, receperint, illiſve vſi ſint, vel apud ſe retinuerint, incurrunt excommunicationem ipſo facto, crimen Læſæ Maieſtatis, pœnam mortis, & confiſcationem bonorum omnium. *Vrban. 8. conſt. 113. Inſcrutabilis §. 3.*

Aſtrologi præfati, arioli, &c. qui ſupra, talia prædicentes, etiamſi proteſtentur, ſe non certò affirmare, quòd dicunt, ſi apud ſe talia iudicia teneant de prædictis perſonis, vel alijs oſtenderint, eaſdem pœnas incurrant. *ibid. §. 3. Si clerici*, curiæ ſæculari tradendi præuia abiuratione, & degradatione. *Epiſcopi* verò, vel alij etiam in dignitate maiori conſtituti, *omnibus gradibus*, dignitatibus, beneficijs, &c. ipſo facto priuantur, excommunicationem incurrunt, & priuationem regiminis. *ibid.*

Aſtrologorum, &c. præfatorum prædicentium (vt ſupra) delictum iudicandum ab Inquiſitoribus in omni loco. Romæ verò etiam à Gubernatore, Auditore Cameræ, & Vicario Papæ. In alijs locis ſtatus Eccleſiaſtici à Legatis, & Vicelegatis; in alijs Chriſtiani Orbis terris ab Ordinarijs etiam. *Vrbanus 8. conſt. 113. Inſcrutabilis §. 4.*

Vide, *Genethlia.*

Attentio.

Attentio eſt neceſſaria, in recitatione Officij diuini.

Vide, *Officium.*

Atrium Eccleſiæ.

Atrium Eccleſiæ, per triginta paſſus ſe extendit, & claditur. *17. q. 3. c. Definiuit.*

In atrio Eccleſiæ fieri non poſſunt domus, niſi clericorum. *Nicolaus I. in decr. tit. de Eccleſijs c. 1.*

In atrio Eccleſiæ non poſſunt arma tractari, vulnerari, &c. faciens excommunicatur. *Concil. Cabilon. 2. c. 17.*

Attritio.

Attritio, quæ dicitur imperfecta contritio, eſt deteſtatio peccati, ex turpitudine eius, vel ex metu gehennæ, aut pœnæ. *Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 4.*

Attritio eſt donum Dei. *ibid.* Diſponit ad impetrandam gratiam Dei, in Sacramento Pœnitentiæ. *ibid.*

Attritio ſine Sacramento, non perducit ad iuſtificationem. *ibid. cap. 4.*

Attritio eſt vtilis dolor, & præparat ad gratiam. *Concil. Trident. ſeſſ. 14. can. 5.*

Auarus.

Auarus ſcienter, peccat, vt hæreticus. *6. quæſt. 1. cap. Quæro ergo.*

Auditor.

Auditor datus à delegato poteſt cum cauſa recuſari. *De off. Iud. deleg. c. Super quæſtionem. §. eum verò.*

Auditor delegatus in Romana Curia à Papa pronuncians, cui debetur beneficium, ſine alia commiſſione poteſt procedere. *Clement. de reſcript. c. Auditor.*

Auditorum Sedis Apoſtolicæ beneficia, dum illi moriuntur, à quo conferenda. Vide, *Beneficia.*

Auditor Cameræ Apoſtolicæ.

Auditoris Cameræ iuriſdictio declaratur per *Innocent. VIII. conſt. 7. Apprimè.*

Auditor Cameræ, aliquando fuit Cardinalis. *ibid. §. 2.* Poteſt alijs delegare. Cauſas in curia motas, tam ciuiles, quam criminales, iudicare poteſt. Omnes cauſæ ab Auditore Cameræ iudicabiles, ibi numerantur. Pleniſſima eſt eius iuriſdictio. *ibid.*

Auditor Cameræ antequam officium exercere incipiat, tenetur præſtare iuramentum fidelitatis in manu Camerarij, vel locum tenentis. & alia *ibid.*

Pius IV. pariter declarat, quas cauſas iudicare poteſt Auditor Cameræ, *conſtit. 33. ad eximiæ.* Solus ipſe, & loca tenentes iudicant de obligationibus in forma Cameræ, & reaſſumit præfatas cauſas, niſi à Papa alijs ſint commiſſæ. Poteſt *cenſuras Eccleſiaſticas* promulgare. Poteſt iudicare cauſas omnium Prælatorum, *Cardinalium*, Regum, & Imperatorum in prouentibus, & alijs iuribus Eccleſiarum. Poteſt ſummariè expedire cauſas mercatorum, dummodo non excedant valorem ducentorum ducatorum auri. *ibid.* Poteſt in cauſas criminales Vrbis. Poteſt in cauſas omnium exemptorum. Poteſt cognoſcere de literis Papæ, Pœnitentiariæ, &c. Poteſt exequi ſententias omnes in curia latas, & alia multa. *ibid. ad eximiæ.*

Auditor Cameræ Apoſtolicæ in Capella Papæ habet primum locum poſt Gubernatorem Romæ, & Oratores Principum, ſi ſint Prælati. *ibid. ad eximiæ.*

Auditor Cameræ Apoſtolicæ, quam methodum, & formam tenetur ſeruare in cauſarum expeditionibus, circa examina, appellationes, remiſſiones, &c. quæ agenda ſunt in ſuo tribunali; multaque alia. *Pius IV. conſtitut. 56. Inter multiplices.* per §§. 35. Diſtinctè tota ferè authoritas Auditoris, & officialium, nec non forma tenenda in iudicijs declaratur.

Pius V. reformat tribunal Auditoris Cameræ, in multis. *conſt. 113. Inter illa.* Taxa officialium circa pretia laborum, & alia præſcribuntur diſtinctè per §§. 49.

Paulus V. confirmat omnem authoritatem, ac iuriſdictionem collatam à Prædeceſſoribus Auditori Cameræ. *Conſt. 28. Eximiæ fidelitatis.*

Auditor Cameræ in cauſa ſanguinis, non incurrit irregularitatem, vel alias inhabilitates, dummodò ipſe non ferat ſententiam, aut non ſubſcribat. *ibid. §. 4.*

Poteſt cauſas iudicare cum obligatione Camerali, & ſine ea, cum vna citatione pro mandato executiuo, vel ſine citatione. *§. 6.*

Poteſt vnum, vel plures Loca-tenentes eligere, qui cauſas iudicent. *§. 6.*

Non iudicat cauſas Cameræ, vel ab ea pendentes coram iudicibus introductis. *§. 6.*

Poteſt iudicare cauſas in forma iuris Guartingiæ Ripæ, vel Ripettæ. Omnes cauſas poteſt reaſſumere, exceptis Curiæ Capitolinæ, contra ciues Romanos. *§. 7.* Sic etiam cauſas omnium Dominorum, Principum, Cardinalium, Regum, Imperatorum, familiarium Papæ, &c. §. 8. In omnibus cauſis, criminalibus, ciuilibus, & mixtis, in ſtatu Eccleſiæ poteſt procedere. *§. 9.*

Poteſt recipere cauſas appellationum, omnium Iudicum ſtatus Eccleſiaſtici, (exceptis cauſis Vicarij Papæ, Senatoris, & Iu-

& Iudicum Capitolij) & omnium Episcoporum, etiam extra statum Ecclesiæ, §.10.

Potest procedere sine figura iudicij, manu regia, & de plano, quando non agitur vltra summam scutorum ducentorum auri de camera, aut de valore dictæ summæ, dum agitur de obligatione in forma cameræ: & tunc vna citatione, audientia, vel affixione citationis ad portas habitationis partium procedit.

In alijs verò obligationibus, potest sic procedere in quantitate non excedente 20. scuta auri §.11.

Auditor Cameræ non potest citare Episcopos ad comparendum personaliter, nisi præuia commissione subscripta manu Papæ. §.13.

Auditor Cameræ est executor literarum Sedis Apostolicæ, si in literis non assignetur executor. §.14.

Potest procedere contra omnes immediatè subiectos Papæ, siue in ciuilibus, siue in criminalibus. §.12. Siue sint in curia, siue extra. *ibid.*

Potest exequi per se, vel per Loca-tenentes, omnes sententias latas à Papa. *ibid.* §.15.

Habet locum in Capella Papæ, primum post Gubernatorem Romæ, & Oratorem Principum, si sint Prælati. *ibi.* §.28.

Auditor Cameræ debet summariè expedire causas pauperum, & miserabilium personarum. *ibid.* §.31. Etiamsi non sint priores, & potiores, alijs creditoribus, vsque ad summam 50. scutorum incluſiuè, §.31.

In causis vsurarijs, potest procedere, §.33.

Potest reuocare sententias, & inhibitiones latas per Gubernatorem Romæ, §.33.

Et alia ibi de Auditore Cameræ per §§.42.

Auditoris Cameræ tribunal reformatur à *Paulo V. const.71. tit. de auditore Cameræ.* Vbi per 31. §§. præscribitur Auditori Cameræ, & eius officialibus, quid possit iudicare, & quomodo. quæ ibi indistinctè legenda sunt.

Auditor Rotæ Romanæ.

Auditor Rotæ, quæ statuta tenetur obseruare *Ioannes XXII. constitut.14. Ratio iuris.*

Tenentur facere iuramentum, & quale. *ibid.* Statuta sunt 39. *ibid.* Cuius qualitatis, & conditionis debent esse Auditores Rotæ. *Martinus V. const.3. In Apostolicæ.* §. 14. & 15.

Auditor Rotæ tenetur defendere Conclusiones de lege Canonica, vel Ciuili; & qui debent contra eos arguere, quive esse præsentes in ea disputatione. *ibid.* §.17. Ex ea disputatione iudicari debet, an sit idoneus. *ibid.* §.17.

Auditoris Rotæ officium, & obligatio. §.17. Libros iuris, secum habeant. *ibid.*

Auditor Rotæ præcipitans iustitiam, vel accipiens munera, quomodo puniendus, & postea priuandus. *ibid.* §.18.

Auditores Rotæ, quem ordinem seruare debent in ferendis, ac iudicandis causis: quem si peruertant, ipse & notarius tenentur ad expensas, & damnum partium. *ibid.* §.19.

Auditor Rotæ, accipiens aliquod munus à Notario ratione officij, scilicet, quia vtitur eo, incurrit excommunicationem. *ibid.* §.20. Et tenetur ad restitutionem in duplo erogandam pauperibus. *ibid.*

Alia obseruanda ab Auditore Rotæ Romanæ. *Martinus V. const.5. Romani.* Ordo ab eis tenendus in iudicijs. *ibid.* Causas breues reddere debent, & amputare prolixitates. *ibid. Innoc.8. const.13. circa finem.*

Auditores Rotæ delinquentes, quomodo corrigendi, & puniendi. *ibid.*

Auditores Rotæ, duodecim esse debent. *Sixtus 4. const.2. Romani.*

Auditorum Rotæ officia vacant, si ipsi promouentur ad Episcopatum. *Innoc. 8. const.6. Circumspecta.*

Auditorum Rotæ iurisdictio, & authoritas declaratur, & confirmatur. *Innoc.8. const.13. Finem.* Ordo, & forma ab eis tenenda in iudicijs. *ibid. per §§.12.*

Literæ Sedis Apostolicæ, quæ expediuntur pro Auditoribus Rotæ, gratis expediendæ. *Leo X. const.3. Sedis.*

Priuilegia Auditoribus Rotæ, multa concessit *Clemens VII. const.13. Conuenit.* & sunt hæc, habere possunt plura beneficia, etiamsi alterum sit curatum: & alia incompatibilia, etiam dignitates sub vno, vel sub pluribus tectis: item plura beneficia Regularia: per septennium non tenentur promoueri ad ordinem sacrum: habentes curam possunt absoluere à casibus ordinarij: disponere cum quibus volunt, de bonis vndequaque acquisitis: permutare, & resignare beneficia, absque alicuius licentia, & alia multa circa hoc. Non tenentur ad residentiam beneficij, sed per alios possunt illud regere absque licentia ordinarij. Horis anticipatis recitare officium, cum vno, vel pluribus familiaribus. Eligere confessarium à quo possunt absolui à casibus, etiam Papæ reseruatis, quibusdam exceptis, semel in anno, & à votis dispensari, exceptis quatuor. Vti altari portatili. Missam ante lucem facere celebrare. Sic etiam tempore interdicti esse præsentes sacris, cum sex alijs personis, quæ non dederunt causam interdicto. Interdicti tempore si moriantur, possint tradi sepulturæ, etiam cum pompa funerali. Tempore quadragesimæ visitando duas Ecclesias, & in curia tempore audientiæ propriam capellam, indulgentias stationum Vrbis lucrentur. In diebus prohibitis non comedere caseum, &c. lacticinia; sic in diebus in quibus prohibentur carnes, & comeduntur oua, possunt comedere carnes. Literas Apostolicas gratiarum in primis signatura gratis obtinent, & non tenentur ad regulam intimationum possessoribus, nec publicationum, & acceptationum, & nominare possunt amicos consanguineos, &c. pro beneficijs sibi concessis. Præferri debent alijs in his prouisionibus. Bullæ pro quouis beneficio ipsorum gratis expediendæ pro illis. *ibid.*

Auditores Rotæ sunt exempti, à iurisdictione ordinariorum, legarorum, &c. etiam de latere, & aliorum, & Papæ immediatè subduntur ipsi, & ipsorum bona. Eximuntur à gabellis, taxis, &c. *ibid.*

Cum resignant beneficia valoris 24. ducatorum de camera, tenentur certiorare Collectores, & Præsidentes Cameræ. *ibid.*

Multa alia circa assignationes, & conseruationes beneficiorum, & alia, quæ prolixè sunt disposita in dicta constitutione pro Auditoribus Rotæ: sed hæc postea sunt reformata *à Paulo V.* vt infra.

Auditorum Rotæ Romanæ priuilegia confirmat. *Paulus 3. const.12. Romani.* Concedit exemptionem pro 15. vegetis vini siue ex Ripa, siue ex alijs partibus accipiatur. Derogat contraria, & alia concedit. *ibid.*

Auditorum Rotæ Decanus est, qui tempore vacationis est antiquior præsens Romæ, nisi absit ob negotia publica. *Pius 4. const.61. Dudum.*

Auditorum Rotæ facultas, & authoritas præscripta, & reformata. *Paulus V. const.71. tit. de Auditorio Rotæ*, per extensum.

Auditores Rotæ, & eorum Loca-tenentes, non possunt manifestare vota sua, vel Coadiutorum alicui, exceptis Loca-tenentibus, & Coadiutoribus, nec patefacere, quinam ex socijs votum dederit, vel non, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, à qua à nullo possunt absolui, neque à summo Pœnitentiario, neque per vllum iubilæum, aut Bullam Cruciatæ, neque in anno Sancto, sed à solo Papa. *Vrbanus VIII. in append. Bullarij const.57. alias 167. Exponi.*

Possunt Auditores Rotæ assignare, vel significare difficultates, motiua, & rationes, ob quas dilata est resolutio in aliqua causa, tacito tamen nomine eorum, qui illas adducunt. *ibid.*

Auditorum Rotæ adiutores manuenses, & alij, qui sciunt tractatus, & causas, sub eadem censura tenentur celare, & nulli patefacere. *ibid.*

Auditores Rotæ, Loca-tenentes, adiutores studij, &c. tenentur iurare, & quomodo. Vide, *Rota.*

Aues venaticæ.

Aues venaticas tenere prohibetur clericus. *De clerico venatore cap.1. & 2.* Si Episcopus eas tenet, per tres menses priua-

priuatur communione, Presbyter per duos; Diaconus ab omni officio priuatur. *ibid. ex Concil. Aurel.1. cap.3.*

Augurium, & Augures.

Auguria fugienda: sic etiam auspicia. *lib.2.const. Apost.cap. 62.lib.7.cap.71.* Consulens augures, excommunicatur ipso facto. *Concil. Sabin. cap.25.*

Auguria, & auspicia obseruare, est idololatriæ genus. *26.q. 2.cap. Sed est illud.*

Augures idem sunt, ac auspices. *26.q.5. cap. Nec mirum. & q.3. cap.1.*

Augures sunt, qui volatus auium obseruant, seu voces earum improuisas. *26.quæst.3. cap.1. quæst.5. cap. Nec mirum.*

Auguria ab homine inuenta. *26. quæst.2. cap. Qui sine.*

Auguria Phryges primum inuenerunt. *26. quæst.5. cap. Nec mirum.*

Auguria quælibet illicita sunt. *Concil. Antisiodor. cap.49.*

Augurijs vacans, excommunicatur. *Concil. Venet. cap. vlt. Concil. Agathense cap.41. Concil. Aurelian. cap.31. Conc. Carthag.4. cap.89. causa 26.q.5. cap. Augurijs, & cap. Si quis clericus.*

Augurijs vacantes, per quinquennium pœnitere debent. *Concil. Ancir. cap.23. Concil. Roman. sub Damaso cap.4. Conc. Sabinense cap.25.*

Vide, *Diuinatio.*

S. Augustinus.

S. Augustinus fuit magister optimus, & semper in communione Romanæ Ecclesiæ (id est, postquam venit ad fidem Catholicam.) *Cœlestin.I. ep.1. cap.2.*

S. Augustinus, & S. Hieronymus sunt lumina Magistrorum. *Gelasius Papa ep.6.*

S. Augustini doctrina ab Ecclesia obseruatur. *Ioann.2. ep.3.*

S. Augustini doctrina, & aliorum trium Doctorum, fulcitur Ecclesia, & per eam nodi difficultatum soluuntur. *De Reliquijs, & venerat. Sanct. in 6. cap.vn.*

S. Augustini fratres Eremitæ. Vide, *Fratres.*

S. Augustini Canonici. Vide, *Canonici regulares.*

Augustiniana Religio habet priuilegium, habendi Sacristam in sacello Papæ, qui esse debet Prælatus. *Alexander VI. const.5. Ad sacra.*

Aurum falsum.

Aurum falsum, seu Alchimiam facientes. Vide, *Alchimia.*

Auisi.

Vide, *Menantes, vel scriptores di Auisi.*

Authenticus.

Authentici libri, quos recipit Ecclesia. *dist.15. cap. Sancta Romana. Concil. Trident. sess.4. in decret.de editione, & vsu sacrorum librorum.* Vide, *Libri.*

Author.

Authore damnato, etiam scripta intelliguntur damnata. *De Magistris, cap. Fraternitatis.*

Auxilium gratiæ.

Auxilium gratiæ Dei, est necessarium ad benè, & sanctè viuendum, ad abstinendum à malis, & ad redeundum ad iustitiam. *Innoc.1. ep.24. & 25.* Illud negantes sunt hæretici. *ibid. & Concil. Arausic.2. per totum.*

Auxilium hoc gratiæ, continuè à Deo petimus. *ibid.*

Auxilium gratiæ per Christum, est ita necessarium, vt sine illo, nemo possit resurgere à peccato. *Cœlest.I. epist.1. cap.4.*

Vide, *Gratia.* Vide, *Adiutorium.*

Azima.

Azima cum Iudæis edentes, si sunt laici, excommunicantur; si clerici, deponuntur. *28. q.1. cap. Nullus eorum, & cap. Omnes. Concil. Laodic. cap.38.*

B.

Baculus.

BAculo Papa non vtitur, sed alij Episcopi eo vtuntur. *De sacra Vnctione cap. vnico §. vlt.*

Baculo non potest vti sacerdos in altari Missam dicens. *Concil. Rom. sub Zacharia cap.13.* Neque ad altare cum eo accedere. *ibid.*

Baldacchini vsus.

Pro Abbatibus, Monachis. Vide, *Abbates quoad vsum Baldacchini.* Vide, *Monachi.*

Balsamum.

Balsamum in Chrismate ponendum ab Episcopo, & nihil pro eo debet exigi à clericis, vel alijs. *Concil. Bracar.2. c.4. Barcinonense cap.1. Cabilonen.3. cap.16. 1.q.1. c. Placuit, vt nullus. & cap. Statuimus.*

Vide, *Chrisma.* Vide, *Confirmatio.*

Bannum, & bannire.

Bannum Episcopi transgrediens, pœnitere debet per 40.dies in pane, sale, & aqua. *Concil. Tribur.1. cap.8.*

Si eodem die fiat bannum ab Episcopo, & à Principe sæculari, vt conueniatur ad placitum (seu Consilium) Episcopo est potius obediendum, quam Principi. *Concil. Tribur.1. cap.9.*

Banniri non possunt clerici ab aliquo loco: & si fiat bannum, locus ille est interdictus, donec clerici restituantur. *Concil. Tol. 22. cap.24.*

Bannitus.

Banniti non recipiendi in statu Ecclesiæ. *Extrau. Ioann.22. de Priuilegijs. Ad nostri Apostolatus.* Quare, & quando. *ibi.*

Banniti non recipiendi à Baronibus in statu Ecclesiæ, sed fugandi: sub pœnis grauissimis. *Iulius 2. const.2. Quia nihil. const.4. Romani. & const.6. Cum homines.* Sub pœna confiscationis bonorum omnium, &c. alijs *Iulius 3. const. 25. Cum sicut.*

Bannitos existentes in loco aliquo non reuelantes, intra tres dies, similes pœnas incurrunt. *ibid. const.6.*

Bannitos receptans in statu Ecclesiæ, vel faciens cum eis treguam, præter excommunicationem incurrit crimen læsæ maiestatis, &c. alias. *Leo X. const.36. Omnes Clem.7. const. 10. in Sancta.*

Bannitorum pœnæ. *ibid. Clem.7.*

Banniti à Communitatibus sunt capiendi, & carcerandi. *ibid. Clem.7.*

Eadem circa bannitos, & eorum receptatores confirmat *Iul. 3.const.25. Cum sicut. Pius 4. const.27. In eminenti*, eadem confirmat.

Banniti non possunt aggratiari à Legatis Papæ. *Pius 4. vbi supra §.6.*

Cum bannitis fieri non potest compositio. *Pius 4.* ibi in declaratione sequenti.

Bannitus occidens alium bannitum, ad consequendam liberationem à pœna capitis, vel nominatus ab alio, qui habet talem gratiam iuxta tenorem banni, non potest aggratiari, nisi se ipsum personaliter præsentet, neque sufficit, si comparet per Procuratorem. *Pius 4. constit. 52. Etsi cuncta.*

Et hoc intelligitur, non solum de bannito condemnato, sed de condemnando ob contumaciam. *ibi* in declaratione sequenti.

Banniti ob contumaciam, quando, & quomodo possunt admitti

mitti ad nouas defensiones, & cum Signatura Papæ. *Pius V. const. 9. Cum ob innumeras*, in declaratione sequenti.

Leges, & statuta facta contra bannitos, receptatores eorum, &c. confirmat *Gregorius 13. const. 65. Tanta.*

Bannitos occultantes, &c. vel impedientes alios, ne ipsos capiant, &c. in statu Ecclesiæ, læsę maiestatis rei fiunt; priuantur omni Ecclesiastico beneficio, honore, dignitate, &c. & fiunt inhabiles ad ea, omnesque actus legitimos; & eadem incurrunt eorum filij. Priuantur feudis, &c. Subditi eorum absoluuntur à iuramento fidelitatis. *ibid.* Communitates, quibus pęnis subiacent, si id faciunt, *ibid.*

Bannitorum bona, quando capiuntur (exceptis Archibusijs, & alijs armis) in manu Depositarij, vel Thesaurarij consignentur. *Sixtus V. const. 93. Ad Romanum §. 15.* Et si condemnantur, Cameræ applicantur. *ibid.*

Banniti expellendi à suis terris, in statu Ecclesiastico à Dominis illarum. *Sixtus V. const. 6. Hoc nostri.*

Quomodo persequendi sunt banniti, etiam à personis priuatis. *ibid.* Saltem manifestando, & propalando.

Bannitorum literas portantes ad partes, &c. crimen læsæ maiestatis incurrunt. *Innocent. 8. const. 14. Licet.*

Banniti in statu Ecclesiæ à nullo Principe, Duce, Marchione, Comite, vel alio habente mixtum imperium, possunt aggratiari, vel componi, sed à solo Papa. *Clemens 8. constit. 15. Inter cæteras §. 7.* Admittentium pœnæ. *ibid.* Et gratia est nulla. *& Iulius 3. const. 25. Cum sicut.*

Bannitorum receptatoribus, aliquando indulgetur, ijs comprehensis. *ibid. §. 1. & 2.*

Banniti, vel alij exules Vrbis Romæ, minantes partibus offensis, nisi pacem habeant cum eis, crimen læsæ maiestatis incurrunt. *Innoc. 8. const. 14. Licet.* Deferentes literas, vel ambasciatas, de hac re, idem incurrunt.

Baptista.

Vide, *Sanctus Ioannes Baptista.*

Baptismus, eiusque materia & forma.

Baptismi vera doctrina, est in Ecclesia Romana. *Concil. Tridentin. sess. 7. de Baptismo can. 3.*

Baptismus est Sacramentum fidei, quia facit fidelem. *De consecr. dist. 4. cap. Nihil est aliud.*

Baptismus Ioannis non habui eamdem virtutem cum baptismo Christi. *Concil. Trid. sess. 7. de Baptismo can. 1.*

Baptismi materia est aqua naturalis, siue calida, siue frigida. *Eugenius 4. in decr. Vnionis Armenorum. §. Quinto Ecclesiasticorum. Clem. 1. ep. 3. Innoc. 4. constit. 14. sub Catholicæ. §. 3.*

Baptismus ex verbis, & aqua constat. *1. quæst. 1. cap. Detrahe.*

Baptismus fieri nequit sine aqua, & verbis. *de Baptismo, cap. Non vt apponeres. Concil. Later. 4. cap. 1.*

Baptismi materia, id est aqua debet solemniter benedici. *Concil. Mogunt. 4. cap. 14.*

Baptismus fieri non potest, nisi in aqua vera, & naturali. *Concil. Trident. sess. 7. de Baptismo can. 2.*

Baptismi forma sunt illa verba, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Eugen. 4. in decr. vnionis Armenorum, §. Quinto Ecclesiasticorum.* (Illa verba, quibus Græci vtuntur, *Baptizetur seruus Christi, vel N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, sunt valida forma.) *lib. 6. const. Apost. cap. 16. de Baptismo cap. 1.* Sine forma non conficitur. *ibid.*

Sine hac forma Baptizatus, est rebaptizandus. *de consecr. distinct. 4. cap. Quos à Paganis, cap. Hi vero. 1. q. 1. cap. Si quis consurgit.* Vide infra, *Baptismus datus ab Hæreticis, &c.*

Baptismi formam mutans, excommunicatur. *Concil. quod dicitur Apostolorum cap. 49.* Non potest dari in nomine Domini, sed in nomine Trinitatis. *de consecr. dist. 4. cap. Multi sunt.*

Baptismus est Sacramentum nouæ legis. *Eugenius 4. in decr. vnionis Armenorum. §. Quinto Ecclesiasticorum. Concil. Trid. sess. 6. cap. 7. sess. 7. de Sacram. can. 1.*

Baptismi forma corrupta per ignorantiam linguæ, non destruitur. *de consecr. dist. 4. cap. Retulerunt. cap. Si non sanctificatur.*

Baptismi forma debet ita proferri, vt sanum habeat intellectum. *Conc. Oxon. 1. cap. 16.*

Baptismi verba in quolibet idiomate, siue latino, siue vulgari, sunt forma valida. *ibid. Et Greg. 3. epist. 5.*

Baptismi formæ, seu verbis, nihil potest addi. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Baptismo.* Verba autem sunt, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Baptismi forma, In nomine Domini, non est valida, & sic baptizatus debet rebaptizari. *De consecrat. distinct. 4. cap. Si reuera.*

Baptismi sacramentum faciendum est per aquam, & verba exprimentia Trinitatem. *De Trinitate cap. 1. in fine.*

Baptismi forma ab omnibus curatis scienda. *Concil. Rauenn. 2. sub Clemente V. cap. 2.*

Baptismus olim datus in nomine Christi, fuit validus. *De consec. dist. 4. cap. A quodam Iudæo.* Nunc non potest ita dari. *ibid. cap. Multi sunt.*

Baptismi minister, & intentio.

Baptismi solemnis minister est Episcopus, vel Presbyter. *Clem. 1. epist. 4. lib. 6. constit. Apost. cap. 16. Eug. 4. in decr. Vnionis. §. Quinto. De consecr. dist. 4. cap. Constat. Concil. Mediolan. 1. part. 2. tit. de Baptismo.*

Sine intentione ministri, non valet Baptismus. *De consecr. dist. 4. cap. Solet etiam. cap. Non sanctificatur. Concil. Colon. 2. par. 6. cap. 6.*

Cum intentione faciendi debet minister baptizare. *Concil. Colonien. 2. part. 7. cap. 6. Eugen. IV. in decret. Vnionis. §. Quinto.*

Laici etiam baptizare possunt in necessitate. *De consecr. dist. 4. cap. Constat. cap. Sanctum est. Eugen. 4. in decr. Vnionis, §. Quinto.* Sed non solemniter. *libr. 3. const. Apost. cap. 10.*

Omnis fidelis baptizare potest aliquem in necessitate, si Presbyter non adsit. *Concil. Elibert. cap. 38.* Dummodo *non sit bigamus.* Sed modus obstat. *Concil. Londin. 1. cap. 3.*

Baptizare non potest mulier (id est si alij adsunt, qui possint) *De consecr. dist. 4. cap. Mulier lib. 3. const. Apost. cap. 9.* Sed in necessitate.

Baptizare potest mulier in necessitate, si non adsit sacerdos, neque clericus in sacris, vel alij clerici, neque alius masculus. *Concil. Mediolan. 1. part. 2. tit. de Baptismo.*

Baptizare potest in necessitate pater, vel mater pueri, sine solutione coniugij. *Concil. Oxonien. 1. cap. 16.*

Baptismi minister, debet esse persona distincta à baptizato. *De Baptismo cap. Debitum.* Et ideo, nemo potest baptizare se ipsum. *ibid.*

Recedens ab Ecclesia non perdit potestatem baptizandi. *1. q. 1. cap. Quod quidam.*

Baptizare nullus potest solemniter, sine licentia Episcopi. *Concil. Vienn. Prouinc. cap. 8.*

Baptizare non potest diaconus, nisi in necessitate. *Concil. Laodicen. 1. cap. 3. Concil. Lateran. 3. par. 50. cap. 44.*

Si Laicus in necessitate baptizat, vel alius, debet postea Presbyter supplere alias solemnitates in Ecclesia. *Concil. Oxonien. 1. cap. 16.*

Baptizans siue bonus, siue malus sit, dummodo in forma Ecclesiæ faciat, validè ministrat. *De consecrat. dist. 4. cap. Aliud est. c. Quomodo. cap. Non est aqua. cap. Baptismus. cap. Cum Baptizat.*

Vide infra, *Baptismus datus ab hæreticis.*

Minister nolens Baptizare (si petens moritur sine eo) deponatur. *De consecr. dist. 4. cap. Quicumque. Concil. quod dicitur Apost. cap. 47.*

Baptismus datus ex ioco, non est validus. *de consecr. dist. 4. cap. Solet etiam.*

Baptismi necessitas pro omnibus, etiam paruulis.

Baptizari debent omnes homines nati ex viro, & muliere. *De consecrat. dist. 4. cap. Quisquis. Clementin. de fide cathol. cap. vn. §. fin.*

Absque baptismo, nullus saluatur, licet bene viuat. *de consecr. dist. 2. cap. Catechumenum.*

Sine baptismo, nullus fieri potest Christianus. *Zacharias epist. 10.*

Baptismus est ita necessarius ad salutem, vt non sit in libertate velle baptizari, vel non, si quis vult saluari, *conc. Trid. sess. 7. de Baptismo can. 5.*

Baptismus conferendus est, etiam paruulis, licet non credant actu. *de Baptismo cap. Maiores. concil. Senonense cap. 17. de consecr. dist. 4. cap. Non illud, & cap. Baptismus. Concil. Mogunt. 4. cap. 13.*

Baptizari, in paruulis est credere. *de consecr. dist. 4. cap. Quis autem.*

Baptizantur paruuli, in fide aliorum. *ibid. cap. Paruuli. cap. In Ecclesia, & cap. Illud.*

Baptizari non potest paruulus, in vtero matris. *ibid. cap. Qui in maternis, & cap. Si qua mulier.*

Baptizari debent omnes, etiam paruuli recenter nati de parentibus fidelibus. *concil. Trid. sess. 5. de peccato originali cap. 4. de consecr. distinct. 4. cap. Non illud. & cap. Baptismus.*

Baptizato paruulo prodest fides aliorum. *de consecr. dist. 4. cap. in Ecclesia, & cap. Illud.*

Baptizandi sunt omnes, surdi, muti, ægroti, &c. impotentes loqui, ex aliorum testimonio. *de consecr. dist. 4. cap. Ægrotantes.*

Baptismus sanguinis, supplet baptismum aquæ, si hic non potest haberi. *de consecr. dist. 4. cap. Baptismi vicem.*

Baptismi votum sufficit ad salutem, si haberi non potest in re. *concil. Trid. sess. 7. de Sacram. can. 4.*

Baptismo Christi baptizati sunt omnes Apostoli. *De consecr. dist. 4. c. Quando Hierosolymis, & c. Si eos.*

Baptismi loco in lege naturæ erat fides, & virtus sacrificij: in lege Moysi, circumcisio. *De consec. dist. 4. c. Quod autem.*

Baptizatum se non tenens cura, non sit saluatur, & quomodo. *De presbyt. non baptizato, &c. c. Apostolicam.*

Baptismus collatus ficto.

Baptismus collatus ficto (id est habenti obicem) si consentit, habet effectum suum, quando præterita fictione baptizatus veraciter facit confessionem pœnitentialem. *De consecr. dist. 4. cap. Tunc.*

Baptismus datus ab hæreticis, & alijs infidelibus, &c. alijs malis.

Baptismus datus ab hæreticis cum forma Ecclesiæ, est validus. *concil. Africanum cap. 24. Zacharias ep. 10.* Item si ab alijs infidelibus in præfata forma detur. *ibid. Arelat. 1. cap. 8. de consecr. dist. 4. cap. Si qui. cap. Ostenditur. cap. ab antiqua. cap. De Arianis. cap. Quamuis vnum. cap. solet. cap. Aliud est. cap. Quomodo. cap. Nullus autem. cap. cum tantum. & cap. satis.*

Baptizatus ab hæreticis, vel alijs in forma Ecclesiæ, non debet rebaptizari. *Siricius ep. 1. cap. 1. Innoc. 1. ep. 22. cap. 5. Greg. 1. lib. 2. ep. ep. 32. & 33. lib. 9. ex reg. ep. 61. Nicolaus 1. ad consulta Bulgarorum cap. 104.* Etiam si detur baptismus à Iudæo. *ibid. Gregor. 3. ep. 1. de consecrat. dist. 4. cap. Ob antiqua. cap. de Arianis. 1. q. 1. cap. Quod quidam. de Trinitate cap. 1. in fine. concil. Lateran. 4. c. 1. concil. Moguntin. 4. cap. 13. concil. Trid. sess. 7. de baptismo can. 4.*

Baptizatus ab hæretico non in forma Ecclesiæ, rebaptizatur. *lib. 6. const. Apost. c. 15.*

Baptizatus ab hæreticis, cum manus impositione recipitur, dum venit ad Ecclesiam Catholicam. *Siricius ep. 1. cap. 1. de consecr. dist. 4. cap. Ab antiqua.*

Baptizati à Cataphrygis, sunt rebaptizandi, quia scilicet non

in forma Ecclesiæ. *Concil. Laodicen. cap. 8.* Sic de Paulianistis, quia aliam formam tenebant. *Concil. Arelatens. 1. cap. 8. Arelatens. 2. cap. 16. Concil. Nicæn. 1. can. 19. Gregor. 1. lib. 9. ex reg. epist. 61. Gregor. 3. epist. 1. de consecrat. dist. 4. cap. de Arianis. 1. q. 1. cap. Si quis consurgit. cap corporalia, cap. Non sanat. & cap. Hi qui baptismum.*

Baptizatus ab aliquo se fingente baptizatum, si in forma Ecclesiæ baptizet, est vere baptizatus. *Nicol. 1. ad Consulta Bulgarorum cap. 14. & 15. de consecrat. distinct. 4. cap. Solet.*

Baptismus æqualiter datur à bonis, & à malis. *de consecrat. distinct. 4. cap. cum tantum. cap. Satis. c. Non est aqua.*

Baptismus non est melior, eo quod à meliori ministro detur. *ibid. cap. Sicut bonus.*

Baptizatus à Latinis, non debet rebaptizari à Græcis. *de baptismo c. fin.*

Baptizatus ab hæreticis in infantia, quando venit ad Ecclesiam, potest promoueri ad ordines. *1. q. 4. cap. Placuit de infantibus, & cap. Quia apud Donatistas.*

Baptizatus extra Ecclesiam, si non redit ad Ecclesiam, damnatur. *1. q. 1. cap. Firmissimè.*

Baptizatus extra Ecclesiam, non admittitur ad Clericatum. *1. q. 7. c. Quis in qualibet ætate.*

Catholicus faciens baptizari suum filium ab hæreticis, quomodo est puniendus. *Concil. Illerdense c. 13.*

Baptismus quando, id est, in qua ætate suscipiendus.

Baptismus, quam primum suscipiendus. *Clemens 1. epist. 4. lib. 6. const. c. 15.*

Baptizari non potest filius totaliter manens in corpore matris. *de consecr. dist. 4. c. In maternis. cap. Si qua mulier. cap. si ad matris.*

Baptismus, nisi necessitas vrgeat octauo die post natiuitatem pueri, olim dandus est. *concil. 1. Tribur. c. 12.*

Baptizandi sunt paruuli, licet sine fide veniant. *De consecr. dist. 4. c. Non illud, cap. baptismus. cap. vt ostenderet. cap. Paruuli. cap. Mater Ecclesia. & cap. Si paruulo.*

Baptizandis paruulis, sufficit fides aliorum. *de consecr. dist. 4. In Ecclesia.*

Baptizari statim potest fœtus, si sit periculum mortis. *Greg. 1. lib. 12. ep. 31. de consecr. dist. 5. c. baptizari. Concil. Senon. cap. 17.*

Baptismus, olim differendus pro puero nato, vsque ad Pascha, vel Pentecosten, nisi periculum adesset. *Concil. Colon. 3. tit. censuræ c. 14.*

Sed postea hoc est reformatum, & abrogatum, vt infra. *de consecr. dist. 5. cap. baptizari.*

Baptizari possunt paruuli, eadem die, qua nascuntur, si adsit periculum. *Concil. Gerund. c. 5. Antisiod. c. 18. de consecr. dist. 5. cap. baptizari.*

Baptizari possunt paruuli, recenter nati. *Concil. Tridentin. sess. 5. in decr. de peccato orig. c. 4.*

Baptismus non est differendus vsque ad mortem, vel vsque ad ætatem Christi. *Concil. Tridentin. sess. 7. de baptismo can. 12.*

Baptismum differentes, vsque ad finem vitæ, se exponunt periculo. *de consecr. dist. 4. c. Quando quis.*

Baptismus quo tempore in Ecclesia ministrandus.

Baptismus dandus est Paschatis, & Pentecostes temporibus. *Victor Papa I. epist. decret. 1. Gregor. Papa I. epist. lib. 7. epist. 24. Leo 4. homil. de cura Pastorali. Gregorius 2. epist. 5. Gelasius 1. epist. 9. Concil. Gerund. cap. 4. Concil. Antisiodor. cap. 18. Mogunt. 1. cap. 4. Concil. Colon. 3. tit. censuræ cap. 14. Concil. Londin. 2. cap. 4. Matisconense 2. c. 3. Vormatiense 1. cap. 1. Triburiense 1. cap. 12. de consecrat. dist. 2. cap. de Cathecumenis. cap. duo tempora. cap. baptizandi. cap. Venerabilis. Nicolaus 1. ad Consulta Bulgar. cap. 69.* Intelligitur de solemni modo baptizandi.

Baptismus in necessitate dari potest extra prædicta tempora, sed quando est necessitas. *Victor 1. epist. 1. Gregor. 1. epist.*

lib. 7. epist. 24. Leo IV. vbi supra. *Gelas. I. ep. 9. de consecr. dist. 4.* vbi supra, *& cap. Non ratione. cap. Baptizandi. cap. Si qui in necessitate. Nicolaus I. ad Consulta Bulgar. cap. 69. concil. colon. 3. tit. censuræ cap. 14. & Concilia supracit.*

Baptismus, nunc dari potest paruulis, statim ac nati sunt. *concil. Trident. sess. 5. in decr. de peccato orig. cap. 4.*

Baptismus ante nonum diem, post natiuitatem pueri, est conferendus. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Baptismo.* Sub pœna excommunicationis. *ibid.*

Baptismus in quo loco dandus.

Baptismus ministrandus est in Ecclesijs, nisi necessitas vrgeat. *Clem. de Baptismo, & eius effectu c. vn.* Pœna ministrantium alibi, *ibid.* Per Episcopum puniendi. *ibid. concil. colon. 2. par. 7. cap. 7.* Excipiuntur filij Regum, & Principum, qui extra Ecclesiam, & in domibus possunt baptizari. *Clement. ibid. concil. colon. 2. part. 7. cap. 7.*

Baptismus ministrari non potest in oratorijs, sine licentia Episcopi. *de consecr. dist. 1. cap. Clericos.*

Baptizari nullus potest in priuata Domo, sed in Ecclesia. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Baptismo.* Pœna aliter facientium, est excommunicatio.

Baptismus conferendus est in loco, vbi est baptisterium. *concil. Vienn. Prou. cap. 7.* Excepto casu necessitatis. *ibid.*

Baptismi effectus.

Baptizatus, etiam si non confirmatus moriatur, saluatur. *concil. Elibert. cap. 77.*

Baptismus adultis, & paruulis proficit ad salutem (id est, si adulti non ponunt obicem.) *Clement. de fide, & summa Trinitate cap. 1. in fine. concil. Later. 4. cap. 1. Viennense Gener. concil. Londin. 1. concil. Moguntin. 4. cap. 13. concil. Trident. sess. 7. de Baptismo.*

Baptizato remittuntur omnia peccata. *Clemens I. epist. 4. Greg. I. lib. 9. ex regest. ep. 39. De consecr. dist. 4. cap. Filius Dei. cap. Quod autem. & cap. Ex quo.*

Baptismus renouat hominem. *concil. colon. 2. par. 7. cap. 3.*

Baptismus purgat peccatum originale, & omnia alia. *De consecr. dist. 4. cap. Non potest. cap. Vnde. cap. A paruulo. cap. Regenerante. cap. Non ex eo. Clement. de fide Catholica. cap. Vn. §. fin. Eugen. 4. in decr. vnionis. §. Quinto, &c. Leo X. in Bulla contra Lutherum. concil. Trident. sess. 5. in decr. de peccato orig. cap. 4. concil. Mogunt. 4. cap. 6. & 12. colon. 2. par. 7. cap. 3.*

Baptizatus incorporatur Christo, & fit membrum eius. *De consecr. dist. 4. cap. Ad hoc Baptismus.*

Baptismo remittitur omnis pœna debita pro culpis, æterna, & temporalis. *Eug. 4. in decr. Vnionis Armen. §. Quinto, &c. Concil. Trid. sess. 6. c. 14.*

Baptismo amittit vires, vetus infirmitas. *De consecr. dist. 4. c. Non ex eo quis.* Sed non aufertur totaliter vetus infirmitas. *ibidem.*

Baptismus dat vires, contra concupiscentiam. *Concil. Mogunt. 4. c. 6. & 12.*

Baptizatus, si nullam committit culpam, & moritur statim, ad Regnum Cœlorum, & ad Dei visionem admittitur. *Eugen. 4. in decr. Vnionis Armen. §. Quinto, &c. Concil. Mogunt. 4. c. 12.*

Baptismo carentes non possunt magnis tentationibus resistere. *Concil. Ephesin. in ep. Cyrilli ad Reginas.*

Baptismus falsus non delet originale. *Concil. Roman. 7. sub Greg. 7. c. 5.*

Baptismo infunditur, etiam in paruulis, gratia habitualis. *Clem. de summa Trin. c. 1. §. ad hoc. concil. Trid. sess. 5. in decr. de peccato originali cap. 5. concil. Senon. c. 10.*

Baptismo infunditur, gratia informans, & virtutes. *Clement. de fide catholica, c. vn. §. fin.*

Sine baptismo, nullus iustificatur, ideo dicitur Sacramentum fidei. *concil. Trident. sess. 6. c. 7.*

Baptismo carens, non est capax ordinis, nec characteris. *De Presbytero non baptizato, &c. cap. 1. & c. Veniens.*

Baptizatus, si statim moriatur, saluatur. *De pœnit. distin. 7. c. Si quis autem.*

Baptismo homo renascitur. *Eugen. 4. in decret. Vnionis Armen. §. Quinto Ecclesiasticorum. concil. colonien. 2. par. 7. cap. 3.*

Baptismus imprimit characterem in anima. *ibid. & concil. Trid. sess. 7. de Sacram. can. 9.*

Per baptismum homo induit Christum, & fit noua creatura. *concil. Trident. sess. 14. c. 2.*

Baptismus redit homines innocentes, & immaculatos, & hæredes vitæ æternæ (intellige, si non ponunt obicem peccati, &c.) *concil. Tridentin. sess. 5. in decret. de peccato orig. cap. 5.*

Baptizatus à nullo detinetur ab ingressu vitæ æternæ. *ibid. concil. Mogunt. 4. c. 12.*

Baptismo homo iustificatur, id est peccata ei remittuntur, & gratia habitualis infunditur. *Trid. sess. 6. c. 7.*

Baptismo infunditur fides, spes, & charitas. *ibidem sess. 6. cap. 7.*

Baptizato paruulo non nocet perfidia parentum. *De consecrat. dist. 4. cap. Quæris.*

Baptismus collatus ex ioco, non est validus, nec delet peccata, nec causat characterem. *De consecrat. distinct. 4. cap. Solet etiam.*

Baptismus non merito ministri, sed virtute Christi operatur. *de consecr. dist. 4. cap. Baptismus.*

Baptismi iteratio, quando est illicita, & quando non.

Baptismus ritè collatus non potest iterari. *concil. carthag. 1. cap. 1. Carthag. 3. cap. 38. Gregor. 1. lib. epist. 2. epistol. 32. & 33.*

Baptizatus à quocumque, etiam à Pagano, dummodo in forma Ecclesiæ, non rebaptizatur. *De consecrat. dist. 4. cap. Romanus. cap. A quodam Iudæo. cap. si qui. cap. Quamuis. cap. Quos à Paganis, & cap. Solet. Gregor. 1. lib. 2. epist. 32. & 33. causa 1. cap. Dedit. cap. Sicut vrgeri videtur. & cap. Hanc regulam. concil. Cabilon. 3. cap. 27. concil. Toletan. 1. In formula Fidei cap. 15. concil. Senonense cap. 10. tit. de Sacrament. Pœnitent. concil. Trid. sess. 7. de Sacram. Baptism. can. 12.*

Hæreticus veniens ad fidem, non est rebaptizandus. *ibidem Trident. can. 11. de sacr. bapt.*

Baptizati in infantia non sunt rebaptizandi, cum perueniunt ad ætatem adultam, *concil. Senon. c. 17. concil. Trident. sess. 7. de sacr. bapt. can. 13.*

Baptizati à Latinis, non debent à Græcis rebaptizari. *De baptism. cap. fin.*

Baptizari iterum debet, qui non fuit baptizatus in forma Ecclesiæ. Vide, *Baptismus datus ab Hæreticis, & concil. Mogunt. 4. c. 15.*

Baptismum iterantium pœna.

Baptizans aliquem secundo, si hic erat verè baptizatus, est deponendus. *concil. quod dicitur Apostolorum c. 47.*

Rebaptizantes, quomodo puniendi, siue sint Episcopi, siue Presbyteri, siue pueri, ante, vel post annos pubertatis, siue alij. *Felix 3. ep. 3.*

Rebaptizantes, vel in tali baptismo ministrantes, etiam acolythi, si scienter id faciunt, fiunt irregulares. *De Apostatis cap. ex literarum.*

Rebaptizare, est grauissimum peccatum. *De consecr. dist. 4. cap. Rebaptizare.*

Rebaptizatorum onera, & pœnæ.

Rebaptizati non possunt fieri clerici. *Felix 3. ep. 7.* (Intellige in sacris.) *De consecr. dist. 4. c. Qui bis. dist. 50. c. confirm.*

Rebaptizatus bis, vel ter, in regulari, vel clericali habitu Deo deseruiat. *Post concil. Tarracon. c. 1.*

Rebaptizato communicandum non est, si scienter, id permisit. *Post Concil. Tarrac. c. 4.*

Reba-

Rebaptizatus excommunicatur. *De consecr. dist. 4. cap. Eos quos, & cap. De hinc iterum.*

Rebaptizatus ignoranter, non tenetur ad pœnitentiam. *De consecr. dist. 4. cap. Qui bis.*

Rebaptizatus potest, ex necessitate ordinari. *de consecr. dist. 4. cap. Qui bis.*

Baptismus an dandus, quando est dubium, si quis sit baptizatus.

Baptizandi sunt infantes, de quibus non est certum, an sint Baptizati, sed sub conditione. *de Baptism. cap. de quibus. Concil. Carthag. 5. cap. 6. Afric. cap. 39. de consecr. dist. 4. cap. Paruulus. cap. Placuit. cap. Cum itaque. cap. Si nulla. Concil. Vormat. 1. cap. 70. Gregor. I. lib. 12. epist. 32. Gregor. 2. ep. 14.*

Baptizatus esse præsumitur, & certissimè tenetur natus, & conuersatus inter christianos, donec probetur argumentis contrarijs oppositum. *de Presbytero non baptizato, &c. cap. Veniens.*

Baptizatum se tenens, eò quod non habet dubium de contrario, quo modo saluatur, si in re baptizatus non sit. *De Presbyt. non Baptizato, &c. c. Apostolicam.* Vide, *Expositi.*

Baptismus non dandus inuitis.

Baptizari nullus debet inuitus. *Dist. 45. cap. Qui sincera, & cap. Licet. de Iudæis, cap. Sicut Iudæi. Concil. Later. 3. in append. tit. de Iudæis.*

Baptizari non possunt Iudæi inuiti. *Gregor. I. lib. 1. ep. 45.*

Baptizatus inuitè si reclamat, & contradicit, nullum effectum recipit, nec gratiam, nec characterem, nec remissionem peccatorum. *de Baptismo cap. Maiores. §. Item, & §. Sed adhuc.*

Baptizatus coactè, conditionatè, id est, non reclamans, recipit characterem. *de Baptismo cap. Maiores.*

Baptizatus, sic coactè, conditionatè, tenetur ad obseruandum legem Christi. *ibid.* Vide, *Infideles.*

Baptizandorum dispositiones præuiæ.

Baptizandus adultus, tenetur habere intentionem accipiendi baptismum. *Concil. Colon. 2. par. 7. cap. 6.*

Baptizandus adultus tenetur consentire, alioquin nullum recipit effectum baptismi. *de bapti. c. Maiores, §. Sed adhuc.*

Baptizandus adultus aliquam pœnitentiam, seu dolorem habere debet de præterita vita. *de consecrat. dist. 4. cap. Omnis qui. cap. Agunt homines, & cap. Ne quod absit. de pœnit. dist. 1. cap. 81. Tres sunt. Conc. Trid. sess. 6. cap. 6.*

Baptizandus non indiget pœnitentia, id est non est ei imponenda pœnitentia. *de consecr. dist. 4. cap. Sine pœnitentia. Eugen. IV. in decr. Vnionis Armenor. §. 5. Ecclesiasticor.*

Baptizandus tenetur scire symbolum fidei. *Concil. Laodic. cap. 46.* Quod si necessitas morbi vrgeat, tenetur discere, postquam conualescit. *ibid. cap. 47. & concil. Parisien. 6. lib. 1. cap. 6. & conc. Lucen. cap. 49.*

In paruulis, Baptismus ipse est credere. *de consecrat. dist. 4. cap. Quis autem.*

Baptizandus adultus, tenetur per se immediatè profiteri fidem, antequam abluatur, alias non est baptizandus. *de consecrat. dist. 4. cap. cum pro paruulis. & cap. Verum. concil. Trident. sess. 6. cap. 6.*

Baptizandus debet petere baptismum: & si postea obmutescat, adhuc potest baptizari. *concil. African. cap. 12.* Vide, *Sacramenta.*

Baptizandus, cum humilitate, & deuotione debet accedere, si est adultus. *conc. colon. 2. par. 7. cap. 6.*

Baptizandus examinari debet, & de quibus. *de consecr. dist. 4 cap. Baptizandi.*

Baptismum præcedere debet Catechismus. *De consecr. dist. 4. cap. Ante baptismum.*

Baptizandorum Catechismus faciendus est in propria Ecclesia eorum. *De consecr. dist. 4. cap. Baptizandos.*

Baptizandi, si sunt Iudæi, per octo menses sunt catechizandi. *de consecr. dist. 4. cap. Iudæi.*

Baptizandus, ante baptismum de multis erudiendus est, & de quibus. *lib. 7. const. Apost. cap. 40. & 41.*

Baptizandus renunciare debet diabolo, & operibus, ac pompis eius. *lib. 7. constit. Apost. cap. 41. concil. Turonen. 3. cap. 18. concil. Parisien. 6. lib. 1. cap. 10.* Opera autem diaboli sunt peccata grauia, vt homicidia, adulteria, &c. quæ diaboli instinctu fiunt: pompæ vero sunt iactantia, fastus, superbia, elatio, &c. *ibid.*

Baptismum debet præcedere exorcismus, vt diabolus arceatur. *de consecr. dist. 4. cap. Postquum. & cap. Sicut nostis.*

Baptizandus adultus, multo tempore ante baptismum abstinere debet à vino, & carne. *concil. carthag. 3. cap. 85. de consec. dist. 4. cap. Baptizandi.*

Baptizandus adultus, ieiunare debet, ante baptismum. *lib. 7. const. Apost. cap. 23.*

Baptizandus debet nomen mutare in baptismo. *concil. colon. 2. par. 7. cap. 6.*

Baptizati paruuli, cum peruenerint ad annos discretionis, non sunt interrogandi, an velint ratum habere baptismum, iam susceptum, nec ne. *concil. Trid. sess. 7. de sacr. Baptismi can. vlt.*

Baptizari non possunt mortui. *concil. carthag. 1. can. 6.*

Baptizari non debet dæmoniacus, seu energumenus, nisi prius mundetur. *lib. 8. const. Apost. cap. 32.* Sed aliquando potest baptizari. *concil. Arausic. 1. can. 15.*

Baptismus an, & quomodo dandus expositis. Vide, *Expositi.*

Baptismi ritus seu cæremonia.

Baptismus olim trina mersione dandus erat. *concil. quod dicitur Apostolorum cap. 50.*

Et hoc ob triduum sepulturæ Christi. *de consecr. dist. 4. cap. In synodo. cap. Postquam nos. cap. Eodem. cap. Multi. & cap. Propter vitandum. Greg. 1. lib. 1. epist. 41.*

Et baptizans tunc vna mersione, erat deponendus, eo quod in mortem Domini id faciebat. *de consecr. dist. 4. cap. S. quis Presbyter. & cap. Propter vitandum.*

Baptismus nunc prohibetur dari cum trina mersione, propter hæreticos, qui ob pluralitatem personarum dicebant pluralificari deitatem. *concil. Tol. 4. cap. 6. Greg. 1. lib. 1. epist. 41.* Et ideo in vna mersione dandus est. *de consecr. dist. 4. cap. de trina. & cap. Propter vnionem. concil. Vormatiense 1. cap. 5.*

Baptismalis aqua debet esse solemniter benedicta. *concil. Mogunt. cap. 14.*

Baptismus in mane dandus. *concil. colon. 3. tit. censuræ cap. 15. concil. Mogunt. 4. cap. 16.*

Baptismus solemnis dari non potest sine chrismate, ideſt sine vnctione cum chrismate in pectore per presbyterum. *lib. 7. const. Apost. cap. 45. concil. Arausi. 1. cap. 1. de consecr. dist. 4. cap. Presbyteris. cap. Presbyteri. & cap. Nullus. Greg. 1. lib. 3. epist. 9.* Non potest dari cum veteri chrismate. *de consecr. dist. 4. cap. Si quis.*

Baptizatus quare vngitur. *de consecr. dist. 4. cap. Venisti.*

Baptizatus bis vngitur ante baptismum oleo benedicto in pectore, & in scapulis: bis post baptismum chrismate, scilicet in vertice & in fronte: sed in fronte vngitur ab Episcopo, quia hæc vnctio est confirmatio. & quare istæ vnctiones. *de sacra vnct. cap. vnic. §. Quia vero.*

Baptizati scapulæ vnguntur à sacerdote; & quare. *De Consecr. dist. 4. cap. Deinde à sacerdote.*

Baptizari caput (id est frons) vngitur per Episcopum tantum. *Lib. 3. Const. Apostolic. cap. 15. & 16.*

Baptismus cum exorcismis, & exsufflationibus dandus. *de consecr. dist. 4. cap. Siue paruuli. concil. Mogunt. 4. cap. 14.*

Baptizatus signandus est in corde, & fronte, vt ostendatur, quod à diabolo discedit. *de consecr. distinct. 4. cap. Si quis presbyter.*

Baptizatus, sale initiatur, in signum, quod potest incorruptus stare per gratiam. *de consecr. dist. 4. cap. Sale sapientiæ.*

Baptizati nares, & aures, saliua liniuntur, & quare. *ibid. cap. Postea. & cap. Propter.*

Baptiſmi ceremoniæ hæ ſunt. Inſufflatur in faciem baptizati, ſignum Crucis fit in pectore, & fronte eius; ſal in ore ponitur: aures, & nares ſaliua liniuntur; pectus, ſcapulæ & vertex vnguntur, & aliæ &c. *concil. colon. 2. parte 7. cap. 35. Concil. Mogunt. 4. cap. 14. lib. 7. conſt. Apoſt. cap. 23.*

Baptiſmi ritus, & ceremoniæ illa ſunt tenenda, quibus vtitur Romana Eccleſia. *Concil. Brachar. 1. cap. 23. Concil. Mogunt. 4. cap. 14.*

Baptiſmi ceremoniæ, quibus nunc vtitur Eccleſia, fuerunt ex tempore Apoſtolorum. *Concil. Mogunt. 4. cap. 83.*

Baptizati non ſunt ponendi in Altari, vt ex eo redimantur. *Concil. Mediol. 1. part. 2. tit. De Baptiſmo.*

Græcis permittitur, vt in baptiſmo vngant totum corpus. *Innoc. 4. conſt. 14. Sub Catholicæ.*

Baptizatus ſuſcipiendus eſt à patrino. Vide, *Baptiſmi patrinus.*

Baptiſmi & aliorum ſacramentorum ritus mutari non poſſunt, nec à priuatis perſonis, nec ab Epiſcopis. *Concil. Trid. ſeſſ. 7. De ſacram. can. vlt.*

Si baptiſmus ex neceſſitate miniſtretur domi, vel alibi ſine ſolemnitate; ceſſante neceſſitate, ritus ſolemnes poſtea fiant in Eccleſia. *Concil. Mediol. 1. part. 2. tit. De Baptiſmo. Concil. Mogunt. 4. cap. 15.*

In die baptiſmi fieri non debent conuiuia. *Concil. Colon. 3. tit. Cenſuræ. cap. 15. Concil. Mogunt. 4. cap. 16.*

Baptizatorum obligationes poſt Baptiſmum.

Baptizati tenentur poſt baptiſmum recipere Chriſma, ideſt, confirmationem. *Lib. 3. conſt. Apoſt. c. 15. & 16. Concil. Laodic. cap. 48. De Conſecr. diſt. 5. c. 1. cap. Spiritus ſanctus. & capit. De his vero.*

Baptizati Græci. Vide, *Græci.* Vide, *Vngere.*

Baptizatus tenetur diſcere ſymbolum fidei. *Concil. Laodic. c. 46. & 47. Concil. Elibert. can. 38.*

Baptizatus non tenetur circumcidi, neque debet id permittere. *Concil. Antioch. cap. 2.*

Baptizatus inuitè non recipit characterem. Vide, *Inuitus.*

Baptizatus tenetur relinquere ritus aliarum ſectarum. *Concil. Lateran. 4. cap. 70. De Apoſtatis, cap. Quidam.*

Baptizatus non tenetur ad pœnitentiam, ideſt, ſatisfactionem, ratione baptiſmi. *De conſecr. diſt. 4. cap. Sine pœnitentia. Eugen. 4. in decreto vnionis Armenorum §. Quinto Eccleſiaſticorum.*

Baptizatus paruulus, tempore opportuno erudiendus eſt de ſymbolo, & fide. *Concil. Colon. 2. part. 7. cap. 4.*

Baptizatus non ſolum tenetur ad fidem Chriſti tenendam, ſed etiam ad obſeruantiam totius legis Euangelicæ. *Concil. Trid. ſeſſ. 7. De Baptiſmo can. 7.*

Baptizatus tenetur ad omnia præcepta Eccleſiæ, & traditiones. *ibid. can. 8.*

Baptizati vota non detrahunt baptiſmo, ſed vera ſunt, & firma. *ibid. can. 9.*

Baptizati cogendi ſunt manere in fide. *diſt. 45. cap. De Iudæis.*

Baptizatus per vim, ſi non reclamat, eſt conditionatè baptizatus, & tenetur obſeruare legem Chriſtianam. *De Bapt. cap. Maiores. Concil. Tol. 4. cap. 57.*

Baptizatus non poteſt ducere ſecundam vxorem viuente prima. 28. *q. 2. c. 1.*

Baptizatus poteſt reaſſumere vxorem, quam dimiſerat ante baptiſmum. *Poſt epiſt. 2. Eutichiani.* 28. *q. 1. cap. Si quis gentilis.*

Baptizatus poteſt relinquere coniugem non baptizatam, vel ſequi eam, & è contra. *ibid.*

Baptizatus non remanet liber à lege coniugij & impedimento bigamiæ. *Diſt. 26. cap. Vna tantum.*

Baptizatus, per baptiſmum non fit impeccabilis. *Concil. Trid. ſeſſ. 7. De Bapt. can. 6.*

Baptizati præſumuntur nati ex Chriſtianis, & conuerſati cum eis. Vide, *Baptiſmi neceſſitas.*

Paruuli baptizati, in ætate adulta non tenentur ratificare baptiſmum, quem receperunt in infantia, ſed obligati ſunt ſeruare legem Chriſtianam, præcepta Eccleſiæ, & alia omnia, ad quæ tenentur alij adulti Chriſtiani. *Concil. Trid. ſeſſ. 7. De Sacram. Bapt. can. vlt. concil. Senonenſe can. 17.*

Baptizatus adultus induendus eſt veſte candida ob innocentiam. *De conſec. diſt. 4. cap. Poſt Baptiſmum, & c. Acceptiſti.*

Baptizati ſclaui Romæ. Vide, *Romæ conſeruatores.*

Baptizatorum priuilegia. Vide, *Fides.*

Baptiſmi Patrinus, ſeu ſuſcipiens.

Baptizatus, ab aliquo ſuſcipiente, ſeù Patrino ſuſcipiendus eſt, ſeù leuandus de fonte, vel tenendus. *concil. Later. 3. in append. part. 50. cap. 44.*

Baptizatum ſuſcipiens, debet eſſe baptizatus. *ibid. & concil. Metenſe 1. cap. 3. De conſecr. diſt. 4. cap. in Baptiſmate.*

Baptiſmi patrinus, ſeu ſuſcipiens, vnus, vel vna debet eſſe. *concil. Metenſe 1. cap. 3. de conſecr. diſt. 4. cap. Non plures. De cognatione ſpirituali in 6. cap. fin. concil. Mogunt. 4. cap. 19. concil. Trident. ſeſſ. 24. De reformat. matrimon. cap. 2.*

Ad ſummum duo eſſe poſſunt ſuſcipientes, vnus maſculus, alia fœmina. *concil. Trid. ibid.*

Baptizatum tenere non poſſunt vir, & vxor ſimul, propter cognationem ſpiritualem. 30. *q. 4. cap. vlt. quod autem.*

Patrinus debet eſſe prouectæ ætatis. *concil. colon. 2. part. cap. 4.*

Patrinus baptizati tenetur eum docere, & inſtruere de lege Dei, eiuſque obſeruantia. *De conſecr. diſt. 4. cap. Vos ante omnia. concil. colon. 2. part. 7. cap. 4.*

Patrinus baptizati, ſit eius fideiuſſor apud Deum. *De conſecr. diſt. 4. cap. Vos ante omnia.*

Baptizatum ſuſcipiens, ſeu tenens, fit eius pater ſpiritualis. 30. *q. 3. cap. ita diligere.*

Patrinus tenetur ſuſceptum docere, ſi parentes id omittant. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. De Baptiſmo.*

Religioſus non poteſt eſſe patrinus, ſeù ſuſcipiens in baptiſmo. *concil. colon. 3. tit. cenſuræ cap. 16.*

Vide, *Patrinus.* Vide, *Vxor circa alia.*

Baptizatus contrahit cognationem ſpiritualem, & cum quo.

Baptizatus ſit fillus ſpiritualis baptizantis. 30. *q. 3. cap. ita diligere.*

Baptizatus contrahit cognationem ſpiritualem cum omnibus, qui tenent manum ſuper eum, cum baptizatur. *ibid.* Sed Tridentinum docet, quod Parochus interrogare debet eos, ad quos ſpectat de puero, quos velint admittere in patrinos, & ſic datis nominibus eoſdem conſcribat, & iſti tenentes contrahunt: quod ſi præter iſtos alij ponant manum, non contrahunt. *ita in ſeſſ. 24. De reform. matrim. cap. 2.*

Contrahit etiam ſpiritualem cognationem cum baptizante, cum vxore ſuſcipientis, cognita tamen antequam ille ſuſcipiat; & cum filijs ſuſcipientis, ſi quos habet. *De cognat. ſpirituali in 6. cap. 1. concil. Trid. ſeſſ. 24. de Reformat. Matrim. cap. 2.*

Patrinus in baptiſmo contrahit ſpiritualem cognationem cum patre, & matre ſuſcepti, & non extenditur vlterius hæc cognatio. *De cognat. ſpirituali in 6. cap. 1. Trident. ibid.*

Pater, & mater baptizati contrahunt ſpiritualiter cum baptizante. *concil. Trident. ibid.*

Vide, *cognatio ſpiritualis.* Vide, *Matrim. prohibita ratione cognat. ſpiritualis.*

Baptiſmi capaces, & incapaces.

Baptizari poteſt quilibet veniens ab baptiſmum adultus. *De Baptiſmo cap. Maiores. De conſecr. diſt. 4. per totam.*

Baptizari poſſunt paruuli, etiam recenter nati. *Clement. de ſumma Trinitate. cap. 1. §. ad hoc. De Baptiſmo c. Maiores. concil. Senonenſe cap. 17. concil. Trid. ſeſſ. 7. De Baptiſmo can. 13.* Vide, *Baptiſmus in qua ætate ſuſcipiendus.*

Baptizari poſſunt amentes, & furioſi, ſi antea petierunt. *De Baptiſmo cap. Maiores. §. ſed adhuc.* Idem dicendum de dormientibus. *ibid.*

Baptizari possunt, qui petunt, & postea obmutèscunt, vel alios languores patiuntur. *Concil. Afric. cap.* 12.

Baptizari debet paruulus, etiam natus de matre Baptizata, sicut natus de circumciso adhuc circumcidebatur. *de consecrat. dist. 4. cap. Si baptizata.*

Baptizari non dicuntur interiora baptizati, cum hic baptizatur. *ibid. cap. Si quidquid.*

Baptismi non est capax fœtus in ventre matris. *de consecr. dist. 4. cap. Qui in maternis. cap. Si qua mulier, & cap. Si ad matris. Concil. Neocæs. cap. 6.*

Cum mater prægnans baptizatur, non censetur baptizari fœtus, qui est in ventre. *Concil. Neocæsar. cap. 6.*

Mortui non sunt capaces baptismi. *Concil. Carthag. 1. c. 6.*

Inuiti reclamantes non sunt capaces baptismi. Vide, *Inuitus.*

Inuitus conditionatè, seu non reclamans, est capax. Vide, *ibid.*

Baptizari aliquando potest energumenus. *Concil. Arausic. 1. cap. 15.*

Baptizari, an & quomodo possint expositi. Vide, *Expositi.*

Baptizatus in ægritudine.

Baptizatus in ægritudine, non potest ordinari presbyter, nisi post multas probationes vitæ, &c. *Concil. Neocæs. cap. 12.*

Baptizatus nihil potest soluere pro baptismo.

Baptizatus, nihil soluat. *Concil. Elibert. cap. 48.*

Baptizati parentes, nihil soluant. *Concil. Carthag. 3. in addit. cap. 1. causa 1. q. 1. cap. Placuit, vt vnusquisque. cap. Baptizandi. cap. Emendati. & cap. Dictum est. Concil. Brachar. cap. 7. Concil. Emerit. cap. 9. Concil. Tolet. 11. cap. 8.*

Presbyter accipiens aliquod pretium pro baptismo, excommunicatur. *Concil. Emerit. & Tolet. vbi supra.*

Baptizatus extra suam Ecclesiam.

Baptizati extra Ecclesiam Catholicam, non sunt admittendi ad Clerum. *dist. 97. cap. Omnes qui. 1. q. 7. cap. Quis in qualibet ætate.*

Nec etiam ordinati peregrè admittendi sunt ad Clerum. *ib.*

Si verò in infantia baptizati sunt ab hæreticis, dum veniunt ad fidem Catholicam promoueri possunt ad ordines. *1. q. 4. cap. Placuit de infantibus, & cap. Quia apud Donatistas.*

Baptismalis Ecclesia.

Baptismalis Ecclesia, vna tantum esse debet in vna terminatione, id est, in vna Parochia. *Post Concil. Tolet. 1. cap. 4. 16. q. 1. cap. Plures.* Vide, *Ecclesiæ.* Vide, *Parochia.*

Quando multiplicari debet. Vide, *Ecclesia.* Vide, *Parochia.*

Baptisterium, vas, & locus.

Baptisterium vas debet esse lapideum, vel alterius grauis materiæ, quæ portari non possit extra Ecclesiam. *Post Concil. Illerdense cap. 7. de consecr. dist. 4. cap. Omnis presbyter.*

Baptisterium teneri non potest in oratorijs. *Zacharias ep. 7.*

Baptisterium debet esse vas aptum, & appropriatum ad hunc effectum. *De consecrat. dist. 4. cap. Omnis presbyter.*

Baptisterium cum aqua toto anni tempore debet esse in omni Ecclesia Parochiali, solemniter benedicta. *Concil. Mediolan. 1. par. 2. tit. de Bapt.*

Baptisterij aqua tempore Paschæ, & Pentecostes in Sabbatho debet solemniter benedici. *Conc. Colon. 3. tit. Censuræ c. 14.*

Baptisterium in principio quadragesimæ claudendum est, & non aperiendum vsque ad feriam 5. in Cœna Domini. *Concil. Toletan. 17. cap. 11.*

Baptisterium esse non potest, nisi in locis determinatis ab Episcopo. *Concil. Vienn. Prouinc. cap. 7.*

Baptisterium teneri non potest in Monasterijs Monachorum. *18. q. 2. cap. Priscam. Gregor. 1. lib. 2. ex reg. ep. 57.*

In loco vbi Baptisterium tenetur, non possunt sepeliri mortui. *Concil. Antisiodor. cap. 14.*

Baptizati describendi.

Baptizatorum nomina describenda in peculiari libro. Sic etiam dies natiuitatis, & baptismi. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Baptismo.*

Debent etiam describi nomina parentum, & compatrum in eodem libro. *ibid.* Item, an baptizatus sit natus ex legitimo matrimonio. *ibid.*

Baptizatorum liber custodiendus à Parocho. *ibid.*

Baptizatorum nomina omni anno significanda sunt Episcopo. *ibidem.*

Baptizati de gente Iudæorum, Saracenorum, &c.

Baptizati de gente Iudæorum, Saracenorum, aliorumvè Paganorum, collocandi sunt in aliquo Hospitali, & docendi de aliquo artificio. *Concil. Sabinense cap. 22.*

Isti postea, si volunt, possunt ordinari clerici, & prouidendi sunt de beneficijs, quibus viuant, si apti sunt. *ibid. cap. 22.*

Vide, *Neophiti.*

Barattaria.

Barattariæ in statu Ecclesiæ teneri non possunt, sub pœnis taxatis contra aleatores. *Iulius 3. const. 23. In multis.*

Barba.

Barbam viri radere non debent. *lib. 1. const. Apost. cap. 3.*

Barbam tondere non possunt Clerici, & quare. *Greg. 1. lib. epist. 6. ep. 4. Concil. Barcinon. cap. 3.*

Sed in *Concil. Carthag. 4. cap. 44.* prohibetur clericis, ne barbam nutriant. *Et de vita, & honest. cler. cap. Si quis. & in Concil. Tolet. 18. cap. 3.* præcipitur, vt semel in mense Clerici radant barbam: ideo puto hæc Concilia prohibere excessum in nutritione barbæ.

Vide, *Clerici quo ad habitum, & tonsuram.*

Baricellus, seu Baroncellus.

Baricelli Romæ officium, & potestas. *Iulius 2. const. 28. Decet. Paulus V. constitut. 71. tit. de Baroncellis, & Executoribus.*

Baricelli Romæ obligationes: & taxa pro mercede. *Pius 4. const. 58. cum ab ipso. Paulus V. vbi supra, & const. 72. in fine.*

Baricellus Gubernatori Romæ tenetur obedire, & quomodo. *Leo X. const. 8. Et si pro cunctorum.*

Barones in statu Ecclesiastico.

Barones status Ecclesiastici tenentur purgare suas terras à latronibus, homicidis, & bannitis, sub pœnis grauissimis. *Iulius 2. const. 7. Quia nihil. Pius 4. constit. 27. In eminenti.* Sub pœna excommunicationis, & alijs. *Sixtus V. constit. 6. Hoc nostri.*

Barones status Ecclesiastici, quæ non possunt alienare; nec etiam ad effectum soluendi debita: & quomodo circa hoc derogatur Constitutioni *Clem. 8. primæ, Ad Romani. Vrban. 8. const. in append. 7. alias 117. Romanum.*

Barones præfati non possunt colligere cauaicatas armatorum, vel eis vti, sub pœnis grauissimis. *Sixtus V. const. 75. dum pro communi.*

Baronum præfatorum Congregatio instituta est Romæ. *Clemens 8. const. 41. Iustitiæ ratio.* Facta est pro subleuandis subditis, & alijs à quibus Barones acceperunt pecunias ad erigendos montes, & postea nolunt soluere creditoribus: quomodo procedendum in his negotijs, & causis. *ibid. §. 2. 3. &c. seqq.* Quomodo compellendi ad soluendos fructus montium, & ad illos extinguendos. *ibid. per §§. 16.*

Vide, *Ecclesiasticus status.*

S. Bartholomæus.

S. Bartholomæi vigilia, secundum morem, & consuetudinem regionum obseruanda. *De obseruat. Ieiunij. c. Concilium.*

Basilica Vrbis Romæ, & aliæ.

Basilica consecrata Episcopali iuri subdita est. *10. q. 1. cap. Si ex Laicis.* Vide, *Ecclesia N. N.* Vide, *Cardinales.* Vide, *Archipresbyteri.*

Pro felici gubernio Basilicarum Romæ, *Alexander 7. const. Pro commissa, data 3. Aprilis 1658.* Hæc statuit. Vt bis in mense fiat congregatio, cui interssint Canonici, & Capitulum, sub pœna vnius puncti. In ea discutiantur negotia, & interesse earum, status litium referantur: Villicorum negotia ijs præsentibus; vel si absentes sunt, eorum literæ legantur. Ratiocinator referat folium dati, & accepti, & omnes inuigilent hisce negotijs. Negotia verò maioris momenti, à capitulo per secreta suffragia tractentur, sub pœna nullitatis, & alijs. Acta talium Congregationum in libro speciali describantur, & in Archiuio reponantur. Administratores reddituum, seu pecuniarum, non possint vltra triennium confirmari. Nullus canonicorum potest refutare officium, ad quod fuit electus, nisi ex legitimo impedimento à Canonicis per vota secreta approbando, *sub pœnis, &c.* & alia pertinentia ad bonum Regimen dictarum Basilicarum. *ibid.*

Basilicarum Archipresbyteri interesse debent diuinis officijs, & quando. *Alexand. 7. const. Pastoralis Officij, data die 9. Aprilis 1657.*

Archipresbyteri præfati deputare debent Prælatos probos, & graues in Vicarios earum, qui sint docti, pij, & possint earum iura tueri, & causas cognoscere, non sint Canonici earum, nec obligati ad residentiam. Isti interssint Capitulis, & Congregationibus ipsarum Basilicarum; eis congruum salarium per Archipresbyteros constituatur, quod non sit minus dimidia portione Archipresbyterali, & statutis temporibus in singulis mensibus soluatur. Onera eorum sunt, vt singulis festis interssint diuinis officijs, vt munus Præfecti exerceant in Choro, quod si desint, in duplo eius, quo Canonicus, mulctentur, & Canonicis præsentibus diuidatur. *Alexander 7. ibid.*

Basiliani Monachi.

Basiliani Monachi Messanæ eximuntur à iurisdictione Archiepiscopi, & ab omnibus taxis, collectis, atque solutionibus. *Calistus 3. const. 4. Vrget.*

In Calabria, & Apulia reformantur, & reformatio approbatur à Papa. *Eugen. 4. const. 26. Inter cunctas.*

Multa priuilegia obtinent. *Eugenius 4. ibid.*

Eorum religioni vnitur Eremitorium del *Terdon*, & alia multa, & præscribitur forma gubernij in ijs locis, & tota Religione. *Gregor. 13. const. 46. Cogit.*

Basiliani Monachi, omnes reducuntur ad vnam Religionem, sub vno Abbate Generali, cum forma gubernij. *Gregor. 13. const. 58. Benedictus. Clemens 8 const. 14. Quæ ad restituendos*, idem confirmat: & iurisdictio, ac authoritas Generalis præscribitur. Idem confirmat *Paul. 5. const. 17. Iniuncti.*

Basilienses obtinent facultatem erigendi tres Nouitiatus in Italia, & determinatur eis forma educandi Nouitios. *Clem. 8. const. 50. Cum ad subleuandum.*

Basileæ Concilium.

Basileæ Concilium indicitur à *Martino V. constit. 14. Dum onus.* Et causa cur indictum fuit. *ibid.* Transfertur postea Ferrariam ab *Eug. 4. const. 14. Magnas.*

Basileensis Concilij iam dissoluti, & licentiati defensores, dum redeunt ad Ecclesiam Catholicam, absoluuntur. *Eugenius 4. const. 29. Inter cætera.*

Basileensis Consilij defensio (facta, dum erat in minoribus) retractatur, & assignatur causa defensionis, cum historia Concilij. *Pius 2. const. 10. In minoribus.*

Beatus, & beatitudo.

Beati in Paradiso non retinent fidem. *Concil. Constantiense sess. 9. In abiuratione Hieronymi de Praga.*

Beati vident Deum, sicuti est. *Euaristus in ep. 1. in fine.*

Beatorum animæ, vt Apostolorum, Martyrum, &c. vident Deum, antequam corporibus vniantur. *Benedictus 12. const. 4. Benedictus.* Vide, *Animæ.* Sic etiam aliæ aliorum, qui sine peccato moriuntur, post purgationem. *ibid.*

Beatitudo secundum omnem gradum perfectionis, acquiri non potest in hoc mundo. *Conc. Viennense Gener. & Clem. de Hæreticis, cap. Ad nostrum.*

Vide, *Homo.*

Beguardi.

Beguardi hæretici cum eorum erroribus, damnantur. *Clem. de hæreticis cap. Ad nostrum.* (Errores eorum *ibidem* numerantur) *Ioannes 22, const. 3. Gloriosam.*

Beguinæ, & Beguini.

Beguinæ, & Beguini cum eorum erroribus, damnantur. *De Religiosis domibus cap. 1. Extrau. Ioan. 22. de Relig. domibus Sancta Romana.* & idem Papa *constit. 3. Gloriosam. Clement. de hæreticis, Ad nostrum.*

Beguinæ sunt mulieres, quæ habitum religiosum portant, sed proprijs non renunciant, nec obedientiam promittunt, nec regulam aliquam approbatam profitentur. *Clem. de Religiosis domibus cap. 1.*

Beguinæ supprimuntur sub pœna excommunicationis ipso facto. *ibid. & in Clement. de hæreticis ad nostrum. Ioan. 22. const. 3. Gloriosam.*

Beguinarum Secta dicebat, & iactabat se esse de ordine Sancti Francisci. *Extrau. Ioann. 22. de Relig. domibus, Sancta Romana.*

Beguinis fauentes, Religiosi, ipso facto sunt excommunicati. *Clement. de hæret. Ad nostrum.*

Beguini, idem sunt, ac fraticelli. *Extrau. Ioan. 22. de Religiosis domibus, cap. Sancta Romana, in fine.*

Beguinarum, & Beguinorum congregationes damnantur, & abrogantur. *Ioan. 22. const. 3. Gloriosam.*

Beguinarum habitus permittitur portare aliquibus mulieribus piè, & probè viuentibus, sed cum approbatione Episcopi. *Extra, de Relig. domibus cap. vn. Ratio recta.*

Bellum. Bellare.

Bellum est iustum, quando fit ad repellendos hostes, vel ad repetenda bona propria. *23. q. 2. cap. iustum.*

Bella sunt bona, quæ pacis studio, non crudelitate, aut cupiditate fiunt. *23. q. 1. cap. Apud vera.*

Bellum est iustum, quando fit ob negatum transitum. *23. q. 3. cap. Notandum est.*

Bella iusta à bonis etiam fieri possunt. *23. quæst. 1. cap. Quid culpatur.*

Bellum pro vtilitate Reipublicæ gestum, est bonum. *23. q. 1. cap. Summa.*

Bellum fieri potest pro recuperatione rerum Ecclesiæ. *Nicolaus 1. in decr. tit. de Bellis cap. 2. & 3. 15. q. 6. cap. Authoritatem §. Quin etiam.*

Bellum sine necessitate aggrediendum non est. *23. q. 8. cap. Si nulla.*

Bellum iniustum mouens, tenetur restituere, quæ occupat. *de iure iur. cap. Sicut.*

Bellum iniustum mouens, tenetur absoluere à iuramento eos, quos fecit iurare. *ibid.*

Bella sunt reprehendenda, quando fiunt ex nocendi cupiditate, vel vlciscendi crudelitate; vel animo implacabili, vel dominandi libidine. *23. q. 1. cap. Quid culpatur.*

Bellum fieri non potest in quadragesima, nisi ex necessitate defensionis. *Nicolaus 1. in decr. tit. de Bellis. cap. 4. & ad Consulta Bulgar. cap. 46. 28. q. 8. cap. Nulla.*

Si præfata adsit necessitas, etiam in die festo, potest bellum committi, *Nicol. 1. ad consulta Bulgar. cap. 34.*

Bello-

Bellorum tempore fiant Rogationes, seu Litaniæ. *Concil. Colon.2.par.9.c.7.*

In bello iusto morientes, ob solam rationem belli, non damnantur. *Nicol. I. in decr. tit. de Bellis. cap.3. causa 23. q.5. cap. Omnium.*

In bello contra infideles morientes, saluantur. *23. q.5. cap. Omnium.*

Bello vacare non potest clericus. *Conc.Ratispon.* Et ad summum, vnus, aut duo Episcopi cum suis Capellanis, possunt ad iustum bellum ire cum Principe suo. *ibid.* Neque in bello contra Paganos, clerici possunt occidere. *Zacharias epist.3.*

Bello vacantes clerici deponendi sunt. *De pœnis cap. Quod in dubys.*

In bello iusto operari cum insidijs, vel sine eis, non est malum. *23. q.2. c. Dominus.*

Bellorum tempore infrascripti gaudent immunitate, & securitate.

Presbyteri, Monachi, Conuersi, Peregrini, Mercatores, Rustici, Agricultores, & Animalia, cum quibus arant, *De tregua, & pace. cap. fin.*

Bellum contra Turcas iurantes, siue in persona, siue in pecunia, multis gratijs spiritualibus, & temporalibus fruuntur, à multis oneribus eximuntur, &c. *Pius V. const.146. Cum nos.*

Bellum Cruciatæ contra Saracenos, quomodo indicitur, & quibus priuilegijs fruuntur, qui illud adiuuant, vel ad illud accedunt. *Innocent. 3. constit.12. Ad liberandam. Eug. IV. const.3. Quantum. Pius 5. const.146. Cum nos.*

Ad bellum Cruciatæ adire possunt etiam clerici, & gaudere beneficijs. *ibidem.*

Vide, *Cruciata.*

Bellum committere contra Turcas, non est repugnare Deo. *Leo X. const.40. Exurge.*

Vide, *Cruciata.* Vide, *Bulla Cruciatæ.*

Bella in statu Ecclesiastico excitantes, vel seditiones facientes, fiunt rei Læsæ Maiestatis, infames, & alias pœnas incurrunt. *Paulus 2. const.4. Viros.*

Bellorum libri in Ecclesia leguntur, quia carnalia bella, similia sunt spiritualibus. *23. q.1. c. Nisi bella.*

Vide, *Miles.*

Belua.

Belua, ad quam accessit mulier per coitum occidenda est, non quia ipsa peccauit; sed ob memoriam facti. *15. q.1. c. Mulier.*

Benedicere, & Benedictio.

Benedici possunt omnes fructus, vuæ, &c. *De consecr.dist.2. cap. Didicimus.*

Benedici possunt à Presbyteris omnes res, agri, fructus, &c. *Concil. Regiense c.3.*

Benedicenda est mensa ante comestionem. *Nicol.I. ad Consulta Bulgar. c.53.*

Benedictio danda est à maiori, non à minori. *Nicol. I. in decret. tit. de consuetud. c.3.*

Benedici debent sponsus, & sponsa, cum nubunt. *dist.23. c. Sponsus.* Damnandæ non sunt tales benedictiones. *Concil. Trident. sess.24. de reformat. matrim. c.11.*

Pro benedictione nubentium, nihil exigendum. *Concil. Later.3.c.7. Concil. Londin.1. c.8.*

Pro benedictione quacumque nihil soluendum, nec exigendum. *Concil. Londin.1. c.8.*

Pro benedictionibus Abbatum, nihil soluendum, alias est simonia. *Concil. Later.4. c.63.*

Benedictiones, quæ non sunt in vsu Ecclesiæ, non fiant. *Zacharias ep.12.*

Benedici non potest aqua feruens, vel ferrum candens, pro purgatione delictorum. *Concil. Lateran. 4. c.18.*

Benedictio solemnis danda ab Episcopo, dari potest cum populus dimittitur ab Ecclesia. *Concil. Agathen. c.30. De consecr. dist.5. c. Conuenit.*

Benedictio solemnis dari non potest à Presbytero. *Concil. Agathen. cap.144.*

Benedictio solemnis dari potest ab Episcopo in Matutinis, in Missa, & Vesperis. *Concil. Barcinon. c.2.*

Benedictini.

Benedictini Monachi. Vide, *Monachi Benedictini.*

Benefactor.

Benefactores Ecclesiarum, quando sunt in necessitate, adiuuandi sunt de bonis Ecclesiarum. *Concil. Tolet.4. cap.38. 16. q.7. c. Quicumque.*

Beneficium quodcumque, siue curatum, siue non.

Beneficij nomine intelliguntur, etiam præbendæ. *Honorius 3. ex Cirone, de verb. signif. c.4.*

Beneficij nomine intelliguntur, etiam magna. *De verbor. signif. cap. Tua nobis.*

In beneficijs plenissima facienda est interpretatio. *De præb. in 6. cap. Quamuis.*

Beneficium sæculare dicitur, id quod à clericis sæcularibus ordinariè solet regi. Regulare verò, quod à Regularibus. *De prębend. in 6. cap. cum de beneficio.*

Beneficia curata dicuntur illa, quæ habent curam animarum, & quorum ratione competit beneficiatis visitare, excommunicare, procurationes recipere, &c. siue de iure, siue de consuetudine, & per rectorem gubernantur, &c. *Extra, de prębend. cap. Execrabilis. Extrau. Ioann.22. de prębend. in fine.* Vide, *Curata beneficia.* Et Curatorum obligationes. *ibid.*

Beneficij nomine non intelligitur pensio, cum Papa mandat prouideri alicui de beneficio. *de prębend. in 6. c. Quamuis.*

Beneficij nomine non intelliguntur, hospitalia, leprosaria, &c. cum Papa mandat alicui prouidendum de beneficio. *Clem. de preb. cap. Per literas.*

Beneficia conferenda iuxta dispositionem fundationis, alias nulla est collatio, & subreptitia. *Concil. Trident. sess.25. de reform. cap.5.* Vide, *Prębenda.*

Beneficia, quę conferri possunt sunt vacantia.

Beneficium non vacans conferri non potest, nec à Patrono, nec ab alio; & si conferatur, nulla est collatio. *Honorius 3. ex Cirone. De conces. prębend. cap.1. & cap. Nulla. Concil. Sabin. c.15.*

Beneficium non vacans obtinens scienter, est deponendus. *De concess. preb. cap.1.*

Beneficium vacare potest per mortem, vel per resignationem. *de rescript. in 6. c. Susceptum.*

Beneficium vni datum, ante dissensum eius non vacat, nec potest alteri dari, sed debet primo assignari terminus ad acceptandum, & hic potest consentire, etiam elapso termino, si beneficium non est collatum. *de prębend. in 6. cap. Si tibi absenti.*

Beneficium eius, qui ingreditur Religionem, ante annum probationis, & professionem non vacat, & ideo conferri non potest, nisi in duobus casibus. *de regul. in 6. cap. Beneficium.*

Beneficium vacaturum post mortem obtinens, non potest obtinere illud ex resignatione, si alius obtinet illud vacaturum, ex resignatione. *de rescr. in 6. c. Susceptum.*

Ex beneficij curati adeptione, cuius fructus aliquis aliter percipit, non vacat primum; ideo nequit conferri. *de pręb. in 6. c. Si tibi concesso.*

Beneficium datum indigno, vacare censetur.

Vide, *Beneficium incapaces.*

Beneficium vacans per contractum matrimonij, nec vacat, nec censetur reseruatum, nisi matrimonium sequatur. *Vrban.8. const.6. c.58.*

Beneficia vacatura non possunt concedi. *concil. Triden. sess. 24. de reform. c.19.* Vide, *Gratię.*

Beneficiorum vacatio, cui significanda.

Beneficijs vacantibus in aliqua Ecclesia, intra mensem significanda sunt Episcopo, vel Archiepiscopo, vel alijs ad quos spectat. *Concil. Rauennat. 4. sub Ioanne 22. c. 7.*

Beneficiorum erectio in ius Patronatus.

Beneficium, aut capellam fundans, potest in ea erigere ius Patronatus; cum hoc tamen, vt licet ad eum pertineat præsentatio, institutio facienda sit ab Episcopo. *Concil. Trid. sess. 14. de reform. c. 12.*

Vide, *Patronus*. Vide, *Ius Patronatus*.

Beneficia non dismembranda, nec diuidenda.

Beneficia cum conferuntur, vel ante, vel post, non possunt diuidi, nec dismembrari. *Concil. Later. 3. in append. Vni plura, cap. 4. concil. Later. 5. in Bulla de reformat. Curiæ. cap. 1. Vt Ecclesiastica beneficia, &c. e. vnic. circa fin. Vrban. 8. constit. 6. Sanctissimus. c. 12.*

Beneficium vacaturum concessum à Papa in aliqua Diœcesi, si interim Diœcesis diuiditur, beneficium non diuiditur, & pœnæ contra inobedientes. *Extrau. Ioan. 22. de elect. cap. Suscepti.*

Beneficia conferenda iuxta dispositionem fundationis, alias subreptitia est collatio. *Concil. Tridentin. sess. 25. de reformat. cap. 5.*

Si obtinetur à Papa facultas dismembrandi beneficia, fiat citatis partibus, & expressus est valor, alias gratia est nulla. *Vrban. 8. constit. 6. Sanctissimus cap. 22.*

Vide, *Dignitatum diminutio*.

Beneficia quibus danda, & quibus non.

Beneficia Ecclesiastica dari non possunt pueris infra decem annos. *concil. Later. 3. in append. tit. Quibus, & quando, c. 1. de præbend. cap. Super inordinata.*

Pueros intrudens in beneficijs, siue patronus, siue alius excommunicatur. *concil. Sabinense c. 15.*

Episcopus sciens intrusionem pueri, si intra duos menses eum non eijcit, priuatur potestate conferendi beneficia per sex menses. *ibid.*

Beneficia danda non sunt clericis vxoratis. *concil. Lateran. 3. in appendic. tit. de cleric. coniug. cap. 2. 3. & 6. & p. 50. cap. 7.*

Beneficium potens alteri conferre, non potest illud pro se retinere. *de excessib. Prælator. cap. ad aures.*

Beneficia danda sunt personis idoneis, dignis, & honestis. *concil. Later. 4. cap. 30. concil. Rauennaten. 2. sub Clem. V. c. 16. concil. Senon. in decret. Morum cap. 8. & 9. concil. colon. 2. par. 1. cap. 2. 3. & 6. concil. Tridentin. sess. 7. de reform. cap. 3.*

Beneficia danda sunt clericis pauperibus, qui non habent, vnde viuant. *de rescript. cap. postulasti.*

Beneficium dandum est meliori. *concil. colon. 2. par. 1. c. 4. & 9.* Dandum doctiori. *ibid. c. 9.*

Beneficium dandum est magis idoneo. *Vt Ecclesiastica beneficia, &c. cap. vn. circa fin.*

Beneficia præsertim curata danda sunt ijs, qui per se immediatè possunt suum munus exercere. *concil. Trid. sess. 7. de reform. cap. 3.*

Beneficium dari potest etiam absenti. *de præbendis. cap. Accedens.*

Beneficium dari potest præsentato, etiam non ordinato, dummodo intra tempus præscriptum ordinetur. *de institutionibus. cap. finali.*

Beneficium vacaturum ex morte obtinens, non potest obtinere illud ex resignatione, si alius illud obtinet vacaturum ex resignatione. *de rescriptis in 6. cap. Susceptum.*

Beneficij rescriptum obtinens à Papa cum particula (*si sit idoneus*) censetur idoneus, si nihil obstat contra eum. *de præsumptionibus. cap. finali.*

Beneficia danda sunt iuxta meritum probitatis, & sufficientiæ, & non per affectum affinitatis. *concil. colon. 2. par. 1. cap. 4.*

Vide, *Ecclesiæ quibus conferendæ*. Vide, *dignitates Ecclesiasticæ*.

Beneficiorum incapaces.

Beneficiorum incapaces sunt indigni inhonesti, &c. *Concil. Lateran. 4. c. 50. Concil. Colon. 2. par. 1. cap. 4. Concil. Senonense in decretis morum cap. 8. Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 4.* Collatio est nulla. *ibid.* Episcopus conferens suspenditur à iure conferendi. *ibid. Et de Præbend. cap. Graue nimis.* A quo relaxanda est illa suspensio. *ibid.*

Pueri ante decennium incapaces sunt beneficiorum. *Concil. Later. 3. in append. tit. Quibus & quando cap. 1. Concil. Senon. in decretis morum cap. 8. & 9. Concil. Later. 4. cap. 30. Concil. Rauennat. 2. sub Clem. V. cap. 16. De præbend. cap. Super inordinata.* Sed *Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 6.* prohibet ne detur puero impuberi.

Pueros intrudens in beneficijs excommunicatur, siue sit patronus, siue alij; Episcopus sciens intrusionem pueri, si intra duos menses eum non eijcit, per sex menses suspenditur à potestate conferendi. *Concil. Sabinense cap. 15.* Aliæ pœnæ Episcopi. *Concil. Lateran. 4. c. 30.*

Beneficij est incapax clericus primæ tonsuræ, vel in minoribus ante annum 14. *Concil. Tridentin. sess. 23. de reformat. cap. 6.*

Clerici vxorati incapaces sunt beneficiorum. *Concil. Later. 3. in append. de cler. coniug. c. 23. & 6. & collatio est nulla. & par. 50. cap. 7.* Etiam si talis collatio confirmetur à Papa, nisi in petitione, & confirmatione exprimatur defectus, nulla est collatio. *Honorius 3. ex Cirone de confir. vtili, & inutili c. 3.*

Beneficij incapax est, & ideo priuandus qui per tres annos stetit in suspensione. *De ætate, & qualit. &c. præficiendor. cap. cum bonæ memoriæ.*

Beneficij incapax est vsurarius, vel aleator. *De excessib. prælatorum. c. Inter dilectos.*

Beneficij est incapax ille, qui potest illud conferre. *ibid. cap. Ad aures.*

Beneficij incapax est excommunicatus. *De clerico excommunicato celebr. c. Postulastis.* Etiam tempore absolutionis. *ibid. & cap. Proposuit.*

Beneficij incapaces sunt filij hæreticorum, fautorum, &c. vsque ad secundam generationem. *De hæreticis in 6. cap. Quicumque §. hæretici autem.* Ipso facto priuati sunt si obtinent.

Beneficij incapaces sunt, qui illa obtinent ad preces hæreticorum, & ipso facto priuati sunt si obtinent, & inhabiles fiunt ad alia. *ibid. §. Ad hæc.*

Beneficio statim spoliandus clericus, qui ducit vxorem. *Concil. Later. 3. par. 50. c. 7. Pius V. const. 73. Sacrosanctum.* Perdit etiam pensiones. *ibid.*

Beneficij incapax est occultus indignus, & si ei detur nulla est collatio. *De excessibus Prælatorum c. Inter dilectos.* Illud beneficium conferri potest alteri, sed facta cassatione primi. *ibid.* Si confertur alteri non cassato primo priuatur potestate conferendi. *ibid.*

Si dispensatur à Papa cum indigno, deturque illi beneficium, Episcopus tenetur supplicare Papæ vt auferat ab indigno, & alteri conferat digno. *concil. Mogunt. 4. c. 64.*

Religiosus translatus, etiam si sit canonicus regularis est incapax beneficij sæcularis. *concil. Tridentin. sess. 14. de reform. cap. 11.*

Beneficij curati est incapax, qui non habet annos 25. *concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 12.*

Beneficij curati est incapax, qui nescit latinè loqui. *concil. Tolet. 19. cap. 12. concil. Senon. in decr. morum. cap. 8.* & nulla est collatio. *ibid. concil. Tolet.*

Beneficij curati est incapax, qui nescit loqui in idiomate illius nationis, in qua habere vult curam. *Vrban. 8. constit. 6. Sanctissimus c. 20.*

Beneficij est incapax, qui ambitiosis precibus per se, vel per alium procurat beneficium. *concil. Mediol. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad benef. collationem.*

Benefi-

Beneficij incapax est qui obtinet illud non vacans. *ibid.*
Beneficium obtinens vacaturum ob mortem, non est capax illius ob resignationem, si alius obtinebat vacaturum ex resignatione. *De Rescriptis in 6. cap. Susceptum.*
Vide, Tonsura.

Beneficia indignis conferentium pœna.

Beneficia conferens indignis suspenditur à potestate conferendi. *De Præben. cap. graue nimis.* A quo relaxanda illa suspensio. *ibid.*
Beneficium conferens excommunicato, priuatur potestate conferendi. *De clerico excom. celebr. cap. Postulasti.*
Beneficium conferens indigno occulto, si illud confert alteri, non cassata primi collatione, suspenditur à potestate conferendi. *De excessibus Prælatorum. c. Inter dilectos.*
Beneficium conferens vsurario, aleatori, &c. priuatur potestate conferendi. *ibid.*
Si patrono intrudente puerum ad beneficium, Episcopus id sciens intra duos menses, eum non ejiciat priuatur potestate conferendi per sex menses. *Concil. Sabinense cap. 15.*

Beneficia à quo conferenda.

Beneficiorum omnium collatio ex potestatis plenitudine pertinet ad Papam. *Clement. Vt lite pendente cap. 1. concil. General. Vienn.*
Beneficia vacantia conferenda sunt ab eo ad quem spectat: quod si intra tempus non confert, ab Episcopo conferantur, nulla obstante appellatione. *De supplenda negligentia, &c. cap. finali.*
Beneficia etiam regularia si non conferuntur in tempore, conferenda sunt ab Episcopo. *Clem. de supplenda negligentia cap. Vnico.* sed regulari debet conferre. *ibid.*
Beneficium vacans si non confertur ab eo, ad quem spectat, conferendum est à viciniori Episcopo. *De election. in 6. c. Quamquam.*
Beneficium potens conferre, si extra tempus prefixum faciat, nihil facit. *De supplenda neglig. cap. Literas.*
Beneficium collaturus, si non facit intra tempus, perditius. *ibid. cap. Dilecto.*
Beneficia conferenda ab Episcopo, si hic in tempore præfixo non confert, debent à capitulo conferri: quæ verò à capitulo sunt conferenda, nisi in termino conferantur, ab Episcopo sunt conferenda: si vero vterque sit negligens, ad superiorem deuoluitur. *De conces. prabenda. cap. Nulla, & cap. Postulastis.*
Beneficia vacantia, sede episcopali vacante, conferuntur à Papa. *Pius 5. const. 55. Sanctissimus.*
Beneficia, quæ conferenda sunt ab Episcopo, sede vacante episcopali, non possunt conferri à capitulo. *Ne sede vacante cap. Illa deuotionis. & de institutionibus in 6. cap. 1.*
Beneficium vero quod poterat capitulum conferre de consensu Episcopi, hoc mortuo, vel agente in remotis, potest conferri à capitulo solo. *Ne sede vacante in 6. cap. vn. §. fin.*
Beneficium quod debet Episcopus conferre de consensu capituli, mortuo Episcopo vel suspenso non potest capitulum illud conferre, nisi Episcopus fuerit in mora. *ibid. §. Cum vero.*
Beneficium quod potest conferre Episcopus cum Capitulo, illo mortuo, vel suspenso, Capitulum confert: suspenso capitulo confert Episcopus. *ibid.*
Beneficia ad quæ fit præsentatio, sede episcopali vacante dari possunt à capitulo. *Ne sede vacante in 6. cap. vnico & de institut. in 6. cap. 1.*
Beneficium quod vacat in curia, si ante mortem Papæ non confertur, est conferendum ab Episcopo, vel alijs, ad quos spectat. *De præbendis in 6. cap. Si Apostolica.*
Beneficium conferri potest ab Episcopo, si is, ad quem spectat malitiosè differt conferre. *De appellat. & recusat. cap. 1.* Non obstante appellat. *De supplenda negligentia cap. fin.*
Beneficium vacans in curia, si intra mensem non confertur, quando conferri potest ab eo ad quem spectat. *De præbendis in 6. cap. Statutum.*
Non possunt conferri ab Episcopo non confirmato, & irrita est collatio. *De electione cap. Nosti.*
Beneficium conferre non potest Papa Schismaticus, & nulla est collatio. *Concil. Later. 3. cap. 2. causa 1. quæst. cap. Conuenientibus. 23. q. 1. Didicimus.*
Beneficia curata à nullo conferri possunt, nisi ab Episcopo, vel à Papa. *Concil. Tolet. 18. cap. 5. De institutionibus cap. Ex frequentibus.*
Beneficia conferri non possunt à Commissario generali. *De officio Vicarij in 6. cap. Licet.*
Beneficia conferri non possunt à Vicario, vel officiali Episcopi. *ibid. cap. fin.*
Beneficia à laicis conferri non possunt, & pœna acceptantium. *Concil. Later. 3. cap. 9.*
Beneficia conferri non possunt à Legatis Papæ, siue sint missi, siue alij, nisi id habeant in mandatis (exceptis Cardinalibus.) *Concil. Lugdunense gener. 1. de officio Legati.*
Beneficia accipi non possunt propria authoritate. *Concil. Tolet. 18. cap. 4.* Vide de hoc, *Beneficia inuadentes.*
Beneficia pertinentia ad Episcopum, si vacant cum ipse non residet, quando à Papa conferenda. Vide, *Papa circa beneficia.*
Beneficia reseruata Papæ vacantia sede Romana vacante, à nullo possunt conferri, sed à Papa futuro sunt conferenda. *Vrbanus 8. const. 6. Sanctissimus cap. 68.*
Beneficium vacans in curia sede Romana vacante confertur ab Episcopo, vel alijs ad quos spectat. *De præbend. in 6. cap. Si Apostolica.*
Beneficium quod potest quis conferre non potest sibi retinere. *De excessib. Prælat. cap. Ad aures.*
Beneficia vacantia in Ecclesia à qua aliquis etiam Cardinalis fuit translatus non possunt conferri à translato. *Vrbanus 8. const. 60. Licet.*
Beneficia non reseruata Papæ, & vacantia in mensibus Episcopi, conferri possunt ab Episcopo residente, & quando à non residente. *Vrbanus 8. const. 6. Sanctissimus cap. 9.*
Vide, *Ecclesiæ à quo conferendæ.* Vide, *Menses Episcopi.* Vide, *Patronus.* Vide, *Parochia.*

Beneficia reseruata Papæ.

Beneficia semel reseruata Papæ, semper remanent eidem reseruata. *Extra, de præb. & dignit. cap. Ad Romani. Vrban. 8. const. 6. Sanctissimus, cap. 11. & 15.*
Beneficia Papæ reseruata, à nullo possunt conferri; & nulla est collatio si conferantur. *Extra, de præb. &c. cap. Ad Romani. Vrban. 8. const. 6. cap. 15.* Vide, *Beneficia vacantia in Curia.*
Beneficia vacantia per hæresim, sunt Papæ reseruata; & nulla est collatio, si ab alio dantur. *Greg. 13. constit. 66. In Ecclesiis. Pius 5. const. 29. cum ex Apostolatus.*
Beneficia omnium Cardinalium, officialium Papæ, ministrorum commensalium, &c. sunt Papæ reseruata. *Iul. 3. constit. 21. Sanctissimus. Extra, de præb. cap. Ex debito. cap. Præsenti. Extra, de elect. cap. Ex debito. Clemens 8. const. 54. Ob nonnullas.*
Beneficia multa vacantia in Prouincia Burdegalensi, sunt Papæ reseruata, & quæ. *Extra, de præb. cap. Etsi temporalium.*
Beneficia vacantia, quorum dispositio pertinet ad Cardinales, non possunt prouideri sine consensu Papæ, exceptis illis, quæ ratione titulorum eis competunt. *Gregorius 14. const. 19. Sanctissimus.*
Si Capitulum cassat collationem, quia irrita fuit, prouisio spectat ad Papam. *De conces. præb. cap. Proposuit.*
Beneficia omnia vacantia Episcopali sede vacante, sunt reseruata Papæ. *Pius 5. constit. 55. Sanctissimus.*
Beneficia omnia, quæ excedunt valorem ducentorum florenorum auri, vacantia, Papæ reseruata sunt. *Vrban. 8. const. 6. Sanctissimus cap. 2.*
Item dignitates, canonicatus, &c. quæ vacant post mortem Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ; vel post priuationem, vel translationem, &c. vsque ad successorem, Papæ reseruantur. *ibid. cap. 2.*

Sed

Sed excipiuntur illa, quæ præfati Episcopi, &c. debent conferre cum alijs, hæc enim non reseruantur Papæ. *ibidem cap.2.*

Beneficia ad quæ deberent Episcopi præsentare, in morte, priuatione, translatione, &c. vacantia, Papæ sunt reseruata. *ibid. & c.3.*

Beneficia, vel dignitates familiarium Papæ, & Cardinalium etiam in Metropolitanis Papæ reseruata sunt, & ijs decedentibus à Papa conferuntur. *Vrbanus 8. constit.6. Sanctissimus c.4.*

Beneficia præfatorum familiarium, seu commensalium, quæ excedunt summam decem florenorum auri Papæ sunt reseruata. *ibid. c.4.*

Beneficia à Papa obtinentes, si ante assecutionem, illa resignant in fraudem reseruationis Papæ, si hoc faciunt, & permutant non facta mentione reseruationis, nulliter faciunt; & à Papa sunt illa beneficia conferenda. *ibid. c.3.*

Beneficia collectorum, & subcollectorum Ecclesiæ, quæ habuerunt dum erant in officio, Papæ sunt reseruata, licet moriantur post officium. *Vrban.8. ibid. c.5.*

Beneficia omnia officialium, ac ministrorum Papæ, & Sedis Apostolicæ habita dum erant in officio, etiam si moriantur postquam desierunt esse officiales, reseruata sunt Papæ. *ibid. cap.1.*

Beneficia Cubiculariorum Papæ, etiam honoris, quæ habuerunt in officio sunt reseruata Papæ. *ibid. c.7.*

Beneficia Cursorum quoque sunt reseruata Papæ. *Vrban.8. const.6. vbi supra c.6.*

Beneficia vacantia ex collatione irrita Episcoporum Papæ reseruantur. *ibid. c.1.*

Item omnia beneficia vacantia *per Extrau. Ioann.22. Execrabilis*. Papæ reseruantur. *ibid.*

Beneficia titulorum Cardinalitiorum, siue in Vrbe, siue extra, si vacant, quando ipsi sunt absentes Papæ reseruantur. *Vrban.8. const.6. Sanctissimus. c.8.*

Beneficiorum vacantium in Curia collatio concessa Cardinalibus reuocatur, & Papæ reseruatur. *Paulus V. constit.58. Sanctissimus.*

Beneficia vacantia in mensibus Papæ in aliorum Diœcesibus, Papæ reseruantur. *Vrban.8. constit.6. Sanctissimus cap.9.* Qui sunt menses Papæ. Vide, *Menses.*

Beneficia vacantia per promotiones ad Ecclesias, Papæ reseruantur. *Vrban.8. vbi supra c.26.*

Beneficium datum in confidentiam vacat, & Papæ reseruantur. *Pius 4. const.85. Romanus.*

Beneficia vacantia per ingressum Religionis, quomodo à Papa obtinenda. *Vrb.8. ibid. c.46.*

Beneficia reseruata Papæ vacantia Sede Romana vacante, à Papa successore prouidenda. *ibid. c.68.*

Beneficium vacans per contractum matrimonij est reseruatum Papæ; sed non vacat, nisi matrimonium sequatur. *ibid. c.58.*

Beneficia reseruata Papæ non possunt vniri, nec etiam per Cardinales; & qui habent facultatem conferendi, non possunt ea vnire. *Vrban.8. const. in append.53. alias 163. Quamuis.*

Beneficia vacantia in curia, omnia sunt reseruata Papæ. *Clem.8. const.54. Cum ob nonnullas. De præben. in 6. cap. Licet. & c.Ex debito. Extr.de præb.c.Pia.& c.ad regimen.*

Sed si vacant sede Romana vacante, conferri possunt ab Episcopo, vel alijs ad quos spectat. *De præb. in 6. c. Si Apostolica.* Dummodo non sint de reseruatis Papæ. *Vrban.8. vbi supra c.68.*

Beneficia vacantia in curia, quæ sint. Vide, *Infra.*

Beneficiorum, quæ à Papa conferuntur, possessio quando, & quomodo capienda. *Gregor.13. const.19. ad Romani.*

Vide, *Episcopus quo ad collationem beneficiorum.*

Beneficia vacantia in Curia quæ, & à quo conferenda.

Beneficia dicuntur vacare in curia, siue per mortem beneficiati in ea, siue per priuationem, siue per repulsionem electionum, collationum, aut postulationum; siue per renunciationem; siue per successionem, siue per translationem. *extra, de elect. c. ex debito. Extra, de præbend. c. ad regimen.* Et à Papa conferuntur. *ibidem.*

Beneficia Cardinalium vbicumque morientium, vacant in curia. *Extra, de elect. c. Ex debito.*

Sic beneficia Legatorum, vel Nunciorum Papæ. *ibid.* Quæniam sint omnia beneficia, quæ vacantia in curia conferuntur à Papa, præter Episcopatum. *ibid.*

Beneficia eorum, qui veniunt ad Curiam, vel recedunt ab ea, si moriuntur, dicuntur vacare in curia. *De præben. in 6. c. Præsenti. Extra, de præbend. cap. ad regimen.*

Idem est de curialibus, qui in locis vicinis in distantia duarum dietarum recreationis gratia moriuntur, etiam sede vacante, eorum beneficia vacant in curia, & à Papa prouidentur. *ibid. cap. præsenti.* Sed non comprehenduntur illi, qui in tali distantia, & loco habent domicilium. *ibid. cap. præsenti.*

Idem intelligitur de ijs, qui sunt de ea ciuitate, vbi residet curia, hi enim dicuntur mori in curia. *ibid. cap. præsenti.*

Beneficia data in confidentiam, in curia censentur vacare. *Pius 4. const.85. Romanus.*

Idem intelligitur de ijs, qui sequuntur curiam, si hanc mouere contingat; isti enim in quacumque distantia à curia moriantur, si ægroti remanent in via cum progreditur curia. *ibid. c. præsenti. Vrban.8. const.6. Sanctissimus c.6.*

Beneficia officialium, & ministrorum omnium Papæ, vt Camerarij, Cancellarij, Notariorum, Auditoris contradictarum, Correctorum, Abbreuiatorum, Pœnitentiariorum, &c. vbicumque moriantur vacant in curia, & à Papa conferuntur. *Extra, de elect. c.ex debito. extra, de præbend. & dignit. cap. ad regimen. Clemens 8. const.54. cum ob nonnullas. Vrban.8. constit.6. Sanctissimus c.1. c.5.6.7. &c.* Sic collectorum, & subcollectorum. *cap.5.*

Item beneficia omnium Capellanorum Papæ. *ibid. ex debito. ad regimen, &c.*

Beneficia vacantia per assumptionem ad Cardinalatum, vacant in curia. *Sixtus V. const.79. Sanctissimus.*

Beneficia Prælatorum commensalium Papæ, semper vacant in curia. *Iulius 3. constit.21. Sanctissimus.*

Beneficia omnia vacantia per hæresim, vacant in curia. *Gregor.13. const.66. In ecclesiis.* Et si alius confert, nulla est collatio. *ibid. Pij V. const.29.*

Si capitulum casset collationem beneficii, quia nulla, beneficium illud vacat in curia, & à Papa confertur. *De concess. præb. cap. Propositi.*

Beneficia delegatorum Papæ morientium in officio, vacant in curia. *extra, de elect. cap. ex debito. extra, de præb. cap. ad regimen.*

Beneficia malè collata ab ordinarijs, & contra decreta Concilij Tridentini, vacant in curia. *Vrban.8. constit. 6. Sanctissimus c.1.*

Beneficia, & dignitates conferenda ab Episcopis, Patriarchis, &c. vel ad quæ deberent præsentare præfati, si vacant in morte eorum, vel per priuationem, &c. vacant in curia. *ibid. c.2.* Non verò illa, ad quæ præfati præsentant cum alijs. *ibid.*

Beneficia, dignitates, &c. familiarium Papæ, vel Cardinalium, etiam in Metropolitanis, ex morte eorum, vacant in curia. *ibid. c.4.* Si excedunt valorem decem florenorum auri.

Beneficia omnia, Ecclesiæ, Monasteria, &c. quæ excedunt valorem ducentorum florenorum auri, vacant in curia. *Vrban.8. const.6. Sanctissimus. c.4.*

Beneficia Cubiculariorum Papæ etiam honoris, vacant in curia, *ibid. c.6.*

Sic etiam beneficia Cursorum. *ibid.*

Item beneficia vacantia in mense Papæ. *ibid. c.9.*

Item titulorum Cardinalitiorum, siue in Vrbe, siue extra, quando Cardinales sunt absentes. *ibid. c.8.*

Beneficia vacantia per promotionem ad Ecclesias vacant in curia. *ibid. c.26.*

Beneficium vacans in curia, si intra mensem non confertur, is ad quem spectat confert. *De præb. in 6. c.Statutum.*

Beneficium vacans in curia, sede Romana vacante, confertur ab Episcopo, vel ab alijs, ad quos spectat. *De præben. in 6.*

in 6. cap. Si Apostolica. Sed si est reseruatum Papæ ex alio capite non potest conferri, sed conferendum à Papa futuro. *Vrbanus 8. constitut. 6. Sanctissimus. cap. 68.*

Beneficium, quod vacauit in curia ante mortem Papæ, si non fuit prouisum, confertur ab eis ad quos spectat. *De præb. in 6. cap. Si Apostolica.*

Beneficium litigantes, si moriantur in curia; Papa confert, si verò vnus moriatur, alius prosequatur litem, ex euentu apparebit ad quem pertinet collatio. *Clem. vt lite pendent. cap. 1.*

Beneficia vacantia in curia non solum simplicia, sed curata sunt reseruata Papæ. *Extra, de elect. cap. Ex debito.*

Beneficia vacantia etiam si eorum dispositio pertineat ad Cardinales, conferri non possunt sine consensu Papæ, exceptis illis, quæ eis competunt ratione tituli. *Gregor. 14. const. 19. Sanctissimus.*

Beneficia familiarium Cardinalium, etiam apud sanctam sedem vacantia non conferuntur sine Cardinalium eorumdem consensu. *Gregor. 14. ibid. §. 2.*

Beneficia officialium Papæ, etiam si ante obitum desierint esse officiales, dummodo ea habuerint in officio, vacant in curia. *Vrb. 8. const. 6. Sanctissimus. cap. 1.*

Beneficia omnia reseruata Papæ, vacant in curia. Vide, *Beneficia Papæ reseruata.*

Beneficia vacantia in curia, seu Papæ reseruata, à nullo alio possunt conferri; & si conferantur, nulla est collatio. *De præb. in 6. cap. Licet. Extra, de elect. cap. Ex debito. Extra, de præb. cap. Pia, & cap. Ad regimen.*

Beneficij resignatio si admittitur à Papa, & literæ expediuntur, vt intra 20. dies præstetur consensus, si moritur intra hos dies, vacat Papæ beneficium. *Vrb. 8. const. 6. Sanctissimus. cap. 19.*

Vide, *Menses Papæ.* Vide, *Reseruata.*

Beneficia plura, quando teneri possunt, & quomodo: & quando non.

Beneficium vnum habens, de quo possit sustentari, non potest obtinere secundum. *Concil. Later. 3. in append. tit. Vni plura beneficia cap. 2. de præb. cap. Super inordinata. Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 17.*

Beneficia plura teneri non possunt (id est sine dispensatione) sed vnum ex eis eligendum. *de præbend. &c. cap. Referente.*

Beneficia plura non possunt eidem conferri (etiam cum dispensatione) nisi per medietatem anni saltem in vno, & per medietatem in alio possit residere. *Concil. Later. 3. in append. tit. Vni plura beneficia. cap. 1. & tit. de alienatione, &c. cap. 6.*

Beneficium, secundum obtinens non facta mentione primi, nulliter obtinet. *Concil. Lateran. 3. vbi supra. Vni plura. cap. 2.*

Etiam si à Papa fiat collatio, non facta mentione primi, nulla est. *de præb. cap. Cum teneamur.* Licet primum sit modicum, & tenue. *de præbend. in 6. cap. Non potest.*

Si secundum beneficium detur alicui ex motu proprio Papæ, etiam si primum non exprimatur, tenet collatio. *de præb. in 6. cap. Si motu. Clem. de præb. cap. Si Romanus.*

Beneficia plura nullus tenere potest, sine Papæ dispensatione, siue sint curata, siue vnum curatum, aliud verò simplex; siue omnia simplicia. *concil. colon. 3. tit. de officiorum, &c. cap. 9.*

Beneficia plura quam duo, haberi non possunt. *concil. Later. 5. sess. 9. in Bulla de reform. curiæ cap. 1.*

Beneficiorum pluralitas dispensari potest cum personis qualificatis, & magna ex causa. *ibid.*

Beneficiorum pluralitas quando dispensatur, non sit vltra quatuor, siue sint Vicariæ perpetuæ, siue alia. *ibid.*

Beneficia plura, siue curata, siue alias incompatibilia, ab eodem teneri non possunt, alias omnibus sit priuatus ipso iure. *Leo 10. const. 7. Supernæ. concil. Trident. sess. 7. de refor. cap. 4.*

Beneficia plura curata, siue aliter incompatibilia tenentes cogi possunt ab ordinarijs ad ostendendum priuilegia, alias Episcopi procedant contra eos, iuxta Constitutionem *Gregor. 10.* incipientem *Ordinarij*. & ijdem Episcopi prouideant de Vicario idoneo per assignationem congruæ prouisionis de fructibus beneficij non obstante quocumque priuilegio, &c. *Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 5.*

Beneficia plura conferri eidem non possunt, sed cuilibet vnum dandum: quod si non sufficiat ad sustentationem, aliud non curatum ei dari potest, quod non exigat residentiam. *concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 17.* Et hoc etiam ab Episcopis obseruari potest. *ibid.* colligitur.

Beneficia plura curata obtineri non possunt. *concil. Later. 4. cap. 29.* Ideo si secundum impetratur, nulla est impetratio, & si vtrumque vult tenere, priuatur vtroque. *ibid. cap. 29. concil. Londinen. 2. cap. 14. concil. Viennen. prouinc. concil. colon. 2. part. 1. cap. 32. concil. Mogunt. 4. cap. 64.* (& si acceptat secundum absque dispensatione, perdit primum. *ibid.*) *de elect. cap. dudum Ecclesia. de præb. cap. de multa. de off. Ordinarij in 6. c. Ordinarij. Extrau. Ioan. 22. de præb. Execrabilis.*

Beneficia plura curata obtinere possunt cum dispensatione Papæ personæ sublimes, vel literatæ. *Concil. Later. 4. c. 29. concil. colon. 2. p. 1. c. 32.*

Item Cardinales, ac filij Regum. *ibid. & Extrau. Ioan. 22. de præb. Execrabilis.* Item *Extra, de præbend. simili c. Execrabilis.*

Beneficium secundum curatum obtinens cum dispensatione Papæ si retinet aliud curatum, subreptiuè obtinere censetur. *Clem. de præb. cap. 1.*

Beneficium curatum habens, non potest in alia Ecclesia obtinere aliud quasi beneficium. *concil. Oxoniense 1. c. 34.*

Beneficium curatum aliqua obtinente à Papa sine dispensatione, vacat primum. *Clem. de præb. cap. Si plures.*

Beneficium curatum obtinens à Papa, ignorans quod Episcopus eo tempore aliud sibi contulerat, validè impetrat: Et si sunt incompatibilia, eligat, quod placet. *De rescriptis in 6. cap. Gratia.*

Beneficij curati adeptione, cuius fructus aliter percipiuntur, non vacat primum beneficium. *de præbend. in 6. cap. Si sibi concesso.*

Beneficia plura curata aliquo habente, &c. si vno retento non relinquitur aliud, omnia vacare censentur, & alijs possunt conferri. *de officio ordinarij in 6. cap. Ordinarij. Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 17.*

Beneficium curatum habens religiosus, si recipit secundum, priuatur primo: & si non dimittit, fit ineligibilis. *de præb. in 6. cap. cum singulas.*

Beneficia plura curata habens, vltimum potest retinere, & alia dimittere, & pœnæ. *Extra, de off. Iudicis ordin. cap. Vt quos.* Et Episcopi possunt contra eos procedere. *ibid. cap. 2.*

Beneficia plura tenens sine Papæ dispensatione non potest eligi in Episcopum. *De elect. &c. cap. dudum Ecclesia Rocch.*

Beneficium secundum impetrans non facta mentione de primo, non potest illud retinere. *de rescript. cap. Cum adeo.*

Beneficia plura curata etiam regularia nullus, nec regularis, nec sæcularis habere potest. *de præbend. &c. in 6. cap. cum singula.*

Beneficium secundum obtinens sine expressione primi, si postea obtinet dispensationem, vt possit tenere secundum, non proinde censetur dispensatus, vt teneat etiam primum, sed solum, vt habeat legitimè secundum, nisi aliter Papa exprimat. *de præb. &c. in 6. cap. Non potest.*

Beneficia plura teneri non possunt sine Papæ dispensatione, etiam si alterum sit tenue. *de rescript. cap. In nostra, & cap. Si proponente. de præbend. in 6. cap. Non potest.*

Si quis de mandato Papæ confert beneficium dare non potest illud habenti aliud, nisi id exprimatur. Et si exprimitur, intelligitur de habente aliud non curatum. Si verò conceditur, vt prouideat etiam habentem, intelligitur de habente etiam duo. *de præben. in 6. cap. Is cui.*

Beneficio secundo acceptato potest conferri primum ab habente potestatem, etiam irrequisito possessore. *ibid. c. Licet.*

Bene-

Beneficium secundum obtinens, siue reseruatum, siue alteri collatum, si statim dimittit habet ius ad priora. *Si* verò statim non dimittit, perdit ius ad illa etiam priora. *de præb. in 6. cap. Si beneficia.*

Beneficia plura obtinere possunt. Auditores Rotæ, & eorum Loca-tenentes. Vide, *Auditores Rotæ.*

Beneficia plura habens, quando dimittit ea quæ non potest tenere, debet id facere absque præiudicio Patroni. *concil. colon. 3. tit. de offic. &c. cap. 9.*

Beneficia plura habens non potest dare alteri exceptionem pluralitatis. *de excep. cap. cum Ecclesiastica.*

Beneficium expectans de mandato Papæ, si aliter prouideatur, non potest obtinere primum. *De præb. in 6. c. Si pauper.*

Beneficium secundum iniustè occupans priuatur primo, & iure ad illud. *ibid. cap. Eum.*

Fructus beneficiorum plurium, quæ ab aliquo teneri non possunt, consignari debent Cameræ Apostolicæ. *de præb. in 6. cap. cum nonnullæ.*

Vide, *Dignitates Ecclesiasticæ.* Vide, *Ecclesiæ plures.* Vide, *Titulus.* Vide, *Presbyteri obligationes.*

Beneficiorum impetrationes quando inualidæ, & quando validæ.

Beneficium impetrans non exprimendo verum, vel suam dignitatem, aut titulum, nulliter impetrat. *concil. Later. 3. in append. de interpr. verbor. c. 8. De rescript. c. Ad aures.*

Beneficium expectans, si aliud incompossibile cum illo consequitur, perdit gratiam. *de rescrip. cap. Gratiæ.*

Beneficij restitutionem impetrans non expressa causa priuationis, nulliter impetrat. *de rescrip. cap. Ad aures. cap. Dilectus.* Vide, *Impetratio.*

Beneficium impetrans si habet pensionem & non exprimit, nulliter impetrat. *ibid. cap. Ad audientiam il 2. & cap. In nostra. de præb. in 6. cap. Non potest.*

Beneficium impetrans non exprimendo se habere aliud, licet exiguum, nulliter impetrat. *ibid. cap. In nostra, & cap. Si proponente.* Vide, *Beneficia plura.*

Beneficium impetrans contra pronunciationem Papæ, hac tacita, & non expressa, nulliter impetrat. *de sent. & re iudic. cap. cum olim.*

Beneficij collatio post appellationem, est nulla. *De appellat. & recus. cap. 1.*

Beneficij impetratio ab indigno est nulla. *de excessibus Prælat. cap. Inter dilectos.* Et facta cassatione talis collationis, dari potest alteri. *ibid.*

Beneficium impetrans à Legato Papæ tacito primo, nulliter impetrat. *de off. Legati in 6. cap. fin. Clement. de off. Iudic. ordin. cap. fin.*

Beneficium primum tacens vitiat gratiam, si petit aliud. *de præb. in 6. cap. Non potest.* Si verò Papa concedat illud motu proprio, etiam tacito primo validè obtinetur etiam secundum. *ibid. c. Si motu. Clem. de Præb. c. Si Roman.*

Beneficium sine institutione canonica, validè non obtinetur. *de regulis iuris in 6. reg. 1.*

Beneficium secundum impetrans non expresso primo, etiam si sit in alia Ecclesia, nulliter impetrat. *de rescrip. cap. cum adeo. & cap. In nostra.*

Beneficium impetrans cum pacto, vt alius succedat post mortem, nulliter impetrat. *concil. Later. 3. in append. de Pactionibus cap. 8.*

Beneficium Papæ quouis modo reseruatum ab alijs impetrans, nihil facit. *de præb. cap. Ad Romani.* Vide, *beneficia Papæ reseruata, & vacantia in curia.*

Beneficium impetrans cum pacto augendi pensionem, nulliter impetrat. *concil. Later. 3. in append. de Pactionibus c. 8.*

Beneficium obtinens in Ecclesia numerata, si per collationem alteretur numerus, & in petitione non exprimitur, quod sit numerata, nulliter impetrat. *de rescr. cap. Constitutus.*

Beneficium impetrans Vicarius perpetuus, si habet vnde viuat, & non facit mentionem de Vicaria perpetua, nulliter facit. *de rescrip. cap. Postulasti.*

Beneficium impetrans à Papa, si renunciat iuri ob pensionem, nulliter facit. *ibid. cap. Ad audientiam il 2.*

Beneficium impetrans fingens se clericum cum non sit, nulliter impetrat, & tale beneficium conferri potest alteri, etiamsi pro eo fiat transactio cum literis Papæ, si aliter non exprimat. *de transact. c. Ex literis.*

Beneficium impetrans curatum à Papa, si tempore datæ non habet ætatem, nulla est impetratio, nec tunc, nec pro tempore, quo eam habebit. *de rescript. c. si eo tempore.*

Secus est de beneficio non curato, quia potest illo frui, cum habet ætatem. *ibid. c. si eo tempore.*

Beneficium procurans quod per coactionem, & vim Principum, &c. quis renunciauit, nulliter impetrat excommunicationem incurrit, ipso facto priuatur obtento, & si habet alia priuatur fructibus eorum per triennium. *Clement. de pœnis cap. Multorum.*

Beneficium obtinens ad preces hæreticorum, fautorum, &c. nulliter obtinet. *de hæret. in 6. c. Quicumque §. ad hæc,* & ipso facto priuatus est obtento.

Beneficij impetratio, non facta mentione possessionis coloratæ alterius, est nulla. *de concess. præb. c. Cum nostris.*

Beneficij impetratio à Papa schismatico, est nulla. *Concil. Later. 3. cap. 2. 1. q. 7. cap. Conuenientibus. & 23. quæst. 1. cap. dicimus.*

Beneficium potens conferre, non potest illud sibi retinere. *de excessib. Prælator. c. ad aures.*

Impetratio beneficij quod confert Ecclesia ex donatione Laici, etiam si de hoc non fiat mentio est valida. *De præbend. c. Dilectus filius.*

Beneficij impetratio facta ab absente, est valida. *De præben. cap. Accedens.*

Beneficium obtinens à patrono absque legitima præsentatione, ipso facto est eo priuatus, & Episcopus alteri potest conferre. *Concil. Colon. 3. tit. de altero medio c. 10.*

Beneficium obtinens vacaturum ex morte, non potest illud obtinere ex resignatione, si alius obtinet ipsum ex resignatione vacaturum. *De rescript. in 6. c. Susceptum.*

Beneficium obtinens modis illicitis est priuandus, & puniendus. *Conc. Mogunt. 4. c. 91.*

Obtinens beneficium alicuius, quod iste tenebatur dimittere, nulliter obtinet. *De præb. in 6. c. si beneficia.*

Beneficium impetrans renunciatum ob coactionem. Vide, *Beneficiorum renunciatio.*

Beneficium impetrans à Papa, si eodem tempore Episcopus ipso nesciente aliud sibi confert, validè impetrat. Et si hæc duo sint incompatibilia, eligere potest ex eis, quod sibi placet. *De rescript. in 6. c. Gratia.*

Beneficium obtinens pro alio, simulando personam illius in examine, excommunicatur ipso facto excommunicatione reseruata Papæ, & priuatur omnibus beneficijs, quæ actu habet, & concessio est nulla. *Paulus 4. constitut. 12. Inter cæteras.*

Beneficij impetratio attenditur penes datam. Vide, *beneficiorum possessio.*

Beneficia impetrari non possunt à iudice, vel à cognatis iudicis in causa pertinente ad priuationem beneficij. *Pius 4. Const. 14. cupientes.*

Impetrans beneficium vacans ob crimen hæresis, vel alia ex causa, ob quam Papæ dispositioni subditur, si non exprimit talem causam, nulliter impetrat. *Pius V. Constit. 29. Cum ex Apostolatus.*

Sic etiam impetrans dignitatem, canonicatum, &c. *ibid.*

Beneficium impetrans tenetur exprimere, quod vacat in mense Papæ. *Vrban. 8. const. 6. Sanctissimus cap. 9.*

Beneficij impetratio per obitum alicuius qui viuit, etiam si postea vacat per mortem, nulla est. *ibid. c. 21.*

Beneficium alicuius senis obtinens tamquam collitigans, nulliter impetrat. *ibid. c. 29.*

Beneficium impetrans vacaturum ob priuationem ex delicto, si ante sententiam, seu rem iudicatam impetrat, nulliter impetrat. *ibid. cap. 29.*

Beneficium impetrans per mortem, alicuius si ante mortem illius obtinet, vel ante tempus, quod erat necessarium, vt de loco mortui veniret nuncius, seu notitia ad curiam, nulliter impetrat. *Vrban. 8. const. 6. Sanctissimus c. 30.*

Beneficium impetrans familiaris alicuius Cardinalis, quod

vacat

vacat per eius mortem, tenetur exprimere titulum, & nomen Cardinalis, & si Cardinalis sit in Curia, & assensum Cardinalis obtinere, alias est nulla impetratio. *ibid. c.32. Quando* requiritur assensus Cardinalis, & quando non. Vide, *Cardinalis*.

Beneficium impetrans tenetur exprimere annuum valorem, & secundum quam monetam, alias nulla est impetratio. *ibid. cap.55.*

Beneficium impetrans tenetur exprimere qualitatem illius, vt si cum cura, vel sine, si dignitas, vel personatus, &c. alias nulla est impetratio. *ibid. c.57.*

Beneficiorum curatorum collatio, nisi fiat iuxta formam, & dispositionem Concilij Tridentini, est nulla. *Pius V. const. 33. In conferendis.*

Vide, *Beneficia vacatura*. Vide, *Beneficia incapaces*. Vide, *beneficia à quo conferenda*. Vide, *beneficia non obtinenda per pretium*. Vide, *beneficia obtinenda sine promissione, aut pacto*. & alios huiusmodi titulos. Vide, *Præsentatus, & præsentatio*. Vide, *beneficia certo modo*. Vide, *beneficia plura*. Vide, *Hæreticorum fautores*. Vide, *beneficium idem, &c.*

Beneficia nec danda, nec accipienda cum pacto, vel promissa: & pœna.

Beneficium non potest renunciari per pecuniam, vel alias res. *de pactis cap. cum pridem.*

Non potest concedi, vel acceptari, cum pacto, vt succedant nominatim alij. *Concil. Later. 3. in append. de pact. c.4. de Simonia, cap. insinuatum.*

Pro beneficio non potest fieri transactio. *Concil. Lateran. 3. ibid. c.6. De pactis cap. Super eo.*

Non potest obtineri cum pacto dandi partem fructuum præsentanti, alias ipso facto priuatur officio, & beneficio, donec à Papa dispensetur. *Concil. Germanicum 1. c.10.*

Non potest dari, nec accipi cum pacto, vt alij post mortem succedant. *de pactis cap. Accepimus. Concil. Lateran. 3. in append. de Pactionibus cap.8.* & talis spoliatur statim beneficio. *ibid.*

Beneficium obtineri non potest cum pacto augendi pensionem. *Concil. Lateran. 3. ibid. c.8.*

Beneficium obtineri non potest cum pacto cedendi fructus inexactos conferenti, neque sine hoc pacto id facere potest beneficiatus. *Concil. Oxonienſ. 1. c.1. & 4.*

Non potest conferri cum pacto, vt recipiens ad nutum dantis, possit renunciare. *Concil. Mediol. 1. p.2. tit. Quæ pertinent ad beneficiorum collationem.*

Pro beneficio litigioso fieri potest amicabilis compositio. *De pactis c. Super eo.*

Beneficium, *neque cum donatione, neque cum munere, neque cum minis, neque cum obligatione* potest obtineri. *Concil. Colon. 2. par. 1. c.5.*

Beneficium accipiens cum iuramento dandi, vltra solitam pensionem; si postea coram Episcopo iurat dare solitam, excluditur à beneficio. *Concil. Later. 3. in append. de iuramentis cap.3.*

Beneficium obtineri non potest, cum pacto dandi patrono partem fructuum; & si hoc pactum fecerit, etiam post inuestituram, priuatur beneficio. *Conc. Mogunt. 4. c.68. & 91.*

Beneficium procurans ex munere, incurrit excommunicationem. *ibid. cap.68. & 91. Extra de sent. excommunic. cap. excommunicamus.*

Tale pactum, donum, promissionem, &c. non reuelans, excommunicatur. *ibid. extra, &c.*

Vide, *Pactum*. Vide, *Patronus*. Vide in seq. titulo.

Beneficia non obtinenda cum pretio, vel munere, &c.

Beneficia obtineri non possunt cum munere, vel dono ante, vel post; neque faciendum pactum, aut pactellum. *1. q.3. c.Si quis obiecerit, & cap.vlt.*

Beneficium, nec dari, nec resignari, nec acceptari potest per pecuniam. *De pactis c. cum pridem. De simonia c. Insinuatum. Concil. Claramont. c.6. Sabinense c.20.*

Beneficium obtinens, siue à Sede Apostolica, siue ab alio, cum pacto, dono, obligatione, promissione, &c. excommunicatur. *Extra, de sentent. excommunicat. cap. excommunicamus.*

Tale pactum, donum, &c. non reuelantes, excommunicantur. *ibid.*

Beneficium obtineri non potest per seruitium, vel obsequium, alteri præstitum, alias est simonia. *De simonia, cap. cum essent. Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. Quæ pertinent ad beneficiorum collationem.*

Beneficia non danda, nec acceptanda per dona, vel munera, alias actio est simoniaca. *Vt Ecclesiastica beneficia, cap. vnico.*

Beneficium obtinens, nihil potest soluere Laicis, licet sit fundatum à consanguineis eorum. *concil. Melphitanum c.11. concil. claramont. cap.6.*

Ad beneficium præsentatus, nihil potest soluere præsentanti, alias nulla est præsentatio, & nunquam potest præsentari ad alia, siue in illa, siue in altera Ecclesia. *concil. Sabinense cap.20.*

Beneficium, neque per pecuniam, neque per minas, neque per munera, &c. alia obtineri potest. *conc.colon.2.p.1. c.5.*

Beneficium, canonicatum, præbendam, dignitatem, aliudve obtinens, non potest, siue in præsentatione, siue in electione, siue in possessione, aliquid soluere Capitulo, sub pœna simoniæ. Si verò sit consuetudo, vt aliquid soluatur ad vsus pios, propter hoc tantum permittitur. *concil. Trid. sess.24. de refor. c.14.*

Beneficium dantes, nominantes, vel præsentantes ad illud, nihil possunt à beneficiato accipere, nec à nominato, nec à præsentato, neque eorum ministris. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. Quæ pertinent ad beneficiorum collationem.*

Qui sic acceptat beneficium, non facit fructus suos, nec habet ius ad eos. *ibid.*

Præsentans verò priuatur iure præsentandi. *ibid.* Vide, *Præsentans*. Vide, *Patronus*.

Beneficiatus in lite beneficij, nihil potest soluere ad redimendam vexationem. *concil. Mediol. ibid.* Vide infra. *beneficiorum transactio.*

Beneficium curatum obtinens ex præsentatione, docere tenetur, quod fructus illius sufficiunt ad sui sustentationem, & quod omnes fructus obtinuerit à patrono, vel alijs, alias nulla est collatio, & ipso facto est priuatus beneficio. *concil. Mogunt. 4. cap.68.*

Beneficium conferens, vel præsentans, &c. non potest retinere pro se fructus non collectos. *concil. Oxon. 1. c.1.*

Diffamatus, quod per pecuniam, vel &c. obtinuit beneficium, tenetur se purgare, & si non se purgat, est deponendus. *de simonia cap. insinuatum.*

Beneficium obtinens per pecuniam, priuatur illo. *1. q.3. cap. Si quis præbendas.*

Beneficij, præbendæ, canonicatus, vel distributionum possessionem capiens, nihil potest soluere, neque dulciora præsentare, dare, &c. sub pœnis, &c. *Pius V. constitut.104. Durum nimis.*

Beneficium obtinens per dona, est simoniacus. *Vt Ecclesiastica beneficia, cap. vn.*

Beneficium accipiens cum iuramento dandi vltra solitam pensionem, si in manu Episcopi iurat dare solitam, excluditur à beneficio. *concil. Later. 3. in append. de iuramentis cap.4.*

Beneficium suum obligans in gratiam alterius, est reus simoniæ. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. Quæ pertinent ad beneficiorum collationem*, circa finem.

Vide, *Simonia*. Vide, *Simoniaci*. Vide, *Benefic. non conferendum cum pacto, &c.*

Beneficia quando conferenda.

Beneficium vacans, intra sex menses prouidendum ab Episcopo, vel alijs, ad quos spectat: alias transacto termino, collatio deuoluitur ad Capitulum, & è contra, & postea ad superiorem. *De conceſſ. præb. c. Nulla, & c. Postulatis. De præben. c. De multa. Concil. Later. 3. c.8.*

Tempus, quod consumitur in accedendo ad Sedem Apostolicam, & in recedendo ab ea non numeratur intra semestre pro illo, cui competit conferre. *De conces. præb. cap. Quia diuersitatem.* Vide, *Tempus.*

In Ecclesijs numeratis, potest vltra sex menses vacare beneficium, canonicatus, &c. *De conces. præben. cap. Ex parte Hactenn.*

Beneficium, cuius collatio competit Prælato, non potest dari sede vacante. *Ne sede vacante, cap. Illa deuotionis.*

Beneficium illius, qui ingreditur Religionem dari non potest intra annum probationis illius, nisi in duobus casibus (ibi expressis.) *De Regularibus in 6. c. Beneficium.*

Beneficia vacantia intra statutum tempus conferenda sunt ab ijs ad quos spectat, alias Episcopus confert, nulla obstante appellatione. *De supplenda negligentia cap. fin.*

Tempus semestre, intra quod debet conferri beneficium, non intelligitur de Episcopatu. *De conces. præbend. c. Dilectus filius.*

Beneficia vacantia in curia, quando, & à quo conferenda. Vide, *Beneficia vacantia in curia.*

Beneficia reseruata Papæ, quando conferenda. Vide, *Beneficia Papæ reseruata.*

Beneficia etiam regularia, intra statutum tempus conferenda, alias ab Episcopo conferantur. *Clement. de supplenda negligentia c. vnic.* sed regulari debet conferre. *ibid.*

Beneficia vacatura, nec impetranda, nec danda, nec promittenda sine dispensatione.

Beneficia vacatura, nec dari validè possunt, nec promitti. *De conces. præb. cap. Constitutus. & cap. Detestanda. Concil. Later. 3. c. 8. Concil. Colon. 2. par. 1. c. 5. Concil. Trid. sess. 24.* Vide, *Vacatio, &c. de refor. c. 19.*

Beneficium vacans conferendum, non obstante appellatione illius, cui fuerat promissum. *De conces. præb. c. Relatum.*

Beneficij promissio facta ab Episcopo, his verbis, *cum potero dabo*, valet: sed promissio de vacaturo, non valet. *ibid. c. Accedens.*

Beneficium vacaturum ex periculo instantis mortis alicuius, promitti non potest ab Episcopo, nec dari, sed prius est expectanda mors, alias obtinens est intrusus, & ipso facto priuatus. *Conc. Londinense 2. c. 12.*

Beneficij vacaturi promissio non tenet. *De conces. præb. cap. Ex tenore.*

Prælatus autem promittens tenetur, cum poterit, prouidere promissarium. *ibid. c. Accedens.*

Beneficium viuentis vacaturum obtinens scienter, est deponendus. *De conces. præb. cap. 1.*

Beneficium vacaturum ex morte obtinens (ex dispensatione Papæ) non potest obtinere illud ex resignatione, si alius obtinet illud vacaturum ex resignatione. *De rescrip. in 6. cap. Susceptum.*

Beneficium vacaturum concessum (ex dispensatione Papæ,) non intelligitur de nouiter creato post datam. *De rescrip. c. finali.*

Beneficium vacaturum expectanti (cum dispensatione Papæ) si aliquis præuidens vacaturum aliquod pinguius, renunciat suum, nullum fit præiudicium expectanti, sed potest habere primum vacans: qui verò renunciauit, priuatur vtroque. *De renunciat. c. fin.*

Beneficium vacaturum concessum à Papa in Diœcesi alicuius, si diuiditur Diœcesis, non diuiditur beneficium, & pœna contrafacientium. *Extrau. Ioan. 22. de elect.*

Beneficium vacaturum à Papa petenti, dandæ literæ de vacanti, prout expedierit impetranti. *Vrban. 8. const. 6. Sanctiss. cap. 62.*

Beneficium vacaturum impetrans, quomodo debet exprimere valorem; & an possit augere valorem expressum, & quæ alia tenetur facere. *ibid. c. 65.*

Vide, *Expectatiuæ.* Vide, *Gratia.* Vide, *Vacatio, &c.* Vide, *Viuere.*

Beneficiorum vnio.

Beneficia regularium non possunt per superiores Religionis vniri suis mensis. *Clem. de supplenda neglig. c. vn.*

Beneficia sine causa rationabili à iure permissa, non possunt vniri. *Concil. Lateran. 5. sess. 9. de reform. curiæ c. 1.*

Beneficiorum vniones perpetuæ, cum Papæ licentia, faciendæ sunt. *Concil. Trid. sess. 6. de reform. cap. 2. & 6. Vrb. 8. const. 6. Sanctissimus c. 12.*

Beneficia vniri non possunt perpetuo alicui Monasterio, Collegio, vel pio loco quacumque ex causa. *Concil. Trid. sess. 14. de reform. c. 9.*

Beneficia, siue curata, siue non curata, possunt ab Episcopo, vt delegato Papæ, perpetuò vniri, si curati sunt pauperes, vel propter alias causas à iure permissas, etiam si essent generaliter, vel specialiter reseruata, vel aliter affecta, absque tamen præiudicio obtinentium. *Concil. Trid. sess. 21. de reform. cap. 5. sess. 24. de reform. c. 15.*

Vniones istæ sic factæ non possunt reuocari, etiam prætextu resignationis, &c. *ibid. sess. 21. c. 5.*

Beneficia Ecclesiæ vniri possunt per Episcopum, si vnum non sufficit ad sustentandum rectorem. *Concil. Sabinense c. 10.*

Beneficia Ecclesiæ vniri numquam possunt cum iure patronatus. *Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 8.* & si à Sede Apostolica obtineatur facultas, censenda est subreptitia. *ibid.*

Beneficia vnita perpetuo Cathedralibus, Collegiatis, vel Monasterijs, de Vicario perpetuo prouidenda sunt cum assignatione congruæ arbitrio ordinarij, & ab eo omni anno sunt visitanda. *Concil. Trid. sess. 6. de refor. c. 6.*

Beneficia non possunt vniri, incorporari, reformari, supprimi, &c. à militijs, hospitalibus, &c. locis pijs, nec ab eorum ministris. *Pius V. const. 73. Sanctissimus.*

Beneficij vnionem petens debet exprimere valorem, alias nulla est impetratio. *Vrbanus 8. constit. 6. Sanctissimus c. 22.*

Cum fiunt vniones, etiam in Dataria, vocandi sunt illi, qui habent interesse. *ibid.*

Beneficia affecta, seu reseruata Sedi Apostolicæ non possunt vniri, neque per Cardinales, & illi quibus datur facultas conferendi talia beneficia, non possunt ea vnire. *Vrban. 8. const. in append. 53. alias 163. Quamuis.*

Beneficia possunt ab Episcopo vniri quando præbendæ tenues sunt, & quomodo hoc faciendum. Vide, *Canonici quo ad præbendas.* Vide, *Vnio.*

Beneficiorum resignatio, seu renunciatio, & permutatio.

Beneficia possunt permutari. *Clement. de rerum permutatione cap. vn.*

Beneficium perdit, qui propria authoritate illud permutat. *De rerum permutat. cap. cum olim.*

Beneficium permutari potest per Episcopum, etiam stante expectatione. *De rerum permutat. in 6. cap. vn.*

Beneficia permutare volentes, si alter cum deceptione agit, & non prosequitur, quid agendum. *De rerum permutat. cap. Vniuersorum.*

Beneficia ob permutationem resignata non possunt alteri conferri, nisi permutantibus, alias nulla est collatio. *Clem. de rerum permutat. cap. vn.*

Beneficia non possunt permutari per pecuniam. *De pactis c. Cum pridem.*

Beneficium renuncians non potest illud repetere. *De renunciat. ca. Ex transmissa. De restitut. spol. cap. Accepta, & cap. Audita.*

Beneficiũ renuncians ex metu damni imminentis, potest illud repetere. *De his quæ vi, & metu, &c. c. Ad audientiam.*

Beneficium renuncians ex metu amissionis patrimonij, potest illud repetere. *ibid. cap. Abbas.*

Renuncians beneficium, non obstante iuramento, si iterum eligitur, potest illud acceptare. *De renunciat. c. Cum inter.*

Renuncians literis beneficij, non proinde renunciat electioni. *ibid. c. Sanè dilecto.*

Beneficij renunciatio facta in manu Laici, non tenet. *ibid. cap.*

cap. Quod in dubijs. & sic renuncians est priuandus. *ibid.*
Beneficium renunciare non dicitur, qui aduersarijs se submittit. *De renunciat. cap. Veniens.*
Renuncians ob persecutionem, infirmitatem, defectum scientiæ, simoniam ignoratam, &c. potest reassumi. *De renunc. cap. Post translationem.*
Beneficium renunciari non potest sine Episcopi assensu. *ibid. cap. Admonet.*
Benefic j renunciatio facta à spoliato, non tenet. *De restit. spoliat. cap. Sollicitè.*
Beneficijs quisque potest renunciare, & omni iuri suo. *De crimine falsi cap. finali.*
Beneficij renunciatio facta per procuratorem tenet, licet procurator fuerit reuocatus, *ipso* tamen inscio, & superiore, nisi ex malitia factum sit, vt reuocatio à procuratore nesciatur. *Clement. De renuntiat. cap. vnico.*
Beneficium renuncians, quia ex simonia habitum, si reassumitur non potest, ex vi primæ electionis aliquid sibi vendicare. *De simonia cap. Ex insinuatione.*
Beneficij renunciatio ob coactionem dominorum laicorum est nulla. *Clement. de pœnis cap. Multorum.*
Beneficium renunciare cogentes excommunicationem canonis incurrunt. *ibid.*
Beneficia sic renunciata procurantes incurrunt excommunicationem, & priuantur fructibus aliorum beneficiorum per triennium. *Clem. de pœnis cap. Multorum.*
Beneficium renuncians nihil potest pro se retinere, vel recipere à substituto. *Concil. Oxon. 1. cap. 4.*
Beneficium renunciari non potest secundum partem; sed secundum totum est renunciandum. *Concil. Oxon. 1. cap. 4.*
Beneficium, ad cuius titulum quis est ordinatus, non potest renunciari, nisi habeat vnde viuat. Et in resignatione facienda est mentio, quod sit titulus suæ ordinationis. *Concil. Trid. sess. 21. de refor. cap. 2.*
Beneficium non potest resignari ad fauorem alterius, sed in manu ordinarij aut vicarij, aut superioris ad eos facienda est resignatio. *Concil. Later. 3. in append. tit. De iure patron. cap. 25. Concil. Mogunt. 4. cap. 69.*
Beneficium magno labore acquisitum, non præsumitur sponte resignari. *De renunciat. cap. Super hoc.*
Beneficiorum renunciatio facienda in manibus Clericorum cameræ Apostolicæ in curia, *Leo X. const. 24. Licet, cap. Quoniam*, in fine.
Beneficiorum resignatio quando ab Episcopo permittenda. *Pius V. const. 58. Quanta.*
Benefic. non possunt dari ab Episcopo ad intuitum personæ resignantis, nec consanguineorum eius, neque Episcopi, sub pœna excommunicationis reseruatæ Papæ, & nulla est collatio; aliæque pœnæ. *Pius V. constit. 58. Quanta.*
Beneficia reseruata Papæ, *non possunt* per assecutionem aliorum incompatibilium resignari, nulla facta mentione reseruationis alias nulla est resignatio, nec collatio. *Paulus V. const. 62. Sanctissimus.*
Beneficia reseruata Papæ, non possunt resignati, sine consensu Papæ. *ibid.*
Beneficium renunciari non potest filio. Vide, *Filij Clericor.*
Beneficium resignans vel permutans; si literæ signatæ sunt, dum ipse est sanus, vt tamen intra 20. dies præstet consensum, valida est resignatio. At si intra illos 20. dies moritur, beneficium vacat, & à nullo potest conferri. *Vrban. 8. const. 6. Sanctiss. cap. 19.*
Beneficiorum permutatio fieri non poterit, nisi in literis expeditionis apponatur hæc clausula. *Vrban. 8. ibid. cap. 40.*
Beneficia permutantes non acquirunt ius, nisi habeant ius in permutatis, seu resignatis. *ibid. cap. 40.*
Beneficium renuncians tenetur consentire intra 20. dies. *ibid. cap. 19.*
Renuncians si est in curia, tenetur personaliter præstare consensum cum iuramento in Cancellaria. *ibid. cap. 45.*
Renuncians si est absens, per procuratorem tenetur consentire, & iurare. *ibid. cap. 45.*
Si renuncians consentit pro pluribus personis, pro prima tenet consensus, pro alijs verò non. *ibid. cap. 45.*
Beneficium renunciante aliquo cum pensionis reseruatione; non possunt expediri literæ, nisi consentiat prius is, qui debet soluere pensionem. *ibid. cap. 45.*
Beneficij resignationis publicatio, quomodo facienda, siue Romæ, siue extra. *Gregorius 13. const. 85. Humano.*
Si aliquo expectante vacaturum, alius præuidens, quod vacabit beneficium pinguius, renunciat suum expectanti; expectanti nullum fit præiudicium, sed potest habere primum vacans: qui verò renunciauit, priuatur vtroque. *De renunciatione cap. final.*
Vide, *Permutatio*. Vide, *Renunciare*. Vide, *Resignare*.

Beneficiorum translatio.

Beneficia Ecclesiarum, quæ dirutæ sunt, & non possunt amplius reparari, per Episcopum transferri possunt ad alias Ecclesias, vocatis *ijs*, quorum interest, & in illis Ecclesijs fundentur capellæ cum emolumentis, & oneribus eisdem, quæ erant in prima Ecclesia. *Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 7.*
Beneficia parochialia aliquando transferri possunt ad matrices Ecclesias, & qua de causa hoc potest fieri. *Conc. Trid. ibid. cap. 7.*
Beneficia, quæ ex sui fundatione sunt curata conuerti non possunt in simplicia, etiamsi Vicario perpetuo assignetur congrua portio, non obstantibus priuilegijs, &c. *Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 16.*
Vide, *Transferre*.

Beneficiorum transactio, vel compositio.

Beneficiorum transactio, vel compositio fieri non potest per pecuniam. *De pactis cap. Super eo. Concil. Later. 3. in append. de pactionibus cap. 15. & par. 49. cap. 7.*
Beneficiorum compositio amicabilis fieri potest. *De pactis cap. Super eo. Concil. Lateran. 3. in append. de pactionibus cap. 6. & 10. de transactionibus cap. Super eo.*
Pro beneficio litigioso, nihil potest solui ad redimendam vexationem. *ibid. & Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. quæ pertinent ad beneficiorum collationem.*
Beneficio ligitioso existente, quando, & quomodo possunt litigantes compromittere in aliquo, & iudicari ab eo, vt vnus habeat beneficium, alius soluat certum reditum, obligando personam, non beneficium. *De præben. cap. Nisi essent.*
Si Beneficiatus facit cum aduersario compositionem iuri non contrariam, non potest illa compositio ab Episcopo reprobari. Ecclesia tamen durante vita illius tantum est censualis, non aliter. *De transact. cap. De cætero.*
Beneficium impetrante aliquo fingente se clericum, non potest cum eo fieri transactio, etiamsi cum literis Papæ impetrauit, & illud beneficium vt vacans potest conferri. *ibid. cap. Ex literis.*
Transactio facta per pecuniam in beneficio litigioso, est simoniaca. *De transact. cap. Super eo.*
Beneficiatus fingens se molestari ab aliquo, & vt soluat ei pensionem, componit cum eo, spoliandus est beneficiatus, & irrita est compositio. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. de pactionibus cap. 12.*
Vide, *Beneficia nec danda, nec accipienda cum pacto*. Vide, *Pactum*.

Beneficia semel collata, an auferri possint.

Beneficia collata à prædecessore non sunt auferenda per successorem. *Concil. Aurel. 3. cap. 17. Lugdun. 1. cap. 5. causa 16. q. 6. cap. vlt.*
Si Beneficiatus delinquit, puniendus est in persona, non in fructibus beneficij. *ibid. 16. q. 6. cap. vlt.*
Beneficia possunt auferri ob contumaciam, siue data sint ab antecessore, siue à præsente Prælato. *Concil. Emerit. c. 13.*
Beneficia possunt aliquando permutari à Superiore, sed sine dispendio beneficiati. *Concil. Aurel. 3. cap. 17.*

Beneficiorum restitutio.

Beneficij restitutionem impetrans, non expressa causa priuationis, nulliter impetrat. *De rescript. c. Dilectus filius.*
Beneficij restitutionem petenti non obstat renunciatio facta in spoliatione, &c. nisi constet fuisse spontaneam. *De restit. spoliat. cap. Sollicitè, & c. Accepta.*
Beneficij restitutionem petenti, non potest objci institutio non canonica. *ibid. c. Ex literis.*
Beneficij restitutionem petenti, non potest opponi, quod clam, vel vi illud habuerit. *ibid. c. Item.*
Beneficium prius restitui debet spoliato, & postea poterit agi contra eum. *ibid. c. Quærenti.*
Beneficium spoliato restituendum, deinde iudicandum, cui de iure. *ibid. cap. de Pisanis.*
Beneficio spoliatus debet in tempore determinato petere restitutionem, alias non iuuat. *De restit. spoliat. in 6. cap. 1. §. Solet.*
A beneficio violenter reiectus, est restituendus. *De pactis c. cum pridem.*
Beneficij restitutionem impetrans, tacens suam excommunicationem, nulliter impetrat. *De rescript. c. dilectus filius.*
Vide, *Restitutio.* Vide, *Spoliatus.* Vide, *Episcopus electus.*

Beneficia non danda iure hæreditario.

Beneficia ab Episcopo non sunt danda consanguineis. *dist. 89. c. Decenter. Concil. Tolet. 10. c. 3. de præb. c. 1.*
Beneficia non debent esse hæreditaria, & successiua. *De filijs presbyterorum non ordin. c. Ex transmissa.*
Vide, *Filij Clericorum.*

Beneficiorum collatio non sit clandestina.

Beneficia conferenda sunt publicè, & collatio coram notario fiat, & cum litera patente Prælati. *concil. Sabin. c. 10.*
Si tamen collatio occulta fuit legitima, est valida. *Vt Ecclesiastica beneficia c. 1.*
Beneficij resignatio, vel permutatio, quomodo publicanda, siue in Vrbe, siue extra. *Greg. 13. const. 85. Humano.*

Beneficia non admittunt accessum, & regressum.

In Beneficijs non potest admitti accessus, & regressus, nec in fauorem Cardinalium; nec in Ecclesijs Cathedralibus. *concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 7.*

Beneficia non accipienda à Laicis.

Beneficia à Laicis obtineri non possunt sine Episcopi consensu, alias obtinens excommunicatur, nec absoluitur, donec recedat. *concil. Later. 3. cap. 9. & in append. tit. de pactionibus cap. 11.*
Sic obtinens suspenditur ab officio, & beneficio. *concil. Viennen. prou. 1. conc. Rauenn. 2. sub Clemen. V. c. 20.*
Beneficiorum collatio facta à Laicis, est nulla. *Concil. Later. 5. in bulla de refor. curiæ sess. 9. Leo X. const. 7. Supernæ §. 39.* Etiamsi à Rege, vel Imperatore fiat. *ibid.* & pœnæ.
Beneficij collatio facta ab Episcopo per vim Laicorum, est nulla. *ibidem.*
Vide, *Laici.*

Beneficium idem impetratum à pluribus.

Beneficium idem si impetratur à pluribus sub eadem data, ei, qui prius se præsentat, danda est possessio. *De rescript. in 6. cap. Si duobus.* Si verò talis institutio requirit electionem, vel acceptationem, liberum est eligentibus, vel acceptantibus recipere, quem volunt. *ibid.*
Si Papa concedit beneficium alicui cum clausula *si acceptetur ab Episcopo*, vel *à Canonicis;* si interim concedit illud idem alteri absolutè, hic secundus præferendus est primo. *De rescrip. in 6. cap. Si pro te.*
Beneficium impetratum à duobus, illi adiudicandum, qui probat collatorem suum fuisse in possessione, quando illud contulit; sed secundus potest agere de proprietate iuris conferendi. *De causa possess. & propriet. c. Cum olim.*
Beneficium idem impetrantibus pluribus, standum est priori datæ. *de rescript. cap. capitulum.*
Si Beneficium idem pluribus conferatur à diuersis, vt à Papa, Episcopo, Legato, &c. possessori debetur. Si non possidetur, prænualet concessio Papæ, & Legati. *De præb. in 6. cap. Si à sede.*
Si Beneficium idem obtineatur à Papa à pluribus sub eadem data, quid agendum, & quis præferendus. Vide *Vrban. 8. const. 6. Sanctissimus c. 17.*
Si Beneficium idem impetretur à pluribus in eadem die, fic, vt vni dicatur, *fiat vt petitur*, alij dicatur *concessum*, etiam motu proprio, primus est præferendus. *Vrbanus 8. const. 6. Sanctissimus cap. 34.*
Vide, *Beneficiorum impetrationes, &c.*

Beneficia sæcularia, & regularia.

Beneficium sæculare, illud intelligitur, quod ordinariè per Rectorem sæcularem regitur, & gubernatur. Regulare verò, quod per regularem, seu Religiosum, Monachum, &c. *De præb. in 6. cap. cum de beneficio.*
Beneficium sæculare dandum est sæcularibus, regulare verò regularibus, & non è contra. *ibid.*
Beneficium regulare curatum vnius Monasterij, dari non potest regulari alterius Monasterij, nisi vnum Monasterium dependeat ab alio. *De præb. in 6. cap. Cum singula §. Prohibemus.*
Beneficia regularium, si in tempore non prouideantur, per Episcopum sunt conferenda. *Clement. de supplenda negligentia cap. vnic.*
Ita tamen, vt sæcularia sæcularibus, regularia regularibus conferat. *ibid.*
Regularium beneficia non possunt grauari per nouas pensiones. *ibid.*
Regularia beneficia curata plura, nullus regularis obtinere potest. *De præb. in 6. c. Cum singula.*
Beneficia regularia consueta conferri ipsis in titulum, dum vacant, ipsis tantum danda, & non alijs (dummodo sint professi.) *Concil. Trid. sess. 14. de reform. c. 10.*
Beneficia sæcularia conferri non possunt Religioso translato, etiamsi sit canonicus regularis. *Concil. Trid. ibid. c. 11.*
Regularis beneficij literæ cum quibus clausulis, & qua forma expediendæ. *Vrban. 8. const. 6. Sanctissimus c. 39.*
Beneficium sæculare dari non potest regulari, nec è contra, nisi in petitione fiat mentio de ijs, & etiam in signatura per clausulam ad partem. *ibid. c. 43.*
Beneficia regularia non possunt à superioribus Religionum vniri suis mensis. *Clem. de supplenda negl. cap. vn.*
Vide, *Regulares circa Parochos in Ecclesia propria.*

Beneficium impetratum certo modo.

Beneficium impetrans certo modo, quid tenetur exprimere, & facere, vt valida sit impetratio. *Paulus V. constitut. 28. Sanctissimus.*
Beneficium impetrans possessum ab aliquo per annum, eo quod certo modo vacare prætenditur, tenetur exprimere in petitione, & impetratione, nomen, cognomen, gradum, & nobilitatem, seu qualitatem possessoris, & quanto tempore possederit, & causam determinatam, & claram, quod nullum ius competit possessori in illo beneficio, & intra sex menses faciat illum ad iudicium euocari, & ex tunc intra annum vsque ad sententiam definitiuam prosequi debet litem; alias nulla est impetratio, & tenetur ad damna, & interesse possessoris. *Vrban. 8. constit. 6. Sanctissimus cap. 35.*
Beneficium certo modo vacans, vel vacaturum impetrans, exprimendo, quod valor non excedit pretium iam expressum, si obtinet à Papa, vt possit augere valorem super iam expressum, intelligitur, quod possit augere vsque ad tertiam partem valoris expressi, & in prima expeditione littera-

litterarum tantum, alioquin literæ nullius sunt roboris. *Vrban. 8. ibid. cap. 65.*

Beneficiorum possessio.

Beneficium obtinens ab habente potestatem conferendi, statim debet capere possessionem. *De concess. præb. cap. Post electionem.*

Beneficij à Sede Apostolica concessi possessio, quando, & quomodo capienda, & à nullo impediri potest. *Greg. 13. constit. 19. Ad Romani.*

Beneficium obtinens à Papa, non potest virtute supplicationis iam signatæ possessionem capere; neque virtute mandati Auditoris Cameræ; neque potest Auditor Cameræ mandatum hoc expedire: sed literæ Apostolicæ prius expediendæ sunt, deinde capienda possessio. *Iulius II. constitut. 4. Romani. Paulus 3. constit. 49. Cum nobis.*

Beneficij, canonicatus, præbendæ, distributionum, &c. possessionem sumens nihil potest soluere, neque dulciora, & pœnæ. *concil. Trident. sess. 24. de refor. cap. 14. Pius V. const. 104. Durum nimis.*

Posse aliquid solui; vbi est consuetudo, dummodo in pios vsus conuertatur id quod soluitur. *Concil. Trident. ibid.*

Beneficium pacificè possidens per triennium, dummodo simoniacè non habuerit, vel se non intruserit, non potest molestari super eo, & impetrationes ab alijs factæ sunt nulle, & lites motæ super ijs sunt extinguendæ. *Vrban. 8. constit. 6. Sanctiss. cap. 36.*

Beneficiorum impetratio attendenda est penes datam, & iuxta illam danda est, præbenda, non penes acceptationem, vel præsentationem. *De præb. in 6. cap. Eum, cui. & cap. Literarum.*

Beneficia Consistorialia.

Beneficia Consistorialia quando, & quomodo obtineri possunt. *Clemens 7. constit. 8. cum dudum. Leo X. constit. 35. cum Sixtus.*

Beneficia vacantia in Regno Valentiæ.

Beneficia huius Regni, quomodo conferenda in curia, & quibus exteris. *Sixtus V. const. 64. In sacrosancto.*

Beneficia vacantia in Regno Galliæ.

Beneficia vacantia in Regno Galliæ, quomodo conferenda per Papam cum nominatione Regis, iuxta concordata cum Sede Apostolica. *Concil. Later. 5. sess. 11. constit. 2. Primitiua.*

Quibus, & quando conferenda iuxta talia concordata. *ibid.*

Beneficia multa conferre potest Rex Galliæ, in Delphinatu, ex Papæ concessione. *Extrau. de tregua, & pace c. Ad vniuersalis.* vbi multa, & distinctè circa hanc materiam.

Beneficiorum taxæ pro Regno Galliæ, quæ, quales, & quantæ. *ibidem.*

Beneficialis confidentiæ causæ in Regno Galliæ, quomodo iudicandæ. *Sixtus V. constit. 61. Pastoralis.*

Regni Galliæ concordia cum Sede Apostolica circa beneficiorum collationem, & annullatio cuiusdam pragmaticæ contrariæ iuri canonico. *Leo X. constit. 20. Pastor æternus, & seqq. cap. Primitiua. Vitæ. Diuina, & Romanus.*

Vide, *Francia*. Vide, *Gallia*.

Beneficia Germaniæ.

Quomodo conferenda in Germania, & quæ reseruantur Papæ. *Nicolaus V. const. 1. Ad sacram.*

Si vacant in curia, danda sunt à Papa. *ibid.*

Confirmationes electionum faciendæ à Papa pro omnibus Ecclesijs Germaniæ, & alternatiuæ mensium Papæ reseruatæ. *ibidem.*

Beneficia obtinentes in Germania, contra dispositionem concordatorum cum Sede Apostolica pro illa natione, excommunicationem incurrunt, & nulla est concessio. *Clem. 7. const. 41. Admonet.* & omnia priuilegia in contrarium annullantur. *ibidem.*

Idem confirmat *Gregor. 13. const. 41. Quæ in Ecclesia.* & declarat, quomodo conferenda sint illa beneficia. *ibid.*

Vide, *Germania*.

Beneficia vacantia in Regno Neapolis.

Beneficiorum vacantium in Regno Neapolis fructus pendentes pertinent ad Cameram Apostolicam, à die vacationis vsque ad diem prouisionis. *Pius V. const. 26. cupientes,* & *Sixtus V. const. 90. cum sicut.* in quocumque mense vacent. *ibidem.*

Beneficia obtinens à Papa, vel ex mandato Papæ.

Beneficium collatum ab aliquo ex mandato Papæ, intelligitur collatum à Papa. *De præbend. in 6. cap. Si eum, & cap. Si Apostolicæ.*

Beneficium collaturus ex mandato Papæ, dare non potest habenti aliud beneficium, nisi exprimatur. *ibid. cap. Is cui.*

Si verò exprimitur, intelligitur de habente vnum, & sine cura, alias nulla est collatio. *ibid. Is cui.*

Si autem conceditur, vt prouideat etiam habentem, intelligi etiam potest de habente duo. *ibid. c. Is cui.*

Si quis habet facultatem conferendi beneficium ex mandato Papæ, & interim ipsemet Papa illud conferat, hæc collatio tenet, ille verò non potest amplius conferre. *De præb. in 6. cap. Quis.*

Obtinens rescriptum à Papa, vt ei conferatur beneficium, *si sit idoneus*, censetur *idoneus*, si nihil obstat contra eum. *De præsumpt. c. fin.*

Beneficium obtinens à Papa, cum clausula *ad beneplacitum Papæ*, moriente Papa expirat concessio: si verò dicatur *ad beneplacitum Sedis Apostolicæ*, mortuo Papa non expirat, nisi per successorem reuocetur. *De rescript. in 6. cap. Si gratiosè.*

Si quis obtinet à Papa beneficium vacaturum; & aliquis præuidens vacaturum aliquod pinguius suo, resignat expectanti suum, nullum fit præiudicium expectanti, sed habere potest primum vacans: ille verò, qui renunciauit, caret vtroque. *De renunc. cap. fin.*

Beneficium concedente Papa ad petitionem alterius, si plura vacant, non intelligitur de pinguiori. *De præbend. in 6. c. Si pluribus.*

Si verò conferatur motu proprio Papæ, intelligitur de pinguiori. *ibid.*

Et si beneficia sint æqualia, & motu proprio fiat concessio, eligat quod vult, sed intra decem dies eligere debet. *ibid.*

Si Papa concedit alicui beneficium, prouidendus est de præbenda, antequam alij eum recipiant. *De præben. in 6. cap. Si eum.*

Beneficium expectantes conferendum de mandato pluriumr Pontificum, quis præferendus ex eis, & quomodo prouidendi. *ibid. cap. Authoritate.*

Beneficium obtinens à Legato Papæ, si aliud habet, & tacet illud, nulliter obtinet. *Clement. de off. Iud. ord. cap. fin.*

Beneficium vacaturum concessum à Papa in aliqua Diœcesi, si interim Diœcesis diuidatur, beneficium non diuiditur, & pœnæ contrafacientium. *Extrau. Ioan. XXII. de elect. Suscepti.*

Beneficium expectans de mandato Papæ, si aliter prouideatur, non potest illud habere. *de præb. in 6. cap. Si pauper.*

Beneficium curatum obtinens à Papa, sine expressione ordinationis, tenetur in prima ordinatione suscipere ordines.

Vide, *Papæ rescripta*.

Beneficium à capitulo conferendum de mandato Papæ, quale sit. Vide, *Papa mandante*.

Beneficium conferendum ex mandato Papæ, quomodo confertur. Vide, *ibid.*

Vide, *Papæ Rescripta*. Vide, *Papa mandante*.

Beneficiorum inuasores, & pœnæ.

Beneficium iuris patronatus inuadens excommunicatur, nisi recedat, & Ecclesia illa est interdicta. *Concil. Later. 3. in append. tit. de Iure patronatus cap. 14. & tit. de Pactionibus cap. 14. concil. Tolet. 18. can. 4. & 5.*

Præfatus inuasor, priuatur iure ad ipsum. *ibid. concil. Tolet. 18. cap. 4. & 5.*

Idem de omni inuadente, vel propria authoritate assumente quodlibet beneficium Ecclesiasticum. *ibid.*

Beneficium secundum iniustè occupans priuatur primo, & & alijs proprijs. *De præb. in 6. cap. Eum qui.*

Beneficium curatum, vi occupans, priuatur iure ad illud, & ad alia. *ibid.*

Beneficium reseruatum, vel alteri collatum occupans, si statim dimittit, habet ius ad priora; si habita notitia non dimittit, perdit etiam ius ad illa. *De præb. in 6. cap. Si beneficia.*

Beneficia occupantes, siue Episcopi, siue alij, quomodo puniendi. *Extrau. de Pœnis cap. Diuinis.*

Beneficia occupantes, siue eorum possessiones, bona, &c. ipso facto sunt excommunicati, & alia pœna pecuniaria mulctandi. *Concil. Tolet. 22. cap. 18.*

Beneficiorum bona occupantes, si Episcopi, suspenduntur ab ingressu Ecclesiæ, donec restituant: si alij, ab officio, & beneficio. *De off. Ordin. in 6. cap. fin.*

Vide, *Clericus aliquid operans contra Ecclesiam.*

Vide, *Eccles. bona.*

Beneficiorum redditus, seù fructus, etiam morientis.

Beneficiorum fructus, nec impediri, nec sequestrari possunt per Principes, Reges, Reginas, Imperatrices, aliosve Laicos sub pœna excommunicationis, & interdicti in terris eorum. *Concil. Lateran. 5. sess. 9. in Bulla de reform. Curiæ cap. 3.*

Beneficiorum fructus pendentes sine ordinarij licentia non possunt alienari, nisi locationis, aut venditionis nomine; & tunc solutio pro eis non fiat, nisi quando fructus erunt à solo separati, alias nullus est contractus. *concil. Mediol. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad bonorum, &c.*

Beneficiato moriente, beneficij fructus non possunt dari in totum per vnum, aut plures annos ei, qui recipit annatas, seu pensionem de tali beneficio: sed debet relinqui beneficiato, quantum sufficit pro sustentatione. Nisi talis velit concedere beneficiato suam summam, & accipere pro se residuum. sed hoc intra decem dies eligat. *Extra, Ne sede vacante. cap. vnico.*

Beneficio vacante, quomodo diuidendi sunt eius fructus, si alicui sunt obligati: semper autem relinqui debet beneficiato, summa sufficiens ad sustentationem. *Extrau. Ioan. 22. de elect. &c. Suscepti.*

Beneficij fructus, lite pendente, deponendi sunt apud personam idoneam. *Pius V. const. 57. Cordi.*

Beneficiorum in Regno Neapolis vacantium fructus pendentes, pertinent ad Cameram Apostolicam. *Sixtus 5. const. 90. Cum sicut.* Vide, *Beneficia Regni Neapolis*, supra.

Beneficiorum vacantium fructus pendentes, qui, quando, & quomodo exigendi à Thesaurario Cameræ Apostolicæ. *Sixtus 5. constitut. 100. In conferendis.*

Beneficiorum fructus non possunt locari, vendi, hypothecari, in solutum dari, vel alio modo obligari per solutionem anticipatam, vltra vnum annum, alias nullus est contractus. *Vrb. 8. const. 6. Sanctissimus cap. 69.*

Beneficiorum fructus inexacti, quomodocumque pertinentes ad beneficia, non comprehenduntur, dum alicui conceditur facultas testandi de bonis beneficij, vel aliter. *Vrban. 8. const. 80. Æternus §. 5.*

In hac Constitutione comprehenduntur etiam Cardinales. *Vrban. 8. ibid.*

Beneficiorum fructus inexacti non comprehenduntur, dum conceditur facultas transmittendi, etiam ab intestato. *Vrban. 8. const. 80. Æternus §. 7.*

Et comprehendit etiam Cardinales. *ibid.*

Beneficiorum fructus inexacti tempore mortis beneficiati (etiamsi sit Cardinalis,) pertinent ad successorem, non ad heredes. *Iulius 3. const. 7. cum sicut.*

Beneficiati morientis, etiam Cardinalis, Cruces, paramenta, & vasa sacra pertinent ad Cameram Apostolicam. *ibid.*

Beneficiorum fructus inexacti beneficiati morientis inseruire possunt, & debent ad soluenda quædam legata, & debita, quæ per bona mortui non potuerunt solui. *Iulius 3. ibid.* Quæ nam sint ista debita, & legata. *ibid. in declaratione sequenti.*

Fructus beneficiorum plurium, quæ ab aliquo teneri non possunt, consignandi sunt Cameræ Apostolicæ. *De præb. in 6. cap. cum nonnullæ.*

Fructus beneficiorum, quomodo dispensandi. Vide, *Ecclesiæ bona.* Vide, *Clerici.*

Fructus beneficij vacantis, vel vacaturi pro primo anno, applicari possunt à Papa pro necessitate Ecclesiæ Romanæ. *Extra, de præben. & dignit. cap. Postulasti.*

Vide, *Clerici quo ad redditus, circa medium.* Vide, *Ecclesiæ bona.* Vide, *Transferre.*

Beneficiorum ad Sedem Apostolicam pertinentium fructus lite pendente, vel nulliter collatorum sequestrandi sunt. *Pius 4. const. 17. Sanctissimus.*

Beneficiorum Sedi Apostolicæ reseruatorum vacantium fructus pertinent ad eam. *Pius 4. const. 32. Cupientes.*

Beneficiorum fructus exigendi à Thesaurario Cameræ. Vide, *Beneficiati morientis, &c.* Vide, *Fructus.*

Beneficiati à quo instituendi.

Beneficiatorum institutio spectat ad Episcopum. *De institutionibus cap. Ex frequentibus. concil. Trid. sess. 14. de reform. cap. 12.*

Institutio aliquando potest competere etiam non Episcopo, & quando. *De Institution. cap. cum venerit.*

Beneficiatorum institutio facienda est secundum canones. *De conces. præb. cap. Proposuit.*

Beneficia, nec accipi, nec teneri possunt sine consensu Episcopi, alias accipiens excommunicatus est, donec recedat *Concil. Later. 3. in append. tit. De pactionibus c. 11. Concil. Tolet. 18. c. 4. & 5.* & priuatur iure ad ipsa.

Beneficia obtinens à patrono, sine legitima præsentatione facta ad Episcopum, ipso facto est priuatus, & Episcopus alium instituit. *Concil. Colon. 3. tit. De altero medio cap. 10.*

Vide, *Beneficia à quo conferenda.* Vide, *Parochi.* Vide, *Præsentati.* Vide, *Vicarij.* Vide, *Episcopi.* Vide, *Institutio.*

Beneficiati obligationes.

Beneficiatus curatus obtinens illud beneficium à Papa, si non sit ordinatus, & non fecit de hoc mentionem in petitione, cito ordinetur, & in prima ordinatione id præstet. *De præb. in 6. cap. Si pro Clericis.* Vide, *Papæ rescripta.*

Beneficiatus habens beneficium, cui est annexus ordo sacer, intra annum tenetur illum suscipere. *Concil. Rauennat. 4. sub Ioan. 22. cap. 3. concil. Mogunt. 4. cap. 72. concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 4.* Si intra tempus præfatum non suscipit, spoliatur beneficio. *Concil. Rauennat. 3. post Clement. 5. cap. 5. & 12.* Sed aliæ pœnæ postea impositæ sunt pro eo, qui intra annum non ordinatur ordine requisito ad beneficium, & sunt, vt careat voce in capitulo, donec illum suscipiat ordinem, neque totam distributionem habeat, sed mediam. *Clem. de ætate, qualit. &c. præsic. c. Vt ij. Trid. vbi supra c. 4.*

Beneficiatus curatus intra duos menses à die institutionis tenetur emittere professionem fidei in manu Episcopi, aut Vicarij, & iurare, quod stabit sub obedientia Ecclesiæ Romanæ. *concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 12. concil. Mediol. 1. part. 2. tit. de Professione fidei. Pius 4. const. 89. ibid.* est forma professionis.

Beneficiatus tenetur iurare in manu Episcopi, quod simoniam non commisit in adeptione beneficij, & quod à patrono habuit sine dono, pacto, promisso, &c. *Concil. Mogunt. 4. c. 68. & 91.*

Item tenetur iurare, quod beneficium illud curatum habens, sufficit ad sui sustentationem. *ibid. c.68.*

Beneficiatus tenetur per se ipsum immediatè exercere suum munus, & officium, scilicet, cantare Missam, Euangelium, &c. sub pœna priuationis. *concil. Trident. sess.22. de reform. c.4.*

Tenetur concurrere ad fabricam, & reparationem Ecclesiæ, in qua est beneficium. *concil. Aurelian. 4. c.25. conc. Moguntiacum c.42. de Ecclesiis ædificandis c.1.*

Beneficiatus non potest reddere Ecclesiam censualem, vllo modo, sine licentia Episcopi, *concil. Later.3. in append.de Pactionibus cap.9.*

Beneficiatus non potest fructus, seu reditus beneficij dare consanguineis, aut familiaribus, sed tenetur dare pauperibus. *concil. Trid. sess.25. de reform. c.1.* Vide, *clerici*. Vide, *Ecclesiæ bona. concil. Mediolan. 1. par.2. tit. Quæ pertinent ad bonorum, &c.*

Beneficiatus non potest nutrire comam. *concil. Later. 5. in Bulla de reformat. curiæ cap.2.*

Non potest tenere equos, vel mulas cum faleris, aut vestimentis de velluto, aut serico; sed de panno, vel corio. *ib. c.2.*

Tenetur vti supellectili modesta, & frugali mensa. *conc. Trident. sess.25. de reform. c.1.*

Tenetur habere exempla, scripturas, & instrumenta de bonis, ac reditibus beneficij, & debent esse duplicata, ita quod vnum sit apud eum, aliud in Archiuio Cathedralis. *concil. Mediol.1. par.2. tit. Quæ pertinent ad bonorum, & iurium, &c.*

Beneficiati tenentur in prima Synodo, quæ fit, recipere decreta illius, & Trident. *concil.Trid. sess.25. de refor. c.2.*

Tenentur hæreses abiurare; & obedientiam Summo Pontifici se præstituros iurare. *ibid.*

Tenentur exercere hospitalitatem. *concil. Trident. sess.25. de refor. c.8. concil. Mediol. 1. par.2. tit. Quæ pertinent ad bonorum, &c.*

Tenentur satisfacere oneribus beneficiorum, alias non faciant fructus suos; & sacrilegi sunt, & quomodo puniendi. *concil. Mediol.* vbi supra.

Beneficiorum domus dotales, feudi, & possessiones restaurari debent à possessore beneficij. *In reform. cleri Germ.c.11.*

Beneficiatus inueniens debita, & legata prædecessoris, tenetur ea soluere cum fructibus inexactis, si per alia bona solui non possunt. *Iulius 3. const.7. cum sicut.*

Beneficiatus succedens ad quæ legata, & quæ debita prædecessoris tenetur. *ibid.* Cruces, imagines, vasa, & paramenta Ecclesiastica, tenetur consignare Cameræ Apostolicæ. *ibid.*

Beneficiati curati obligationes. Vide, *curati.* Vide, *Moriens.*

Beneficiatus tenetur ad recitandum officium, quia propter hoc datur beneficium. *concil. Later. 5. sess.9. in Bulla de reform.curiæ c.3. Leo X. const.7. Supernæ. concil. Mediol. 1.par.2. tit. de canonicis horis.* Si per sex menses non recitat officium à die quo recipit, fructus non facit suos: & si monitus persistit in negligentia, priuandus est beneficio. *concil. Mediol.* vbi supra. Omittere autem officium (vt procedatur ad dictam priuationem) dicitur ille, qui per quindecim dies bis illud omittit, & sic procedendo per sex menses. *concil. Mediol.* vbi supra.

Beneficiatus non recitans Officium, seu horas canonicas, fructus illius diei pro rata tenetur pauperibus erogare, vel fabricæ Ecclesiæ beneficialis applicare. *Pius V. const.135. ex proximo.* Taxa vero, quæ cuilibet horæ, vel parti officij competit, iuxta quam se debet regulare beneficiatus omittens recitare, vel totum, vel partem officij, ibi declaratur.

Si beneficium sit erectum ex reductione alicuius legati, si legatum habet obligationem dandi aliquam dotem, non reducitur hæc dotis obligatio, sed remanet, & ad eam tenetur beneficiatus. *Vrban.8. const.in 2. append.45. alias 155. alias nos ex certis.*

Beneficiatus tenetur incedere in habitu, & tonsura, sub pœna priuationis beneficij. *Sixtus V. const.90. cum sicut.*

Beneficiatus non incedens veste decenti post monitionem Episcopi, est priuandus beneficio. *causa 21. q.4. c.vlt.*

Vide, *Dignitatem Eccl. habentium obligationes.*

Beneficiati obligatio quo ad residentiam.

Beneficiatus beneficium habens, quod requirit residentiam, tenetur residere. *De clericis non residentibus cap. Relatum. cap. Ex parte vestra. cap. Conquerente. cap. Inter quatuor. Concil.Londin. 2. c. 14. Concil.Viennen. prouinc. Concil. Senon. in decr. morum. Concil. Mogunt. 4. c. 71. Concil. Trid. sess. 6. de refor. c. 2.*

Cogendus est ad residentiam per subtractionem fructuum. *Concil. Vienn. prouinc. Concil. Colon. 2. par. 3. c. 12. Colon. 3. tit. De officiorum, &c. c. 6. Concil. Trid.* vbi supra.

Si habet priuilegium non residendi; Episcopus deputare debet vicarium idoneum cum assignatione portionis congruę ex fructibus beneficij. *Concil.Trid.* vbi supra *c. 2. & de appellat. & recusat. cap. Peruenit.*

Non potest per alium supplere residentiam, sed per se ipsum tenetur residere. *Concil. Mogunt. 4. c. 71.*

Beneficiatus non residens non potest percipere fructus beneficij. *De rescript. cap.fin. concil. colon. 3. tit.de officiorum, &c. c. 9. concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de residentia.*

Fructus Beneficiati non residentis applicandi sunt fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus erogandi. *concil. Mediol.* vbi supra.

Beneficiatus curatus tenetur residere. *concil. Later.3. in append. tit. De iure patronatus c. 1. De elect. in 6. cap. Licet. Pius V. constit. 65. cupientes.*

Non residens Beneficiatus cogendus est ad residentiam. *de clericis non residen. cap. Cum ad hoc. Pius V. vbi supra.* Pœnæ eorum. *ibid.*

Non residens, si monitus non residit, priuandus est beneficio. *Concil. Later. 3. in append. tit. De iure patronatus c. 1. & tit. Vni plura c. 6. De clericis non residentibus cap. finali.*

Beneficiatus, licet iuret residere, pro seruitio Ecclesiæ, potest licitè abesse. *De clericis non resid. cap. Ex parte tua.*

Beneficiatus non residens ob seruitium Ecclesiæ, existimatur præsens, & percipit fructus beneficij. *Concil. Constantien. sess. 19.* circa finem.

Beneficiati familiares Papæ, licet absentes, percipiunt fructus. *de clericis non resid. cap. Cum dilectus.*

Beneficiati duo assistentes Episcopo, excusantur à residentia. *Honorius 3. ex Cirone de cleric. non resid. c. 3.* & percipiunt fructus, sed non distributiones. *De cleric.non resid. c. De cætero.*

Beneficiatus infirmus, non tenetur ad residentiam. *ibid.cap. Ad audientiam.*

Beneficiatus absens ob studium Theologiæ, potest percipere fructus beneficij, sed non distributiones. *De Præben. c. Licet nobis. Concil. Later. 3. in append. tit. De iure patron. c. 1. & tit. Vni plura c. 6. Concil. Colon. 2.par.3.c.21.*

Tempus studij, & exemptionis à residentia, est quinquennium. *De Magistris cap. fin. Concil. Colon. 2. par. 12.c.7.*

Absentes causa studij obtinere debent licentiam ab Episcopo, vel Capitulo, alias non fruuntur priuilegio. *Concil.Colon. 2. par. 3. cap. 21.*

Beneficiatus in minoribus, absens ob studium iurare tenetur, quod non deseret clericatum: quod si deserat, satisfaciet de fructibus perceptis. *Concil. Colon. 3. tit. Quò ad instituendam c.6.* Segnes verò, vel non idonei ad studia, carent hoc priuilegio. *Concil.Mogunt.4. c.66.*

Beneficiatus propter alias causas rationabiles cum licentia Episcopi, potest eximi à residentia. *Concil. Lateran.3. in append.tit.de iure Patronatus c.1.*

Beneficiatus absens ob causam adeundi Concilium, existimatur præsens, & percipit fructus beneficij, non tamen distributiones. *Concil. Constantien. sess.19.* circa finem.

Beneficiati curati obligatio residendi. Vide, *curati.* Vide, *Ecclesiarum Prælati.* Vide, *Agentes.* Vide, *Residentia.* Vide, *Episcopi.* Vide, *canonici.* Vide, *Parochi.* Vide, *clerici.*

Beneficiati morientis successor, & huius obligationes.

Beneficiato moriente, non possunt omnes fructus applicari fabricæ, vel defuncto, vel recipienti annatas, ita quod successor

ceſſor nihil recipiat: ſed quomodo poteſt ſucceſſor conuenire cum recipiente annatas. *Extrau. ne ſede vacante cap. vnico*. Pœnæ contrafacientium. *ibid.* ſiue ſint Prælati, ſiue Capitula, ſiue Vniuerſitates.

Beneficiorum meliorationes poſt mortem beneficiati, cedunt in Eccleſiæ vtilitatem. *De ſpeculo cleric. cap. fin.*

Beneficiato moriente, quomodo, & quæ bona mobilia ſint diſtribuenda pauperibus, & ſeruientibus, & quæ ſunt Eccleſiæ. *de teſtamentis cap. Relatum il 2.* Vide, *Moriens*.

Beneficiato moriente lite pendente, tertius non poteſt eligi, ſed alij poſſunt admitti ad litem. *Vt lite pendente, &c. in 6. cap. finali*.

Beneficiati morientis fructus inexacti, pertinent ad ſucceſſorem, & non ad hæredes; etiamſi beneficiatus mortuus erat Cardinalis. *Iulius 3. conſtit. 7. cum ſicut*. Vide, *Beneficiorum reditus*.

Beneficiati morientis cruces, imagines, vaſa, & veſtimenta Eccleſiaſtica, pertinent ad Cameram Apoſtolicam. *ibid.*

Beneficiati morientis legata, & debita, ſi ſoluì non poſſunt per bona illius, ſolui debent per fructus inexactos, qui pertinent ad ſucceſſorem. *Iulius 3. conſt. 7. cum ſicut*.

Quænam legata, & debita ſunt iſta, quæ tenetur ſoluere ſucceſſor, & quando facta, vel contracta. *ibid. in declaratione*.

Beneficiatorum morientium ſpolia, fructus, &c. quæ, & quando exigenda, & colligenda à Theſaurario Cameræ Apoſtolicæ. *Sixtus 5. conſt. 100. In conferendis*.

Beneficiatorum morientium fructus pendentes (in Regno Neapolis) pertinent ad Cameram Apoſtolicam. *Sixtus 5. conſt. 90. cum ſicut*.

Beneficij vacantis, vel vacaturi fructus pro primo anno poſſunt à Papa applicari pro neceſſitate Eccleſiæ Romanæ. *Extra, de præb. & dignit. cap. Poſtulaſti*.

Beneficiato moriente, non poſſunt fructus beneficij in totum per vnum, vel plures annos applicari ei, qui recipit annatas, ſed relinquenda eſt portio pro ſuſtentatione beneficiati ſuccedentis. Vide, *Beneficiorum fructus*.

Beneficio vacante, quomodo diuidendi ſunt fructus. Vide, *ibid.*

Vide, *Sponſalia*. Vide, *Moriens*.

Beneficiati quo ad penſionem.

Beneficiatus non ſoluens penſionem, ſi ex voluntate id facit, ſpoliandus eſt beneficio, quia eſt periurus: ſecus ſi facit ex neceſſitate. *conc. Lateran. 3. in append. tit. de iuramentis cap. 5. & 6.*

Beneficiatus augens penſionem, vt obtineat illud beneficium, ſpoliandus eſt eo. *De pactis c. cum clerici*.

Beneficiatus ſi accipiens beneficium, iurat dare vltra ſolitam penſionem, & poſtea in manu Epiſcopi, iurat dare ſolitam, excluditur à beneficio. *de iureiurando cap. Tua nos. concil. Later. 3. in append. tit. de iuramentis c. 4. & 6.*

Penſiones, quæ exiguntur ab aliquo beneficiato, ſi exigens moritur, cedunt beneficio, & beneficiato. *Extra, de elect. &c. cap. Ex debito*.

Beneficiato moriente, non poſſunt omnes fructus applicari per plures, aut vnum annum pro eo, qui exigit penſionem; ſed quomodo poſſunt conuenire ſucceſſor, & penſiones exigens. Vide, *Beneficiorum reditus*.

Beneficiatus fingens ſe moleſtari ab aliquo, & vt ſoluat ei aliquam penſionem componit cum eo, nulliter facit, & beneficio eſt ſpoliandus. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. De pactionibus c. 12.*

Beneficiatus non ſoluens annatas, ſeu penſiones Cameræ Apoſtolicæ præfixo tempore, excommunicationem latæ ſententiæ incurrit; & ipſo facto eſt priuatus, etiam beneficijs proprijs, quæ obligauit. *Innocent. 8. conſt. 3. Apoſtolicæ. Iulius 2. conſt. 4. Romani*.

Beneficia illa, vt vacantia impetrari poſſunt ab alijs. *ibid.*

Beneficia, quæ non excedunt reditum viginti quatuor ducatorum cameræ, non poſſunt obligari ad ſoluendam penſionem ſeu annatam. *Clem. 7. conſtit. 33. cum ſicut*.

Vide, *Penſio*. Vide, *Beneficiorum reditus*.

Beneficium impetrans ſimulato nomine.

Beneficium obtinens pro alio; ſimulando perſonam illius, ſeu fingendo ſe eſſe illum in examine, incurrit excommunicationem Papalem ipſo facto, & priuationem omnium beneficiorum, quæ obtinet; & conceſſiones factæ nullæ ſunt. *Paulus 4. conſt. 12. Inter cæteras*.

Beneficiorum cauſæ, & lites.

Beneficiales cauſæ, & lites iudicari poſſunt, & expediri de plano, & ſummariè. *Clem. de iudicijs cap. final. Martinus 5. conſt. 5. Romani*.

Beneficiales cauſæ, quorum fructus non excedunt ſummam ſcutorum 25. annuorum de camera, in prima inſtantia ab ordinario ſunt cognoſcendæ, & ante ſententiam non licet appellare, niſi ab interlocutoria. *Conc. Lateran. 5. ſeſſ. 10. conſt. 2. Leo X. conſt. 10. Regimini*.

Beneficium litigans cum poſſeſſore abſente, mitti non poteſt in poſſeſſionem, cauſa rei ſeruandæ. *De dolo, & contum. in 6. c. finali*.

Beneficialis cauſa terminari poteſt abſente parte in contumacia. *ibid.*

Beneficiales lites terminari non poſſunt per tranſactionem, ſed poſſunt terminari per amicabilem compoſitionem. Vide, *Beneficiorum tranſactio, & compoſitio*.

Beneficiales cauſæ in partibus terminandæ ſunt in prima inſtantia. *Extrau. de tregua, & pace, cap. Ad vniuerſalis*.

Beneficiales cauſæ pendentes in curia, quomodo terminandæ. *ibid.*

Beneficium litiganti, ſufficit probare, quod ſuus collator erat in poſſeſſione, quando illud ei contulit. *De cauſa poſſeſſionis cap. cum olim*.

Beneficium litigantes, ſi colludunt in lite, ambo priuantur beneficio. *De colluſione detegenda c. Audiuimus*.

Beneficiatus fingens ſe moleſtari ab aliquo in beneficio, & vt ſoluat ei penſionem, componit cum illo, priuatur beneficio, & irrita eſt compoſitio. *Concil. Later. 3. in append. tit. de Pactionibus c. 12.*

In lite beneficiali, nihil poteſt ſoluì ad tollenda vexationem. Vide, *Beneficiorum tranſactio, &c.*

Beneficium litiganti non tollitur ius quæſitum per commiſſionem Papæ. *Vrb. 8. conſt. 6. Sanctiſſimus c. 18.*

Lites beneficij iudicandæ ſunt iuxta formam literarum expeditarum, non iuxta formam ſupplicationum. *ibid. cap. 27.*

Si in lite beneficij collitigator cedit ius ſuum in lite, valet ceſſio, dummodò ipſe non ſit intruſus, nec mouerit litem aduerſario exiſtenti per triennium in poſſeſſione pacifica; alias illa ceſſio iuris nulla eſt, neque impetratio talis iuris, etiam facta motu proprio, &c. *Vrban. 8. ibid. ca. 29.*

Beneficium quodcumque pacificè poſſidens per triennium, dummodo non habuerit illud ſimoniacè, neque ſit intruſus, non poteſt ab aliquo moleſtari ſuper illo, & lites motæ ſuper eo ſunt extinguendæ, & impetrationes factę de illo, ſunt nullæ. *Vrb. 8. conſtit. 6. Sanctiſſimus cap. 36.*

Beneficiales cauſæ etiam non deuolutæ, poſſunt à Vicecancellario, vel Regente Cancellariæ, committi in curia; cum poteſtate citandi ad partes. *ibid. c. 71.*

Iudicia beneficiorum fundari debent ſuper literis expeditis, non ſuper ſupplicatione. *Vrbanus 8. conſtit. 6. Sanctiſſimus cap. 27.*

Vide, *Cauſæ Eccleſiaſticę*, circa finem. Vide, *Sententia*. Vide, *Lites*.

Beneficiati quo ad examen.

Ad beneficia præſentati à quocumque, etiam à Legatis Papæ, examinandi ſunt ab ordinario de ſufficientia, idoneitate, &c. non obſtante conſuetudine contraria, etiam ab immemorabili. *Concil. Trid. ſeſſ. 7. de refor. cap. 13.*

Ad Beneficia præſentati ab Vniuerſitatibus ſeu Collegijs ſtudiorum generalium, non debent examinari ab ordinario. *Concil. Trid. ibid.*

Beneficiatus quicumque antequam inſtituatur, examinari debet.

bet. *Concil. Senonense in decretis morum. Concil. Colon. 2. part. l. 6. 11. Colon. 3. tit. De altero medio can. 6.*

Beneficiatus obtinens per resignationem, adhuc examinari debet. *Concil. Colon. 3. ibid. c. 7.*

Aliquando potest examen prætermitti, quando constat Episcopo de idoneitate beneficiati. *Concil. Colon. 3. ibid. c. 9.*

Beneficium curatum obtinens à Papa, debet ab Episcopo examinari (intelligitur si absens sit à curia) & si reperitur ignarus, non admittatur, & donec perueniat ad sufficientem literaturam, substituatur alius. *Concil. Senon. in decretis morum c. 8.*

Beneficia curata vacantia in Vrbe Roma, vel in districtu, siue per mortem, siue per resignationem, conferenda sunt in curia præuio examine faciendo à Cardinali Vrbis Vicario. *Pius V. const. 2. Cupientes.*

Vide, *Examen*. Vide, *Parochi*. Vide, *Episcopi quo ad examen.*

Beneficiati quò ad forum competentem.

Beneficiati omnes, etiam familiares Card. in ijs, quæ pertinent ad beneficia, subditi sunt ordinario, & ab hoc sunt iudicandi in suis causis. *Conc. Later. 5. sess. 10. const. 2. Leo X. const. 10. Regimini. De foro competenti c. Postulasti.* Ordinarius intelligitur ille, in cuius Diœcesi est beneficium. *ib. Concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 11.*

Vide, *Beneficiorum lites, & causæ.*

Beneficiati quò ad Visitationem.

Beneficia curata etiam perpetuò vnita Cathedralibus, Collegijs, Monasterijs, &c. quotannis visitari possunt ab Episcopo. *Concil. Trid. sess. 6. de refor. c. 7.*

Beneficia omnia siue curata, siue non curata, siue non exempta, siue exempta, siue de Ecclesia nullius Diœcesis, ab Episcopo visitari possunt, vt à delegato Papæ. *Concil. Trident. sess. 24. de refor. c. 9.*

Vide, *Episcopus visitans*. Vide, *Visitatio*.

Beneficiati, & beneficia quò ad iura Cameræ Apostolicæ.

Beneficia, Monasteria, Prioratus, &c. perpetuo vnita locis pijs, & non vacatura, tenentur soluere Cameræ Apostolicæ, pretium in quo taxata sunt. *Paulus 2. constit. 6. Decet.* & pœnæ non soluentium. *ibid.*

Beneficia præfata perpetuo vnita, ac non vacatura, non taxata, tenentur quolibet quindennio soluere taxam, quæ dicitur quindennium. *Paulus 2. ibid.* & *Pius 5. const. 38. Apostolicæ.*

Quindennium soluendum, vt supra, est medietas fructuum vnius anni iuxta summam, & pretium quod exigebatur, antequam vniretur. *Paulus II. const. 6. Decet.*

Beneficiati non soluentes pensiones, seu annatas, seu fructus Cameræ Apostolicæ temporibus præfixis iuxta obligationem, incurrunt excommunicationem latæ sententiæ, & beneficijs proprijs ipso facto sunt priuati, & beneficia illa vt vacantia, possunt ab alijs impetrari. *Innocent. 8. constit. 3. Apostolicæ. Iulius 2. const. 4. Romani.*

Beneficiorum ad Sedem Apostolicam pertinentium fructus lite pendente, siue nulliter collatorum, tam in Vrbe, quam extra, sequestrandi sunt. *Pius 4. const. 17. Sanctissimus.*

Detentores talium beneficiorum litigantes, tenentur ad damna, & expensas partis, etiam si cedant liti. *ibid.*

Beneficiorum Sedi Apostolicæ reseruatorum vacantium fructus, nisi per cessum vacent, pertinent ad Cameram Apostolicam. *Pius 4. const. 32. Cupientes.*

Beneficia, quæ non excedunt summam viginti quatuor ducatorum, non debent soluere annatas alicui. *Clemens 7. const. 33. cum sicut.*

Beneficia omnia, siue Cardinalium, siue Militum Sancti Ioannis Hierosolymitani, tenentur soluere iura Cameræ Apostolicæ. *Sixtus V. const. 43. Æquum.*

Vide, *Camera Apostolica*. Vide seq. tit.

Beneficia siue Cardinalium, siue familiarium eorumdem.

Beneficia Cardinalium tenentur soluere iura Camerę Apostolicæ. *Sixtus V. constitut. 43. æquum.*

Beneficia eorum, qui assumuntur ad Cardinalatum, vacant per talem assumptionem, nisi à Papa concedatur retentio. *Sixtus 5. const. 79. Sanctissimus.*

Beneficia titulorum Cardinalitiorum, quando Cardinales sunt absentes, conferuntur à Papa. *Vrban. 8. constitut. 6. Sanctiss. cap. 8.*

Beneficia apud Sedem Apostolicam vacantia, etiamsi eorum dispositio ad Cardinales pertineat, conferri non possunt sine consensu Papæ. Exceptis ijs, quæ sibi competunt ratione tituli Cardinalatus. *Gregor. 14. const. 19. Sanctissimus.*

Beneficia familiarium Cardinalium, etiamsi apud Sedem Apostolicam vacent, conferuntur cum consensu Cardinalium. *ibid.* §. 2. & *Vrbanus 8. vbi supra c. 32.*

Beneficia, vel dignitates familiarium Cardinalium, etiam in Metropolitanis (vbicumque ij morianturr) vacant in curia. *Vrbanus 8. const. 6. Sanctissimus c. 4.* si excedunt valorem decem florenorum. *ibid.*

Beneficia familiarium Cardinalium, non censentur illa, quæ habent ratione officiorum, sed alia quæ habent, siue in curia, siue extra. *ibid. c. 32.*

Beneficia familiarium Cardinalium morientium, si alias collatio eorum spectaret ad alium Cardinalem collatorem, tunc dari possunt ab isto, non expectato consensu illius Cardinalis, cuius erat familiaris. *ibid. can. 33.*

Quod si talis familiaris moriatur in curia, tunc beneficia illa conferuntur à Papa cum consensu Cardinalis collatoris, non vero Cardinalis Domini familiaris mortui. *ibid. c. 33.*

Beneficia vacantia in Ecclesijs, in quibus sunt Cardinales, si non sint reseruata Papæ, vel vacantia in curia, vel in mense Papæ, conferuntur à Cardinalibus sine consensu Capituli, vel Canonicorum. *Vrban. VIII. constitut. 59. Accepto.*

Beneficia vacantia in Ecclesia, à qua Cardinalis fuit translatus, non possunt conferri à translato, & priuilegia in contrarium annullantur. *Vrban. 8. constit. 60. Licet.*

Vide, *Cardinales circa beneficia*. Vide, *cardinalium familiares.*

Beneficiati promoti ad Ecclesias quascumque.

Beneficia Clericorum promotorum ad Cardinalatum, vacant in curia. Vide, *Beneficia Cardinalium.*

Beneficia promotorum ad Ecclesias Cathedrales, Archiepiscopales, Patriarchales, &c. vacant in curia. Vide, *Beneficia vacantia in curia.* & *Vrban. 8. constitut. 6. Sanctissimus c. 55.*

Potest promotis ad Ecclesias præfatas à Papa, concedi retentio beneficiorum. *Vrban. 8. ibid. c. 55.*

Si concedatur retentio, exprimendus est in literis valor beneficiorum. *Vrban. 8. ibid. c. 55.*

Beneficialis confidentia.

Beneficia in confidentiam accipi non debent, pœnæ eorum, qui dant, & accipiunt, tales donationes, nullæ sunt, & beneficia Papæ sunt reseruata. *Pius 4. const. 85. Romanus.*

Beneficialis confidentia sub grauibus pœnis est prohibita. *Pius 4. vbi supra, & Pius 5. const. 104. Durum nimis.*

Beneficialis confidentiæ multi casus expressi. *Pius V. vbi supra.*

Beneficialium confidentiarum Iudex. Vide, *Iudex beneficialium confidentiarum.*

Beneficialis confidentiæ prohibitio, extenditur etiam ad Cardinales. *Pius 5. constit. 104. Durum nimis.*

Beneficialis confidentiæ causæ in Regno Galliæ, quomodo, & à quo iudicandæ. *Sixtus 5. const. 61. Pastoralis.*

Vide, *Causæ*. Vide, *Iudices Romæ.*

Beneficia quomodo conferenda.

Beneficia nisi conferantur iuxta formam, & disposition Concilij Tridentini, nullæ sunt collationes. *Pius V. const. 33. In conferendis.*

Beneficiorum impetratio, attenditur penes datam, & secundum hanc conferenda est præbenda. *De præb. in 6. c. Eum cui.* Non penes acceptationem, vel præsentationem. *ibid. cap. Literarum.*

Vide, *Ius Patronatus.* Vide, *Patronus.* Vide, *Præsentare.*

S. Bennon.

S. Bennon canonizatur ab Adriano Sexto. *Constit. 5. Excelsus.*

S. Bernardus.

S. Bernardus Abbas canonizatur. *Alex. 3. const. 2. contingit.* & Festum eius conceditur celebrari. *ibid.*

S. Bernardi Confraternitas in Ecclesia Sanctæ Susannæ, multis gratijs, & priuilegijs augetur. *Sixtus V. constitut. 103. Dum ad vberes.*

Ad instantiam huius Confraternitatis Burgus *felix* dictus, conceditur ad ædificandum. *Sixtus V. ibid.*

S. Bernardinus Senensis.

S. Bernardinus Senensis canonizatur. *Nicolaus V. constit. 2. Misericordia.* Et festum eius celebrari concedit *Alexander 7. anno 1658.*

Berengarius.

Berengarij abiuratio, & confessio, quod in Eucharistia sit verum corpus, veruſque sanguis Christi. *De consecrat. dist. 2. cap. Ego Berengarius.*

Bestia, & bestialitas.

Bestiarum agitationes nullatenus fiant, sub pœna excommunicationis ipso facto. *Pius V. constit. 48. De Salute.* Moriens in ijs actibus, priuatur Ecclesiastica sepultura. Clerici sub eadem pœna excommunicationis, non possunt esse præsentes. Prælati tenentur eas interdicere. *ibid.*

Bestialitatem committente muliere cum pecude, occidendum est pecus, ob facti memoriam, non quia pecus peccauit. 15. *q. 1. cap. Mulier.*

Bestialitas, seu coitus cum bestijs, est impijssimum scelus. *Lib. 6. constit. Apost. can. 29.*

Bestialiter peccans, qua grauitate pœnæ puniendus. *Consil. Parisiens. 6. lib. 1. cap. 34.*

Vide, *Carnaliter peccans.*

Vide, *Ecclesiastici in causa sanguinis.*

Bidellus.

Bidelli studij Romani officium, &c. *Leo X. constitut. 4. Dum suauissimos.*

Bigamus, & bigamia.

Bigamus non potest vltra subdiaconatum ascendere. *Concil. Araus. 1. c. 25.*

Bigamus nequit esse Sacerdos. *Dist. 26. cap. Qui sine. dist. 33. cap. si quis potest, & cap. Maritus. de bigamis non ordinandis c. 1. Concil. Agat. c. 1.*

Bigamo aliqua pœnitentia imponenda. *Concil. Laodic. c. 1.*

Bigamus non potest seruire in sacris. *dist. 50. c. Non confidas.*

Bigamus non potest in sacris ordinari. *Concil. Agathen. c. 1. Gregor. I. lib. 11. epist. ep. 8.*

Si Bigamus ordinetur in sacris, priuatur ministerio ordinis. *Concil. Agath. c. 1.* id est si absque dispensatione ordinetur. *de bigamis non ordinandis c. super eo.*

Bigamum ordinans in sacris, priuatur potestate ordinandi. *de bigamis non ordin. cap. Super eo.*

Bigamus non potest ordinari clericus. *dist. 33. c. Maritum. dist. 34. c. si quis de Laicis. cap. si quis viduam, & cap. cognoscamus. Concil. Gerund. c. 8.*

Bigamus priuatus est omni priuilegio clericali, nec potest ferre tonsuram. *de bigamis non ordin. in 6. c. vnico.*

Bigamus, nec viuente, nec mortua vxore, potest ordinari clericus, vel &c. *de bigamis non ordin. cap. de bigamis.*

Bigamus nequit fieri Episcopus; etiam si vnam habuit ante baptismum, & aliam post. 28. q. 3. *cap. Acutius. dist. 33. cap. Si quis post.*

Bigamus non est, qui plures habuit concubinas. *de bigamis non ordin. c. vnic.*

Bigamus dicendus est, qui violat virginem professam. 27. *q. 1. cap. Quotquot.* (est similitudinaria Bigamia.)

Bigamus etiam est, qui ante baptismum habuit vnam vxorem, & post baptismum aliam. *Innocent. I. epist. 22. c. 2. dist. 26. cap. deinde. & c. Vna 28. q. 3. cap. Numquid.* Licet contrarium habeatur in *c. Oportet. ibid. dist. 28.*

Bigamus per hoc quod bigamus, non peccat, sed est inhabilis ad ordines. *dist. 26. c. qui sine.*

Bigamus verè non est, qui cum vidua contrahit, sed Bigami pœnas incurrit, seu inhabilitates. *de bigamis non ordin. cap. fin.*

Bigamus etiam est, qui contrahit cum ea, cum qua non potest contrahere. *ibid. c. Nuper à nobis.*

Bigamus non est, qui contrahit cum virgine desponsata tantum alteri. *ibid. cap. debitum.*

Biretum.

Bireto in Choro vti debent clerici, non pileo. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. Quomodo conuersandum in Choro.*

Bireto rubro vti possunt Cardinales assumpti ex Regularibus. *Greg. 14. const. 9. Sanctissimus.*

Birrus Vestis.

Birri vsum damnans, seu contemnens, id est habitum Episcopalem cum mozzetta, est anathema. *Concil. Gangrense c. 12. dist. 30. cap. si quis virorum.*

Blasphemia, & blasphemans, ac pœnæ.

Blasphemans Deum, vel Beatam Virginem, vel Sanctos, hac pœnitentia (olim) plectendus erat. Per septem Dominicas præ foribus Ecclesiæ, dum Missa dicitur, publicè stet, sine pallio, & sine calceis, cum corrigia ligata ad collum; per septem sextas ferias præcedentes ad dictas Dominicas pane, & aqua ieiunet: Ecclesiam per illud tempus non ingrediatur; quolibet die ex septem dictis, duos, aut tres pauperes reficiat. *Si hanc pœnitentiam non faciat, interdicendus est ab ingressu Ecclesiæ, & sepultura Ecclesiastica careat;* aliæque pro temporibus ei imponantur. *de Maledictis cap. fin.*

Blasphemans Deum, vel Christum, vel Beatam Virginem, in foro externo, per *Concil. Later. 5. sess. 9. bull. de refor. cap. 3.* Sic est puniendus. *Si* iurisdictionem publicam gerat, & Laicus sit, & conuictus, prima vice priuetur portione per tres menses. *Si* secunda vice, priuetur alia portione trium aliorum mensium. *Si* tertia vice, priuetur officio. *Si* sacerdos, prima vice priuatur fructibus vnius anni. *Si* secunda vice, priuatur beneficijs. *Si* tertia vice fit inhabilis ad ea; & hæc alijs possunt conferri. *Si* laicus nobilis, prima vice mulctandus est pœna 25. ducatorum. *Si* secunda vice, pœna 50. ducatorum. Si tertia vice, priuandus nobilitate. *Si* laicus ignobilis, prima vice carceretur: Secunda vice cum mitra infami per diem integrum, stet ante fores Ecclesiæ. *Si* tertia vice, ad triremes, vel carcerem perpetuum damnetur. *ibid. & Leo X. const. 7. superna §. 33.*

Blasphæmus dicto modo in foro conscientiæ, cum grauibus pœnitentijs impositis, est absoluendus. *ibid.*

Blasphæmans sanctos, mitius est puniendus. *ibid.*

Blasphæmos inquirens, vel puniens, qualibet vice consequi-

tur

tur decem annorum indulgentiam, & tertiam partem pœnæ pecuniariæ. *ibid.*

Blasphæmi denunciandi sunt iudici Ecclesiastico, infra triduum. *Concil. Lateran. 5. vbi supra.*

Blasphæmos audientes, omnes tenentur denunciare, nisi sic conueniant, quod vnus pro omnibus denunciet. *Concil. Later. 5. vbi supra.* & *Leo X.*

Hæc omnia confirmat. *Concil. Mediol. 1. par. 1. tit. de blasphemia.*

Blasphæmans Deum, siue Patrem, siue Filium, siue Spiritum sanctum, vel B. Virginem Mariam, conuictus, condemnetur ad soluendum 40. scuta auri. Secunda vice duplicetur pœna pecuniaria, & infamiam incurrat, ac inhabilitatem ad officia, gradus, dignitates, beneficia, & honores: vilibus verò perfodiatur lingua. Tertia vice condemnetur, vt in secunda, & sit intestabilis actiuè, ac passiuè: inhabilis ad ferendum testimonium; fit bannitus per tres annos ab Vrbe. Viles verò fustigandi, aut per tres annos ad triremes damnandi, aut exilio perpetuo plectendi. *Iulius 3. const. 23. In multis.*

Pœnæ, vbi applicandæ in Vrbe Roma. *ibid.*

Blasphæmantes Sanctos, quomodo puniendi. *ibid.*

Blasphæmorum causa ab Inquisitore cognoscitur, & iudicatur, & ab eo declaratur, qui sint plebeij, & qui nobiles. *ibid. Iulius 3.*

Blasphæmi denunciandi sunt ad Inquisitores. *Iulius 3. &c.*

Omittentes denunciare, puniendi sunt, vt blasphæmi. *ibid.*

Denunciantes falso aliquem, vt blasphæmum, puniuntur vt blasphæmi. *ibid.*

Blasphæmiæ delictum per duos testes, sufficienter probatur. *ibidem.*

Blasphæmi sponte comparentes, quomodo tractandi. *ibid.*

Blasphæmans nomen Iesu, vel Beatæ Mariæ, prima vice, in 25. ducatis condemnetur: pro secunda vice, duplicetur pœna: pro tertia, centum ducatos soluat, & exilio condemnetur: si plebeius, qui soluere non possit, prima vice stet ante fores Ecclesiæ, manibus post terga ligatis: secunda vice, flagelletur: pro tertia vice, lingua ei perforetur. *Pius V. const. 5. Cum primum.*

Vide, *Maledicere.*

Bizochi.

Bizochi, idem sunt, ac fraticelli, & abrogati sunt. Vide, *Fraticelli.* Vide, *Beguini.*

Bohemia.

Bohemiæ Episcopi, quas, & à quibus accipere possunt procurationes, dum visitant. *Extra, de censib. c. Vas electionis.*

Bohemiæ Rex à Papa obtinet titulum, & vt Rex nominetur, ac sit. *Innocentius 3. const. 6. Licet ante.*

S. Bonauentura Cardinalis.

S. Bonauentura Cardinalis, Ordinis Minorum, canonizatur anno 1482. *Sixtus 4. const. 21. Suprema cœlestis.*

S. Bonauentura inter Sanctos Doctores Ecclesiæ adscribitur, & indulgentiæ pro eius festo conceduntur. *Sixtus V. const. 76. Triumphantis.* Multa encomia huius Sancti, studia, professio, sanctitas, &c. *ibid.*

B. Bonauenturæ Collegium in Conuentu Sanctorum Apostolorum de Vrbe, se fundasse declarat. *Sixtus V. ibid. §. 11.*

Bononia Lombardiæ.

Bononiensis Ecclesia sublimatur in Archiepiscopatum *à Gregor. 13. const. 79. Vniuersi.* & confirmatur in hoc gradu *à Clemente 8. const. 116. Romanus.*

Bononiensis Ecclesiæ fines cum Rauennate, qui sint. *ibid.*

Ecclesiæ illi subiectæ, quæ. *ibid.*

Bononiensis Rota. Vide, *Rota.*

Bononienses magistri excommunicantur, si anticipant conductiones cum præiudicio habitantium, nisi tempus prætereat. *De locato, & conducto c. 1.*

Bonus.

Boni non debent ab iniquis, pati persecutionem. *Felix 2. ep. 1. causa 6. q. 1. Quiescite.*

Boni per malos purgantur. *Gregor. 1. lib. 9. ex reg. ep. 39.*

Boni in hac vita non possunt separari à malis. *23. quæst. 4. cap. Quantum.*

Boni cum malis, in Ecclesia sunt. *ibid. c. Hæc autem vita.*

Boni non turbantur à malis. *24. q. 1. cap. Non turbatur.*

Boni calumniantur à malis, ne eos extollat laus, quam habent ab alijs. *6. q. 1. c. sunt plurimi.*

Boni possunt sæpè persequi malos. *23. q. 4. c. Nimium.*

Bonorum calamitas, est virtutis probatio. *7. quæst. 1. cap. Aduersitas.*

Bonorum aduersitates non sunt indicia reprobationis, sed probationis. *ibid. aduersitas*, & per alia multa capita.

Bonum, & malum, esse non possunt sine voluntate. *32. q. 5. cap. Sicut enim.*

Bonorum cessores.

Bonorum cessores in statu Ecclesiæ, intra tres menses, tenentur discutere causam, alias non suffragatur gratia dilationis quinquennalis. *Clemens 7. constitut. 16. cum ex multorum.*

Vide, *Cedentes.*

Bona fides.

Bona fides non patitur, vt semel exactum iterum exigatur. *De reg. iur. in 6. reg. 83.*

Bona fides non præsumitur in eo, qui contra iura operatur. *ibid. reg. 82.*

Bona fides non excusat, vbi est ius commune contrarium, nisi de tempore excedente memoriam hominum. *de præscript. in 6. cap. 1.*

Bona opera.

Bona opera à Deo habent originem, & ad Deum sunt referenda. *Cœlest. 1. ep. 1. cap. 8.* Vt cogitationes, consilia, & omnes boni motus voluntatis. *ibid. c. 9.*

Bonorum operum Deus est author, ipseque adiuuat illa. *Fœlix 1. epist. 2.*

Bona multa fiunt à Deo in homine, quæ non facit homo. *Concil. Arausic. c. 20.* Nec bonum vllum facit homo, quod non præstet Deus. *ibid.*

Bona opera, quæ facit homo antequam peccet, deleto postea peccato à Deo, remunerantur à Deo. *dist. 3. de Pœnitent. c. 45. Pium est.*

Vide, *Adiutorium.* Vide, *Auxilium.* Vide, *Gratia.* Vide, *Homo.* Vide, *Liberum arbitrium.* Vide, *Opera.*

Bona temporalia cuiuscumque.

Bona terrena, humano iure tenentur. *23. quæst. 7. cap. Quicumque.*

Bona alicuius exhæredato filio, accipi non possunt ab Ecclesia. *17. q. 3. cap. Quicumque.*

Bona acquisita à clerico, qui quando fuit promotus erat pauper, sunt Ecclesiæ. *De Speculo clericor. c. 1.*

Bona Ecclesiæ, & eorum iura non possunt esse subdita laicis, absque Papæ licentia. *De reb. Eccl. non alien. c. fin.*

Bona hæreticorum non possunt ab Episcopis accipi, nec etiam pro expensis: sed dum confiscantur, Cameræ Apostolicæ applicantur. *Extra, de hæreticis c. Ex eo.*

Bona Ecclesiarum, dari non possunt laicis. *11. q. 1. cap. Quia sacerdotes. cap. Sanctorum Patrum.* & *cap. Hanc consuetudinem.*

Bona Ecclesiæ ab Episcopo dispensanda. *10. q. 2. cap. Episcopus. 12. q. 1. c. Episcopus.*

Bona Ecclesiæ ab Episcopo distracta, sunt restituenda. *12. q. 2. cap. Si qua de rebus.*

Bona acquisita ab Episcopo in Episcopatu, reddenda sunt Ecclesiæ. 12. q. 3. *cap. Placuit, & cap. Pontifices.*
Bona acquisita à clerico ex sua industria, possunt ab eo dispensari cuicumque; si tamen intestatus moritur, Ecclesia sit hæres. 12. q. 3. *cap. Quicumque.*
Bona acquisita, quomodo diuidenda cum hærede Episcopi. 12. q. 4. c. *Sacerdotes.*
Bona Ecclesiæ distribui non possunt authoritate Principum. 16. q. 1. c. *Quia iuxta.*
Bona temporalia possunt in manus Ecclesiasticorum venire, & contractus eorum debent in libris publicis ciuitatis describi. statuit *Carolus 4. Imperator*, & confirmat *Bonifacius IX. const. 4. Et si Imperialis.*
Vide, *Ecclesiæ bona.* Vide, *Clerici bona.*

B. Borgia.

Vide, *Beatus Franciscus Borgia.*

Breuiarium Romanum.

Breuiarium Romanum secundum formam Concilij Tridentini dispositum, approbatur. *Pius V. constitutione 64. Quod à nobis.*
Breuiaria vetusta, abrogantur. *ibid.*
Breuiarij Romani approbatio per Pium V. confirmatur *à Clemente 8. constit. 86. Cum in Ecclesia.*

Brixia Ciuitas.

Brixia ob extirpationem Lutheranæ hæresis, commendatur multis laudibus. *Clem. 7. const. 22. Placuit.*

Bulgaria.

Bulgaria pertinet ad Romanam Ecclesiam. *Ioan. Papa VIII. epist. 78. 79. 109. 200. 201. & 251.*

Bulla.

Bullæ beneficiorum, quomodo expediendæ in curia. Vide, *Literæ.*
In Bullis, verba, quæ exprimunt annum, diem, valorem, &c. debent per extensum poni, & non per abbreuiationem. *Vrbanus 8. const. 6. Sanctissimus c. 16.*
Bulla, seu breue, si sit dubium, quid agendum. *de fide instrumentorum c. Pastoralis.*

Bulla Cœnæ.

Bulla Cœnæ ordinatur primo *à Iulio 2. constit. 25. Consueuerunt.* continet 12. capita excommunicationum. sed 15. *§§. sunt.*
Postea *à Paulo 3.* disponitur *in constit. 10. Consueuerunt.* continetque 17. capita excommunicationum, quæ Papæ reseruantur, excepto mortis articulo, nullusque excipitur, neque Reges, neque Imperatores.
Renouatur *à Gregorio 13. const. 81. Consueuerunt.*
Bullæ Cœnæ literas apud se habere debent confessarij, & curati. *ibid. §. 29.* Confirmatur ab *Vrbano VIII. const. 62. Pastoralis.*
Excommunicationes contentæ in Bulla Cœnæ. Vide, *Excommunic. in Bulla Cœnæ.* Vide, *Extra, de pœnitentijs, & remiss. Et si dominici.*
Nullus potest absoluere ab illis casibus, sine licentia speciali Papæ; & generalis non sufficit. *ibid.* Vide, *Excommunic. in Bulla Cœnæ.*

Bulla Cruciatæ.

Bulla Cruciatæ, vti non possunt fratres, & moniales S. Dominici. *Pius V. const. 132. Romanus.* Nec alij regulares. Vide, *Regulares.*
Virtute Bullæ Cruciatæ, nullus potest absolui ab hæresi. *Greg. 13. const. 37. Officij.*

Virtute Bullæ Cruciatæ, quid possunt confessarij. Vide, *Confessarij.*
Quid possint regulares. Vide, *Regulares.*
Vide, *Cruciata.*

Bullator Cancellariæ Apostolicæ.

Bullatores Cancellariæ Apostolicæ, quid possunt recipere pro pretio de litera simplici, duplicata, iterum bullanda, &c. *Martinus V. const. 3. In Apostolicæ §. 13. & 34.*

Burgus Felix.

Burgus, *Felix* dictus, ad habitandum conceditur in Vrbe; priuilegia, & exemptiones conceduntur illis, qui ibi ædificant, & habitant. *Sixtus V. const. 103. Dum ad vberes.*

Burgundia.

Burgundiæ Episcopi, quas procurationes possunt exigere. *Extra, de censibus, &c. Vas electionis.*

C

Cadauera.

CAdauera defunctorum non perquirenda per iudices in Ecclesia. Vide, *Immunitas.* Vide, *Ecclesiæ veneranda.*

Caducus morbus.

Caduco morbo laborans non potest missam celebrare. 7. q. 2. c. *In tuis literis.* sed cum conualescit potest. *ibid.*
Cadens sæpè in terram, ex tali morbo, suspendi debet ab officio. 7. q. 2. *cap. Nuper.* Vide, *Epileptici.*

Cainus.

Caini mentale homicidium præuidit Deus, ideo non acceptauit oblationem. *De pœnit. dist. 1. c. 26. Numquid.*

B. Caietanus.

Caietanus Thianæus fundator Religionis Clericorum Regularium, declaratur Beatus. *Vrbanus 8. const. 103. In sede.*
Clericis illius ordinis concessum est, celebrare de eo officium. *ibidem.*

Calabria.

Calabriæ Episcopi, quas procurationes exigere possunt, dum visitant. *Extra, de censibus. Vas electionis.*
Vide, *Episcopus visitans.*

Calatraua.

Calatrauæ Milites Ordinis Cistercienſis, quid de bonis communibus accipere debent, & quando, ac quomodo. *Iulius 2. const. 16. Romani.*
Calatrauæ Militibus expensæ faciendæ sunt de communi thesauro. *Clem. 7. constit. 12. Romanus.*
Calatrauæ Milites obtinent, vt nudi possint dormire. *Clemens 7. const. 18. Apostolicæ.*
Calatrauæ Milites tempore capitulorum à quibusdam casibus possunt absolui per superiores Ordinis Cistercienſis. *ibid.*
Calatrauæ Militia instituta Alcantaræ in Regno Hispaniæ committitur perpetuò regenda Regi Hispaniæ. *Adrianus VI. constit. 1. Dum intra.*
Præfati Milites fruuntur priuilegijs Ordinis Cistercienſis. *Leo X. constit. 44. In Apostolicæ.*
Præfati Milites obtinent facultatem testandi, & disponendi de bonis mobilibus, & immobilibus. *Gregor. 13. constit. 30. Romani.*
Vide, *Milites, & Militia.* Vide, *Equites.*

Calce-

Calcedonense concilium.

Calcedonense concilium, eiusque canones confirmantur à *Leone 1. ep. 59.*
Calcedonense concilium per quintam Synodum, seu generale concilium, non fuit immutatum. *Greg. 1. lib. 3. ep. 4.*
Calcedonense concilium Oecumenicum est, & à Papa confirmatum. *dist. 16. cap. Sancta octo.*
Calcedonense concilium contra Eutichem fuit congregatum: dicebat ille, in Christo naturam diuinam, & humanam confusas fuisse, & ideo remansisse vnam. *distinct. 16. cap. canones.*
Vide, *Concilium Generale.*

Calcei.

Calcei compages clericis sunt prohibiti, & qui sint tales calcei. *Gregor. 1. lib. 6. epist. ep. 26.*
Calcei clericorum debent esse modesti. Vide, *clerici.*

Calendarium.

Calendarium per Ecclesiam cathedralem fiat pro ordinatione officij, & eo vti debent omnes clerici. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. communia de ratione diuinorum Officiorum.*
Calendarium cathedralis sequi debent omnes aliæ Ecclesiæ inferiores, exceptis Priuilegijs, si quæ habent à S. Sede Apostolica.
Calendarium Romanum perpetuum festorum omnium tam mobilium, quam immobilium reformatum, & approbatum. *Greg. 13. const. 74. inter grauissimas.*
Dictum calendarium cœpit obseruari ab anno 1582.

Calepodia fratrum Reformatorum, & recollectorum.

Vide, *Fratres Reformati.*

Calix.

Calix vnus sit in altari, dum fit consecratio. *Greg. 2. ep. 14.*
Calix, & patena ex auro, vel argento debent esse. *De consecrat. dist. 1. cap. vt Calix. c. Vasa in quibus. concil. Triburiense 1. c. 18. concil. coiacense c. 3. concil. Oxon. 1. c. 3. concil. Eboracense 1. concil. Londinense 1. c. 5.*
Calix non potest esse ex auricalcho: neque ex ære, neque ex ligno, neque ex vitro. *De consecrat. dist. 1. cap. Vt calix. cap. Vasa in quibus.* & in concilijs præfatis.
Olim concedebatur, vt ob paupertatem posset calix fieri ex stamno. *de consecr. dist. 1. c. Vt calix.*
Calix etiam stamneus, ex paupertate permittitur Græcis. *Innoc. 4. const. 14. sub catholicæ.*
In calice ligneo consecrans, est deponendus. *de celebration. Missar. cap. fin.*
Calix non potest inseruire in vsu Missæ, nisi benedicatur, seu consacretur. *de consecr. dist. 1. c. 1. Tabernaculum. conc. colon. 2. par. 9. c. 12.*
Calices non possunt ab Abbate benedici sine speciali Papę priuilegio. *concil. Vienn. prouinc. concil. Senon. in decr. morum cap. 38.*
Calicis communio solis Sacerdotibus conceditur, alijs vero non: sed Papæ arbitrio remittitur, si alicui personæ, vel nationi sit concedenda. *concil. Trid. sess. 22. de reform. in fine.* Vide, *Communio sub vtraque specie.* Vide, *Consecratio.* Vide, Episcopus.

Calumniator, & calumnia.

Calumnians aliquem ob pecuniam, quomodo puniendus. *2. q. 1. c. In eum.*
Calumniator actor. Vide, *Actor* in fine.
Calumniator accusator. Vide, *Accusator.*
Calumniator deficiens in probatione, incurrit pœnam talionis. *2. q. 3. calumniator. 5. q. 6. c. Omnis. cap. Qui calumniam. Damasus ep. 4. Adrian. 1. c. 6.*

Calumniator sit infamis. *5. q. 6. vbi supra.*
Calumniator innocentis, pœna arbitraria potest puniri. *5. q. 6. cap. Si quis falsum.*
Calumniator conuictus de calumnia, potest excommunicari. *5. q. 6. cap. Si quis verò. 11. q. 1. per multa capp.* (Vide, *Conspirantes.*) *lib. 2. constit. Apost. c. 43. S. Fabianus Papa ep. 2.* vbi dicit ex traditione Apostolica esse.
Calumniator tenetur ad reficiendas expensas parti. *concil. Later. 3. in append. de dolo, & contum. c. 2.*
Calumnians clericum falso, si conuincitur, excommunicetur. *5. q. 6. c. vlt.*
Calumnians sacerdotem excommunicetur. *5. q. 1. cap. Deus ergo. 3. q. 2. c. vlt.*
Calumnians per scripta, ad Synodum vocandus. *5. q. 2. cap. Vocatio.*
Calumniatoris pœnæ, si conuincitur, sunt priuatio ab officio, fustigatio, & exilium. *De calumniatorib. c. 1. & 2.*
Vide, *Pœna.*
Calumniator malitiosus, qua pœna puniendus, si accusatus patitur in vita, vel in membris. *De accus. c. accusasti.*
Vide, *Detractor.* Vide, *Pœna.*

Camaldulenses.

Vide, *Monachi Camaldulenses.*

Cambium.

Cambia sicca sunt prohibita, pœnæ facientium, & iudex, *Pius 4. const. 1. cum sicut.*
Cambia illicita prohibentur. *Pius V. constitut. 118. In eam.* Multi casus talium cambiorum ibi declarantur.

Camerę Apostolicę annatę.

Annatas non soluentes cameræ Apostolicæ, quas pœnas incurrunt. Vide, *beneficiati, & beneficia quò ad iura camerę.* & infra.
Annatas non soluunt cameræ beneficia, quæ non excedunt valorem vigintiquatuor ducatorum, & quas pœnas incurrunt, qui eas exigunt. *Clem. 7. const. 33. cum sicut.*
Annatas non soluentes cameræ præfixis temporibus, excommunicantur ipso facto, & beneficia possunt ab alijs impetrari. *Paulus 4. ex Pio 2. const. 11. Incumbentia.* Talia beneficia reseruantur cameræ; & excommunicatio est reseruata Papæ. *ibid. Iulius 2. constit. 4. Romani. Iulius 3. constit. 20. Cupientes.*
Annatæ ex quo tempore, & à quibus Pontificibus cęperunt imponi, & imperari; declarat. *Paulus 4. constitut. 17. Decens.*
Annatas soluunt Monachi, & qui. *ibid.*

Camerę Apostolicę causę.

In causis ad cameram pertinentibus, non admittuntur appellationes, nisi appellans faciat depositum de pœna in quam foret iudicandus, si perderet. *Paulus 3. constitut. 24. cum sicut.* derogatur infra.
Tales appellationes intra sex menses expediendæ sunt, alias rei condemnati subsunt iudici à quo in executione pœnæ. *Pius V. const. 138. Licet iuri.*
Appellantes contra fiscum cameræ, etiamsi non faciant depositum, possunt admitti, dummodo faciant cautionem. *Pius V. const. 24. cum sicut.*
Cameræ applicanda hæreticorum bona. Vide, *Bona.* Vide, *Hæretici.*
Causæ cameræ interesse concernentes decidendæ sunt à Præsidentibus, & clericis cameræ. *Paulus 3. const. 9. Non sine. Pius 4. constit. 35. cum sicut.* Etiamsi fiscus alijs iudicibus consentiret, dummodo ex speciali Papæ delegatione non fuerint commissæ tales causæ. *Pius 4. ibid.*
Cameræ expeditiones, in qua forma signari debent à clericis cameræ. *Gregor. 13. constit. 96. Quę à Romano.* quo sigillo. *ibid.*

Cauſæ cameræ iudicari poſſunt à clericis cameræ ſummariè. *Innocent. 8. conſt. 4. cum ſicut.*

In cauſis cameræ non ſe intromittit Signatura iuſtitiæ. *Clem. 8. conſt. 65. In conferendis §. 38. & 41.*

Cauſæ cameræ à nullo tribunali poſſunt auocari, ſed à camerario, & clericis iudicantur. *ibid. §. 39. & 40.*

Cameræ Apoſtolicæ canones, cenſus, terræ, bona, iura, ſcripturæ, &c.

Canones, & cenſus cameræ non ſoluentes in feſto Sancti Petri, incurrunt pœnam caducitatis, ac priuationis bonorum, ſeu iurium, quæ ex beneficio cameræ poſſident, ob quæ ſoluunt canones. *Gregor. 13. conſt. 63. Ad Romani.*

Canones, & cenſus præfatos non ſoluentes in feſto Sanctorum Petri, & Pauli, ſi per ſe, vel per alios non comparent, ad dicendum, cur non ſoluant, incurrunt caducitatem, ac priuationem bonorum, ob quæ ſoluunt canones. *Innocentius 8. conſt. 10. Decet. Alex. 6. conſt. 6. cum ex relaxatione.*

Cameræ bona, iura, fructus, &c. vſurpantes incurrunt excommunicationem Papæ reſeruatam, & Bullæ cœnæ. *Gregor. 13. conſt. 81. Conſueuerunt.* Vide, *Excommunic. Bullæ cœnæ.*

Cameræ bona, terræ, &c. alienari non poſſunt ſine vtilitate, & recompenſa, alias nulla eſt alienatio. *Pius 4. conſtit. 104. Apoſtolicæ.* Vide, *Status Eccleſiaſticus.* Vide, *Alienatio.*

Cameræ bona, iura, Doganæ, &c. quomodo vendi debent, & locari, alias nulli ſunt contractus. *Pius 4. conſt. 13. cum in alienationibus.*

Cameræ Apoſtolicæ, quæ confiſcationes applicandæ ſint. Vide, *Pœnæ.*

Cameræ iura, regalia, &c. ſoluere tenentur etiam Cardinales, & Milites Sancti Ioannis Hieroſolymitani. *Sixtus 5. conſt. 43. Æquum.*

Cameræ Apoſtolicæ tenentur ſoluere quindennia, omnia beneficia locis pijs vnita non vacantia. *Pius V. conſt. 38. Apoſtolicæ.* Vide, *Beneficia quò ad iura cameræ.*

Ad cameram pertinent fructus pendentes beneficiorum vacantium in Regno Neapolis. *Pius 5. conſt. 26. cupientes. & Sixt. 5. conſt. 90. cum ſicut.* in quocumque menſe vacent.

Ad cameram pertinent beneficiatorum veſtes ſacræ, cruces, imagines, candelabra, &c. *Iulius 3. conſt. 7. cum ſicut.*

Ad cameram ſpectant fructus malè percepti à beneficiatis in Regno Neapolis, & Siciliæ. *Sixtus 5. conſtit. 100. In conferendis.*

Item bona regularium morientium extra clauſtra, ſiue ſint Apoſtatæ, ſiue non. *ibid. & Greg. 13. conſtit. 43. Officij noſtri.*

Item bona clericorum acquiſita per negotiationem illicitam, ad Cameram pertinent. *Pius 4. conſt. 19. Decens.*

Talium negotiatorum cauſæ tractentur cum citatione commiſſarij cameræ. *Pius 5. conſt. 51. Attendentes.*

Cameræ Apoſtolicæ bona rapientes, occupantes, &c. tempore infirmitatis, vel mortis Papæ, excommunicantur, & Papæ reſeruatur in Bulla cœnæ. *Gregor. 13. conſt. 81. conſueuerunt §. 21.*

Cameram Apoſtolicam fraudantes in reddendis rationibus, in venditionibus, locationibus, affictis, vt aiunt, &c. & alijs, cuiuſcumque conditionis ſint, ſiue Theſaurarij, vice-Theſaurarij, locatores, affictatores, &c. præter ſententiam excommunicationis, quam incurrunt, pœna pecuniaria ſunt puniendi. *Paulus 3. conſtit. 40. cum ſicut.*

Spolia Eccleſiaſticarum perſonarum, quæ ſine teſtamento decedunt, vel ſine facultate teſtandi diſponunt; & illa, quæ vltra facultatem remanent, pertinent ad cameram Apoſtolicam, & comprehendit etiam Cardinales. *Paulus 3. conſtit. 29. Romani. Pius 4. conſt. 8. Graue nobis.* (Intelligitur de clericis, qui percipiunt fructus ex beneficijs Eccleſiaſticis. *ibid. §. 2.* & diſpoſitiones ab eis factæ, etiam pro locis pijs, nullæ ſunt, non obſtante poſſeſſione capta. *ibid.*) Vide, *Spolia.*

Etiam Cardinalium decedentium, vbicumque, pertinent ad Cameram. *Pius 4. conſt. 19. Decens.*

Sed ſpolia eorum, qui habent facultatem teſtandi, non pertinent ad cameram. *ibid.* Siue ſint Cardinales, ſiue Epiſcopi, ſiue alij Clerici.

Spolia morientium extra reſidentiam, etiam ſi habeant facultatem teſtandi, pertinent ad Cameram. *Pius 4. conſt. 91. In ſuprema.*

Quænam ſint illa bona, quæ veniunt ſub nomine ſpoliorum, & quæ non; vt poſſint collectores, & ſubcollectores exigere nomine Cameræ, declarat *Pius V. conſt. 42. Romani.*

Spolia regularium, vagantium, morientium ſine facultate teſtandi, pertinent ad cameram, ſi extra monaſteria moriantur. *Gregor. 13. conſt. 43. Officij noſtri.*

Omnia ſpolia, quæ ad cameram ſpectant. *Sixtus V. conſt. 100. In conferendis.* omnia *ibi diſtinctè.* Vide, *Spolia.* Vide, *Quindennia.*

Cameræ Apoſtolicæ ſcripturas occultantes, quæ eius intereſſe concernunt, ſub pœna excommunicationis tenentur eas manifeſtare. *Iulius 2. conſtit. 14. cum ſicut. Pius V. conſtitut. 70. cum de literis.* & Papæ eſt reſeruata. *ibidem. Pius V.* Officijs, ac beneficijs priuandi, qui eas occultaſſe conuincuntur. *Sixtus V. conſt. 56. Non ſine.*

Cameralaria onera ab omnibus ſoluenda, nullo prorſus excepto, id eſt, doganæ, gabellæ, &c. in ſtatu Eccleſiæ. *Paulus V. conſtit. 11. In maximis, per 19. §§. Innocentius X. conſt. 7. Et ſi ea.* Vbi reuocat omnia priuilegia, gratias, &c. *ibid.* Sed excipit regulares, & alios quoſdam. *ibid.* Vide, *Exemptiones.* Vide, *cameræ clerici.* infra.

Cameræ clerici.

Clericorum cameræ numerus ad ſeptem reducitur ab *Eugen. 4. conſt. 13. inter cætera*, & *in eminenti.* Ratio, quia non ſufficiebant emolumenta. *ibid.*

Clericorum cameræ collegium, diſpoſitio, ordo, ſtatuta, &c. *ibid.* caput collegij eſt camerarius, ſequitur Theſaurarius, deinde aſſiſtentes, &c. ſecundum antianitatem. Decanus congregat collegium; & alia *ibi circa emolumenta*, quomodo inſtituendi. *ibid.* Dum ad Eccleſias promouentur exempti ſunt à ſolitis ſolutionibus pro literis, &c. alia, *ibidem.*

Clerici cameræ, ſunt capellani Papæ. *Calixtus 3. conſtit. Quæ laudabili. & Sixtus 4.* vt infra. *conſtit. 1. §. 4.* confirmat omnia, quæ circa eos fecerat *Eugen. 4. ibid.*

Clerici cameræ ſunt commenſales Papæ, & ſic in libris cancellariæ ſunt deſcribendi. *Sixt. 4. conſt. 1. Diſpoſitione.*

Clerici cameræ ſummariè cognoſcere poſſunt, & iudicare omnes cauſas concernentes intereſſe cameræ Apoſtolicæ. *Innoc. 8. conſtit. 4. cum ſicut.*

Clerici cameræ habent gubernium multarum terrarum in ſtatu Eccleſiaſtico, & quæ terræ ſint. *Alexand. 6. conſt. 12. Et ſi ex Paſtoralis.*

Clerici cameræ ſingulis annis poſſunt viſitare ſtatum Eccleſiaſticum, ad cognoſcendum de damnis illatis fiſco cameræ Apoſtolicæ. Et forma talis viſitationis. *Iulius 2. conſtit. 8. Ex iniuncto. Leo X. conſt. 24. Licet.*

Clericis cameræ ſub pœnis grauiſſimis interdicitur participare in contractibus, appaltus, venditionibus, emptionibus, &c. rerum, ac bonorum cameræ Apoſtolicæ. *Iulius 2. conſtit. 9. Percepimus. Iulius 3. conſtit. 3. Licet. Paulus 3. conſtit. 18. alias fel.*

Clerici cameræ habent iuriſdictionem ſuper omnes perſonas Eccleſiaſticas, loca pia, domos, monaſteria. Super terras, & loca ſubdita Romanæ Eccleſiæ, ſuper doganas, ſuper zeccam, carceres, appaltus, ſuper alumen fabricandum. *Leo X. conſt. 24. Licet.*

Statuta clericorum camerę, ibi per 28. capita diſpoſita, & alia multa, quæ ab eis ſunt obſeruanda. *ibid.*

Clerici camerę recipiunt reſignationes beneficiorum, quę fiunt in Vrbe. *Leo 10. conſtit. 24. Licet, cap. Quoniam,* in fine.

Clericorum cameræ Apoſtolicæ reformatio; & præſcriptio authoritatis eorum; & quæ modo poſſunt facere in curia, & extra. *Paulus 5. conſt. 71. tit. de camerario, & cameræ Apoſtolica.*

Came-

Camerales expeditiones, quomodo expediendæ sunt, à quo signandæ, & quo sigillo. *Greg.13. const.96. Quæ à Rom.*
Vide, *Cameræ officiales*, infra.

Cameræ Apostolicæ officiales, & officia.

Cameræ Apostolicæ officiales participare non possunt in contractibus venditionum, locationum, appaltorum, doganæ, gabellæ, & aliorum, qui fiunt cum Camera, & pœnæ eorum. *Iulius 2. constit. 9. Percepimus. Iulius 3. const. 3. Licet. Paulus 3. const. 18. Alias fel.*
Et quando consanguinei eorum faciunt cum camera præfatos contractus, ipsi officiales non possunt esse præsentes. *ibid.*
Officiales cameræ quas causas possunt iudicare, quas commissiones delegare, & quomodo collegialiter tractare. *Pius 4. const. 55. Romanus.*
Officiales cameræ reformantur, & præscribitur forma administrationis cameræ, pro omnibus ministris, siue maioribus, siue minoribus. *Pius 4. constit. 87. cum inter.*
Cameræ Thesaurarius. Vide, *Thesaurarius.*
Cameræ Auditor. Vide, *Auditor.*
Cameræ Procurator. Vide, *Procurator.*
Cameræ Vicecancellarius. Vide, *Vicecancellarius.*
Cameræ Fiscus. Vide, *Fiscus.*
Cameræ Notarij. Vide, *Notarius.*

Camerarius Apostolicæ Cameræ.

Camerario conceditur iurisdictio ampla, procedendi contra piratas; contra imponentes noua pedagia; & ferentes arma Saracenis. *Vrban. V. constit. 1. Apostolatus.* Vide, *Iurisdictio aliquorum Iudicum Romæ.*
Camerarius summariè potest cognoscere, & iudicare causas concernentes interesse Reu. cam. Apostolicæ. *Vrban. VI. const. 1. Apostolicæ.*
Camerarij maxima authoritas super omnes Ecclesiasticos, siue Episcopos, siue alios Prælatos. *ibid. Leo X. constit. 24. Licet.* Vide supra, *Clerici camer.*
Camerario Cardinali, omnes officiales camerę tenentur obedire. *Paulus 3. constit. 41. Romani.* & alias iurisdictiones ei concedit. *ibid.*
Camerarij facultas confirmatur quò ad omnia, & amplificatur. *Iulius 3. const. 3. Licet ea.* Super omnes iudices tribuitur ei authoritas, & iurisdictio, circa pertinentia ad interesse cameræ. *ibid.*
Eadem iurisdictio, facultas, priuilegia, &c. camerarij confirmantur *à Pio IV. const. 20. Prouidentia.*
Camerarius potest iudicare causas omnes concernentes interesse cameræ; potest reuidere computa omnium officialium status Ecclesiæ; reuidere locationes, appaltus, & alios contractus initos cum camera; potest seuerè agere cum occupantibus bona cameræ, potest procedere manu regia, & sine appellatione partis; omnes officiales, ac Thesaurarij ei obedire tenentur. *Pius 4. constit. 26. Romanum.*
Vide, *Iurisdictio Iudicum Romæ.*
Reformatur authoritas camerarij, & præscribitur ad quas causas possit se extendere. *Pius 4. const. 55. Romanus.*
Camerarij facultas circa viarum Romæ ornatum, reparationem, & manutentionem. manu regia potest in hoc negotio procedere. *Pius 4. constit. 102. Inter multiplices.*
Camerarius Sedis Apostolicæ, sine vllo pretio instituitur. *Clemens 8. constit. 65. In conferendis.* Idem Pontifex concessit cameratio, vt sit Præfectus Breuium. *ibid. §. 5.*
Camerarij potestas dirigitur ad procurandos cameræ reditus, ad exigendum credita, soluendum debita. §. 6. camerarij prouentus circa spolia, & alia. *ibid.*
Camerarius non potest extra statum Ecclesiæ, concedere Iudæis licentias, (seu quas vocant tolerantias) circa fœnera, seu vsuras; in Vrbe verò, ac statu Ecclesiæ, quomodo potest concedere. *ibid.*
Non potest dare saluos conductus, seu cedulas de non grauetur contra mandata aliorum iudicum. *ibid.*
Non potest concedere tractas, vt dicunt, seu extractiones frumentorum, bladorum, &c. extra statum Ecclesiæ, nec etiam ad Ciuitatem, & Legationem Bononiæ, vel Ferrariæ, sine chirographo Papæ. *ibid. §. 18.*
Notare tenetur omnes extractiones, quæ cum chirographo conceduntur. *§. 18.*
Potest aliquas extractiones concedere prope Vrbem per spatium 40. milliariorum, & quas, seu de quibus, & quantas, ac quot. *ibid. §. 19.*
Non potest concedere licentias emendi frumenta, blada, &c. personis, ac familijs, vltra vsum vnius anni. *ibid. §. 21.*
Omnes licentiæ, quas potest Camerarius concedere. *ibid. per multos §§.*
Camerarius non habet tribunal criminale proprium, sed in casu vti potest aliquo ex iudicibus ordinarijs. *ibid. §. 34.*
Inter camerarium, & Gubernatorem dari (statuit) præuentionem in causis furti, & pignorum quò ad Hebræos, & bancherios. *§. 35.*
Camerarius solum, & nullus alius iudex potest se intromittere in causis venditionis pignorum Iudæorum. *Clem. 8. ibi in addit. §. 3.*
Camerarij iurisdictio, & extensio, quæ nunc est in vsu, & praxi quoad omnia, quæ potest facere, declaratur, & determinatur *à Paulo 5. const. 71. tit. de camerario, & camera Apostolica.*
Quæ omnia ibi legenda sunt, quia prolixa.
Camerarius Sede Romana vacante; non expirat. *Clement. de elect. c. Ne Romani.*
Si camerarius moritur, Sede Romana vacante, alius potest eligi à collegio Cardinalium. *Clem. ibid.*
Camerarij morientis beneficia, à Papa conferenda.
Vide, *Beneficia Papæ reseruata.*
Camerarius, punire potest personas communitatum, delinquentes in regimine earum. *Clemens 8. constitut. 10. pro commissa §. 24.*

Cameræ Apostolicæ Commissarius.

Commissariatus cameræ est officium vacabile, eius iurisdictio, & emolumenta. *Sixtus V. const. 44. ad excelsum.*
Eius officium est, iura cameræ defendere contra quoscumque. Administrat, & curat Archiuij scripturas. *ibidem.*
Multa ei conceduntur priuilegia; Papæ fit familiaris cum parte à Palatio habenda. ampla ei datur iurisdictio, seu facultas. *ibid. per §§. 18.*
Commissarius cameræ semper citari debet, quando agitur de quibusdam causis, in quibus camera habet interesse, vt in casu negotiationis illicitæ, &c. *Pius V. constit. 51. Attendentes.*
Vide, *Cameræ Apostolicæ causæ.* Vide, *cameræ Apostolicæ census.*

Cameralia onera.

Cameralia onera omnes tenentur soluere, nullo excepto. *Paulus V. const. 11. in maximis. Innocentius X. constit. 7. Et si ea.* Reuocat omnes concessiones in contrarium.
Omnia priuilegia, & gratiæ concessæ in præiudicium cameræ, in qualibet materia, reuocantur. *Innocentius X. ibid.* Excipit regulares, & alios. *ibid.*
Vide, *Exemptiones.* Vide, *Camera.*

Campana.

Campanæ in oratorijs esse non possunt. *De priuilegijs capit. patentibus.*
Campanarum pulsatio à fratribus, & Parochis facienda est secundum antiquam consuetudinem circa horam, & tempus. *Extra, de tregua, & pace c. Vices.*
Excepto Sabbatho sancto, in quo fratres non possunt pulsare campanam ante Ecclesiam matricem. *Leo X. constit. 22. Dum intra.* Vide, *Regulares. Conc. Lateran. 5.* vt infra.
Campanæ, neque à sæcularibus clericis, neque à regularibus in Sabbatho sancto pulsari possunt ante Ecclesiam matricem sub pœna ducatorum centum. *Concil. Gener. Lateran. 5. sess. 11. const. 4. circa medium.* Vide, *Sabbathum.*
Campanæ pulsandæ sunt transeunte Episcopo per loca, & vi-

cos, &c. *concil. Rauenn. 3. post Clemen. V. ca. 6.*
Campanæ non sunt pulsandæ tempore interdicti, alicuius terræ, Ciuitatis, &c. nisi ex priuilegio id habeant loca illa. *de priuilegijs cap. Quod nonnullis. & de sentent. excommunicat. in 6. cap. Alma mater.*
Campanas plures (olim) habere non poterant in campanili mendicantes. *Extra, de officio Custodis cap. vnico.*
Campanæ nouæ solemniter benedicendæ, prout in Rituali. *concil. Rauenn. 2. sub Clem. V. c. 8.*
Campanæ benedicuntur ad terrendum dæmones, qui impediunt Christianos per eas excitari, ne benefaciant. Item ad repellendum grandines, fulmina, tempestates, & alias aereas impressiones. *concil. colon. 2. par. 9. c. 14.*
Campanæ Ecclesiæ pulsandæ non sunt ad designanda supplicia, & mortes, quæ dantur reis. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Ecclesijs, & earum vsu*, in fine.
Campanæ quanto tempore pulsandæ pro exequijs defunctorum, ab Episcopo statuatur. *ibid.*

Cancellaria Apostolica.

Cancellariæ Apostolicæ collegium ex 72. officialibus constans stabiliuit *Sixtus 4. const. 16. Diuina.* Dicuntur Abbreuiatores. *ibid.* Aliqui sunt Præsidentes de parco maiori, & sunt 22. Alij 22. de parco minori. Alij examinant literas, & ijs officialibus competit literas signare.
Qualitates eorum, vt assumantur, *ibid.* possunt alia officia habere, debent habitu decenti vti, quomodo diuidendę inter eos supplicationes, quid pro labore accipere possunt, à quo conficiendæ minutæ, possunt officia resignare, vel liberè, vel in fauorem alterius, literæ Apostolicæ pro eis gratis expediendæ, possunt statuta facere modo collegiali. Non possunt expedire literas non signatas à Vicecancellario, signatas possunt acceptare, & disponere.
Vicecancellario subduntur; & in hos ampla est potestas Vicecancellarij, *ibid.* Distinctè per extensum.
Cancellariæ Apostolicæ secretarij ex septem ad numerum 24. augentur, & quare. *Innoc. 8. const. 12. Non debet.*
Cancellaria Apostolica, quas causas, & commissiones potest expedire. *Pius 4. constit. 54. Vniuersi, per 24. §§.*
Quas post *Pium 4.* & sub qua forma potest expedire. *Pius 5. const. 90. Romani.*
Cancell. Apostol. literæ faciunt fidem in omni iudicio. *Vrb. 8. const. 6. cap. 28.*

Cancellariæ Apostolicæ officiales, distinctè.

Abbreuiatores. Vide, *Abbreuiatores.*
Regens cancellariæ Apostolicæ à Vicecancellario instituitur. *Sixtus 5. const. 106. cum pro sanctæ.*
Officiales omnes, & eorum officia assignantur *à Martino 5. constitut. 3. In Apostolicæ.*
Registratores cancellariæ quale sit officium eorum; quid possunt exigere pro registro; non possunt differre registrationem; neque arguere malitiosè de mala expeditione, sub pœna excommunicationis reseruatæ Papæ. *Martinus 5. const. 3. In Apostolicæ §. 13.*
Assistentes cancellariæ, qui sint, & eorum officium. *Martinus 5. vbi supra.* Tenentur esse præsentes in diebus cancellariæ hora deputanda à Vicecancellario, & non possunt recedere, nisi completis omnibus, & qui opportunè non accedunt, quam pœnam incurrant. *ibid. §. 7.*
Bullatoris officium, & quid possit pro suo labore accipere pro literis bullandis. *Martinus 5. ibid. §. 13. & 34.*
Corrector cancellariæ, quas literas potest expedire, & in qua instantia. *Pius 4. const. 54. Vniuersi, per 24. §§.*
Cubicularius cancellariæ à Vicecancellario instituitur, & tres sunt. *Sixtus 5. constitut. 106. cum pro sanctæ.*
Custos, seu sinescalcus, Cancellariæ à Vicecancellario instituitur. *Sixtus 5. ibid.* Officium custodis. *Martinus 5. const. 3. In Apostolicæ §. 8.* si delinquit, quomodo puniendus. *ibid.* & etiam priuandus, præsertim cum executionem literarum retardat. *ibid.*
Notarij cancellariæ, quam summam exigere possunt pro labore; & si delinquunt, puniendi. ibi *Martinus 5. §. 2.*
Ostiarius Cancellariæ instituitur à Vicecancellario, est vnus, & quale eius officium. *Sixtus 5. constit. 106. c. cum pro sanctæ.*
Scutiferi cancellariæ Apostolicæ, sunt septem, à Vicecancellario instituuntur, & de numero participantium sunt. *Sixtus 5. ibid.*
Scriptores cancellariæ, per se ipsos tenentur officium exercere, excepto casu infirmitatis, vel alio impedimento à Vicecancellario probando. *Martin. V. constit. 3. In Apostolicæ §. 4.*
Scriptores præfati habere non possunt officium causarum Pœnitentiariæ; alias vtroque priuandi. *ibid. §. 5.*
Scriptores Pœnitentiariæ ad Cancellariam translati sunt, & quod sit eorum officium. *Pius 5. const. 84. In earum.*
Secretarij Cancellariæ, quare ad 24. aucti sunt. *Innoc. VIII. constit. 12. Non debet.* Officium eorum, & emolumenta. *ibid.* Multa eorum priuilegia. *ibid.*
Sollicitatores cancellariæ 25. fuerunt instituti, quale eorum officium, & emolumenta. *Sixtus V. constitut. 106. cum pro sanctæ.*
Officialium omnium regulæ, ac præcepta præscribuntur distinctè *à Martino V. in const. 3. in Apostolicæ*, per totam.
Officiales, seu collegium cancellariæ, quas causas potest expedire, vel committere. *Pius 4. const. 54. Vniuersi.*
Procuratores contradictoriarum, & correctores non se ingerunt in causis, in quibus adsunt rescripta Papæ *in Signaturæ Iustitiæ. ibid. Pius 4. const. 54.*
Summator cancellariæ, eiusque officium. *Alexand. 6. const. 10. In eminenti.*
Vide, *Officiales.*

Cancellariæ Regulæ.

Cancellariæ regulæ obseruandæ pro expeditionibus literarum, reformatæ, & præscriptæ sunt ab Vrbano 8. *in const. 6. Sanctissimus per 71. capita.*

Cancellariæ Apostolicæ Vicecancellarius.

Vicecancellarij iurisdictio, ac potestas. *Sixtus 4. constitut. 6. Diuina.* Omnes cancellariæ Officiales ei subduntur. *ibid.*
Vicecancellarius habet annexum titulum Sancti Laurentij in Damaso; habet ibi Palatium, & iurisdictionem. *Clemens 7. const. 34. Etsi ad singula.*
Vicecancellarius de multis officijs potest disponere in cancellaria, & quomodo. *Sixt. V. const. 106. c. cum pro sanctæ.*
Potest resignationes officiorum admittere, &c. alia. *ibid.*
Vicecancellarius potest committere absolutionem eorum, qui ignoranter scribunt, corrigunt, vel delent aliquid in literis Apostolicis cancellariæ. *Vrbanus 8. constit. 6. Sanctissimus cap. 71.*
Potest corrigere nomina, & cognomina, non tamen eorum, quibus facta est gratia. *ibid.*
Potest committere in curia causas beneficiales, etiam non deuolutas, cum potestate citandi ad partes. *ibid.* Potest aggrauare processus confectos authoritate Apostolica, & inuocare brachium sæculare. *ibid.* Potest mandare executionem sententiæ contra intrusos, & intrudendos per literas Apostolicas, desuper conficiendas. Potest signare supplicationes signatas manibus duorum Referendariorum, de beneficijs, siue sæcularibus, siue regularibus non reseruatis Papæ, quæ non excedunt valorem centum florenorum auri de camera. *ibid.* Potest signare supplicationes signatas à duobus Referendarijs de nouis prouisionibus, si neutri, & subrogationibus de litigantibus, dummodo non importent generalem reseruationem.
Potest prorogare terminos ijs, qui arctantur ad suscipiendos ordines, vsque ad statuta tempora. *Vrban. 8. ibid. c. 71.*

Cancellariæ Status Ecclesiastici, & Cancellarij.

Cancellariæ in statu Ecclesiæ institutę absque onerosa causa, subduntur immediatè cameræ Apostolicę disposition*i. Paulus 4. const. 10. Roman. & Pius 4. const. 82. Supernæ.*

Cancel-

Cancellariæ in statu Ecclesiæ sunt vacabiles, & per Thesaurarium Cameræ conferuntur. *ibid. in c. Continua. Pius 4.*

Cancellariæ officium, si sit Prouinciæ, emi non potest à personis Prouinciæ. *Paulus 4. ibid.*

Cancellarij Prouinciarum gaudent priuilegijs Notariorum Romæ. non possunt participare in lucro cum Gubernatoribus, Legatis, &c. superioribus, possunt arma gestare, habitationem habere debent à Gubernatoribus. quas scripturas ipsi soli possunt facere; quod pretium pro scripturis accipere, non possunt reuelare examina, nec dare eorum copiam sub pœna priuationis officij; & accusans eos lucratur quartam partem pœnæ, quos libros tenere debent, quæ tenentur scribere, & adnotare cum fidelitate, pœnæ contrafacientium, tenentur Syndicatum dare cum Gubernatore in fine officij istius, cedentes, vel vendentes officium, tenentur consignare fisco omnes scripturas, possunt exercere officium per substitutos, sed non Prouinciales, si officium sit Prouinciæ; vel Ciuitatis, si Cancellaria sit Ciuitatis. Cautiones dandæ pro substitutis, quæ sunt, & alia ibi pertinentia ad Cancellarias, siue Prouinciarum, siue Ciuitatum, vel aliorum locorum. *Paulus IV. vbi supra.*

Cancellarij Episcoporum.

Vide, *Notarij*.

Cancellariæ *Episcopales*, nec vendi, nec locari possunt. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Notarijs*. Pro his cancellarijs habendis, nihil soluatur. *ibid.*

Candelæ.

Candelarum portionem exigere non possunt à regularibus Parochi. Vide, *Regulares*.

Candelæ in Missa accendendæ. *De celebrat. Missarum cap. fin.* Vide, *Missa*.

Candelæ ante finem missæ non extinguendæ. Vide, *ibid.*

Candelæ, quæ inseruiunt pro missa, & alijs diuinis, non sint tam paruæ magnitudinis, quæ non deceant maiestatem diuinam. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. Communia de ratione diuinorum officiorum.*

Canes.

Canes ab Episcopo, non sunt alendi. *dist. 34. c. Episcopum, concil. Matiscon. 2. c. 13. concil. Epaunense cap. 3. concil. Agathense c. 55.* Sub pœna excommunicationis per tres menses. *concil. Later. 3. can. 4. concil. Agathense, ibid. & de clerico venatore cap. 1. & 2.* vbi est sermo de canibus venaticis.

Neque Presbyteri tenere possunt canes venaticos, sub pœna excommunicationis per duos menses. *ibid.*

Neque diaconi possunt canes venaticos alere. *concil. Agathense c. 55. de clerico venatore cap. 1. & 2.* sub pœna priuationis ab omni officio. *concil. Vormatiense cap. 17. concil. Lateran. 4. c. 15.* Quibus in locis omnibus clericis id prohibetur. *ibid.*

Canibus dari non debent sancta. *11. q. 3. cap. Quando.*

Canes venatici in Ecclesiam inferri non possunt, & pœnæ. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Eccl. & de earum cultu.*

Canones Apostolorum.

Canones, qui dicuntur Apostolorum (vulgò) ab aliquo reijciuntur, vt Apocrifi. *dist. 16. cap. canones*, ab aliquo recipiuntur 60. vt legitimi, vt à S. Zephirino. *dist. 16. cap. Sexaginta* ab aliquo recipiuntur solum 50. vt à Leone IX. à sexta verò synodo recipiuntur 85. *dist. 16. cap. Placuit.* Martinus verò Primus aliquos approbat. *epist. 9.*

Vide, *Apostolus*.

Canonum vigor, notitia, & obseruantia, &c.

Canonum scientia est necessaria sacerdotibus. *dist. 38. cap. nulla, & c. Quæ ipsis, & c. nulli sacerdotum. Cœlest. 1. ep. 3. c. 1.*

Canonum rigor ex necessitate relaxatur. *1. q. 7. cap. Tanta. Gelasius ep. 9.*

Canones ex tempore, loco, & occasione, sunt iudicandi. *dist. 29. cap. Sciendum, & cap. Necesse.*

Canonum rigor intuitu pietatis, non relaxatur. *1. q. 7. cap. Si qui, vel temeritate.*

Canonum transgressores, blasphemant Spiritum Sanctum. *25. q. 1. cap. Violatores.*

Canonum transgressores altario non inseruiant. *25. q. 1. cap. Hæc consona.*

Canones Sedis Apostolicæ custodiendi. *concil. Romanum sub Hilario cap. 1. Iul. 1. epist. 1.*

Canonicam authoritatem, contemnentes sunt infames. *concil. Nicænum ex Iulio 1. cap. 13.*

Canonum contemptores, si laici, excommunicandi; si clerici, priuandi sunt honore. *concil. Carthag. 3. in addit. c. 5. Gregor. I. lib. 6. epist. 31. lib. 2. ex reg. ep. 32. Adrian. 1. c. 48.*

Canones Ecclesiæ ab omnibus intemeratè seruandi. *concil. cabilon. 2. c. 2. De constitutionibus c. Canonum.*

Canonum violatores, si moniti non corriguntur, sint anathema. *concil. Meldense c. 13.*

Canonum Ecclesiæ, conditor est Papa. *Extrau. Ioann. 22. de verbor. signific. c. ad conditorem.*

Vide, *Sedes Apostolica*. Vide, *Papa*. Vide, *concilia*. Vide, *Ecclesia*. Vide, *Romanus Pontifex*. Vide, *Scripturæ*.

Canones Pœnitentiales.

Canones Pœnitentiales non obligant, vt ad vsum applicentur, sed pœnitentiæ imponendæ sunt, iuxta consuetudinem Ecclesiarum. *concil. cabilon. 3. c. 38.*

Canonici quò ad nomen, & originem.

Canonici nomen, idem est, ac regularis. *conc. colon. 2. par. 3. cap. 4.*

Canonicorum prima origo fuit in monastica disciplina. *ibid.*

Canonici quò ad electionem.

Canonicorum electio potest (si est consuetudo) pertinere ad capitulum. *De elect. cap. Cum Ecclesia.*

Canonicis priuatis potestate eligendi, electio deuoluitur ad Papam. *De elect. in 6. cap. Quamquam.*

Canonico electo in alium canonicatum, vel præbendam, vacat primus canonicatus, vel præbenda. *de conces. præbendæ cap. Literas.*

Canonicus fieri potest habens ætatem 26. annorum completorum, *de ætate, & qualit. & ord. c. vnico.*

Canonicus in Ecclesia Cathedrali, eligi non potest, nisi quindecim annos habeat, & sciat legere, ac cantare diuinum officium. *concil. Rauennat. 2. sub Clem. V. c. 16.*

Canonicus in collegiata, eligi non potest, qui duodecim annos non habet, & nescit legere & cantare officium. *concil. Rauenn. sub Clem. V. c. 16.* Sed *concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 12.* statuit, neminem fieri posse canonicum, neque cum cura, neque sine cura, nisi sit idoneus, & 22. annos habeat ætatis.

Canonicus, nullus potest eligi, sine Episcopi consensu. *concil. Rauennat. 4. sub Ioanne 22. c. 5.*

Canonicus eligi non potest, qui nescit loqui latinè. *concil. Tolet. 22. cap. 10.*

Canonicus eligi non potest, qui non habet illum ordinem, quem requirit canonicatus ex fundatione, vel intra tempus debitum non potest illum recipere. *concil. Trident. sess. 24. de refor. c. 12.*

Canonici ita eligendi, vt dimidia saltem pars sint Presbyteri; alia diaconi, & subdiaconi; sed si est consuetudo, vt omnes, vel maior pars sint Presbyteri, obseruetur consuetudo. *concil. Trident. ibid.*

Canonicorum dimidia fere pars, sint magistri in Theologia, vel doctorati, aut saltem licentiati, siue in Theologia, siue in iure canonico. *concil. Trid. ibid. c. 12.*

In canonici acceptatione facienda, omnes sunt vocandi (nisi

obstet consuetudo) alias opponere possunt non vocati de contemptu. *De præbendis in 6. cap. Cum in Ecclesijs.*

Canonicus impubes, non vocatus ad electionem, non potest agere de contemptu. *De elect. &c. in 6. cap. Ex eo.*

Canonici eligi non possunt, laici. *De institutionib. cap. In Ecclesia.*

Canonicatus omnes vacantes in curia à Papa conferendi. *Extra, de præb. & dignit. c. Ad regimen.*

Canonicus eligi potest, etiam ignobilis, vel non multum literatus, etiamsi consuetudo sit contraria. *De præb. & c. cap. Venerabili.*

Canonicatus vnius collatio facta duobus non tenet. *ibid. cap. Dilecto filio.*

Canonicatum impetrans in Ecclesia numerata, si alteretur numerus, & de alteratione non fiat mentio, nulliter impetrat. *De rescriptis cap. Constitutus.*

Canonicus eligi, quis non potest in Ecclesia, in qua fuit Pater; & si fit, nulla est, & præsertim si fit spurius. *Concil. Later. 4. cap. 31.*

Canonici eligi non possunt indigni, vel ignari. *Concil. Mogunt. 4. c. 86.* Vide, *Benef.*

Canonici quò ad Præbendas, & Ecclesias.

Canonici habere debent præbendas, seu reditus, ex quibus viuant, & ad hoc debet Episcopus attendere. *Concil. Arelat. 3. c. 9.*

Canonicus acceptatus à Capitulo debet, quam primum habere præbendam. *De præbendis cap. Relatum.* Interim verò habere debet distributiones. *ibid. cap. Dilectus filius.*

Canonico recepto tenetur capitulum dare præbendam. *De conces. præben. cap. Cum super. & de simonia cap. Iacobus.*

Canonicus receptus authoritate Papæ, etiam ad mandatum alterius, præferendus est in præbenda. *De præb. in 6. cap. Is qui.*

Canonicus receptus authoritate Legati Papæ habentis speciale mandatum, intelligitur receptus authoritate Papæ. *ibid.*

Canonicus receptus authoritate Papæ habere debet primam præbendam, quæ vacat, & hæc nequit alteri dari; imò si Episcopus etiam ignoranter alteri det, nulla est collatio. *de præb. in 6. cap. Si postquam.*

Canonicis antiquis subtrahi non potest præbenda ex aliorum multiplicatione. *De constit. c. cum M. Ferrarien sis.*

Canonicus statim ac est acceptatus, debet fructus percipere de canonicatu, & non expectare aliquot annos, nisi sit tale onus in fundatione canonicatus. *Concil. Senon. in decr. morum cap. 21.*

Si canonicatus, aut præbendæ tenues sint, possunt Episcopi aliqua beneficia non regularia eis vnire, vt possint canonici sustentari. Si ea non habeant, possunt supprimere aliquas præbendas cum consensu Patronorum, si sint iura patronatus, & fructus applicentur quotidianis distributionibus. Canonici autem, seu præbendarij reducantur ad paruum numerum, qui tamen sufficiat seruitio Ecclesiæ. *Concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 15.*

Canonicus vni Ecclesiæ potest inseruire. *Dist. 71. cap. Sanctorum.* Vide, *Beneficiati.*

Canonici quò ad vitam, mores, & conuictum, ac habitationem.

Canonici, & clerici debebant olim omnes habitare in vno claustro simul, & in vno refectorio edere, & de vno erario vestimenta accipere. *Concil. Turon. 3. cap. 23. Concil. Mogunt. 1. c. 9. Concil. Meldense c. 53.*

Canonicorum forma viuendi, præscribenda est ab Episcopo. *concil. Arelat. 4. c. 6.*

Canonici tenentur habitare in ædibus canonicalibus. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de clericalibus ædibus.*

Si ab his domibus canonici absunt ex iusta causa, nullus potest in eis habitare. *ibid.* Si indigent reparatione, ab eis reparandæ. *ibid.*

Canonicorum ædes habeant vnum atrium, quod vna claue claudatur à Decano, vel alio ex Episcopi arbitrio, & Episcopus indicare debet horas functionum faciendarum, vt edendi, &c. *ibid.*

Canonici indigni monendi sunt, vt se corrigant; quod si non faciant, priuandi sunt. *Concil. Mogunt. 4. c. 86.*

Tenentur vestitu decenti vti, tam intra, quam extra Ecclesiam. *Concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 12.* Tenentur abstinere à ludis, choreis, aucupijs, venationibus, &c. *ibid. c. 12.*

Vide, *Clerici.*

Canonici quò ad obligationem residendi.

Canonicus tenetur residere ob seruitium Ecclesiæ. Vide, *Residentia.* Vide, *Beneficiati quò ad residentiam.*

Canonici vacantes studio exempti sunt à residentia, & fructus percipiunt. *Concil. Sabinense c. 21. Concil. Colon. 2. par. 3. cap. 21.* sed non possunt habere distributiones. *ibid.* & cum licentia superiorum, vel capituli debent pro studijs abesse. *ibid.*

Canonici studiosi mittendi sunt ad studia Theologiæ in Vniuersitate, & interim fructus percipiant, exceptis distributionibus, dummodo non vacent vanis studijs. *Concil. Colon. 3. tit. quò ad instituendam c. 5. Conc. Sabinense c. 21.*

Canonici in minoribus mittendi sunt ad studia, & eximantur à residentia, cum pacto tamen, & iuramento, quod si deserant clericatum, satisfacient de omnibus fructibus perceptis. *concil. colon. 3. ibid. c. 6.*

Tales canonici segnes in studijs, vel non idonei ad studendum, carent hoc priuilegio. *concil. Mogunt. 4. cap. 66.*

Canonici absentes ob causam Ecclesiæ, vel, vt pergant ad Concilium, fructus percipiunt, sed non distributiones. *concil. constantiense sess. 19. circa finem.*

Canonicus aliquis ex Cathedrali, compellendus est ad studium Theologiæ, & interim fructus percipiat. *Concil. Sabinen. c. 21.*

Canonici duo assistentes Episcopo, exempti sunt à residentia, & gaudent fructibus. *ibid. c. 21. de cler. non residen. cap. Ad audientiam.*

Canonicus absens plusquam per tres menses, vel plusquam permittit obligatio suæ Ecclesiæ, pro primo anno priuatur media parte fructuum, quos fecit suos: si iterum sic negligens sit, priuatur omnibus illius anni, si crescit contumacia, procedendum ad vlteriora, iuxta canones. *Concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 12.*

Canonico appellante in causa residentiæ, interim ab ordinario ponatur Vicarius de fructibus beneficij sustentandus. *De appellation. & recusat. cap. Peruenit il 2.*

Canonici quò ad alias obligationes.

Canonici tenentur ad recitandas horas canonicas, simul, in choro. *Concil. Turonense 3. c. 23. Concil. Meldense c. 53.*

Canonici tenentur choro interesse, qui verò absunt priuandi sunt distributionibus illius horæ. *Concil. colon. 2. p. 3. c. 10.*

Non possunt per alios interesse, seu eis committere vt intersint. *ibid. c. 5.*

Tenentur interesse toti missæ, alias distributionibus priuandi pro rata. *ibid. c. 10.*

Canonici non possunt per capellanos, diuina persoluere, sed per se tenentur ea implere munera. *concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 12.*

Tenentur assistere Episcopo celebranti Pontificaliter, vel alia Pontificalia exercenti. *ibid. c. 12.*

Tenentur abstinere à ludis, choreis, aucupijs, & venationibus. *concil. Trid. ibid. c. 12.*

Tenentur vti veste talari decenti, tam intra, quam extra Ecclesiam. *ibid. c. 12.*

Canonicus absens à Choro, quando, & quantis caret distributionibus. Vide, *Distributiones.*

Canonicatum obtinens, tenetur intra duos menses emittere professionem fidei, & iurare de stando sub obedientia Ecclesiæ Romanæ, alias non facit fructus suos. *ibid. c. 12.*

Canonicus obligatus ad dicendam Missam, vel Euangelium, vel Epistolam, habere non potest canonicatum, nisi illum ordinem habeat, vel intra tempus debitum habere possit.

Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 12. Concil. Moguntin. 4. c. 72. Sub pœna priuationis. Vide, *Beneficiatorum obligationes*. & quantum sit tempus, intra quod debet ordinari. *ibidem*.

Canonicus tenetur esse præsens in Ecclesia, neque potest vltra tres menses ab ea abesse. Vide, *canonici quò ad residentiam*. Vide, *Beneficiati*.

Canonici tenentur assistere concionibus, quæ habentur in festis intra annum, in Quadragesima verò, & Aduentu frequentissimè. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Prædicatione Verbi Dei*.

Canonici tenentur esse præsentes, dum consecratur Chrisma. *concil. Mediol. ibid. tit. de baptismo*.

Canonici ita disponendi per hebdomadas, vt vnus Missam cantet, & vesperas, deinde alij, &c. & ita circulariter fiat; si quis deficiat in suo officio, distributione trium dierum priuandus, quæ diuidatur alijs inseruientibus in Choro, data parte ei, qui suppleuit munus absentis. *concil. Mediol. ibid.*

Reliqui canonici, Antiphonas cantare debent à Mansionario dictatas. *ibid.*

Canonici absentes, dum Episcopus celebrat, vel alia Pontificalia exercet, pœna Episcopi arbitrio puniendi. *ibid.*

Canonicus non exercens munus canonicatui adiunctum, priuatur distributione debita illi muneri, nisi legitimè sit impeditus, *vel ex licentia superioris* absit. *ibid.*

Canonici, dum diuina celebrantur, non possunt Capitula, seu congressus facere, nisi necessitas vrgeat; alias non possunt percipere distributiones illius horæ, vel functionis, quæ celebratur, dum fit capitulum. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de iis, qui dignitates habent, &c.*

Canonici non obedientes tabellæ in Sacristia ordinatæ pro seruitio Ecclesiæ, priuantur distributione illius muneris, in quo peccant. *conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de Magistro chori*.

Canonici tenentur deducere, & reducere Episcopum venientem ad Ecclesiam ad celebranda diuina, & inde redeuntem. *concil. Mediol. 1. p. 2. tit. de Missa solemni*.

Canonici ad processiones tenentur ire cum superpelliceis, alijsque vestibus sacris, prout de more. *concil. Mediol. 1. part. 2. de Processionib.*

Quomodo se gerere debet canonicus, non recitans officium, in distribuendo partem fructuum pauperibus, vel fabricæ, & quam taxam debet seruare ex dispositione *Pij V.* Vide, *beneficiati quò ad alias obligationes*.

Canonici cathedralis in publico non possunt portare caputium. *concil. Later. 5. sess. 9. in Bulla de reform. cur. c. 2.*

Canonici nihil possunt soluere, siue pro electione, siue pro receptione. *De simonia c. Iacobus*. Vide, *beneficia non obtinenda cum pretio*.

Vide, *capitulum*. Vide, *Beneficiatorum obligationes*.

Canonici quomodo ab Episcopo iudicandi.

Vide, *Capitulum*, infra.

Canonicorum numerus; multiplicatio, & diminutio.

Canonici multiplicari debent, si reditus multiplicantur. *De const. cap. cum M. Ferrariensis*.

Canonicis antiquis subtrahi non potest præbenda, per hoc, quod alij adiunguntur. *ibid.*

Canonicatum impetrans in Ecclesia numerata, si alteratur numerus, & de alteratione non fit mentio, nulliter impetrat. *De rescript. cap. constitutus*.

Vide, *Beneficiorum impetrat*.

Canonicorum numerus aliquando potest supprimi, quando præbendæ sunt adeò tenues, vt non sufficiant ad sustentationem; & hoc etiam si præbendæ sint iura patronatus, tamen cum consensu patronorum; & tunc præbendæ, quæ supprimuntur applicandæ sunt quotidianis distributionibus, & canonici, seu præbendarij reducendi sunt ad paruum numerum. *Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 15.*

Canonicorum numerus ita fit distributus, vt saltem dimidia pars sint Presbyteri, & dimidia Diaconi, & Subdiaconi: sed si consuetudo sit, vt omnes, vel plures sint Presbyteri, sic obseruetur. *concil. Trident. ibid. c. 12.*

Canonici priuilegiati à Papa, si aliquis impetrat canonicatum supra numerum, non possunt excipere illum de numero. *de rescript. cap. Pro illorum*.

Canonicorum numerus, non potest ab aliquo restringi sine causa. *de constit. c. Ex parte*.

Canonicorum numerus, in Ecclesia debet esse determinatus, nec potest augeri sine licentia ordinarij. *concil. Rauennat. 4. sub Ioann. 22. c. 8.*

Canonicorum numerus si est ita excedens vt sustentari non possit, diminuatur. *ibidem*.

Vide, *capitulum*.

Canonici circà Papam.

Canonicus à Papa factus habet ius ad primam præbendam, quæ vacat, & nulli alteri dari potest: quod si detur, nulla est collatio: etiam si ignoranter detur. *De præbend. in 6. cap. Si postquam*.

Canonicus receptus authoritate Papæ, etiam ad mandatum alterius, præferendus est in præbenda. *de præbend. in 6. cap. Is qui*.

Canonicus receptus authoritate Legati Papæ, habentis speciale mandatum, intelligitur receptus authoritate Papæ. *ibidem*.

Canonici statuentes se defendere, & nullum recipere canonicum factum à Papa, &c. puniendi sunt vt coniurantes. *de verborum significatione in 6. cap. constitutionem §. cæterum*.

Canonicus receptus ab alijs vigore literarum Apostolicarum de recipiendo, si ad eos non pertinebat recipere, intelligitur receptus authoritate Papæ: si verò ad eos pertinebat, receptus ab eis intelligitur. *De rescript. in 6. cap. cum aliquibus*. Vide, *capitulum*.

Canonicatus cum cura.

Canonicatus cum cura in eadem Ecclesia, potest teneri. *De præbend. in 6. cap. Super eo*. Si verò cura sit in alia Ecclesia, non potest.

Vide, *Parochus*. Vide, *beneficia plura*.

Canonici cessantes à diuinis.

Canonici si volunt cessare à diuinis, causam tenentur exprimere per publicum instrumentum, alias puniendi sunt, & tenentur ad restitutionem fructuum, quos cessantes perceperunt. *De off. ordin. in 6. cap. si canonici*.

Canonici volentes cessare à diuinis, tenentur vocare etiam absentes, & contra eum, per quem cessatur, debent adire Papam. *De offic. ordinarij in 6. c. Quamuis*.

Canonicis volentibus cessare à diuinis, Metropolitanus de hoc cognoscit, & iudicat, vt Papæ delegatus. *De off. Iud. ordin. c. Irrefragabili, §. cæterum. concil. Lateran. 4. c. 7.* si sunt canonici Ecclesiæ cathedralis.

Vide, *cessatio à diuinis*.

Canonici circa capitulum, & alia.

Canonici, qui possunt corrigere facta capituli, id faciant in termino debito, ab Episcopo præfigendo, alias Episcopus id facere potest. *De off. Iud. ordin. cap. Irrefragabili. concil. Later. 4. c. 7.*

Canonici nihil possunt agere sine Prælati licentia. *De consecrat. dist. 5. cap. In domibus*.

Vide, *capitulum*.

Canonici exempti.

Si canonici sunt exempti, Ecclesia non est exempta. *De Priuileg. in 6. c. Per exemptionem*.

Canonici intelliguntur exempti, si clerici sunt exempti. *ibid.*

Canonici exempti, quando possunt puniri ab ordinario.

Vide, *clerici exempti*.

Canonici Basilicarum Romæ.

Canonici S. Ioannis in Laterano. Vide, *Capitulum S. Ioannis.*
Canonici S. Petri. Vide, *Capitulum S. Petri.*
Canonici S. Mariæ Maioris. Vide, *Capit. S. Mariæ Maioris.*
Canonici harum basilicarum, esse non possunt illegitimi. *Gregor. 11. const. 8. Et si à sacris.*
Canonicatus horum Basilicarum reseruati sunt Papæ. *Vrb. 8. const. 6. cap. 8.*

Canonica portio.

Canonica portio morientis ab intestato, debet solui Ecclesiæ Parochiali. *De sep. c. 1.*
Canonica portio, in quibus legatis soluenda est, vel non. *De testam. cap. fin.*
Canonica portio solui non debet pro legatis, quæ relicta sunt Ecclesiæ pro fabrica, pro luminarijs, pro anniuersario, septimo, tertio, & alijs, quæ ad diuinum cultum pertinent, & relinquuntur locis pijs, dummodo non fiat in fraudem. *De testament. cap. fin.*
Canonica portio funeralis danda est Parocho, etiam à regularibus. *Extra, de sepulturis cap. Super Cathedram.* Vide, *Funeralia.*

Canonici quò ad testificandum.

Canonici esse possunt testes in causis pro sua Ecclesia, nec possunt repelli. *concil. Later. 3. in append. de testibus cogendis c. 3. causa 14. q. 2. c. Super.*

Canonici Regulares.

Canonicus Regularis, si fiat Monachus, & Abbas, postea vero redeat, remanere potest Prælatus. *De ætate, & qualitat. & ord. præficiend. cap. Intelleximus.*
Canonici Regulares non obedientes suo Priori, possunt ab eo excommunicari. *De Maior. & obed. cap. cum in Ecclesia.*
Canonici Regulares non possunt exercere munus aduocati. *De postulando cap. Ex parte.*
Possunt fieri Monachi, si religio sit strictior sua. *De Regularibus c. Sanè.*
Morientes cum peculio, carent sepultura. *De statu Monachorum, cap. Super quodam.*
Possunt præfici Ecclesiæ regulari, & sæculari. *ibid. cap. Quod Dei timorem.*
Canonicus Regularis Parochus habere debet socium sui ordinis. *ibid.*
Canonici Regulares ex proprio arbitrio non possunt fieri Monachi. *19. q. 3. cap. Nullus Abbas, & cap. Mandamus.* & si fiant remittendi sunt ad Canonicos.
Possunt tamen fieri Monachi de licentia sui Generalis superioris. *19. q. 3. cap. Statuimus.*
Canonici Regulares tenentur portare vestem lineam super habitum. *Concil. Senonen. in decr. morum c. 22.*

Canonici Regulares S. Augustini dicti Lateranenses.

Canonici isti Regulares, obtinent Ecclesiam S. Ioannis in Laterano Romæ *à Paschali 2. const. 2. Quanto, anno 1106. & ab Anastasio 4. const. 1. Potestatem, anno 1154.*
Restauratur hæc congregatio *à Bened. 12. const. 6. Ad decorem.* Vbi disponuntur eorum constituriones per 64. capita.
Per *Martinum 5.* vniuntur omnes in vna congregatione, & constitutiones eorum renouantur; ita *in const. 7. Sollicitudinis.*
Isti canonici cum fiunt Episcopi, vti possunt habitu, quo alij Episcopi, qui sæculares erant Præsbyteri. *Leo 10. const. 34. Dudum.*
Possunt festum Conceptionis B. Mariæ Virginis, etiam in Dominica celebrare. *Pius 5. const. 115. Licet Ecclesia.*
Præcedunt omnes regulares, & vadunt immediatè post clerum sæcularem. *Pius 5. const. 116. cum ex ordinum.*
Præcedere debent Monachos Cassinenses, id est, Sancti Benedicti, Congregationis Sanctæ Iustinæ, & hoc per sententiam Sacræ Congreg. Cardinalium. *Pius 4. const. 75. Sedis Apostolicæ.*
Canonicis prædictis aliquas constitutiones præfixit *Sixtus 4. const. 10. Dum ad vniuersos.* Et licet amplius non essent in Ecclesia, & Monasterio S. Ioannis in Laterano, sed in vnam congregationem essent redacti, statuit tamen, vt nomen retineant, multaque priuilegia eisdem concessit, quę innumera sunt, & eadem prorsus, quæ referūtur *in tit. Fratres minores, vel Prædicatores;* quæ non referuntur, cum per Tridentinum Concilium, & per Pontificum succedentium constitutiones multa abrogata sint, ibi autem referuntur, vt benignitas Pontificum *in regulares* eluceat.
Canonici Regulares Lateranenses, quomodo debent eligere superiores, tam Generalem, quam Procuratorem generalem, &c. alios, & ex quibus Prouincijs sumenda sunt vota ad hunc effectum: & quomodo eorum nouitij recipiendi ad Religionem. *Paulus V. const. 14. Pastoralis.*
Præfati canonici gaudent omnibus gratijs, & priuilegijs, quibus gaudent Monachi Cassinenses, & canonici S. Saluatoris Bononiæ. *Gregor. 13. const. 33. iniuncti.*
Canonici præfati tenentur portare vestem lineam super habitum. *Concil. Senonense in decr. morum. c. 22.*

Canonici Regulares S. Spiritus Venetiarum.

Hæc congregatio suppressa est ab *Alexandro 7. const. cum sicompertum, data die 28. Aprilis 1656.*

Canonici Regulares S. Augustini dicti S. Saluatoris.

Canonici præfati instituuntur, seu renouantur *à Gregor. 12. const. 2. Excitat.* Præscribitur eis forma viuendi. *ibid.*
Declarantur canonici veri Sancti Augustini, *à Calisto 3. const. 2. Sacræ.*
Multa priuilegia, & gratiæ eis conceduntur, & maximi momenti, (quæ nunc non sunt in robore.) *Iulius 2. const. 30. Inter cæteros.*
Quomodo eligendi eorum Generalis Prior, alijque Prælati: quomodo disponendæ familiæ: quantum duret superiorum gubernium. *Pius 5. const. 141. Inter cæteras.*
Quolibet triennio eligunt nouum Generalem. *Greg. 13. const. 59. Quaritur.*
Rursus renouatur, & firmatur forma eligendi superiores, visitatores, aliosque officiales; & celebrandi Capitulum generale. *Sixtus 5. const. 98. Ex varietate.*
Canonici præfati procurantes dignitates, gradus, honores, administrationes, &c. in ea congregatione per fauores quarumcumque personarum, etiam Cardinalium, priuantur acquisitis ipso facto, & remanent perpetuò inhabiles ad ea, & alia; & actiua, ac passiua voce. *Paulus 5. const. 35. Quoniam.*
Superiores verò, qui ad instantiam, & fauorem Principum, Regum, Imperatorum, Cardinalium, &c. gradus, dignitates, &c. conferunt, excommunicationem ipso facto incurrunt, & electiones, ac institutiones, nullæ sunt. *ibid.*

Canonici regulares S. Georgij in Alga.

Canonici præfati S. Georgij in Alga Venetijs instituuntur *à Greg. 12. const. 1. Illis.* vbi præscribitur forma, & regula viuendi, &c.
Eximuntur à solutione decimarum. *Eug. 4. constit. 24. quamquam.*
Obtinent omnes gratias, & priuilegia Mendicantium, & confirmationem propriorum. *Pius 5. const. 92. Ex incumbenti.*
Præfati canonici præcedunt alijs, etiam canonicis Lateranensibus. *Pius 5. const. 127. Cum alias.*
Dicti canonici non tenentur ad strictum votum paupertatis; sed priuatim etiam possidere possunt. *Sixtus 5. constit. 63. circumspecta.*
Canonici S. Georgij in Alga, tenentur deferre habitum, seu togam coloris cærulei. *Clem. 8. constit. 90. Quæ ad religiosorum.*

Canonicæ scripturæ.

Canonicæ scripturæ, quænam sint, decretum est vltimo in *concil. Trid. sess. 4. in decreto de canonicis scripturis.* & libri omnes canonici sunt num. 72.
Canonicas scripturas non recipiens, anathema est. *ibid.*
Canonicæ scripturæ, recipiendæ, & tenendæ, secundum editionem vulgatam, non secundum alias. *concil. Tridentin. sess. 4. in decr. de edit. & vsu sacrarum scripturarum.*
Canonicis scripturis fides adhibenda super omnia. *dist. 9. c. Nolimeis, & alijs. ibid.*
Canonicæ scripturæ, nullum admittunt mendacium. *dist. 16. cap. Ego solis.*
Vide, *Scripturæ canonicæ.* Vide, *Libri.*

Canonica monitio.

Canonica monitio in causis, & iudicijs, facienda est per plures vices, saltim tres, & per plures dies, nisi necessitas vrgeat. *De sent. excommunic. cap. constitutionem.*
Vide, *citatio.*

Canon Missæ.

Canonis Missæ verba, nec festinanter, nec tardè recitanda, sed distinctè, ac rotundè. *concil. Londin. 1. c. 1.*
Canon Missæ, ex traditionibus Apostolorum factus est ab Ecclesia, & nullum errorem continet. *concil. Trid. sess. 22. cap. 4. & can. 6.*
Vide, *Verba canonis.*

Canonizatio Sanctorum.

Canonizatio Sanctorum à solo Papa fieri potest. *concil. Romanum sub Ioanne 15.*

Cantus. Cantare.

Cantari non possunt in Ecclesijs lasciuæ cantilenæ. *concil. Mogunt. c. 48. concil. colon. 2. par. 2. cap. 15. concil. Senon. in decr. morum cap. 17. concil. Trid. sess. 22. in decr. de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ. concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Musica.*
Neque possunt cantari in Ecclesia Moteti vulgares, neque alia, quæ potiùs scenica sunt, quam sacra. *Extra, de vita, & honest. cler. c. Docta Sanctorum.*
Cantandi sunt hymni in Ecclesia, & Psalmi. *de consecrat. dist. 1. c. De hymnis.*
Cantantibus in choro, Angeli assistunt. *concil. Aquisgranense sub Ludouico Pio c. 132.*
Cantus musicus, modestus, & deuotus fieri potest in Ecclesia. *concil. Senon. in decr. morum c. 17.*
Cantus vsus in ecclesia est antiquus. *concil. Trouueren. cap. 5.* cantari debent in choro; Hymni cum melodia; sic & Psalmi. *ibid.*
Cantus ecclesiasticus, Mediolani institutus à Diuo Ambrosio, est secundum morem orientalium. *ibid.*
cantari prohibita in ecclesijs Romæ, ex decreto *Alexandri 7.*
Vide, *Musica.*

Cantores.

Cantores, seu Psalmistæ, absque licentia Episcopi à solo Presbytero instituuntur. *dist. 23. cap. Psalmista.*
Cantores in Ecclesia, honorandi sunt. *lib. 2. constit. Apost. cap. 28.*
Cantores tantum, possunt ex pulpito psallere. *concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 76.*
Cantores apti, & experti applicandi sunt ad psallendum, & canendum. *ibid. cap. 137.*
Cantoribus cantantibus in choro Angeli assistunt. *ibid. c. 132.*
Cantores cappellæ Papalis. Vide, *cappella Papalis.*
Cantores in choro, superpelliceo indui debent. *concil. Mediol. 1. p. 2. tit. de musica.*
Cantores in choro sint graues, & modesti. *ibid.*
Vide, *Musica.*

Capitolium, & capitolini Iudices, ac Senator.

Capitolinorum officialium iurisdictio præscribitur *à Iulio 2. const. 28. Decet.*
Capitolij Senator, ac Iudices, quas causas possunt expedire. *Pius 4. constit. 58. cum ab ipso.*
Capitolij curia reformatur, circa iurisdictionem, & alia. *Paulus V. const. 71. tit. de capitolio, & eius officialibus.* vbi omnia per extensum ad hanc curiam pertinentia.
Vide, *Iudex.* Vide, *Senator.*

Capitulum cathedralis Ecclesiæ, & aliarum.

Capitulum sede vacante confirmat, & infirmat electiones, & quales. *De maiorit. & obed. c. cum olim.*
Capitula cathedralis Ecclesiæ debent interesse concilio Prouinciali. *De his, quæ fiunt à Præl. &c. cap. fin.*
Capitulum siue Episcopo non potest noua statuta facere, vel consuetudines mutare. *De consuet. c. cum consuetudinis.*
Capituli nomine intelligitur cathedrale, quando frequentius sit *de capitulo Ecclesiæ*, non verò Diœcesanum. *De verborum signif. c. cum clerici.*
Capitulum sede vacante absoluit, quos poterat Episcopus, nisi à Papa sibi prohibeatur. *De maioritate, & obedient. in 6. cap. vnico.*
Capitulum sede vacante, non potest conferre beneficia, quæ spectant ad Episcopum. *De instit. in 6. c. 1.*
Potest tamen visitare præsentatos, etiamsi hæc institutio pertineat ad Episcopum. *ibid.*
Capitulum sede vacante, potest conferre beneficium, quod ad ipsum, & Episcopum spectabat. *Ne sede vacante, &c. in 6. c. vn.* Idemque facere potest, si Episcopus sit suspensus à collatione. *ibid.*
Capitulum sede vacante, non potest conferre beneficium, quod ad Episcopum spectabat de consilio capituli, nisi Episcopus fuerit in mora. *Ne sede vacante in 6. cap. vnico. §. cum verò.*
Capitulum non potest facere statutum, contra vtile commune, ob commodum particularium. *De constitutionibus c. cum omnes.*
Capitulo non consentiente, Episcopus non potest alienare res Ecclesiæ. *De his, quæ fiunt à Prælato, &c. c. 1. & c. cum Apostolica.*
Capitulo non reclamante, Episcopus potest alienare. *ibidem cap. continebatur.*
Capitulo ratificante alienationem factam ab Episcopo, hæc est valida. *ibid. c. cum nos.*
Capituli consensu, omnia facienda sunt ab Episcopo, alias nullæ sunt omnes institutiones, & actiones, quæ ab eo fiunt. *De his, quæ fiunt à Prælato sine, &c. cap. Nouit tuæ, & cap. Quanto.*
Capitulo non consentiente, non potest Episcopus donare Monasterijs Ecclesias Parochiales, etiam de consensu Patroni. *ibid. cap. Pastoralis.*
Capitula cathedralium inuitari debent ad concilium Prouinciale, *ibid. c. fin. & de præb. c. fin.*
In capitulis, maior pars concludit, & præualet. *De his, quæ fiunt à maiori parte c. 1. & c. fin.*
Capitulo inconsulto, non potest Episcopus donare bona Ecclesiæ. *De donationibus c. Fraternitatem.*
Vide, *Alienatio.*
Capitulum sede vacante, potest formare processum contra hæreticos. *De hæreticis c. ad abolendam.*
Vide, *Episcopus in causis hæreticorum.*
Capitulum cathedralis gubernat, si Episcopus à Paganis, vel à Schismaticis capitur, donec de alio prouideatur. *De elect. in 6. cap. Si Episcopus.*
Capitulo negligenter gubernante tempore sedis vacantis, Metropolitanus potest super illud Visitatorem deputare, sed prius vocato capitulo, & cognita causa negligentiæ. *ibid. c. fin.*
Capituli statutum de non recipiendo canonicos, &c. à Papa institutos, est nullum, & de coniuratione puniri debet. *de verbor. signif. cap. constitutionem §. fin.*

Capi-

Capituli Vicarius, vacante sede Episcopali requirendus ab Inquisitore pro causis fidei, ad quas vocari deberet Episcopus. *Clem. de hæreticis c.1.* Vide, *Episcopus in causis fidei.*

Capitulum, quando, & quomodo potest dare coadiutorem Episcopo. Vide, *Coadiutor.*

In Capitulo habent votum, soli ordinati in sacris. *conc. Rauenn. 3. post Clem. 5. c.1.*

Capitula omnia, siue cathedralia, siue alia possunt visitari, corrigi, & puniri ab Episcopo, non obstante exemptione, consuetudine, &c. in contrarium. *Concil. Trident. sess.6. de reform. c.4.*

Capitula possunt obligare se, non successores. *ibid. c.4.*

Capitula non debent facile se obligare per iuramentum. *concil. Colonien. 2. part.3. c.20.*

Capitulum, sede illius Ecclesiæ vacante, intra vnum annum à die vacationis, non potest concedere clericis, &c. licentiam ordinandi, seu literas dimissoria (nisi quis ratione beneficij, ad id necessitetur) alias capitulum concedens interdicto Ecclesiastico subiacet, & ordinati in minoribus non gaudent priuilegio clericali; in maioribus vero, suspenduntur ab exercitio ordinum. *Concil. Triden. sess.7. de refor. cap.10.*

Capitulum sede vacante, deputare debet vnum œconomum, qui redituum curam habeat, reddatque rationem ei, ad quem spectabit. *concil. Trid. sess.24. de refor. c.16.*

Capitulum sede vacante, intra octo dies tenetur Vicarium, seu officialem eligere; vel antiquum confirmare, alias ad Metropolitanum deuoluitur deputatio Vicarij. quod si Ecclesia fuerit exempta, aut Metropolitana, antiquior Prouinciæ in Metropolitana; & vicinior in exempta vicarium deputet idoneum. *Concil. Trid. ibid. ca.16.* Vicarius debet esse doctor in iure canonico, vel licentiatus, vel alias idoneus. *ibid.*

Vicarius, & œconomus præfati tenentur postea reddere officiorum rationem Episcopo nouo, & ab hoc iudicari possunt, de gestis in officijs, etiamsi à capitulo fuerint absoluti. *ibid. c.16.*

Capituli maiori, & saniori parte concurrente, tenet electio. *Honor. 3. ex cirone. De his, quæ fiunt à maiori, &c. c.1.*

Capitulum sequenti ritu ab Episcopo, est iudicandum, *ex Trid. concil. sess.25. c.6.*

Initio cuiuslibet anni Capitulum eligere debet duos, de quorum consilio, & assensu Episcopus, vel eius Vicarius, tam in formatione processus, quam in alijs actibus vti. debet vsque ad finem causæ inclusiuè, & hoc cum notario Episcopi, in domo Episcopi, & illorum duorum vnum sit votum, & alter potest Episcopo accedere. At si isti duo sint discordes ab Episcopo in aliqua definitiua sententia, vel interlocutoria, tunc intra sex dies eligant, cum Episcopo tertium; & si discordant in electione tertij, electio deuoluitur ad Episcopum viciniorem, &c. alias causa, & processus, quæ fiunt ab Episcopo contra capitulum, omniaque acta, nulla sunt. *ibid. c.6.*

Si verò delictum sit criminale, & timetur de fuga, potest solus Episcopus, initio procedere ad detentionem delinquentis; & postea seruatur dicta forma procedendi, & delinquentes, habita ratione personarum, & delicti, in loco decenti custodiendi sunt. *ibid. c.6.*

Capitulum tenetur honorare Episcopum in omni loco, & primum locum ei dare, in choro, processionibus, & alijs huius modi. *ibid. c.6.*

Capituli præfectus, vt Archipresbyter, vel alius, qui nomine Capituli subscribit literas ad Papam directas, cum maior pars non consentit, priuandus est officio, & beneficio. *De testibus cap. Tam literis.*

Capitulum sede vacante, non potest præbendas conferre. *Honorius 3. ex cirone. Ne sede vacante c.1.*

Capitulorum Procuratores admittendi in Concilijs Prouincialibus pro eorum negotijs, idem. *De his, quæ fiunt, vel, &c. cap.1.*

Vide, *Ordo procedendi.*

Capitulum, id est, congressus Canonicorum, &c.

Capitulum canonicorum potest solus Episcopus conuocare, quando vult eis aliquid proponere, & non tenetur expectare eorum commodum. *Concil. Trid. sess.25. de reform. cap. 6.*

Episcopo absente, ij, ad quos spectat, conuocare possunt capitulum, tractare negotia, &c. non vocato Vicario (nisi sit canonicus.) *ibid. c.6.*

Excipiuntur ab hoc decreto illæ Ecclesiæ, quarum Episcopi, aut vicarij ex consuetudine, vel priuilegio, habent maiorem authoritatem. *ibid. in fin.*

Capitulum non conuocandum in die festo; neque dum diuina celebrantur, nisi necessitas magna vrgeat: alias Canonici Capitulares, priuentur distributione illius horæ, in qua capitulum fit. *Concil. Mediol. 1. part.2. tit. de ijs, qui ad dignitates, &c. concil. Treuer. c.8.*

Capitula Regularium.

Capitula Regularium, quomodo celebranda. *De statu Monachorum cap. In singulis.*

Capitula Regularium, in dubijs, & difficultatibus, recurrere debent ad Papam. *ibid.*

Capitulorum tempore monasteria non grauentur per dominos temporales, milites, &c. & Episcopi hos compescant per censuras. *ibid.*

Capitula monachorum, facienda de triennio in triennium. *Honor. 3. ex Cirone. De statu Monachorum c.2. conc. Later. 4. cap.12.*

Vide, *Fratres.* Vide, *Monachi, &c.* Vide, *Regul. Elect.* Vide. *Regul. Superiores.*

Capitulum Ecclesia S. Ioannis in Laterano Romæ.

Capitulum huius Basilicæ, habet pro iudice Cardinalem Archipresbyterum. *Gregor. 13. const. 45. Cum sicut.* Vbi multa de iurisdictione Archipresbyteri in illum clerum.

Capitulum hoc dare potest licentiam, vt in suis locis, & terris, cum licentia ordinarij, erigantur loca pia, & monasteria, & reuocatur prohibitio facta circa hoc *à Pio 4. Sixtus 5. const. 19. Si cunctas.*

Loca pia præfata, subdita fuerunt ordinarijs, ac rectoribus per *Pium 4. const. 57. Regimini.*

Capituli huius fructus, & emolumenta distribuantur inter canonicos, & beneficiatos inseruientes diuinis officijs, nisi ex infirmitate, vel alia causa Ecclesiæ vtili impediantur. *Pius 4. const. 4. Cum sicut.*

Capitulum huius Ecclesiæ gaudet præscriptione centum annorum. *Honorius 3. const. 4. Sedis Apostolicæ.*

In hoc Capitulo fieri non possunt canonici, illegitimi. Vide, *Illegitimi.*

Vide, *S. Ioannis Laterani Ecclesia.* Vide, *Ecclesia.* Vide, *Basilica.*

Capitulum, seu Canonici S. Petri Romæ.

Capitulum, & Clerus Sancti Petri Romæ subditur iurisdictioni Cardinalis Archipresbyteri. *Sixtus 5. const. 102. cum ex debito. & Paulus 3. constit. 35. cum dilectus.*

Archipresbyter huius Ecclesiæ iudicare potest, ne dum causas canonicorum, & beneficiatorum, & aliorum de Clero, sed causas istorum cum exteris, & alia multa. *Paulus 3. ibid. & Sixtus 5.* Potest in ea Ecclesia exercere Pontificalia. *Sixtus 5. ibid.*

Capituli huius fructus, & emolumenta distribui debent inter canonicos, & beneficiatos inseruientes, in diuinis officijs, nisi ex infirmitate, vel causa vtili Ecclesiæ impediantur. *Pius 4. const. 41. cum sicut.*

In hoc Capitulo esse non possunt Canonici illegitimi. Vide, *Illegitimi.*

Vide, *Ecclesia Romana.* Vide, *Romana Ecclesia.* Vide, *Basilica.*

Vide, *S. Petri Ecclesia.*

Capitulum, seu Canonici Sanctæ Mariæ Maioris Romæ.

Capitulum, & clerus huius Ecclesiæ, subduntur Cardinali Archipresbytero, qui iudicat causas inter eos, & aliorum exterorum, siue sæcularium, siue regularium, cum eis. *Paulus 3. const. 19. cum sicut, in fine.*

Potest Archipresbyter præfatus dictas causas summariè, & manu regia iudicare, ac decidere. *Paulus 3. const. 18. Alias felicis recordat. Iulius 3. constit. 3. Licet. Pius 4. const. 15. cum sicut.*

Capituli huius fructus, & emolumenta distribuenda sunt inter canonicos, & beneficiatos, qui inseruiunt in diuinis officijs, nisi ex infirmitate, vel causa Ecclesiæ vtili impediantur. *Pius 4. const. 41. cum sicut.*

Vide, *S. Mariæ Maioris Ecclesia.* Vide, *Cappella S. Mariæ Maioris.* Vide, *Basilica.*

In hoc Capitulo fieri non possunt Canonici, illegitimi. Vide, *Illegitimi.*

Cappella priuata.

Cappellæ fieri non possunt in locis non exemptis, sine licentia ordinarij. *De priuilegijs in 6. cap. Authoritate.*

In his cappellis factis de licentia ordinarij, celebrari non potest, tempore interdicti. *ibid. c. Authoritate.*

Cappellæ, vel oratoria fieri non possunt in locis exemptis, sine licentia Papæ. *ibid.*

In præfatis cappellis, oratorij, domus, hospitij, &c. celebrari non potest missa prætextu concessionis Papæ, nisi visa, & examinata concessione. *Concil. Senon. in decr. morum c. 14.*

cappella fundari potest ab aliquo pro iure patronatus, si de suis bonis eam dotet: tamen in fundationis instrumento poni debet, quod institutio fiet ab Episcopo. *Concil. Trid. sess. 14. de refor. cap. 12.*

In cappellis castrorum non possunt, nec etiam Cappellani nobilium, missas dicere, vel sacramenta ministrare, aut prædicare sine Episcopi licentia. *Concil. Moguntin. 4. c. 95.*

Cappellæ Prælatorum, &c. aliorum domi. Vide, *Oratoria.*

Cappellæ Ecclesiarum, Cappellani, & Cappellaniæ.

Cappella in Ecclesia, triginta passus habere debet per circuitum. *Nicolaus I. in decr. tit. de Ecclesijs c. 3. causa 27. q. 4. cap. Sicut antiquitus.*

Cappella est interdicta, si Ecclesia est interdicta. *De sent. excommun. c. si Ciuitas.*

Cappellæ possunt annecti præbendis, si istæ sunt tenues, & quomodo. *De præb. c. Exposuisti.*

Cappellani Dominorum, seu Principum, &c. qui vsurpant res Ecclesiæ, ad quid tenentur, *Concil. Later. 3. in append. tit. De excommunicatis c. 6.*

Cappellaniæ perpetuæ non possunt propria authoritate accipi, sed de licentia Episcopi accipiendæ, & pœna. *Concil. Tolet. 18. cap. 4.*

Cappellanorum Papæ morientium beneficia Papæ sunt reseruata. Vide, *Papæ officiales.* Vide, *Beneficia Papæ reseruata.*

Cappellæ de nouo fundari non possunt; neque dirutæ, de nouo erigi, absque licentia Episcopi. *concil. Senon. in decr. morum c. 13.*

Cappellani nobilium, vbi non possunt missas dicere. Vide supra, *Cappella priuata.*

Cappellani Regij, subditi sunt ordinarijs, excepto tempore, quando inseruiunt; & quando in domibus regum, manent. *Concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 11.*

Cappellani Cardinalium cum missas celebraturi sunt, caputium in publico ferre debent. *Concil. Later. 5. sess. 9. in Bulla de refor. curiæ.*

Cappellani Papæ, multa habent priuilegia, possunt quasdam pensiones transferre, etiam in mortis articulo, possunt testari, vsque ad summam 200. ducatorum auri, de bonis Ecclesiasticis acquisitis, possunt cum priuata scriptura, testamentum facere: sunt nobiles, sicut Notarij Apostolici, licet Rochetum non deferant, sunt verè nobiles, bona eorum exempta sunt à decimis, gabellis, taxis, portorijs, plura beneficia tenere, & alia multa. *Gregorius 15. const. 49. Grata.*

Cappella Præsepe S. Mariæ Maioris Romæ.

Cappella hæc fundatur à *Sixto* 5. cum Cappellanijs, & redditibus, cum titulo iuris Patronatus Familiæ Perette. Quomodo præsentandi Cappellani, cum distincta forma regiminis huius Cappellæ. *Sixtus V. constit. 58. Gloriosæ.*

Cappella B. Mariæ Virginis in eadem Ecclesia S. Mariæ Maioris.

Cappella hæc erigitur *à Paulo* 5. & in eam fit translatio Beatæ Mariæ Virginis, instituuntur cappellani cum dote cappellæ, & redditibus cappellanorum, forma instituendi in posterum cappellanos, & alia pertinentia ad bonum regimen illius cappellæ. Protector cappellæ quis, obligationes officialium, & cappellanorum: causæ eius cappellæ à quo iudicandæ. *Paulus 5. const. 86. immensæ.*

Cappella Papalis. Cappellani, & Cantores.

Cappellæ Papalis Assistentium, Priuilegia. Vide, *Assistentes cappellæ.*

In Cappella Papali, Episcopi præcedunt Protonotarios Apostolicos. *Pius 2. constit. 4. cum seruare.*

Cappellarum Papalium numerus renouatur, & Ecclesiæ designantur, *in quibus faciendæ* sunt per Romanos Pontifices. *Sixtus 5. const. 23. Egregia.*

Cappellani Papæ, si sunt regulares, subduntur suis superioribus. *Gregor. 11. const. 6. Per Romani.*

Cappellæ Papæ cantores, 21. numero constituit *Sixtus 5. constit. 38. In suprema*, quæ salaria, & reditus eorum. Nihil accipere possunt à Cardinalibus pro cappellis. Instituit collegium eorum, nulli subiacent, nisi Papæ: qui per annos 25. inseruiunt, liberantur ab onere seruiendi amplius, & reditus habent, assignatur Protector Cardinalis, pro omnibus eorum causis. *ibid.*

Cappellani Papæ. Vide, *Papæ Cappellani.*

Cappuccini.

Cappuccinorum Religio, approbatur *à Clem. 7. anno 1528. const. 21. Religiosus zelus*, forma modusque viuendi, eis ibi præscribitur. Ex Religione Minorum Conuentualium, eam habere ortum, dicit *ibi* Pontifex.

Eam confirmat *Paulus* 3. *anno* 1536. *constit. 11. Exponi.* Conceditur eis facultas, eligendi Vicarium generalem, qui confirmari deberet à Generali Min. Conuentualium. *ibid.* & quomodo gerere se deberent superiores Conuentuales cum Cappuccinis. *ibid.*

Cappuccini non possunt transire ad religionem S. Francisci de Paula. *Pius 5. const. 45. Sedis.*

Cappuccinorum habitus, præter ipsos, nullus portare potest, & pœnæ contra transgressores. *Gregor. 14. const. 11. Beati. Gregor. 15. const. 15. Ex iniuncto.*

Cappuccinos approbatos per capitulum generale, posse audiri sæcularium confessiones, concessit *Clem. 8. const. 82. Alias*, & quomodo approbandi. *ibid.*

Cappuccini non possunt recipi in Religione fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum. Vide, *Fratres B. Mariæ de Mercede.*

Cappuccini sunt verè fratres minores Sancti Francisci, quamuis (ait Papa ibi) tempore Sancti Francisci instituti non fuerint. *Paul. 5. const. 54. Ecclesiæ militantis. §. 2.* Constitutiones eorum sunt consentaneæ regulæ Sancti Francisci; §. 3. & alia de hac Religione. *ibid.*

Cappuccini, & sunt verè fratres Sancti Francisci, & ex illius vera, ac numquam interrupta linea descendentes. *Vrban. 8. const. 68. Saluatoris.*

Cappuccini in processionibus crucem propriam gestare possunt. *Paulus 5. const. 107. Pastoralis.*

Cappuc-

Cappuccini non possunt sine licentia Papæ transire ad ordinem laxiorem. *Vrb. 8. constit. 91. Iniuncti.* Neque ad Carthusianos, aut alium similem ordinem, sine licentia scripta Generalis. *ibid.*

Vide, *Fratres S. Francisci Cappuccini.*

Capranicense Collegium.

Vide, *Collegium Capranicense.*

Captiuus.

Captiui sunt redimendi à christianis. *concil. cabilon. 2. c. 9. dist. 54. cap. Mancipia.*

Captiui per Ecclesiam redimi debent. *Gregor. 1. epist. lib. 3. ep. 17.*

Pro captiuorum redemptione, etiam sacra vasa sunt vendenda. *Gregorius 1. libr. 6. epist. 13.*

Captiui christiani à Iudæis empti, statim redimendi. *Dist. 54. cap. Mancipia.*

Captiui à quibus adiuuentur. Vide, *confalonis confraternitas, vel Archiconfraternitas.* Vide, *Fratres S. Mariæ de Mercede.* Vide, *Fratres S. Mariæ Trinitatis.*

Caputium.

Caputij forma, seu figura, aliaque accidentia circa habitum fratrum minorum remittitur arbitrio superiorum, cum in regula non reperiantur expressa. *Extrau. Ioannis 22. De verborum signif. cap. Quorumdam exigit.*

Caputio vti non possunt Canonici cathedralis, in publico. *concil. Later. 5. sess. 9. in Bulla de refor. curiæ.*

Caputium Reformatorum, & Recollectorum.

Vide, *Fratres Reformati.*

Caracter.

Caracterem imprimit baptismus, si non inuenit obicem voluntatis contrariæ. *de baptismo cap. Maiores §. finali. concil. Florent. in decr. Eugen. 4. §. Quinto Eccles. concil. Trident. sess. 7. de sacram. can. 9.*

Caracter baptismi non est corporeus. *Concil. Ephes. in epist. Cyrilli ad Nestorium. concil. Florent. in decret. Eugen. 4. §. Quinto, &c.*

Caracter à tribus Sacramentis inprimitur. *Concil. Trident. sess. 7. de sacram. can. 9. & sess. 23. cap. & can. 4.* de ordine id docetur.

Caracter est indelebilis ab anima. *concil. Florent. vbi supra. concil. Trid. sess. 23. cap. & can. 4.*

Caracter imprimitur in anima, estque signum à cæteris distinctiuum. *concil. Florentin. vbi supra.*

Carcer, carceratus, & carcerare.

Carcer Sancti Officij, sit communis Episcopo, & Inquisitori. *Clement. de hæret. cap. 1. §. Sanè.*

Carcer, & ad custodiam, & ad pœnam dari potest. *de pœnis in 6. cap. Quamuis.*

Carcerari possunt à quocumque Religiosi, falsam doctrinam prædicantes. *Extra, de regularib. c. Ad nostrum.*

Carcerari non potest appellans ad Papam. *Damasus ep. 4.* Vide, *Appellans.*

Carcerati visitandi sunt ab Archidiacono, vel præposito Ecclesiæ, in diebus dominicis, & per hunc eorum necessitates subleuandæ. *concil. Aurel. 3. c. 20.*

Carceratis facienda est eleemosyna per Ecclesiam. *ibid. c. 20.*

Carcerem passi, à clero remouendi. *Gelasius ep. 9.*

A carceratis per Episcopum, exigi debet iustum, & æquum. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de carceris custodibus.*

Carceratis ab Episcopo concedendum (si petunt) vt sibi per alios, quam per custodem necessaria ministrentur, neque per hoc asperius tractandi. *ibid.*

Carceratorum arma, vestes, bonaque alia conseruanda in loco tuto. *ibid.* & illius loci,

Carcerum claues, duæ esse debent, vna apud custodem, alia apud pauperum aduocatum, nihil de eorum bonis tangatur, sed eis integrè dentur, quando exeunt, vel eorum hæredibus; qui contra fecerit in duplo mulctetur, & patienti detur mulcta. *ibid.*

Carcerati bis in hebdomada visitandi, per deputatas personas, ne malè tractentur, & ad hoc attendat Episcopus. *concil. Mediol. ibid.*

Carcerari qui possunt, & qui non; qui in secretis ponendi, & qui in laxiori. *Paulus 3. const. 44. Ad onus.*

A carceratis nihil exigendum, dum carcerantur. *Paulus III. ibid.*

Carcerati tam clerici, quam laici, quid soluere debent custodi. *ibid.*

Carcerari nullum posse Romæ pro summa infra scuta aurea septem statuit. *Pius V. const. 100. Volumus.*

Carcerandi sunt hæretici. *Innoc. 2. const. 2. Per præsentia.*

Carcerans aliquem in statu Ecclesiæ, sine facultate, quas pœnas incurrat. *Alex. 6. const. 1. inter.*

Carcerati pro quouis crimine, si reperiuntur in processu causæ habere delictum contra fidem, remittendi sunt ad Inquisitores, suspensa cognitione aliarum causarum; & postea finita causa ab Inquisitore, remittendi sunt ad tribunal, à quo recepti fuerant. *Pius V. const. 1. Sanctissimus.*

Carcerati infirmi in Vrbe, curandi in hospitali carcerum. *Pius V. const. 100. Volumus.*

Carcerati in Vrbe, quando per Visitatores relaxari possunt. *Pius 5. const. 68. Reuerendi.*

Carceratos teneri faciens consanguineos alicuius Virginis stupratæ, vt ea fruatur vltimo supplicio, est puniendus. *Sixtus V. const. 46. ad compescendam.* Vide, *Stuprum.*

Carceratorum bona, vestes, &c. (in statu Ecclesiæ,) excepti archibusijs, & alijs armis, in manu Thesaurarij, vel Depositarij consignanda. *Sixt. 5. const. 89. inter cæteras.*

Eleemosynæ, quæ colliguntur pro carceratis in Vrbe, applicandæ sunt pro extinguendis eorum debitis. *Pius 5. const. 100. Volumus.*

Carcerati Romæ, quomodo tractandi. *Paulus V. const. 71. tit. de carceribus*, distinctè.

Carcerum custodes, Visitatores, &c. *ibid.*

Carcerati ad quid tenentur. *ibid.*

Carcerum custodis pretium, & taxa. *Paulus V. const. 72. tit. Ordini, e tasse.*

Carceratis in S. Officio ferri non possunt literæ, vel ambasciatæ; nec ab eis ad alios, sub pœna exilij, triremium, &c. ferentibus, & maioribus iuxta qualitatem delicti. *Pius V. const. 67. Licet.*

Carcerum Visitatores Romæ.

Carcerum Visitatores Romæ, ad quid tenentur. *Paulus 3. const. 44. Ad onus.* quos possunt retinere, quos relaxare, quos ponere in secretis, quos in larga: inuigilare, ne grauentur circa torturas, & alia, circa interrogationes, &c. quid soluatur custodi carcerum à clerico, quid à laico, & alia multa in carceratorum beneficium: quando carcerati alendi sunt de publico, & quando non. *ibid.* Visitare tenentur omnes carceratos, tempore visitationis.

Carcerum visitatores, quando possunt dilationes concedere miserabilibus personis. *Iulius 3. const. 13. cum nuper.*

Carcerum visitatores, quam facultatem habent, & quando possunt ex infirmitate, vel alia causa relaxare carceratos. *Pius V. const. 68. Reuerendi.*

In causis criminalibus, quid possunt visitatores carcerum. *ibid.* in declaratione seq. *Pius V.*

Carcerum visitatores Romæ, qui, & quales esse debeant. *Paulus 3. const. 44. Ad onus.*

Carcerum visitatoris officium pertinet ad Archiconfraternitatem Pietatis carceratorum. *Sixt. V. const. 97. Ex debito.*

Carcerum visitatorum officium reformatum. *Paulus V. const. 71. tit. de Carceribus, & carceratis.* vbi de omnibus officialibus, distinctè decernitur.

Carce-

Carcerum S. Officij custodes à quo eligendi, quodnam eorum munus, quæ obligationes, &c. Vide, *custodes carcerum*. Reuelantes secreta, vel dicta testium, quali pœna puniendi. *Pius V. constit. 67. Licet.*

Carceratorum Confraternitas Romæ.

Vide, Confraternitas carceratorum.

Cardinalis nomen, & res antiquitus.

Cardinalis (olim) quilibet Ecclesiæ rector, seu Parochus dicebatur. *Ex ep. 7. Zachariæ c. 15.*

Cardinales (olim) in alijs etiam Ecclesijs, fiebant præter Romanam. *Greg. 1. lib. ep. 1. ep. 77. dist. 71. cap. Fraternitatem. 21. q. 1. cap. 5. & vlt.*

Cardinales (olim) id est Parochi ab Episcopis in suis Ecclesijs fiebant. *Gregor. I. lib. epist. 1. ep. 81. & lib. 2. ep. 9. concil. Meldense c. 54. Ioann. 8. ep. 221.*

Cardinales (olim) etiam Episcopi dicebantur, quia Rectores Ecclesiarum. *Greg. 1. lib. 2. ex reg. ep. 13. lib. 6. ep. 14. causa 21. cap. Relatio, & cap. vlt. Illud.*

Cardinales tituli, id est, *Parochiales*, ab Episcopis disponi, & conferri possunt. *concil. Meldense c. 54.*

Cardinales, nomen, & res in Ecclesia Romana.

Cardinales sunt presbyteri, vel clerici titulares Vrbis Romæ. *concil. Rom. 4. sub Symmacho c. 6.*

Cardinalis titulus, erat antiquitus Parochia. *concil. Rom. sub Leone IV.*

Cardinales habent secundum locum in Ecclesia. *concil. Rom. 4. sub Symmacho c. 6. concil. Lateran. 5. sess. 9. in Bulla de refor. curiæ.*

Cardinales assumpti sunt à Papa, vt 70. Seniores à Moyse. *Ioannes 8. post Epistolas.*

Cardinales sunt veri, & realiter tales, licet non viuant vt Apostoli, & non obseruent omnia mandata, vel consilia Domini. *concil. Constantiense contra art. 13. Io. Hus.*

Cardinalium numerus, & diuersitas.

Cardinales septuaginta esse debent, quatuordecim ex eis Diaconi, Episcopi sex, & reliqui Presbyteri. *Sixtus V. constitut. 50. Postquam §. 4. & 5.*

Cardinalium eligendorum qualitates.

Cardinales à Papa eligendi, eas prorsus habere debent qualitates, & requisita, quæ pro Episcopis à sacris canonibus decernuntur, etiamsi diaconi sint: debent esse personæ inter omnes lectissimæ. *concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 1. Leo X. const. 7. Supernæ. Sixtus V. const. 50. Postquam.*

Cardinalem eligi non posse fratrem alterius Cardinalis. *Iulius 3. const. 22. Sanctissimus. Sixtus 5. constit. 50. Postquam §. 17.*

Cardinales ex omnibus mundi partibus debent eligi, si possibile sit. *concil. Trident. sess. 24. de refor. c. 1. Sixtus 5. constit. 50. Postquam §. 11.*

Ex regularibus mendicantibus, quatuor saltem fieri debent Cardinales Theologi. *Sixtus 5. ibid. §. 4.*

Cardinales debent esse nati ex legitimo matrimonio; nec sufficit legitimatio facta. *ibid. §. 12.*

Cardinales eligendi qualitates, mores, doctrina, pietas, &c. quænam debent esse. *ibid. §. 13.*

Cardinalis eligendus, prius debet esse clericus. *ibid. §. 15.*

Filios habens fieri non potest Cardinalis. *ibid. §. 16.* Duo simul fratres germani, esse non possunt, nec patruus simul, & nepos. *§. 16.*

Cardinalis Diaconus fieri non potest, qui 22. annos non habet, & intra annum tenetur ordinem Diaconi accipere. *ibid. §. 6.* Alias caret actiua, & passiua voce in electione Papæ. *ibid. §. 6.*

Cardinalis omnes qualitates, & obligationes circa omnia decernit *Leo X. constitut. 7. Supernæ*, quæ est constitutio. *concil. Later. 5.*

Pro Cardinalium promotione fieri non possunt excommissæ, & pœnæ. Vide, *Papa circa successorem.*

Cardinalis officium, & ius.

Cardinalis ius est eligere Papam. *Dist. 79. cap. Si quis Apostolicæ, & cap. Si quis pecunia. De elect. in 6. c. Fundamenta. concil. Constantiense contra art. 4. Vvicleff.*

Cardinales sunt Papæ coadiutores, & consiliarij. *De elect. in 6. c. Fundamenta.*

Cardinalium dignitas, authoritas, & antiquitas.

Cardinalium maxima in mundo dignitas post Papam. *Eugenius IV. constit. 15. Non mediocri.* Præcedunt Archiepiscopis, §. 1. Sunt maiores etiam Patriarchis, & quare. §. 13. & 14. Appellantur partes corporis Pontificis, & ideo eos offendentes sunt rei læsæ maiestatis, §. 6. Sunt Patricij Consules *ibid.* in concilijs habuerunt præcedentiam, §. 11. Repræsentant Apostolos, sicut Papa Christum, §. 5.

Cardinales fuerunt, etiam tempore Sancti Petri. *Eugen. IV. ibidem §. 4.*

Cardinalium multa elogia. *Eugen. 4. constit. 15. Non mediocri*, per totam.

Cardinales in Ecclesia, primum locum habent post Papam. *Leo X. constitut. 7. Supernæ.*

Sunt velut 70. Seniores Moysis respectu Papæ. *Ioann. VIII.* post epistolas. Addiuare debent Papam in causis, & iudicijs. *ibidem.*

Cardinales in secreto consistorio electi, donec insignia Cardinalium habeant, non debere dici Cardinales, vel habere vocem actiuam, statuit olim *Eugen. 4. constit. 1. In eminenti.* Sed postea hoc reuocatum est, *vt infra.*

Cardinalium collegium.

Cardinalium collegium, mortuo Papa non exercet authoritatem Papalem, sed solum eam, quam determinat concilium Lugdunense sub *Gregor. X.* alias nihil facit. *Clement. de elect. cap. Ne Romani.*

Cardinalium collegium sede vacante, si moriuntur Pœnitentiarij maiores, potest alios subrogare. *Clem. ib. §. Et tamen.*

Potest etiam Camerarium subrogare, si moriatur sede vacante, vel alio modo deficiat. *ibid.*

Cardinalium obligationes.

Cardinalis residere debet in titulo Romæ, alias est deponendus. *De clericis non resident. cap. Ex gestis.* Ideo Cardinalis Anastasius, qui per quinque annos non resederat, fuit depositus. *ibidem.*

Cardinalis tenentur probè viuere, non solum sine malo, sed sine suspitione mali. *concil. Later. 5. sess. 9. in Bulla de reform. curiæ c. 2. Leo X. const. 7. Supernæ.* Habeant cappellas domi. *ibidem.*

Eorum familia, mensa, suppellex, &c. omnia modesta. *ibid. & concil. Trid. sess. 25. de reform. c. 1.* Benignè tractent cum Prælatis, qui Romam veniunt. Non teneant domi Episcopos pro ministerio indecenti, sed eos, vt fratres ament, & tractent. *concil. Later. 5. vbi supra.*

Cardinales non possunt suscipere aduocationem Principum. *ibid.* Incumbant se dandis litibus: negotia Principum, omnium Religiosorum, & pauperum tractent. *ibid.*

Cardinalis semel in anno visitare tenetur suum titulum. *concil. Later. 5. vbi supra.*

Tenetur siue in vita, siue in morte, tantum relinquere titulo, quantum sufficit ad sustentandum vnum presbyterum, vel pro reparatione Ecclesiæ. *ibid.*

Cardinales non derelinquant suos consanguineos; sed multitudine beneficiorum, eos non onerent. *ibidem & concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 1.*

Bona sua pijs operibus impendere debent. *ibid.* Proportiona-

tam habeant familiam, equos, seruos, &c. teneant pro facultate. Non sint auari, nec prodigi: famulos honestos, & probos teneant: teneant sacerdotes, qui decenti vtantur veste. *concil. Later. 5. vbi supr. & Leo 10. const. 7. Supernæ.*

Cardinales tenentur significare Papæ Christianitatis incommoda, & necessitates. *concil. Later. 5. sess. 9. de refor. curiæ c. 2.* Item significare debent bella Principum, ac discordias, & procurare remedium. *ibid.* Tenentur Papæ assistere, & in curia residere. *ibid.*

Cardinales tenentur seruare secretum de ijs, quę fiunt in consistorio, & dum Papa de re aliqua indicit silentium, sub pęna periurij, & excommunicationis latæ sententiæ Papæ reseruatæ. *ibid. in fine. & Leo 10. vbi supra c. 7. in fine.*

Cardinales non possunt de bonis Ecclesiasticis augere suos, vel consanguineos, vel familiares, sed pauperibus erogare, *concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 1.*

Cardinales obedire debent Papæ, alias priuandi. *concil. Rom. sub Leone 4.*

Cardinales Episcopi tenentur ad residentiam, sicut alij Episcopi sub eisdem pœnis. *Vrban. 8. const. in append. 27. alias 137. Sancta synodus*, excepto tempore conclauis. Vide, *Cardinales in Conclaui.*

Cardinales tenentur repellere inuasores Sedis Apostolicæ. *Nicolaus 1. in decret. de Rom. Eccles. c. 2. dist. 79. c. 1. & c. Si quis pecunia.*

Cardinalium vestes debent esse prælatiores alijs. *Zacharias ep. 7.*

Cardinales diaconi intra annum tenentur promoueri ad ordinem diaconatus alias voce actiua, & passiua careant in electione Papæ. *Sixtus 5. const. 50. postquam §. 6.*

Cardinalis factus, intra annum tenetur venire Romam, & antequam biretum accipiat iurare tenetur quod intra annum adibit Papam. *ibid. §. 18.*

Cardinales in sua promotione, ad quas expensas tenentur, cum cęremoniarijs, secretarijs, computistis, cubicularijs, & clericis cameræ. *Paulus 5. const. 112. Fides.*

Cardinalis factus nouiter non retinet loca montium vacabilia post mortem, sed hæc vacant. *Vrbanus 8. const. in appendice 38. alias 148. Decet Romanum.* Neque alia officia vacabilia retinet. *ibid.*

Cardinalem carcerans, persequens, &c.

Cardinalem hostiliter persequens, carcerans, vel percutiens, siue socius sit, siue mandet, siue ratum habeat, siue dederit consilium, vel fauorem, vel auxilium, siue facientes receptauerit, est reus læsæ maiestatis; est infamis; intestabilis; succedere non potest in hæreditate; domus eius demolienda; nec vmquam reparanda: nullus in iudicio tenetur ei respondere: bona eius confiscantur; feudis, beneficijs Ecclesiasticis, &c. priuatus est. Filij eius, ac nepotes beneficio, dignitate, &c. etiam Episcopali priuati sunt, absque spe recuperandi, & alijs pœnis subiacent. *De pœnis in 6. c. Felicis. Pius 5. constit. 93. Infelicis.*

Quando tales persecutores, &c. absoluendi sunt, qua pœnitentia, mortificatione, &c. affligendi *ib. c. Felicis §. Cum autem.*

Cardinalium fratres, nepotes, ac pronepotes, sic persequentes, eisdem pœnis puniendi. *ibid. c. Fœlicis §. Præmissis.*

Cardinalium persecutores, &c. vt supra excommunicantur in Bulla cœnæ. *Excommunic. 11. Vrbanus 8. const. 62. Pastor. & Gregor. 13. in Bulla cœnæ §. 11.* Vide, *Ecclesiastice personæ.*

Cardinalium persecutores, &c. reuelandi Episcopo loci, vel proprio Superiori, alias non reuelantes incurrunt pœnas, quas persequentes. *Pius 5. const. 43. Infelicis.*

Ciuitates persequentes, &c. Cardinales, quomodo puniendæ. Item magistratus, vel Vniuersitates. *De penis in 6. c. Felicis.*

Talis excommunicatus à solo Papa potest absolui. *ibid.*

Cardinalium priuilegia.

Cardinalibus committi non possunt à Rota causæ beneficiales, quæ non excedunt 60. florenos auri pro annuis fructibus. *Martinus V. const. 5. Romani §. 29.*

Cardinalium collegium sede vacante, si Pœnitentiarij maiores deficiunt, potest alios subrogare, sic etiam si deficit camerarius. *Clem. de elect. c. Ne Romani, §. Et tamen.*

Habere possunt plura beneficia, etiam cum cura animarum. *Extrau. de præb. cap. Execrabilis. & Extra, Ioann. 22. de præb. c. Execrabilis.*

Cardinales, quid possunt agere de beneficijs. Vide, *Card. circa beneficia.*

Cardinalium lites, quas habent inter se, à Papa sunt iudicandæ, & decidendæ. *Paulus 4. const. 8. cum sæpius.* & hoc si remota appellatione. *ibid.*

Cardinales vti possunt vestibus prælatioribus, alijs. *Zacharias ep. 7.*

Cardinales possunt cum suis clericis officium recitare. *Clem. de celebrat. miss. c. fin.*

Cardinalium immunitates, & franchitiæ cameræ, quæ. *Paulus V. const. 11. In maximis §. 12.*

Cardinalis in delicto, debet conuinci per 42. testes, si est presbyter, per 26. si est diaconus, per 72. si est Episcopus. *concil. Mogunt. 3. c. 12.*

Cardinales in beneficialibus non includuntur in regulis cancellariæ faciendis post *const. 6. Vrb. 8.* nisi fiant de consensu eorum, vel maioris partis. *Vrbanus 8. constitut. 6. Sanctiss. cap. 70.*

Cardinales exempti sunt à gabellis, datijs, tributis, & alijs oneribus cameralibus, & non comprehenduntur in Bulla reuocatoria. *Innoc. 10.* ita *idem Papa const. 7. Et si ea.*

Fugientes ad domus Cardinalium, qua immunitate gaudent. Vide, *Fugientes.* Vide, *Franchitia.*

Cardinales ex regularibus assumpti, vti possunt bireto rubro. *Greg. 14. const. 9. Sanctissimus.*

Cardinales in conclaui.

Cardinales, cum ingrediuntur conclaue vnum seruientem habere debent, sed in necessitate duos. *Gregor. 10. in conc. Lugdun. De elect. in 6. c. Vbi periculum. & Clem. 6. const. 5. Licet. Concil. Constantiens. sess. 41. Ex sua electione si assumant. ibid.*

Conclaue ingredi debent Cardinales transactis decem diebus à morte Papæ. *ibid. Gregor. 10. de elect. in 6. cap. Vbi periculum.*

Ex *const. Gregor. 10.* deberent habitare in communi habitatione. Sed *Clem. 6. vbi supra*, decernit, vt eorum cellæ per cortinas diuidantur. idem *concil. const. sess. 41.*

Cum nullo alio Cardinali loqui posse secreto, decernit *Gregor. 10. de elect. in 6. vbi supra.*

Sed cum quibus permittitur ex voluntate omnium pro negotijs electionis. *ibid.* Nullus potest extra mittere nuncium, vel scripturam. Qui secretè loquitur, vel scripturam, aut nuncium mittet extra de negotijs, excommunicationem ipso facto incurrit. Intra tres dies debere eligere, statuit *Gregor. 10.* alias ijs transactis per quinque dies sequentes vnum ferculum haberent: & si intra quinque non eligerent, pane tantum, & aqua reficerentur, donec eligerent.

Cardinales tempore conclauis, nihil de camera posse recipere statuit *Greg. 10. vbi supra.* Sed omnia cameræ obuenientia futuro Papæ esse reseruanda, alias ad restitutionem teneri. *ibid.*

Cardinales in conclaui, nulli alteri negotio vacare possunt, nisi negotio electionis, nisi Ecclesiæ necessitas vrgeat. *ibid.* Negotia, quæ peraguntur omnibus sint nota.

Cardinales non intrantes conclaue, vel exeuntes sine causa, nec requirantur amplius, nec admittantur ad electionem faciendam. *concil. const. sess. 41.*

Si infirmi aliqui exeunt, etiam durante eorum infirmitate procedant alij ad electionem. *ibid. concil. const. ibid.* Eoque conualescente admitti debet. *concil. const. ibid.*

Si alij de longinquo aduenient, re integra admittantur ad conclaue.

Si Papa fuerit mortuus extra ciuitatem, in qua erat curia, Cardinales in ciuitate constituant conclaue, & ibi eligant, nisi illa sit interdicta, vel rebellis Ecclesiæ; & in Palatio Episcopali, vel alio commodiori cardinales claudantur.

Cardi-

Cardinales *in* conclaui existentes non possunt à dominis sæcularibus, & alijs qui curam habent conclauis, arctari vltra præmissa, sub pœna (arctantibus) excommunicationis ipso facto, infamiæ, inhabilitatis ad dignitates, gradus, &c. priuationis beneficiorum Eccles. & feudorum. *ib. de elect. in 6. c. Vbi periculum.*

Hæc omnia moderata, & reformata in aliquo. Vide in verbo *conclaue*.

Cardinales in conclaui non possunt pro eligendo Papa facere pactum, conditum, nec intendimentum, sub pœnis, &c. *ibid. de elect. in 6. c. Vbi periculum.* Obligationes, pacta, iuramenta, &c. facta pro negotio electionis cassantur. *ibid.*

Cardinales in conclaui, si moriantur Pœnitentiarij maiores, possunt alios substituere. *Clem. de elect. c. Ne Romani.*

Possunt etiam camerarium substituere, si moritur vel alio modo deficit. *ibid.*

Cardinales exeuntes à conclaui, quomodo cogendi intrare, & à quo. *ibid. §. Porrò.*

Cardinales in conclaui exercere non possunt authoritatem Papalem, nisi eam quam præscribit *Gregor.* 10. in concilio Lugdunensi. *Clem. de elect. c. Ne Romani.*

Cardinales in conclaui excludi non possunt ab electione actiua, vel passiua, ratione excommunicationis. *Clem. vt supra c. Ne Romani, §. Caterum.*

Cardinales *in* conclaui existentes, vel in alio tempore offendentes, quomodo puniendi. *Leo* 10. *const.* 16. *Temerariorum.*

Cardinales in conclaui non possunt cum exteris loqui secreto, nec literas, aut nuncios mittere, aut accipere. *conc. constantien. sess.* 41.

Quomodo, & quibus cibis alendi. *concil. constantien. ibid.*

Cardinales non cogendi intrare conclaue, nisi in casu, quo nullus vellet intrare. *ibid.*

Cardinales Episcopi audita morte Papæ tenentur discedere, & accedere ad conclaue, & post Papæ electionem, ac coronationem etiam per duos menses manere; & deinde discedere, sub pœna contra Episcopos non residentes. *Vrb.* 8. *const. in append.* 27. *alias* 137.

Vide, *Conclaue*. Omnia, quæ modo obseruantur, determinata sunt *à Gregor.* 15. *ibid.*

Cardinales circa beneficia.

Cardinales habere possunt plura beneficia, etiam curata. *Extrau. Ioann.* 22. *& extrau. com. de præb. c. Execrabilis.* Item habere possunt, plures dignitates, & personatus. *Ioann.* 22. *Extrau. Execrabilis de præbend.*

Cardinalium beneficia, dum ad Cardinalatum assumuntur, vacant in curiâ, nisi à Papa concedatur retentio. *Sixtus* 5. *const.* 79. *Sanctissimus.*

Cardinales quæ beneficia possunt conferre familiaribus, & quomodo. *Pius V. const.* 37. *Sanctissimus.* Vide, *Beneficia Cardinalium.*

Cardinales quæ beneficia possunt conferre, siue Capituli consensu. Vide, *ibid.*

Cardinales quando, & quomodo possunt disponere de beneficijs familiarium, quæ vacant in curia, iuxta regulas cancellariæ. *Paulus* 5. *const.* 58. *Sanctissimus. Vrb.* 8. *const.* 6. *Sanctissimus.* Vide, *Beneficia Cardinalium.*

Cardinalium beneficia vbicumque moriantur, sunt Papæ reseruata. *Extrau. de elect. c. Ex debito.* Vide, *Benef. vacantia in curia.* Vide, *Benef. Papæ reseruata.*

Non possunt disponere de Beneficijs, sine Papæ consensu. *Gregor.* 14. *const.* 19. *Sanctissimus.*

Cardinales quæ beneficia possunt conferre, & quomodo; item quomodo, & à quo conferenda beneficia suorum domesticorum. Vide, *Benef. Cardinalium.*

Cardinalis non potest vnire beneficia reseruata Papæ, etiamsi habeat facultatem conferendi beneficia. *Vrb.* 8. *const. in appendice* 53. *alias* 163. *Quamuis.*

Cardinalis committens simoniam in beneficijs, dando vel accipiendo, ipso facto est excommunicatus. *concil. Const. sess.* 43. *const. Martinus* 5.

Vide, *Benef. Card.*

Cardinales circa collationem beneficiorum suorum familiarium, siue morientium in curia, siue extra, quod ius habeant. Vide, *Cardinal. familiares infra.*

Cardinales in beneficijs non includuntur in regulis Cancellariæ faciendis post *constit.* 6. *Vrban.* 8. Nisi fiant de consensu eorum, vel maioris partis. *Vrban.* 8. *const.* 6. *Sanctiss. cap.* 70.

Cardinales translati non possunt conferre beneficia prioris Ecclesiæ. *Vrb.* 8. *const.* 60. *Licet.* Exceptis sex Cardinalibus prope Romam. *ibid.*

Cardinales Diaconi.

Cardinales Diaconi debent esse quatuordecim. *Sixtus* 5. *const.* 50. *Postquam §.* 5.

Cardinales diaconi creari non possunt, nisi habeant saltem annos 22. *ibid.*

Cardinales diaconi tenentur intra annum recipere ordinem diaconalem, alias priuantur actiua, & passiua voce in electione Papæ. *ibid. §.* 6.

Cardinalis diaconus semper manet in eo Cardinalium ordine, etiamsi ex sua deuotione fiat sacerdos. *ibid.*

Cardinalis diaconus potest creari Episcopus vnus ex sex, & quomodo. *ibid. in declaratione seq. §.* 25. *&* 26.

Cardinalis diaconus post decennium diaconatus transire potest ad ordinem presbyterorum. *Clemens* 8. *const.* 48. *Sanctissimus.*

Cardinalis diaconus transiens post decennium ad ordinem presbyterorum, habet locum ante omnes Cardinales, etiam presbyteros, qui post ipsum creati sunt. *Clemens VIII. ibid.*

Decennij tempus in Cardinali sic transeunte, computandum est à die, in quo potuit fieri presbyter, non à die in quo factus est Cardinalis. *Clemens* 8. *ibid.*

Vide, *Beneficia, siue Cardinalium, &c.*

Cardinales Legati.

Cardinales Legati, dicuntur, & sunt à latere. 2. *q.* 6. *cap. Decreto, & cap. Si quis Episcopus.*

Cardinales Legati possunt per Vicelegatos Prouincias gubernare; sed ita vt pro maiori temporis parte gubernent per se ipsos, alias priuantur emolumentis legationis. *Concil. Later.* 5. *sess.* 9. *in Bulla de refor. curiæ c.* 2. *Leo* 10. *const.* 7. *Superna.*

Cardinalis Legatus potest causas appellationis iudicare. 2. *q.* 6. *cap. Decreto.*

Cardinalis legatus non potest vnam Ecclesiam alteri submittere, id est, cathedralem, nec duas cathedrales vnire. *De off. legati c. Nisi specialis, & c. Quod translatione.*

Cardinalis legatus absoluere potest excommunicatos, ob percussionem clerici. *De sent. excommunic. cap. Ad eminentiam.* Potest hoc facere etiam extra Prouinciam. *De off. legat. c. Si quis, & cap. Excommunicatis.*

Cardinale legato præsente ex reuerentia, cessat legatus minor. *ibid. c. Volentes.*

Cardinalis legatus potest Abbati exempto dare licentiam, vt eligatur in Episcopum. *De elect. in 6. c. Si Abbatem.* Potest confirmare electiones Episcoporum, & Archiep. *ibid. §. Huiusmodi.*

Cardinalis legati officium non expirat per mortem Papæ. *de off. leg. in 6. c. Legatos.*

Cardinalis legatus potest conferre beneficia vacantia, licet collatio pertineat ad Clerum. *De off. leg. cap. Dilectus, & de off. leg. in 6. c. primo. & c. Præsenti.*

Cardinalis legatus non potest committere vicelegato collationem beneficij. *ibid. c. Præsenti.* Et si fiat, nulliter fit. *ibid. §. Prohibemus.*

Cardinalis legatus non potest conferre dignitates maiores in Ecclesijs. *ibid. c. Deliberatione.*

Neque potest conferre Ecclesias cathedrales, vel collegiatas. *ibid.*

Cardinalis legatus faciens reseruationem aliquam in Ecclesia, non potest in eadem facere aliam. *De off. leg. in 6. c. Præsenti.*

Cardinali legato celebrante in Prouincia solemniter, Episcopi Prouinciæ, qui sunt præsentes, debent ei assistere cum mitris, baculis, pluuialibus, &c. sic & Abbates. *concil. Rauenn. 3. post Clem. V. c. 6.*

Cardinales legatos dispensare posse in ætate præsentandorum, statult. *concil. Vienn. prouinc.*

Cardinalibus legatis quæ iurisdictio olim conferri solebat. *Innoc. 6. const. 1. cum omnes.*

Cardinali legato Vrbis, discedente Papa è Roma, quæ iurisdictio concedebatur. *Paulus 3. constit. 16. Licet potestatis. Clemens 8. const. 53. Licet.*

Cardinalis legatus non potest remittere, siue aggratiare bannitos, vel homicidas. *Pius 4. constit. 27. In eminenti.* Neque componere potest cum illis. *ibid. in declarat. seq.*

Cardinales legati simpliciter de plano, ac manu regia procedere possunt in ijs, quæ spectant ad bonum regimen ciuitatum, &c. status Ecclesiæ, non obstantibus quibuscumque. *Clem. 8. const. 10. Pro commissa.*

Alias iurisdictiones, & priuilegia Cardinalium legatorum, communia cum alijs legatis. Vide, *Legati Papæ.*

Cardinales legati non possunt impedire, aut turbare Episcopos in causis beneficialibus, matrimonialibus, ac alijs, quę ad ipsos spectant. *concil. Tridentin. sess. 24. de refor. c. 20.*

Cardinales legati non possunt procedere contra clericos, alioſvè Ecclesiasticos, nisi prius Episcopo requisito, ac negligente; alias processus nulli sunt, & tenentur ad restitutionem, & satisfactionem damnorum partis. *ibid. c. 20.*

Cardinales schismatici.

Cardinales schismatici, depositi sunt ab officijs, beneficijs, Cardinalatu, &c. *De schismaticis in 6. cap. vn.*

Cardinales schismatici non habent votum in electione Papæ, vel alijs, & admittentes excommunicati sunt excommunicatione Papali, à qua absolui non possunt, sine licentia Papæ: neque à collegio Cardinalium sede vacante. *ibid.*

Vide, *Schismatici.*

Cardinales erga suas titulares Ecclesias.

Cardinales tenentur in titulis residere, & ideo Cardinalis Anastasius fuit depositus, quia per quinque annos non resederat in titulo S. Marcelli Romæ. *De clericis non resid. cap. Ex gestis.*

Cardinalitij tituli quot, & qui sunt. *Sixt. 5. const. 55. Religiosa.*

Cardinales in suis titulis, circa suos clericos, vti possunt censuris, vt excommunicatione, suspensione, & interdicto. *De maiorit. & obed. cap. His quæ.*

Clerici illius tituli omnem obedientiam, & reuerentiam præstare tenentur Cardinali. *ibid.*

Cardinalis residere tenetur in titulo, alias deponendus. intelligitur Romæ, vel sine Papæ dispensatione. *De clericis non resid. c. Ex gestis.*

Cardinales tenentur, vel in vita, vel post, tantum relinquere Ecclesiæ tituli, vt alere possit vnum presbyterum; vel vt fabricæ subueniatur. *concil. Later. 5. sess. 9. in Bulla de refor. curiæ c. 2.* Et semel in anno tenetur visitare suam Ecclesiam titularem. *ibid.*

Cardinalitij tituli erant olim Parochiæ. *concil. Roman. sub Leone 4.*

Cardinales Protectores Regularium.

Cardinales Protectores regularium, nihil possunt ab eis accipere; & accipientes tenentur restituere, non fratri particulari, sed monasterio, alias non possunt absolui. *Clem. 8. const. 28. Religiosæ §. 7.*

Cardinalis Protector Ord. Min. conuentualium, non potest se immiscere in negotijs fratrum: si superiores satisfaciunt debito. Quando autem est necessarium, vt se interponat in aliquo negotio, per se ipsum id facere curet immediatè, adhibito aliquo ex fratribus eisdem in notarium. *Paulus V. const. 53. cum ordo.*

Vide, *Regularium Protectores.* & Vide, *De omni Religione.*

Cardinalium familiares, cappellani, & alij serui, & beneficia eorum.

Cardinalium familiares clerici possunt cum eis officium re[si]dere; & satisfaciunt obligationi. *Clement. de celebrat. m[is]sarum c. finali.*

Cardinalium familiares in ijs, quæ pertinent ad beneficia, su[b]duntur ordinario. *concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 11.*

In alijs verò sunt exempti ab ordinarijs. *Leo X. const. 10. Regimini.* Etiamsi ob recreationem, vel negotia sint distantes à Cardinalibus. *Illi verò familiares, qui actu non in[se]seruiunt, non sunt exempti. ibid. & concil. Later. 5. se[ss]. 10. const. 2.*

Cardinalium familiares, seu serui, ijs morientibus, non po[s]sunt ab hæredibus exigere, vel prætendere aliquid quod [ex] ex pacto non erat debitum. *Pius V. constit. 15. Sancti[s]*

Cardinalium Parafrenarij esse possunt etiam clerici, & ves[te] breuiori vti. *Leo X. constitut. 7. Supernæ. concil. Late[r]ranen. 5. sess. 9. in Bulla de refor. curiæ c. 2.*

Cardinalium familiarium morientium beneficia vacant in curia. Sed tale beneficium, quando datur, requiritur a[s]sensus Cardinalis, qui est dominus mortui, si ipse est in curia, alias impetratio à Papa est nulla. *Vrb. 8. const. 6. Sanctiss. c. 32.* Vide, *Card. benef.*

Etiam quando Cardinalis ille est distans à curia per duas dietas, requiritur assensus in tali collatione, dummodo intra 15. dies sit reuersurus, & habeat familiam, & domum in curia. *Si autem ex alia causa etiam publica sit absens, non* requiritur assensus. *ibid. c. 32.*

Cardinalis, à quo requirendus est consensus pro collatione dicti beneficij, non est ille, in cuius seruitio moritur familiaris; sed ille sub quo habuit beneficium (si mutauit Cardinalem, licet ei amplius non seruiat. *ibid. Vrban. VIII. constit. 6. c. 32.*

Sed quando beneficii collatio spectat ad alium Cardinalem collatorem, non requiritur consensus Cardinalis, qui est dominus mortui, sed collator libere confert. *Si verò familiaris ille moritur in curia, Papa libere dat cum consensu Cardinalis collatoris. Vrban. 8. const. 6. c. 33.*

Vide, *Benefic. Cardinalium, & familiarium.*

Cardinalium cappellani missas celebrantes in publico, caputium ferre debent. *conc. Later. 5. sess. 9. in Bulla de refor. curiæ c. 2.*

Vide. *Beneficiati quò ad forum.*

Cardinales circa residentiam.

Cardinales Episcopi tenentur ad residentiam, sicut alij Episcopi, sub pœna contra non residentes lata. *Vrban. 8. const. in appendice 27. alias 137. Sancta synodus. §. 13.*

Cardinales Episcopi, habita certa notitia mortis Papæ, possunt recedere ab Episcopatu, & ad conclaue accedere, & post Papæ electionem, ac coronationem per duos menses, possunt in ciuitate conclauis manere; deinde sub pœna non residentium, tenentur ad Episcopatus se conferre. *ibidem. §. 13.*

Cardinalis habens duas Ecclesias vnitas, tenetur residere in ea, quæ requirit personalem residentiam: verbi gratia, si habet vnam ex sex prope Romam, & aliam alibi, tenetur in hac secunda residere. *ibid. §. 17.* Vide, *Residentia.*

Cardinales simonaci in electione Papæ.

Vide, *Electio Papæ.*

Cardinales quò ad commorationem, & discessum à statu Ecclesiæ.

Cardinales, nisi Episcopi sint, tenentur commorari in suis titulis, id est, Romæ. *de clericis non resid. c. Ex gestis.*

Cardinales, qui sine licentia Papæ exeunt à terminis status Ecclesiastici, & aliò se conferunt, priuantur omnibus priuilegiis, exemptionibus, immunitatibus, potestate conferendi beneficia, transferendi pensiones, vel alios fructus Ecclę-

cleſiaſticos loco penſionis reſeruatos, facultate teſtandi, aut *diſponendi* obtenta à Papa, abſque vlla iudicis declaratione. *Incurrunt interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto. Subiacent* ſequeſtro omnium fructuum omnium beneficiorum, etiam titulo oneroſo ſibi competentium. *Innocentius* 10. *conſt.8. cum iuxta*. & inſuper *alijs* pœnis arbitrio Papæ. *ibid.*

Quod ſi præfati Cardinales non reuerterentur *intra* ſex menſes à publicatione Bullæ, alias pœnas maiores, vt ibi, incurrerent: & ſi per alios ſex, *maiores* pœnas, & priuationes. Si inſuper per alios tres, *vt in* totum ſint 15. menſes, alias maiores, vſque *ad priuationem* Cardinalatus. *Innocen.*10. *ibid. conſt.8. cum iuxta*.

Cardinales, qui abſque Papæ licentia extra ſtatum Eccleſiæ exeuntes, aliò ſe transferunt, non poſſunt ſubſtituere alios in officijs, quæ habent, neque ſpiritualibus, neque temporalibus, & omnia priuilegia, gratiæ, exemptiones, quò ad hoc caſſantur, & reuocantur. *ibid.*

Neque præfati Cardinales poſſunt ſe tueri prætextu ſeruitij Principum, Regum, Imperatorum, Prouinciarum, Rerumpublicarum; neque prætextu iuſſionis, aut mandati eorum; nec ratione alterius cuiuſcumque cauſæ fauorabilis, etiam in corpore iuris expreſſæ, vel in Apoſtolicis conſtitutionibus incluſæ, niſi allegata coram Papæ fuerit ab eo probata, & admiſſa. *ibid.*

Cardinalis *ſic delinquens non poteſt* abſolui, remitti, aut relaxari *ab alio*, quam à Papa: non à Collegio Cardinalium *ſede vacante*: derogantur quò ad hoc omnia *iura*, & conſtitutiones contrarium. *Iunoc.* 10. *ibid.*

Cardinalium inſignia, ſeu arma, tituli, ac ſigilla.

Cardinales titulum Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi, habere debent ab omnibus. *Vrb.*8. in decreto conſiſtorij ſecreti habiti *die* 30. *Iunij* 1630.

Cardinales hoc ſolo titulo Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. debent *eſſe contenti*, & non poſſunt prætendere alios titulos, ſiue familiæ, ſiue nobilitatis, quicumque illi ſint, nec titulos ſæcularium, & hoc neque inter ſe, neque ab alijs, vel cum alijs. *Innoc.*10. *conſt.2. Militantis*.

Cardinalium arma, & ſigilla carere debent ornamentis coronarum, & alijs, quæ ſæcularibus conueniunt, niſi ſint de eſſentia armorum, & integritate eorum; ſed ſolum Pileum rubeum ſuper arma teneant. *Innoc.*10. *conſt.2. Militantis*.

Cardinales iurare debent vſum iſtius Bullæ circa titulos, & arma. *ibid.*

Cardinales circa commendas.

Cardinales in monaſterijs commendatitijs, prouidere debent monachis de ſufficienti ſubſtentatione. *concil. Later.*5. *ſeſſ.* 9. *in Bulla de refor. curiæ c.* 2. & Eccleſias reparare. *ibid.*

Cardinalium morientium funeralia, ſpolia, & alia, quæ mortem ſequuntur.

Cardinalium funeralia non poſſunt in expenſis excedere ſummam 1500. florenorum, niſi iuſtis ex cauſis aliter ſit faciendum. *concil. Later.*5. *ſeſſ.*9. *in Bulla de refor. curiæ c.*2.

Cardinalium exequiæ prima, & nona die fieri poſſunt, interim verò poſſunt pro eo miſſæ tantum celebrari. *concil. Later.*5. *vbi ſupra c.*2.

Cardinalium morientium debita, quo ordine ſoluenda. *Pius* 5. *conſt.*15. *Sanctiſſimus, in declaratione.* vbi exactè, & diſtinctè omnia numerantur.

Spolia Cardinalium, vbicumque morientium pertinent ad cameram Apoſtolicam. *Pius Quartus conſtit.*19. *Decens*. Vide, *Spolia*. Intelligitur ſi non habent facultatem teſtandi. *ibid. Paulus* 3. *conſt.*29. *Romani.*

Cardinalium morientium, vtenſilia ſacra, vt mitræ, pluuialia, planetæ, tunicellæ, aliaque veſtimenta, & ornamenta; item calices, patenæ, & alia huiuſmodi præſertim benedicta, poſt eorum mortem pertinent ad Sacriſtiam Papalem, etiam ſi morientes habebant facultatem teſtandi. Vna excepta tunicella pro Cardinali diacono; vna vero planeta pro Cardinali presbytero, & vno pluuiali pro Cardinali Epiſcopo. Et alia circa hæc. *Vrban.*8. *conſt.in append.*54. *alias* 164. *Æquum eſt.*

Cardinalium morientium ornamenta cappellæ, cruces, calices, imagines, &c. ad Sacriſtiam Papæ ſpectant. *Paulus* 3. *conſt.*29. *Romani*.

Vide, *Spolia*. Vide, *Moriens*.

Cardinales Archipresbyteri S. Ioannis in Laterano, S. Petri, & S. Mariæ Maioris.

Cardinalis Archipresbyter S. Ioannis in Laterano, poteſt cauſas omnes illius cleri iudicare, & multa alia in eo exercere. *Gregor.*13. *conſt.* 45. *cum ſicut*.

Cardinalis Archipresbyter S. Mariæ Maioris Romæ, poteſt cauſas illius cleri iudicare, & conuenire omnes debitores illius Baſilicæ, & alia multa, *ex Paulo* 3. *conſt.*19. *cum ſicut, in fine*.

Cardinalis Archipresbyter S. Petri habet iuriſdictionem iudicandi cauſas omnes illius cleri, tam vertentes inter ipſos, quam cum exteris, & multa alia facere. *Paulus* 3. *conſtit.* 35. *cum dilectus*.

Cardinales Archipresbyteri trium dictarum Baſilicarum, qui habent facultatem iudicandi de cauſis Clericorum omnium talium Eccleſiarum, poſſunt iudicare de iuribus, & redditibus ipſarum Eccleſiarum actiuè, & paſſiuè, per ſe, vel per alios delegatos: item de iuribus præbendarum, beneficiorum, cappellaniarum, adminiſtrationum, &c. actiuè, & paſſiuè per ſe, vel per alios: quando verò agitur de *alijs iuribus, quibuſcumque, tunc* ſi canonici, beneficiati, cappellani, *alijque* ſunt rei, ab *ipſis* Cardinalibus iudicantur; ſi vero ſint actores non gaudent his priuilegijs, nec poſſunt trahere reos ad forum Cardinalium. Et alia in contrarium reuocat. *Vrb.*8. *conſtit. in ſecunda append.* 48. *alias* 158. *Quamuis Romani*.

Caritas.

Caritas, quæ poteſt perdi, quando eſt vera, & quando non. *De pœnit. diſt.*1. *c.*2. *Caritas*.

Caritatis multa encomia. *ibid. & per multa capp. ſeqq.*

Caritas perfecta non deſerit in aduerſis. *De pœnit. diſt.*2. *c.* 12. *Ficta*.

Caritas, quæ deſerit in aduerſis, eſt ficta. *ibid.*

Caritas perfectiſſima in hac vita, non habetur. *De pœnit. diſt.* 2. *c.*19. *Caritas*.

Caritati iungenda eſt fides, & iuſtitia. 24. *q.*1. *cap. Vbi ſana*.

Caritas vera peccata dimittit. *De conſecrat. diſt.*4. *cap. Eccleſiæ caritas*.

Caritas inuiſibilis eſt vnctio Spiritus ſancti. *De pœnit. diſt.*2. *c.* 8. *Vnctio*.

Caritas, quæ per iuſtificationem infunditur homini, ipſi inhæret. *conc. Trid. ſeſſ.*6. *cap.*7. *concil. Mogunt.*4. *c.*7.

Caritas, quæ in iuſtificatione confertur, datur ex Spiritus Sancti voluntate, iuxta menſuram diſpoſitionum, & cooperationem. *ibid. c.*7.

Caritas augetur per bona opera. *concil. Tridentin. ſeſſ.*6. *cap.*10.

Caritas, quæ in iuſtificatione infunditur, eſt grauida ad bona opera. *Concil. Mogunt.*4. *c.*7.

Caritatiuum ſubſidium.

Caritatiuum ſubſidium, ex licentia Papæ, vel ex conſuetudine, exigere poteſt Epiſcopus à clero. *Extra, de cenſibus c. Vas electionis*.

Caritatiuum ſubſidium non poteſt eſſe maius, quam eſſet procuratio, quam exigeret Epiſcopus, ſi per alium viſitaret. *ibid.*

Carmelitani fratres.

Vide, *Fratres Carmelitani.*

Caro, Carnes.

Carnes abhorrens in ferijs Clericus (ob ſuperſtitionem) deponendus eſt. *concil. quod dicitur Apoſtolorum c.53.*

Carnes comedentem damnans, tanquam malum facientem, anath. eſt. *concil.Gangrenſe c.2. diſt.30. c. Si quis carnem.*

Carnem non comedens tanquam immundam ſi eſt clericus, ceſſat ab ordine ſuo. *concil. Anciranum c.14. conc.Aquiſgran. ſub Ludouico Pio c.63.*

Carnem comedens in quadrageſima, in Paſcha non communicet, & per vnum annum ab eſu carnium deberet abſtinere decreuit *concil. Tolet. 1. c.24. & concil. Tolet.8. c.9.* excepto caſu infirmitatis. *ibid.*

Carnes non manducantes, ſi ſunt ſuſpecti, quod credant eſſe immundas, cogendi ſunt ad manducandum, vt tollatur ſuſpitio. *concil.Brac.c.37. concil. Lucenſe. c.58.*

Carnes non comedebant homines à principio mundi, vſque ad diluuium. *Diſt.35. cap. ab exordio.* poſt diluuium conceſſum eſt comedere: at poſt Chriſti aduentum pro aliquibus diebus eſt prohibitum. *ibid.*

Carnes comedi non poſſunt in die Sabbati. *De conſecr. diſt.5. c.Quia dies. Concil. Roman.5. ſub Greg.7.*

Carnes comedi non poſſunt in feria ſexta, excepta die Natiuitatis. *Nicol.1. ad conſulta Bulgar. c.5. De obſeruat.ieiuniorum explicari.*

Carnes comedere non poſſunt in feria ſexta (ſi in ea accidat Natiuitas Domini,) qui tenentur voto, vel regulari obſeruantia. *De obſeruat. ieiuniorum c.Explicari.*

In tali die & feſto licitum eſt, ex deuotione abſtinere à carnibus. *ibid.*

Carnes in quibus diebus comedi non poſſunt. *De conſecr.diſt. 3. c. De eſu carnium.*

Carnes olim poterant ex diſpenſatione communi comedi in feria ſexta, quando in ea incidebat dies Epiphaniæ, vel alia feſta. *Nicol.1. ad conſulta Bulgar. c.5.*

Carnes comedi non poſſunt, nec tempore quadrageſimæ, nec tempore ieiuniorum. *ibid. Nicol.1. c.4. concil.claramont. c.23. concil. Sabin. c.17.* exceptis infirmis. *ibid.*

Si carnium abſtinentiam pro aliquo die præcipiat Epiſcopus, eſt facienda. *Nicol.1. ibid. c.5.*

A carnibus volens abſtinere pro aliquo tempore, licitè facit. *ibid. c.4.*

Carnes comedere non poſſunt monachi, niſi ægroti. *De conſec. diſt.5. c. Carnem.*

Carnes comedi poſſunt etiam in vigilijs ab infirmis, & tempore neceſſitatis. *De obſeruat. ieiuniorum c. Conſilium.*

Carnibus abſtinendum in vigilia Natiuitatis Domini, Aſſumptionis B. Mariæ, S. Laurentij, & Apoſtolorum. *concil. Salengunſtadienſe 1. c.1.*

A carnibus in certis temporibus eſt abſtinendum, non quia immundæ, ſed ad temperantiam. *conc.colon.2. part.9. c.3.*

Carnes in Sabbatho non poſſunt comedi. Vide, *Sabbathum.*

Carnes comedi non poſſunt in quatuor temporibus. *concil. Sabinenſe c.17.* Exceptis infirmis.

Carnes in neceſſitate comedi poſſunt, tempore prohibito, ſed cum vtriuſque medici conſilio. *concil. colonienſ.2. p.9. c.4.*

Carnes in Sabbatho comedentes Græci tolerantur. Vide, *Græci.*

Vide, *Abſtinentia.* Vide, *Animalia.*

Caro humana.

Carnis nomine intelligitur aliquando totus homo, ideo dicitur Verbum caro factum eſt, quia humanitatem aſſumpſit. *Concil. Tolet. 15.*

Carnis creationem dicens eſſe opus diaboli, eſt anathema. *concil. Brachar.1. c.13.*

Caro Chriſti.

Caro Chriſti nata de Virgine eſt in Euchariſtia. *De conſecr. diſt.2. c.Omnia.*

Caro Chriſti dupliciter intelligitur, carnaliter, & ſpiritualiter. *ibid. cap. Dupliciter.*

Vide, *Chriſtus.*

Carolus.

S. Carolus canonizatur *à Paulo 5. conſt.67. Vnigenitus.*

Carnale peccatum, & carnaliter peccans.

Carnale peccatum contra naturam, eſt maximum. 32. q.7. c. *Flagitia, cap.Vſus naturalis, & cap. Offerebat.*

Carnalis copula, ſeu actus eſt peccatum, licet ad illud natur inclinet; etiamſi ad ipſum homo tentetur. *Clem.de hæreticis, Ad noſtrum. Concil. Vienn. gener.*

Carnaliter peccans cum matre, vel duabus ſororibus, vel matre, & filia, vel alijs, &c. Vide infra, *Copula carnalis.*

Carnaliter peccans cum beſtia, quali pœnitentia eſt affligendus cum abſoluitur. *concil. Lucenſe c.81.*

Vide, *Carnalis copula in ſeq.*

Carnalis copula cum quacumque perſona, &c.

Carnalem copulam habens cum duabus, matre, ſcilicet, & filia, qua pœnitentia affligendus. 30. *q.4. c. Si pater.*

Carnaliter cognoſcens duas ſorores, aut duas commatres, quomodo puniendus. *ibid.30. q.4. c.Si pater.* Poſt pœnitentiam poteſt cum alia muliere facere matrimonium. Vide, *Soror.*

Si duo fratres carnaliter cognoſcant vnam mulierem, quæ pœnitentia eis imponenda. *ibid.*

Si pater, & filius carnaliter cognoſcant eandem, quæ pœnitentia, &c. *ibid.*

Carnaliter peccans cum matre propria, qua pœna puniendus, & eſt anathema. 33. *q.2. cap. Si quis cum matre. Nicol. in decr.de impedim. matrim. c.5.*

Carnaliter peccans cum ſuſcipiente, vel ſuſcepto, &c. ex fonte, vel confirmatione, anathema eſt. *ibid. c. Si quis, & Nicol. cap. 5.*

Carnaliter peccans cum duabus, matre, & filia, quarum vna inſcia ſit de alia, numquam poteſt ducere vxorem. 34. *q.1. c.Si quis cum matre.*

Illæ autem, quia inſciæ hoc fecerunt, poſſunt ducere maritos. *ibid.* Si verò ſciebant, numquam poſſunt maritos ducere. *ibid.* Vide, *Matrim. prohib.*

Carnalem copulam habens cum beſtia per 15. annos pœnitere debet ante fores Eccleſiæ, & alias habere pœnitentias. *concil. Lucenſe c.81.* Vide, *Belua.* Vide, *Beſtia, & beſtialitas.* Occidenda eſt beſtia. *ibid.*

Carnalis copula coniugum omittenda in nocte præcedente aſſumptionem Euchariſtiæ. Vide, *Vxor, ab vxore quando abſtinendum.*

Carnalis copula per vnum teſtem de viſu probatur, ſi alia adſunt adminicula. Probatur etiam per teſtes ex auditu, ſi alia adſunt adminicula. *De Teſtibus cap.Præterea.*

Carnalis copula probatur per violentam præſumptionem. *De præſumpt. c.Literis c.Tertio loco.*

Carnalis copula facit, vt ſponſalia de futuro tranſeant in matrimonium. *De ſponſalibus c. Is qui fidem.* Non ſufficit viſus ad copulam, ſed requiritur realis copula in effectu. *ibid. & cap. fin.*

Carnalem copulam cum ſeruis pertentans ad quid tenetur. *De pœnit. diſt.1. cap.12.*

Carnalis niſus inter impuberes, etiam cum matrimoniali conſenſu non facit matrimonium. *De deſponſatione impuberum cap. Atteſtationes.*

Carnaliter cognoſcens duos, patrem, & filium, pœna mortis eſt punienda. *Sixtus 5. conſt.54. Volentes.* Idem de eo, qui ſcienter cognoſcit matrem, & filiam, aut duas ſorores. *ibid.*

Carnaliter cognoſcens virum, cum quo mater, filia, vel ſo-

ror

xor habuit rem, pœna mortis est punienda. *Sixtus 5. ibid.* Idem de patre, aut filio cognoscente mulierem, cum qua pater, aut filius habuerunt rem. *ibid.* Et hoc in statu Ecclesiæ. *Vide, Filius.* Vide, *Fornicatio.* Vide, *Vir carnaliter, &c.* Vide, *Vxoratus, in fi.* Vide, *Vxor, ab vxore, quando abstinendum.*

Carthago.

Carthaginensis Episcopus est primas totius Africæ. *Leo IX. epist. 3. & 4.*

Carthusiani Monachi.

Vide, *Monachi Carthusiani.*

Cassinenses Monachi.

Vide, *Monachi Cassinenses.*

Castella, seù Castilia.

Castellæ Episcopi, & alij Visitatores, quas, & à quibus possunt exigere procurationes, quando visitant. *Extra, de censibus cap. Vas electionis.*

Castitas.

Castitas non perditur sine voluntate. 32. *quæst. 5. cap. Sicut enim.*

Castitas perditur voluntate peccandi carnaliter, licet corpus sit intactum. 32. q. 5. *cap. Nec solo tactu, cap. Si Paulus, & cap. Nec solo.*

Castitas non perditur, si corpus coactè corrumpitur. 32. *q. 5. cap. Tolerabilius. c. re vera. c. Ita nè? cap. Proposito. c. Non fidelis. cap. De pudicitia. cap. Ad Deum. cap. Non potest, & c. Magis.*

Castitatem professam violantes grauiter puniendi. *concil. Arausic. 1. cap. 28.*

Castrans, & castratus.

Castrans se sponte, fieri non potest clericus. *Concil. quod dicitur Apostolorum c. 22. concil. Arelat. 2. cap. 7. Concil. Nicæn. 1. can. 1. dist. 55. c. Si quis. cap. Hi qui se.*

Castrans se sponte, si est clericus, eijcitur à clero. *Concil. quod dicitur Apostolorum c. 23. concil. Nicæn. 1. can. 1.* Si est laicus, per tres annos excommunicetur. *concil. Apost. cap. 24.*

Castratus per insidias, vel in persecutione, potest fieri Episcopus, si est dignus. *concil. quod dicitur Apostolorum cap. 21.*

Castratus ab inimicis, vel ob infirmitatem, manere potest in clero. *conc. Nicæn. 1. can. 1. dist. 55. cap. Si quis pro ægritudine, cap. Eunuchus, &c. ibid.*

Castratus à medicis potest ordinari clericus. *dist. 55. cap. Si quis à medicis, & cap. Si quis pro ægritudine.*

Castratus in cunabulis, potest licitè promoueri. *De corpore vitiatis cap. Ex parte.*

Castratus ex iusta causa, potest exercere Sacerdotium. *ibid.*

Castratus voluntariè, quando potest fieri Sacerdos, licet in altari non possit ministrare. *ibi cap. Significauit.*

Vide, *Eunuchus.*

Caseus, & ova.

Caseo vesci non licet in Quadragesima, & ieiunijs. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Ieiunio. concil. Quintiliniburgense cap. 8.*

Casus reseruati.

Casus multos semper sibi reseruarunt Pontifices Romani. *Extra, de pœnitent. & remissionibus c. Et si dominici.* Qui sunt hi casus. *ibidem.* Item casus in Bulla cœnæ.

Vide, *Bulla Cœnæ.*

Aliæ multæ excommunicationes sunt Papæ reseruatæ, vt in suis proprijs materijs.

Casus Papæ reseruati, à nullo possunt absolui, sine speciali Papæ licentia, nec sufficit generalis. *Extra, de pœnit. & remiss. vt supra.*

In articulo mortis omnis casuum reseruatio cessat, & absolui possunt etiam à simplici sacerdote. *concil. Tridentin. sess. 14. cap. 7.*

Casus omnes Papæ reseruati, si occulti, possunt ab Episcopo absolui. *concil. Trid. sess. 24. de refor. cap. 6.* Et potest aliquem specialiter deputare, vt in casu ab eis absoluat.

Casus quidam, qui peccata grauia sunt, possunt ab Episcopis reseruari. *concil. Rauenn. 1. c. 8. concil. colon. 2. p. 3. c. 37. concil. Trident. sess. 14. cap. 7. & can. 11.* Sed pro his debent Episcopi aliquos delegare, qui ab eis absoluant. *concil. colon. 2. ibid.*

Casus reseruati Episcopo non possunt à simplici sacerdote absolui, sed isti debent pœnitentes remittere ad superiores ordinarios, & legitimos iudices. *concil. Trid. sess. 14. cap. 7. & can. 11. concil. Rauennat. 1. sub Honor. 4. cap. 8. concil. Treueren. c. 12.*

Casus, qui ab Episcopis solent reseruari sunt isti: Homicidium voluntarium. Percussio parentum. Incendiarij, arborum, vinearum, incisores, &c. Incestus in primo, vel secundo gradu cognationis. Infantes exponentes, si habent vnde viuant. Notarij non denunciantes legata ad pias causas. Mensuras adulterantes, & alia similia, quæ pro regionum diuersitate videntur magis expedire. *conc. Mediol. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad Sacram. Pœnit. ministrationem.*

Casuum reseruatorum absolutionem non concedit Prælatus, quando concedit electionem confessarij. *De pœnit. in 6. c. Si Episcopus.*

Vide, *Absolutio à casibus Papalibus.* Vide, *Absoluere.* Vide, *Reseruare.*

Casus reseruati pro Regularibus. Vide, *Regulares circa censuras.*

S. Catharina Senensis.

S. Catharina Senensis canonizatur anno 1461. *à Pio 2. const. 6. Misericordias.*

Catechumenus.

Catechumenus catholicus præfertur hæretico baptizato. *de consecr. dist. 4. c. Non dubito.*

Catechumenus licet benè viuat, saluari non potest sine baptismo, vel martyrio. *de consecr. dist. 4. c. catechumenus.*

Catechumenus de quibus est interrogandus. *lib. 8. const. Apostol. c. 23.* & de quibus erudiendus. *lib. 7. c. 40. & 41.*

Catechumenus non admittatur ad psallendum in Ecclesijs. *concil. Brachar. c. 35.*

Catechumenus non admittatur ad baptismum si est demoniacus. *lib. 8. const. Apost. c. 32.*

Catechumeno peccanti in Ecclesia, quod onus potest imponi. *concil. Neocæsar. c. 5.*

Catechumeni fidem negantes, quomodo recipiendi. *concil. Nicæn. 1. can. 13.*

Catechumeni instruendi sunt à fidelibus, alias non admittantur ad orationes. *conc. Araus. 1. c. 20.* Aliquando ad orationes admittendi. *ibid. c. 19.*

Catechumeni, qui sacrificant idolis, post triennium, possunt admitti ad baptismum. *concil. Eliber. c. 3.*

Qui aliquando fuit catechumenus, potest etiam post recipi ad baptismum. *concil. Elibert. c. 45.*

Catechumena, quæ per adulterium, &c. concipit, si partum occidit, in fine vitæ tantum posse baptizari decreuit *conc. Elibert. cap. 68.*

Catechumenis, neque in Paschate dari potest aliquod benedictum. *conc. Carthag. 3. c. 5.*

Catechumenorum oratio facienda est in Missa. *lib. 8. constit. Apost. cap. 6.*

Catechumeni. Vide, *Neofiti.*

Catechismus.

Catechismus à diacono fieri potest. *Ep. 1. S. Clementis c. 4.*

Catechis-

Catechiſmus præcedere debet baptiſmum. *de conſecr. diſt.4. cap. Ante baptiſmum.*
Catechiſmus per dies viginti faciendus. *conc. Bracharen. 2. c.1. de conſecr. diſt.4. c. Ante viginti.*
Catechiſmus Iudæorum, fieri debet per octo menſes. *de conſecr. diſt.4. cap. Iudæi.*
Catechiſmus à ſacerdotibus Eccleſiæ baptizandorum propriè eſt faciendus. *Nicol.I. in decr. de Baptiſmo c.2.de conſecr. diſt.4. c. Catechumeni.*
Catechiſmi ritum contemnens, peccat mortaliter. *concil. conſt. ſeſſ.vlt. conſt. Martini V. circa medium.*

Cathedra S. Petri.

Vide, *S. Petrus Apoſtolus.*

Cathedralis Eccleſia.

Cathedralis Eccleſia nihil poteſt prætendere de legatis, quæ fiunt in alijs Eccleſijs, vel Diœceſis, vel Ciuitatis. *Honorius 3. ex Cirone. De verbor. ſignif. c.3.*
Cathedralis Eccleſia intelligitur nomine Eccleſiæ, dum Papa mandat dari beneficium in Eccleſia.
Vide, *Beneficium.*
Vide, *Eccleſia Cathedr.* Vnum ex canonicis curet ſtudio Theologiæ vacare. *concil. Sabin. c.21.* Vide, *Theologia.*

Catholicus.

Catholicus idem eſt, ac vniuerſalis. *Poſt ep.3. Iulij I. c.8.*
Catholicus cauſam dicens, ſeu recurrens ad iudicem alterius fidei habens proprium, excommunicatur. *concil.carthag. 4. c.87. cauſa 2. q.7. c. catholicus.*
Catholici non poſſunt matrimonium facere cum hæreticis. 28. *q.1. c. Non oportet.* Sed fieri poſſunt ſi promittant eſſe catholici (id eſt cum diſpenſatione.) *ibid.*
Catholicus ſi cum Iudæa nubit, quomodo puniendus. 28. *q.1. c.Si quis Iudaicè.*
Catholici clerici facere non poſſunt Synodum cum hæreticis. 24. *q.3. c. cum quibus.*
Catholicæ Eccleſiæ ſacrificia ſolum acceptat Deus non alterius Eccleſiæ. 24. *q.1. c.Qui ex ſola.*
Catholicus non eſt, qui cum Romana Eccleſia non concordat. *Greg.7. lib.2. poſt epiſt.55.*

Caualcatæ.

Caualcatæ, & hoſtiles incurſus fieri prohibentur in Prouincia Marchiæ, & pœnæ facientium. *Ioann.22. conſtit.10.ad hoc. Paulus 3. conſtit.17. Officij, & Sixtus V. conſtit.75. Dum pro communi.*
Caualcatas facientes in ſtatu Eccleſiæ ſine Papæ licentia, quomodo puniendi. *Iulius 2. conſtit.6. cum homines, & Iulius 3. conſt. 25. Cum ſicut.*
Caualcatæ in ſtatu Eccleſiæ, quando ad bonum publicum, permittuntur fieri, & quomodo. *Sixtus V. conſtitut.75. Dum pro communi §.2.*

Cauſa, quid ſit.

Cauſa eſt negotium, quod à caſu dicitur, quia caſu euenit: dum proponitur, dicitur cauſa; dum diſcutitur, iudicium; dum finitur, iuſtitia. *De verbor. ſignif. cap. Forus.*
Vide, *Lites.*

Cauſa Eccleſiaſtica.

Cauſæ Eccleſiaſticæ per canones reſoluuntur. *Iulius I. epiſt. ad Orientales.*
Cauſæ Eccleſiaſticæ ab Epiſcopis, alijſque Eccleſiaſticis iudicandæ. *Euariſt. ep.1. cauſa 25. q.2. c. priuilegia.*
Cauſæ, quæ includunt obſeruantiam iuris canonici, per Eccleſiaſticos tractandæ ſunt. *De iure iurando in 6. cap. Licet mulieres.*

Cauſæ ab Epiſcopis iudicandæ ſint graues, non leues. 11. *q. 3. cap. Nullus.*
Cauſas Eccleſiaſticas fieri coram Eccleſiaſtico iudice impediens, vel trahens ad forum ſæculare, & alia circa hoc.
Vide, *Impediens.*
Cauſa aduocata ad Papam, proceſſus factus ab inferiore eſt nullus. *de appellationib. & recuſationib. c. Vt noſtrum.*
Cauſæ ab Eccleſiaſticis piè, & caritatiuè iudicandæ non tyrannica dominatione. *Dam. ep.4.*
Cauſæ laicorum contra presbyterum ab Epiſcopo iudicandæ & è contra. 2. *quæſt.5. cap.Si quis Presb.*11. *quæſt.1. cap.* *qua cauſa.*
Cauſæ clericorum cum ſenioribus ab Epiſcopo iudicandæ 15.*q.7. cap.Si quis. c.Epiſcopus. c. ſi quis tumidus.* c.Feli. *c. ſi autem, & c.Epiſcopus Sacerdotibus.*
In cauſis Eccleſiaſticis auctoritas Sacerdotum eſt præferenda auctoritati ſæculari. *diſt.10. c. certum eſt.*
Cauſæ ſpectantes ad forum Eccleſiaſticum impediri non poſſunt à foro ſæculari, nec in eo poſſunt agitari, ſub pœna excommunicationis Papalis, à quo non poſſit dari abſolutio, niſi refectis expenſis. *De Immunitat. Eccleſ. in 6. cap. Quoniam.*
Cauſæ Eccleſiæ, etiam beneficiales, in prima inſtantia coram Ordinario fiant, & intra biennium à die motæ litis terminentur, & intra hoc tempus non admittendæ appellationes, nec fieri poſſunt auocationes ab alijs. *concil. Trid. ſeſſ.24. de reform. c.20.* ſed expectatur definitiua ſententia intra illud tempus, & poſtea valet appellatio. *Si expleto biennio* non ſit terminata liberum eſt partibus ad alios ſuperiores appellare competentes, & ab eis cauſa in ſuo ſtatu accipienda, & terminanda. *Concil.Trid. ibid.*
Cauſæ beneficiales pendentes in curia quomodo terminandæ. *Extra, de tregua, & pace c. ad vniuerſalis.*
Cauſæ Eccleſiæ in partibus committendæ ſunt Epiſcopis, vel alijs deſignatis in ſynodo. *Concil. Trident. ſeſſ.25. de reform. cap.10.*
Cauſæ Eccleſiaſticæ fiant in Prouincia. Vide, *Accuſatus.*
Cauſas Eccleſiaſticas ad ſe auocantes ſæculares, excommunicantur in Bulla cœnæ. Vide, *Excommunicatio Bullæ Cœnæ.* Vide, *Beneficiales cauſæ.* Vide, *Eccleſiaſticorum cauſæ.* Vide, *Immunitas Eccleſiæ.* Vide, *Eccleſia.* Vide, *cauſæ cameræ.* Vide, *camera.* Vide, *Auditor cameræ, circa finem.*

Cauſæ matrimoniales.

Cauſæ matrimoniales non ab Archidiaconis, nec à decanis etiam viſitantibus; ſed ab Epiſcopis ſemper cognoſcendæ in prima inſtantia. *concil. Trid. ſeſſ.24. de reform. c.20.*
In cauſa matrimoniali, ſi pars probet paupertatem, non poteſt trahi extra Prouinciam, nec in ſecunda, nec in tertia inſtantia, niſi pars velit pauperi ſubminiſtrare alimenta, & expenſas. *ibid. c.20.*
Cauſæ matrimoniales de plano, & ſummariè, ſine ſtrepitu tractari poſſunt. *clement. de Iudicijs cap. Diſpendioſam.*
Cauſa dotis in ſeparatione matrimonij fit à iudice eccleſiaſtico. *de donat. inter virum, &c. c. ad prudentiam.*
Vide, *Matrimoniales cauſæ.*

Cauſæ Eccleſiaſticæ ad Papam deferendæ, quæ ſunt.

Cauſæ maiores, vt fidei, &c. ad Papam deferri debent. *Euariſtus ep.2. Iul.1. ep.1. Innoc.1. ep.2. c.3.*
Cauſæ difficiles ad Papam deferendæ. *Pelag. 2. conſt. vnica, Manifeſto.*
Cauſæ Epiſcoporum à Papa iudicandæ. *Adrian.1. cap.28. cauſa 3. q.6. cap. Quamuis liceat, cap. Multum, diſt.17. cap. Multis, & cap. concilia.*
Cauſæ fidei à Papa iudicandæ. Vide, *Fidei cauſa.* Vide, *Papa.* Vide, *Romanus Pontifex.*

Causæ vbi faciendæ, ac iudicandæ.

Causæ faciendæ, vbi facta sunt delicta. 3.q.6. c. *Ibi semper*, c.*Si quis cler.& c.vlt.*2, q.8. c.*Qui crimen*. *Adrian.*1.c.11.
Causæ in Prouincia faciendæ, nisi ad Papam fuerit appellatum. 3. q.6. c.*Vltra*. Vide, *Accusatus*.
Causæ extra Prouinciam fieri possunt ex mandato Papæ. 3. q.6. c. *Vnaquæque*.
Possunt etiam extra Prouinciam fieri ob appellationem. *ibid. cap. Neminem*.
Causa Episcopi in Prouincia fieri non debet, sed à Papa. 3. q.6. c. *Quamuis liceat, & c. Multum*.
Causę vnius Prouinciæ non possunt fieri extra. 3.q.6.c. *Non liceat*, c. *Peregrina*, c. *Leges*, & c. *Neminem*.
Causæ, quæ in diuersis curijs tractantur, quomodo terminandæ. *Extra, de tregua, & pace, c. Ad vniuersalis*.
Causa facienda, vbi est accusatus. 3. q.6. c.*Si quis clericus*.
Causæ commissæ à Papa fieri debent in Ciuitatibus, vel locis insignioribus. *De rescriptis in 6. c.si propter, c.statutum. Concil. Lugdun. Gener.*
Actore, & reo eiusdem Diœcesis existentibus, causa committi debet intra illam, nisi in sex casibus. *ibid.* Si verò diuersæ sint Diœcesis, actor debet impetrare delegationem, vel in Diœcesi rei, vel alia, non tamen propria, nec vltra vnam dietam. *ibid.*
Causam non potest agere delegatus extra locum commissionis, nec citare, nisi ex partium consensu. *ibid.*

Causæ quomodo tractandæ, seu iudicandæ.

Causæ non possunt sine probationibus iudicari. *Euarist.ep.*2. *causa* 2, q.1. *cap. Deus*, & 30. q.5. c. *Nullum*. *De verbor. signif. cap. Forus*.
Causæ cum maturitate, & dilationibus, non festinanter tractandæ. *Zosimus ep.*4.
Causæ sine strepitu, & tumultu tractandæ. 5.q.4. c.*In loco*.
Si dum agitur causa opponitur actori, quod sit excommunicatus, quid agendum. *de off. & c. Iud. delegat. c. Prudentiam §. Sexta*.
Si eadem causa in diuersis curijs tractetur, quomodo terminanda. *Extra, de tregua, & pace c. Ad Vniuersalis*.
Causa dependens ab alia causa tractari non potest, nisi hæc prius expediatur. *de ord. cognit. c. Tuam*.
Causæ beneficiales, matrimoniales, vsurarum, &c. de plano, & summariè sine strepitu per iudices Ecclesiastic os possunt definiri. *Clem. de Iudic. c. Dispendiosam*.
Causæ ab Ecclesiasticis piè, & caritatiuè tractari debent, non tyrannica dominatione. *Dam. ep.*4.
Causæ viduarum, & pupillorum prius tractandæ sunt, quam aliæ. *Concil. Vernense c.*23.
Causa remitti non debet à iudice à quo, nisi prius verificata appellatione, vel de partium consensu. *de appellat. & recusat. c. Accepta*.
Causæ miserabilium personarum in foro Episcopali defendantur gratis per personas designatas ab Episcopis. *Conc. Mediol.*1, p.2. *tit. de Carceris custodibus*.
Causæ omnes præter criminales, agi possunt per Procuratorem. 5. q.3. c. *Quia Episcopus*.
Causa non probata, nullus excommunicari potest. 2. q.1. c. *Nemo Episcopus*.

Causæ, quæ possunt agi, vel non agi per Ecclesiasticos.

Causæ omnes possunt per Episcopos iudicari exceptis causis sanguinis. *De Immun. Ecclesiar. c. Cum Ecclesia Dei*.
Causæ feudorum sæcularium, etiam possunt per Episcopum iudicari. *Conc. Later.*3. *in append. de potest. Iud. c.*5.

Causæ à Papa quibus committi possunt.

Causæ Sedis Apostolicæ, committi debent personis in dignitate constitutis. *De rescript. in 6. c. si propter, & cap. statutum. Conc. Lugdun. Gener.*
Et istæ in magnis ciuitatibus, vel locis iudicentur. *ibid.*

Causæ omnes iustificationis impij.

Vide, *Iustificatio impij*.

Cœcus.

Cœcus ordinari non potest. *dist.*15. *Si Euangelica*. *Concil. quod dicitur Apostolorum c.*77.
Cœcus, surdus, vel mutus fieri non potest Episcopus. *ibid. cap.*78.

Cedere iuri, vel bonis.

Cedere non debet vllus suo iuri. 7. *quæst.*1. *cap. Quam periculosum*.
Cedens suo iuri non potest iterum repetere. *ibidem*.
Vide, *Ius*.
Cedere non possunt bonis debitores Mercatoribus Riparum, & Salinarum Romæ. *Innoc.*8. *const.*15. *Quoniam*.
Cedendi licentiam petentes, ea obtenta compellendi sunt cedere. *concil. Lateran.*4. *cap.*28.

Celare.

Celans crimen plus nocet, quam manifestans. 5. *q.*5. *cap. Non vos*.

Celebrare, & celebrans.

Celebrans Missam sine igne, vel sine aqua; vel in fermentato (si est latinus) deponendus est. *De celebrat. Miss. c. fin.*
Celebrans in loco interdicto, quomodo puniendus. *De cler. excomm. & c. c. Quæsiuistis*.
Celebrantes, vel celebrare facientes in locis per Episcopum, vel Papam interdictis, siue sæculares clerici, siue regulares, interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ, si contra formam iuris, aut priuilegiorum id faciunt. *De priuileg. in 6. cap. Episcoporum*.
Celebrans in Ecclesia polluta suspenditur ab ordine. *De priuileg. c. Tuarum*.
Celebrans in excommunicatione, vel suspensione ignoranter, non indiget dispensatione. *De clerico excommunic. celebr. c. Apostolicæ*.
Celebrans in Ecclesia polluta, vel præsente excommunicato, non fit irregularis. *De sent. excomm. in 6. c. Is qui*.
Celebrans in loco interdicto, scienter, est irregularis, & ineligibilis, nisi habeat priuilegium. *ibid. §. Is verò*.
Celebrans si sit suspensus ab ingressu Ecclesiæ, fit irregularis, & caret ecclesiæ sepultura, si ea suspensione durante moritur. *De sent. excomm. in 6. c. Is qui*.
Celebrans, si sit malè promotus, fit irregularis, & beneficijs priuari potest: & qui sunt malè promoti declarantur; scilicet, si extra legitima tempora, si sine legitima ætate, sine literis dimissorijs ordinati sunt. *Pius 2. constit.*7. *cum ex sacrorum*.
Celebrans in ecclesia polluta non fit irregularis. *De sentent. excomm. cap. Is qui*. Sed ab officio suspenditur. *ibid.*
Vide, *Missa*. Vide, *Presbyter*. Vide, *Sacerdos*.

Celibatus.

Celibatus clericorum in sacris est antiquus in ecclesia, ex tempore Apostolorum. *Nicol. I. in append. post ep.*16.
Celibatus est status perfectior coniugali. *concil. Trid. sess.*24. *can.*10.

Cella, & cellararius.

Cella nil aliud est, nisi locus secretus solitarius, separatus ab hominum conuictu, & deputatus ad Dei contemplationem. *De verbor. signif. in 6. c. priuileg.*
Cellæ Regularium non possunt ab Ordinarijs interdici, neque fratres in eis manentes. *ibid.*
Cellararius quis inter fratres constituendus. *conc. Aquisgr. sub Ludouico Pio c.*140. Vide, *Regulares*.

Cœmeterium.

Cœmeteria defunctorum frequentanda missis, & orationibus. *lib. 6. constit. Apost. cap. vlt.*

Cœmeterium violans incurrit excommunicationem Papalem. *concil. Lateran. 3. in append. tit. De excommunicatis cap. 6.*

In cœmeterio fieri non potest macellum. *concil. Sabin. c. 18.*

Cœmeterium vallantes, incastellantes, appropriantes, excommunicantur: & si sit Vniuersitas, interdicto supponitur. *ibid. c. 18.*

Cœmeterium Ecclesiæ contiguum intelligitur pollutum, si Ecclesia est polluta. *De consecr. Eccl. in 6. cap. vn.*

In cœmeterio polluto, ante consecrationem nullus potest sepeliri. *ibidem.*

Cœmeterio polluto Ecclesia contigua etiam est polluta, & si plura sint cœmeteria, quod nam afficit Ecclesiam. *ibid.*

Cœmeterium est interdictum, si Ecclesia est interdicta. *De sent. excom. in. 6. cap. Si ciuitas.*

Cœmeterium, in quo aliquis excommunicatus fuit sepultus, est reconsecrandum. *De consecrat. Eccles. cap. Consuluisti.*

In cœmeterio non ducendæ choreæ, nec aliud simile faciendum. *Clement. de celebrat. miss. c. 1.*

Censura Ecclesiastica.

Censura Ecclesiastica est triplex, excommunicatio, suspensio, & interdictum. *De verbor. signif. cap. Quærenti.*

Censuræ Ecclesiasticæ timendæ sunt. *11. q. 3. c. Nemo.* Vide, *Excommunicatio.*

Censuræ siue iustæ, siue iniustæ, sunt timendæ. *Gregor. 7. lib. 9. ep. 22.*

Censuras contemnens est anathematizandus. *Nicolaus 1. epist. 9.*

Censuras timente, & obseruante parte, non probatur possessio, vel quasi possessio, &c. pro aduersario, qui eam procurauit. *De restit. spol. cap. Olim inter.*

Censura quælibet, scripto est ferenda. *De sent. excom. in 6. c. 1.* Aliter eam ferens est suspensus ab officio, & tenetur ad expensas rei. *ibid.*

Censura lata in participantes cum excommunicatis non tenet non præmissa monitione. *De sent. excom. in 6. cap. Constitutionem, & c. Statuimus.*

Censura ferri non potest à Prælato in subditos, nisi præuia monitione; excepto si culpa, ex suo genere eam inducat. *De appell. & recus. c. Reprehensibilis.*

Censuræ nomine intelligitur omnis censura, nisi Iudex declaret, de qua loquatur. *De verbor. signif. c. Quærenti.*

Censuræ non ferendæ, nisi maxima ex causa. *concil. colon. 2. par. 13. c. 1. & 5.*

Censura non potest ab Episcopo ferri, sine ordine iudiciario. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. de Simonia c. 7.*

Censuræ Ecclesiasticæ sunt veræ, & legitimæ pœnæ, quibus Ecclesia vtitur; non autem inuentiones Antichristi. *concil. Constant. contra art. 19. Ioannis Hus.*

Censuræ latæ non suspenduntur per appellationem. *de sent. excom. in 6. cap. Is cui.*

Censuræ possunt ad cautelam relaxari cum cautione de parendo mandatis Ecclesiæ. *Honorius 3. ex Cirone de sent. excomm. c. 4.*

Censuris non facilè vtatur iudex Ecclesiasticus, sed solum in causis criminalibus, vel alijs etiam, quando non potest fieri executio realis, vel personalis. *concil. Trid. sess. 25. de reformat. c. 3.*

Censuram Ecclesiæ incurrens non est vitandus, nisi expresse à iure, vel ab homine sit lata, vel sit notoria. *concil. Mogunt. 4. cap. 104.*

Vide, *Excommunicatio.* Vide, *Suspensio.* Vide, *Interdictum.* Vide, *Iudices Ecclesiastici.* Vide, *Ecclesiæ proprietates.*

Census.

Census nouus non potest imponi monasterijs ab Episcopo. *de censib. cap. Scientes.*

Census nouus imponi non potest Ecclesiasticis. *ibidem cap. Prohibemus.*

Censum exigens ab Ecclesia priuatur officio. *ibidem cap. Ea quæ.*

Censum petens ab aliquo tenetur rationem eius exprimere. *ibid. cap. Peruenit.*

Census soluendi sunt iuxta monetam antiquam, in qua sunt instituti. *ibid. c. olim causam, & cap. cum canonicis.*

Census annui possunt vendi, & emi absque nota vsuræ. *Extra de emptione cap. Regimini.*

Census retrouenditio non est vsuraria. *ibid. cap. 2.*

Census emptio cum pacto retrouenditionis non est vsuraria. *Extra, de emptione, & venditione c. Regimini il 1.*

Census in statu Ecclesiastico fieri non possunt, nisi septem tantum soluendo pro quolibet centenario, & alij antiqui ad hanc formam reducuntur, alias contractus isti nulli sunt. *Clemens 8. const. 6. Quæ ad subleuationem.*

Census annui quomodo instituendi ne sint vsurarij. *Pius V. const. 79. cum onus.* vbi distinctè omnes conditiones creandi censum, & quæ requirantur ad extinguendum. Super eadem re fundari non potest nouus census. cum pecunia numerata coram Notario, & testibus creandus census. Anticipata solutio exigi non potest, neque cum hoc pacto fieri. Quomodo præferendus dominus census, si res censuaria vendi debet. Quando potest creari sine pecunia presente, & quando pro dote assignanda creari potest census, & alia. *ibid.*

Census nouus non potest Ecclesijs imponi à Patronis. *de censib. c. Grauis.* neque ab Episcopis. *concil. Later. 3. c. 7.*

Censum nouum iurans soluere Patrono, absoluitur à iuramento. *ibidem.*

Censum soluens Ecclesiæ Romanæ, non per hoc eximitur à iurisdictione Episcoporum. *de priuilegijs c. Recepimus.*

Cæremoniæ Ecclesiasticæ.

Cæremonias, seu ritus infidelium obseruans, est anathema. *26. q. 7. cap. Non licet. c. si quis calendas.*

Cæremoniæ, & ritus Ecclesiæ Romanæ obseruandæ in celebratione Missæ. *conc. Mediol. 1. par. 2. tit. 1.* Vide, *Missa.*

Cæremoniæ, quæ sunt in vsu missæ. Vide, *Missa.* Vide, *Sacrificium.*

Cæremoniæ, & ritus in administratione Sacramentorum non possunt ex ciuium suis libito alterari, & mutari, & contrarium docens est anathema. *concil. Trident. sess. 7. de sacram. can. vlt.*

Cæremoniæ sacræ, quæ pertinent ad Dei cultum, & sacramentorum ministerium, retinendæ sunt. *concil. Mogunt. 4. cap. 40.*

Vide, *Ritus.* Vide, *Missa.* Vide, *Officium diuinum.*

Cæremoniarum Magister.

Cæremoniarum Magister instruere debet eos, qui primam missam sunt celebraturi. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. Qui pertinent ad celebrationem missæ.*

Cæremoniarum magistri, plures per Episcopum instituendi. *ibidem.*

Cæremoniarum magister denunciet, quale officium celebrandum, quæ antiphonæ, qui psalmi, quæ orationes dicendæ, quando standum, sedendum, flectendum: omnes moneat de suo officio peragendo, adolescentes instruat pro Epistola canenda, &c. *concil. Mediol. 1. part. 2. tit. de Magistro chori.*

Cæremoniarum magistro omnes obedire tenentur, alias per chori præfectum puniendi. *ibid.*

Cæremoniarum magister tabellam faciat in Sacristia, in qua omnium officia, & functiones faciendas in hebdomada notet; quod officium faciendum, quæ missa canenda, &c. & non obedientes tabellæ, priuantur distributione. *ibid.*

Cæremoniarum magister instituendus ab Episcopo cum capitulo. *ibidem.*

Cæremoniarum magister debet esse probatis moribus, exercitatus in diuinis officijs, prudens, &c. *ibid.*

Cæremo-

Cæremoniarum magistro stipendium dandum, etiam de communibus, si opus sit. *ibid.*
Cæremoniarum magister delinquens à chori præsidente, & ordinario puniatur. *ibid.*

Cæremoniale.

Cæremoniale Episcoporum reformatur, & approbatur. *Clemens 8. constit. 69. cum nouissimè.* Et obseruandum districtè præcipitur. *ibid.*

Cereus Paschalis, & alij.

Cereus Paschalis in Sabbatho Sancto benedicendus in vigilia Paschæ. *Concil. Tolet. 4. c. 9.*
Cerei in cæmeterijs more gentilium non debent accendi. *Concil. Eliber. cap. 34.*

Certus.

Certus de aliquo non debet vlterius certiorari. *De regul. iuris in 6. regul. 31.*

Cessatio à diuinis.

Cessari aliquando potest à diuinis, ob iniurias Ecclesiæ illatas. *Clem. de sent. excomm. c. 1.*
Cessandi causam dantes, tenentur ad damna. *de off. ordin. in 6. cap. si canonici.*
Cessantibus clericis à diuinis, statuæ non male tractentur. *ibidem.*
Vide, *Canonici cessantes.*

Chirurgia.

Chirurgia exerceri non potest ab ordinatis in sacris, siue clerici sæculares sint, siue Monachi. *Nè clerici, vel Monachi c. sententiam.*
Chirurgi habentes notitiam vulnerum, Romæ tenentur deferre ad capitolium. *Pius 4. const. 34. Dilectos.*

Chorus.

Chori tabella facienda est, & in ea notentur, quæ agenda sunt per hebdomadam à ministris Ecclesiæ, & in loco publico appendatur. *Concil. Treueren. c. 7.*
Chori vicarij tempore officij non deambulent extra chorum, omnia cum diligentia faciant, sciant onera Ecclesiæ specialia ex fundatione, vel consuetudine sub pœna suspensionis ab officio, & priuatione distributionum. *Concil. Colon. 3. tit. de officiorum, &c. cap. 12.*
Choro assistentes clerici, tunica talari vtantur superpelliceo, cottis, & cappis pro diuersitate locorum, bireto in capite vtantur, grauitatem teneant, non fabulentur cum alijs, omnes debent cantare, & recitare Officium, cum *Iesu* nomen exprimitur, omnes inclinent caput, cum dicitur *Gloria Patri &c.* omnes consurgant, nullus legat. nullus priuatim recitet officium, & pœnæ transgressorum. *Concil. Senonense in decret. morum c. 10. & 18. Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. Quomodo versandum in Choro.*
In choro alternis vicibus recitandum officium & dum vna pars chori recitat, altera attentè audiat. *Concil. Mediol. ibidem.*
In choro officium non recitandum cursim, vel perturbatè, sed distinctè & leniter. *ibid.*
In choro iuxta regulas cæremonialis, standum, sedendum & caput aperiendum suis temporibus, & ab omnibus æqualiter. *ibidem.*
Non vtendum pileo in choro, sed bireto, transgressor à præsidente chori moneatur; si non pareat, habeatur pro absente. *Concil. Mediol. ibid.*
Non fiant in choro colloquia, non risus, non ioci, non rixæ, non dormiatur, non mutetur locus, nec etiam occasione genuflectendi non legantur literæ vel alia scripta, dum recitatur officium commune, non dicatur priuatum. *ibid.*
E choro nullus debet exire, nisi completo officio, neque ex causa communi (excepto casu necessitatis) & tunc petenda venia à Prælato chori. Qui in præfatis omnibus non obediunt Prælato chori, carent distributionibus illius horæ, in qua delinquunt. *concil. Mediol. ibid.*
Exeuntes è choro omnes completo officio dato signo ab hebdomadario, omnes se consalutent, deinde exeant, alter alteri se inclinent & ordinatè ad sacristiam regrediantur vbi exuere debent superpelliceum, & non in Ecclesia; aliàs distributione illius horæ priuentur transgressores. *ibid.*
Choro debet præsidere vnus qui curet de omnibus, quæ pertinent ad officia diuina persoluenda. *Concil. Mediol. 1. p. 2. tit. de officio eius qui choro præsidet.* curet ne absurdè, vel indecorè fiant, transgressores obiurget, & si non resipiscant, à punctatore notari faciat vt ad Episcopum deferantur. *ibidem.*
Si non adsit qui hoc munus exerceat, primus inter dignitates, vel canonicos id exequatur. *ibid.*
Chori magistro per Episcopum assignanda sunt officia distincta per magistrum cæremoniarum si non adsint hi distincti magistri vnus hæc faciat. *concil. Mediol. 1. p. 2. tit. de officio magistri chori, & cæremoniarum.*
In choro recitanda sunt distinctè versus, Antiphonæ, &c. dum in organo canitur. *concil. Mediol. 1. p. 2. tit. de Musica.*
Loquentes in choro dum celebrantur diuina officia, possunt per excommunicationem compesci. *Honorius 3. ex Cirone de vita, & honest. cler. c. 3.*
Vide, *Officium.* Vide, *Psallere*, vbi multa habes de choro.

Chrisma quid sit.

Chrisma ex balsamo, & oleo fit. *De sacra Vnctione c. vnic. Innoc. IV. constit. 14. sub catholicæ. Concil. colon. 2. par. 7. cap. 12.*

Chrisma à quo faciendum.

Chrisma à Presbytero fieri non potest. *concil. Roman. sub Syluestro c. 5. concil. carthaginense 2. cap. 3. concil. carthagin. 3. c. 36. dist. 25. cap. perlectis. dist. 95. cap. presbyteros. 26. q. 6. c. si iubet. lib. 2. const. Apost. c. 42. Gelasius I. epist. 9. Innoc. 1. ep. 1. c. 3. concil. Brachar. 1. c. 35.*
Chrisma à nullo alio fieri potest, nisi ab Episcopo. *conc. Tolet. 1. c. 20. de consecr. dist. 3. c. Literis vestris. dist. 4. cap. si quis de alio. & c. Presbyter. lib. 2. const. Apost. c. 42. Innoc. 1. ep. 2. c. 3. Gelas. 1. ep. 9. concil. Hispalens. 2. cap. 7. concil. Tolet. 8. c. 7. concil. Regiatin. c. 7. concil. Aquisgran. 3. c. 8. concil. Meldense c. 46. concil. Vormatiense 1. cap. 2. concil. Sabinen. cap. 16. Innocent. IV. const. 14. sub catholicæ. Clemens VIII. constit. 34. Sanctiss. §. 4.*
Chrisma facere possunt Patriarchæ cum Episcopis. *ibidem. Innocent. IV.* Vbi est talis vsus, vt in Græcia, &c.
Vide, *confirmatio.*

Chrisma quando confici potest, & quomodo.

Chrisma (validè) omni tempore potest ab Episcopo fieri. *concil. Toletan. 1. c. 20. concil. Lucense 2. c. 51. c. Omni tempore. de consecr. dist. 4. c. Omni.*
Chrisma quolibet anno faciendum, & hoc ex traditione Apostolorum. *Fabian. ep. 2. concil. Aquisgran. 3. par. 2. cap. 8. concil. Meldense cap. 46. de consecrat. dist. 3. cap. Literis vestris.*
Chrisma vetus comburendum cum fit nouum. *Fabianus epist. 2.*
Chrisma faciendum ab Episcopo in Cœna Domini. *concil. Aquisgran. 3. c. 8. concil. Meldense c. 46. De consecr. dist. 3. c. Literis vestris. De celebrat. miss. cap. Te referente. Innocent. 4. const. 14. sub catholicæ.*
Chrisma conficiendum in cœna Domini, Christus docuit. *Fabianus epist. 2.*
Chrisma potest in die cenæ confici etiam tempore interdicti. *De sent. excomm. in 6.*
Chrisma inter Missarum solemnia conficiendum ab Episcopo. *Honorius 3. ex cirone, de celebr. miss.*

Chris-

Chrismatis consecrationi interesse debent canonici dignitates, & alij, quos Episcopus vocat. *Concil. Mediol. 1. p. 2. tit. de Baptismo.*

Chrisma à quo ministrandum, & tangendum.

Chrisma in confirmationis Sacramento ab Episcopo tantum ministrari potest. *dist.25. cap.Perlectis dist.95. cap.Presbyteri. De consecrat. dist.4. c. Presbyteris. dist. 5. cap.1. cap. Manus. c. Vt ieiuni, & cap.Dictum est. Gelas.I. ep.9. concil. Hispal.2. c.7. concil.Tolet.8. cap.7. Vrban.1. ep. vnica. Ioannes 3. ep.vnica. concil. Parisienſ.6. lib.1. c.27. & c.33. Gregor.1. lib.3. ep.9.lib.8.ep.46.De sacra vnctione c.vnico.*

Chrisma pro confirmatione, ex Papæ dispensatione, potest à Presbytero ministrari. *dist.95. c. Peruenit. Nicolaus 1.in append. post epist.16. Gregor.1. lib.3. ep.26.*

Chrisma in baptismo ministrari potest à Presbytero in pectore, sed non in fronte. *De sacra Vnct. c. vn. de consecrat. dist.4. cap.Presbyteri. concil. Tolet.1. can.20.*

Chrisma in baptismo ministrari non potest à diacono. *concil. Tolet.1. c.20.*

Chrisma tangi non potest à laicis, quando quis baptizatur. *Concil. Mediol.1. p.2. tit. de Baptismo.*

Neque linteola, quibus baptizati absterguntur, possunt à laicis, aut patrinis tangi. *ibid.*

Chrisma à quo petendum pro vsu baptismi, & quando.

Chrisma singulis annis petendum à proprio Episcopo. *dist.95. c. Presbyteri. De consecr. dist.4. c. Presbyter.*

Chrisma tenentur Greci presbyteri accipere ab Episcopo latino benedictum. *Clemens 8. const.34. Sanctiss. §.4.*

Chrisma petendum ab Episcopo per Presbyterum, aut custodem sacrarij ante Pascha, non per clericum. *dist.95. cap. Presbyteri. De consecr. dist.4. c. Presbyter.*

Per diaconum ad minus, vel subdiaconum peti debet ab Episcopo. *Concil. Vasen.2. c.3. concil.Tolet.1. cap.20. Concil. Carthaginen.4. c.36. Concil. Antisiodor. cap.6. concil.Vormatiense 1. c.60. concil.Sabin. c.16.*

Chrisma negligentes petere ab Episcopo Presbyteri per sex menses ab officio suspendantur. *concil. Sabin. c.16.*

Chrisma quomodo custodiendum.

Chrisma custodiendum sicut reliquiæ Sanctorum. *Concil. Vormat.1. c.60. Concil.Metens.1. c.3.* Sub claui custodiendum. *ibid. concil.Lateran.4.c.20. concil.Oxoniense 1. c.17. concil. Rauenn.2. sub Clem.5. c.7.*

Chrisma sicut Eucharistia, diligenter custodiendum. *De custodia Euchar. c.1.*

Chrismatis custos, quomodo puniendus, si aliquid mali accidat, aut nefarium circa Chrisma. *ibid.*

Chrisma sub sigillo custodiendum, & non dandum pro medicinis. *concil. Arelat.4. c.18.* Neque pro maleficijs, sub priuatione officij. *concil. Mogunt. c.27.*

Pro chrismate dando, vel accipiendo, nihil soluendum, aut exigendum.

Pro balsamo, quod in Chrismate ponitur, nihil exigat Episcopus. *1. q.1. c.Placuit vt nullus. concil.Emerit. c.10.*

Pro chrismate, nihil exigendum. *ibid.c.10. concil.Tolet.11. c.66. concil.Aquisgr.3. p.1. c.5. concil.Meldense c.45. concil.Lateran. 3. in append. tit. de Simonia c.10.*

Chrisma vetus.

Chrisma vetus comburendum in sacrario (dicitur vetus, quod peruenit ad annum completum.) *De consecr.dist.3. c.Literis vestris. dist.4. c. si quis de alio. conc.Sabin. c.16.*

Chrisma vetus non valet pro baptismo, &c. *de consecr.dist.4. cap. Si quis de alio.*

Chrismate veteri vtentes in baptismo per sex menses priuantur officio, & beneficio. *concil. Sabinense c.16.*

Chrismatis vsus.

Chrisma inseruit pro Sacramento confirmationis, estque eius materia. *concil. Florent. in decr. Eugen. 4. §. Quinto Ecclesiasticorum.* Vide, *confirmatio. De sacra Vnctione c. vnico.* & cum eo fit vnctio in fronte cum manu episcopi. *ibid. §. Per frontis.*

Chrisma inseruit pro vngendo baptizato in vertice manu presbyteri. *De sacra Vnct. c. vn. §. Quia verò.*

Chrisma necessarium est in baptismo solemni. *concil. Laodic. c.48. De consecr. dist.4. c.nullus ministrorum. lib.7. constit. Apost. c.45. De sacra Vnct. c.vn. §. Quia verò.*

Chrisma est necessarium pro consecratione episcopi. *De sacra vnctione c.vn.*

Chrisma est necessarium in solemni vnctione Regum, qui in brachio vnguntur, siue humero. *De sacra vnctione c. vn. §.vnde in veteri. concil. Rom. sub Ioann.9.*

Chrisma est necessarium in consecratione altaris. *de sacra vnctione c.vn. §. finali.*

Chrismate olim vngebantur hæretici pœnitentes, cum ad fidem veniebant. *concil. Laodic. c.7. & concil. Arausic.1. cap.2.* Idem fiebat cum hæreticis moribundis pœnitentibus. *ibidem.*

Vide, *Manus impositio.*

Christus quò ad diuinitatem.

Christi diuinitatem negans est anathema, & hæreticus. *concil. Rom.3. sub Damaso. de haret. c. cum Christus.* Vide, *Christum negantes.*

Christus est verè Deus. *Concil. Agrippinens. sub Iulio Papa 1. concil. Ephes. in epist. Cyrilli ad Reginas. & epist. ad Nestor. ibid. In Anathematismo 5. & 6. lib.6. constit. Apost. c.11. concil. chalced. art.5. concil. Nicen. 1. in confess. fidei. Tolet. 6. cap.1. concil. Gener.6. ant.18. Damas. ep.2. Ioann. 2. ep. 2. Eutych. ep. 1. Caius epist. decr. de fide, & summa Trinit. c.Firmiter. de celebr. miss. cap. In quadam. Eugen.4. in decr. vnionis Armenorum.*

Vide, *Verbum.*

Christus quò ad humanitatem, & carnem.

Christus est etiam verus homo, sicut verus Deus. *concil.Later.4. de summa Trin. & fide cathol. c. 1. de celebrat. miss. c.In quadam. concil. quod dicitur Apost. c.62.*

Negans, Christum esse verum hominem, est hæreticus, *de haret. c. cum Christus.*

Christus secundum quod homo, etiam est aliquid. *ibidem, & concil. Later. 3. p.49. c.20.*

Christi caro est eius propria. *concil.Ephes. in Anathematismo 11. Cyrilli.*

Christus habet veram carnem. *concil. Ephes. in epist. Cyrilli ad Nestorium.*

Christi corpus non fuit phantasticum. *ibid.*

Fuit compositum ex quatuor humoribus, sicut alia corpora humana. *de celebr.Miss. c.In quadam.*

Christi caro non potuit corrumpi. *concil. Ephes. ep. Cyrilli ad Nestor.*

Christus habet veram animam; & falsum est, quod Verbum stet loco animæ. *Concil.Ephes.in ep. Cyrilli ad Nestor.*

Christus, vt homo, fuit ex Iudæis. *concil. Ephes. ep. Cyrilli ad Reginas.*

Christus, vt homo, est minor se ipso, vt Deus. *ibid.*

Omnia dicta de Christo, quæ diuinitati repugnant, de eo, vt homine sunt intelligenda. *Concil. Ephes. in ep. Cyrilli ad Reginas.*

Christus, vt homo, non vt Deus, accepit Spiritum sanctum. *ibidem.*

Christus, vt homo est sacerdos, ac minister, non vt Verbum. *ibidem.*

Christus continebat totum hominem, id est, corpus & animam. *Damasus ep.1.*

Perfectam habuit humanitatem. *idem ep.2.*

Christus secundum humanitatem est minor Patre. *Ioann.2. ep.1. concil. chalced. in ep. ad Io. Antioch.*

Christus quò ad vnitatem personæ.

Christus non includit duas personas, sed vnam. *Conc.Ephes. & ep. Cyrilli ad Nestor. ibi. Concil. Lateran. 4. de summa Trinitate, &c. c.1. & Anathematismo 3. Concil.Ephes.ex Cyrillo. Concil. Lateran. sub Mart. I. consultat.5. cap.7. Caius in epist. decr. Dam. epist.1. Eugen.4. in decr. Vnionis Armenorum. Agapetus ep.5.*

Christus quò ad pluralitatem Naturarum.

Christus duas continet naturas. *Concil.chalced. Gener. act.5. concil. Ephes. in ep. Cyrilli ad Nestor. concil. Later. 4. c.1. de summa Trinit. &c. cap.1. concil.Hispal.2. c.vlt. concil. Tolet.4. cap.1. concil.Later. sub Martino I. consultat.1. 2. & 3. & consult.5. c.5. 10. & 11. concil.Tolet.1. c. 15. conc. Constant. contra art.4. Io. Hus.*

Duæ naturæ in Christo non fuerunt vnitæ solum per affectum, sed per veram vnionem. *concil. Later. sub Martino I. consult.5. c.5. & 7. Agapetus ep.5.*

Duæ naturæ reales in Christo sunt. *Eugen. 4. in concil. Flor. in decr. Vnionis Armenorum. Agapetus Papa ep. 5.*

Christus quò ad existentiam.

Christus ante Mariam extitit, vt Deus, non vt homo. *conc. Antioch.1. sub Dionysio Papa.*

Asserens Christum prius fuisse creatum hominem, deinde accepisse diuinitatem, est anathema. *Conc.Rom.3. sub Dam.*

Christus non est vbique corporaliter, seù quo ad humanitatem. *concil. Senonense c.17.*

Christus quò ad missionem.

Christus missus fuit, & vt Verbum, & vt homo, sed diuersimodè. *concil. Ephes. in epist. Cyrilli ad Reginas. concil. Later.4. c.1. de summa Trin. & fide, &c.c.1.*

Christi incarnatio à quo fuerit effectiuè operata.

Christi incarnatio communi Sanctissimæ Trinitatis operatione effecta est. *De fide, & summa Trin. cap. 1. concil. Lateran. 4. cap.1.*

Vide, *Verbum.*

Christus quò ad conceptionem, & Natiuitatem.

Christi conceptio vera, & realis fuit in vtero Virginis facta ex Spiritus Sancti speciali cooperatione. *concil. Later. 4. c.1. de summa Trinit. cap.1. Paulus 4. constit.4. cum quorumdam.*

Qui eam negant: quomodo puniendi. Vide, *Christum negantes.*

Christus non venit per Virginem, tanquam per canalem. *concil.3. Rom. sub Damaso. concil. chalced. in epist. ad Ioannem Antiochenum.*

Christus verè de Virgine natus est. *concil.Lateran. 4. de fide, & summa Trinit. c.1. Fœlix I. epist. 4. Eutychianus ep.1. Caius in epist. decret. concil. Later. sub Martino I. consultat.5. cap.5.*

Natiuitates duæ de Christo confitendæ, vna vt Deus; alia vt homo. *ibid.*

Christi nomen.

Christi nomen, nec soli diuinitati, nec soli humanitati conuenit. *concil. Ephes. epist. Cyrilli ad Reginas.*

Christus quò ad filiationem.

Christus vnus filius est, licet duas habeat naturas. *concil. Ephes. epist. Cyrilli ad Reginas.*

Christus dici non potest duo filij. *Damasus ep.1. concil.chalced. act.5.*

Dicens Christum esse duos filios, vnum à Patre, alium à matre, anathema est. *concil. Rom. 3. sub Damaso.*

Dicens Christum post baptismum, vel resurrectionem adoptatum fuisse in filium, anathema est. *ibid.*

Christus est Dei filius, & vt Deus, & vt homo. *conc.Ephes. in epist. Cyrilli ad Reginas.*

Christus, neque vt homo dici potest, aut debet filius adoptiuus Dei, sed naturalis. *concil. Francfordiense. Adrian. Papa epist. ad Episcop. Galliæ, in concil. relata. In Sacro syllabo, & in decr. illius concilij, circa finem.*

Christus est Dei filius vnigenitus, & primogenitus. *concil. Ephes. in epist. Cyrilli ad Reginas.*

Christus quò ad passionem, & mortem.

Christus crucifixus est, vt homo (sed ipse est etiam Deus.) *concil. Later. sub Martino I. consult.5. c.10. Nicolaus I. epist.7. concil. Rom.2. sub Nicolao I. clem. de fide catholic. c.vn. concil. Lateran.4. c.1. concil. Ephes. epist.Nestorij ad Reginas. De summa Trinit. &c. c.1. concil. Tolet. 3. c.9. in Formula fidei.*

Christus mortuus est pro omnibus; & quomodo. *conc. Valent. c.4. De fide, & summa Trin. &c. c.1. concil.Trident. sess.6. c.3.*

Christus secundum humanitatem tantum passus est, & mortuus, non secundum diuinitatem. *concil.Hispal.2. cap.vlt. Tolet.4. c.1. Eutychianus ep. 1. Caius in epist. decret. Ioannes 2. ep.3.*

De Christi latere exiuit vera aqua, non flegma. *De celebr. Missar. c.In quadam.* Quo ad diuinitatem non potuit pati. *ibid. concil.Tolet.3. c.9. in formula fidei.*

Christus quò ad sepulchrum, & descensum ad inferos.

In sepulchro Christi diuinitas non fuit separata à corpore. *concil.colon.2. p.7. c.14.*

Christus secundum animam descendit ad inferos, virtute diuina. *concil.Ephes. in ep.Cyrilli ad Nestorium. conc. Later.4. c. 1. de fide, & summa Trinit. c.1.*

Christus descendens ad inferos liberauit eos, qui in eum crediderunt. *Gregor.1. lib.6. ep.15.*

Christus quò ad resurrectionem.

Christus, vt Deus cum Patre, resuscitauit se ipsum, vt hominem. *concil.Ephes. in epist. Cyrilli ad Reginas.*

Christi diuinitas dici non potest remeasse ab inferis, quia vbique præsens est. *conc.Ephes. in ep.Cyrilli ad Nestorium.*

Christus in carne resurrexit diuina virtute. *conc.Ephes.in ep. Cyrilli ad Reginas.*

Christus quò ad sacerdotium, & sacrificium.

Christus secundum humanitatem factus est Pontifex, *concil. Ephes. in ep.Cyrilli ad Reginas.* Non potest dici sacerdos, aut minister vt Verbum: sed vt homo est talis. *ibidem. de consecr. dist.2. c. sacerdos Dei.*

Christus fuit simul Sacerdos Dei, & sacrificium. *concil. Lateran.4. c.1. de fide, & summa Trinit. c.1. de consecr.dist. 2. c. Sacerdos Dei.*

Christus in cœlo offert Patri fideles, vt sacrificium. *concil. ephes. in Ep. Cyrilli ad Reginas.*

Christus in cœna obtulit Patri sacrificium sub speciebus panis, & vini. *concil. Trid. sess.22. c.1.*

Christus fuit Sacerdos. *ibid. c.1.*

Christus sacerdotum ministerio offert sacrificium. *conc.Tridentin. sess.22. c.2.*

Christus pro quibus in morte obtulit sacrificium. *de consecr. dist.2. cap. Semel immolatus est.*

Christi circumcisio, & Baptismus.

Christus voluit circumcidi, & baptizari, & quare. *de consecr. dist.4. c. Si quis autem.*

Christi Domini Circumcisionis festum ab omnibus celebrandum Kalend. Ianuárij. *Eug.* 4. *in decr. Vnionis Armenor. in concil. Florent. §. 8. cum, &c.*

Christus quò ad pluralitatem, voluntatum, & operationum.

Christus duas habuit, & habet voluntates vnam diuinam, & aliam humanam, & duas operationes. *concil. Lateran. sub Mart. I. consult. 1. cap. 3. & consult. 5. cap. 10. & 11.* Idem *Mart. 1. in ep. 3. & 12. concil. Constantinop. 3. id est gener. 6. art. 4. in epist. Agathonis Papæ. Leo 1. ep. 10. Agapetus ep. 5. Eugen. 4. in decr. Vnionis Armenor.*

Christi humana voluntas non fuit diuinæ contraria, sed illi subiecta. *ibid. in decr. Vnion. Armenorum. Eug. 4.*

Christus quò ad adorationem.

Christus, vt homo, adorat Deum; sed ipse ab omni creatura est adorandus. *Concil. Ephes. in ep. Cyrilli ad Reginas.*

Christus, & vt Deus, & vt homo, vna adoratione adorandus. *Concil. Lateran. sub Mart. 1. consult. 5. c. 10.*

Christus in Eucharistia, latriæ cultu adorandus. *Conc. Trid. sess. 13. can. 6.*

Christum crucifixum non adorans, anathema est. *conc. quod dicitur Apostolorum cap. 62. Concil. Rom. 3. sub Damaso. Paulus 4. constit. 4. cum quorumdam.* Et pœna mortis puniendus. *ibid.*

Christum credentes, dicuntur ei donati à Patre. *conc. Ephes. in ep. Cyrilli ad Reginas.*

Christus an sit aliqua duo.

Christus licet duas naturas habeat non tamen sunt duo Christi. *Concil. Ephes. in epist. Cyrilli ad Nestor. Concil. Rom. 3. sub Damaso. Conc. Later. sub Mart. 1. consult. 5. c. 8.*

Christus quomodo consubstantialis Deo, & hominibus.

Christus secundum diuinitatem est Deo Patri consubstantialis. *concil. Nicæn. 1. in confessione fidei.*

Sicut secundum diuinitatem est Deo Patri consubstantialis, ita secundum humanitatem est consubstantialis hominibus. *Concil. Chalced. act. 5. concil. constantin. 3. gener. 6. act. 18. concil. Tolet. 6. c. 1.*

Christus per omnia fuit similis nobis secundum humanitatem, excepto peccato. *Eugen. 4. in decr. Vnionis Armenorum in concil. Florent.*

Christus cur venit in mundum.

Christus venit in mundum, vt omnes homines adoptionem filiorum reciperent. *concil. Trid. sess. 6. c. 2.*

Christus pro omnibus mortuus est. *concil. Trid. sess. 6. cap. 3. Innocent. X. constit. cum occasione.*

Vide, *Christus quò ad passionem, & mortem.*

Christi efficacia, & influentia erga homines.

Christus pro omnibus hominibus mortuus est. *concil. Trid. sess. 6. cap. 3.*

Christus est causa meritoria nostræ iustificationis. *Concil. Trid. ibid. cap. 7.*

Christus influit in omnia opera bona iustificatorum. *ib. c. 16.*

Christus etiam in cœlo offert Patri fideles, vt sacrificium. *Concil. Ephes. in Epist. Cyrilli ad Reginas.*

Christus peccata dimittit. *de consecr. dist. 4. c. Nemo.*

Christus est fundamentum totius spei hominum. *conc. Ephes. ep. Cyrilli ad Reginas.* Vide, *Christus quò ad passionem.*

Christi paupertas.

Christus quare, & quomodo loculos per Apostolos habuisse legatur. *De verbor. signif. in 6. cap. Exiit.*

Christus Dominus multas res habuit in communi, de quibus disponere poterat: & contrarium, dicere est hæreticum. *Extrau. Ioann. 22. de verbor. signif. cap. cum inter.* Alienare potuit, quæ habebat, & alia acquirere. *ibid.*

Christi paupertati non officit, quod cum Apostolis, aliqua in communi possideret. *Extrau. Ioann. 22. de verbor. signif. cap. Quia quorumdam.*

Christi paupertas perfectissima fuit, & permittebat habere aliqua in communi. *ibid.*

Christi paupertas adstringebat ad solum vsum facti, & stabat cum vsu iuris. *ibid.*

Christi præceptum factum Apostolis de non possidenda pecunia, non fuit rigorosum. *ibid. circa medium.*

Christus, & Apostoli iustè, vsi sunt multis rebus ad quas habebant ius. *Extrau. Ioan. 22. ibid. in fine*, & contrarium dicens est hæreticus. *ibid.*

Vide, *Paupertas.*

Christus quo ad scientiam, & augmentum eius.

Christus crescebat in sapientia, vt homo non vt Deus. *concil. Ephes. in epist. Cyrilli ad Reginas.* crescebat sapientia experimentali. *ibid.*

Christus sciebat diem iudicij, & quomodo. *Gregor. 1. lib. 8. epist. 42.*

Christus quò ad Ascensionem.

Christus ascendit in cœlum in anima, & carne. *concil. Later. 4. c. 1. De fide, & Summa Trinit. c. firmiter.*

Christus circa secundum aduentum.

Christus venturus est iudicare mundum. *concil. Tolet. 6. c. 1. concil. Later. 4. c. 1. de fide, & summa Trinit. &c. c. Firmiter.* & hoc in fine mundi. *ibid.*

Christus quomodo pingendus.

Christi imago non in figura agni, sed in figura hominis pingenda, & formanda, & quare. *de consecr. dist. 3. cap. Sextam. Sanctum concil. gener. 6. constantinop. 3.*

Christus quò ad alia.

Christus est caput Ecclesiæ vniuersalis (sed inuisibile.) *conc. Paris. 6. cap. 2.*

Christus homo Deus faciebat miracula, & sic fecit redemptionem. *concil. Ephes. epist. Cyrilli ad Nestorium.*

Christus exaltatus in cruce traxit ad se electos omnes. *Gregor. 1. lib. 6. ep. 15.*

Christus fuit expers peccati. *concil. Ephesin. in epist. Cyrilli ad Nestorium.*

Christus in cœna fuit conuiua, & conuiuium. *de consecr. dist. 2. cap. nec Moyses.*

Christus in cœna sacrificium confecit sub speciebus panis, & vini, & obtulit Patri. *concil. Trid. sess. 22. cap. 1.*

Præcipit Apostolis, & successoribus sacerdotibus, vt simile sacrificium offerent. *concil. Trid. ibid. & can. 2.*

Christus ordinauit Apostolos sacerdotes per illa verba, hoc facite in meam commemorationem. *ibid. cap. 1. & can. 2.*

Christus offert sacrificium Sacerdotum ministerio. *conc. Trid. ibidem cap. 2.*

Christo obediendum est, vt legislatori, & ei fidendum vt Redemptori. *concil. Trid. sess. 6. can. 21.*

Christus ascendit in cœlum in anima, & carne. *concil. Later. 4. c. 1. de fide, & summa Trinit. c. Firmiter.*

Doctrina de singulis Christi prædicatis & operationibus tradita est ex diuersis Sanctorum dictis. *concil. Lateran. sub Mart. 1. consultat. 5.* in canonibus diffusè.

Christus secundum humanitatem per omnia similis fuit nobis, excepto peccato. *Eugen. 4. in concil. Florent. in decr. vnionis Armenorum.*

Christi diuinitatem, humanitatem, conceptionem vel mortem

pro nobis negantes pœna relapsus puniendi sunt. *Paulus 4. const.4. cum quorumdam. Clem.8. const.97. Dominici.*

Christus in sacramento Eucharistiæ.

Christus, facta consecratione per sacerdotis verba super panem, continetur realiter sub speciebus panis, sic etiam consecrato vino sub speciebus vini. *De consecr.dist.2. c.Verum sub figura in fine. concil. Lateran.4. c.1. concil. Florent. in decreto Eugenij 4. in vnione Armenorum ibid. concil. Trident.sess.13. cap.1. De fide & summa Trinit. cap. Firmiter.*

Christus non figuratiuè, sed realiter, est in sacramento Eucharistiæ. *ibid.* & præsertim. *concil. constantiense contra ar.3. Ioannis Vvicleff. & sess.13.c.1.concil.Trid.sess.13.c.1.*

Christus, & in totis panis, ac vini speciebus, & in singulis earum partibus continetur. *Eugenius 4. in decreto vnionis Armenorum §.Tertium, post epist.2. Hilarij. De cons. dist. 2. c. Vbi pars.*

Christi corpus integrum est sub specie panis, & sub specie vini. *concil. const. sess.13. c.1.*

Christus existens in Eucharistia non cessat esse in Cœlo. *concil. Trid. sess.13. c.1.*

Christus cum diuisione Eucharistiæ non diuiditur. *concil. Mogunt.4. c.31.*

Christi sanguis non separatur à corpore in Eucharistiæ. *concil. Mogunt.4. c.31.*

Christus quotidiè immolatur in sacramento. *De consecrat. dist.2. c. Semel.*

Christus in sacramento est panis viuus, etiam secundum carnem. *ibid. c. Christus.*

Christus quomodo manducandus. *ibid. cap. Quid est Christum 7. &c.*

Christus sacramentaliter manducatur. *ibid. cap. Qui manducant.*

Totus manducatur, & totus manet. *ibid. c. Inuitat. c. Iteratur, & c. qui manducat.*

Christi corpus spiritualiter accipere quid sit. *ibid. c.credere.*

Christi corpus in Eucharistia inuisibiliter non carnaliter accipitur sub specie visibili. *De consecr.dist.2. c.In illo & c.Qui manducat.*

Christi corpus in Eucharistia cum diligentia conseruandum. *1. q.1. c.Interrogo.*

Dum Christi corpus in Eucharistia eleuatur ab omnibus maxima reuerentia exhibenda est, etiam à perfectis. *concil. Viennen. gener.*

Christi corporis festum in (id est institutionis Eucharistiæ) quolibet anno solemniter celebrandum est. *De reliquijs & vener. Sanctorum c.Vn. concil.Trid. sess.13. c.5.*

Feria 5. post octauam Pentecostes hoc festum celebrari debet. *ibid. Vrbanus 4. constit.1. Transiturus.* Vide, *Officia quædam.*

Hoc festum tempore interdicti etiam per octauam celebrari potest ianuis apertis, cum indulgentijs, &c. *Martinus 5. const.12. Ineffabile.*

Corporis Christi festum etiam in octaua celebratur. *Eugenius 4. const.6. Excellentissimum.*

In festo corporis Christi non ieiunatur si in eo accidat vigilia S. Ioannis Baptistæ sed anticipatur ieiunium in feria 4. *Vrb. 8. in append.2. const.42. alias 152. cum euenire.*

Vide, *Officia quædam.*

Christi corporis processio infra octauam fieri potest à quolibet clero, monasterio, &c. *Greg.13. const.10. cum interdum.*

In festo corporis Christi sacramentum ferendum ab Episcopo (si adest) cum fit processio: si non, ab alio digniori in clero iuxta consuetudinem locorum. *concil. Mediolan.1. tit. Quæ pertinent ad sacram. Euchar.*

Corporis Christi sodalitates instituendæ ad ferendum sacramentum infirmis. *concil. Mediol. ibid.*

Vide, *Eucharistia.* Vide, *Corpus Christi.*

Christum negantes, vel conceptionem eius, &c. vel aliud.

Christum negantes excommunicantur, & deponuntur, si sunt clerici. *concil. quod dicitur Apostolorum c.62.* aliter disponit *Felix 3. epist.7.*

Negantes Christum esse conceptum de Spiritu Sancto; vel esse mortuum pro redemptione hominis pœna mortis sunt puniendi. *Paulus 4. constitut.4. cum quorumdam. Clemens 8. const.95. Dominici.* & quando tradendi curiæ sæculari. *ibid. Paulus 4. & Clem.8.*

Christiani, quò ad ritus.

Christiani non debent sabbatizare sed laborare in illa die, aliàs excommunicantur. *concil. Laodic. c.29.* Transeuntes ad Iudæorum ritus, quomodo puniendi. *De Hæret. in 6. cap. contra.*

Christianum se negans Christum negat. *11. q.3. cap. Non solum negat.*

Christiani iudaizantes, vt hæretici puniendi. *Nicolaus 4. const. 1. Turbato. Greg.11. const.2. Admodum. De hæret. in 6. c. contra.*

Christiani in pietatis operibus tenentur sequi regulam Romanæ Ecclesiæ. *Concil. Trid. sess.25. de reform. in fine de delectu ciborum.*

Vide, *Hæretici.* Vide, *Schismatici.* Vide, *Ritus.*

Christianorum obligationes.

Christiani baptizati tenentur obseruare omnia præcepta Euangelij. *concil. Trid.sess.6. can.19.* etiamsi perfecti essent tenentur obseruare omnia præcepta Dei, & Ecclesiæ. *ibid. canon.20.* tenentur etiam ad tenendas traditiones, *concil. Trid. sess.7. De Baptismo can.8.*

Christianus habere non potest simul plures vxores, & hoc est prohibitum diuina lege. *concil. Trid. sess.24. can.2.*

Christiani de necessitate salutis tenentur subesse Papæ. *Extra de maiorit.& obed. c.Vnam sanctam.*

Christiani non possunt consulere alios sortilegos &c. similes. sub pœna excommunicat. *26. q.5. cap.1. Sixtus 5. const.17. Cœli, & terræ.*

Christianus permittere non potest vt de area vel torculari aliquid accipiatur ad sacrificium idolorum. *26. quæst.2. cap Si de area.*

Non possunt Christiani vti ritibus Iudeorum. *concil.Later.4. c.70.* Ne aliorum infidelium *ibid.* & pœna.

Christianus iudex potest inferre tormenta. *23. quæst.4. cap. Quæsitum.*

Vide, *Sententia.* Vide, *Fideles.*

Christiani morientes.

Christiani morientes in peccato grauius puniuntur, quàm infideles. *concil. Parisiense 6. c.10.*

Christiani circa Iudæos.

Christianus si fit Iudæus, si liberetur à seruitute, etiam si iurat, non tenet illud iuramentum. *concil. Aurel.4. c.31.*

Christianus factus aliquis, auferendus est à seruitute Iudæorum. *Greg.1. l.7. ep.22. & l.7. ex regest.ep.35.*

Christianus seruus, qui spe libertatis accipit in vxorem suam Iudæam quomodo tractandus. *concil. Aurel.4. c.31.*

Christiani non possunt esse serui Iudæorum, sed redimendi sunt per Christianos. *concil. Matiscon.1. c.16. Greg.1. l.6. epist.21. lib.7. ex regest.ep.35. dist.54. c.Mancipia.*

Christianus seruus circumcisus à Iudæo, liberandus est à seruitute eius. *17. quæst.3. c.Iudas, qui.*

Christiani non possunt accusari à Iudæis, Hæreticis, Paganis, &c. *quæst.7. cap. Pagani.*

Christiani non possunt seruire Iudæis, sub pœna excommunic. *De Iudæis c.1. c.Multorum, & c.Ad hæc.* Possunt tamen esse coloni agrorum. *ibid.* Vide, *Iudæi.*

Christianæ fœminę esse non possunt nutrices Iudæorum in domibus ipsorum, sub eadem pœna. *ibid. cap. Ad hæc & cap. Et si Iudæos. concil. Later. 3. in append. de Iudæis.*

Christiani non possunt occidere, vel spoliare Iudæos, sub pęna excommunic. *concil. Later. 3. c. 26. de Iudæis c. Sicut.*

Non possunt matrimonia facere cum Iudæis. Vide, *Matrimonium*. Vide, *Iudæi*.

Non possunt habitare cum Iudæis in eadem domo. *concil. Later. 3. can. 26.* & pœna contra facientium est pœnitentia per 7. dies & si sit vilis persona, fustigatio. *Concil. Coiacense cap. 6.*

Non possunt facere Iudæis homagium, seù iuramentum fidelitatis, sub pęna excommunicationis.

Possunt contra Iudæos ferre testimonium. *concil. Later. 3. cap. 26.*

Non possunt soluere vsuras Iudæis. *concil. Later. 4. c. 67.* & pœna soluentium. *ibid.* Vide, *Vsura*. Vide, *Iudæi*.

Christiani habere debent vestes diuersas à Iudæis. *concil. Later. 4. cap. 68.*

Non possunt cum Iudæis conuiuari, neque in nuptijs aut tripudijs simul esse, nec saltare, &c. cum illis. *concil. Vienn. prouinc. sub pœna excommunicationis. conc. Metense 1. c. 4.*

Christiani iudaizantes seueriſſimè puniendi. *concil. Later. 5. sess. 9. Bulla de reform. c. 3.*

Non possunt vti medicis Iudæis (nisi in maxima & extrema necessitate) *concil. Sabinense c. 22.* Vide, *Iudæi*.

Non possunt Iudæorum sepulchra multilari à Christianis, neque perturbari in suis festis, neque aliquid ab eis exigi potest ne perturbentur, sub pœna excommunicationis, priuationis officij, & honoris. *concil. Lateran. 3. in append. tit. de Iudæis c. 2. dist. 45. c. Qui sincera.*

Christiani transeuntes ad ritus Iudæorum, vt hæretici puniuntur. *Nicolaus 4. constit. 1. Turbato. Greg. 11. constit. 2. Admodum.* Vide, *Iudæi*.

Christiani circa Saracenos, & alios.

Christiani non possunt ferre ad Saracenos merces, & alia, vt arma, equos &c. sub pœna excommunicationis. *de Iudæis c. Ita quorumdam.* Vide, *Excommunicatio Bullæ Cœnæ.*

Non possunt eis, vel alijs paganis seruire sub eadem pœna. *ibid. cap. Iudæi il 2.*

Neque possunt esse nautæ in nauibus eorum sub eadem pœna. *ibid. c. Ita quorumdam.*

Non possunt eis dare vlla auxiliorum genera, sub eadem pœna. *ibid. c. Ad liberandam, & c. Quod olim.*

Tales christiani deferentes ad Saracenos arma, equos, merces, &c. alia auxilia, si capiuntur ab alijs christianis, remanent serui eorum capientium. *de Iudæis c. Ita quorumd.*

Non possunt tempore guerræ ferre ad eos merces, quas alio tempore possunt, sub pœna excommunicationis. *De Iudæis cap. Quod olim.*

Christianæ mulieres nubere non possunt cum Gentilibus. *concil. Eliber. c. 15.* Vide, *Matrimonium*.

Christianos rapiens, vt vendat Saracenis excommunicatur; & licet absoluatur, nisi satisfaciat, careat Ecclesiastica sepultura, & filij vsque ad tertiam generationem sunt inhabiles ad ordines, & beneficia. *concil. Sabinense c. 24.*

Christiani captiui, seu sclaui, etiam in partibus infidelium.

Christiani sclaui fugientes ad conseruatores Romæ sunt liberi & fiunt ciues Romani. *Pius V. constit. 17. Dignum.*

Christiani sclaui capti in bello, quod fit contra Turcas, liberi dimittendi sunt. *Pius V. constit. 149.* & sua bona illis donanda. *ibid.*

Christiani sclaui, seu captiui in partibus infidelium existentes, à quibus casibus, & excommunicationibus poterant absolui, semel in anno per fratres Sanctissimæ Trinitatis *Redemptionis Captiuorum*. & à quibus non. *Paulus V. constit. 40. Ex omnibus.*

Christiani Captiui Presbyteri in ijs partibus existentes celebrare possunt, etiam ante auroram per vnam horam, & post meridiem per vnam horam, cum altari portatili, in quolibet loco etiam profano. Etiam si Turcæ sint præsentes, dummodo non sit periculum irreuerentiæ inferendæ sacrificio. *Paulus V. ibid. §. 6.*

Possunt Sacramentum Eucharistiæ deferre inclusum in aliqua capsula sine luminibus, & cum vestibus ordinarijs. *Paulus V. ibid. §. 7.*

In aliquibus festis indulgentiam plenariam possunt consequi præmissis certis operibus, vt *ibid. §. 11. & 12.* In articulo mortis quas indulgentias lucrantur. *ibid. §. 13.*

Si confiteri non possent inuocato nominis Iesu, poterant eas consequi. *ibidem.*

Per decennium tantum id concessit *Paulus V. vbi supra.*

Christiana mancipia empta per Iudæos à paganis, reuendantur christianis. *Greg. 1. lib. 6. ep. 21. & lib. 7. ex regest. ep. 35.*

Vide, *Serui*.

Cibi, & eorum delectus, ac effectus.

Ciborum delectus Iudæorum more non faciendus. *concil. quod dicitur Apostolorum c. 51. & concil. Apost. factum Antiochiæ coram S. Petro c. 3. Eleutherius in ep. decret. Nicolaus I. ad consulta Bulgaror. cap. 43.*

Ciborum aliqui prohibentur non quia immundi, sed propter abstinentiam. *Concil. Colon. 2. part. 9. c. 3.*

Cibos damnans, vt immundos, eò quod dati sint à Deo ad vsum hominum, est hæreticus. *Concil. Brachar. 1. c. 14. Concil. quod dicitur Apostolorum c. 51.*

Cibi nullius generis vituperari debent. *lib. 7. const. Apost. c. 21.*

In ciborum delectu, sicut in alijs pietatis operibus Romanæ Ecclesiæ regula tenenda. *Concil. Trid. sess. 25. de reform. in fine. De delectu ciborum.* Vide, *Ecclesiæ Rom. decreta.*

Cibi immolatitij, seu idolotiti comedi non debent. *lib. 7. constit. Apost. c. 22. Gregor. 1. ep. 14.* Vide, *Idola*.

Cibi non sunt in culpa, seu mali, sed appetitus, & delitiæ eorum. *dist. 41. cap. Delitiæ, & cap. Quod dicit.*

Cibi fuerunt causa diminutionis mundi. *dist. 35. c. Sexto die.*

Ciborum temperantia salutem; contrarium morbum causat. *de consecr. dist. 5. c. Nihil enim. & cap. Ne tales.*

Ciborum penuria paucis diebus durauit. *ibid. c. Nihil enim.*

Ciborum nimia abstinentia est mala. *de consecr. dist. 5. cap. Non mediocriter.*

Ciborum parsimonia in qualitate, & quantitate tenenda est. *ibid. cap. Ne tales.*

Vide, *Ieiunium*. Vide, *Abstinentia*.

Cinctus.

Cincti incedere debent religiosi. *Concil. Nican. 1. ex Arabico cap. 76.*

Ciprum.

Cipri Archiepiscopus ex Antiocheni consensu, olim creandus erat. *concil. Nicæn. 1. ex Arabico c. 37.*

Cipri Episcopi quas, & à quibus possunt exigere procurationes, dum visitant. *Extra, de censib. c. Vas electionis.*

Circulator.

Circulatores non permittendi versari prope Ecclesias tempore officiorum. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. Communicatione cap. Officiorum.*

Circumcisio.

Circumcisio delebat originale, sicut nunc baptismus. *de consecr. dist. 4. c. Quod autem, & cap. Ex quo.*

Circumcidi non debet, qui legem Christi accipit. *lib. 6. constit. Apost. c. 12. & 14.*

Circumcisio nunc non prodest quidquam. *de pœnit. dist. 2. c. 28. Circumcisio.*

Circumcidi poterant in primitiua Ecclesia conuersi ad fidem, quamdiù templum durauit, ex cœremonia, non ex necessitate. *Concil. Apostol. c. 4.*

Cistercienses.

Cistercienses Monachi sunt exempti à decimis. *De resor. c. cum ordinem.* Tam de laboribus proprijs, quam de terris, quas suis sumptibus colunt. *De decimis c. Ex parte tua.* Sed hoc non extenditur ad terras, quas alijs dant colendas. *ibid.*

Cistercienses, quomodo facere debent professionem. *De simonia c. Ne Dei Ecclesia.*

Cistercienses Abbates possunt ex se ipsis benedicere Abbates nouos, quando Episcopi Diœcesani recusant id facere. *De supplenda neglig. cap. 1.*

Cistercienses quando, & quomodo debent capitula congregare, & quid in eis tractare, tam de Monachis, quam de Monialibus. *concil. Later. 4. c. 17.*

Cistercienses discedentes à matutino sine licentia Abbatis, compelluntur regredi. *De Regularibus cap. Non est vobis.*

Cistercienses S. Bernardi non possunt procurare dignitates, functiones, ministrationes in Religione per fauores Principum, Regum, Imperatorum, Cardinalium sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis actiuæ, & passiuæ vocis, & inhabilitatis de futuro. *Paulus 5. const. 79. Alias.* Superiores verò, qui eas conferunt ad fauorem, &c. vel pœnas remittunt, excommunicationem latæ sententiæ incurrunt. *ibid.*

Vide, *Monachi cistercienses.* Vide, *Regulares.*

Citatio, citatus, & citans.

Citatio vocatoria, & peremptoria in causis Ecclesiasticis non debet arctari ad breue tempus, nisi necessitate vrgente. *De dilationibus cap. 1.*

Citatio ponenda est in Ecclesia Rei, seù citati, si ipse non inuenitur. *De dolo, & contum. c. finali.*

Citatio partis semper præcedere debet antequam repetantur testes; & si non vult pars comparere, valida est repetitio. *De testib. c. In nomine.*

Citationes fieri non possunt per quæstores. *De pœnit. & c. in 6. cap. 1.*

Citatio, seu intimatio appellationis, vbi facienda; maximè si timetur de parte. *Clem. de elect. & c. c. causam.*

Citationes etiam non solemnes pro audientia literarum Papæ, quomodo faciendæ. *Clem. de Iudicijs c. 1.*

Citationes, quæ fiunt ex mandato Apostolico, siue ad Principes, siue ad Reges, Imperatores, &c. si ad eos adiri non potest, affiguntur in ianuis Ecclesiæ maioris illius ciuitatis, in qua est Papa, & prefigantur termini competentes: illeque ita valent, ac si essent factæ personaliter. *Extra, de dolo, & c. c. Rem non nouam.*

Citationes factæ de mandato, vel scientia Papæ, extra dies solemnes, valent. *Clem. de Iudicijs c. 1.* Et hæ citationes si affigantur Palatio Papæ, ita valent post lapsum terminum, ac si essent personaliter intimatæ, dummodo ipsi citati impediuerint, ne ad eos peruenire possent citationes. *ibid.*

Citatio debet continere ea, pro quibus citatus conuenitur. *Clement. Vt lite pendente cap. fin.*

Citatio facta extra territorium citantis, est nulla, etiam si Rex, vel Imperator citare faciat. *Clem. de sent. & re iud. c. Pastoralis.* citatus sic non tenetur comparere. *ibid.*

Citati à delegato Papæ non comparentes, si negotium, pro quo citantur, exigit pœnas per canones determinata, ad eas damnandi. *concil. Later. 3. in append. de potest. deleg. c. 6.*

Citatus contemnens venire fit suspectus de delicto. *Gelasius epist. 13.*

Citatus legitimè tenetur coram iudice citante causam prosequi, etiam si post citationem mutauit forum. *De foro compet. c. Proposuisti.*

Citatus non veniens in tempore, nequit excommunicari, (sed expectetur.) *4. q. 5. c. Quisquis.*

Citatus extra territorium iudicis citantis, non tenetur comparere. *Clem. de sent. & re iudic. c. Pastoralis.* Etiamsi citatus habeat feudum in territorio citantis. *ibid.*

Citatus ad locum non tutum, non tenetur accedere. *Clem. vbi supra.*

Citatus ad comparendum in termino, tenetur comparere, & si in termino, habet impedimentum, debet quam citius potest, alias condemnatur in expensis. *De dolo, & contum. c. cum dilecti.*

Si citatus post citationem iter ad Papam arripit, adhuc iudex potest prosequi, quia non appellat. *De appellat. & recusat. c. Meminimus.*

Citari non potest reus, vel actor extra ciuitatem, si sunt eiusdem ciuitatis, etiamsi delegatio sit à Papa: excepto si in villa eius causa sit facienda, vel si non possit securè accedere ad ciuitatem: In quo casu nequit alteruter alium conuenire vltra vnam dietam extra Diœcesim: impetrans tamen literas debet hoc exprimere in petitione, & iurare iudici, quod non possit accedere; sed tenetur ad expensas alterius partis, quam extra trahit. *De rescriptis in 6. c. Statutum, §. cum verò.*

Citans ad comparendum in loco aliquo, qui habet nomen commune cum alio (vt procedatur contra non comparentem) tenetur ad expensas, & priuatur commodo rescripti. *De rescrip. c. vlt.*

Citante recedente in longinquum, & non relinquente procuratorem, quid potest facere pars aduersa. *De eo, qui mittitur in possess. cap. fin.*

Citare non potest delegatus extra Diœcesim, in qua est deputatus, nisi de partium consensu. *De rescrip. in 6. cap. Statutum §. In nullo.*

Episcopi expulsi à Sedibus citare possunt expulsores, coram solo populo in aliena Diœcesi. *Clem. de foro compet. c. Vnico.*

Citationes causarum in Vrbe pendentium, vel executiones impedientes, quomodo puniendi. *Innoc. 8. constit. 17. Officij nostri.*

Citationes in Vrbe, intimationes, &c. per solos cursores fieri debent, alias iudicium est nullum, & pœna illorum, qui citant. *Clem. 7. const. 24. Accepimus, & in sua sequenti declaratione.*

Citationes bannitorum, homicidarum, &c. fugientium, quomodo faciendæ. Vide, *Banniti.*

Vide, *Intimatio.* Vide, *commissio.* Vide, *causæ vbi faciendæ.*

Ciuitas.

Ciuitate interdicta, etiam suburbia sunt interdicta, si sunt contigua. *De sent. excommunic. in 6. c. Si ciuitas.*

Ciuitas occidens Episcopum amittit dignitatem Episcopalem. *25. q. 2. c. Ita nos.*

Ciuitas, in qua occiditur, vel percutitur Cardinalis, quomodo tractanda. Vide, *Cardinalem carcerans, &c.*

Ciuitates non crescunt in dignitate per præsentiam Imperat. *Gelasius 1. ep. 13.*

Ciuitates, quarum domini expellunt, vel banniunt clericos, edicto supponuntur. *concil. Tolet. 22. c. 24.*

Vide, *Interdictum.* Vide, *Immunitas.* Vide *Libertas.*

Clandestina.

Clandestina matrimonia sunt prohibita. *30. q. 5. c. Aliter legitimum. c. Nullus. c. Nostrates. c. Qualis.* Sunt nulla. *conc. Trid. sess. 24.*

Vide, *Matrimonium clandestinum.*

S. Clara.

S. Clara de Assisio canonizatur. *Alex. 4. const. 3. Clara claris.* & eius festum præcipit celebrari die 12. Augusti. *idem Papa. ibid.*

S. Claræ Monasteria. Vide, *Monasteria.*

S. Claræ Regula à S. Francisco ei data approbatur *ab Innoc. 4. const. 12. Solet.*

Eadem regula reformatur *ab Vrb. 4. const. 7. Beata.*

S. Claræ Moniales exemptæ sunt ab ordinarijs, & quomodo. *Eugenius 4. const. 18. Licet.*

Vide, *Moniales.*

Clareni.

Vide, *Fratres Clareni S. Francisci.*

Claudus.

Claudus à medicis potest ministrare in sacris, quæ habet. *dist.55. cap.Si quis infirmitate.*

Claues Ecclesiæ.

Claues ligandi, & soluendi, in Ecclesia tantum sunt, & non extra eam. *24. q.1. cap.Omnibus. & c. quicumque ab vnitate. De pœnit.dist.1. cap.85. Iudicet.*

Claues à Christo datæ sunt Ecclesiæ, non solum ad soluendum, sed etiam ad ligandum. *Concil. Trid.sess.14. can.15. concil. Later.4. c.1.*

Clauis Ecclesiastica est potestas ligandi, atque soluendi, qua iudex Ecclesiasticus dignos recipere debet, & indignos excludere à Regno Cœlorum, &c. *Extrau. Ioan.22. de Verborum signif. c. Quia quorumdam.*

Clauis in Ecclesia duplex est, vna cognoscendi in causa, alia definiendi. *ibid.*

Clauis ista duplex est Papæ necessaria, easque habet. *ibid.*

Claues Ecclesiæ à Christo concessæ sunt Apostolis, & successoribus, & quæ. *concil.Later. 4. c.1.*

Clauis de Corpore S. Petri accepta.

Clauis de corpore S. Petri accepta mitti consueuit ex deuotione ad magnos Principes. *Greg.I. l.1. epist.ep.30.l.6.epist. 23. & 25.l.7. ep.24. l.11. ep.17.*

S. Clemens Papa I.

S. Clementis epistola 1. ad Iacobum fratrem Domini, in qua referuntur verba sibi dicta à S.Petro, & colloquium cum eo habitum approbatur *à Nicolao I. in ep.49. circa finem. à Ioanne 8. in ep.234. à Greg.7.l.4. ep.2. & l.8. ep.21. à concil. Tribur.1. c.32.*

S.Clementis itinerarium est apocriphum. *dist.16.c.Clementis.*

Clerici nomen, & res.

Clericus idem importat, ac electus in sortem Domini. *Dist. 21. cap.Cleros. concil. Colon.2. par.2. cap.1.* & per hoc differt à laico. *ibid. concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c.99.*

Clerici in Ecclesia tenent locum Leuitarum. *conc. Rauenn. 3. post Clementem 5. c.2.*

Clerici sunt omnes Ecclesiastico muneri seruientes, etiam Lectores, &c. minores. *concil. carthag.3. c.21.*

Clerici non sunt, qui ab Episcopis non gubernantur. *dist.93. cap. Nulla ratione, & cap. Qui suis.*

Clericorum nomine, intelliguntur etiam Canonici. *De verbor. signif. cap. cum tibi.*

Clerici cameræ. Vide, *cameræ clerici.*

Quinam sint capaces clericatus, seu possint ordinari clerici.

Clerici ordinari possunt fideles, cuiuscumque nationis, si nihil obstet. *concil. Parisien.lib.1. c.72. De institutionib. cap. ad decorem.*

Clerici ordinari possunt illi tantum, qui dignè possunt tractare diuina mysteria. *Clem.I. epist.2. dist.23. c. Tales.*

Qui in infantia baptizati sunt ab hæreticis, possunt ordinari clerici. *concil. African. c.24.*

Qui habent vxores possunt fieri clerici, si sint bonæ fidei; & alias apti. *Innoc.I. ep.4. c.4. dist.33. c. Laici.*

Clericus fieri potest, & ad ordines promoueri, qui vnam tantum habuit vxorem, sed virginem. *Siricius ep. 1. c.10.*

Clericus potest fieri, qui in infirmitate ex medici incisione fit claudus. *post Concil. Illerdense c.6. dist.55. cap. Si quis infirmitate.*

Vide, *Ordinare.* Vide, *Ordines clericales.*

Qui sunt inhabiles ad clericatum.

Clerici fieri non possunt rebaptizati. *concil. carthag.5. c.11. causa 1. q.7. c.Qui in qualibet.* Neque baptizati in alienis Prouincijs. *dist.98. c.Omnes.*

Clericus fieri nequit dæmoniacus, donec liberetur. *concil. quod dicitur Apostol.c.79.dist.33.cap.communiter, cap.Clerici, & cap. Vsque adeo.*

Neque conscius homicidij à se facti. *dist.50. c.Si quis viduam concil. Later. sub Martin.I. c.26.*

Neque pœnitentes publici, etiam peracta pœnitentia. *concil. carthag.4. c.68. & 69.* (& Episcopus scienter eos ordinans deponatur.) *concil. Tolet.1.c.2. dist.33.c.Maritum. dist.34. c.Præcipimus. Siricius epist.1. c.15.* (& ordinantes deponantur. *ibid.*) *& ep.43. c.3. Innoc.I. epist. 2. c.2. dist.50. Quicumque, & c. Ex pœnitentibus. Conc. Arelat.3.c.3.Celestinus ep.9. Si* conuicti sunt de delicto, non possunt; secus si non conuicti. *concil. Toletan.4.c.54.*

Neque qui habuit viduam vxorem. *concil.quod dicitur Apostolorum c.19. Innoc.I.ep.2. c.5. ep.22.c.1. dist.34. cap.Si quis viduam.* (Qui eos ordinant deponendi. *ibid.*) *Siricius ep.1. c.15. dist.50. c.Quicumque. concil. Arelat.3. c.3.*

Clericus nullus ordinari potest, qui vel beneficium non habet, vel alicui Ecclesiæ, aut pio loco inseruire debeat. *conc.Trid. sess.23. de refor. c.16.*

Neque qui fuit Miles. *Innoc. 1. ep.2. c.2. epist.4. c.3. ep.23.c. 3. & 4. dist.50. c.Si quis post. dist.51.cap. Aliquantos. Siricius ep.4. cap.3.*

Neque qui fuit causidicus, & postulator. *Innoc.1. ep.4.cap.3. ep.23. c.3. & 4. dist.51. c. aliquantos.*

Clericus etiam si coniugatus, nullus ordinari potest, qui alicui Ecclesiæ, aut pio loco de mandato Episcopi cum clericali habitu, & tonsura non inseruiat. *concil. Trid. sess.23. de refor. c.16.*

Neque curialis, id est, qui in Principum curijs seruiuit. *Innoc.1. ep.2. c.11. ep.4. c.3. epist.23. c.3. & 4. dist.51. c. Aliquantos. c. Præterea, Gelasius ep.9.*

Neque qui duas sorores accepit in vxores. *concil. quod dicitur Apostolorum c.19.*

Neque bigamus fieri potest clericus. ordinans eum deponatur. *Siricus ep.1. c.15. dist.33. c.Maritum. dist.34. c.Præcipimus. c. Si quis de Laicis. dist.50. c.Quicumque. c.Illud quoque. concil. Arelat.3. c.3. Gelasius ep.9.*

Neque qui filiam fratris, vel ab eo relictam habuit vxorem. *concil. quod dicitur Apostolorum c.19.*

Neque seditiosus. *concil. Agathen. c.69. concil. carthag.4. c. 67. dist.46. cap. Seditionarios.*

Neque infamatus de natalibus, donec se purget. *De purgat. canon. c. Accedens.*

Neque obligatus tributo ciuili. *Dist.54. c.Si quis obligatus est. concil. Lucense c.46.*

Neque obligati publicis rationibus. *Greg.1. lib.7.ep.11.*

Neque obligati alicui personaliter. *dist.54. cap.Si quis obligatus.*

Neque illegitimi. *Gelasius ep.9.*

Neque qui non est baptizatus, & confirmatus. *De sacr. non iter. c.Pastoralis.* Tamen si subdiaconus, vel alius non confirmatus ordinetur, non iteretur ordo, sed suppletur confirmatio. *ibid.*

Neque corpore vitiati. *Gelasius ep.9.*

Neque liberti, quorum domini viui sunt. *Concil. Elibert. capit.80.*

Clerici inuidi fratrum non sunt promouendi. *concil.carthag. 4. cap.54.*

Neque criminosi. *Gelasius ep.9.* Etiam si crimen sit occultum. *De temporib.ord. c.Ex tenore.*

Neque regularis contra voluntatem sui Prælati. *ibid. cap. Ad aures.*

Neque vsurarij. *concil. carthag.4. c.67. dist.33. c.Maritum. dist.34. c. Præcipimus. dist.55. cap. Priscis. dist.47. cap. De Petro.*

Neque vendicatiui. *concil. carthagin.4. c.67.*

Ordinari non potest, neque in prima tonsura, non confirmatus. *Concil. Trid. sess.22. de refor. c.4.*

Neque

Neque qui obligati sunt ad aliquod onus. *Concil. Toletan. 1. cap. 10.*

Neque qui de recenti baptizati sunt. *Conc. Nicæn. 1. c. 2.*

Neque qui vxorem habuit repudiatam. *Concil. carthag. 4. c. 68. & 69.* (Episcopus ordinans deponendus.) *Innoc. 1. ep. 2. c. 5. dist. 34. c. si quis viduam.*

Neque infans, neque in prima tonsura. *De temporib. ordinat. in 6. c. Eos qui.* Pœnæ ordinantium. *ibid.*

Neque illi, qui nolunt ascendere ad sacros ordines, & pœna ordinantium. *ibid.*

Neque illiterati. *dist. 36. cap. Illiteratos. De temporibus ordinat. in 6. c. Eos qui.*

Neque accusati criminaliter, pendente causa. *de testibus cap. non debet.*

Neque castrati. Vide, *Castratus.*

Neque qui fuit apostata. *dist. 50. c. vlt.*

Neque medici, si habent conscientiam de homicidio. *de ætate, & qual. &c. c. ad aures.*

Neque qui est seruus, seu mancipium alicuius. *dist. 54. cap. nullus. cap. nulli. cap. Magnus. cap. Qui ex familijs. cap. Quicumque. Concil. Mogunt. 1. c. 23.*

Neque implicati negotijs alienis. *Concil. carthag. 1. c. 8.*

Neque, qui non habent literas dimissorias sui Episcopi, alias ordinans, & ordinatus deponatur. *21. q. 2. c. 1.*

Neque qui post pœnitentiam fuit miles. *Siricius ep. 4. cap. 3. Innoc. 1. ep. 2. c. 2.*

Neque qui habet concubinam, vel meretricem. *dist. 33. cap. Maritum. cap. communiter. dist. 34. c. Præcipimus. dist. 55. cap. Priscis.*

Neque ioculatores, scurræ, turpia loquentes, &c. *Concil. Tolet. 17. c. 23.*

Neque maledici. *dist. 46. c. Clericus maledicus.*

Neque simoniaci. *dist. 33. c. Maritum. c. communiter. dist. 34. c. Præcipimus. dist. 55. c. priscis.*

Græci ordinari non possunt à Latinis, neque è contra si sint ritus diuersi, & cum illis velint ordinari. *de tempor. ord. c. cum secundum.*

Neque Vltramontanus ab Episcopo Italo sine licentia Papæ, vel sui Episcopi, asserentis causam, quare non ordinauit, & pœna ordinantium. *de temp. ordin. in 6. cap. vlt.* Vide, *Ordines sacri, quibus prohibentur.* Vide, *Ordinare.* Vide, *Ordinatio.*

A quo ordinari debent, seu instituti clerici, in quolibet ordine, etiam tonsura.

Clericus ordinari debet à proprio Episcopo, & non potest ordinari ab alieno. *concil. Carthagin. 1. c. 5. concil. Cabilon. 2. c. 13. concil. Valent. c. 5. concil. Aquisgr. sub Ludouico Pio c. 78. concil. Meldense c. 51.* Sed potest cum licentia proprij. *ibid. Distinct. 71. c. Illud. cap. De aliena. c. Clericos. causa 7. q. 1. cap. Episcopus in Diœcesim. 19. q. 2. cap. Alienum. concil. Rauennat. 2. sub Clem. 5. c. 24.*

Episcopi proprij dimissorias habere, quis debet, vt ordinetur ab alieno. *ibid. & 21. q. 2. c. 1.*

Abbates Benedicti Monachorum possunt suis Monachis, & alijs suis subditis conferre primam tonsuram. *Dist. 69. c. Quoniam. de ætate, & qualit. &c. cap. cum contingat. de priuileg. in 6. cap. Abbates.*

Abbates Monachorum sacerdotes, & benedicti, possunt suis Monachis, & clericis subditis sui territorij conferre ordines minores, non tamen alijs. *Dist. 69. cap. 1. concil. Trid. sess. 23. de refor. c. 10.*

Possunt clerici ordinari ab Episcopis vicinis sine licentia Episcopi, quando hic est manifeste suspensus, & quomodo. *de temporib. ord. in 6. cap. Eos qui.*

Clerici ordinati ab alieno Episcopo absque dimissorijs proprij, à nullo admittendi ad executionem ordinum, & pœna admittentium. *concil. Tolet. 22. cap. 4. concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 1.*

Vide, *Episcopus circa ordinationes.* Vide, *Ordinatio, ordinare, &c.*

Clericorum ordo in Ecclesia.

Clericorum ordo est, vt præcedat presbyter, postea diaconus, deinde subdiaconus, licet alter prius altero sit institutus. *de maiorit. & obed. cap. Statuimus.*

Clerici minores ante diaconum non sedeant. *concil. Laodic. cap. 20.*

Clerici qui non sunt in sacris non habent vocem in Capitulo. *concil. Rauenn. 3. post Clem. V. c. 1.*

Clericorum numerus.

Clericorum numerus debet esse iuxta proportionem redituum Ecclesiæ. *concil. Hispalen. 1. cap. 1. De institutionibus c. 1. concil. Emerit. c. 18. Mart. I. epist. 5. De vita & honestate cleric. c. Quoniam. concil. Sabinense. c. 10.* In Cathedralibus, & Parochialibus tot es se debent, quot sunt necessarij pro sacramentorum administratione. *concil. Trid. sess. 21. de reform. c. 4.* Vide, *Numerus.*

Clerus numerosus esse debet in Ecclesijs. *Mart. I. epist. 5.*

Clerici de nouo nequeunt fieri inuito clero. *De institutionibus cap. Auctoritate.*

Vide, Ecclesiæ Parochiales.

Clerici quo ad habitum & tonsuram.

Clericus tenetur ostendere clericatum in habitu & tonsura. *concil. Carth. 4. c. 45. De vita & honestate clericorum, c. Clericis.* & ad hoc cogendi sunt per superiorem. *ibidem. concil. Londinense 1. c. 9. concil. Later. 3. in append. tit. Ne clericus c. 4.* Cogendi sunt pœna pecuniaria ad ferendam tonsuram, & habitum clericalem. *concil. Rauenn. 2. sub Honor. IV. cap. 3.*

Clericus coniugatus non tenetur deferre tonsuram si non est beneficiatus. *de cler. coniug. c. Ioannes.*

Clericus non potest vti veste colorata, vt purpurea, &c. *concil. Narbon. c. 1.*

Neque vti vestibus sæcularium, sub pœna excommunicationis. *concil. Rom. sub Zacharia c. 3.*

Neque vti pannis viridibus, rubeis, &c. & pœna. *De vita & honest. cleric. c. Clerici officia.*

Clerici tenentur induere vestem talarem. *concil. Lucense c. 66. concil. Colon. 2. par. 3. c. 8. Later. 5. sess. 9. de reform. Curiæ c. 2. concil. Mogunt. 4. c. 74.*

Clerici (olim) non poterant barbam nutrire. *concil. carthag. 4. c. 44. de vita & honest. cler. c. si quis ex cler.*

Clerici laxantes comam sunt excommunicati. *concil. Mogunt. sub Leone 4. c. 15. de vita & honest. cler. cap. Si quis ex clericis. concil. Later. 3. in append. ne cleric. c. 4. concil. Eborac. 1. Concil. Londin. 1. c. 9. concil. Later. 5. sess. 9. de reform. curiæ c. 2.*

Clericorum coma debet tonderi vsque ad aures. *concil. Toletan. 8. cap. 3.*

Clerici tonderi debent semel in mense. *concil. Tolet. ibid.*

Non possunt vestiri cum sagis, sed tenentur casulas (id est, longas vestes) induere. *concil. Ratispon. 21. q. 4. cap. Præcipimus.*

Clericorum sacrorum vestis debet esse clausa à summo ad imum. *concil. Senon. in decr. morum c. 23.*

Tenentur cum operimento ambulare, sub pœna excommunicationis. *concil. Rom. sub Zacharia c. 3.*

Clericus comam nutriens ab Archidiacono, etiam inuitus tondeatur. *concil. Agathens. c. 20. dist. 23. c. clerici.*

Clericorum vestes, & calcei debent esse religiosæ formæ, &c. *concil. Matisc on. 1. c. 5.*

Clericorum vestes non possunt esse sericæ exceptis filijs Regum, Principum, & Ducum. *concil. Senon. in decr. morum cap. 23.*

Non possunt vti vestibus pretiosis; neque fulgidis, odoriferis, &c. *21. quæst. 4. cap. Omnis iactantia. cap. Nullus eorum. cap. Episcopi. cap. Sine ornatu. Concil. Lateran. 4. cap. 15. & 16.*

Si quis decenti non vtatur post monitionem Episcopi, priuandus est beneficijs. *21. q. 4. c. Præcipimus, & c. vlt.*

Clerici

Clerici in vestibus non debent esse compti, vt fęminæ. *conc. colon.2.p.2.c.26. & p.3.c.8.*

Non possunt vti vestibus sæcularibus, & pęna. *21.q.4.c.Præcipimus, & c.vlt.*

In itinere, vel domi vti debent veste moderata. *ibidem cap. nullus.*

Clerici vtentes vestibus virgatis, seù variegatis, quomodo puniendi. *de vita, & honest. clericor. c. Quoniam.* Non cappis manicatis, non coloratis pannis, non calcaribus deauratis, non fibulis, aut corrigijs aureis, argenteis, &c. *ibid. c. cler. officia.*

Clericus sæcularis vtens habitu monachi, cogendus est fieri monachus. *de regularibus. c. vt clerici.*

Clericus, etiam coniugatus, non ferens habitum, & tonsuram non gaudet foro clericali. *de cler. coniug. in 6. c. clerici. concil.Colon.2.p.4. c.8.*

Clericorum vestis non sit pannosa, aut lacera. *Conc. Senon. in decr.morum. c.23. concil.Colon.2.p.2. cap.26.* Debet esse talaris, non partita, aut frangiata. *concil. Colon. ibidem. cap.24.*

Clericorum super indumenta non sint nimis longa, nec nimis breuia. *De vita & honest. cler. c.clerici officia. conc. Toletan. 18. cap.3.* Nec manicis curtis esse debent. *Concil. Toletan. ibidem*, alias priuantur illis. *Concil. Lateranen.4. cap.15. & 16.*

Clericorum caligæ non sint partitæ, aut scaccatæ. *Concil.colon.2.p.2.c.26.*

Clerici non vtantur anulis, nisi qui habent dignitatem. *concil. Lateran. 4. cap.12. De vita & honestate clericor. cap. clerici officia.*

Clerici vtentes vestibus sericis virgatis, &c. sæcularibus, si sunt beneficiati, per sex menses carent fructibus: si non beneficiati, siue in sacris, siue non per sex menses sint inhabiles ad obtinenda beneficia. Sacerdotes, curati, dignitates, personatus, &c. carent perceptione fructuum per vnum annum. *Clement. de vita & honest. cleric. cap.finali.* excommunicari debent. *Concil. Later. 3. in append. tit. Ne clericus, cap.4.* Monendi sunt per Episcopum, & si non obediunt priuentur vt supra. *concil. Tridentin. sess.14. de reform. cap.6. Si* beneficia non habent, Episcopi arbitrio puniantur. *concil. Mediolan. 1. par.2. tit. de clericorum vestitu.*

Clericorum corona debet esse rotunda, & eo maior, quo maiorem habent dignitatem. *concil. Rauenn. post Clementem V. c.10. de vita & honest. clericor. c.cler.*

Clericorum corona siue coniugatorum, siue non, debet esse mensuræ vnius regalis, alias perdant forum clericale, & priuilegium. *concil.Tolet.22. c.14.*

Clerici habere debent coronam clericalem, iuxta formam quam ordo postulat, & ita radere debent capillum, vt omnibus appareat tonsura. *concil. Mediol.1.p.2. tit. de clericorum vestitu.*

Barbam in superiori labro ita radant, vt pili in sanguinis sumptione non impediant. *ibid.* Capillos simplici cultu tenere debent. *ibid.*

Clerici non portantes habitum clericalem, moniti ab Episcopis priuandi sunt beneficijs. *Concil. Trident. sess.14. de reform. c.6. concil. Mediol. vbi supra.* Et si beneficijs carent arbitrio Episcopi puniendi. *concil. Mediol. ibid.*

Clericorum habitus, seù vestitus non sit adeo exultus, nec nimis sordidus. color niger in omni vestitu sit. Serico, nec domi, nec foris vti possunt, sed tantum laneo. Subbiretum, id est, berettinum non ferant, nisi infirmitatis causa. Camisias crispas ad collum, seù manicas non habeant. Collare sit simplex. & modicè latum, externa vestis simplex, & talaris. Toga, seù zimarra æqualis sit vesti. Ferraiolum portare non debent nisi per pluuias, & tunc cum talari tunica ferendum: in itinere sit breuius, sed simplex. Calcei, & crepidæ non incidantur. Non possunt portare torques, armillas, vel monilia. Non portent annulum, nisi ratione dignitatis, seù muneris, & tunc vnicus sit, & non magni pretij, ita supellex mensa, &c. *concil.Mediol.1. p.2. de clericorum vestitu.*

Clericali veste vtens ad personatum (id est maschera) vel ad eam commodans alijs graui pœna puniatur. *ibidem.*

Clerici non possunt portare vestes sericas, excepta sutura interiori chalamydis. *concil.Tolet.22. c.4.* & pœna. *ibid.*

Non possunt clerici portare vestes breues vsque ad medietatem tibiæ, & pœna. *concil.Tolet. 22. c.14.*

Clerici non possunt vti veste luctuosa, seù funebri, sub pœna suspensionis à perceptione fructuum per tres menses, & pœna Episcopi permittentis. *Concil.Tolet. 12. c.8.*

Clerici neque in choro, neque in Ecclesia ministrare possunt sine superpelliceis. *concil.Colon.2.par.3. c.31. concil. Mediol.1. p.2. tit. communia de ratione diuinorum officiorum.*

Clerici in choro tenentur vti birreto, non pileo.

Vide, *Birretum.*

Clericorum tonsura talis esse debet vt aures videantur. *conc. Rauenn.3. post Clem.5. c.10.*

Clerici pensionarij quando tenentur ferre habitum, & tonsuram. Vide, *Pensio.*

Vide, *Barba.* Vide, *Tonsura.* Vide, *Vestes.*

Clerici Minores, an possint in clericatu ducere vxorem.

Clerici minores, tantum, possunt vxorem ducere. *conc.quod dicitur Apostolorum c.15.*

Sed in hoc tenenda est consuetudo Ecclesiarum. *Zacharias ep.7. cap.11. & 18. concil. African. cap.37. dist.32. cap. Si quis eorum. Siricius ep.1. cap.9. dist.32. Si quis verò. cap. Si quis eorum. c. De illo clerico. c. Lectores. & cap. Seriatim. de clericis coniugatis. c.1. cap. Sanè. & cap. Quod à te. conc.Later.3. in append. tit.de cler. coniug. c.6.*

Clerici Græci in minoribus possunt ducere vxores, & eisdem vti cum ascendunt ad sacros ordines. *de cleric. coniugatis. cap. cum olim.*

Vide, *Græci.*

Clericus nubens in minoribus non potest accipere vxorem alterius sectæ, sed suæ fidei. *concil.calced. c.14. dist.32. cap. Quòniam.*

Clericus nubes tenetur accipere vxorem virginem. *Siricius ep.1. c.9. dist.77. c. Quicumque.*

Clerici bis nubentes, ascendere non possunt ad sacros ordines. *concil. Arelat.2. c.26.* Nisi ex dispensatione. *concil. Lucense 2. cap.43.*

Clericus in minoribus nubens, non potest accipere meretricem. *concil. Tolet. 4. c.44. 23. q.8. c. cler.*

Clericus nubens non potest accipere viduam in vxorem. *Siricius ep.4. c.4. Innoc.I. ep.2. c.4.*

Clericus accipiens viduam, non potest esse subdiaconatus, nisi ex dispensatione. *concil.Lucense 2. c.43.*

Non possunt accipere viduam in vxorem; neque secundam; alias, vt laici communicent. *dist.84. cap. Porrò.* Et omni gradu Ecclesiæ priuentur. *Siric. ep.1. c.11. dist. 84. Quisquis clericus.*

Clerici in minoribus accipientes vxores non sunt capaces beneficiorum. *concil.Later.3.in append. tit.de clericis coniugatis. c.2. 3. & 7. de cleric. contug. cap.1. cap. Sanè. & c. Quod à te.* Etiam si confirmatio sit à Papa, nisi exprimatur causa. *Honorius 3. ex Cirone de confirm.vtili & c. c.4.*

Vide, *Benef.*

Cum clericus ducens vxorem priuatur beneficijs, sunt ei reddenda quæ dedit ecclesiæ. *ibid. c. Quod à te.*

Vide, *Benef. incapax.* Vide, *celibatus.* Vide, *Matrim.* Vide, *Vouere.* Vide, *Vxor.* Vide, *Vxoratus.*

Clerici minores in ministerio.

Clerici minores non possunt in ecclesia ministrare nisi superpelliceis induti. *concil. colon.2.p.3.c.31.*

Vide, *clericorum obligationes.*

Clerici in sacris an possint ducere vxores.

Clerici in sacris vt subdiaconi, diaconi, &c. non possunt vxores ducere. *Gregor.1. lib.12. epist.31. cap. 2. Zacharias epist.7. cap.18. concil. Afric. cap.37. concil.Tolet.8. cap.7.*

concil.

Concil. Later.3. in append. tit.de clericis coniugatis. c.2. 5. & 6. concil.Lateran. 4. c.14. concil.Germanicum. 1. cap.1. concil. Senonense cap.8. dist.27. cap. Presbyteris. dist.32. c. Si quis verò. cap. Si quis eorum. cap. Subdiaconis. & cap. Erubescant. & alijs. *ibid. de clericis coniug. cap.1. de vita & honest. cleric. c. Vt clericorum. cap. clericus si tonsura. concil. Trident. sess.24. can.9.* Et matrimonium, si fiat est nullum, contrarium dicens est anathema. *ibid.*

Clerici ex apostolica doctrina debent esse celibes.

Vide, *Continentia*.

Clerici in sacris ducentes vxores excommunicantur, priuantur ordine & officio, & vsque ad finem vitæ recluduntur in monasterio. *Concil.Tolet.8. c.7.* Vide, *Benef. vacans, in fine*. Tales contrahentes sunt vt excommunicati vitandi. *Clement. de consanguin. cap. vn.* priuandi sunt beneficijs. *concil.Later.3. p.50. cap.7. De cleric. coniugat. cap.1. Extrau. Ioann.22. de voto c.vn. Antiquæ. de Bigamis non ordinand. cap. Nuper à nobis. dist.27. c. Presbyteris.*

Clerici in sacris accipientes vxores cogendi sunt dimittere. *Concil. Later.3. in append. tit. de clericis coniug. cap.2.* Sed Subdiaconi olim tolerabantur. *ibid. c.4. de clericis coniug. cap.1.*

Clericus in sacris faciens matrimonium, pœna polygami est puniendus. *de Bigamis non ordin. c. Nuper.*

Vide, *Subdiaconi*. Vide, *Diaconi*. Vide, *Presbyteri*. Vide, *Episcopi*. Vide, *Matrimonia prohibita ratione status spiritualis*. Vide, *Vxores*. Vide, *Clerici coniugati infra*. Vide, *Ordinatorum in sacris obligationes*. Vide, *Græci*. Vide, *Celibatus*. Vide, *Continentia*. Vide, *Vxoratus*. Vide, *Vouere*.

Clericus habens vxorem an possit ad sacrum ordinem ascendere.

Clericus Latinus vxoratus, etiam si matrimonium non consummauit non potest ordinari in sacris. *Extrau. Ioann.22. de Voto c.vn. Antiquæ. Si* verò ordinetur, non potest ministrare in ordine habito, nec vlterius promoueri, nec soluere matrimonium, nec obtinere beneficium Ecclesiasticum. quod si matrimonium non fuerit consummatum, & intret religionem, potest Episcopus cum eo dispensare; si verò sponsa instet, & ipse non ingreditur religionem tenetur consummare matrimonium, & Episcopus ad hoc compellere debet. *ibidem*.

Clerici Græci in minoribus habere possunt vxores & eisdem vti quando ascendunt ad sacros ordines. *De clericis coniugatis c. cum olim*.

Clerici habentes vxores, cum consensu vxorum si separentur, possunt ascendere ad sacros ordines. *conc. Agathens. c.16. dist.32. c. Seniatim. dist.77. c. Episcopus*.

Non possunt amplius cum eis habitare in eadem domo. *concil.Tolet.3. cap.5.*

Clericus vxoratus non potest in sacris ordinari, nisi vxor promittat continentiam. *de conuersione coniugatorum. cap. coniugatus. Concil. Later.3. in append. tit. de cleric. coniug. cap.5.*

Clerici qui possunt vxorem tenere in sacris, vnam tantum habere possunt. *Lib.6. const. Apost. c.17.*

Clericus coniugatus etiam si vxor continentiam voueat, ordinari non potest in sacris nisi eam acceperit virginem. *concil. Later.3. in append. tit. de cler. coniug. c.5.*

Clerici Latini ascendentes ad sacros ordines tenentur ad perpetuam continentiam ideo sine vxoribus cum earum consensu esse debent. *concil. German. 1. c.1. concil. Senen. c.8. concil.Trid. sess.23. de reform. c.13.*

Dicens clericum Latinum in sacris non teneri ad celibatum est hæreticus. *concil. Senon. c.8.*

Clericus qui habuit duas vxores, dispensari potest ad diaconatum. *Pelagius 2. epist. ad Florentium dist.34. cap. Fraternitatis.*

Vide, *Clerici coniugati*. Vide, *Diaconus*. Vide, *Subdiaconus*. Vide, *Presbytero prohibita*. Vide, *Episcopus*. Vide, *Sacerdos*. Vide, *Matrimon.* Vide, *Ordinandorum in sacris obligationes*. Vide, *celibatus*.

Clerici quo ad cohabitationem cum mulieribus.

Clerici habitare non possunt cum fœminis, excepta filia, aut sorore. *concil. Eliber. c.27. concil. Carthag. 1. cap.4.* alias excommunicantur. *concil. Arelat. 2. c.2. concil. carthag. 3. cap.17. Carth.4. cap.46. Concil. Andegauen. cap.4. Turonic. c.3. Agathen. c.10. & 11. Illerden. cap.15. Toletan.4. cap.42. & 43. Mogunt. c.10. Claremont. cap.10.* Exceptis quibusdam consanguineis. *concil. Nicænum 1. cap.3. post epist. Lucy I. Siricius epist.1. cap.12. dist.81. cap. clericus. c. sed si forte. cap. Feminas. Greg. 1. lib.11. ex regist ro epist.42.* alias excommunicetur. *ibid. epist.43. dist.32. c. Interdixit. c. Hospitiolum*.

Clerici habitare non possunt, nisi cum mulieribus quas dicit. *Concil. Nicæn.1. Siricius epist.1. c.12. Tolet.2. c.3.*

Non possunt habere in domo mulierem suspectam. *de cohabitat. clericor. & mulier. cap.1.* Si in sacris sint officio, & beneficio priuentur. *concil. Later.3. cap.11. & in append. tit.de cler. coniug. cap.1.*

Vide, *Supra ex dist.32.*

Clerici cum mulieribus vetulis habitare possunt. *De cohabitatione clericorum, & mulierum cap. Anobis.* Non possunt frequentare domos mulierum. *Post epist.Lucij I.dist. 81. cap. clericus*.

Clericus in honore ecclesiastico si non relinquat commercium mulierum omni honore est priuandus & excommunicandus. *concil. Tholosanum 1. c.7.*

Clerici neque cum fœminis cognatis possunt habitare; nisi Episcopus aliud in necessitate iudicauerit. *concil. Mediol. 1. p.2. tit. de clericalib. ædibus*.

Vide, *Fœmina*. Vide, *Mulieres circa cohabitationem cum clericis*, vbi multa habes.

Clerici quò ad conuersationem, & locutionem cum mulieribus.

Clerici quicumque introducere non possunt fœminas in secretarium, id est sacristiam. *Conc. Arelat. 2. c.4.*

Clerici fugere debent commercium fœminarum. *Conc. Moguntiacum cap.10.*

Clerici non possunt frequentare domicilia fœminarum, nec matronarum. *dist.81. c.cleric. cap.Sed si forte. c. cum omnibus. c.In omnibus. & c. non oportet*.

Clerici non debent cum fœminis loqui sine maiorum licentia. *dist.81. c. clerici*.

Clerici non desistentes à colloquijs cum fœminis suspectis, excommunicentur. *de cohabitatione clericor. & mulier. c. si quisquam*.

Neque cum consanguineis fœminis nimiam habere debent familiaritatem. *dist.34. cap. Quorumdam cap. Omnibus, & cap. Episcop.*

Clerici rapientes mulieres gradu priuantur. *Concil. Vormatiens. 1. c.77. conc. Trid. sess. 24. de refor. matrim. c.6.*

Clerici concubinarij.

Clericus concubinam non dimittens excommunicandus est. *de cohabit. cler. & mulierum. cap. clericos. concil. Sabin. cap.8.* Quomodo contra eos procedendum. *ibid. Concil. Sabinens.*

Clericus concubinarius, in officio vitandus non est, nisi sit notorius. *de cohabit. cler. c. Quæsitum*.

Clericus concubinarius obtinens literas, &c. tacito facto, nulliter obtinet. *ibid. cap. super eo*.

Clerici in sacris nolentes concubinas dimittere priuandi sunt beneficijs. *concil. Later.3. in append. tit.de cleric.coniugat. cap.2. 7. 8. 10. & 11. concil. Oxon. 1. c.28.* Et in hoc casu vtendum est brachio sæculari. *ibidem. concil. Germanicum 1. cap.3.* pœnæ graues pro qualitate personarum. *ibidem cap.3.*

Clerici concubinarij, nisi abstineant moniti à superiore, priuentur tertia parte fructuum omnium beneficiorum, & fabricæ Ecclesiæ fit applicatio eorum, Si verò perseuerent, omnibus fructibus beneficiorum, & pensionium priuentur,

uentur,& à beneficijs ſuſpendantur. Quod ſi nec tunc abſtinent, priuentur officio & beneficio, & donec emendationem oſtendant, inhabiles reddantur, etiam ſi non cum eadem muliere, ſed cum alia concubinati ſint. Quod ſi ſemel dimiſſa ad eam iterum accedant, excommunicandi ſunt vltra dictas pœnas: appellatione remota in his caſibus procedant ordinarij. *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 14.*

Clerici concubinarij non habentes beneficia, ab ordinario, carcere, & alijs pœnis affligendi, & ab ordine ſuſpendendi, & inhabiles ad beneficia obtinenda declarentur appellatione remota. *Concil. Trid. vbi ſupra c. 14.*

Compellens clericum ad tenendum domi concubinam, excommunicetur. *Concil. Sabinenſe cap. 8.*

Clerici ſuſpenſi à beneficijs ob retentionem concubinarum, ſi beneficijs vtantur, ipſo facto eiſdem priuentur. *Concil. Londin. 2. cap. 17.*

Clerici concubinarij grauiſſime puniendi. Non ſunt capaces beneficiorum etiam per multos menſes poſtquam relinquunt concubinas. *Concil. Tolet. 12. c. 8. concil. Senon. tit. Incontinentes. c. 25.*

Clerici concubinarij ſeparandi, & fœminæ longius ablegandæ, etiam cum auxilio brachij ſæcularis. *Concil. Mogunt. 4. cap. 102.*

Clerici quo ad poſſeſſionem bonorum temporalium.

Clerici poſſunt poſſidere bona temporalia. *concil. Conſtan. ſeſſ. vlt. in conſt. Mar. V.*

Clerici, etiam ſi male viuant, non poſſunt à laicis ſpoliari ſuis bonis, *ibid.* & magnum facerent ſacrilegium ſi ſpoliarent. *ibidem.*

Clericos poſſe bona temporalia poſſidere ſtatuit inter alios *Carolus IV.* & confirmat ſtatutum *Bonifacius IX. conſtit. 4. Et ſi imperialis.*

Clericus quo ad ſeruitium Eccleſiæ.

Clerici tenentur inſeruire ſuis Eccleſijs. *Concil. quod dicitur Apoſtolor. c. 15.* & in Eccleſia, pro qua fuerunt ordinati. *Concil. Hiſpal. 2. c. 3. Cauſa 21. q. 2. c. Placuit vt ſi.*

Clericus nullus poteſt ordinari niſi inſeruire debeat alicui Eccleſiæ, vel pio loco. *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 16.* alias non gaudet foro. *ibid. & c. 6.*

Clericus etiam coniugatus inſeruire debet alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, alias non gaudet foro, & cum tonſura & habitu clericali hoc præſtet,& in hoc obſeruanda,eſt conſtitutio. *Bonif. 8.* quæ incipit *Clerici qui cum vnicis. concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 6.*

Clericus abſens ab Eccleſia, ſi vocatus ab Epiſcopo renuit venire ad ſeruitium, laicum tantum cõmunionem habet. *Zacharias epiſt. 7. c. 16.* & officio priuandus. *Concil. Aurel. 2. c. 14. & Vormat. 1. c. 19.*

Clericus abſens à ſeruitio Eccleſiæ in diebus ſolemnibus, vt in Paſchate, Pentecoſte, Natiuitate Domini, Epiphania, & ſimilibus per tres menſes priuandus eſt communione. *concil. Agath. c. 69.* per triennium ab officio ſuſpendendus *ex Concil. Toletan. 17. c. 17. ex 7. q. 1. c. Si quis in clero.*

Clerici in Dominica abeſſe non poſſunt ab Eccleſia. Vide, *Dominica.*

Clericus abſens tempore matutini per ſeptem dies careat communione. *Concil. Veneticum 2. c. 14.* Vide, *Beneficiatorum obligationes.* & ratam, ac taxam de reſtitutione facienda pro qualibet hora diuina. *ibidem.* Vide, *Diſtributiones.*

Clerici omnes tenentur accedere ad proceſſiones. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Proceſſionibus.*

Clericus ſi admonitus non vult adeſſe horis canonicis, excommunicetur. *Diſtinct. 91. cap. vlt. diſt. 92. cap. Si quis presbyter.*

Clericus in Eccleſia miniſtrans etiam minor vti debet ſuperpelliceo. *concil. colon. 2. par. 3. c. 31.*

Clerici à quibus tenentur abſtinere.

Clerici non poſſunt adeſſe ſpectaculis ludicris. *concil. Laodicenum c. 54. concil. Mogunt. 4. c. 74. concil. Lateran. 4. concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 1.* & pœnæ. *ibid. D. conſecrat. diſt. 5. c. Non oportet il 2.*

Neque tripudijs, ſaltationibus, choræis, &c. *concil. Senon. de honeſtate clericor. c. 25. concil. Aquiſgran. ſub Ludouico c. 83. de conſecr. diſt. 5. c. Non oportet.*

Neque in comędijs recitare, neque ſui corporis ſpectaculum facere. *ibid. & concil. Mogunt. 4. c. 74.*

Neque intereſſe commeſſationibus. *concil. Laodicenum c. 5. concil. colon. 2. par. 2. c. 24. concil. Trident. ſeſſ. 22. de reform. cap. 11.*

Clerici in conuiuijs abſtineant ab ebrietate, riſu, cantu, & & non ſe inuitent ad bibendum. *de conſecr. diſt. 5. cap. Nullus Presbyterorum.*

Non poſſunt pro ſæcularibus officia exercere. *concil. carthag. 1. cap. 9.*

Non poſſunt exercere ludos theatrales. *de vita, & honeſt. cler. c. cum decorem.*

Non poſſunt ludere taxillis. *concil. Toletan. 22. c. 11.* & pœna. *ibidem.*

Clerici non ſint proditores alias, degradentur. *concil. carthag. 4. cap. 56.*

Non poſſunt exercere negotia ſæcularia, vel ſæcularium. *concil. carthag. 1. c. 6.* (Vide, *clerici quo ad negotia ſæcularia. concil. Aurel. 3. c. 26. concil. Tridentin. ſeſſ. 22. de reformat. cap. 1.*

Non poſſunt eſſe locatores, conductores,& huiuſmodi. *concil. Carthag. 3. c. 15. Concil. Tridentin. ſeſſ. 22. de refor. 1.* pœnæ. *ibidem.*

Clerici non poſſunt in publico ludere pila, aleis, vel ſimilibus ludis. *Concil. Senon. c. 25. de honeſt. clericor. Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de armis, ludis, &c. Concil. Turon. 4. cap. 5.*

Habitare non poſſunt cum ſæcularibus ſine licentia Epiſcopi. *Concil. Aurel. 2. c. 9.*

Abſtinere debent à faſtu, luxu, & auaritia. *Concil. Colon. 2. par. 2. cap. 22.*

Abſtinere debent à venatione, & pœna. *De clerico venatore cap. 1. & 2.*

Non poſſunt vacare aucupijs, & venationibus. *Concil. Later. 4. cap. 15.*

Abſtinere debent à ſumptibus immoderatis. *Concil. Colon. 2. par. 2. cap. 24.*

Non debent vacare literis ſæcularibus. *Diſtinct. 37. c. Legant. c. Omnem. c. Legimus.* & de S. Hieronymo legitur quod vapulauit ab Angelo, quia legebat Ciceronem. *ibi.*

Sed poſſunt eas legere tantum, ne ignorent. *ibid. c. Legimus & c. Qui de menſa.*

Non poſſunt eſſe maledici in alios ſacerdotes, alias degradetur. *Concil. Carth. 4. cap. 57.*

Tenentur fugere ambitionem. *concil. Colon. 2. par. 2. c. 23.*

Tenentur fugere adulationem, alias priuandi officio. *Concil. Carthag. 4. c. 56.*

Non poſſunt tenere canes venaticos, & pœna, ſiue ſit Epiſcopus, ſiue alij. *concil. Toletan. 17. cap. 8.*

Non poſſunt eſſe præſentes, vbi amatoria cantantur. *Concil. Colon. 1. par. 2. cap. 25.*

Non poſſunt eſſe fideiuſſores, alias abijciantur à clero. *Concil. quod dicitur Apoſtolorum cap. 20.*

Abſtinere debent ab ornatu, & habitu inhoneſto. *de vita, & honeſt. cler. c. clerici officia.*

Clerici non poſſunt exercere officium tabernarij. *conc. colon. 2. par. 2. cap. 25.*

Nec intrare in tabernas. *ibid.* niſi in itinere. *concil. Later. 4. c. 15. concil. Remenſe c. 26. Reformatio cleri Germanię c. 3. concil. Mogunt. 4. c. 74. diſt. 44. c. Non oportet. c. nulli. & c. clerici.*

Tenentur fugere auaritiam. *conc. colon. 2. p. 2. c. 29.*

Non poteſt eſſe ſcurrilis, aut ioculator, alias officio priuetur. *concil. carthag. 4. cap. 60. concil. Agath. cap. 70. diſt. 46. c. clericum.*

Non

Non possunt esse mercatores, aut fœneratores. *concil. colon. 2. p. 2. c. 31.*
Non possunt ad choræas accedere. *Reformatio cleri Germaniæ c. 3.*
Per plateas non debent ambulare, seu spatiari, *concil. carth. 4. c. 47.*
Neque per nundinas incedere absque necessitate, alias degradetur. *Concil. carthag. 4. c. 48.*
Neque cantare potest inter epulas, alias excommunicetur. *ibid. c. 62.*
Neque iurare per creaturas, & si persistat excommunicetur. *ibid. c. 61.*
Ordinati in sacris non possunt exercere chirurgiam. *Ne Clerici, vel Monachi. cap. Sententiam.* Vide, *Chirurgia.*
Non possunt transformare habitum, nisi in necessitate. *concil. Later. 4. c. 15.*
Non possunt habere fibulas, corrigias, &c. deauratas. *ibid. cap. 16.*
Non possunt esse cappellani fœminarum delicatarum. *concil. colon. 2. p. 2. c. 27.*
Clerici non possunt personati incedere (cum Maschera) nec choreas ducere, nec spectare, nec interesse spectaculis, hastiludijs, &c. *concil. Mediol. 1. part. 2. tit. De armis ludis, &c.*
Non possunt ludere aleis, nec talis, nec tesseris, non globis, qui malleis ligneis impelluntur, neque pila maiori; neque tales ludos spectare, aut in suis ædibus permittere. *ibid.*
Clerici alijs ludis licitis se exercentes non possunt pro pecunia ludere, nec pro alio pecunia æstimabili. *ibid.*
Clerici, dum fiunt conciones, & orationes non debent per Ecclesiam deambulare, vel in ea confabulari. *concil. colon. 3. tit. censuræ c. 23.*
Vide, *Clerici circa negotia sæcularia.*
Vide, *Ecclesiastici à quibus debent abstinere.*

Clericorum obligationes.

Clerici tenentur literas discere. *concil. carthag. 4. c. 53.*
Clericus, nihil potest præter Deum curare. *12. q. 1. cap. Cui portio, & c. Duo sunt.*
Clerici à calumniatione cauere debent, alias excommunicentur. *dist. 46. c. Accusatores.*
Tenentur esse præsentes vigilijs, & officijs, alias priuandi stipendijs. *concil. carth. 4. c. 49. & 50.*
Tenentur communionem accipere, saltem quater in anno. *Concil. Tolet. 18. c. 8.*
Clerici cauere debent à discordijs; alias ejiciendi sunt. *dist. 90. capit. 1.*
Tenentur labore manuum victum quærere. *concil. carthag. 4. c. 51. & 52.*
Tenentur semper orare pro populo. *concil. colon. 2. p. 2. cap. 4. concil. Moguntiacum c. 10.*
Tenentur ieiunare, & frangentes ieiunium sine necessitate, inter minores habendi sunt. *concil. carthag. 4. c. 63.*
Clerici in sacris, vt subdiaconus, diaconus, præsbyteri, & Episcopi, tenentur quotidie audire sacrum, si sunt in loco habitationis. *concil. Tolet. 1. c. 5.*
Tenentur ita conuersari cum laicis, vt ab eis non contemnantur; neque appareant superbi, neque nimis austeri. *concil. Senon. de honest. cleric. cap. 25.*
Conuersatio eorum, qualis esse debet. *Dist. 23. cap. His igitur.*
Clerici ante horam diei tertiam, & ante benedictionem, non possunt comedere. *dist. 44. c. Non liceat.*
Clerici non diuitijs, sed meritis tenentur quærere dignitatem. *dist. 41. c. Clericus.*
Clerici habentes agros, vel alias res Ecclesiæ, tenentur ad reparationem Ecclesiæ. *concil. Aurelian. 1. c. 5.* & ad id cogendi. Vide, *Beneficiatorum obligationes.*
Clerici vitam canonicam, id est, regularem tenentur ducere. *12. q. 1. c. Quoniam.*
Clerici moderato cibo vti debent. *concil. Remense cap. 18. Aquisgran. sub Ludouico cap. 60. dist. 44. cap. Non oportet. c. Clerici.*

Clerici vitam communem, olim tenebantur obseruare. *Clem. 1. ep. 5. Vrban. I. in ep. 1. concil. Rom. sub Alexandro 2. 12. quæst. 1. cap. Dilectissimis. c. Scimus. c. Nolo. c. Quia tua. & c. Duo sunt. Greg. I. l. 12. ep. 31. c. 1.*
Tenentur ferre habitum, & tonsuram clericalem. *concil. Later. 4. c. 15. & 16.* Vide, *Clerici quò ad habitum, & tonsuram.*
Semper in manibus habeant Bibliam. *concil. colon. 2. p. 2. c. 5.*
Clerici prope Ecclesiam habitare debent. *12. quæst. 1. cap. Necessariò.*
Clerici in quadragesima post nonam, cantata missa, edere debent. *De consecr. dist. 1. c. Solent plures.*
Clerici præponentes voluptatem officio, priuentur. *dist. 82. c. Proposuisti. c. Plurimos. c. Quia aliquanti.*
Clericus habens beneficia Ecclesiæ tenetur ad eius reparationem. *concil. Arelat. 4. c. 25.* Vide, *Beneficiati.*
Clerici in minoribus saltem semel in mense debent Eucharistiam sumere, alias Parochus eos deferat ad Episcopum. *concil. Mediol. 1. part. 2. tit. De frequentati diuini sacrificij oblatione.*
Clerici hos libros semper debent habere præ manibus, scilicet catechismum. *concil. Trident.* & constitutiones synodales. *ibidem.*
Parochi verò præter hos libros debent habere Summam Antoninam, vel aliam deligendam ab Episcopo, Pastorale S. Gregorij, & librum S. Io: Chrysostomi de sacerdotio. *ibidem.*
Clerici non exeant de domo post primam noctis horam, nisi iuxta de causa, & tunc cum lumine incedant. *concil. Mediol. 1. part. 2. tit. De clericalibus ædibus.*
Clerici Ecclesiarum, in quibus fit concio, tenentur in Quadragesima, & Aduentu, sæpissimè interesse concioni. Infra annum verò in festis semper. *concil. Mediol. 1. tit. de Prædicatione Verbi Dei.*
Vide, *Officium.*

Clerici vsurarij.

Clerici vsurarij, quomodo damnandi. *concil. quod dicitur Apostolorum c. 44.* communione priuandi. *concil. Arelat. 1. c. 12.* à clero ejiciendi. *concil. Nican. 1. c. 8. concil. carthag. 1. c. 13. Arelat. 2. c. 14. carth. 3. c. 16. dist. 47. c. Episcopus, c. Quoniam, & c. Si quis concil. Tarracon. c. 2. concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 25. concil. Vormatien. 1. c. 69.* Sunt excommunicandi. *De vita, & honest. cleric. c. clerici 14. q. 4. c. Ministri, cap. Canonum. cap. Si quis oblitus, & c. Nullus.*
Neque pro alijs possunt vsuras exigere. *dist. 46. c. Sicuti non suo.* alias deponantur, etiam si sint Episcopi. *dist. 47. c. Episcopus. c. Quoniam. & c. Si quis. concil. colon. 2. p. 2. c. 31.*
Clerici vsurarij non possunt ad sacra promoueri. *dist. 47. c. de Petro.*

Clerici ebriosi, vitiosi, &c.

Clerici ebriosi excommunicandi. *concil. quod dicitur Apostolorum cap. 43. concil. Lateran. 4. c. 15.* sic etiam lusores alearum, *concil. Apost. ibid.*
Clerici ebriosi priuandi sunt beneficijs, & officijs. *concil. Later. 4. c. 15.*
Clerici scurræ, ioculatores, &c. puniendi. *concil. carth. 3. in addit. c. 4.*
Clericus in furto, vel periurio deprehensus, deponatur. *concil. quod dicitur Apost. c. 25.*
Clerici accusatores fratrum excommunicandi. *concil. carth. 4. cap. 55.*
Clerici dum ad officia, seu anniuersaria conueniunt in conuiuijs cauere debent ab ebrietate, risu, cantu, &c. *De consecrat. dist. 5. c. Nullus Presbyterorum,* nec se inuitent ad bibendum. *ibid.*
Clerici prouocantes se ad magis bibendum, suspendantur ab officijs. *concil. Later. 4. c. 15.*
Clerici in sacris ebrietati vacantes si non emendentur, deponantur. *dist. 35. c. Episcopus.* Officio, & beneficio priuentur. *De vita, & honest. Clericor. c. Acrapula.*

Cleri-

Clerici in minoribus vitiosi, vt fornicarij, adulteri, si non se emendent, ab Ecclesia eijciantur. *Concil. Turonicum 1. cap. 3.* Vide, *Singula crimina in suis locis.*

Clericus conuitians, seu iniurians alium clericum coram duobus, vel tribus testibus, priuandus est fructibus beneficij per vnum mensem. *Conc. Mogunt. 4. c. 100.* Vide, *Ebrietas.*

Clerici fornicarij, vel adulteri.

Clericus adulter in monasterium detrudendus. *Dist. 81. cap. Si quis clericus, & c. Romanus.*

Clericus in fornicatione deprehensus, deponatur. *Concil. quod dicitur Apostolorum cap. 20.*

Ad altare non possunt accedere, nec ad maiora promoueri officia. *15. q. 8. cap. Hi qui.*

Clericus fornicarius est deponendus. *Concil. Auern. 3. c. 4.*

Clerici fornicarij non possunt missas dicere, nec choro assistere. *Gregor. 7. lib. 4. epist. 10.*

Clerici quouis modo carnaliter peccantes, grauiter puniendi, & ad altiora non promouendi: & si iterum labuntur, communione perpetuo priuandi. *Concil. Illerdense cap. 5. dist. 50. c. Hi qui. 15. q. 8. c. Hi qui.* Priuandi sunt ordine. *Gregor. 1. ep. 26. lib. 4. ep. 16.* Sed si pœniteant, misericordia eis præstetur. *ibid. epist. 17. Greg. 7. lib. 2. ep. 62.*

Clericus fornicarius pro sola fama non potest puniri, tamen canonica purgatio ei est indicenda, quam, si non facit, vel deficit, puniri debet. *de cohabitat. cleric. c. Tua nos.*

Clericus fornicarius sine accusatore, per testimonium bonorum conuincitur. *ibidem.*

Clerici fornicarij tolerati missa, licitè auditur. *De cohabitat. cleric. & mulierum. cap. Vestra duxit.*

Vide, *Diaconus.* Vide, *Fornicatio.* Vide, *Presbyter.* Vide, *Sacerdos.* Vide, *Subdiaconus.*

Clerici quò ad arma, vel militiam.

Clericus vacans militiæ, est deponendus. *Concil. quod dicitur Apostolorum c. 83. Concil. Andegauen. c. 7. Turonen. 1. c. 5. Concil. Mogunt. 1. c. 17. Concil. Meldense c. 37. Concil. Metense c. 3. Claramont. cap. 4. Rauennat. 1. sub Honorio IV. c. 3.* Pœna. *ibid.* Est excommunicationis, & pecuniaria. *Concil. Tolet. 22. c. 15.* Sub pœna suspensionis ab officio, & beneficio, donec cessent. *ibid.*

Neque possunt stipendia accipere ad seruiendum in militia, sub eisdem pœnis. *Concil. Tolet. 22. c. 15. De pœnis cap. Quod in dubijs.*

Clerici in seditione tractantes arma, priuandi sunt officio, & in monasterio retrudendi. *Concil. Tolet. 4. c. 45. causa 23. q. 8. c. Clerici qui.*

Clerici, aut Monachi non possunt fieri milites. *Concil. Chalced. c. 7. causa 20. q. 3. cap. Eos.*

Clerici, de licentia Episcopi Diœcesani, possunt portare arma. *Concil. Rauennat. 1. sub Honorio 4. c. 3. Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. De armis, ludis, &c.* sed iusta ex causa id faciendum, & cum licentia in scriptis, & tunc publicè non deferant, nisi necessitate vrgente. *ibid.*

Clericus in minoribus si fit miles, non potest cogi ad ferendum habitum clericalem. *De cleric. coniug. c. fin. Honorius 3. ex Cirone, de cleric. coniug. c. 4.*

Clericus neque ad offensam, neque ad defensam, vmquam potest ferre arma, nisi extra ciuitatem per loca suspecta sit eundum, *concil. Mediol. vt infra. Concil. Mog. 4. c. 74.*

Clerici non possunt vti hastis, balistis, sclopeto, telis, &c. similibus armis. *Conc. Med. 1. p. 2. tit. De armis, ludis, &c.*

Clerici arma gestantes excommunicantur. *De vita, & honest. cler. cap. clerici.*

Clerico moriente in bello, non offeratur missa pro eo. *23. q. 8. c. Quicumque clericus.*

Clerici armigeri degradandi, & detrudendi in monasterio. *ibid. c. Clericis. & c. Quicumque ex clero.*

Clerici non possunt arma tractare. *23. q. 8. c. 1.* Sed contra Saracenos possunt de licentia Papæ. *ibid. c. Igitur.*

Clerici tempore Cruciatæ possunt ire ad bellum, & arma tractare, & fructus beneficiorum exigere, imo & oppignorare, ex licentia Papæ. *Innocent. 3. const. 12. Ad liberandam.*

Clerici in bello contra Paganos. Vide, *Bellum.*

Clerici circa bellum Cruciatæ. Vide, *Bellum.*

Clerici in sacris committentes crimen capitale.

Clericus committens crimen capitale est degradandus. *Concil. Aurelian. 3. c. 8. Concil. Tolet. 17. c. 4. Concil. Illerdense c. 4.* Quomodo potest restitui. *ibid. Concil. Later. in append. p. 50. c. 3.* Neque potest vlterius promoueri, sit delictum publicum; si vero occultum, potest. *ibid. c.* in monasterio etiam detrudendus. *de pœnis cap. Tuæ.*

Clericus cuiuscumque gradus, siue Episcopus, siue presbiter, siue diaconus, &c. crimen capitale committens, [illegible] cartam falsificans, vel falsum testimonium dicens, priuatur officio, & recluditur in monasterio toto vitæ tempore, & laica tantum communione communicet. *Concil. Agath. c. 50. Tolet. 17. c. 4. de pœnis c. Tuæ. Dist. 50. c. si Episcopus.*

Clericus enormiter delinquens deponatur, & in monasterio detrudatur. *De pœnis cap. Tuæ.*

Clericus occidens paganum non potest ad alios ordines promoueri, & caret habitis. *Nicol. 1. in decr. tit. De cleric. c. 2. Dist. 50. c. Clericum.*

Clerici laborantes pro tradendis, vel capiendis ciuitatibus excommunicandi. *Concil. Turon. 1. c. 3.*

Clerici criminaliter accusati, & conuicti, intra annum possunt audiri, sed eo elapso non audiuntur. *concil. Vormatiense 1. cap. 71.*

Si crimen non purgant, quomodo tractandi. *Concil. Aurel. 3. cap. 4.*

Clerici committentes grauia, grauiter puniendi. *concil. Colon. 2. par. 13. c. 9.*

Vide, *clericus percussor.* Vide, *Diaconus capitaliter delinquens.* Vide, *Delinquens.*

Clerici cooperantes homicidijs, vulnerationibus, &c.

Clericus occidens aliquem, licet Paganum, non potest ad alios ordines promoueri, & caret habitis. *dist. 50. c. clericum. c. Miror. cap. De his.*

Clericus homicida est deponendus, etiamsi coactè faciat. *concil. Tribur. c. 11.*

Clericus occidens, vel cooperans, &c. pro conseruatione rei temporalis, fit irregularis. *concil. Lateran. 3. in append. par. 50. cap. 27.*

Clericus præsens conflictui, in quo iaciuntur lapides, licet ipse non vulneret; si aliquis vulneratur, ipse est irregularis, & dispensatione eget. *concil. Later. 3. in append. de deprositione cap. 3.*

Clericus ludens baculis cum alio, si vulnerat, fit irregularis. *ibid. cap. 12.*

Clericus vulnerans à casu, vt cultello, qui est ad latus, &c. potest promoueri ad ordines. *ibid. c. 14.*

Clerici dantes auxilium, consilium, fauorem ad homicidium, perpetuò deponendi, & recludendi in monasterio. *De homicidio volunt. c. Sicut §. fin.*

Clericus dans iudici insignia furis, si hic occiditur, ipse est irregularis. *ibid. c. Tua nos §. ad vltimum.*

Clericus pugnans, etiamsi pro fide catholica, si occidit, vel mortaliter percutit est irregularis. *ibid. c. Petitio. c. quidam.*

Clericus non dans causam culpabilem homicidio, non est irregularis. *ibid. c. Ioannes, & c. fin.*

Clericus præsens loco homicidij, si non consulit, non incurrit vllam censuram. *concil. Tribur. 1. c. 11.*

Clericus stans à parte repellentium violentiam, licet in parte opposita aliqui occidantur, si ipse non percusserit non est irregularis. *De cler. percussore, c. præsentium.*

Si in conflictu non concurrit ad homicidium facto, vel consilio, non est irregularis. *ibid. c. fin.*

Clericus dans consilium pro homicidio siue directè, siue indirectè, est irregularis. *De excessib. Prælat. c. Ex literis.*

Clerici concurrentes ad homicidium sui Episcopi, priuandi sunt omni gradu, & alijs pœnis puniendi. *concil. Later. 3. in ap-*

in append. tit. de Pœnitentia cap.1. Vide, *Clerici circa Epiſcopos.*
Vide, *Irregularis.*

Clerici iudices in cauſa ſanguinis, vel aliter præſentes.

Clerici in ſacris non poſſunt eſſe iudices in cauſa ſanguinis, vt mortis, vel mutilationis, ſiue per ſe, ſiue per alios; alias officio priuandi, excommunicandi, & relegandi in ergaſtulo. 23. q.8. c. *His à quibus. conc. Tolet.* 11. c.6.
Nec poſſunt iudicare, nec eſſe præſentes, vbi fit tale iudicium ſanguinis, vel mutilationis membrorum. *conc. Later.* 3. *in append. tit. ne clericus c.4. Conc. Later.* 4. c.16. *Ne clerici immiſceant. c. Sacerdotibus. & c. Clerici.* Deponendus eſt ab officio, & beneficio. *ibid.*
Clericus eſſe non poteſt præſens, vbi aliquis interficiendus eſt. *Concil. Matiſcon.* 2. c.19.
Clerici non poſſunt ſcribere decreta, ſeu literas Principum pro cauſa ſanguinis, mutilationis, &c. *Conc. Later.* 4. c.18.
Clericus non poteſt dictare, nec proferre ſententiam ſanguinis; ſub pœna, &c. *Ne clerici ſe immiſceant. c. Sententia.*
Si Clericus ciuiliter conuenit aliquem coram iudice: ſi hic procedit ad pœnam ſanguinis, ille non fit irregularis. *de homicid. voluntario. cap. Poſtulaſti.*
Clerici Prælati committentes iuriſdictionem, ſi commiſſarij exercent iudicium ſanguinis, non fiunt irregulares. *Ne clerici in 6. cap. fin.*
Clerici ſi de malefactoribus ſuis conqueruntur, non fiunt irregulares, ſi illi occiduntur, mutilantur, &c. ſi proteſtationem præmittunt, quod citra pœnam ſanguinis, licet ſciant, quod de iure in tali caſu dari debet pœna ſanguinis. *De homic. volunt. in 6. c. Prælatis.*
Vide, *Eccleſiaſtici in cauſa ſanguinis.* Vide, *Iudex.* Vide, *Occidens.*

Clerici quò ad duellum.

Clericus duellans eſt deponendus: ſed ſi mors non ſequitur ab Epiſcopo diſpenſari poteſt. *De clericis pugnantibus c.1.*
Clericus dans pugilem ad duellandum pro ſe, fit irregularis. *De clericis pugnantibus c. finali.*
Vide, *Duellum.* Vide, *Irregularis.*

Clerici quò ad collectas, ſubſidia, & alias ſolutiones circa laicos.

Clerici non tenentur ad ſoluendum tallias, vel collectas ſæcularibus. *Conc. Later.* 4. c.46.
Non tenentur ſoluere pro neceſſitatibus locorum, vel terrarum, etiam ſi facultates ſæcularium non ſuppetant, niſi conſulto Papa, & diſpenſante. *De Immun. eccl. c. Aduerſus.*
Non poſſunt per vllum Principem grauari ad ſoluendum tallias, tributa, ſubſidia, impoſitiones, &c. neque cum conſenſu ſolius Epiſcopi, ſine licentia Papæ. *Concil. Conſtant. ſeſſ. vlt. in confirm. conſt. Imperialium.* & pœnæ. *ibidem.* ſub pœna excommunicationis id prohibet. *Conc. Vormat.* 1. c.24. De *Immun. Eccl. c. Non minus.* ſub pœna excommunicationis. Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.*
Clericus nihil ſub quouis prætextu poteſt ſoluere laicis per modum collectæ, ſubſidij, talliæ, pedagij, &c. *de cenſib. in 6. c. Quamquam. & de Immun. Eccleſiaſt. c.1.*
Neque per modum ſubſidij poſſunt cogi ad aliquid ſoluendum, inconſulto Papa & pœnæ tam ſoluentium, quam exigentium. *De Immunit. Eccleſ. in 6. c.1. Clement. de Immun. Eccleſ. c.vn. Extra, de Immun. cap. Quod olim.*
Vide, *Excommunicat. Bullæ Cœnæ.*
Clerici in neceſſitatibus poſſunt ſpontè ſubuenire communitati ſeculari de bonis Eccleſiaſticis. *Concil. Later.* 3. *in append. c.19. Conc. Later.* 4. c.46. concedit vt cum Epiſcopo poſſint. *De Immun. Eccleſ. c. Non minus.* Sed de licentia Epiſcopi id faciendum. *ibid.*
Clerici pro rebus proprijs non tenentur ſoluere pedagia, guidagia, &c. cum eas non ad negotiandum tranſmittant, vel ferant. *Clement. de cenſib. c. finali.*
Clericis imponi non poſſunt tributa, ſeu aliæ ſolutiones, ſiue à

Principe, ſiue à Duce, Rege, Imperatore, &c. alijs Dominis ſæcularibus, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, Vniuerſitates ſub pœna interdicti. Epiſcopi conſentientiæ incidunt in excommunicationem, & depoſitionis pœnam ipſo facto. Supradicti imponentes fiunt inteſtabiles. *conc. Later.* 5. *ſeſſ.* 9. *Bulla de refor. curiæ c.2.*
Nec laicis, nec alijs debent aliquid ſoluere de rebus Eccleſiæ. *concil. Meldenſe c.63.*
Vide, *clericorum priuilegia.* Vide, *Eccleſiæ Immunitas.* Vide, *Immunitas.*

Clerici conſpiratores contra Epiſcopos, vel alios.

Clericus inſidians Epiſcopo fit infamis. *Stephanus I. epiſt.2. cauſa 6. q.1. c. Infames.*
Clerici conſpirantes contra aliquem, ſuo gradu priuandi. *conc. Vormatien. 1. c.74.*
Coniurantes contra Epiſcopum, vel iniuriantes eum Clerici, præter infamiam, quam incurrunt, priuandi ſunt præbendis, &c. *Greg. 7. lib. 7. ep.2.* priuandi gradu. *ibid.*
Clerici coniurantes contra quemcumque, priuandi ſunt omni gradu. 11. *q.1. c. coniurationum. c. conſpirationum. c. ſi qui clerici. cap. Si clerici. c. Statuimus.*
Clerici conſpirantes per cartulam conſcriptam, acrius puniendi. *ibid. cap. Si qui clericorum.*
Clerici non erigantur contra Epiſcopos intuitu dominorum ſæcularium. *concil. Auernen. c.3.*
Clerici coniurantes, quomodo puniendi. *concil. Aurelian.* 3. *c.21.* 11. *q.1. c. Si qui clericorum.*
Coniurantes, vel inſidias molientes contra Imperatorem, quomodo puniendi. *concil. Aquiſgran. ſub Ludouico.*
Clerici laborantes pro capiendis ciuitatibus excommunicentur; item qui pro tradendis id faciunt. *concil. Turon. 1. c.3.*
Clericus tractans contra vtilitatem Eccleſiæ, eijciatur. *concil. Narbon. c.7.*
Clerici molientes inſidias contra Imperatorem gradu priuandi ſunt, etiam ſi ſint Epiſcopi. *concil. Aquiſgran.* 3. *par.2. c.12. concil. Meldenſe c.12.*
Clericus cooperans homicidio ſui Epiſcopi, quomodo puniendus. *concil. Later.* 3. *in append. de pœnit. cap.1.* Vide, *Clerici cooperantes homicidijs.*
Vide, *coniurantes.*

Clerici iniuriaſi, & inobedientes ſuo Epiſcopo, ſeu Apoſtatæ ab eo, &c.

Clerici conniciantes ſuo Epiſcopo, niſi pœniteant, emendent, & ſatisfaciant, ſunt deponendi. *concil. African. c.1. conc. quod dicitur Apoſtolorum c.55.*
Clerici ſeparantes ſe ab Epiſcopo, & conuentum ſeparatum facientes, ſi non deſiſtunt, per poteſtatem ſæcularem ſunt coercendi, & puniendi. *conc. Antioch. c.5.*
Clerici diſcordantes ab Epiſcopo, reconcilientur, aliàs à ſynodo damnentur. *conc. carthag.* 4. *c.59.*
Clericus inobediens ſuo Epiſcopo coercendus eſt per curiam ſæcularem. 11. *q.1. c. Si quis ſacerdotum.*
Clerici non erigant ſe contra Epiſcopos, ſeducti à Dominis ſæcularibus. *Conc. Auernen. c.3.*
Clerici rebellantes, quomodo puniendi. *Conc. Aurelian.* 3. *c.21.* 11. *q.1. cap. ſi qui clericorum.*
Clerici facientes ſciſma ab Epiſcopis, ſi ſunt in ſacris, grauiter puniendi; & ſi non obedierint, per poteſtatem ſæcularem coercendi. *Zacharias ep.7. c.8.*
Clericus accuſans ſuum Epiſcopum, eſt infamis. 3. *q.4. cap. clericus.*
Clerici Apoſtatæ à clero incarcerandi ſunt, & compellendi ad reaſſumendum habitum clericalem. *De Apoſtatis, &c. c. A nobis*, intelligitur de ſacris.
Clerici infamati de apoſtaſia debent ſe purgare, & non ſunt tolerandi in habitu ſæculari. *ibid. c. Tuæ fraternitati.*
Clerici incorrigibiles accuſati incarcerandi ſunt de mandato Prælati. *De ſent. excommun. c. vt famæ tuæ.*
Clerici acefali, id eſt nolentes ſubeſſe ſuis Epiſcopis, excommunicandi ſunt. *conc. Regiaticinum c.18.*

Clerici fugitiui ab Episcopo, à nullo possunt recipi; & pœnæ recipientium. *Conc. Tolet.13. c.12.* sed remittendi ad eum. *Conc. Arelat.4. c.24.*

Clerici diripientes bona Episcopi post mortem eius, gradu sunt priuandi. *Concil. Vormatien.1. c.75.*

Clerici excommunicati manentes in excommunicatione per tres menses, spoliandi sunt beneficijs per suos Episcopos; & hæc danda alijs. *concil. Viennen. Prouinc.1.*

Clerici correcti à suis Prælatis, si contra eos brachium sæculare inuocant, vel armatas preces contra eos impetrant, beneficijs sunt spoliandi. *concil. Vienn. Prouinc.1.*

Clerici inobedientes suis Episcopis, si tertio moniti non resipiscunt, excommunicantur, & priuantur officio, & beneficio. *concil. Rauennat.2. sub Clem.5. c.21.*

Clericus percussor.

Clericus in sacris percussor, si monitus non desistit, est deponendus. *De clerico percussore c.1.*

Clerici nullum possunt verberare etiam propter peccata; siue Prælati, siue alij. *Concil. quod dicitur Apostolorum c.28.*

Clericus percutiens alium clericum, præter excommunicationem, &c. priuatur fructibus beneficij per duos menses: si cum vulnere, fructibus quatuor mensium: si mutilat, omni beneficio priuatur, & tenetur satisfacere offenso, arbitrio Diœcesani. *Concil. Mogunt.4. c.100.*

Vide, *Absolutio*. Vide, *Sacerdotum peccata*.

Clerici infamati de aliquo delicto, licet non conuicti.

Clericus infamatus de aliquo crimine debet se purgare, licet non conuincatur, & quomodo. *post concil. Agathen. c.3. causa 2. q.5. c.Habet hoc. 15. q.5. c.1.*

Clericus infamatus, sed non conuictus, etiam si publicam acceperit pœnitentiam, postea potest promoueri; secus verò, si confessus sit delictum suum, quia tunc non potest. *concil. Tolet.4. c.54.*

Clerici infamati de apostasia à clericatu, debent se purgare; & tolerandi non sunt in habitu sæculari. *de Apostatis cap. Tuæ fraternitati.*

Clericus infamatus de crimine, tertiò monitus, si non corrigitur, deponendus ab officio. *de purgat. canonica c. Si quis Presbyter.*

Clerici infamati, & accusati, si corrigibiles, carcerandi sunt de mandato Prælati. *De sent. excommun. c. Vt famæ tuæ.*

Clericus aliquid operans contra Ecclesiam, vel eius libertatem.

Clericus recipiens Ecclesiam de manu laici, vel etiam patroni, sine Episcopi consensu, excommunicatur; & si persistit, etiam ab ordine deponatur. *de Iure patronatus. c.Præterea. & c.Relatum est concil. Vienn. Prouinc.*

Clericus procurans se capi à laico, ne ad tribunal Ecclesiæ deferatur, est excommunicatus, & priuatur beneficijs. *Clem. de excessibus priuileg. c. fin.*

Clericus aliquid tractans contra vtilitatem suæ Ecclesiæ, ab ea eijciendus est. *Concil. Narbon. c.7.*

Clericus aliquid vsurpans de Ecclesia, restituat, & per duos annos pœniteat, & pro eo tempore officio priuatus existat. *concil. Narbon. c.8.*

Clerico accipiente rem de aliena Ecclesia, eo moriente, res redeat ad Ecclesiam, cuius erat. *concil. Aurel.4. c.36.*

Clericus, qui ex ira, vel alio motu impedit officia Ecclesiæ; vel spoliat altare, vel missas dici in Ecclesia impedit, nobilitate priuandus, & officio, alijsque pœnis puniendus. *conc. Tolet.13.c.7.*

Clericus accipiens scripturas Ecclesiarum, vt eas det aduersarijs, qua pœna puniendus. *12. q.2. c.Si quis de clericis.*

Clericus occupans beneficium alterius, vel maiorem partem bonorum, absque sententia iudicis, excommunicatur, & beneficijs omnibus priuatur perpetuò, si monitus non desistit, fit inhabilis ad alia, & perdit forum clericale. *Concil. Rauenn. 2. sub Clemente 5. c.26.*

Clericus vsurpans iura Ecclesiæ, loci pij, siue prædia, seu bona, est anathema, & priuatus beneficijs. *Concil. Trid. sess.22. de refor. c.11.*

Clerici sortilegi, seu Incantatores.

Clerici consulentes magos, aruspices, &c. deponendi, in monasterio recludendi. *concil. Tolet.4. c.29. Causa 26. q.5. c.Si quis Episcopus.* Infames fiunt, & si non desistunt priuandi sunt beneficijs, & in monasterium detrudendi. *Concil. Later.5. sess.9. Bulla de reform. curiæ c.3. circa. Leo X. const.7. Supernæ §.41.*

Clerici facientes sortilegia, seu ligaturas super infirmos, degradentur. *26. q.7. c. Admoneant.*

Clerici consulentes magos excommunicantur. *26. q.5. c. Arrijs. cap. Quicumque. & c.Si quis clericus.* Sic & vacantes magijs. *ibid.*

Clericus vacans sortilegijs excommunicationem Papæ reseruatam incurrit, beneficio priuatur; & si incorrigibilis fuerit, monasterio detrudatur. *concil. Moguntin.4. c.101.*

Vide, *Incantatores*. Vide, *Magi*. Vide, *Sortilegi*. Vide, *Venefici*. Vide, *Diuini*. Vide, *Incantatores*. Vide, *Sortilegi*.

Clerici falsarij.

Clericus falsificans sigillum Regis, &c. est deponendus, & in exilium mittendus. *de crimine falsi. c. Ad audientiam.*

Clericorum immunitas, seu exemptio à sæculo.

Clericus non potest iudicari à iudice laico. *concil. Roman. sub Silvestro cap.2. causa 11. q.1. cap. Nemo. c. Nullus. c. clericum. cap. continua. cap. Si quisquam. cap. Si quis. cap. Christianis. cap. Relatum. cap. Experientiæ. & cap. Si quisque. Post ep.3. Bonifacij 1. cap.4. Pelagius 2. ad Benegestum.*

Clericorum causæ non possunt à sæculo iudicari. *Clemens 1. ep.1. c.4. concil. Aurel.4. c.20. concil. Turon.2. c.3. concil. Aquisgran. sub Ludouico c.86. De Iudicijs c.clerici. De foro competenti c.1. c. Nullus Iudicum.* Pœna Iudicis iudicantis. *ibid. concil. Vormatien. 1. c.61. concil. Later.3. in append. p.50. c.34.*

Laici intromittentes se in causis criminalibus clericorum, excommunicantur in Bulla Cœnæ, siue sint reges, siue alij, & officiales. *Gregor.13. constit.82. consueuerunt §. 19.* Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

Clericus potest à laico iudicari permittente Episcopo. *11. q.1 c.Clericorum nullus. & c. Nullus.*

Clericus petens à Principe sæculari potestatem iudicij, priuetur ordine. *concil. Mileuit. c.19. concil. Afric. c.71. 21. q.1 c.Nullus clericus. cap. Si quis clericus. 21. q.1. cap. Si quis proprio. & c.Si quis Episcopus. concil. Agathen. c.8. concil. Epaun. c.11.*

Clericus accusans clericum ad iudicem sæcularem, excommunicatur, & perdit causam etiamsi sententia in suum fauorem lata sit. *11. q.1. c.Placuit 1. & 2. c.Inolita. Conc. Tolet.3. c.13. Concil. Vienn. c.18.* priuandus est officio, in criminali locum amittant. *De foro competenti c.Si diligenti.* In ciuili perdant causam, etiam si vincerint. *ibid. concil. calced. c.9. concil. Cabilon.3. c. 11.*

Clericus accusatus apud iudicem sæcularem, non tenetur respondere. *concil. Agathen. c.32. Concil. Epaunense cap.11.*

Clericus conuictus à iudice sæculari de crimine, non potest puniri ab Episcopo. *Concil. Later. 3. append. tit. De depositione cap. 4.*

Clerici ad forum publicum ire non possunt, sine licentia Episcopi. *conc. Cabilon. 3. c. 11.*

Clericus non potest eligere sibi iudicem laicum, etiam si aduersarius consentiat. *De foro compet. cap. Si diligenti.* Sed pro causa sua contra laicum potest. *ibid. c.Si clericus.*

Clerici sunt immunes ab omni actione publica reipublicæ. *concil. Tolet. 3. c.47.*

Sed tempore belli non sunt immunes à custodia murorum ciuitatis. *De immunitate & c. c.Peruenit.*

Cleri-

Clericum trahentes ad tribunal sæculare excommunicentur. *Concil. Later.3. in append. p.50. c.34.*

Clerici damnati ab Episcopo recurrente ad Imperatorem, &c. carent spe restitutionis in pristinum. *conc. Aquisgran. sub Ludouico c.74.*

Clerici appellantes à iudice Ecclesiastico ad Regem, &c. suspenduntur ab omni officio & beneficio, omni appellatione remota, & citantur ad Papam. *Concil. Later.3. in append. tit. De appellat. c.26.*

Clerici non possunt citari à foro sæculari ad ferendum testimonium. *Concil. Afr. c.26.*

Clerici etiam si malè viuant, non possunt spoliari suis bonis à laicis absque sacrilegio. *concil. constantiense sess.vlt. in bulla Martini 5.*

Clericus à foro sæculari deprehensus, remittendus est ad superiorem Ecclesiasticum, etiam si in habitu sæculari reperiatur, dummodo fama sit, quod est clericus. *De sent. excom. in 6. c.Si iudex.*

Clericis imponi non possunt gabellæ, taliæ, &c. sub pœna excommunicationis in Bulla Cœnæ. *Greg.13. const.81. Consueuerunt §.18.* Vide, *Excomm. Bullæ Cœnæ.*

Clerici citati à Sede Apostolica procurantes se capi à laicis, ne compareant coram illa, incurrunt excommunicationem canon. *Clementina de pœnitentijs, & remission. cap. Multorum, & Clement. de pœnis c.multorum. c.fin.* Vide, *Clerici quo ad seruitium Ecclesiæ.* Vide, *Bannum.* Vide, *Causæ Ecclesiasticæ.* Vide, *Clericorum priuilegia.* Vide, *Ecclesiastici.* Vide, *Immunitas.*

Clerici in causis medicinalibus iudicari possunt à collegio medicorum, Romæ. Vide, *Medicus.*

Clerici in aliquo casu feudali possunt à sæculari iudicari, & quomodo. Vide, *Feuda.* Vide, *in seq. tit.*

Clerici à quo & quomodo iudicandi: seu clericorum forus competens.

Clericorum causæ secundum ius canonicum sunt terminandæ. *de foro compet. c.Quod clerici.*

Clericus ab Episcopo, seu alio superiori Ecclesiastico est iudicandus. *concil. Later.3. in append. p.50. c.34. concil. Matisc.1. c.7. & 8. Matisc.2. c.7. concil. calcedon. cap.9. Greg.1. l.9. ep.32. Clemens 1. ep.5. c.4. concil. Trid. sess.6. de reform. c.3. concil. Rom. sub Zacharia c.12.*

Clericus de omni crimine, & causa debet coram iudice Ecclesiastico iudicari. *de iudicijs c.Clerici. de foro competenti c.1. Si quis cler. c. Cum contingat. c.Significasti. concil. Mogunt.3. c.14. conc. Triburiense 1. c.10. causa 11. q.1. c. Siluester. c.De persona. c.Peruenit. c. Placuit, vt quisquis, c.Clericus.*

Clerici suspensi siue interdicti à suo Prælato, à nullo alio possunt restitui sine eius licentia, neque promoueri ad ordines, vel ad alia. *concil. Trid. sess.14. de refor. c.8.*

Clericus conuictus ab Episcopo, ab eodem condemnandus. *de iudicijs c. Et si clerici.*

Clerici non possunt eligere sibi iudicem laicum, etiam si aduersarius consentiat. *de foro compet. c. Si diligenti.*

Clericus sine licentia Episcopi ad sæcularia iudicia nequit adire, alias excommunicetur. *conc. Veneticum c.9.*

Clericus discedens à suo Episcopo procedente in causa, ante sententiam, incurrit censuram. *conc. Ro.4. sub Symmacho. 8.q.4. c. Nonne directa.*

Clericus extra prouinciam nequit trahi ad iudicium. *Iulius 1. ep.2. 3. q.6. c.Si quis clericus.*

Clericorum causæ possunt terminari in curia Romana, & ibi conueniri quicumque clericus, licet alibi habeat suum forum. *de foro compet. c.finali. concil. Rom. sub Zachar. c.12.*

Clericus conuictus de crimine à iudice sæculari, non potest ab Episcopo puniri. *concil. Later.3. in append. tit. de depositione c.4. de iudicijs, c. Clerici.*

Clericus carceratus de mandato sui Prælati, si det cautionem, debet dimitti. *de sent. excom. in 6. c. Si clericos.*

Clerici delinquentes ab Episcopo iudicandi; & si contemnant, peregrina, id est laica communione communicent. *Concil. Agathen. c.2. dist.50. c.contumaces.*

Clerici exempti ab ordinarijs, nisi corrigantur ab eis quibus subduntur, corrigi possunt ab ordinarijs, & quomodo debent se gerere ordinarij in formandis horum processibus, & mittendo ad Papam. *concil. Later. 5. sess.10. const.2.*

Clerici etiam in ciuilibus ab Episcopo iudicandi. *11. q.1. c.de diuersis. c. Si clericus. & c. Clericus. 11. q.3. c.Si quis. & alijs, ibid.*

Clericus si habet Episcopum suspectum, ad alios superiores adeat. *concil. Veneticum c.9. Iulius 1. ep.2. c.25. 3.q.6. c.Si quis clericus.*

Clerici ab Episcopo iudicandi, & à nemine defendantur contra eum. *Greg.1. lib.7. ep.66. & 67.*

Clerici non iudicandi extra Prouinciam. *Iulius 1. ep.2. c.16. 3. q.6. c.Peregrina. Felix 1. ep.1. 3. q.6. c.Si quis clericus.* Excepto recursu ad Papam. *Innocent.1. ep.2.c.3. causa 11. q.1. c. Si quæ causæ.*

Clerici omnes cuiuscumque oratorij Episcopo subduntur. *concil. Cabilon.2. c.14.*

Clericus in loco beneficij debet iudicari in causis, quæ spectant ad beneficium, ab Episcopo loci. *de foro compet. cap. Postulasti.* Vide, *Beneficiati.*

Clerico litigante cum laico in causa feudali, cognoscit Dominus feudi; & si hic negligit, cognoscit delegatus Papæ, *de foro compet. c.Ex transmissa.* Vide, *Feuda.*

Clericorum causæ cum laicis, siue actiue, siue passiue, coram Episcopo fiant. *concil. Tribur.1. c.31. causa 2. q.4. c.Si quis Presbyter.*

Clerici trahi non possunt ad forum sæculari, trahens si laicus, cadit à iure; si clericus, incurrit excommunicationem. Iudex verò priuatur potestate iudicandi. *concil. Treueren. c.16.* Vide, *Excommunicatio Bullæ Cœnæ.*

Vide in præcedenti titulo. *Clericorum Immunitas.* Vide, *Clericorum priuilegia.* Vide, *Causæ Ecclesiasticæ.* Vide, *Immunitas.* Vide, *Iudex laicus.* Vide, *Laicus.*

Clerici non vacent negotijs sæcularibus, & pœnæ.

Clerici non possunt tractare negotia sæcularia. *Concil. Carth. 1. c.6. concil. carthag.3. c.15. concil. calced. c.3. d.88. c. decreuit. & c.vlt. 21. q.3. c.Credo placere. c.Peruenit. c.Placuit. c.Hi qui in Ecclesia. c. Sacerdotium.*

Clericus vacans negotijs sæcularibus non gaudet priuilegio clericali. *De vita, & honestate cler. c.Ex literis.*

Negotia sæcularia sunt, esse locator, conductor, mercator, procurator, &c. similia, vt infra. *Concil. Carthag.3. c.15.* Quatuordecim enumerantur genera negotiorum sæcularium. *Ne clerici se immisceant c.1.*

Item negotia sæcularia sunt hæc, officium aduocati, vel procuratoris coram iudice sæculari, exceptis causis proprijs, vel Ecclesiæ, aut pauperum: officium tabellionatus in negotijs prophanis; ars medendi; negotiatio; mercatura; officium mediatoris; conducere aliena prædia lucri gratia; cura, seu tutela aliorum; fideiubere pro alijs; esse Procurator Principis; esse famulus Principis; esse præcursor, vel assecla fœminarum: esse famulus earum, &c. *concil. Mediol. 1. p.2.tit. De negotijs, &c.*

Clerici vacare non possunt vllis negotijs sæcularibus, neque venationibus, aut similibus. *conc. Senon. tit. Incontinentes c.26.*

Clerici non possunt intrare in curiam ad negotia, sub pœna excommunicationis. *concil. Rom. sub Siluestro c.16.*

Clerici non possunt vacare quæstui negotiorum. *14. q.4. cap. cler. & c. Quoniam.*

Non possunt vacare venationibus, & aucupationibus. *concil. Later.4. c.15.*

Clericus faciens fideiussiones abijciatur à clero. *concil. quod dicitur Apostolor. c.20. causa 11. q.1. c. Testimonium. De fideiussoribus c.1.*

Clerici non possunt vacare literis sæcularium. *dist.37. c. Legant. c. Omnes. & c. Legimus.* Et de S. Hieronymo legitur, quod vapulauit ab Angelo, quia magno studio legebat Ciceronem. *ibid.*

Clerici possunt legere sæcularium libros, & literas, tantum, nè eos ignorent. *dist.37. cap. Legimus, & cap. Qui de mensa.*

Clerici non possunt causas agere, seu esse causidici. 12. q. 1. *cap. Duo sunt.*

Possunt pupillos, & orphanos patrocinari cum licentia Episcopi. *Concil. Calcedon. c.* 3.

Clerici non possunt suscipere procurationes sæcularium. 21. q. 3. *c. Cyprianus. cap. Molitijs. cap. Hi qui in Ecclesia. cap. Sacerdotium. Concil. Emerit. cap.* 11. *Ne Clerici. cap. Sacerdotibus.*

Clerici in foro sæculari non possunt exercere munus aduocati, nisi in propria causa, vel causa Ecclesiæ suæ, vel miserabilis personæ. *De postulando c.* 1. *Concil. Lateran.* 3. *c.* 12. *& tit. De iure patronatus c.* 4. *Honorius* 3. *ex Cirone, de vita, & honest. Cleric. c.* 1.

Non possunt vacare lucris, quæ fiunt in emendis, & vendendis, mercimonijs, sub pœna perdendi clericale priuilegium. *Honorius* 3. *ibid. cap.* 1. *&* 2.

Non possunt esse conductores, seu procuratores villarum, oppidorum, &c. *Concil. Later.* 3. *c.* 12.

Non possunt conducere possessiones. *Concil. calcedon. c.* 3.

Clericus sine iussu Episcopi, nullum potest vocare ad iudicium sæculare. *Marcellus* 1. *ep.* 2.

Non possunt vacare turpi lucro, vel negotijs illicitis, alias degradentur. *Concil. Aurelian.* 3. *c.* 26.

Clericus sine licentia Episcopi, nullum trahere potest ad alium forum. *Concil. Aurelian.* 3. *c.* 31. *Causa* 11. *q.* 1. *c. Clericus.*

Clerici in sacris non possunt exercere chirurgiam. *Concil. Later.* 4. *c.* 18. Vide, *Chirurgia.*

Non possunt à sæcularibus applicari negotijs publicis. *Concil. Aurel.* 4. *c.* 13. si moniti non desistunt, excommunicentur. *ibidem.*

Clericus potest vacare alicui arti sine detrimento officij. *Dist.* 91. *c. Clericus victum. & cap. Clericus quantumlibet. Concil. Colon.* 2. *par.* 2. *c.* 30.

Clerici non possunt vsurpare iurisdictionem sæcularium. *concil. Later.* 4. *c.* 42.

Clerici sine licentia Episcopi, nullam possunt tractare causam sæcularem. *conc. Emerit. c.* 11.

Clerici non possunt emere vili, & vendere carius. *Concil. Tarracon. c.* 2. 14. *q.* 4. *cap. Canonum.*

Clerici pro locis pijs possunt vacare causis sæcularibus. *Concil. Vienn. cap.* 16.

Possunt pro pauperibus esse procuratores, & conductores sęcularium rerum. *Concil. Parisiense* 6. *lib.* 1. *c.* 28. *Concil. Mogunt. cap.* 10.

Non possunt patrocinari causas pro muneribus. *Concil. Tarracon. c.* 10. 15. *q.* 2. *cap. Obseruandum.* Possunt tamen sine muneribus in causis pauperum. *ibid.* 15. *q.* 2. *c. Vnico.* Alias deponendi. *ibidem.*

Clerici non possunt esse ministri laicorum in nullo. *Ne clerici se immisceant. cap. Sacerdotibus.*

Clericus non potest esse generalis Iustitiarius Principis laici; alias ab officio, &c. deponatur. *ibid. Ne clerici. cap. Sed ne procurationes. De postulando c. fin.*

Neque potest fungi officio Vicecomitis sæcularis. *Ne clerici se immisceant. cap. Clericis.* Pœna. *ibid.*

Neque tabellionis officium exercere. *ibid. c. Sicut te.*

Clerici in sacris non possunt esse vilici. *Concil. Cabil.* 3. *c.* 7.

Clericus, qui relicto habitu clericali, immiscet se laicis negotijs, perdit priuilegium fori. *De Apostatis c.* 1.

Clericus exercens per annum artem ioculatoriam, perdit forum clericalem: si minori tempore eam artem exerceat, & ter monitus non cessat, adhuc perdit illud. *De vita, & honest. cleric. in* 6. *cap. vn.*

Clerici vacantes negotijs sæcularibus, vt mercaturis, vsuris, tabernis, lucris, &c. (vt supra) si moniti tertio per Episcopum non cessant, priuantur priuilegio clericali. *Honorius* 3. *ex Cirone, de vita, & honest. cleric. c.* 2.

Clerici in agro Romano possunt artem agriculturę exercere, vel facere exercere, & non subiacent ministris spoliorum. *Clemens* 8. *const.* 72. *Inter multiplices.*

Vide, *Clerici à quibus debent abstinere.* Vide, *Negotiari.*

Clerici quomodo recipiendi in alienis Ecclesijs.

Clerici sine literis commendatitijs sui Episcopi à nullo possunt recipi. *Concil. quod dicitur Apostolorum c.* 33. *cil. Laodic. c.* 41. *&* 42. *Concil. Taurinense c.* 6. *Calcedon. c.* 20. *Concil. Epaun. c.* 5. *&* 6. *Lucense* 2. *c.*

Non potest recipi in clero. *ibid. Tolet.* 17. *c.* 5. *Concil. c.* 12. *Concil. Nicen.* 2. *c.* 10. *Aquisgran. sub Ludouico* 51. *&* 52. *concil. Agathen. c.* 58. *concil. Aurelian.* 3. *c.* 4. *de Clericis peregrinis c. vlt. dist.* 71. *c. Primatus. c. lum.* 19. *q.* 2. *cap. Alienum.*

Clericus alterius Diœcesis sine literis sui Episcopi recipi potest, nisi in casu, quo venit ad Papam. *De clericis resident. c. Fraternitati.*

Non possunt ab alieno Episcopo recipi, sub pœna excommunicationis in ipso recipiente. *Zacharias ep.* 7. *c.*

Clerici ordinati in aliena Diœcesi non recipiantur, nec rius promoueantur. *Concil. Taurinense c.* 7.

Clericus ordinatus in vna Ecclesia, non recipiendus in alia *Dist.* 72. *c. Placuit.*

Clericus alterius Ecclesiæ sine literis commendatitijs sui Episcopi, non permittendus facere sacrum, aut ministrare sacramenta. *concil. Trid. sess.* 23. *de refor. c.* 16.

Clerici criminosi à nullo recipiendi. *conc. Meldense c.*

Clerici alieni, inuito Episcopo non recipiendi. 19. *quæst. cap. Alienum.*

Clerici commorantes in aliena Ecclesia, sine licentia sui Episcopi non possunt ministrare. *Concil. Aquisgran. sub Ludouico c.* 71. 3. *q.* 1. *cap. Si quis presbyter. Dist.* 71. *c. Extraneo. & cap. Hortamur.*

Clericum extraneum sine licentia sui Episcopi recipiens, excommunicetur. *concil. quod dicitur Apostol. cap.* 16. *concil. calced. cap.* 20.

Vide, *clerici peregrinantes.* Vide, *Sacerdos peregrinus.*

Clerici peregrinantes.

Clerici sine licentia sui Episcopi non possunt peregrinari. *concil. quod dicitur Apostolorum c.* 16. *concil. Laodic. c.* 41. *&* 42. *concil. calcedon. c.* 20. *Aurelian.* 3. *c.* 4.

Debent habere literas formatas, alias excommunicentur. *concil. Mileuit. c.* 20. *concil. Lucense* 2. *c.* 34. Non est recipiendus in clero. *ibid. Tolet.* 17. *c.* 5. *Agathense c.* 58. A nullo eis detur communio. *concil. Epaunense c.* 6. *Vormatiense* 1. *c.* 18. *De consecrat. dist.* 5. *cap. non oportet. Dist.* 71. *cap. nullum. concil. Veneticum c.* 5. Excommunicandi, &c. *Concil. Tur.* 1. *c.* 11.

Clerici peregrini debent probare suam ordinationem per quinque sigilla. *De clericis peregrinis c.* 1.

Per iuramentum etiam probare debent, alias non recipiantur. *ibid. c. In quatuor.*

Clerici peregrinantes ad sedem Apostolicam, non possunt impediri, aut malertractari à superiore. *De cler. peregr. c.*

Clericus vagus, priuandus est honore. *concil. Valent. c.* 5.

Clericum sine licentia episcopi peregrinantem recipiens, vel defendens, excommunicetur. *conc. quod dicitur Apostol. cap.* 16. *concil. calcedon. c.* 20. *concil. Aurelian.* 3. *cap.* 4. 21. *q.* 5. *cap. Si fortè aliquis.*

Clericus peregrinus sine literis commendatitijs sui Episcopi non permittatur facere Sacrum, nec ministrare Sacramenta. *conc. Mogunt.* 4. *c.* 94. *conc. Trid. sess.* 23. *de ref. c.* 16.

Clerici transmarini, & alienigenæ recipi non possunt, nisi habeant literas firmatas à quinque episcopis. *dist.* 98. *c. nullus. c. Transmarinos. & cap. Afros.*

Clerici euntes ad locum, vbi residet Imperator, sine licentia episcopi, eijciantur ab ea, per defensorem ecclesiæ. *concil. calcedon. c.* 23. 16. *q.* 1. *cap. Quidam.*

Clerici peregrini, & ignoti non sunt præferendi clericis emeritis ecclesiarum. *Cœlest.* 1. *ep.* 2. *cap.* 4. *dist.* 61. *cap. Non emeritis.*

Clerici vagi tenendi sub custodia, & quomodo remittendi ad episcopos. *conc. Mogunt.* 1. *c.* 22. *&* 31.

In alienis locis morantes, non possunt promoueri sine licentia sui episcopi. *conc. Aurel.* 3. *c.* 15. Vide, *Ordinatio, &c.*

Non

Non possunt facere votum peregrinationis sine licentia Episcopi. *De voto. c. Magna deuotionis.*
Vide in titulo præcedenti. Vide, *Peregrini*. Vide, *Sacerdos peregrinus*.

Clerici quò ad conuiuia, & nuptias.

Clerici non possunt interesse neque nuptijs, neque baptismo filiorum, siue sint legitimi, siue non, & pœnæ. *Concil. Sabinense c.7. conc. Agathen. c.39. dist.34. c. Presbyteri. concil. Mediol.1. p.2. tit. De armis, ludis, &c.*
Clerici, dum ad officia, & conuiuia conueniunt, caueant à risu, cantu, ebrietate, & non se inuitent ad bibendum. *de consecr. dist.5. c. Nullus Presbyterorum.*
Si tempore festorum, vel exequiarum fiat conuiuium, non plures, quam sex inuitentur, & omnes sint clerici. *Concil. Mediol.1. vt supra.*
Clerici, qui conuiuijs hæreticorum intersunt, per annum communione priuandi. *Concil. Epaun. c.15.* Si iuniores id faciunt; vapulent. *ibid. concil. Meldense c.37.*
Clerici non possunt ex symbolis facere conuiuia. *dist.44. cap. Non oportet il 2.*

Clerici quò ad priuationes officiorum.

Clerici *non sunt priuandi officijs, si non sunt conuicti vel confessi de crimine. 15. q.5. c. vlt.*
Clericus glorians se de crimine carnali commisso, deponendus est ab officio, & beneficio, sine beneficio appellationis. *De excessibus Prælat. c. Quam sit.*
Clerici adulatores deponendi. *dist.46. c. Clericus qui.*
Clerici maledicentes sacerdoti, nisi veniam petant, deponendi. *dist.46. c. Clericus il 2.*
Clerici vsurarij deponendi, etiam si sint Episcopi. *dist.47. c. Si quis. cap. Quoniam. & c. Episcopus.*
Clerici deponi possunt ab Episcopo cum Synodo, non ab eo solo. *15. q.7. c. Sexta actione.* & alijs *ibid. præsertim vlt.*
Episcopi criminosi deponendi sunt à Papa. *extra, de pœnis c. Diuinis.*
Clerici beneficiati, &c. citati ab Episcopo, si in termino non comparent, priuandi sunt. *De cleric. non residen. c. Ex parte vestra. c. Qualiter. & c. Inter quatuor.*
Clericus committens aliquod criminale, cadit ab officio. *dist. 50. c. Si Episcopus.*
Clerici præponentes voluptatem officio priuandi. *dist.82. c. Proposuisti. c. Plurimos. c. Quia aliquanti.*
Clericus deprehensus in furto est deponendus. *Concil. quod dicitur Apostol. c.25.*
Vide, *in sequenti titulo.*
Vide, *Degradatio*. Vide, *Depositio*. Vide, *Presbyter criminaliter, &c.* Vide, *Alia delicta clericorum in proprijs locis.*

Clerici depositi, priuati, seu condemnati.

Clerici depositi non sunt remittendi in pristinum gradum, sed potius abijciantur. *concil. quod dicitur Apostolorum can.29.*
Clerici suspensi ab officio possunt post pœnitentiam remitti, exceptis homicidis. *de temporibus ordinat. c. finali.*
Clericus quando tradendus curiæ sæculari. *de iudicijs c. Et si clerici.*
Clericus depositus celebrans, excommunicatur. *de clerico excommunicato ministrante c.1. & 2.*
Si monitus non desistit, per sæcularem potestatem damnetur. *ibid. c. Si quis.*
Clerici tradendi curiæ sæculari degradantur ab Ecclesiastico Prælato, præsente curia sæculari, quæ statim eum accipit, & Ecclesia intercedit, vt puniatur citra pœnam sanguinis. *de verbor. signif. c. Nouimus.* Vide, *degradatio*. Vide, *depositio*.
Clerici facientes Ecclesiam censualem, priuandi sunt illa. *de censibus. c. Cum clerici.*
Clericorum damnatio, tres, vel duos testes requirit. *2. q.4. c. Placuit.*
Si clericus damnetur ad faciendam pœnitentiam in monasterio, debet alimentari de suis bonis; & quomodo disponere debeat de alijs. *16. q.6. c. de lapsis.*
Clerici condemnati ab Episcopo recurrentes ad Imperatorem, vel alium, &c. carent spe restitutionis. *concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c.74. 21. q.5. c. Si quis à proprio. c. Si quis Episcopus.*
Clerici damnati à concilio, à nullo possunt recipi, nec defendi. *21. q.5. c. Si quis cuiuslibet.*
Recipiens clericum fugientem à suo Episcopo, excommunicatur. *21. q.5. c. Si fortè.*
Clericus damnatus confugiens ad iudicem sęcularem, excommunicetur. *21. q.5. c.1.*
Clerici damnati ad pœnitentiam in monasterio, stipendium habere debent ex quo viuant, sed eorum bona sunt Ecclesiæ. *Gregor.1. l.1. ep.42.*
Clericus depositus, si est incorrigibilis, excommunicetur, & per sæcularem potestatem coerceatur. *de iudicijs. cap. cum non ad homine.*
Clerici damnati à Synodo non possunt defendi à sua Ecclesia. *concil. carthag.5. c.2. concil. Afric. c.29.*
Vide, *Clerici quò ad priuationes*. Vide, *degradatio*. Vide, *depositio*. Vide, *Presbyter criminaliter, &c.*

Clerici coniugati.

Clerici coniugati in Ecclesia latina ordinari non possunt in sacris, nisi habuerint virginem vxorem, & voueant castitatem. *concil. Later.3. in append. tit. de cleric. coniug. c.5. de cler. coniug. c. Sane.*
Clerici coniugati permittendi sunt (in Ecclesia latina) infra subdiaconatum. *ibid. c.6.*
Græci cum fiunt subdiaconi, diaconi, presbyteri, &c. retinere possunt vxores, quas habebant in minoribus, eisque vti, etiam in sacris, dummodo virgines eas acceperint. *de cler. coniug. c. Cum olim.* Vide, *Græci*.
Clerici coniugati habere non possunt beneficia Ecclesiastica; & si habent sunt eis spoliandi. *de cler. coniugatis c.1. c. Sanè, & c. Quod à te. concil. Londin. 2. c.16.* Etiam si intercedat confirmatio Papæ, si non sit expressa in ea causa. *Honor.3. ex Cirone tit. de confirmat. vtili, &c. c.4.*
Si beneficia habeant, à quo sunt auferenda. *de cler. coniug. c. diuersis.*
Clerici coniugati habere non possunt dignitates Ecclesiasticas. *de cler. coniug. c. cum decorem.*
Clerici coniugati non beneficiati cogendi ferre tonsuram. *ibid. c. Ioannes.*
Clerici coniugati, quando in bonis suis non gaudent priuilegio clericali. *ibid. c. Ex parte tua.*
Clericus coniugatus, quando non fert tonsuram caret priuilegio fori. *de cler. coniug. in 6. cap. Clerici.* Similiter si non fert habitum clericalem. *ibid. Conc. Trid. vt infra.*
Clerici coniugati tenentur de mãdato Episcopi inseruire alicui Ecclesiæ in habitu, & tonsura; alias non gaudent foro clericali, & in hoc seruanda est constitutio *Bonif.8.* quæ incipit: *Clerici qui cum vnicis. Concil. Trident. sess. 23. de reform. c.6.*
Clerici coniugati, dummodo non bigami, tenentur facere functiones Ecclesiasticas in suis Ecclesijs. *ibid. c.17.*
Clerici coniugati committentes excessus enormes, priuantur priuilegio fori. *Concil. Tolet.22. c.14.*
Non possunt habere administrationem Ecclesiasticam. *de cler. coniug. c. Sanè.*
Clericus coniugatus in ciuilibus, & criminalibus gaudet foro clericali. *De cler. coniug. in 6. c. vnico.*
Clerici coniugati possunt domi punire vxores adulteras. *Concil. Tolet.1. c.7.*
Cum illis non possunt sumere cibum, nec in alijs communicare, nisi facta pœnitentia. *ibid. c.7.*
Clericus cum vxore adultera, quomodo debet se gerere. *33. q.2. c. Placuit.*
Clerici coniugati incontinentes cum suis vxoribus, debent ab eis separari. *Concil. Afric. c.37.*
Clericus sciens vxorem esse adulteram, debet eam dimittere; quod si retinet, priuatur officio sui ordinis. *conc. Neocæsar.*

c.8. Excommunicatus sit vsque ad mortem. *Concil. Elibert. c. 65.*

Clerici coniugati tenentur ad debita obsequia dominorum temporalium, debitas iustitias, &c. *Honorius 3. ex Cirone de cleric. coniug. c.1.*

Clerici coniugati, qui in habitu sæculari inseruiunt, non possunt iterum ad Ecclesiam redire. *Honorius 3. vbi supr. c.3.*

Clerici coniugati reducti à curia sæculari ad Ecclesiasticam, sufficienter puniantur, alioquin iudices officio priuentur. *Concil. Tolet. 22. c.14.*

Clerici coniugati non possunt vxoribus vel filijs relinquere bona acquisita ex beneficijs. *Concil. Lond. 1. c.16.* Vide, *Pater*. Vide, *Filius*.

Clerici coniugati facere non possunt officium tabernarij, vel macellarij, & si ter moniti non desistunt, perdunt priuilegium clericale. *Clem. de vita, & honest. cleric. c.1.*

Vide, *Clerici à quibus debent abstinere*.

Clericorum percussores, occisores, & persecutores, carcerantes, &c.

Clericum percutiens est excommunicatus vitandus, & accensis candelis, ac pulsatis campanis est denunciandus. *concil. Later. 3. in append. tit. De illis, qui insidiantur, &c. c.5. Concil. Colon. 1. c.3. Mogunt. 3. c.7. Triburiense 1. cap.20. Nicolaus 1. in decretis tit. De presbyteris. c.6. causa 17. q.4. c. de Presbyterorum. De sent. excommunic. c. Nuper. 17. q. 3. c. De &c. cap. Si quis suadente*, à Papa absolui debet. *ibid.*

Clericum permittens percuti, cum possit prohibere, est excommunicatus. *De sent. excommunic. c. Quanta*.

Clericum percutiens, vulnerans, occidens, mutilans, deformatum reddens, carcerans, siue per se, siue per alium id faciat; vel requisitus à superiore Ecclesiæ, illum non restituit; si est clericus, priuatur omni beneficio, & fit inhabilis ad alia habenda vltra excommunicationem. *Si laicus*, vltra excommunicationem priuatur Ecclesiastica sepultura; & ipse, ac filij inhabiles sunt ad beneficia Ecclesiastica. *concil. Rauennat. 2. sub Clemente 5. c.26. De sentent. excommunicationis c. Nuper*.

Clericis obsequia præstari vetantes, vel prohibentes nè cum eis contractus fiant emendi, vendendi panem, &c. excommunicati sunt. *De immunitate Ecclesiastica in 6. c. fin.* Vide, *Excommunicationes in Bulla Cœnæ*.

Clericum cogens, vt renunciet, vel impediens ne ad curiam accedat, si est Prælatus præter excommunicationem priuatur fructibus, &c. si inferior, priuatur beneficijs. *Clem. de excessibus priuilegiatorum. c. fin.*

Clericorum percussores si religionem ingrediuntur hoc tacentes, quando & quomodo possunt absolui, & à quo. Vide, *Regulares, & superiores eorum*.

Si clericus occidatur, occidens debet puniri, non interdici locus, nisi populari concursu fuerit occisus, *Reformatio cleri Germaniæ c.22.*

Si clericus expellatur, vel banniatur ab aliqua Ecclesia sua, terra illa supponatur Ecclesiastico interdicto. *concil. Tolet. 22. c.24.*

Clerici mutuò se percutientes, quomodo puniendi. *Concil. Illerden. c.11.*

Clericum percutiens ex ioco non est excommunicatus. *concil. Later. 3. in append. tit. De illis, qui insidiantur c.7. De sent. excom. c.1.*

Clericum percutiens, ignorans quod sit clericus, quia comam nutriebat, &c. non incurrit excommunicationem; sed tenetur iurare, quod non cognouerit. *Concil. Later. 3. vbi supra c.1. de sent. excom. c. Si verò il 2.*

Clericum percuti mandans est excommunicatus, sicut faciens. *concil. Later. 3. vbi supra c.12. de sent. excom. c. Mulieres. §. Illi verò*.

Clericum percutiens, &c. repellendo vim, non est excommunicatus. *Concil. Later. 3. vbi supra c.7. De sent. excommunic. cap. Si verò*.

Clericum percutiens repertum cum matre, sorore, vel filia carnaliter peccantem, non est excommunicatus. *Concil. Later. 3. vbi supra c.10. De sent. excomm. c. Si verò*.

Si autem mulier non sit ita proxima, incurrit excommunicationem, si percutit, &c. *Concil. Later. vbi supra c.1. & De sent. excom. c. Si verò*.

Clericum percutiens, si impubes, vel magister, non est excommunicandus. *concil. Later. 3. vbi supra c.7. De sent. excom. c.1.*

Clerici se inuicem percutientes sunt excommunicati. *Concil. Lateran. 3. vbi supra c.7. De sent. excomm. c.1.* Si ex odio ira, inuidia id faciant, non si ex ioco. *ibid.*

Officialis Episcopi *inijciens* manus in clericum, est excommunicatus, à Papa absoluendus. *De sentent. excommunic. c. Si verò*.

Clericum percutiens etiam si volentem, in satisfactionem iniuriæ, excommunicatur. *De sent. excommunic. c. contingit*, & à Papa absoluendus. *ibid. c.1.*

Clericorum percussores à Papa absoluendi sunt, vel de mandato eius. *concil. Later. 3. in append. tit. De illis, qui insidiantur, &c. c.3. & 5. de sent. excomm. c.1. & c. Si verò*. Etiam si percutiens sit clericus, vel officialis Episcopi. *ibid. & cap. Non dubium*. Excepto mortis articulo. *ibid. c. Non dubium*.

Etiam si occulta sit percussio, à Papa absolutio est petenda. *De sentent. excomm. c. Porrò*.

Clericorum percussores, si sunt mulieres, ab Episcopo possunt absolui. *concil. Later. 3. vbi supra c.12. de sent. excom. c. Mulieres*.

Item illi, qui non possunt ad curiam accedere, vt infirmi, & miseri. *ibid.*

Item, qui non possunt ob inimicitias adire curiam. *ibid. concil. Later. 3. vbi supra c.13.* Sed cum iuramento de adeundo, cum primum poterunt.

Si clericum percutientes si sunt personæ delicatæ, magnates, potentes, si non possunt adire Papam, petendum est à Papa, quid agendum. *concil. Lateran. 3. vbi supra c.12.*

Clericorum percussores, &c. absolui non possunt, nisi parti satisfaciant, *concil. Tribur. c.20. concil. Later. 3. in append. tit. De illis, qui insidiantur, &c. c.3. & 5.*

Clericum leuiter percutiens, potest ab Episcopo absolui. *De sentent. excomm. c. Si verò*.

Clericum occidens sine habitu clericali, & dicentem se non esse clericum, sed aliam personam, non incurrit excommunicationem. *De sentent. excommun. cap. Perpendimus*.

Clericum detinens laicus in custodia, seu carcere, etiam sine lesione, est excommunicatus. *De sent. excommunic. cap. Nuper*.

Clericum percutiens ex zelo, vel correctione, vel quia est de sua familia, ad reprimendam insolentiam: vel seniores de clero, dum percutiunt adolescentes, qui turbant diuinum officium, non incurrunt excommunicationem. *de sent. excomm. c. Cum voluntate, §. vltimo*.

Clericos carcerantes de mandato Prælati etiamsi laici sint non sunt excommunicati. *de sententia excommunicationis cap. Vt famæ tuæ & in 6. c. si Clericos*.

Clerici percussio si facta nomine alterius rata postea habetur facit incurrere excommunicationem: secus si non sit facta nomine illius, etiamsi postea rata habeatur. *de sent. excommunic. in 6. c. Si quis*.

Clericos bannientes, relegantes, siue sint Domini sæculares, siue eorum officiales excommunicantur ipso facto, & Papæ reseruatur absolutio. *Vrban. 6. const. 3. Quia sicut.* Vide, *Bannum*. Vide, *ciuitas*.

Clericos carcerantes, spoliantes, &c. *Per Carolum 4.* declarantur infames. *Et Bonifacius 9.* id confirmat. *const. 4. Iustis*. Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ*.

Clericum occidens. Vide, *Occidens*. Vide, *Percussor*. Vide, *Ecclesiasticorum percussores*.

Clerici quando non gaudent foro clericali.

Clerici reperti in delicto sine habitu, & tonsura non gaudent foro clericali. *de priuilegijs & excessibus, &c. Honorius 3. ex Cirone c.3.*

Clerici, qui in habitu delinquunt, & vt laici existimantur, si postea

postea in delictis reperiuntur cum habitu clericali, non se defendunt cum priuilegio fori. *de priuileg. c. Ex parte.*
Clericus relinquens habitum, & se immiscens laicis perdit forum. *de apostatis cap. 1.*
Exercens per vnum annum artem ioculatoriam, perdit forum, si monitus ter non cessat. *De vita & honestate in 6. cap. 1.*
Clericus ambulans cum habitu laicali, si tertio monitus non cessat perdit priuilegium fori. *de sententia excommunic. c. In audientia.*
Sed ante trinam monitionem, non perdit priuilegium fori. *de sent. excommunic. c. Contingit il 2.*
Clericali foro non gaudent, qui ab Episcopis non gubernantur. *Dist. 93. c. Nulla ratione. & c. Qui suis.*
Clericus occupans beneficium alterius, vel maiorem partem bonorum, absque sententia iudicis, si non desistit, fit inhabilis, &c. & priuatur foro. *concil. Rauenn. 2. sub Clem. V. cap. 26.*
Clericus non ferens tonsuram, ter monitus non gaudet foro. *concil. colon. par. 3. cap. 8.*
Clericus non inseruiens alicui Ecclesiæ, non gaudet foro, nisi de licentia Episcopi moretur in studio, vel seminario, *concil. Trident. sess. 23. de reformatione c. 6.*

Clerici quò ad redditus & prouentus Ecclesiæ.

Clerici debent viuere de patrimonio Christi, id est, de bonis Ecclesiæ. *De præbendis. cap. cum secundum. 16. q. 1. cap. Ad hoc locorum. concil. Agath. c. 36.*
Clerici habere debent stipendia iuxta laboris mensuram. *1. quæst. 2. cap. vlt.*
Clerici qui de suo non habent viuere debent de bonis Ecclesiæ. *1. q. 2. cap. Sacerdos.*
Clerici qui de domo sua habent vnde viuant, non possunt accipere Ecclesiæ redditus. *1. q. 2. c. clericos. cap. Pastor. c. Si quis propter. 16. q. 1. c. vlt.*
Clerici nomine precariæ recipiunt beneficium ab Episcopo. *concil. Tolet. 8. cap. 7.*
Clericis singulis assignari debet vnus mansus. *De censibus cap. 1.*
Clericis danda est quarta portio bonorum Ecclesiæ. *Gregorius I. lib. 7. epist. 8.*
Clerici de bonis Ecclesiæ non possunt assignare dotes filijs, vel nepotibus, & nulla est donatio, & ipsi priuantur beneficijs. *concil. Sabinen. c. 7.* Vide, *clerici circa donationes.*
Clerici non possunt relinquere fructus vel alia bona (ex Ecclesia acquisita) filijs spurijs vel concubinis. *concil. Oxonien. 1. c. 28. & 30.* Pœna. *ibid.* neque domos, possessiones, &c. *ibid.* sub pœna anathematis & priuationis Ecclesiasticæ sepulturæ. *concil. Germanicum c. 5.* talem donationem, vel testamentum defendentes excommunicantur. *concil. Germanicum. ibid.*
Clerici, neque filijs legitimis possunt dare vel legare bona Ecclesiæ. *concil. Tolet. 18. c. 16.*
Vide, *Beneficiati.* Vide, *Ecclesiastici.* Vide, *Ecclesiæ bona.* Vide, *clerici quò ad testamenta.*

Clerici quò ad iuramenta.

Clericus carens administratione non tenetur ad iuramentum obedientiæ Episcopo. *De maiorit. & obed. cap. Legebatur. De iureur. c. Nullus Episcopus.*
Clerici non tenentur obseruare iuramenta facta contra libertatem Ecclesiæ. *De iure iurando in sexto c. 1.*
Clericus non tenetur ad iuramentum calumniæ sine licentia superioris. *De iuramento calumniæ c. 1.*
Clericus potest alteri committere iuramentum calumniæ, si agitur de causa propriæ Ecclesiæ. *de iuramento calum. c. 1. Concil. Later. 3. in append. de iuramento calumn. cap. 1.*
Clerici iurare non possunt in consulto Prælato. *ibidem cap. 1. concil. Later. 3.*
Clericus non tenetur iurare laico super Euangelia. *22. q. 5. cap. Nullus ex Ecclesiastico.*
Clerici non cogantur ab Episcopo iurare, nisi qui sunt ministri dispensationis. *22. q. 5. cap. vlt.*
Clericus iurans soluere nouum censum pro Ecclesia, quam recipit, non tenetur, sed absoluitur à iuramento. *de censibus cap. significauit.*
Clerici non habentes temporalia à laicis, non tenentur eis præstare iuramentum fidelitatis. *de iure iur. c. Nimis de iure. concil. Claremont. c. 17. concil. Lateran. 4. c. 43. Si* ab eis non habent temporalem iurisdictionem. *ibidem.*
Clerici periuri excluduntur à beneficio, *De iure iurando c. Tua nos.* Per biennium est priuandus communione qui conuincitur. *concil. Aurel. 3. c. 8.*
Vide, *Iuramentum.*

Clerici quò ad testimonium ferendum.

Clericus non potest testimonium dicere in causa criminali, alias excommunicetur, & deponatur. *concil. Rom. sub Siluestro c. 26. concil. Matiscon. 2. c. 19.*
Clerici non possunt à sæculo citari ad ferendum testimonium. *concil. Afric. cap. 26.*
Clericus conuictus quod falsum testimonium dixerit, capitalis criminis est reus. *concil. Epaunense c. 13.*
Clericus non potest testimonium dicere contra reum. *concil. Matiscon. 2. cap. 19.*
Clerici possunt facere testimonium pro Ecclesia. *14. q. 2. c. Super. De testibus c. cum nuncius.*
Vide, *Clericorum priuilegia.*

Clerici quò ad testamenta.

Clerici non possunt testari de rebus Ecclesiæ. *De testamen. c. cum in officijs. & c. Quia nos.*
Clerici qui de bonis Ecclesiæ viuunt, non possunt de eis testari, sed illa spectant ad Ecclesiam. *concil. Later. 3. c. 15.*
De patrimonialibus clerici possunt testari. *de testamentis c. Quia nos. concil. Lateran. 3. in append. tit. de alienat. c. 5.* Et etiam de acquisitis ante beneficium. *ibidem.*
Clerici possunt facere moderatas eleemosynas de rebus Ecclesiæ etiam in ægritudine. *De testam. c. Ad hæc.*
Possunt clerici testari de suis mobilibus acquisitis, & disponere de eis pro pauperibus, & pro locis pijs. *De testam. cap. Relatum il 2.*
Possunt relinquere sua bona monasterio. *De succession. ab intest. cap. finali.*
Clericus pauper ea quæ acquirit, pro Ecclesia acquirit. *concil. Aquisgran. sub Ludouico c. 89.*
Clericus non potest dotem relinquere filijs, vel nepotibus de bonis Ecclesiæ, sed irrita est donatio. *Concil. Sabin. c. 7.*
Clerico moriente ab intestato, Ecclesia succedit in bonis eius. *de successionibus ab intestato. c. 1. & c. finali. De testamentis c. Relatum il 2. Concil. Lateran. 3. c. 15.*
Ecclesiæ nomine intelligitur congregatio clericorum. *ibidem cap. Relatum il 3.*
Si clericus, qui fuit seruus, moriatur ab intestato, quatuor partes fiant de bonis eius, Episcopo, Ecclesiæ, pauperibus, & consanguineis, *de succes. ab intestato c. Sancto conc.*
Si clericus est freneticus dum facit legata, succedit Ecclesia. *ibid. cap. finali.*
Clerico moriente, in bonis Ecclesiæ succedit Ecclesia. *de testamentis cap. Relatum il 2.*
Non possunt legata facere concubinis. Vide, *Clerici concubinarij.*
Clericis in sacris morientibus; eorum propinqui nihil possunt vsurpare de bonis eorum sine licentia Episcopi. *Concil. Tolet. 9. c. 7.* intelligitur de beneficiatis, & de bonis Ecclesiæ.
Facultas testandi seu transmittendi bona ad hæredes, etiam ab intestato concessa beneficiatis etiam Cardinalibus, non comprehendit fructus inexactos. *Vrbanus 8. constit. 80. Æternus §. 7.*
Vide, *Clerici circa reditus supra.* Vide, *Ecclesiastici quo ad testamenta.* Vide, *Beneficiatorum fructus.* Vide, *Testamentum.* Vide, *Romani ciues.* Vide, *Curiales*, Quia isti excipiuntur. *ibidem.*

Cle-

Clerici quò ad pluralitatem Ecclesiarum.

Clericus non potest adscribi duabus Ecclesijs duarum ciuitatum, sed remaneat in prima. *conc.calcedon. c.10. 21. q.1. c. clericus. concil.Nicæn.2. c.15. concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c.45. & 50. concil. claramont. c. 12. concil. Later.3. in appen. tit.de alienat. c.6.21. q.1. cap. Clericum. & cap. Qui plures.*

Vide, *Beneficiorum pluralitas.*

Clerici transeuntes ad alienas Ecclesias.

Clericus ordinatus pro vna Ecclesia non potest ad aliam transire, neque ab vllo Episcopo sollicitandus ad hoc. *concil. Nicæn.1. c.15. Concil. Antioch. c.3. concil. Sardicense cap. 18. Concil. Tolet.1. c.2. concil. Nicæn.2. c.10.* Excommunicetur si non vult redire. *7. q.1. c. si quis Presbyter. c. si qui verò. & cap. Eos sacerdotes.*

Clericus transferens se ad aliam Ecclesiam, priuetur gradu. *concil. calcedonen. c.20. 21. q.2. cap. Si quis iam. concil. Turon.3. c.14.*

Transiens de vna ad aliam, non communicet cum rebus huius secundæ. *concil. Aquisgran. sub Ludouico cap.50. & 87. 21. q.2. cap. si quis. dist.71. c. clericos.*

Clericus ordinatus pro aliqua Ecclesia in ea debet permanere, alias est puniendus. *Zachar. Papa ep.7. c.10.*

Clericus non potest transire de minori ad maiorem titulum. *concil. Turonen. 3. c.14. concil. Nicæn.2. c.10.*

Cum licentia Episcopi, potest ad aliam transire. *21. q.2. cap. Quoniam.*

Relinquens Ecclesiam pro qua fuit ordinatus inconsulto Episcopo, sacrorum exercitio interdicendus est. *Concil.Trid. sess.23. de reform. c.16.*

Clerici absentes ab Ecclesia.

Clerici non possunt abesse ab Ecclesijs, plusquam per tres septimanas. *concil. Sardicense c.20.*

Clerici habentes dignitates, vel personatus in Ecclesijs, vel beneficiati, non possunt ab eis abesse ad audiendam legem, vel physicam, (& de quibus intelligitur.) *Ne Clerici in 6. cap.1.*

Abesse non possunt, nisi cum licentia Episcopi. *concil. carthag.3. cap.21.*

Clerici beneficiati se absentantes, citandi sunt, vt veniant, & nisi veniant in termino, priuandi sunt, & alij eligendi. *de clericis non residentib. cap. Ex parte vestra. c. Qualiter. & cap. Inter quatuor.*

Ecclesiam relinquens prætextu monachatus, amplius non est recipiendus. *concil. Constantinop. 1. c.5.*

Clericus absens ratione studij cum licentia Episcopi, potest fructus beneficij percipere, dummodo stet in loco studij. *de clericis non residentibus, c.Tuæ fraternitatis.*

Si tamen segnes sint, & non studeant, non gaudent priuilegio, & tenentur ad restitutionem fructuum perceptorum. *concil.Mogunt.4. c.66.*

Per quinquennium possunt hoc priuilegio gaudere. *de Magistris cap. fin.* & si non habent, vnde sustententur ab Ecclesijs debent sustentari. *ibid.*

Clericus absens pro seruitio Ecclesiæ, percipit fructus beneficij. *de cler. non resid. cap. Ex parte tua.* Intra sex menses debent comparere. *ibid.* alias priuandi.

Clericus infirmus recipit integrè fructus beneficij. *de cleric. ægrot. cap.1.*

Clericus absens, seu non residens, quomodo citandus, & priuandus. *De cler. non resid. c. Ex tuæ.*

Si absens monitus non redit priuatur beneficio. *ibid. c.fin.*

Clerici absentes à sua Ecclesia, non possunt promoueri sine licentia sui Episcopi. *conc.Aurel. 3. c.15.*

Clerici commensales Episcopi, Cardinalis, &c. licet pro negotio Domini sint absentes non cessant esse domestici, & proprij. *De verbor. signif. c.fin.*

Clericus absens si grauatur debitis, potest fructus suos facere. *Conc. Lateran.3. in append.tit. de alienat. c.6.*

Clericus absens sine licentia Episcopi, spoliatur beneficio. *concil. Later.3. in append. tit. Vni plura c.6.* Nisi causa studij absit, vel causam rationabilem adducat. *ibid.*

Clerici seruientes in hospitali non amittunt beneficia. *ibid. cap.9.*

Clerici non possunt abesse ab Ecclesia sine licentia Episcopi, plusquam per quindecim dies. *concil. Rauenn. 4. sub Io. 22. cap.9.*

Clericus relinquens Ecclesiam, pro qua fuit ordinatus, sacrorum exercitio interdicitur. *concil. Trident. sess.23. de reformat. cap.16.*

Vide, *Beneficiati quò ad residentiam.* Vide, *Residentia.*

Clericorum multa priuilegia.

Clericus nequit examinari in publico. *Concil. Rom. sub Siluestro c.15. 11. q.1. c.Testimonium. Adrianus I. c.74.*

Clericus examinari non potest contra reum. *concil. Matisc. con.2. cap.19.*

Clerici in sacris pro quauis culpa non possunt verberari, seu flagellari. *Concil. Brachar. 3. cap.7. dist.45. cum beatus Apostolus. Concil. Rom. sub Siluestro c.17.*

Clerici non tenentur soluere decimas. *Concil. Lateran. 3. in append. de religiosis viris c.15. de decimis c. Nouum genus.*

Clericis non potest imponi publica pœnitentia. *Siric. ep.1. c. 14. dist.50. c.Illud. Concil. Carthag.5. c.11.*

Clericus non habens vnde soluat, non debet excommunicari, sed debet dare cautionem de soluendo, quando poterit. *de solutionibus c. Odoardus.*

Querelæ contra clericos non facile credendæ. *dist.86. cap. si quid vero.*

Clerici apud sæculares accusari non possunt, & pœna accusantium. *11. q.1. cap.Placuit. cap.Inolita.*

Vide, *Clericorum Immunitas.*

Vide, *Clerici à quo iudicandi.*

Clericum accusans, si non probat per duos testes, excommunicatur. *2. q.4. c. Placuit.*

Clericus deprehensus à sæculo remittendus est ad Ecclesiasticum superiorem, si *in habitu clericali* capitur: si verò in laicali, & fama sit, quod sit clericus, adhuc est remittendus: si tandem in clericali, & prius viuebat in sæculari, non est expectandum, vt probetur eius clericatus, sed statim est consignandus iudici Ecclesiastico. *de sent. excom. in 6. c. Si iudex.*

Clerici non possunt accusari à laicis. *Ne clerici, vel Monachi. de accus. c. Cum P. Manconella.*

Clerici conuicti de aliquo crimine possunt intra annum se defendere. *Concil. African. c.46. concil. carthag. 5. c. 12. concil.Vormat.1. c.71.*

Clericis imponi non potest pœna pecuniaria pro correctione. *de pœnis c.Licet. de off. Iud. ord. cap. Irrefragabili §.Prouideat. concil.Later.3. in append. tit. de simonia cap.3. & 11. concil. Moguntin.4. c.77.*

Clerici morientes tempore interdicti, possunt occultè sepeliri, si seruauerunt interdictum. *De panit. & remiss. cap. Quod in te.*

Non possunt à sæculo citari ad ferendum testimonium. *concil. Afric. c. 26.*

Clerici (non obstante priuilegio) tempore belli non excusantur à custodia murorum ciuitatis. *De immunit. & c. cap. Peruenit.*

Clericus delinquens, in persona debet puniri, non in beneficijs, (quando iura non obstant.) *16. q.6. c.vlt.*

Clerici damnatio duos, vel tres testes requirit. *2. q.4. cap. Placuit.*

Si accusator clerici deficit in vno, ad alia non admittitur. *Concil. carthag.4. c.3.*

Clericis nullus præter Papam, potest imponere decimas. *concil. constantien. sess.43. in Bulla Martini V.*

Clerici testimonio iurato credendum est, licet sit solus. *concil. Lateran. 3. p.50. c.67.*

Vide, *clericorum Immunitas.* Vide, *Immunitas.* Vide, *Ecclesiasticorum Immunitas.* Vide, *causæ Ecclesiasticæ.* Vide, *Bigamus.*

Clerici quò ad donationes, & bona.

Clerici non cogantur facere donationes Ecclesijs; & pœna eorum, qui ad hoc impellunt. *Concil. cabilon. 3. c. 7.*
Clericus donans sua bona Ecclesiæ, vt recipiatur in canonicum, est simoniacus. *De simonia c. Tua nos.*
Clericus donare potest cui vult, bona sua propria. *De succes. ab intest. c. 1. & cap. finali.*
Clerici possunt facere moderatam eleemosynam de rebus Ecclesiæ, etiam in ægritudine. *De testam. c. ad hæc.*
Clericus dare potest bona sua Ecclesiæ, in qua recipitur in canonicum, sed absque isto pacto, vt recipiatur, dummodo retineat illa pro sua vita. *De simonia c. Tua nos.*
Clericus pauper si aliquid acquirit in Ecclesia, pro ea acquirit. *Concil. Aquisgr. sub Ludouico Pio c. 89.*
Clericis in sacris morientibus, propinqui eorum nihil possunt de ipsorum rebus vsurpare sine Episcopi licentia. *concil. Toletan. 9. c. 7.* (intelligitur de beneficiatis.)
Clericorum lapsorum, & pœnitentium bona, sunt Ecclesiæ, ijs vero dandum est stipendium ex quo viuant. *Gregor. I. lib. 1. epist. 42.*
Clericus donare potest mobilia acquisita in Ecclesia, etiam dum sunt infirmi. *concil. Lateran. 3. in append. tit. de alienat. cap. 8.*
Clerici de bonis Ecclesiæ non possunt assignare dotes filijs, vel nepotibus; irrita est donatio; & ipsi priuantur beneficijs. *Concil. Sabin. c. 7.*
Vide, *Clerici quò ad reditus, & prouentus Ecclesiæ.* Vide, *Clerici quò ad testamenta.*

Clerici redeuntes ad sæculum.

Clerici non ordinati in sacris possunt redire ad sæculum. *Greg. I. lib. 12. epist. 31. distinct. 32. c. Si quis vero.*
Clerici in sacris non stantes in proposito, & redeuntes ad sæculum, sunt excommunicandi. *Zacharias ep. 7. cap. 29.* Sunt ab Ecclesia ejiciendi. *concil. Andegauen. c. 7. Turon. 1. cap. 5.*
Clericus nutritus in Ecclesia non potest redire ad sæculum; si redit, ab Episcopo est reuocandus, & non potest vxorem ducere. *concil. Triburiens. c. 27.*

Clerici circa subiectionem ad Episcopum, & alios.

Clerici subiecti sunt Episcopo, sed non modo seruili. *concil. Brachar. 2. cap. 2.*
Clerici omnes in Diœcesi sunt subiecti Episcopo. *concil. Nicæn. 1. ex Arabico c. 19. concil. calcedon. c. 8. 18. q. 2. cap. Quidam.*
Clerici proprium episcopum non derelinquant, vt accedant ad alium. *Concil. Tolet. 1. c. 12.*
Clerici sine licentia episcopi, nullam functionem ecclesiæ facere possunt. *Lib. 2. constitut. Apostol. cap. 7. 16. quæst. 1. cap. cunctis.*
Omnes titulares, vel beneficiati cuiuscumque loci, ac monasterij in Diœcesi episcopo subduntur. *concil. calced. cap. 4. & 8. 18. q. 2. c. Quidam.*
Clerici omnes cuiuscumque oratorij in Diœcesi (exceptis regularibus exemptis) subditi sunt episcopo. *concil. cabilon. 2. cap. 14.*
Clerici obseruare tenentur, quæ episcopi præcipiunt obseruanda. *concil. Turon. 3. c. 9.*
Clerici non possunt communionem facere sine licentia episcopi. *concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 81.*
Clerici acefali, id est, nolentes subesse episcopis, excommunicandi. *concil. Regiaticinum cap. 18.*
Clericus accusare non potest suum episcopum, alias fit infamis. *3. q. 4. c. clericus.*
Clerici dicendi non sunt, qui ab episcopis non gubernantur. *dist. 93. cap. Nulla ratione, & cap. Qui suis.*
Clerici titulorum cardinalitiorum subduntur titulari, & circa eos vti potest censuris, &c. *de maior. & obedient. cap. His quæ.*

Clerici correcti à suis Prælatis, si contra eos inuocant brachium sæculare, vel armatas preces impetrant contra illos, spoliandi sunt beneficijs. *concil. Vienn. prouinc. 1.*
Vide, *Episcopus quò ad iurisdictionem.*

Clerici excommunicati ab vno Episcopo, non recipiendi ab alijs.

Clerici, dum ab episcopo aliquo excommunicantur, à nullo debent recipi, & pœna recipientium. *concil. quod dicitur Apost. c. 33. concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 53.*
Vide, *Excommunicatus.*

Clerici quò ad decimas soluendas.

Clericis nullus potest decimas imponere præter Papam. *concil. constant. sess. 43. in constit. Martini V. Leo X. const. 7. Supernæ §. 40.*
Imponentes decimas, gabellas, &c. clericis incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ. *Gregor. 13. constitut. 61. consueuerunt §. 18.*
Vide, *Excommunicationes Bullæ cœnæ.*
Vide, *clericorum priuilegia.* Vide, *Immunitas.*

Clerici quò ad appellationes à suo Episcopo.

Clerici grauati à suo episcopo ad vicinos (olim) appellare debebant. *concil. Mileuit. cap. 22.* Si verò à vicino appellare volebant, ad concilium appellabant. *ibid. & concil. Afric. c. 92. concil. carthag. 6. c. 6.*
Clericus si grauatus appellat ad Metropolitanum, non potest ab episcopo excommunicari. *concil. Tolet. 13. c. 12.* Sic & appellans à Metropolitano ad alium iudicem superiorem, non potest à Metropolitano excommunicari. *ibid.*
Clerici grauati ab episcopo recurrere debent ad Papam. *concil. Rom. sub Zacharia c. 12.*
Clericus appellare potest ab episcopo ad Synodum. *conc. carthag. 4. cap. 66.*
Clerici appellare possunt ad Metropolitanum ab episcopo; & ille debet causam facere. *concil. constantinop. 4. c. 26.*
Clerici appellantes ad Papam, si postea delinquunt, in his delictis iudicantur ab episcopo. *concil. Later. 3. p. 50. c. 53.*
Vide, *Appellatio.* Vide, *Archiepiscopus.* Vide, *Metropolitanus.*

Clerici quò ad monasteria monialium.

Clerici mechantes cum monialibus sunt excommunicati. *27. q. 1. c. Si quis Episcopus.*
Clericus frequentans monasteria monialium, priuatur officio. *de vita, & honest. clericor. c. clericus.* Si non desistit beneficio priuatur. *Concil. Later. 3. c. 11.*
Vide, *Moniales.* Vide, *Virgines sacræ.*

Clerici quò ad Monachatum, seu Religionem.

Clericus potest fieri monachus, seu regularis inuito Episcopo. *19. q. 1. cap. Clerici. & q. 2. c. Duæ sunt. c. Clerici. concil. Tolet. 4. c. 50.*
Clericus relinquens Ecclesiam prætextu monachatus, non est amplius in Ecclesiam recipiendus. *Concil. Constantinopolit. 1. cap. 5.*

Clerici quò ad ordines recipiendos, siue sacros, siue alios.

Clerici habentes aliquem ordinem compellendi sunt ad suscipiendos alios, alioquin priuentur eis, quos habent. *Concil. Aquisgran. sub Ludouico c. 56.*
Clericus habens beneficium, quod requirit ordinem compellendus est ad eum suscipiendum, alias beneficium illud alteri conferatur. *De ætate, & qualit. &c. præficiend. cap. Quæris à nobis.* Vide, *Beneficiati.*
Clericus non beneficiatus, si habet patrimonium, ordinari potest in sacris. *De præb. & dignit. c. Tuis quæstionibus.*

Clericus

Clericus ordinari non potest in sacris, nisi habeat, vel titulum beneficij, vel patrimonium. *conc. Lateran. 3. can. 5. 1. q. 2. c. Clericos. conc. Trident. sess. 21. de reform. c. 2.* Tale beneficium ad quod est ordinatus, non potest resignare, nisi habeat vnde viuat. *ibid. Trident.*

Clericus semper ordinari debet ad eum titulum, ad quem primo fuit ordinatus. *Conc. claramont. c. 13.*

Clerici ordinati sine debitis dimissorijs, pellendi sunt à titulo. *conc. colon. 2. par. 1. c. 31.*

Clerici Græcorum filij possunt promoueri in Ecclesia latina, si non adsit scandalum. *de clericis coniugatis, c. cum olim.*

Vide, *Ordinatio, &c.* Vide, *Bigamus.*

Clerici quò ad ministeria ordinum, & alias functiones.

Clericus nullus potest exercere munera Episcopalia, licet esset consuetudo. *De consuetud. c. Quanto.*

Clericus ministrans in ordine, quem non habet fit irregularis. *De cler. non ordinato ministr. c. 1. & 2.*

Clericus primæ tonsuræ non potest in choro legere lectiones. *conc. Nican. 2. c. 14.*

Clericus ministrans presbytero rebaptizanti fit irregularis, si fecit publicè; & non tollitur irregularitas, nisi per ingressum Religionis. *conc. Later. 3. tit. de depositione c. 2.*

Clericus admittens ad diuina excommunicatum, est excommunicatus; & à Papa est absoluendus. *De sent. excomm. cap. Significauit.*

Clericus depositus celebrans, & non desistens monitus, per sæcularem potestatem damnandus est. *De cler. excomm. ministr. cap. Si quis.* Vide, *clerici depositi.*

Clericus depositus celebrans, excommunicatus est. *ib. c. 1.*

Clericus non exequens suum ministerium, priuandus officio, donec impleat, quod debet. *conc. Narbon. c. 8.*

Clericus non adimplens suum munus, laicam tantum habeat communionem. *conc. Aurel. 3. c. 8.*

Clericus in eadem Ecclesia non potest habere duos honores. *concil. claramontan. c. 14.*

Clerici etiam minorum ordinum non possunt in Ecclesia ministrare sine superpelliceis. *conc. colon. 2. p. 3. c. 31.*

Vide, *Ecclesiasticæ functiones.*

Clerici proprij, domestici, commensales Episcoporum, & Cardinalium.

Clerici proprij Episcoporum, vel aliorum, sunt illi, qui sunt domestici, seu commensales alicuius personæ dignæ: licet pro eius negotio sint absentes. *de verbor. signif. c. fin.*

Clerici commensales Cardinalium recitantes cum eis officium, satisfaciunt. *clem. de celebr. Miss. c. fin.*

Clerici commensales Episcoporum possunt recitare idem officium, quod Episcopi; & satisfaciunt recitando cum eis. *ibidem.*

Clerici domestici proprij, & commensales Episcopi, Cardinalis, &c. sunt illi, qui expensis eorum aluntur; non verò illi qui fraude, vel fictione ab eis quæruntur. *de verbor. signif. in 6. c. fin.*

Vide, *Cardinalium familiares.* Vide, *Episcopi domestici.*

Clerici ordinati ab hæreticis.

Clerici ordinati ab hæreticis (si isti non habebant potestatem Episcopalem, vel sine debita forma, materia, vel intentione) cum veniunt ad Ecclesiam sunt iterum ordinandi. *conc. Nicæn. 1. cap. 19.*

Vide, *Ordinati ab hæreticis.* Vide, *Episcopus hæreticus.*

Clerici hæretici, vel apostatæ à fide.

Clericorum hæreticorum bona sunt Ecclesiæ: sed ex eis stipendium dandum est eis, ex quo viuant. *Greg. l. ep. 42.*

Clerici apostatæ à fide tractandi sunt, vt sæculares. *conc. Later. 3. in append. tit. de depositione c. 16.*

Vide, *Hæretici clerici.* Vide, *Lapsi à fide.*

Clerici vagi, & fugitiui.

Clerici vagi retineantur sub custodia, donec ad proprios Episcopos mittantur. *conc. Mogunt. 1. c. 17. & 31.*

Sic etiam clerici fugitiui. *ibidem.*

Clerici discordes.

Clerici discordes si nolunt ad pacem reuocari prius arguendi; & si inimicitias non deponunt, excommunicandi. *concil. colon. 2. p. 3. c. 13.*

Clerici primæ tonsuræ.

Clericus primæ tonsuræ fieri non potest infans; vel illiteratus, vel coniugatus; & pœna ordinantium est suspensio à collatione clericalis tonsuræ per annum. *De temporib. ordinat. in 6. cap. fin.*

Clerici primæ tonsuræ fieri possunt ab Abbate monachorum, monachi sui monasterij, qui eam petunt, si ipse Abbas sit sacerdos, & benedictus. *de ætate, & qualit. & ord. & c. cum contingat.*

Non solum monachi, sed alij subditi iurisdictioni Abbatis, habere possunt primam tonsuram ab Abbate sacerdote, & benedicto. *de priuil. in 6. c. Abbates.*

Primam tonsuram accipere non potest, qui non est confirmatus. *conc. Trid. sess. 22. de refor. c. 4.* Vide, *Abbas quoad ordinationes.*

Clerici primæ tonsuræ non possunt legere lectiones in choro. *conc. Nicen. 2. c. 14.* Vide, *Tonsura.*

Clerici in processionibus.

Clerici in processionibus deuoti incedere debent, non confabulari; sed orare, non ad lentacula diuertere. *conc. colon. 2. tit. censuræ c. 23.*

Clerici quando, & quomodo ordinandi.

Vide, *Ordinatio, Ordinare.* Vide singulos ordines in suis locis.

Clerici malè promoti.

Clerici malè promoti, suspensi sunt ab ordine; & si exercent sunt irregulares, & beneficijs possunt priuari. *Pius II. const. 7. c. cum ex sacrorum.*

Malè promoti, sunt, qui sine ætate legitima, vel extra debita tempora, vel sine literis dimissorijs sui Episcopi, ascendunt ad ordinem sacrum. *ibid.*

Vide, *Promoti.* Vide, *Ordinati.*

Clericorum seminaria.

Clerici adolescentes, siue puberes, siue impuberes, in vno conclaui (id est seminario) teneantur sub probato magistro, & ibi erudiantur. *conc. Tolet. 4. cap. 24. 12. q. 1. cap. 1. q. 1. c. Omnis ætas.*

Seminaria erigenda sunt in qualibet Ecclesia Metropolitana, vel cathedrali, & in eis tenendi sunt clerici adolescentes. *conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 11.*

Pueri alendi in seminarijs sumptibus illius, sunt filij pauperum bonæ indolis, qui spem bonæ expectationis præseferant. *ibid. c. 12.*

Possunt in seminario etiam teneri, & erudiri filij diuitum, sed sumptibus proprijs. *ibid.*

Pueri autem seminarij, id est, qui ab eo aluntur, sint ad minus ætatis annorum 12. qui sciant legere, & scribere competenter, instruantur omnium, primo in Ecclesiasticis functionibus, statim tonsuram, & habitum clericalem accipiant ab Episcopo, discant grammaticam, cantum Ecclesiasticum, computos, aliasque bonas artes, sacram scripturam, doctrinam confessionum audiendarum, & sacramentorum ministrandorum, omni die inseruiant missæ; omni mense confiteantur, & communicent, die-

bus

bus festis inseruiant Ecclesiæ Cathedrali, vel alteri. *Concil. Trid. sess. 23. de refor. c. 17.*

Seminarium visitandum per Episcopum, & duos canonicos seniores, &c. *ibid. c. 17.*

Seminarium ædificandum ex redditibus mensæ Episcopalis, & beneficiorum quorumcumque, & ex eisdem sustentandum, qui debeant ad hoc concurrere. *ibid.* Mendicantes excluduntur. *ibid. c. 17.*

Deputati ad gubernium seminarij, qui debent esse. *ibid. c. 17.*

Rationes reddituum ab Episcopo reuidendæ. *ibid.*

Si non possit erigi Seminarium in omni Cathedrali; fiant duo, vel vnum in Prouincia per Synodum Prouincialem, & quomodo debent aliæ Ecclesiæ concurrere ad expensas. *ibid. cap. 17.*

Seminaria plura fieri possunt in Diœcesi ampla, omnia tamen ab eo, quod est in Cathedrali, dependeant. *ibid. c. 17.*

Si oriatur difficultas de redditibus pro erigendis seminarijs, quid agendum. *ibid. c. 17. in fine.*

Vide, *Seminaria.*

Clerus.

Clero interdicto, Populus non intelligitur interdictus. *De sent. excommunic. in 6. c. Si sententia.*

Clerus vrbanus non potest facere congregationem, vel decernere aliquid obligans alios clericos diœcesanos, nisi adhibitis quibusdam eligendis per eosdem clericos diœcesanos. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. Quæ pertinent ad bonorum, &c.*

Clerici Regulares minores dicti.

Clericorum minorum Congregatio à Sixto V. approbatur, eisque forma viuendi præscribitur, multæque gratiæ eis conceduntur. *Sixtus V. const. 81. Sacræ.*

Clerici minores præfati gaudent priuilegijs Theatinorum. *Gregor. XIV. const. 2. Romanus.*

Clerici Regulares S. Pauli decollati.

Clericorum præfatorum Congregatio approbatur *à Clemente 7. const. 37. Vota.* & *à Paulus 3. const. 5. Dudum.*

Præfati clerici ad nullum ordinem possunt transire, excepto Carthusiano. *Greg. 13. const. 48. In specula.*

Isti clerici non tenentur adesse publicis processionibus. *Sixtus 5. constit. 5. Rationi.*

Dum confirmatur eorum institutum *à Paulo 3. const. 5. Dudum*, multa priuilegia eis conceduntur, & illa quibus gaudent Canonici Lateranenses Regulares. *ibid.* Obtinent facultatem recipiendi nouitios ad ordinem. *Sixtus 5. const. 81. Sacræ.* Quæ teneantur obseruare in receptione nouitiorum. *Paulus 5. const. 83. Alias felic. recordationis Sixtus.*

Possunt cum sola Ordinarij licentia absque consensu Regularium recipere, seu fundare noua loca, seu Monasteria. *Paulus 5. constit. 64. Ecclesiæ.*

Iudices conseruatores huius Congregationis, quam iurisdictionem habeant. *Iulius 3. const. 10. Ad hoc nos Deum.*

Clerici Regulares ministrantes infirmis.

Congregatio Clericorum ministrantium infirmis approbatur *à Sixto 5. const. 25. Ex omnibus, & seq. cum nos.* Assignatur eis forma habitus, & præscribitur regula. *ibidem.* Confirmatur *à Gregorio XIV.* & distinctè præscribitur vestitus, & norma viuendi per §§. 46. *const. 17. Illius.*

Vide, *Infirmorum Ministri.* Vide, *Ministri infirmorum.*

Clerici Doctrinæ Christianæ.

Congregatio Clericorum Doctrinæ Christianæ instituitur *à Paulo 5. const. 36. Ex credito.* Et præscribitur eis forma viuendi. *ibidem.*

Clerici Doctrinæ Christianæ Auenionis vniuntur Congregationi Sommaschæ cum capitulis obseruandis. *Paulus 5. constit. 97. Ex iniuncto.*

Clerici præfati emittunt votum, & iuramentum manendi semper in regione illa, quæ à solo Papa possunt dispensari. *Gregorius XV. const. 12. Ex incumbenti.*

Clerici Regulares Theatini.

Clericorum Theatinorum Religio approbatur anno 1524. *à Clemente 7. const. 11. Exponi.* Conceditur, vt fruantur priuilegijs Canonicorum Regularium Lateranensium. *ibidem. in const. 38. Dudum.* Eis conceditur, vt si non possunt recitare officium, superiore eorum imponat eis recitationem aliquorum psalmorum, vel alterius orationis, item vt in Sacramentalibus confessionibus possint suos Religiosos absoluere ab excommunicatione maiori, & dispensare in irregularitate. Immediatè Sedi Apostolicæ subduntur. Superiores eorum finito triennio possunt pro alio loco eligi in superiores. ad Capitulum soli vocales possunt accedere. & alia multa priuilegia. *ibid. Dudum.* Quorum aliqua post Tridentinum non subsistunt.

Gratias omnes, & priuilegia confirmat *Paulus 5. constit. 31. Ad immarcescibilem.* Alia noua concedit. Declarat formam tenendam in celebratione capituli, & in toto gubernio, per multos §§.

Clerici Iesuati.

Vide, *Fratres S. Hieronymi.*

Clerici Religionis Sommaschæ.

Clerici Sommaschæ Religionis instituuntur, & approbantur *à Pio 5. const. 78. Iniunctum.* Multa priuilegia, & gratias eis concedit *Sixtus 5. constit. 4. Æquum.* Eadem omnia confirmat, & auget *Clemens 8. const. 22. Decet.* Omnia priuilegia Mendicantium, quæ sunt in vsu, eis concedit *Paulus V. constit. 37. Ex quo diuina.*

Clerici scholarum piarum Matris Dei.

Clericorum præfatorum Congregatio instituitur ad docendum pauperes, & approbatur, atque decernitur, vt appelletur congregatio Matris Dei. *Paulus 5. const. 81. Inter Pastoralis.* Eis conceditur Ecclesia Sancti Pantaleonis in Vrbe, extincta ibi cura animarum, quæ applicatur Ecclesiæ Sancti Eustachij. *Gregor. XV. const. 45. Regimini.* concedit *Vrban. 8. constitut. 106. ad vberes*, vt ipsi soli tenere possit gymnasia sub titulo scholarum piarum, & alijs omnibus prohibetur.

Clerici scholarum Piarum pauperum clericorum.

Alia congregatio instituitur Clericorum sub titulo scholarum Piarum pauperum Clericorum, separata, & diuersa à congregatione scholarum Piarum Matris Dei, ob alia exercitia, & pias actiones. *Paulus 5. constit. 101. Ad ea.* Vbi datur forma viuendi.

Deinde erigitur in Religionem cum emissione votorum. *Gregorius XV. const. 14. In Supremo.* Postea obtinent constitutiones suæ Religionis *à Gregor. XV. const. 17. Sacri Apostolatus.* Eximuntur ab onere accedendi ad processiones, & alios publicos actus. *Vrbanus 8. constit. 100. Debitum.*

Declarauit idem Papa eos non comprehendi in decretis editis circa reformationem, & Nouitiatus assignandos pro alijs. *Constit. in append. 26. alias 136. Romanum.*

Clerici Congregationis Oratorij, vel S. Mariæ Valicellanæ.

Clericorum præfatorum Congregatio est sæcularium Clericorum, instituta per S. Philippum Nerium, & approbata *per Gregorius 13. const. 101. Copiosus.*

A Paulo 5. obtinent constitutiones quasdam seruandas. *constitut. 92. Christi-fidelium per 17. capita.* Non possunt Romæ

mæ aliæ domus sub tali instituto erigi sine licentia Præpositi, & Presbyterorum illius Oratorij. *ibid.*
Obtinent Ecclesiam S. Ceciliæ in Monte Iordano, suppressa Parochia, & translata cura ad S. Laurentium in Damaso. *Gregorius 15. const. 11. Cum ad vberes.*

Clericorum Piorum Congregatio in Regno Franciæ titulo Oratorij.

Hæc Congregatio Oratorij piorum Sacerdotum in Regno Franciæ instituitur ad fidem catholicam augendam, cum forma viuendi, & gubernandi *per 9. capita. Paulus 5. constit. 91. Sacrosanctæ.*

Clerici Societatis Iesu.

Vide, *Iesuitæ.*

Clerici Cameræ.

Vide, *Cameræ Clerici.*

S. Cletus.

S. Cletus assumptus à Sancto Petro in collegium, tunc non cœpit esse Pontifex, sed exteriora tantum ministrabat. 8. q. 1. *cap. Si Petrus.*

Clodoueus.

Clodoueus, seu Ludouicus Primus Rex Franciæ, à Sancto Remigio conuersus est ad fidem Catholicam. *Hormisda epist. 1. ad Sanctum Remigium.*

Cluniacenses Monachi.

Vide, *Monachi.*

Coadiutor quando datur, & quis.

Coadiutor dandus, si Ecclesiæ Rector sit leprosus: & de redditu Ecclesiæ est sustentandus. *De Clerico ægrotante c. De Rectoribus. Gregor. 7. lib. 2. ep. 50.*
Coadiutor dandus Archidiacono paralytico, si perdit vsum linguæ. *ibid. cap. finali.*
Coadiutor dandus Episcopo impotenti exercere munia Episcopalia. *ibid. c. Ex parte tua.*
Coadiutor dandus per Superiorem ministro, ac Prælato negligenti. *De supplenda neglig. Prælat. in 6.*
Coadiutor assumi potest vnus, vel duo ab Episcopo, si sit sanæ mentis; sed si impeditus, vt non possit eligere, Capitulum referat ad Papam. *De clerico ægrot. in 6. cap. 1.* Et quomodo potest Episcopus eos eligere. *ibid.*
Coadiutor Episcopo dari non potest, nisi à Papa. *ibid. cap. 1.* si sit in partibus remotis, quomodo eligere debet cum Capitulo, vel sine. *ibidem.*
Coadiutor viuere debet sumptibus illius, cui datur. *ibid. c. 1.*
Coadiutor non potest alienare res Ecclesiæ. *ibid. c. 1.* Reddere debet rationem. *ibidem.*
Coadiutore dato, principalis non priuatur authoritate. *De supplenda neglig. Prælat. in 6.*
Coadiutor dari potest omni superiori impotenti. *De Clerico ægrot. in 6. c. 1.* Vide, *Episcopus. Gregor. 7. lib. 2. ep. 50.*
Coadiutor sine spe successionis datur. Vide infra.
Coadiutor in cura animarum fieri non potest sine examine. *Concil. Augustanum c. 4.*

Coadiutoria.

Coadiutoria cum spe futuræ successionis non danda, nisi vrgente causa in cathedrali, vel Monasterio, & cum Papæ dispensatione, causa cognita, alias prouisiones nullæ sint. *Concil. Trident. sess. 25. de reform. c. 7.*

Cogentes.

Cogentes mulieres ad intrandum in Religionem. Vide, *Moniales.*

Cogitatio.

Cogitatio sancta, consilium, aliaque bona à Deo sunt in voluntate hominis. *Cœlest. 1. ep. 1. c. 8.*
Cogitatio turpis non maculat, nisi detur consensus. *De pœnit. dist. 2. c. 23. Inter hæc.*
Cogitatio non meretur pœnam ex lege ciuili. *De pœnit. dist. 1. cap. 20.*
Cogitatio in maleficio punitur. *ibid.*

Cognatio legalis.

Cognatio legalis inter adoptatum, & adoptantem impedit, & dirimit matrimonium.
Sic inter adoptatum, & filiam adoptantis. *De cognat. legali cap. vnico.*

Cognatio spiritualis.

Cognatio spiritualis, quæ oritur inter baptizatum, & baptizantem, & filium baptizantis, impedit, & dirimit matrimonium. *de cognitione spirituali cap. finali.*
Cognatio, &c. quæ oritur inter baptizatum, & suscipientem, ac huius filios, & vxorem suscipientis cognitam ab eo carnaliter, ante quam esset suscipiens, impedit, & dirimit matrimonium inter eos; nec non inter patrem, atque matrem baptizati. *De cognatione in 6. c. 1. Pius V. constitut. 14. Sanctissimus, & in seq. declaratione.*
Cognatio spiritualis semper impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. *ibid.*
Cognatio spiritualis per duo Sacramenta contrahitur, scilicet baptismum, & confirmationem. *de cognat. spirit. in 6. c. fin.* Quæ verò per Catechismum, *infra.*
Cognatio spiritualis vt impediat, debet probari per testes; item, vt separetur. *Qui matrimonium accusare possunt c. 1.*
Cognatio spiritualis contrahitur etiam per Catechismum, qui fit ante baptismum. *De cognatione spirit. in 6. cap. Per Catechismum.*
Cognatio hæc impedit contrahendum, sed non dirimit contractum. *ibidem.*
Vide, *Baptizatus.* Vide, *Confirmatus.* Vide, *Matrimonium prohibita ratione cognationis spiritualis.*

Coitus, Coire.

Coire secundum naturam, minus malum est, quam contra naturam. *32. q. 7. c. Offerebat. c. Flagitia, & c. Vsus.*
Coire cum bestijs. Vide, *Bestialitas.*
Vide, *Carnalis copula.*

Collegium.

Collegium non potest ex priuatis personis constitui. *De excessib. Prælatorum c. Dilecta.*
Collegium quodlibet visitari potest ab Episcopo, vt delegato Papæ: & in eo disponere de ijs, quæ pertinent ad salutem animarum. *Conc. Trident. sess. 22. de refor. c. 8.*

Collegium Cardinalium.

Vide, *Cardinales.*

Collegium S. Bonauenturæ fratrum Minorum Conuent. Romæ.

Collegium hoc in Conuentu SS. Apostolorum Romæ *Sixtus 5.* declarat se instituisse pro sua Religione Minorum conuentualium. *Constit. 76. Triumphantis §. 11.*

Colle-

Collegium Anglicanum Romæ.

Collegium hoc erigitur Romæ *à Greg. XIII. conſtit. 53. Quoniam.* Aſſignatur forma gubernij, &c. Aſſignantur redditus pro ſuſtentatione; qualitates alumnorum. Protector, eiuſque iuriſdictio. *ibidem.* Pro eius ſubuentione hortatur Principes. *Gregorius* 13. *conſt.* 72. *Omnipotens.* Eamdem exhortationem replicat *Sixtus* 5. *conſt. 39. Afflictæ.*

Collegium Germanicum Romæ.

Collegium hoc erigitur pro Natione Germanica *à Gregor.* 13. *conſt.* 14. *Poſtquam.*
Priuilegia, & exemptiones huius Collegij; modus viuendi, gubernium, ibi aſſignantur, redditus item, &c. Protector huius Collegij, eiuſque iuriſdictio in iudicandis cauſis illius, &c. aſſignatur *à Gregor.* 13. *conſt.* 20. *Per noſtri.*

Collegium Græcorum Romæ.

Collegium hoc erigitur *à Gregor.* 13. *conſt.* 42. *In Apoſtolicæ Sedis.* Redditus aſſignantur: forma gubernij; modus viuendi, Protector, eiuſque iuriſdictio. *ibid.*

Collegium Capranicenſe Romæ.

Collegium hoc inſtitutum, approbatur *à Pio* 5. *conſt.* 25. *Accepimus.* Forma gubernii, viuendi, &c. ibi aſſignantur.

Collegium Maronitarum Romæ.

Collegium hoc pro Maronitis inſtituitur *à Greg.* 13. *conſt.* 91. *Humana.* Redditus ei aſſignantur: forma viuendi, Cardinalis Protector, eiuſque iuriſdictio.
Maronitarum natio in Libani Montibus degit.

Collegium Matthæiorum Romæ.

Collegium hoc erigitur per Cardinalem Matthæium ſub titulo S. Hieronymi, & confirmatur *per Paulum* 5. *conſtit.* 8. *Altitudo.* Redditus à Cardinali præfato aſſignantur; præſcribitur forma viuendi, gubernandi: qualitates, & obligationes Scholarium, & alia ad id pertinentia, officialium, vt Rectoris, œconomi, &c. Huius Collegii inſtitutio facienda per hæredes de Matthæis. Iudex vero huius Collegii eſt Vicarius Papæ. *ibidem.*

Collegium Scotorum, ſeu nationis Scoticæ Romæ.

Collegium hoc erigitur Romæ pro Scholaribus Nationis Scoticæ *à Clemente* 8. *conſt.* 73. *In ſupremo.* Forma viuendi, gubernandi, &c. in ea diſponitur.

Collegium fratrum S. Franciſci de Paula Romæ.

Collegium hoc erigitur Romæ in Regione Montium ex hæreditate D. Ioannis Pezzullæ pro Natione Calabriæ. Non poteſt ab alia Natione gubernari, quam ab ea, neque alii ibi morari, cum forma viuendi, gubernandi, &c. *Vrbanus* 8. *conſt.* 5. *Ex iniuncto per §§.* 18. & in additione ſub ea conſtit. *per §§.* 12.

Collegium fratrum Minorum Conuentualium pro Inſula Melitæ.

Collegium hoc titulo S. Antonii inſtituitur in Conuentu fratrum Minorum Conuentualium in Inſula Melitæ ad inſtar Collegii S. Bonauenturæ Romæ, pro ſex Collegialibus ibi alendis; qui ſuis completis functionibus magiſterium, ſeu doctoratum per Generalem ordinis aſſequuntur. *Paulus* 5. *conſt.* 121. *In ſupereminenti.*

Collegium pro eiſdem fratribus Minorum Conu. in Ciuitate Pragæ Bohemiæ.

Collegium hoc erigitur in Conuentu S. Iacobi fratrum Minorum Conuentualium ſub inuocatione S. Bonauenturæ ad inſtantiam *Ferdinandi III.* Imperatoris, ad inſtar Collegii Romani eiuſdem Ordinis dicti S. Bonauenturæ, pro duodecim Collegialibus, qui ſuis completis functionibus poſt triennium, lauream magiſterii per Generalem Ordinis accipiunt. *Gregorius* 15. *conſtit.* 21. *In ſupereminenti.*

Collegium dictum Montis Alti Bononiæ.

Collegium hoc erigitur Bononiæ *à Sixto* 5. *conſt.* 89. *Inter cæteras*, pro 50. iuuenibus Nationis Marchiæ; aſſignantur redditus; forma gubernii; qualitates iuuenum, Protector, & alia ad ipſum ſpectantia. *ibidem.*

Collegium Colimbrienſe in Hiſpania.

Collegium hoc erigitur pro militia S. Iacobi de Spatha in Regnis Hiſpaniæ cum forma viuendi, gubernandi, &c. Adminiſtrator eſt Rex Hiſpaniarum. *Paulus* 5. *conſtitut.* 5. *Ex iniuncto.*

Collegia quædam Ieſuitarum.

Collegium Vilnenſe Ieſuitarum erigitur in Vniuerſitatem, & ſtudium generale. *Gregor.* 13. *conſt.* 102. *Dum attenta.*
Collegium Pontis Mouſonii in Lotharingia erigitur in vniuerſitatem ſtudii generalis. *Gregor.* 13. *conſtitut.* 100. *In ſupereminenti.*
Vide, *Ieſuitæ.*

Collegia alia diuerſa.

Collegium pro Illyricis, Laureti erigitur. Vide, *Lauretum.*
Collegium pro Germanis, Pragæ erigitur. Vide, *Praga.*
Collegium Viennæ Auſtriæ, pro Germanis erigitur. Vide, *Vienna.*
Collegium Fuldenſe. Vide, *Fuldenſe.*

Collegium Medicorum in Vrbe.

Vide, *Medici.*

Collecta, Collector.

Collectas ſoluere non tenentur cæci, pauperes. *De cenſib. cap. Licet.*
Collectas non tenentur ſoluere clerici. Vide, *Clericorum Immunitas.* Vide, *Clericorum priuilegia.*
Collectores. Vide, *Beneficia vacantia in curia, & Beneficia reſeruata Papæ.*

Colludere, & Colluſio.

Colluſio inter accuſantem, & accuſatum cauenda. *De colluſione detegenda cap.* 1.
Colludentes in beneficialibus negotiis, priuandi ſunt beneficiis. *ibid. c. Audiuimus.*
Colluſione facta ſi obtinetur abſolutio, poteſt iterum accuſari, & fieri cauſa. *ibid. cap. finali.*

Columnenſes.

Columnenſes cur olim à Papa condemnati, & quibus pœnis. *De ſchiſmaticis in 6. c. Vnico.*
Columnenſes, qui ad officia, & dignitates, per delictum præfatum erant inhabiles, reintegrantur, & rehabilitantur ad omnia. *Extra, de ſchiſmaticis c. Dudum.*

Coloni Eccleſiæ.

Colonos Eccleſiarum grauantes impoſitionibus excommunicati ſunt. *conc. Colon. 2. tit. Cenſuræ c. 29.*

Colonia.

Colonia Agrippina eligitur in Metropolim, *Zacharias epist. 9. in fine.*

Color, Coloratum.

Colorum fucis vti non possunt mulieres. *De consecr. dist. 5. cap. Fucare.*

Coma.

Comam nutrire non potest clericus. *conc. Carthag. 4. c. 44. dist. 23. c. Prohibete. c. Clerici. c. Si quis ex clericis. & cap. Non liceat. Anicetus in ep. 1. Gregorius I. lib. 6. ep. 4.* & quare. *ibid. Nicolaus 1. ad Consulta Bulgar. c. 58. concil. Barcinon. c. 3. conc. Rom. sub Gregor. 2. c. vlt. concil. Roman. sub Zacharia c. 8. conc. Lucense c. 66.*

Comam vsque ad aures tondere debent clerici. *conc. Tolet. 18. cap. 3.*

Comam nutrire in masculis, est ignominia. *Nicolaus 1. ad Consulta Bulgar. c. 58.*

Vide, *clerici quà ad habitum, & tonsuram.* Vide, *Tonsura.*

Comedere, Comedens.

Comedi olim non poterant carnes cum sanguine, aut suffocatum, & pœna. *conc. quod dicitur Apostolorum cap. 63. conc. Aurel. 2. cap. 20.*

Comedi non potest in Ecclesia. *conc. Laodicenum c. 28.*

Comedens azima cum Iudæis, excommunicetur; & si clericus est, deponatur. *conc. quod dicitur Apostolor. cap. 70. Post conc. Elibert. cap. 1.*

Comedentes in templis idolorum, cum quali pœnitentia sunt recipiendi. *conc. Ancir. c. 5.*

Comedendum non est ante horam diei tertiam. *Nicolaus 1. ad Consulta Bulgarorum c. 60.*

Comedere cum excommunicato est illicitum. *11. q. 3. cap. Ad mensam.*

Comedere cum paganis, quando non est illicitum. *ibid.*

In quadragesima ante horam nonam diei, & ante recitationem Vesperarum comedendum non est. *de consecr. dist. 1. cap. Solent plures.*

Comestio, qualis esse debet. *dist. 45. c. Licet plerumque. c. Licet nonnumquam, & c. Disciplina.*

Vide, *Gula.*

Comœdia.

Comœdias legere non debent sacerdotes. *Distinct. 37. cap. Sacerdotes.*

Comœdiæ permitti non debent in monasterijs monialium. *conc. colon. 3. tit. Censuræ cap. 17.*

Comites.

Comites Palatini subduntur ordinarijs, excepto quando actu inseruiunt. *conc. Trident. sess. 24. de refor. c. 11.*

Commater.

Commatrem duceus in vxorem, sit anathema. *conc. Mogunt. 3. cap. 18.*

Commatrem cognoscens carnaliter, sit anathema, *concil. Vormatiense 1. cap. 34.*

Commatrum, & compatrum dona in statu Ecclesiæ, qualia debent esse. *Sixtus 5. const. 52. cum in vnaquaque.*

Vide, *Baptizatus.* Vide, *Cognatio spiritualis.* Vide, *Patrinus, Matrina.* Vide, *Suscipiens.*

Compater, compaternitas.

Compater in Baptismo, vel confirmatione esse debet vnus vel vna. *De consecr. distin. 4. c. Non plures.*

Compater idem esse potest in Baptismo, & confirmatione in necessitate. *De consecr. dist. 4. c. In Catechismo. Post epist. 2. Higinij Papæ.*

Compater debet diligere filium spiritualem. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 2. conc. Moguntiacum. c. 47.*

Compater esse non potest monachus, etiamsi Abbas. *de consecr. dist. 4. c. Non licet & c. Monachi.*

Compater esse non potest non baptizatus, vel non confirmatus. *ibid. c. In Baptismate.*

Compater vxoris est etiam compater viri. & è contra, quia sunt vna caro. *30. q. 4. c. 1. Nicolaus 1. in decr. de impedim. matrimon. c. 4.*

Compatres, & commatres quomodo efficiantur. *30. quæst. 4. cap. Si quis.*

Compaternitas contrahitur siue in Baptismate, siue in chrismate, non solum inter suscipientem, & susceptum, sed inter eum, & patrem, ac matrem susceptum. *30. q. 4. cap. Si quis ex vno.*

Compatres, & commatres contrahunt cognationem spiritualem, quæ impedit, & dirimit matrimonium. *Nicol. 1. ad consulta Bulgar. c. 2.* Vide, *Cognatio spiritualis.* Vide, *Matrimonium. De cognat. spirituali cap. Martinus. cap. Veniens.*

Compater alicuius isto mortuo potest ducere vxorem eius si hæc non erat commater quia scilicet nupta post compaternitatem contractam. *30. quæst. 4. cap. qui spiritualem. & cap. Post vxoris.*

Compaternitas quando impedit, & dirimit matrimonium. *de cognat. spirit. c. 1.*

Vide, *Cognatio spiritualis.*

Compaternitas, & commaternitas semper impedit, quando per alterum eorum deuentum est ad compatern. vel commatern. *de cognat. spirit. c. Super eo.*

Compaternitas orta ex Catechismo impedit matrimonium, sed non dirimit. *ibid. c. Contracto, & de cognat. spirit. in 6. c. per Catechismum.*

Compatrum siue commatrum filij, & filiæ, siue ante, siue post compaternitatem geniti possunt contrahere matrimonium, illa persona excepta per quam orta est compaternitas. *Conc. Later. 3. in appendic. tit. de coniungendis filijs cap. 1.*

Vide, *Patrinus.* Vide, *Suscipiens.* Vide, *Cognatio spiritualis.*

Commendæ, commendatarij, commendare.

Commendæ de Ecclesijs Patriarchalibus factæ ad instantiam aliquorum, etiam Regum, reuocantur. *Extrau. de prab. c. Ex supernæ.*

Commendari non possunt monasteria, quæ sunt capita Religionum: & si alicui commendata sint intra sex menses profiteri debet regulam illius religionis, alias commenda vacare censetur ipso iure. *Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 21.*

Commenda beneficij regularis dari non potest clerico sæculari, nec è contra. Vide, *Beneficia regularia, &c.*

Commendatarij retinent loca montium vacabilia per mortem. *Vrb. 8. in append. const. 38. Decet Rom.*

Commendari non possunt monasteria, nisi fiat mentio de qualitate eorum, alias prouisio nulla sit. *ibid. c. 21.*

Commendata monasteria visitari possunt à superiore regularium, & ab eodem instituendi sunt superiores, & ministri eorum. Vide, *Superiores.*

Commendatarij monasteriorum ordinis Camaldulensium. Vide, *Monachi Camaldulenses.*

Commendari non possunt Ecclesiæ beneficia, dignitates, xenodochia, monasteria, &c. per Cardinales si eorum fructus non attingant summam 200. ducatorum auri de camera, nisi per obitum suorum familiarium. *conc. Later. 5. sess. 9. in Bulla de reform. curiæ cap. 1. Leo X. const. 7. Supernæ.*

Commendatarij tenentur ad reparationem fabricæ Ecclesiarum. *ibid.*

Commendæ quibus dandæ. *ibid.*

Commendatarii quid debent soluere pro monachorum victu, & necessitatibus. *ibid.*

Commendæ pro militia S. Stefani. Vide, *Dux Etruriæ.*

Vide, *Militia.*

Commen-

Commendatitiæ literæ à quo dandæ, quando Episcopus non ordinat.

Vide, *Literæ*.

Commensales Papæ.

Commensalium Papæ beneficia vacantia prouidenda sunt à Papa. *Iulius 3. const. 21. Sanctissimus.*
Vide, *Papa*.

Commissio.

Commissio generalis non dat potestatem corrigendi admonendi,& priuandi beneficijs. *de officio vicarij in 6. c. Licet.*
Commissio generalis non affert potestatem conferendi beneficia. *de officio vicarij in 6. c. fin.*
Commissione facta consensu partium, si vna pars procurat secundam commissionem, nullæ facta mentione de priori, tenetur ad reficiendum expensas alteri parti. *De rescriptis cap. Cæterum.*
Valet si habens primam noluit ea vti per vnum annum. *ib. cap. Plerumque.*
Commissio posterior non facta mentione de prima, valet si habens primam, dolo, vel fraude illa non vult vti. *De rescriptis cap. Si autem.*
Commissio posterior sine mentione prioris, valet si prima fuit generalis, secunda sit specialis. *De rescriptis c. Pastoralis. §. Quoniam.*
Commissio generalis de rebus, vel personis fieri non potest, nisi explicentur. *ibidem.*
Commissionem secundam procurans, non facta mentione de priori, careat vtraque. *de rescriptis c. Ex tenore.*
Commissio generalis facta de vilioribus rebus, aut personis, non includit nobiliores. *ibid. c. Sedes Apostolica.*
Commissio facta pluribus, cum clausula (quod si non omnes) intelligitur de impedimento iuris, & facti. *De rescriptis cap. Scisciatus.*
Commissio secunda reuocat primam, & quando. *ibid. cap. Cum contingat.*
Commissiones factæ incertis iudicibus, sunt nullæ. *De rescriptis cap. Ad hæc.*
Commissiones de causis futuris, sunt nullæ. *ib. c. Ad hæc.*
Commissio facta à Papa, nisi faciat mentionem de priore, nullius est roboris, & primus iudex non impeditur. *de rescriptis c. Cæterum, & c. Ex tenore.*
Commissiones Papæ continentes falsitatem latinitatis falsæ sunt censendæ, *ibid. c. Ad audientiam.*
Commissionem Papæ obtinens,non potest trahere partem extra diœcesim vltra duas dietas, nisi partes conuenerint. *de rescriptis c. Nonnulli.*
Commissionis literæ obtentæ à Papa, non se extendunt ad alios, qui non habent interesse in causa. neque ad futuras causas, quæ non erant exortæ tempore controuersiæ, alias qui eas obtinet, tenetur ad expensas, & priuatur commodo rescripti. *ibid. c. fin.*
Commissionibus duabus factis, vna in causa principali, alia in causa appellationis, si oritur contentio, iudex appellationis cognoscit de validitate appellationis. *de rescriptis cap. Dilectus filius il 2.*
Commissio ad lites impetrata absque mandato Domini, est nulla. *ibid. c. Nonnulli §. Sunt & alij.*
Commissio impetrata à procuratore, cuius mandatum erat reuocatum, nulla est, excepto si reuocatio non peruenerit ad iudicis vel partis notitiam. *De rescriptis cap. Ex parte decani.*
Commissio habita in personas diœcesis,non se extendit in personas ciuitatis. *ibid. c. Rodulfus.*
Commissio contra aliquem, si hic moritur, non se extendit ad personam successoris, etiam si per clausulam, & *quidam alij*, facta sit commissio. *ib. c. significauit.*
Commissione data de finienda causa intra terminum, seu certum tempus, terminus incipit currere à receptione literarum à iudice commissario. *De appellat. & recusat. cap. Super eo il 2.*
Commissione facta cum particula *Appellatione remota*, in vno articulo, intelligitur remota in omnibus. *ibid. c. Secundo requiris.*
Commissione facta cum clausula *Appellatione remota*, si negotia sint plura, quæ non se contingunt, & illa clausula ponitur in medio, complectitur præmissa tantum, nisi etiam in fine replicetur. *de appellat. & recusat. c. Inquisitioni.*
Commissio contra Episcopum, cui,quando, & quomodo facienda. Vide, *Episcoporum causæ*.
Commissio facta à Papa non tollit vlli ius quæsitum. *Vrb. 8. const. 6. Sanctissimus c. 18.*
Commissiones causarum, occasione concessionum literarum Apostolicarum de beneficijs pro quibus literæ factæ non fuerunt, nullæ sunt, & nulli processus. *Vrb. 8. ib. c. 31.*
Commissiones non faciendæ in Cancellaria Apostolica post conclusionem. *Vrb. 8. const. 6. vbi supra c. 38.*
Commissio iurisdictionis Ecclesiasticæ, quibus fieri debet. Vide, *Ecclesiastica*. Vide, *Iurisdictio*. Vide, *Apostolicæ sedes*. Vide, *Delegatio*. Vide, *Delegati*. Vide, *Ecclesiastica iurisdictio*. Vide, *Literæ Apostolicæ*.

Commissarius.

Commissarij qui à Romana curia expediuntur ad quid tenentur. *Paulus V. constit. 71. tit. de commissarijs*. In quo omnia diffusè, & per extensum.
Commissarij super appellatione in causis beneficialibus,quando dandi. Vide, *Appellatio*.
Commissariorum Papæ morientium beneficia vacant in curia. *Extrau. de election. c. Ex debito*.
Commissarij nunciorum Papæ, & à quo puniendi, si delinquunt. Vide, *Nuncij Papæ*.
Commissarij in statu Ecclesiæ debent assumere notarios de Confraternitate caritatis. *Greg. 15. constit. 17. Exigit*.
Commissarius cameræ. Vide, *Camera*. Vide, *Ecclesiastica iurisdict.*

Commissarius fabricæ sancti Petri.

Vide, *Fabrica sancti Petri*.

Commissarij Nuncij Apostolici Neapolis.

Vide, *Nuncius Neapolis*. Et à quo puniendi. *ibid.*

Commodum.

Commodum sentiens debet sentire incommodum, & è contra. *de regulis iuris in 6. r. 55.*

Commodatarius.

Commodatarius tenetur etiam de leui culpa tribus casibus exceptis. *de commodato. c. vnico*.
Commodatario non debet imputari casus fortuitus, si ipse non fuit in culpa, vel mora. *ibid.*
Contra commodatarium agi non potest, nisi expleto vsu. *ibidem*.

Communio Eucharistiaca.

Communicare ter in anno (olim) tenebatur quisque fidelis. *de consecr. dist. 2. c. Et si non. post ep. 3. Fabiani Papæ*. Et sic non faciens non habebatur pro christiano. *ibid. & de consecr. dist. 2. c. Sæculares*.
Communicare quotidie, olim, alicubi erat vsus. *Dist. 12. c. Illa autem*. Et hoc fiebat sub vtraque specie. *ibid.*
Communicare semel in anno in cœna Domini tenetur christianus nunc. *de consecr. dist. 2. c. In cœna. De pœnitentijs, & remiss. c. Omnis vtriusque*.
Communicantes in aliquo die hebdomadæ sanctæ, vel infra octauam Paschatis, satisfaciunt præcepto annuæ communionis. *Eugenius 4. const. 20. Fide digna*.
Communicare debebant olim omnes ministri altaris quoties assistebant sacrificio, vel adducere excusationem cur non fecerunt sub pœna excommunicationis. *conc. quod dicitur Apostolorum c. 9.*

Communicare debebant olim omnes fideles conuenientes ad Ecclesiam in solemnitatibus, & vsque ad finem perseuerare sub pœna excommunicationis. *ibid. cap.* 10. *Concil. Tolet.* 1. *cap.* 13.

Communicare quisque tenetur in propria prouincia, alias puniatur. *concil. Mileuit. c.* 18.

Communicare nullus potest in aliena Ecclesia sine literis sui Episcopi. *concil. Carthag.* 1. *c.* 7.

Communicare in altari solis ministris altaris licet. *concil. Laodic. c.* 19.

Communicaturus abstineat ab vxore per tres saltem dies, *Post concil. Elibert.*

Communionem ab Hæretico accipienti quæ pœna danda. 24. *q.* 1. *c. Si quis dederit.*

Communionem ab Hæretico accipiens mortem accipit. *ibid. c. Cepit Ermenegildus.*

Communio peregrina, id est, laica danda clerico furanti oblationes Ecclesiarum. 13. *q.* 2. *Clerici.*

Communio nulli neganda in fine vitæ si pœniter. *Innoc.* 1. *ep.* 3. *cap.* 2.

Communicandi obligatio, dispositio (distinctè) Vide, *Eucharistia.*

Communio sub vtraque specie.

Communio Eucharistica in primitiua Ecclesia à quolibet fiebat sub vtraque specie, *concil. constantiense gener. sess.* 13. *c.* 1. *dist.* 12. *c. Illa autem.* Vide, *Sanguis Christi.*

Nunc verò à Sacerdote tantum consecrante facienda est sub vtraque specie à laicis verò sub specie panis tantum. *ibid.*

Asserens communionem Eucharistiæ esse faciendam sub vtraque specie etiam à laicis, vt hæreticus, vel suspectus de hæresi est puniendus. *concil. constantiens. sess. vlt. in constit. Mart.* 5.

Communio sub vtraque specie, an debeat alicui personæ, vel nationi permitti remittitur prudentiæ Papæ. *Concil. Trid. sess.* 22. *de refor. in fine.*

Vide, *Sanguis Christi.* Vide, *Eucharistia.*

Communicare cum excommunicatis, vel alijs, quando est illicitum, &c.

Communicandum non est, cum quibus Episcopus non communicat. *Vrbanus in epist. decret.* 11. *q.* 3. *c. Quibus.*

Communicans cum excommunicato, excommunicatur. *concil. carthag.* 4. *c.* 73. *concil. Nicen. ex Arabico c.* 27. 11. *quæst.* 4. *cap. Si quis frater. c. Qui merito. cap. Excellentissimus.*

Communicans cum excommunicato in crimine damnabili excommunicatur excommunicatione maiori. *De sent. excommunic. c. Si concubinæ.*

Communicans excommunicato in necessarijs non excommunicatur. *ibid. c. Si verè.*

Neque qui communicat sine culpa, 11. *q.* 3. *c. Quoniam multos.*

Communicare non dicitur excommunicato, qui ex animo non consentit. 11. *q.* 3. *c. Quod prædecessor.*

Communicantes cum excommunicatis quomodo puniendi. 11. *q.* 3. *c. Sancti quippe.*

Communicari non potest cum mortuis, si cum ijs viuis non poterat communicari. 24. *q.* 2. *cap. sanè quod.* Potest verò communicari per orationes, eleemosynas & alia suffragia, si cum viuis poterat, *ibid. & cap. Sanè, & cap. Nec quisquam.*

Communicandum non est cum communicantibus excommunicatis. 11. *q.* 3. *cap. Rogo.*

Communio nulli neganda in fine vitæ, si pœniteat. *Innoc.* 1. *epist.* 3. *cap.* 2.

Communio restituenda est cessante causa excommunicationis. *Innoc.* 1. *epist.* 16.

Vide, *Excommunicatus.*

Communitas.

Communitas ab Ecclesia regulariter non punitur. 23. *q.* 4. *c. Non potest.*

Communitate delinquente quomodo procedendum in punitione. *concil. Later.* 3. *in append. p.* 50. *c.* 51.

Communitates status Ecclesiastici. Vide, *Ecclesiasticus status.*

Communitati derogare non potest pactum priuatorum, neque illi præiudicat. *De foro compet. c. Si diligenti.*

Compositio.

Compositio fieri non potest super beneficio, vel causa beneficialia. *De transactionibus, c. Constitutus.* Vide, *Beneficium.*

Fieri potest amicabilis compositio. *ibid. c. Super eo.*

Compositio super decimis. Vide, *Decimæ.* Vide, *Transactio.*

Compositioni factæ ab Episcopo necessariæ Ecclesiæ consentiente capitulo, non potest hoc contradicere. *De transaction. c. Contingit.*

Compositione facta à clerico cum aduersario ex iudicis sententia, si non est iuri contraria, Ecclesia eius seu beneficium remanet censuale durante vita eius. *ibid. c. De cætero.* Vide, *Beneficia.*

Compositio seu transactio fieri nequit in matrimonio. *cap. fin. De transactionibus.*

Compositio facta pro clerici occisione, soluenda est Episcopo, qui medietatem Ecclesiæ applicet, & aliam pro eleemosynis. *De pœnis. c. Presbyteri.*

Compositio à Romanis in Dataria soluí non debet pro derogatione statuti circa taxam dotium. *Innoc.* 9. *const.* 2. *Quæ ab hac sancta.*

Compositiones inter hæredes Episcopi, & cameram Apostolicam fieri possunt Romæ à Thesaurario. *Sixt.* 5. *const.* 100. *In conferendis.*

Compositiones pacis impediri non possunt à personis Ecclesiasticis. *concil. Londin.* 2. *c.* 22.

Pro compositione pacis nihil potest exigi à partibus. *ibid.*

Compromissum, Compromittens, & Compromissarius.

Compromittentes aliquid in manu alterius, stare tenentur eius prouisioni. *De elect. c. causam.*

Compromissio facta de electione facienda, re non integra non potest retractari. *ibid. cap. In causis.* Res integra est si negotium non sit inceptum.

Compromittentes de electione, tenentur recipere electum à compromissario, nisi constet electum fuisse contra formam compromissi. *ibid. cap. cum dilectus.*

Si compromissarij sunt septem, & tres eligunt quartum, si hic consenserit, est electus. *De elect. c. Cum in iure.*

Compromissio electionis, &c. fieri nequit in muliere. *De arbitris c. Dilecti filij.*

Compromissio facta duobus, alterutro moriente, expirat. *ibid. c. Ex parte, & c. fin.*

Si tamen superstes eligitur, habet aliquod ius. *ibid.*

Compromissio facta cum clausula. (*Quod si oritur discordia, sumatur tertius super illos*) non valet. *De arbitris c. Innotuit.*

Compromissio facta in vnum vel in plures, *& in alios quos illi plures assumpserint*, valet, *ibid. c. Cum à nobis.*

Compromissum ante latam sententiam finitur per mortem compromittentis; neque extenditur in hæredes, nisi hoc in eo fuerit expressum. *De arbitris c. fin.*

Compromissio facta per arbitros ab omnibus est pronuntianda. *De elect. in sexto c. Sicut cum.*

Compromissio facta cum præiudicio Ecclesiæ, non valet. *de arbitris c. Cum tempore.*

Compromissio de spiritualibus fieri nequit in laico. *ibid. cap. contingit. concil. Later.* 4. *c.* 40.

Compromissione fieri potest electio. Vide, *Electio.*

Compromissario eligente eum, in quem maior pars non consenserat, non valet electio. *De elect. in* 6. *c. Si cui.*

Compromissario eligente indignum, electio deuoluitur ad eligentes. *ibid. c. Si compromissarius.*

Compromissario differente eligere intra definitum tempus, deuoluitur potestas ad primum superiorem. *ibid.*

Vide, *Arbitri.* Vide, *Electio.* Vide, *Sententia.*

Com-

Compunctio.

Compunctio duplex est: quedam propter Deum, quędam propter pœnas. *Gregor. 1. l. 6. ep. 23.*
Vide, *Attritio*. Vide, *Contritio*. Vide, *Dolor*. Vide, *Pœnitentia*.

Compurgatores.

Compurgatores dicuntur, qui infamatum, & suspectum, non tamen conuictum, cum iuramento purgant. *De purgat. canonica, c. Cum P. Manconella.*
Compurgatores tenentur iurare, quod purgans sit à crimine immunis, id est, quod credant ipsum verum dicere, cum negat iurando. *ibid. c. Quoties. c. De testibus.*
Compurgatores debent esse bonæ famæ, & non suspecti, quod amore purgantis, vel odio partis, &c. id faciant. *ibidem. c. Inter, & cap. Constitutus.*
Compurgatores debent esse personæ vicinæ, & honestæ. *ibid. c. Cum dilectos, & c. Inter.*
Debent cognoscere eum, quem purgant. *ibid. cap. Cum P. Manconella, & c. Constitutus.*
Compurgatores non dandi in crimine notorio. *ib. cum dilectis.*
Vide, *Purgare*.

Conceptus, Conceptio.

Conceptus ex viro, & muliere, incurrit peccatum originale. *De consec. dist. 4. Firmissimè.*
Vide, *Originale peccatum*.

Conceptio Christi.

Conceptionem Christi de Spiritu Sancto negantes, quomodo tractandi, ac puniendi. *Paulus 4. const. 4. cum quorumdam. Clem. 8. const. 97.* Et quando tradendi curiæ sæculari. *ibid.*
Vide, *Christi conceptio*.

Conceptio B. Mariæ virginis.

Conceptionem B. Mariæ sine peccato originali defendentes, si dicunt, aut prædicant, quod authores, vel alij defendentes oppositum sunt hæretici, vel peccant mortaliter, incurrunt excommunic. reseruatam Papæ.
Ita è contra, qui tenent fuisse conceptam cum originali, si dicunt esse hæreticos, vel peccare mortaliter, qui tenent oppositam, incurrunt in excommunicationem Papæ reseruatam. *Sixtus 4. Extrau. De reliquijs, & veneratione Sanctorum, c. Graue nimis. concil. Trid. sess. 5.* in decreto de peccato originali dicit sic in fine: *Declarat hæc ipsa S. Synodus non esse suæ intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, B. immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem, sed obseruandas esse constitutiones felicis recordationis Sixti Papæ 4. sub pœnis in eis constitutionibus contentis, quas innouat.*
De conceptione B. Mariæ sine, vel cum originali facta, disputari non potest publicè. *Pius 5. const. 114. Super speculam.* Neque scribi, aut dictari vulgari sermone. *ibid.*
Neutra sententia dicenda est erronea. & pœnæ tam clericis, quàm laicis contrauenientibus. *ibid.*
Confirmantur hæc omnia *à Paulo 5. const. 97. Regis pacifici.* Et contra delinquentes procedunt Inquisitores. *ibid.*
In publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, asseri non potest, quod B. Maria fuerit concepta cum peccato originali. *Paulus 5. const. 105. Sanctissimus.* Quæ pœnæ eædem sunt, quas statuit *Sixtus 4. ibid.* Declarat tamen Papa, quod per hoc non intendit afferre præiudicium sententiæ tenenti quod concepta sit cum originali, sed relinquit eam in statu suo.
Et qui tenent oppositam in actis publicis, scilicet concionibus, vel lectionibus, non possunt impugnare eam, quę dicit quod cum originali fuit concepta, neque de ea possunt tractare. *ib.* Et inquisitores procedant contra ipsos contrafacientes.
Gregorius 25. const. 29. Sanctissimus, Statuit, vt nullus neque sæcularis, neque regularis, audeat neque priuatè, siue in

sermonibus, siue in scriptis asserere, quod B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali. *ita §. 2.* At subdit quod per hoc non intendit reprobare opinionem hanc, neque vllum ei præiudicium afferre. *ibid.* Præterea præcepit, vt officium *Conceptionis* B. Mariæ non possit sub alio titulo vel nomine celebrari. *ibid. §. 4.* & contra facientes ab Ordinarijs, & Inquisitoribus sunt puniendi. *§. 6.*
Idem *Gregor. 15. sub const. 29.* præfata *in additione*. concedit PP. Ordinis Prædicatorum vt in priuatis suis sermonibus inter se & non cum alijs, nec inter alios tractare, & discurrere possint an B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali.

Conceptionis Beatæ Mariæ officium.

Sixtus 4. const. Extrau. de reliquijs, & venerat. Sanctorum. c. Cum præexcelsa. Concessit, vt qui in festo Conceptionis B. Mariæ recitaret missam, & officium Conceptionis compositam à magistro Leonardo de Nogarolis Notarij Apostolici, & fideles, qui dictæ missæ & officio interfuerint in die, & per octauas, quoties id facerent lucrarentur eamdem indulgentiam & remissionem peccatorum quam concessit *Vrban. 4. & Martinus 5.* pro solemnitate, & octauis Corporis Christi.
Officium Conceptionis B. Mariæ Virginis in eius die non potest sub alio titulo, aut nomine celebrari, nisi sub titulo conceptionis. *Gregor. 15. const. 29. Sanctissimus. §. 4.*

Conceptionis B. M. Virginis militia, & equites.

Conceptionis B. Mariæ Virginis immaculatæ militia erigitur sub regula sancti Francisci. Magnus magister assignatur, nouitiatus, qualitates equitum, modus gubernandi, institutum eius, & alia ad id pertinentia. *Vrbanus 8. const. 11. Imperscrutabilis, per §§. 21.* Ampliatio facultatis magni magistri. *ibid. in additione, & declaratione sequenti.*

Concessio.

Concessa pro necessitate, cessant necessitate cessante. *1. q. 1. c. Quod pro necessitate.*
Concessione generali non conceduntur ea quæ quis verisimiliter non erat concessurus. *De regulis iuris in sexto c. 81.*
Concessa in necessitate, non possunt trahi in exemplum. *ibid. regula 78.*
Concedere nullus potest magis quam sibi competat. *ibid. regula 70.*
Concessiones Sedis Apostolicæ, quid requirunt vt faciant fidem. Vide, *Scripturæ*.
Concessiones factæ ab Episcopis antecessoribus contra canones possunt reuocari à successore. *Honorius 3. ex Cirone, De rebus Ecclesiæ non alienand. c. 2.*

Concilia generalia hucvsque celebrata.

Concilium generale 1. *Nicænum 1. sub S. Siluestro* contra Arium & alios dicentes Christum esse creaturam, & non Deum, celebratum Nicæ anno 325. cum Episcopis 318. *dist. 15. c. Canones. tom. 1. Conciliorum.*
Concilium generale 2. *Constantinopolit. 1.* contra Macedonium negantem diuinitatem Spiritus Sancti, ibi celebratum *tempore Damasi* ann. 383. cum Episcopis 150. *dist. 15. Canones. tom. 1. Concil.*
Concilium generale 3. *Ephesinum 1. sub Cælestino I.* contra Nestorium dicentem in Christo esse duas personas, & Mariam non esse matrem Dei anno 431. cum Episcopis supra 200. Ephesi. *dist. 15. Canones. tom. 1. concil.*
Concilium generale 4. *Calcedonense tempore sancti Leonis Magni*, Calcedone celebratum contra Eutychium negantem duas naturas in Christo anno 451. *ibid. c. Canones* per Episcopos 630. *tom. 2. concil.*
Concilium generale 5. *constantinopolit. 2. sub Vigilio*, celebratum anno 553. per Episcopos 160. non fecit canones, sed

propter tria capita congregatum; at à Vigilio confirmatum fuit. *dist.16. cap.Quoniam.* in tomo 2. Conciliorum habetur epistola Vigilij.

Concilium generale 6.*Constantinop.3. sub Agathone*, contra Monothelitas dicentes vnam voluntatem vnamque operationem esse in Christo, celebratum ann.681. per Episcopos 189. *dist.16. c. Habeo tom.3.Concil. p.1.*

Concilium generale 7.*Nican.2.sub Adriano I.* contra Ieonomachos, id est, eos qui imaginum adorationem ac venerationem negabant,celebratum anno 787. per Episcopos 350. *dist.15. c.Sancta. tom.3. Concil.p.1.*

Concilium generale 8. *Constantinopol.4. sub Adriano 2.* contra Photium, & Schismaticos celebratum anno 869. per Episcopos 202. *dist.16. cap. Prima autem to.3. Conc.par.1.*

Sequuntur Occidentalia.

Concilium generale 9. *Lateran. 1. sub Calisto 2.* celebratum Romæ ann.1119.pro multis,& Ecclesiastica disciplina cum Episcopis 426.In vita & epistola Calisti 2. *tom.3. concil.p.2.*

Concilium generale 10. *Lateran.2. sub Innocentio 2.* celebratum anno 1139. in vita & epistola Innocentij 2. *tom.3. concil. part.2.*

Concilium generale 11. *Later.3.sub Alexandro 3.* ann.1180. cum Episcopis 300. in vita & epistola Alexandri 3. *tom.3. Concil. part.2.*

Concilium generale 12. *Lateran.4. sub Innocentio 3.* celebratum anno 1215. cum Episcopis 400. in vita & epistola Innocentij 3. *tom.3.Concil.p.2.*

Concilium generale 13. *Lugdunense 1. sub Innocentio 4.* celebratum anno 1245. cum Episcopis 140. in vita & epistola Innocentij 4. *tom.3. Concil.p.2.*

Concilium generale 14. *Lugdunense 2. sub Gregorio 10.* anno 1274. celebratum, cum Episcopis 700. in vita & epistola Gregorij 10. *tom.3. Concil. p.2.*

Concilium generale 15. *Viennese sub Clemente 5.* anno 1311. celebratum per Episcopos 300. in vita, & epistola Clementis 5. *tom.3. concil. p.2.*

Concilium generale 16.*Constantiense* congregatum *sub Ioanne 23.* & completum *sub Martino 5.* anno 1414. cum Episcopis 240.*tom.3.conc.p.2.* in vita Martini 5. & Ioannis 23.

Concilium generale *Florentinum* 17. *sub Eugenio 4.* præsente etiam Patriarcha Constantinopolitano,& Imperatore Greco celebratum anno 1439. cum Episcopis 141. in vita Eugenij 4. *tom.4. concil.*

Concilium generale 18. *Lateran. 5. sub Iulio 2. & Leone 10.* anno 1512. cum Episcopis 114.in vita Leonis X.*to.4. conc.*

Concilium generale 19. *Tridentinum* inchoatum *sub Paulo 3.* anno 1545. & completum *sub Pio 4.* anno 1563. *in tom. 4. concil.*

Nota, quod Concilium Sardicense coactum Sardicæ in Illyrico, fuit generale receptum *ex dist.16. c.Quod dicitis*, factum post Nicænum primum anno 347. Sed non auget numerum, quia fuit confirmatio Nicæni. Vide, *Synodus.*

Concilia Generalia à quo conuocanda vt sint legitima.

Concilium generale celebrari non potest sine sententia, id est, licentia Papæ alias est nullum. *concil. Nicænum 1. ex Iulio 1. epist.1. concil. Calcedonense act.1.* (alias damnatur qui illud congregat; & est irritum, *ibid.) Iulius 1. ep.2.& c.29. ac 30. Hormisda ep.2.ad Anastasium Imperatorem. Marcellus 1. ep.1. Damasus ep.4. Nicolaus 1. ep. 8. & 38. Gregorius 7. lib.2. post ep.55. Iulius 2. in Bulla indictionis concil. Later.5. idem concil. Lateran.5. sess.2. in bulla & sess. 11. const.3. Pater æternus. concil. constantiense sess.39.dist. 17. c. Synodum. cap. Regula. c. Huic soli. c. Multis. & c. Nec licuit. causa 2. q.6. c.Ideo huic, &c. 3. q.6. c. Dudum. Leo 9. ep.3. & const.2. cum ex venerabilium.*

Concilia non congreganda ab Imperatore: sed hic orat, vt fiant. *Nicolaus 1. ep.8. circa finem, & ep.38.*

Concilij generalis præsidens pro Papa, etiam si sit diaconus vel clericus præcedit omnes. *Eugenius 4. constit. 15. Non mediocri. §.13.* Vide, *Synodus.*

Concilia Generalia à quo confirmanda vt sint valida.

Concilium generale à Romano Pontifice debet confirmari, vt habeat robur. *concil. Nicænum 1. in epist.ad Siluestrum. Damasus ep.4. concil. calcedon. in ep. synodali.* Etiamsi in Concilio præsederint Legati Papæ *ibid.* item *Vigilius* Papa in constitutione *In sancta Synodo. Nicolaus 1. epist.7.& 8. Gregorius 1. l.7. ex regest. ep.70. Gelasius opusc. de Anath. vinculo. dist.17. c. Regula & alijs capp.ibid. concil. Later. 5. sess.11. const.3. Pater æternus.*

Concilia octo facta in Oriente fuerunt confirmata à Papa. *dist.16. cap.Sancta octo. Leo 9. ep.5.*

Conciliorum decreta quæ non fiunt de consensu Papæ, reuocantur à Papa. *Gelasius epist.13.*

Conciliorum Generalium sanctitas, & authoritas ad definiendum, & obligandum.

In Concilio gener. Spiritus sanctus loquitur. *Post ep.1. Hormisdæ c.1.*

Concilijs est præsens Spiritus sanctus. *Vigil. ep.9.* Eis promissa est à Deo assistentia. *Vigilius ep.11.*

Concilij generalis authoritas, si legitimum, & confirmatum, est velut authoritas Euangelij. *dist.15. cap. Sicut Sancti Euangelij.*

Concilia generalia non possunt præfigere authoritatem Ecclesiæ Romanæ. *De elect. &c. cap. Significasti.*

Concilia non habent robur ex multitudine personarum, sed ex authoritate. *Nicol.1. epist.8.*

Concilia generalia habent robur à Romano Pontifice. *concil. Later.5. sess.11. const.3. Pater æternus.* alias non obligat. *Pius 2. in Bulla Retractationum. De elect. &c. c. Significasti.*

Concilia generalia obligant omnes ad recipiendum illa, & obseruandum eorum decreta. *Leo 2. epist.2. Iulius 1. ep.1.* eius decreta contemnentes excommunicantur. *ibid. Agapitus ep.6. concil. Toletan.3. c.22.*

Concilij generalis decreta inuiolabiliter ab omnibus obseruanda. *Agapitus ep.6. concil. calcedonen.act.10. c.1. Pelagius 2. ep.7.* Non recipiens illa, est anathema. *concil. Tolet. 3. c.22. causa 25. q.1. c. A sanctis. Leo 10. in constitut.40. Exurge.*

Concilij Tridentini decreta ab omnibus obseruanda, & hoc iurare debent omnes Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, &c. in primo Concilio Prouinciali, quod fit post suam promotionem, & qui non iurant denunciandi sunt Papæ. *concil.Trident. sess.25.de refor. c.2.*

Vide, *Tridentin. concil.*

Concilium generale quid debet, & potest decernere, & qua firmitate.

Concilium generale tractare debet, quod præcipit Papa. *Gelas. Opusc. de anath. vinculo.*

Concil. gener. tractare, & decernere potest de rebus, & doctrina fidei, de moribus, & de reformatione. *Concil. Stononense c.3. concil. Sabinense c.2.*

Concilij generalis à Papa confirmati definitio est infallibilis. *Leo 10. const.40. Exurge. conc. Senon. c.3.* & contrarium dicere est hæresis: idem *Senon. ibid.*

Concilium generale numquam determinat doctrinam contrariam alijs concilijs. *Vigilius ep.12.*

Vide, *Papa circa res fidei.*

Concilium quando dicitur generale, & quando non.

Concil. generale dicitur solum, quod Papæ mandato est congregatum. *Gregor.7. lib.2. post ep.55.*

Conciliorum generalium conuocandorum, & celebrandorum ordo, & ritus.

Concilijs interesse non possunt laici, neque Rex, aut Imperator. *Nicolaus 1.ep.9.concil.Hispal.2.c.4. conc.Turon.2.c.4.*

In

In concilijs præceditur iuxta antianitatem ordinationum in Episcopatu. *dist.17. cap.vl.Concil. Hispal. 2. c.4.* diffusè. *Pius 4.const.24. Sicut*. Sed Præsidens pro Papa, siue sit diaconus, siue clericus, præcedit omnes Episcopos, & alios. *Eugen.4. const.15. Non mediocri* §.13.
Cùm celebrandum est Concilium Patres Concilij, per triduum antequam incipiant, vacare debent ieiunio, orationibus, & eleemosynis, plus solito. *concil. Rauenn.3. post Clem.5. c.16.*
In concilijs, quod decernit maior, vel sanior pars, est conclusum. *conc.Later.3. c.16. Tolet.8. c.12.*
In Concilijs ante omnia legendæ sunt litteræ Papæ. *Nicol. I. epist.9.*
Conciliorum acta subscribenda ab omnibus Episcopis. *dist. 17. cap.Episcopos.*
Prælati præsentes concilio, non possunt molestari ab vllo in alijs causis. Vide, *Prælati.*
Ad concilium nihil ferre cogantur Presbyteri. *dist. 18. cap. De Eulogijs.*

Ad concilia Generalia qui tenentur ire, & qui possunt ire.

Episcopi omnes tenentur ire ad Concilia gener. Et qui infirmi sunt, aut alias impediti, tenentur mittere alios pro se; quod si negligunt, excommunicandi sunt. *concil. Carthag.1. c.10. concil.African. cap.43. conc.Aurelian.5.c.28.* Sub pœna suspensionis à Missa per sex menses. *ibidem*, & *dist.18. cap. Placuit il 2.*
Si sit schisma, vt duo se gerant pro Papa, etiam *isti* debent ire ad Concilium, sed nullus eorum præsidet, neque eis præstetur obedientia, donec finiatur schisma. *Conc. Constant. sess. 39.*
Ad Concilium accedere possunt omnes, qui se tenent offensos. *dist. 18. c. Propter.*
Euntes ad Concilium si sunt beneficiati possunt fructus beneficiorum percipere (except is distributionibus) ac si essent residentes. *conc. Constantiense sess. 19. circa finem.*
Concilij Patres multa priuilegia habent. Vide, *Prælati.*

A Concilio quando discedendum.

Discedens à Concilio antequam sit finitum, excommunicetur. *dist. 18. c. Si quis autem. conc. Aurelian.5. c.18. conc. Vormatien. 1. c. 16.*
Vel sine licentia Concilij. *conc. constant. sess. 14.*

Concilia Generalia quando & pro quo congregandum.

Concilium generale congregandum pro doctrina fidei, quando in scriptura non reperitur, quod quæritur, *dist. 20. c. de quibus causis.* Secundo, pro succurrenda Terra Sancta. *Gregor. X. const. 1. Saluator.*
Sed reuocatum est hoc, vt in fine huius tituli.
Concilium generale congregatur pro fide, pro moribus, & pro reformatione. *conc. Senon. c.3. conc. Sabin. c.2.*
Concilium generale quolibet decennio esse celebrandum posse tamen à Pontifice Romano restringi tempus, & locum, & mutari hæc statuit. *conc. Constantiense sess. 39.*
Concilium generale non est celebrandum quolibet decennio, vt ait Concilium Constantiense, sed quando est necessitas. *Iul. 2. constit. 31. cum inchoatam.*
Sed per Papam esse publicandum, & intimandum. *ibid.*
Si sit schisma in Ecclesia, vt duo se gerant pro Papa, congregandum est Concilium, ad quod ire tenentur omnes, qui habent ius suffragij. Dies indicti Concilij intelligitur esse illa, in qua alter assumit insignia Pontificalia. Qui se Papam dicunt tenentur ire ad Concilium, & nullus eorum potest præsidere; neque ab aliquo est eis danda obedientia; nec habent iurisdictionem, donec terminetur schisma, & alia quæ in dicto casu sunt agenda. *conc. constant. sess. 39.*
Concilium generale conuocandum, si Cardinales post electionem Papæ dicunt se per metum elegisse aliquem in Papam, & quomodo id faciendum. *conc. constant. sess. 39.*
Concilium generale fit, vt Episcopi suas necessitates exponant, deinde facilius obseruanda inducant decreta in Ecclesijs. *Nicolaus 1. ep. 27.*
Vide, *Romanus Pontifex*. Vide, *Papæ electio*.

Concilium Generale vbi celebrandum.

Concilium generale faciendum in Ciuitate ampla, salubris aeris, facilis accessus, vbi ædificia sint accommodata, &c. *conc. Later. 5. sess. 11. const. 3.*

Concilium Generale non impediendum à Regibus, &c.

Princeps, vel alius impediens celebrationem Concilij gener. excommunicatur. *dist. 18. c. Quoniam. conc. Sabin. c. 2.* Ita qui impediunt euntes ad Concilium. *ibid.* Vel qui damnum inferunt euntibus. *ibidem.*

Conciliorum omnium decreta.

Concilij etiam generalis decreta, quæ fiunt absque consensu Papæ, possunt ab eo abrogari. *Gelas. ep. 13. Extrau. Ioan. 22. de verbor. signific. c. Quia quorumdam, in fine.*
Concilij decreta etiam facta, & confirmata à Papa (si non sint circa fidem) possunt abrogari à Papa. *Extrau. Ioann. 22. vbi supra.*
Concilij legitimi generalis decreta circa doctrinam, numquam sunt contraria alteri Concilio. *Vigilius ep. 12.*
Concilio finito quilibet Episcopus, qui fuit præsens, debet secum ferre decreta Concilij, & intra sex menses ea publicare suæ Ecclesiæ, & Clericis. *concil.Tolet.16. cap.8.dist.18. cap. Decernimus.*
Concilij Tridentini decreta obseruanda. Vide supra. *concil. Gener. sanctitas, & authoritas, in fine.*
Concilij Tridentini decreta circa mores, & disciplinam Ecclesiasticam possunt à Papa corrigi. *concil.Trid. sess.25. de refor. cap.21.*
Conciliorum generalium decreta non possunt ab alio abrogari, si facta sunt secundum Sacram Scripturam. *Gelasius const. Valde mirati §.16. & 17.*
Vide, *Tridentinum Concilium.*

Concilia Prouincialia, an facienda, & quando.

Concilia Prouincialia, scilicet in Prouincia facienda, quando necessitas postulat. *conc. Mileuit. c.9.* Quænam debent præcedere ante celebrationem Concilij Prouincialis. *De accusat. cap. Sicut olim.*
Concilia Prouincialia bis in anno facienda. *concil. Nicæn. 2. c.6. concil. calcedon. cap.19. concil. Antioch. cap.20. conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio cap.42. Gregor. I. lib.3. ep.9. dist.18. c.Peruenit, c.de concilijs, & alijs.*
Postea decretum est, vt semel in anno saltem fiant. *Gregor. I. lib.7. ex regist. ep. 120. lib.12. ep.32. Hormisda epist. 25. conc.Tolet. 4. c.3. concil.Arelat.3. c.1. Aurelian.5. cap.22. Cabilon.2. c.1.Tolet. 11. c.15. Tolet. 12. c.12. concil.Gener. Later.4. c.5. conc. Sabin. c. 2. Tolet. 22. c.1. de accus. cap. Sicut olim.*
Deinde Concilium 5. Lateranense Gener. statuit, vt Concilium Prouinciale ab Archiepiscopo, & Episcopis Prouinciæ, quolibet triennio celebretur. *Sess.10. constit.2. in fin. conc. Trident. sess.24. de refor. c.2.*
Concilia multa Prouincialia, quando celebrata. *dist.16. cap. Prima.*
Concilium dissolui non poterat (olim) sine intimatione alterius. *conc.Arausic.1. cap.vltimo.*
Vide, *Synodus.*

Concilia Prouincialia à quo conuocanda, & quo tempore anni.

Concilia Prouincialia à Metropolitano conuocanda sub pœna suspensionis à missa per vnum annum, *concil.Arelaten. 3. cap.1. concil.Emerit. c.5. conc.Tolet.22. c.1. conc.Antioch. cap.20.*

cap.20. concil. Sabinens. c.2. Sub pena suspensionis ab ingressu Ecclesiæ. *conc.Trid. sess.24. de reformat. cap.2. de accus. cap. Sicut olim.*

Concilia Prouincialia in quo anni tempore conuocanda. *dist. 18. cap. Habeatur.*

Si Metropolitanus sit impeditus, ab alio antiquiore Prouinciæ Episcopo conuocandum Concilium Prouinciale. *conc. Trident. sess.24. de refor. c.2. de accus. c.Sicut olim.*

Ad Prouinciale concilium, qui tenentur ire.

Omnes Episcopi Prouinciæ non impediti infirmitate, tenentur ire ad Concilia Prouincialia sub pena suspensionis à Missa per annum, nisi alium impediti mittant, & se excusent. *Concil.Emerit. c.5. concil.Arelat.3. cap.1. Tolet.11. c.15. concil. Hispal. 2. c.4. dist. 18. cap. Placuit il 2.* Si non cessant excommunicentur. *distin.18. cap. Si quis autem. concil. carthag.5. cap.10. concil.African. cap.43. conc. Tolet.22. cap.1.*

Presbyteri Cathedralis, & alij possunt ire ad concilium Prouinciale. *concil. Tarracon. cap.13. de concess. præbend. cap. fin.*

Episcopus, qui nullo subditur debet pro se mittere vnum ad tale Concilium. *Conc.Trid. sess.24. de refor. c.2.*

Capitula cathedralium tenetur ire. *de concess. præb. c.fin.*

Concilia Prouincialia propter quid congreganda.

Concilia Prouincialia congregantur pro morum, & disciplinæ reformatione, & pro causis Ecclesiasticis. *dist.18. cap. Propter. conc. Sabin. c.2.* & pro obseruantia statutorum. *ibid. conc. Trid. sess. 24. de reform. c.2.* & pro componendis controuersijs. *ibid.*

Concilium Prouinciale potest disponere de negotijs Prouinciæ, saluo iure Papæ, *Adrian.1. c.8.*

Concilium Prouinciale potest addere, minuere, & mutare, quæ sunt necessaria pro examine Parochorum. *Concil. Trid. sess. 24. de reform. c.18. in fine.*

Concilia Prouincialia, quo ritu facienda.

Concilij Prouincialis Patres per tres dies ante initium vacent eleemosynis, ieiunijs, & orationibus. *concil. Rauenn. 3. post Clem.V. c.16. conc. Hispalen. 2. c.4. & Salengunstadiense c.20.* Diffusè tractant de ritu, & ordine procedendi, & præcedendi in Concilijs.

Præcedendum iuxta antianitatem in Episcopatu, seu ordinatione. *dist.5. c.vlt.*

Si Episcopi non conueniant primas decidit. *Post epist.3. Bonifac. VI. 6. q.4. c. Si inter.*

Plurium sententiæ standum. *conc.Tolet.8. c.12.*

Laici non admittendi ad concilium. *concil.Turon. 2. c.4.*

Conciliorum Prouincialium authoritas, & obligatio quanta sit.

Concilia Prouincialia, nisi à Papa confirmentur, non habent robur. *dist.17. cap. concilia.*

Concilium Prouinciale potest disponere de negotijs Prouinciæ, saluo iure Papæ. *Adrian. I.c.8.*

Concilia Prouincialia possunt à Papa retractari. *conc. Nicænum ex Iulio I. c.19. & epist.2. c.21.* Possunt etiam per Papæ Vicarios retractari. *ibid. c.21.*

Concilia prouincialia in maioribus negotijs debent consulere Papam. *dist.17. c. concilia.*

Concil. prouincial. statuta obligant non ad culpam, sed ad pœnam. *conc. Toletan.21. cap.2.* Nisi aliter fuerit ab eis sancitum. *ibid.*

Conciliorum præfatorum decreta, quæ fiunt absque consensu Papæ abrogari possunt à Papa. *Gelasius ep.13.*

Concilij prouincialis sententia est maioris authoritatis, quam simplicis prælati singularis prouinciæ. *Clement. de sent. excomm. cap.1.*

A concilio Prouinciali non discedendum.

Nullus potest à concilio discedere, nisi eo completo, sub pena excommunicationis. *conc.Vormat.1. c.16. concil. Aurel.5. c.18. dist.18. c. Si quis autem.*

Conciliorum decreta.

Finito concilio prouinciali quilibet Episcopus intra sex menses tenetur publicare statuta concilij in sua Ecclesia. *conc. Tolet.18. c.8. dist.18. c. decernimus.*

Vide supra. *Conciliorum omnium decreta.*

Concilij Prouincialis Patres ad quid nunc tenentur.

Concilij Prouincialis patres tenentur recipere decreta Concilij Tridentini, & hæreses omnes in omnibus Concilijs damnatas damnare, ac Romano Pontifici obedientiam iurare, & si qui Episcopi nolint id facere, alij tenentur Papæ significare. Quilibet Episcopus, Archiepiscopus, Primas, & Patriarcha, tenetur ad hoc in primo Concilio, quod fit post suam promotionem. *Concil. Tridentin. sess.25. de reformat. cap.2.*

Concilium Synodale.

Concilium Synodale, seu Diœcesanum omni anno ab Episcopo faciendum, & pœna non facientis. *conc. Tolet. 22. c. 1. conc. Lateran. 5. sess. 10. const. 2. in fine. conc. Trident. sess. 24. de refor. c. 2.* Ad Synodum nihil ferre coguntur presbyteri. *dist. 18. c. de Concilijs.*

Vide, *Synodus.*

Conciliabulum.

Conciliabulum est illa congregatio Episcoporum, quæ adunatur inscio, vel contradicente Papa. *Pelagius 2. ep. 1. c. 1. Dist. 17. cap. Multis.* & à Papa annullatur. *Pelagius 2. const. unica. Manifesto.*

Conciliabulo præsentes si pœnitent, obtinent à Papa veniam. *Nicolaus 1. ep. 46.*

Conciliabulum Pisanum damnatur *à Iulius 2. const. 31. cum inchoatam.*

Conciliorum quorumdam, & canonum notitia.

Concilium Nicænum 1. teste S. Athanasio, qui ei interfuit, 70. canones fecit in honorem 70. discipulorum, & 70. linguarum. *dist. 16. c. Septuaginta.*

Sed viginti tantum nunc reperiuntur, & ideo Stephanus Papa miratur, quomodo alij exciderint. *dist. 16. c. Viginti tantum.* Vide, distinctius. *Nicænum.*

Concilium Sardicense recipitur. *dist. 16. c. Quod dicit.* Sed non auget numerum, nec computatur, quia in eo confirmatio Nicæni primi facta est.

Concilium Basileense reprobatur. *Pius 2. in lib. Retractationum. Leo X. in conc. Later. 5. sess. 11. const.3.* & eius acta nullius sunt valoris. *ibid.* Erat tamen indictum *à Martino 5. const.14. Dum onus*, Fuerat translatum Ferrariam *ab Eugenio 4. const. 11. Magnas.*

Concilium Constant. fuit continuatiuum Pisani. *conc. Constant. sess. 12.* Eius decreta fidei, & pro salute animarum circa mores, tenenda sunt, & credenda. *ibid. Mart. 5. sess. vlt. in const.*

Concil. Later. 5. indicitur *à Iulio 2. constit. 27. Sacrosancta.* Et confirmatur *à Leone X. const. 17. Constituti.*

Concilium Triden. intimatur *à Paulo 3. const. 33. Initio.*

Prosequutio præcipitur *à Pio 4. constit.23. Ad Ecclesiæ.*

Confirmatur *à Pio 4. const. 63. Benedictus Deus.*

Eius decreta positiua ex quo tempore cœperunt obligare. *Pius 4. const. 80. Sicut.*

Ordo seruatus à patribus Tridentinis in actibus publicis. *Pius 4. const. 24. Sicut.*

Concio.

Conciones audiendæ sunt à fidelibus, alias excommunicentur. *De consecrat. dist.* 1. *c. Sacerdote.*

Concionandum est Iudæis semel in hebdomada, qui tenentur ad concionem accedere, qui deputare concionatores. *Gregorius* 13. *constit.* 92. *Sancta Mater.*

Concionis tempore non potest in Ecclesia dici missa. *conc. colon.* 3. *par.* 2. *tit. Censuræ cap.* 19. neque deambulari. *ib. cap.* 23.

Concionante sacerdote nullus egrediatur ab Ecclesia, alias priuetur communione. *conc. Carthag.* 4. *c.* 24.

Concionator, eiusque obligatio. Vide, *Prædicator*. Vide, *prædicare*.

Concionum tempore in Ecclesijs separata, seù distincta sint loca virorum, & mulierum. *conc. Mediol.* 1. *tit. de prædicatione Verbi Dei.*

Concistorialia beneficia.

Vide, *Beneficia concistorialia.*

Conclaue pro electione Papæ.

Conclaue pro electione Papæ, quomodo constituendum, dirigendum, & gubernandum. quando Cardinales debent intrare; quomodo ibi manere, quot famulos habere, quomodo alimentari. an literas recipere, vel mittere, & quomodo; an alia negotia tractare: an possint ex eo exire ante electionem, an iterum admittendi. in qua ciuitate faciendum sit conclaue, in quo palatio: & alia pertinentia ad locum, & negotia conclauis, diffusè *Gregor. X. de elect. in* 6. *c. Vbi periculum.*

Alia pro regimine conclauis decreuit *Pius IV. constit.* 63. *In eligendis.* Vbi omnia diffusè.

Clarius, & diffusius ea omnia explicantur, & decernuntur *à Gregorio XV. const.* 19. *Decet Romanum.* & confirmantur *ab Vrbano VIII. const.* 45. *ad Romani.* Vide, *Electio Papæ.* Vide, *Cardinales in conclaui.*

Alia decreuit pro conclaui. *Clemens VI. const. Licet. & concil. constant. sess.* 41. vbi leges, & regulæ præfiguntur de regimine conclauis. Sed *Gregoriana constitut.* hodie obseruatur.

Conclaui inseruientes, quibus gratijs gaudent. *Clem.* 8. *constit.* 16. *Æquitati* §. 14. gaudent in multis, vt conclauistæ. *ibidem.*

Vide, *Conclauista.*

Conclauistæ, & eorum priuilegia.

Conclauistæ, *id est*, qui fuerunt in conclaui in seruitio Cardinalium pro electione Papæ, hæc habent priuilegia. Sunt familiares, & commensales Papæ. *Clem.* 8. *constitut.* 16. *Æquitati* §. 2. possunt eligere sibi vnam ciuitatem, ex qua velint esse, & fruuntur nobilitate illius, ac si essent originarij. §. 2. Nobilium Vrbis priuilegijs gaudent in literis, & expeditionibus Apostolicis. eximuntur à gabellis, pedagijs, subsidijs, &c. §. 3. non possunt super his molestari. §. 4. fructus indebitè accepti ex beneficio de præterito condonantur, §. 5. si absque tonsura, & clericali habitu incedant, etiam si habent beneficium, & pensiones, non incurrunt pœnas constitutionis *Sixti V.* §. 7. In expeditione litterarum pro gratijs, &c. Sedis Apostolicæ breuia, &c. gratis obtinent, §. 8. circa pensiones, quid possint disponere, §. 9.

Paulus V. constitut. 3. *Romanam*, illa confirmat, & alia concedit.

Gregor. XV. constit. 1. *Romanus*. eadem confirmat, & addit sequentia. Gaudent priuilegijs familiarium Papæ, sunt Notarij participantes, licet non ferant Rochetum. super perceptione indebita fructuum dispensat de præterito. item super irregularitatibus ex hoc contractis. legitimat patientes defectum natalium quouis modo, vt succedant in hæreditate, ac si nati essent legitimi; habilitat ad dignitates, & honores. pensiones quasdam sibi possunt reseruare in resignatione beneficiorum, & quomodo, *ibid.* §. 6. 7. & 8. possunt testari; si moriantur ab intestato, succedunt hæredes circa bona ex Ecclesia, licitè acquisita: ideo circa ea non subiacent spolijs, *ibid.* §. 10.

Vrban. 8. *const.* 1. *circumspecta*, confirmat omnia concessa conclauistis, & alia noua concedit, *per* §§. 22.

Eadem & alia insuper concessit conclauistis, *Alexander* 7. *const. Nos volentes, data sub die* 19. *Augusti* 1656.

Concubinarius, & concubinæ.

Concubinarius si habet vxorem fidelem, est excommunicandus. *conc. Tolet.* 1. *c.* 27. *conc. Aurelian.* 3. *c.* 9. *Nicolaus I. in decr. de impedim. matrim. cap.* 6. *conc. Sabin. cap.* 23. *de accusat. cap. cum dilectus.*

Concubinam ducens, mortua vxore, quomodo puniendus. *conc. Aurel.* 3. *c.* 9.

Concubinarius siue vxoratus, siue non, si non dimittit, excommunicandus. *concil. Turon.* 4. *cap.* 10. *concil. Tribur.* 1. *c.* 49. *conc. Trid. sess.* 24. *de reform. matrim. c.* 8. Debent tamen prius ter moneri; & postea excommunicari ab Episcopo, nec absolui, donec dimittat concubinam eiusque consuetudinem. *ibid.*

Concubinarius si post censuram per annum manet in concubinatu, grauius puniendus. *concil. Trid. ibid.*

Concubinarij per Episcopum separandi, ita vt nec simul habitent, nec commune aliquid habeant. *conc. Triburiens.* 1. *cap.* 49. *conc. Rom. sub Nicolao II. c.* 13.

Concubinarius communicans concubinæ excommunicatæ in crimine, excommunicationem maiorem incurrit. *De sent. excomm. c. Si concubinæ.*

Concubinarij non sunt tolerandi ob pecuniam. *concil. Colon.* 2. *par.* 13 *cap.* 8.

Concubinarij clerici, quomodo puniendi. *concil. Tolet.* 22. *cap.* 9. Non sunt capaces beneficiorum. *conc. Later.* 5. *sess.* 9. *Bull. de reform. curiæ c.* 3.

Si ter moniti non desistunt; vel aliam assumunt concubinam; priuandi sunt omnibus beneficijs, fiuntque inhabiles ad ea, & alia. Si dispensati denuo relabuntur, sunt prorsus inhabiles. *Conc. Later.* 5. *vbi supra. Leo X. const.* 7. *Supernæ.*

Eorum missa non audienda. *dist.* 32. *cap. Nullus. c. Præterea. conc. Colon.* 3. *tit. censuræ, &c. c.* 3.

Concubinarij non possunt accusare, vel denunciare. *de accusationib. c. cum dilectus.*

Concubinarij publici dicuntur illi, qui, vel per confessionem iuridicam, vel per euidentiam facti, vel per testes conuincuntur habere mulierem de incontinentia diffamatam, & moniti à superiore eam non dimittunt. *conc. Lateran.* 5. *sess.* 11. *const.* 2. *Primitiua.*

Concubinarijs quando est neganda Eucharistia.

Vide, *Eucharistia.*

Concubinarij Episcopi, quomodo puniendi. Vide, *Episcopi.*

Concubinæ semper fuerunt prohibitæ. 32. *q.* 2. *c. concubinæ.*

Concubinæ, siue solutæ, siue coniugatæ, si ter monitæ ab Ordinarijs, non parent, grauiter puniendæ, & extra Oppidum, vel Diœcesim eijciendæ, alijsque pœnis affligendæ statutis contra concubinarios. *concil. Trident. sess.* 24. *de reform. matrim. c.* 8.

Vide, *Maritus*. Vide, *Meretrix*.

Concupiscens, concupiscentia.

Concupiscens rem, vel vxorem alterius sola mente, est fur, & adulter. *Lib.* 1. *constitut. Apost. cap.* 1. 32. *q.* 5. *cap. Qui viderit.*

Concupiscentia in Baptismo non auferetur omninò, sed infirmatur. *de consecr. dist.* 4. *cap. Per Baptismum, & concil. Trid. vt infra.*

Concupiscentia remanet in baptizato, ad agonem. *concil. Trid. sess.* 5. *in decr. de pecc. orig. c.* 5.

Concupiscentia, quæ remanet in baptizato, non est peccatum, licet sit ex peccato, & inclinet ad peccatum. *Conc. Mogunt.* 4. *c.* 6. *&* 12. *& Trid. vbi supra c.* 5.

Concu-

Concupiscentia non potest nocere ijs, qui per Christi gratiam repugnant consentire. *concil. Trid. ibid. c.5.*

Condemnatio, & condemnatus.

Condemnari nullus potest de crimine graui ex sola præsumptione. *de præsumpt. c. Literas.*

Condemnati in contumaci in statu Ecclesiæ, intra sex menses possunt admitti ad defensiones, alias non; imò quælibet gratia, vel absolutio secuta post tale tempus est nulla, etiam si adsit signatura Papæ. *Pius IV. const. 52. Licet.*

Condemnati ad pœnam capitis ob contumaciam, non possunt admitti ad defensiones sine consensu, & signatura Papæ (in statu Ecclesiæ.) *Sixtus V. constitut. 9. in declarat. sequenti.*

Condemnati ob homicidium, in statu Ecclesiæ, non possunt obtinere licentiam accedendi ad locum delicti per spatium 50. milliariorum, nisi à solo Papa. *Pius V. constitut. 10. ex supernæ.*

Condemnati in causis concernentibus interesse fisci Cameræ Apostolicæ, possunt appellare, etiam non facto deposito summæ in quam erant condemnati, dummodo dent cautionem; & in hoc reuocatur, *constit. 52. Pij IV. Ita Pius V. constit. 24. cum sicut.*

Condemnati in contumacia ad quamlibet pœnam corporalem, audiri non possunt, nisi in carcere. *Pius V. const. 40. Licet alias.*

Condemnati, qui possunt liberari in Vrbe à quibusdam locis pijs. Vide, *Confraternitas.* Vide, *Bannitus circa medium.* Vide, *Damnare.* Vide, *Damnatus.* Vide, *Sententia.* Vide, *Sententiati.*

Conditio.

Conditio turpis habetur pro non apposita. *De conditionibus appositis c. 1.*

Conditio turpis apposita in matrimonio, si est de substantia, vitiat: si non contra substantiam, non vitiat, sed habetur pro non apposita. *ibid. c. fin.*

Conditio habetur pro impleta, si per eum, ad quem pertinet, non stat. *De reg. iuris in 6. reg. 66.*

Conditio possidentis est potior in re communi. *ib. reg. 56.*

Conditio possidentis est potior in causa, vel delicto pari. *ibid. reg. 65.*

Conditionale decretum, aut pactum, ante conditionem non afficit collatorem. *Clement. de concess. præb. c. 1.*

Conducens.

Conducenti, propter sterilitatem condonari aliquid debet pro rata, nisi cum anni præcedentis, vel sequentis abundantia possit compensari. *De locato, & conducto cap. Propter sterilitatem.*

Conferendi ius.

Conferendi ius habens, non potest se ipsum eligere. *de institutionibus c. cum ad nostram.*

Conferendi ius habens, potest alteri committere, vt conferat primum vacans. *de concess. præb. c. constitutus.*

Conferendi potestas mixta in Prælato, & capitulo, quomodo exercenda. *ibid. c. Postulastis.*

Confessio iudicialis.

Confessio in iudicio probat delictum. *Nicol. I. ep. 9. concil. Later. 3. in append. tit. de deposit. c. 4.*

Confessio in iudicio facta ex timore mortis non valet. *Nicol. I. in append. ep. 2.*

Confessio delicti, vt probet, non debet esse extorta, vel coacta. *Alexander I. epist. 1. Nicol. I. epist. 51. 15. q. 6. cap. Si quandoque.*

Confessio delicti facta coram iudice non competente est nulla. *Concil. Lateranens. 3. in appendic. tit. de Depositione cap. 4.*

Confessioni producentis scripturam standum est, si in ea expressit causam. *De fide instrumentorum cap. Si cautio.*

Confessio rei contra nullum admittenda, nisi prius probet suam innocentiam. *Adrian. I. c. 35. & 68.*

Confessio facta per œconomum non nocet Ecclesiæ, sed potest reuocari, si ante finitum negotium probetur error. *de confessis cap. fin.*

Confessus in iudicio.

Confessus proprium crimen, non facit fidem dum confitetur alienum. *Dionysius Papa ep. 2. Iulius 1. ep. 2. cap. 16. 5. q. 5. Illi qui. 15. q. 3. c. Nemini. De confessis cap. 1.* Illi autem, qui ab eo reuelatur, imponenda est purgatio, excepto crimine læsæ maiestatis. *ibid. De confessis. concil. Later. 3. in append. p. 50. c. 47.*

Confessus spontè delicta, non admittitur ad accusandum alios. *5. q. 5. cap. Illi qui.*

Confessus crimen principale, etiam si directè contra eum non agitur, punitur pœna ordinaria. *de confessis cap. Cum super.*

Confessus censetur reus, si iussus respondere recusat, vel recedit contumax: secus verò si recedit, antequam examinetur. *de confessis in 6. c. Si post.*

Confessus aliquod crimen puniendus est, licet ante de eo non fuerat diffamatus. *de accus. in 6. cap. 1. &* licet ei dati non fuerint articuli pro eius contestatione. *ibid.*

Confessus contra se potest etiam contra alium deponere, & facere fidem in crimine læsæ maiestatis. *De confess. c. 1.*

Confessus de hæresi alicuius, deinde negans, fit vehementer suspectus, quod fauet. *de præsumpt. c. Literas vestras.*

Confessio de se in crimine læsæ maiestatis creditur contra alios. *de confessis cap. 1.*

Confessio publica in officijs Ecclesiæ.

Confessio publica in Ecclesiæ officijs facienda de generalibus per illam formulam, *Confiteor Deo Omnipotenti, Beatæ Mariæ, &c. concil. Rauenn. 3. post Clem. V. c. 15.*

Confessionis sacramentalis necessitas.

Confessio exterior est necessaria ad remissionem peccatorum à baptizatis commissorum, & sine ea non remittuntur (intellige, vel actu, vel voto, si adsit impotentia.) *De pœnitentia dist. 1. cap. 38. Non potest c. 39. Ecce nunc. cap. Perfecta. cap. 89. Quamdiù. & c. 90. Quidam. Clem. 1. ep. 1. c. 4. lib. 7. const. Apost. cap. 15.* Vide, *Pœnitentia. Concil. Constant. contra ar. 7. Vvicleff.*

Confessio peccatorum facienda sacerdoti, post baptismum, est omnibus necessaria de iure diuino. *Conc. Trid. sess. 14. c. 5. & 6.* & non cœpit obligare solum ex tempore concilij *Later. 3.* sed ex tunc cepit obligatio annuæ confessionis. *ibid. c. 5. & 6. & can. 8.*

Confessio omnium peccatorum facienda sacerdoti, non est humanum inuentum, sed diuinum præceptum. *Concil. Trident. sess. 14. can. 8. & 9.* & contrarium dicens, est anathema.

Confessio omnium peccatorum non præiudicat diuinæ misericordiæ. *ibid. can. 7.*

Confessio est pars sacramenti pœnitentiæ ex institutione diuina. *ibid. cap. 3.*

Confessio peccatorum non est quid impossibile. *Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. & can. 8.*

Confessionem eamdem iterare non est necessarium; sed valde salubre. *Extra, de priuileg. c. Inter cunctas.*

Vide, *Peccare.* Vide, *Peccatum.* Vide, *Pœnitentia.*

Confessio sacramentalis qualis debet esse.

Confessio sacramentalis debet esse integra, id est, de omnibus, quæ quis habet in conscientia. *de pœnitentia distin. 3. c. 42. Sunt plures. Concil. Claramont. c. 22. Concil. Cabilon. 3. cap. 32.*

Ex

Ex Dei institutione debet esse integra. *concil. Trident. sess. 14. capit. 5.*

Debet esse verecunda, vt per eam remittantur peccata. *De pœnit. dist. 1. c. 88. Quem pœnitet.*

Confessio publica peccatorum non est sub præcepto, sed secreta; neque satis consultè fieret, si præciperetur publica. *Concil. Trident. sess. 14. c. 5.* Licitè tamen potest fieri. *ibid.*

Confessio eius, qui animum peccandi non deponit, vera non est; audienda tamen est, & exortatio facienda. *De pœnit. & remiss. c. Quod quidam.*

Confessio cum contritione facienda. *Vide, Contritio.* Vide, *Pœnitentia sacramentum.*

Confessio sacramentalis de quibus facienda.

Confessio debet fieri de omnibus peccatis, quorum homo recordatur. *De pœnitentia dist. 3. c. 42. Sunt plures. concil. Trid. sess. 14. c. 5.*

Debet esse de omnibus dictis, & factis, corporalibus, & spiritualibus, etiam cogitationibus. *concil. cabilon. 3. c. 32. concil. claramont. c. 22. concil. Trid. sess. 14. c. 3. c. 5. & can. 7.* etiam de occultissimis. *ibid.*

Omnia quæ memoriæ occurrunt confitenda sunt. *ibid. c. 5. & can. 7. Eugenius 4. vt infra.*

Confitendæ sunt etiam circumstantiæ mutantes speciem peccati. *De penit. & remiss. c. Omnis vtriusque. Eugenius 4. in decr. Vnionis Armenorum §. Quartum. concil. Trid. ibid. capit. 5.*

Confitenda sunt de necessitate mortalia tantum. *concil. colon. 2. p. 7. c. 34. concil. Trid. sess. 14. c. 5. & can. 7.*

Peccata non in genere tantum, sed in specie confitenda sunt. *Sixtus 4. contra Petrum de Oxma const. 17. Licet.*

Confessio de venialibus est quidem licita, sed non necessaria. *Concil. Trid. sess. 14. c. 5. & can. 7.*

Peccata quæ non occurrunt memoriæ facta diligenti discussione, intelliguntur inclusa in confessione, quæ fit de alijs. *ibid. cap. 5.*

Confessio cui facienda.

Confessio peccatorum facienda est sacerdotibus. *Clemens 1. ep. 1. c. 4. lib. 7. const. Apost. c. 15. concil. Rhemense cap. 12. concil. cabilon. 3. c. 33. De penit. dist. 6. cap. 1. Qui vult. & dist. 1. cap. vlt. concil. Trid. sess. 14. c. 1. & can. 10. Eugen. 4. in decr. Vnionis Armenorum §. Quartum.*

Sacerdos cui confitendum, debet esse proprius, vel de licentia proprij. *De pœnit. & remiss. c. Omnis vtriusque. concil. Later. 4. c. 21. concil. Tolet. 18. c. 8.*

Confessio fieri non potest laico, licet sit probus. *conc. constantiense sess. vlt. const. Martini 5.*

Confessio sacramentalis, quando incœpit obligare.

Ex tempore institutionis factæ à Christo *Ioannis 20.* cœpit obligare, non autem ex tempore Concilij Lateranensis; nisi sermo sit de annua. *concil. Senonen. tit. De confessione c. 10. concil. Trid. sess. 14. c. 1.*

Ex tempore verò *concil. Later. 3.* cœpit obligare pro omni anno. *ibid. c. 5. & can. 8.*

Confessio sacramentalis, quando facienda.

Confessio sacramentalis facienda feria 5. hebdomadæ sanctæ, statuit *Iulius 1. epist. 1. c. 7.* nisi necessitas vrgeat. *dist. 3. de consecrat. c. de Pœnitentibus.*

Semel saltem in anno confessori proprio, vel de licentia proprij. *De pœnit. & remiss. c. Omnis vtriusque. concil. Later. 4. c. 21.*

Confessio facienda in quadragesima pro satisfactione præcepti annuæ confessionis, & hoc ex vsu Ecclesiæ. *concil. Trid. sess. 14. cap. 5.*

Confessio semper facienda ante sumptionem Eucharistiæ (si adsit peccatum.) *concil. colon. 2. tit. censuræ cap. 34. concil. Moguntin. infra. concil. Trident. sess. 13. cap. 7.* Neque sufficit contritio, nisi in casu, quo haberi non potest confessarius. *ibid.* & hoc etiam de sacerdotibus intelligitur. *ibid. & concil. Mogunt. 4. c. 56.*

Confessionem annuam non faciens, excommunicetur. *concil. Treuer. c. 12. concil. Tolet. 19. c. vlt.* & priuatur Ecclesiastica sepultura. *Tolet. ibid.*

Confessio etiam in extremo vitæ est bona. *Iulius 1. post ep. 3. 26. q. 6. cap. Si Presbyter.*

Confessio in scriptis, seu per literas.

Confessio in scriptis, id est, ad confessarium absentem, non valet. *concil. Parisiense 6. l. 1. c. 32.*

Confessio per literas, seu per nuntium absenti fieri non potest; est nulla, & absolutio nequit in eius virtute obtineri. *Clem. 8. const. 87. Sanctissimus.*

Doctrina dicens contrarium, est falsa, temeraria, & scandalosa. non potest, nec defendi vt probabilis, nec doceri, nec imprimi. *Clem. 8. ibid.*

Confessionis effectus.

Confessione sacramentali remittuntur peccata. *De pœnit. dist. 6. c. Qui vult. dist. 1. c. 72. Secunda. c. 88. Quem pœnitet. & cap. vlt. Leo 10. const. 40. Exurge.*

Confessi sacramentaliter.

Confessi Religiosis, seu Regularibus, non tenentur iterum confiteri. contrarium dicens est anathema. *Extra, de hæreticis cap. Vas electionis, & c. Ex eo. Extra, de priuilegijs c. Inter cunctas.* Confessi fratribus, ita se habent, ac si essent confessi proprio. *Extra, de hæret. c. Ex eo. & Extra, de priuileg. c. Inter cunctas.*

Confessi Religiosis satisfaciunt præcepto annuæ confessionis. *concil. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra.*

Confessi fratribus Minoribus, & alijs non tenentur eadem iterum confiteri Parochis. *Sixtus 4. const. 6. Regimini §. 15.*

Confessus non contritus non est absolutus, nec obtinet remissionem peccatorum. *Leo 10. const. 40. Exurge.*

Confessus peccata, & absolutus, licet actualiter non credat sibi remitti peccata, adhuc obtinet remissionem. *ibid.*

Confessus peccata, adhuc relinquit Deo, quid ignoscat. *ibid.*

Confessi si remanent anxij, quomodo tranquillandi. *Vide, Pœnitentes.*

Confessus sacerdoti non habenti iurisdictionem, nulliter absoluitur. *concil. Trid. sess. 14. c. 7.*

Confesso fratribus (si id testatur de se) credendum est ei. *Extra, de priuileg. c. Inter cunctas.*

Confessoris qualitates, & requisita.

Confessor debet esse doctus. *de Pœnitentia dist. 1. c. 88. Quem pœnitet. & dist. 6. c. 1. Qui vult. concil. Mogunt. 4. c. 22. concil. Roman. 7. sub Gregor. 7. c. 5.*

Debet esse instructus de peccatis, quæ solent committi. *concil. Cabilon. 3. c. 32.*

Confessor duplicem habet clauem, ligandi, & soluendi. *concil. Mogunt. 4. c. 22.*

Confessor non debet esse iuuenis, sed prouectæ ætatis, præsertim, qui mulieres audiunt. *concil. Mediolanen. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad Sacramenti pœnitentiæ administrat.*

Confessor præter scientiam, & idoneitatem, debet habere iurisdictionem, vel ordinariam vt Episcopi, & Parochi, vel delegatam ab Episcopo, vel Papa. *De pœnit. & remiss. c. Omnis vtriusque. sub eodem tit. in 6. c. Si Episcopus. concil. Trid. sess. 14. c. 7.* alias nulla est absolutio. *Trid. ibid. De pœnit. dist. 6. c. vlt.*

Confessor debet esse doctus, non intentus ad quæstum, neque curiosus. *concil. colon. 2. p. 7. c. 33.*

Confessor ad quid tenetur.

Confessor tenetur procedere cum suauitate, & dulcedine. *de pœnit. dist. 6. cap. Qui vult.* tenetur scire, quæ debet iudicare.

care. *ibid. c. Qui vult. concil. Mogunt. 4. cap. 22.* tenetur interrogare pœnitentem. *De pœnit. dist. 6. cap. Qui vult. concil. Mediol. vt infra.*

Non debet interrogare de peccatis non consuetis, ne ea discant pœnitentes. *concil. Mogunt. 4. c. 29.*

Prudenter debet se gerere cum pœnitente. *concil. Lateran. 4. capit. 21.*

Confessor tenetur ad secretum. Vide, *Confessores circa sigillū.*

Tenetur monere, corrigere, & consulere pœnitentem. *De pœnitentijs, & remiss. c. Omnis vtriusque sexus.*

Confessor sciens aliquem esse excommunicatum per confessionem, non potest eum remouere à communione. *De officio iudicis ord. cap. Si Sacerdos. concil. Later. 3. in append. p. 50. c. 55.*

Confessor indigens consilio pro aliquo peccato absoluendo, cautè procedat, & in generali interroget. *concil. Mogunt. 4. cap. 29.*

Confessores nihil possunt à pœnitentibus exigere. *Reformatio cleri Germaniæ c. 9.* sed si illi dent sponte possunt accipere. *ibid. & concil. Londinense 2. c. 5.*

Confessor non potest *subdelegare*. Vide, *Delegatus*.

Confessor sit prouectus ætate. *concil. Mediolan. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad sacram. pœnit. &c.*

Debent apud se habere notam, seù tabellam casuum reseruatorum Papæ, & Episcopo. *concil. Mediol. ibid.*

Non possunt audire confessiones mulierum ante ortum solis, neque post occasum, nisi ex necessitate. *ibid.*

Non debent audire confessiones alicuius in cella, sed in Ecclesia, & sede ad hoc parata neque in priuatis domibus, nisi ex necessitate. *concil. Mediol. ibid.*

Neque testem falsum absoluant, nisi satisfaciat pro damnis, & postea absoluat. *ibid.*

Non potest absoluere eos, qui tenentur reuelare, vel denunciare, antequam reuelet. *Mediol. ibid.*

Neque absoluere potest vsurarios, nisi facta restitutione. *ibid. concil. Mogunt. 4. c. 30.*

Non potest commutare pœnitentiam publicam in aliam secretam, nisi ex facultate obtenta ab Episcopo. *conc. Mediol. ibi.*

Non possunt absoluere casus reseruatos. *conc. Rauenn. 1. sub Honorio 4. cap. 8.* Vide infra, *Confessores circa reseruata.*

Confessarij audientes personas sollicitatas ab alijs, tenentur eas hortari vt denuncient sollicitantes alias non absoluant, quod si omittunt id facere; vel docuerint non teneri ad denunciandum, ab inquisitoribus & Ordinarijs puniuntur. *Greg. 15. const. 34. Vniuersi. §. 7.*

Confessor audita confessione tenetur monere pœnitentem, vt abstineat, & detestetur peccata, & credere quod Deus remittit peccata. *concil. colon. 2. p. 7. c. 39.* & non se implicet cum eo in sermonibus curiosis. *ibid. c. 34.*

Non potest eum interrogare de peccatis alterius. *concil. Mogunt. 4. c. 29.*

Confessores tenentur secum habere literas excommunicationum Bullæ Cœnæ. *Paulus 5. const. 63. Pastor. Vrban. 8. const. 62. Pastoralis. Alexand. 7. const. Pastoralis data sub die 23. Aprilis 1656.*

Confessores à quo instituendi, & approbandi.

Sacerdotes per Episcopos instituendi sunt confessores in Ecclesijs. *concil. Later. 2. c. 10. concil. Londin. 2. c. 6.*

Confessores omnes siue sæculares Presbyteri, siue regulares per Episcopos, vel eorum Vicarios approbandi, nisi sint Parochi. *concil. Mogunt. 4. c. 25. concil. Trident. sess. 23. de reformat. c. 15. concil. Treuer. c. 12. concil. Mediolan. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad sacr. Pœnit. administrat.* & qui aliter faciat excommunicatur. *ibid.*

Regulares pro confessionibus fratrum suorum non egent licentia Episcopi. *De excess. Præl. c. Nimis iniqua Vrban. 8. const. 92. cum sicut.* Et decernit nullum confessarium audire posse confessiones sæcularium sine approbatione, & examine Ordinarij, neque regulares & reuocat omnia priuilegia contraria.

Confessores possunt etiam à Papa constitui in Ecclesijs. *Extrau. de hæreticis c. Ex eo.*

Confessorum approbatorum nomina in tabella sacristiæ teneantur scripta. *Concil. Mediol. 1. vbi supra.*

Confessores quò ad pœnitentias imponendas.

Confessor non debet missas imponere in pœnitentiam. *concil. Eboracense c. 1.*

Confessores pœnitentiam iniungere debent pœnitentibus confessis. *concil. cabilon. 2. c. 8.* ante absolutionem imponant. *concil. colon. 2. p. 7. c. 39.*

Pœnitentia imponenda est iuxta grauitatem culpæ, & quæ si contraria peccatis. *conc. Mogunt. 4. c. 30.* quantitas remittitur eorum arbitrio.

Vide, *Pœnitentia*.

Confessores generales.

Confessores generales in cathedralibus deputandi. *conc. Londin. 1. c. 6.*

Vide, *Pœnitentiarij*.

Confessores quò ad sigillum, seu secretum confessionis.

Confessor scit peccata pœnitentis, vt Deus. *De officio iudicis ordinarij c. Si Sacerdos. Eugenius 1.*

Confessor non potest reuelare, quæ audiuit in confessione, neque ab vllo potest ad hoc cogi. *De excessibus Prælatorum c. Dilectus.*

Confessor reuelans confessionem verbo, vel signo, vel alio modo, priuandus est officio, & detrudendus in monasterio. *De pœnitentijs & remiss. cap. Omnis vtriusque sexus. concil. Mogunt. 4. c. 29. concil. Later. 4. c. 21. Honorius 3. ex Cirone, de excessibus Prælat. c. 1.*

Confessor indigens consilio pro resolutione alicuius casus auditi in confessione cautè procedat. *concil. Mogunt. ibid.*

Confessor sciens in confessione aliquem esse excommunicatum, non potest eum remouere à communione. *De off. iudicis ordinarij c. Si Sacerdos. concil. Later. 3. in append. p. 50. cap. 55.*

Confessor potest in genere tantum reprehendere delicta alicuius loci. *concil. Later. 3. in append. p. 50. c. 55.*

Confessori reuelanti confessionem alia etiam pœna imponebatur scilicet peregrinatio perpetua. *De pœnit. dist. 6. cap. 2. Sacerdos.*

Confessor sciens in confessione aliquem damnificasse alium si hic impetratur à parte, vt excommunicetur quid potest facere confessor. *concil. Later. 3. ibid.* Vide, *Pœnitentia.*

Confessoris electio.

Confessorem pro se eligere possunt omnes Episcopi, & alij superiores ac prælati minores, & exempti. *De pœnitentijs, & remiss. c. fin.*

Confessorem nullus potest eligere sine superioris licentia. *De pœnit. & remiss. in 6. c. Si Episcopus.*

Confessor qui ex licentia Episcopi potest eligi non potest circa reseruata eidem Episcopo. *ibid.*

Confessorem eligere non possunt regulares virtute Bullæ Cruciatæ. *Vrban. 8. constit. 105. In specula. Clem. 8. const. 64. Romani Pontificis.*

Confessor electus à sæcularibus virtute Bullæ Cruciatæ in foro interno tantum potest absoluere, non in externo. *Vrban. 8. ibid.*

Confessor electus virtute Bullæ Cruciatæ, non potest absoluere ab hæresi. *Greg. 13. const. 37. Officij. Vrb. 8. const. 105. in specula.*

Confessores Regulares an approbandi, & à quo.

Regulares possunt audire confessiones suorum fratrum sine licentia, vel approbatione Episcopi. *De excessib. Prælator. c. Nimis iniqua. Extra, de priuil. c. Inter cunctas.*

Confessores regulares audire possunt confessiones sæcularium, non obstante *c. Omnis vtriusque, &c. quo præcipitur, vt pro-*

vt proprio fiat confessio. Extra, de pœnit. & remiss. c. Inter cunctas. Clemen. dudum, de sepult. Extra, super Cathedram de sepulturis.

Regulares olim cum sola præsentatione facta ad Episcopum per suos superiores, &c. etiam si licentiam ab eo non obtinerent poterant audire confessiones sæcularium, sicut Parochi ex Papæ concessione. *Bonifacius 8. Extra, de sepulturis, super Cathedram.* idem confirmat, sed sine præsentatione, *Benedictus 11. Extra, de priuil. c. Inter cunctas. Idem ex. Clem. dudum de sepulturis*, conceditur enim vt ministri Ordinis Prædicatorum, & Minorum per se, vel fratres idoneos petant, ab Episcopis licentiam, vt ipsi fratres audire possint confessiones in eorum diœcesi, & habita licentia ipsimet superiores approbent, &c. At reuocatum est hoc. Priuilegium primo per concilium *Trident. sess. 23. de reform. cap. 15.* quo statuitur, vt Regulares audire non possint sæcularium confessiones, nisi approbati ab Ordinarijs. Idem confirmat *Gregorius 13. constitut. 9. In tanta*, abrogans omnia priuilegia eis concessa, & reuocat ad terminos iuris Tridentini. Et tandem *Vrbanus 8.* omnia reuocat priuilegia in contrarium, & statuit, vt iuxta Tridentini decretum regulares non possint sæcularium confessiones audire sine examine, & approbatione Ordinarij *constitut. 92. cum sicut.* & in proœmio dicit temerè asseri oppositum. Idem habet *concil. Treueren. c. 12.* Vide, *Confessores à quo instituendi.* Vide, *Regul. circa confessores.*

Confessores Monialium.

Vide, *Regulares circa confessiones.* Vide, *Regulares circa Monasteria Monialium.* Vide, *Moniales.*

Confessores circa reseruata.

Confessores virtute Bullæ Cruciatæ non possunt absoluere ab hæresi. *Gregor. 13. constit. 37. Officij. Vrb. 8. const. 105. In specula.*

Possunt tamen virtute talis Bullæ sæculares tantum, & in foro conscientiæ, non externo: non vero regulares, ab omni alio casu etiam Bullæ Cœnæ absoluere. *Vrbanus 8. ibid.*

Nullus neque regularis absoluere potest à casibus reseruatis Papæ, vel Episcopo. *Extra, de sepult. Super cathedram, & Extra, de priuileg. c. Inter cunctas. concil. Rauenn. 1. sub Honorio 4. c. 8.* Sed ad superiores debent eos remittere. *ibid. & concil. Trid. sess. 14. cap. 7. & can. 11.* nulla est absolutio si detur. *ibid.*

Vide, *Absolutio à casibus Papæ reseruatis.* Vide, *casus reseruati.*

Confessiones audiens non promotus ad sacerdotium.

Tales ab Inquisitoribus sunt iudicandi, degradandi, & curiæ sæculari tradendi, etiam pro prima vice. *Clem. 8. const. 81. Et si alias. Vrbanus 8. const. 89. Apostolatus.* & hoc etiam si delinquens sit minor 25. annor. dummodo compleuerit 20.

Confessores sollicitantes pœnitentes ad venerea.

Confessarij sollicitantes, vel prouocantes pœnitentes ad inhonesta, siue inter se, siue cum alijs exequenda, in actu sacramentalis confessionis; siue ante, siue post immediatè prætextu confessionis, etiam confessione non secuta, siue extra confessionem, in confessionario, vel alio loco electo ad audiendam confessionem, simulantes ibi audiri confessionem: siue illicitos, & inhonestos sermones habuerint, per Inquisitores (etiam priuatiuè quo ad alios) puniendi sunt; priuandi beneficijs & dignitatibus cum perpetua inhabilitate ad illa, suspenduntur à confessionibus audiendis ab executione ordinis (& si sunt regulares voce actiua, & passiua) ad triremes damnantur, vel carceres in perpetuum, absque spe gratiæ. Et si pro delicti grauitate, maiores pœnas mereantur præuia degradatione tradendi brachio sæculari. *Greg. 15. const. 34. Vniuersi.* & ante, *Pius 4. const. 31. cum sicut.*

Sacerdotes simplices, qui prætextu confessionis præfata faciunt, in easdem pœnas incurrunt. *ibid. Vniuersi.*

Sollicitatæ hortandæ ad denunciandum sub pœnis confessario, &c. Vide, *Confessores ad quod tenentur* in fine.

Confessor abutens hoc sacramento in alijs malis, ab Inquisitore puniendus. *Adrian. 6. const. 2. Dudum.* Vide, *Pœnitentiæ sacramentum.*

Confessor committens fornicat. cum pœnitente eodem modo puniendus, quo punitur committens cum filia naturali & deponendus. *Post ep. 14. Cœlestini 1. c. 2. & 3.* grauissimæ pœnæ sunt statutæ *in causa 30. q. 1. c. Omnes. c. Si quis Sacerdos. & c. Non debet.*

Vide, *Sollicitantes.*

Confidentia beneficialis.

Vide, *Beneficialis confidentia.* Vide, *Iudices Romæ.*

Confirmatio Sacramentum.

Confirmatio quæ ab Episcopo per vnctionem in fronte baptizati cum Chrismate fit, est sacramentum. *Melchiades in epist. decret. Eusebius epist. 3. Innocentius 1. epist. 1. cap. 3. Gregorius 1. lib. 3. epist. 9. & 26. lib. 8. epist. 46. Gregorius 2. epist. 14. de consecr. dist. 5. cap. 1. cap. Spiritus. cap. Manus. cap. De his vero. &c. ibid. De sacram. vnct. c. vn. §. Per frontis. De sacra vnct. de sent. excommunic. c. Responso. & sub eodem tit. in 6. c. Quoniam. concil. Constantien. sess. vlt. in constitut. Martini 5. concil. Londinen. 1. cap. 3. concil. Florent. decr. Eug. pro vnione Græcorum & in alio pro vnione Armenorum. concil. Senon. de confirmat. cap. 10. concil. Trident. sess. 7. De sacram. can. 1. & de confirmat. ibid. can. 1.*

Confirmatio etiam ab initio fuit in Ecclesia. *concil. colon. 2. p. 7. c. 10.*

Confirmatio idem est, ac impositio manuum, quæ olim fiebat in Ecclesia. *concil. Senonen. De confirmat. c. 10. concil. Florent. vbi supra §. Quinto, &c. De sacram. vnct. cap. vn. §. Per frontis.*

Confirmatio à Christo fuit instituta. *concil. Florent. in decr. Eugenij §. Quinto Ecclesiasticorum. concil. Mogunt. 4. c. 17. concil. Trid. sess. 7. de Sacram. can. 1.*

Confirmatio ex tempore Apostolorum quoque dabatur. *concil. Mogunt. 4. c. 18.*

Confirmatio in primitiua Ecclesia manuum impositione tantum dabatur deinde, per Chrismatis vnctionem dari cœpit. *concil. Mogunt. 4. c. 18.*

Confirmatio Sacram. magna veneratione digna est. *De consecr. dist. 5. c. De his verò.*

Confirmatio quare datur baptizato. *ibid. cap. Nouissime.*

Confirmationis materia, forma, & ritus.

Confirmationis materia est Chrisma, & vnctio cum eo in fronte. *De sacr. Vnct. c. vnic. §. Per frontis. concil. Vormatiense 1. cap. 8. De consecr. dist. 5. vt in præcedenti titulo per totam. conc. Senon. de confirm. c. 10. conc. constantien. sess. vlt. in constitut. Martini 5. concil. Florent. in decreto Eugenij 4. §. Quinto Ecclesiasticorum.* Pontifices omnes allati, *in titulo præcedenti.*

Confirmationis forma, sunt verba illa, quæ dicit Episcopus. *Signo te signo Crucis, & confirmo chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. concil. Florent. vbi supra.* In primitiua Ecclesia, sola manuum impositione data fuit; postea cum Chrismate. *concil. Mogunt. 4. cap. 18.*

Confirmationis vnctio facienda per impositionem manus in fronte. *De sacram. vnction. cap. vnic. §. Per frontis. concil. Senon. De confirm. cap. 10. De consecr. dist. 5. per sex capita.* Pontifices omnes afferendi in sequenti titulo de ministro. *concil. Florentin. vbi supra. Concil. Mogunt. 4. capit. 17.*

Confirmatio facienda cum signo Crucis. *ibid.* & in omnibus locis nuper citatis. *de consecr. dist. 5. cap. Numquid. & lib. 3. const. Apostolic. cap. 17.*

Confirmationis minister ordinarius, & delegatus.

Confirmationis minister ordinarius est Episcopus. *conc. Eliberit. c. 77. conc. Vormat. 1. c. 8. Londinen. 1. c. 3.* & hoc ex Christi institutione. *conc. Senon. de confirmat. c. 10. & in decr. morum c. 38. conc. constant. contra art. 28. Vvicleff. conc. Florent. in decreto Eugenij §. Quinto Ecclesiasticorum. conc. Trid. sess. 7. de sacr. confir. can. 3. & sess. 23. c. 4.* Antea id docuerant *Eusebius ep. 3. Vrbanus 1. ep. unica. Ioannes 5. ep. vn. Innoc. 1. c. 3. Gregorius 1. lib. 3. ep. 9. & 26. conc. Paris. 6. lib. 1. c. 27. conc. Hispal. 2. c. 7. conc. Tolet. 8. c. 7. de sacra. vnct. c. vn. §. Per frontis. De consecr. dist. 5. c. Manus quoque. c. De his verò. c. Nouissime & cap. Vt Episcopi. de consuetudin. c. 4. Innoc. 4. constit. 4. sub Catholicæ.*

Confirmationis minister ex delegatione Papæ esse potest Presbyter simplex. *dist. 95. cap. Peruenit. de consecr. dist. 5. c. Manus quoque. Gregorius 1. epist. 26. Nicolaus 1. in appendice post epist. 16.* Sed hoc ex magna necessitate. *ibid. concil. Florent. in decr. Eugenij 4. §. Quinto Ecclesiasticorum. conc. Senon. in decretis morum c. 38.*

Sed quando delegatur à Sede Apostolica simplex Sacerdos ad confirmandum, debet vti chrismate consecrato ab Episcopo. *conc. Florent. ibidem.*

Confirmationis minister ieiunus debet ministrare. *De consecr. dist. 5. c. Vt Episcopi conc. Parisiense 6. lib. 1. c. 33.*

Confirmationis sacramenti necessitas.

Confirmatio à quolibet baptizato recipienda. *Vrbanus 1. ep. vn. de consecr. dist. 5. c. 1. Omnes. & c. Nouissime.*

Confirmandus est homo, de cuius confirmatione non constat. *Gregorius 1. lib. 12. ep. 32.*

Confirmationis sacramenti necessitas non est tanta, vt sine ea homo non possit saluari. *Melchiades ep. decretali. de consecr. dist. 5. cap. Spiritus sanctus. concil. colon. 2. par. 7. cap. 9.*

Confirmationem contemnens peccat mortaliter. *conc. constant. sess. vlt. in constit. Martini V. circa medium.*

Confirmationis Sacramenti effectus.

Confirmatio continet remedium ad salutem. *conc. Londinen. 1. cap. 3.*

Confirmatio armat ad agonem. *de consecr. dist. 5. c. Spiritus sanctus.* Dat arma ad pugnandum pro fide. *ibid. & c. Nouissime. conc. Florent. in decret. Eugenij 4. §. Quinto, &c.* Dat robur ad confitendum audacter fidem Christi. *ibid. concil. Trid. sess. 7. de refor. can. 2. concil. colon. 2. par. 7. cap. 8.*

Confert gratiam septiformem. *De consecr. dist. 5. c. Nouissime, & c. Spiritus sanctus.*

Confert augmentum gratiæ. *Melchiades ep. decret. de consecr. dist. 5. c. Spiritus sanctus. conc. Trid. sess. 7. de sacram. can. 6. & 7. & de confir. can. 2.*

Causat characterem in anima confirmati. *conc. Florent. vbi supra. Trident. sess. 7. de sacram. can. 9.*

Causat cognationem spiritualem inter confirmantem & confirmatum, inter hunc & suscipientem, seù patrinum, inter patrem, & matrem confirmati, & inter suscipientem, nec ampliùs se extendit. *de cognat. spirituali in 6. cap. 1. §. Ex confirmatione & c. fin. conc. Trident. sess. 24. de refor. Matrim. cap. 2.*

Vide, *cognatio spiritualis.*

Confirmatio Sacramentum in qua ætate danda, & quo tempore.

Confirmatio dari potest homini in ætate tenera sed sit supra septennium. *conc. colon. 2. par. 7. c. 8. & 9. conc. Mediol. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad sacramentum confirmationis.*

Confirmatio ministranda ab Episcopo in visitatione. *Greg. l. lib. 8. epist. 46.*

Confirmatio potest ab Episcopo ministrari tempore interdicti etiam impositi à Papa in aliquo loco. *De sentent. excommunicationis cap. Responso, & sub eodem tit. in 6. cap. Quoniam.*

Confirmandorum requisita, &c.

Confirmandus debet esse baptizatus. *De consecr. dist. 5. Per totam. c. Omnes, &c.*

Confirmandus ab vno, vel vna debet suscipi. *concil. Magunt. 4. c. 19.* Vide, *Compater, & commater.* Vide, *Baptismi patrinus, seu suscipiens.* Vide, *Patrinus.* Vide, *Cognatio spiritualis.*

Patrinus in confirmatione debet esse confirmatus. *concil. Later. 3. in append. p. 50. c. 44.*

Confirmandus debet esse ieiunus. *De consecr. dist. 5. cap. Vt ieiuni.* (Si vrget necessitas dari potest non ieiunis) *concil. colon. 2. p. 7. c. 9.*

Confirmandi nihil possunt soluere pro confirmatione, vel alio. *1. q. 1. cap. Baptizandis.*

Confirmandi si sunt adulti, debent sacramentaliter confiteri antequam confirmentur. *conc. colon. 2. p. 7. c. 9.*

Confirmatorum nomina, & cognomina, parentum, &c. describenda à Parocho in peculiari libro. *Conc. Mediolan. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad sacram. confirmationis.*

Patrini in hoc tali sacramento, nihil soluant susceptis, vel parentibus. *ibid.*

Confirmati instruendi à Parocho. *ibid.*

Vide, *Patrinus.*

Confirmatio non iteranda, & pœnæ.

Confirmatus semel, iterum nequit confirmari. *De consecr. dist. 5. cap. Dictum est, & cap. De homine. Concil. cabilon. 3. c. 27. Post concil. Tarracon. c. vnico. concil. Florent. in decr. Eug. 4. §. Quinto &c. concil. Trid. sess. 7. de sacr. can. 9. Gregor. 2. epist. 14.*

Confirmatus pluries, sub clericali, vel regulari habitu debet Deo inseruire. *Post concil. Tarracon. c. vn. De consecrat. dist. 5. cap. Dictum est.*

Confirmationes legales, seù electionum, & Confirmati.

Confirmatio Episcopi non sufficit ad exercenda, quæ sunt ordinis; sed requiritur consecratio. *De elect. &c. c. Transmissam.*

Confirmatio Episcoporum, ab antiquo, à Papa facta est. *de elect. & c. in 6. c. cupientes.*

Confirmatio electionis quomodo facienda. Vide, *Electio.*

Confirmatio absentium petenda est secundum consuetudinem. *De elect. &c. c. Nihil est.*

Confirmatione cassata, non per hoc cassata censetur electio. *De elect. &c. in 6. c. Si confirmationem.*

Confirmatio electionis celeriter facta, negotio non discusso, est nulla. *ibid. c. fin.*

Confirmatio facta à Papa non potest iudicari donec constet de falsitate suggestionis. *ibid. c. confirmationibus.*

Confirmationis literæ à Papa obtentæ post confirmationem, non iuuant. *De confir. vtili, &c. c. de confirmationib.*

Confirmatio iustæ sententiæ potest à Papa peti. *de sent. & re iudic. cap. Ea quæ.*

Confirmationem rei litigiosæ obtinens à Papa, potest iudicari ab ordinario. *De confirm. vtili, &c. c. 1.*

Confirmationem rei pacificè possessæ obtinens à Papa, non potest molestari. *ibid. c. 1.*

Contra confirmatum non admittitur appellatio, vel exceptio, sed solum denunciatio, vel accusatio. *De appellat. & recusat. c. constitutis.*

Confirmari non debet indignus, si eligitur. *Concil. Later. 4. cap. 26.*

Confirmans indignum electum, si scienter, suspenditur à per-

ceptione

ceptione fructuum beneficij, & à poteſtate confirmandi ſucceſſorem. *ibid. c.26.*

Confirmata à ſede Apoſtolica, vbique obſeruanda, neque obſtant friuolæ exceptionis. *Honor.3. ex Cirone, de confirm. vtili, &c. c.1.*

Confirmatio facta à Papa, dum legatus conferius tali quod beneficium, non lædit ordinarij. *De confirmat. vtili, &c. cap.fin.*

Confiſcatio, & confiſcatum.

Confiſcari poſſunt bona hæreticorum etiam poſt mortem. *de hæreticis in 6. cap. Accuſatus §. in eo vero.* Confiſcari intelliguntur ipſo iure. *ibid. c. cum ſecundum.*

Vide, *Hæreticorum pœnæ.*

Confiſcari non debent bona hæreticorum per Principes ſæculares ante ſententiam criminis hæreſis latam à iudice Eccleſiaſtico. *De hæret. in 6. cap. cum ſecundum.*

Confiſcatio bonorum hæretici fieri non poteſt ab Inquiſitore, nec etiam, vt Eccleſiæ applicentur, ſub pœna excommunicationis ipſo facto, à qua non poſſit abſolui donec ſatisfaciat. *Clement. de hæreticis c. Nolentes.*

Confiſcari non poteſt dos vxoris ob hæreſim mariti, niſi ipſa ſcienter contraxerit cum marito hæretico. *De hæret. in 6. cap. Decreuit.*

Confiſcantur ipſo iure bona contrahentium inceſtuosè. *ibid. cap. cum ſecundum.*

Confiſcantur bona data mulieri à raptore, vel conſentientibus ad raptum, ipſo iure. *ibid.*

Confiſcatorum bona emenda ſunt à conſanguineis in ſtatu Eccleſiaſtico, & ad hoc cogendi ſunt: quod ſi non poſſint conſanguinei emantur à communitate. *Sixtus 4. conſt.24. Cura.*

Bona filiorum, qui ſunt ſub poteſtate parentum, confiſcata quomodo redimenda, ſunt à parentibus. *ibid.*

Confiſcationes quando applicandæ ſunt cameræ in ſtatu Eccleſiæ, & quando non. Vide *Pœna. Sixtus V. conſtit. 93. Ad Romanum.* diſtinctè id declarat, & quomodo exigendæ. *ibid.*

Confiſcatione facta in ſtatu Eccleſiæ, bona nulli applicanda, ſed depoſitario generali conſignanda, ſtatuit. *Clemens 8. conſtit.5. Inter cæteras.*

Confiſcationes pœnæ remitti, vel tranſigi non poſſunt in ſtatu Eccleſiæ, niſi auditis Depoſitario, & Theſaurario Cameræ, cum Commiſſario. Legati vero Vicelegati, &c. alij aliter remittentes, aut tranſigentes, quas pœnas incurrunt. *Paulus V. conſt.88. In ſuprema.*

Vide, *Camera.* Vide, *Pœna* in fine.

Confratres, & Confraternitates.

Confraternitates licitæ ſunt, ſed à conuiuijs, & commeſſationibus abſtineant. *conc. Nannetenſe 1. c.15.*

Confraternit. quæ religioſis non ſunt incorporatæ, ſub poteſtate Epiſcopi ſunt. *conc. Later. 3. c.9.*

Confratres, qui tempore interdicti gaudent ſepultura, ſunt oblati, qui mutato habitu in religioſum, vel tenendo ſæcularem, omnia dederunt religioni ſeruando vſum fructum in vita. *conc. Later. 4. c.57.*

Confratres laici in præcedendo ſeruent hunc ordinem, vt ſcilicet illa confraternitas præcedat, quæ prius vſa eſt ſaccis. *Gregor. XIII. conſt.84. Expoſuit.*

Confraternitates non faciant conuiuia, & commeſſationes in quibuſdam feſtis, & præſertim intra ambitum Eccleſiæ. *Conc. Mediol. 1. par.3. tit. De piorum locorum adminiſtratione, &c.*

Confraternitatum erectio. Vide, *In fine confratern.*

Confraternitates quædam ſubiectæ Eccleſiæ S. Ioannis, & S. Petri Romæ.

Confraternitates quædam, quæ extra Vrbem ſunt, & dependent à Capitulo Sancti Ioannis Laterani, vel Sancti Petri, vel Sancti Sebaſtiani, ſubduntur ordinarijs, ac Rectoribus Eccleſiarum. *Pius 4. conſt.57. Regimini.*

Confraternitates ſub titulo Annunciationis B. Mariæ Romæ.

Confraternitas hæc erecta in Eccleſia Beatæ Mariæ ſuper Mineruam, inſtitutum eſt opera Pietatis eſt miſericordiæ exercere in dotandis puellis, & alijs egenis, pupillis, & viduis ſubleuandis; & alijs pijs officijs in cappella ibi fundata dat operam. Et *Pius V. conſtit.144. cum ſicut accepimus*, aſſignat ei Protectorem cum ampla iuriſdictione, & forma procedendi circa omnes cauſas ſpectantes ad dictam Confraternitatem, diffusè per 14. §§.

Confraternitas alia ſub titulo Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis erigitur *à Gregor. XIII.* pro ſcholaribus externis Societatis Ieſu, cum proprio inſtituto ad pia quædam opera; cum multis gratijs, & priuilegijs. *conſtitut.97. Omnipotentis.*

Ampliatur *à Sixto V.* pro alijs non ſcholaribus. *conſtitut.53. Superna.*

Confraternitates Coquorum, & Paſticciariorum ſub titulo Annunciationis in Eccleſia SS. Vincentij, & Anaſtaſij cum ſuis regulis, gratijs, & indulgentijs confirmatur. *Paulus V. conſt.109. Pias.*

Confraternitas SS. Duodecim Apoſtolorum de Vrbe.

Hæc Confraternitas approbatur *à Pio IV. conſt. 90. In Apoſtolicæ.* Inſtitutum eius eſt ſubuenire miſeris in infirmitate, cum multis priuilegijs, & indulgentijs. *ibid.* Eſt in Eccleſia *Sanctorum duodecim Apoſtolorum.*

Confraternitas Aulicorum Romæ.

Aulici in Vrbe erigunt Confraternitatem in Eccleſia Sancti Nicolai ad Cæſarinos, & approbatur *ab Vrban. 8. conſtit. 30. Paſtoris.* Eadem conceditur pro Eccleſia Sancti Laurentij in Fonte ſita in Regione Montium. Inſtitutum eſt, pia quædam opera facere; Indulgentias, & gratias multas obtinet. *ibid.*

Confraternitas ſuffragij.

Vide, *Suffragium.*

Confraternitas charitatis, quæ dicitur carceratorum Romæ.

Hæc confraternitas in Eccleſia *Sanctorum Coſmæ, & Damiani* habet pro inſtituto viſitare, & iuuare carceratos, & pauperes erubeſcentes. Priuilegia, indulgentiæ, &c. *Leo X. conſt.37. Illius*, quas gratias lucrantur, qui huic confraternitatis legata relinquunt. *ibid.* Poſſunt ei relinqui etiam legata feudalia. *ibid.* Vide, *Archiconfraternitas carceratorum, &c. Gregor.13. conſt.56. Pij Patris. Sixtus V. conſt.97. Ex debito.* Quomodo officiales eligendi, & quid poſſunt facere. *ibid.* quolibet anno poſt primam Dominicam Quadrageſimæ obtinent liberationem vnius carcerati pro quolibet delicto exceptis quatuor, *ibi* expreſſis. *ibid. in c. ſeq. Dilectis.*

Aſſiſtit Viſitatoribus carcerum Romæ. *ibid.* & alia. eſt Archiconfraternitas, & poteſt alias aggregare.

Huius confraternitatis Notarij aſſignandi Commiſſarijs pro ſtatu Eccleſiaſtico. *Gregor. XV. conſt.37. Exigit creditum.*

Confraternitas confalonis Romæ.

Huius confraternitatis inſtitutum determinat, ſcilicet redimendi captiuos. *Gregor. 13. conſtitut.38.* Paſtoris multas gratias eis concedit, & ſpecialiter, vt Coronam à S. Bonauentura inſtitutam recitent. Erigitur in Archiconfraternitatem, quæ poteſt alias aggregare: poteſt eleemoſynas quærere pro redimendis captiuis. *Greg.13. conſt.69.* Poteſt omni anno obtinere liberationem vnius carcerati pro quolibet graui delicto exceptis aliquibus. *ibid. in declaratione ſeq.* Aſſignatur ei Protector cum ampla iuriſdictione pro cauſis, & gubernii directione, nec ab vllo, etiam

Auditore Cameræ potest impediri. *Sixtus 5. constitut. 37. Cum sicut.*

Hæc Confraternitas instituta pro redimendis captiuis habet priuilegium exigendi ducatum vnum pro omni centenario, dum Papa concedit alicui Clerico (alias inhabili) facultatem testandi, exceptis Cardinalibus. *Sixtus 5. const. 27. cum benigna §. 7.* sic etiam quando concedit facultatem alienandi, & permutandi. *ibidem.*

Confraternitates Confalonis erigi possunt extra vrbem Romæ; sed huic Archiconfraternitati debent aggregari, possunt pro redimendis captiuis eleemosynas petere. *Sixtus 5. const. 27. vbi supra.*

Confraternitas Cordigerorum.

Hæc Confraternitas cum gradu Archiconfraternitatis erigitur in Ecclesia Sancti Francisci Minorum Conuentualium Assisii. *Sixtus 5. const. 13. Ex supernæ.* Gratiæ & indulgentiæ omnium aliarum Confraternitatum ei conceduntur. *ibidem.*

Confraternitates Cordigerorum in alijs locis erigi possunt, sed aggregari debent illi per *Generalem Ordinis Minorum Conuentualium*, & nullum alium, in quacumque Ecclesia sint erigendæ, etiam in Ecclesiis Obseruantium, aut Cappuccinorum. *ibidem.*

Confratres Cordigeri præsentes processioni, quæ fit quolibet mense, quas indulgentias lucrantur. *ib. in declaratione.*

Confraternitas Corporis Christi Romæ.

Hæc Confraternitas in Ecclesia super Mineruam confirmatur *à Paulo 3. const. 20. Dominus.* Gratias, & priuilegia omnium aliarum ei concedit. Capitula, & regulæ præscribuntur. *ibidem.*

Confraternitas SS. Crucifixi Romæ.

Hæc Confraternitas in Ecclesia Sancti Marcelli erigitur in Archiconfraternit. *Pius Quartus constitut. 30. cum sicut.* Opera pietatis, seu institutum eius est dotare puellas Protectori concessit potestatem iudicandi omnes eius causas, & formam procedendi præscripsit. Obtinere potest liberationem vnius carcerati pro quolibet crimine, exceptis hæresis, & læsæ maiestatis, & hoc quouis anno in die Sanctæ Crucis mensis *Maij*, vel *Septembris*. Multa priuilegia ei concedit, & facit eam caput omnium Confraternitatum Crucifixi. *ibidem.*

Confraternitates Doctrinæ Crristianæ Romæ, &c.

Confraternitates istas erigi debere per omnes Ciuitates, & terras, ad docendum pueros doctrinam fidei, statuit *Pius 5. const. 137. Ex debito.* Multas gratias, & indulgentias eis concedit. *ibidem.*

Confraternitas Doctrinæ christianæ erecta in Ecclesia Sancti Petri Romæ, sublimatur in Archiconfrater. Priuilegia multa. Obligationes confratrum per §§. 33. *Paulus 5. const. 36. Ex debito.*

Confraternitas Sanctissimi Nominis Iesu.

Confraternitas hæc erecta Hispaniæ in Ciuitate Burgi ad impediendum blasphemias approbatur *à Pio 4. const. 78. Iniunctum.* Gratiæ & priuilegia ibi celebrat festum solemniter in die Circumcisionis Domini Nostri Iesu Christi. *ib.*

Alia confraternit. sub hac inuocatione in Regno Peruuiano (Indiarum Occidentalia) approbatur cum gratiis, & indulgentiis. *Clemens 8. const. 98. cum sicut.*

Confraternitates Nominis Iesu erigi possunt in Ecclesijs Fratrum Ordinis Prædicatorum, & in aliis, de licentia Prioris Generalis eorum. *Pius 5. constitut. 130. Decet Romanum.*

Confraternitas Sanctissimæ Inquisitionis.

Confratres Sanctissimæ Inquisitionis, multis priuilegiis fruuntur. *Clem. 7. const. 27. cum sicut diffusè.*

Confratres Sancti Ioannis Baptistæ Decollati Romæ.

Hæc Confraternitas Nationis Florentinæ sub titulo Misericordiæ, Romæ, approbatur *ab Innocentio 8. const. 16. Inter desiderabilia.* Institutum eorum est consolari damnatos ad mortem, & sepulturam eorum procurare. Priuilegia multa habet. *ibid. Pius 5.* eadem confirmat *const. 91. cum sicut.* Habet priuilegium liberandi vnum carceratum pro quouis graui delicto damnatum, exceptis quibusdam, & hoc omni anno in festo Decollationis Sancti Ioannis Baptistæ. *Pius 5. ibidem* & alia concedit. Modus liberandi carceratum, & damnatum. *ibidem.*

Confraternitas Sancti Nicolai Lotharingorum Romæ.

Hæc Confraternitas erigitur in Ecclesia Sancti Ludouici Nationis Gallicanæ Romæ. Onera confratrum, gratiæ, & priuilegia. *Gregor. 15. const. 38. Dum ad sacram.*

Confraternitas Mortis Romæ.

Hæc Confraternitas dicta Orationis, & Mortis, approbatur *à Pio 4. const. 22. Diuinam.* Corpora pauperum mortuorum, suis expensis sepeliri curant. Orationes 40. horarum in vltima Dominica mensis exponunt. Eorum priuilegia, & gratiæ *ibidem.*

Confraternitas Musicorum.

Hæc confraternitas erecta in Ecclesia Sancti Pauli Decollati sub inuocatione Visitationis Beatæ Mariæ Virginis, Sancti Gregorii, & Sanctæ Cæciliæ, approbatur, & confirmatur *ab Vrbano VIII. constitut. 32. Pietatis.* Gratiæ, & priuilegia. *ibidem.*

Confraternitas Pietatis.

Vide, *Confraternitas Carceratorum.*

Confraternitas Sancti Rocchi.

Hæc confraternitas in Ecclesia dicti Sancti erecta approbatur, & confirmatur. *Pius 4. const. 16. Regimini.*

Vide, *Hospitale.*

Confraternitas Rosarij.

Confrat. Rosarii cum recitatione 150. Aue Maria, sub nomine Psalterii Beatæ Mariæ *à Sixto 4.* primò approbata *const. 18. Ea quæ*, cum gratiis, & indulgentiis, ac obligationibus confratrum. *ibid.* totum Psalterium in die recitare debebant.

Confraternitas Rosarii Coloniæ renouatur, & confirmatur ad instantiam Ducissæ Iuliacensis. *Leo X. constit. 46. Pastoris.* Gratiæ, indulgentiæ, & confratrum obligationes. *ibidem.*

Sed *Clemens 7. const. 40. Et si temporalium*, concedit indulgentias confratribus recitantibus totum Rosarium per hebdomadam, & si alia quædam pia opera faciant alias lucrantur, & alia multa. *ibid.*

Rosarii confraternitas non potest per alios erigi in quouis loco, nisi per Generalem Ordinis Sancti Dominici, vel per alium ab eo deputatum. *Pius 5. const. 87. Inter desiderabilia.* Vbi gratias confirmat, & alias addit. Rosarii formam approbat, & confirmat. *ibid.*

Sixtus 5. Indulgentias Rosarii confraternitatis super Minerua, confirmat, & ampliat. *const. 21. Dum ineffabilia.*

Confraternitates Rosarii per Generalem, aut Vicarium Generalem Ordinis Sancti Dominici erigi possunt de licentia Ordinarii. *Sixtus 5. ibidem.* Vide, *Rosarium.*

Confra-

Confraternitas Sancti Spiritus Romæ.

Hæc confraternitas instituitur *à Sixto 4. constitut. 14. Illius.* Multa *priuilegia*, & gratias ei concedit. Inter alia, vt tempore *interdicti* si moriantur confratres, in sacro sepeliantur. Indulgentias etiam iis, qui eleemosynis subueniunt *Hospitali*. Notariorum obligatio est significare legata relicta tali confraternitati. *ibid.* Regimen, & forma gubernii dictæ confraternitatis, & alia ad ipsam pertinentia. *ib.*

Confraternitas S. Benedicti, & Scholasticæ Romæ.

Hæc confraternitas erigitur *à Paulo 5. const. 89. Pastoris*, & confirmatur *à Gregor. 15. const. 43. Pias*, cum forma regiminis, gratiis, & indulgentiis. Onera, & obligationes confratrum. *ibid.* est in Ecclesia Sancti Eustachii.

Confraternitas Sculptorum, & Lapicidarum Romæ.

Hæc Confraternitas obtinet, vt possit transferri ab Ecclesia Sancti Andreæ de Funariis ad Ecclesiam Sancti Nicolai, sub inuocatione Sanctorum Quatuor Coronatorum. *Gregor. 15. const. 47.* onera, & obligationes confratrum. *ib. per 17. §.*

Confraternitas Peregrinorum Trinitatis.

Hæc confraternitas obtinet pro iudice in omnibus causis Cardinalem Protectorem, cuius ampla est iurisdictio in omnibus spectantibus ad dictam confraternitatem. *Pius 5. const. 123. cum sicut.* Diffusè ibi omnia.

Confraternitates quomodo erigendæ, vel aggregandæ, & alia circa confraternitates.

Confraternitas alicuius instituti, vna tantum in Ecclesia erigi potest. *Clemens 8. const. 115. Quæcumque.* Cum licentia Ordinarii erigi debet. *ibid. §. 2. conc. Senonen. tit. Confraternitas c. 30.*

Confraternitas, quæ potest alias aggregare, quomodo hoc facere potest, & quas indulgentias communicare. *ib. §. 3.*

Statuta confraternitatum ab Ordinario debent confirmari: quomodo cum licentia Ordinarii possunt publicare suas indulgentias: quomodo conseruare eleemosynas, & alia bona, quæ eis obueniunt. *ibid. §. 8.* Quam facultatem habent circa absolutiones obtinendas. *ibid. §. 9.* & restringitur. & alia pertinentia ad aggregationem earum. *ibid.*

Confraternit. aggregationes gratis omninò faciendæ. *ibid. §. 11.* Vide, *Hospitalia.*

Confratres exemptorum.

Confratres exemptorum, siue oblati, si viuunt in suis proprietatibus, & non omnino se transferunt ad Religiosos, seu exemptos, ab Ordinariis iudicantur. *De priuil. cap. cum plantare §. fin.*

Confratres isti, qui non se omninò transferunt ad exemptos, non sunt priuilegiati. *ibid. cap. Tuarum.*

Confratres, & consotores, quæ in suis domibus viuunt, tenentur soluere decimas. *de priuilegijs c. Quidam.*

Confratres regularium tempore interdicti sepeliri possunt ab eis in sua Ecclesia non interdicta, dummodo non sint nominatim interdicti. *De priuilegijs c. Vt priuilegia.*

Congregatio Cardinalium Sancti Officij Romæ.

Hæc Congregatio instituta est *à Paulo 3. constit. 34. Licet.* Confirmatur *à Pio 4. const. 79. cum nos.* Deinde *à Pio 5. const. 1. Sanctissimus, & const. 22. Inter.*

Ampliatur *à Sixto 5. const. 74. Immensa.* Super omnes Inquisitores habet iurisdictionem. *ibid.*

Potest procedere contra quoslibet hæreticos etiam Prælatos, & Episcopos. *Pius 4. const. 67. Romanus.* In qualibet parte Orbis existant tales Prælati hæretici.

Facultates Eminentissimorum Cardinalium pro causis Sancti Officii amplæ habentur, distinctè in præfatis *Constitut.* Vide, *Inquisitores supremi.* Vide, *S. Officium.*

Congregatio Cardinalium interpretum Concilij Tridentini Romæ.

Hæc Congregatio instituitur *à Pio 4. const. 81. Alias*, ad declarandum decreta Concilii Tridentini, dum oriuntur dubia, & causæ. Confirmatur *à Sixto 5. const. 74. Immensa. cap. Deo autem.*

Congregatio Card. Signaturæ gratiæ Romæ.

Hæc Congregatio erigitur pro gratiosis expeditionibus. *Sixtus 5. const. 74. cap. Et quoniam.*

Congregatio Consistorialis.

Hæc Congregatio erigitur pro negotiis consistorij, & pro Ecclesiarum erectionibus, &c. *Sixtus 5. const. 74. Immensa. cap. Illa præterea.*

Congregatio Annonæ Romæ.

Hæc Congregatio erigitur pro annona procuranda Romæ, & in aliis locis status Ecclesiæ. *Sixtus 5. const. 74. Immensa. cap. Eumque.*

Congregatio Rituum.

Hæc congregatio erigitur pro ritibus, & cæremoniis sacris in tota Ecclesia obseruandis. *Sixtus 5. constitut. 64. cap. Iam verò.*

Congregatio Iudicis.

Hęc Congregatio erigitur pro indice librorum prohibitorum. *Sixtus 5. const. 74. Immensa. c. Quia verò.*

Confirmatur *à Clemente 8. const. 36. Sacrosanctum.*

Congregatio Regularium, & Episcoporum.

Hæc Congregatio erigitur pro consultationibus Regular. & Episcoporum. *Sixtus 5. const. 74. Immensa. cap. Nec sane. & cap. Et nos.*

Congregatio pro statu Ecclesiæ in subleuandis grauaminibus.

Hæc Congregatio erigitur pro subleuando statu Ecclesiæ. *Sixtus V. const. 74. Immensa. cap. Nec verò.*

Congregatio pro re militari.

Hæc Congregatio erigitur pro negotiis Militum status Ecclesiæ. *Sixtus 5. const. 74. Immensa. c. Præterea.*

Congregatio pro Regimine studij, &c.

Hæc Congregatio erigitur pro regimine studii generalis Romæ. *Sixtus V. const. 74. Immensa. c. Illud etiam.*

Congregatio pro Aquis, Viis, & Pontibus.

Hæc Congregatio erigitur pro cura Viarum, Pontium, & Aquarum in statu Ecclesiæ. *Sixtus V. const. 74. Immensa. cap. Et quoniam.*

Congregatio pro Typographia Vaticana.

Hæc Congregatio ergitur pro cura Typographiæ prædictæ. *Sixtus V. const. 74. Immensa. cap. Cæterum.*

Congregatio pro negotijs ſtatus Eccleſiæ.

Hæc congregatio erigitur pro conſultandis maioribus negotijs ſtatus Eccleſiæ. *Sixtus 5. conſt.74. Immenſa. cap. Denique.*

Congregationum prædictarum facultates, & forma procedendi in eis præſcribuntur. *ibid. in fine. cap. Denique, & cap. Sanctiſſimus.*

Congregatio Card. Boni Regiminis.

Congregatio hęc inſtituitur *à Clem.8. conſt.10 Pro commiſſa*, pro bono gubernio ciuitatum ſtatus Eccleſiæ, cum iuriſdictione ampla. *ibid. Paulus V. conſt.38. Cupientes.* concedit Cardinalibus huius congregationis, vt omnes cauſas ciuiles, & criminales, ac mixtas poſſit iudicare. Poſſunt alios iuriſperitos ſecum aſſumere. Poſſunt vti cenſuris. Non incurrunt irregularitatem, dum tractant cauſas ſanguinis, dummodo per ſe ipſos non ferant ſententiam; quod à maiori parte concluditur habet firmitatem. Cauſæ, quas poſſunt iudicare. *ibid. in addit.* Non poſſunt ſe ingerere in cauſis maleficiorum. *ibid.*

Congregatio Cardin. pro Baronibus ſtatus Eccleſiæ.

Hæc congregatio erigitur à *Clemente 8. conſt.41. Iuſtitiæ ratio*, pro ſubleuandis ſubditis, & alijs, à quibus Barones, ſeu Domini pecunias acceperunt ad montes erigendos, &c. & ſoluere non curant: quomodo contra eos procedendum. *ibid.*

Vide, *Barones.*

Congregatio de Propaganda Fide.

Congregatio hæc erigitur *à Gregor. XV. conſt.26. Inſcrutabili.* Quæ negotia in ea tractanda, & quomodo regenda. *ibid. per 16. §§.*

Conceduntur huic congregationi redditus ad ſuſtentandum alumnos venientes de partibus remotis, *ibid. in additione per §§. 29.*

Literæ, gratiæ, & expeditiones, quæ conceduntur pro hac congregatione, gratis vbique relaxandæ. *ibid. in additione. cap. cum inter.*

Congregatio confinium ſtatus Eccleſiaſtici.

Congregatio hæc erigitur *ab Vrbano 8. conſt.73. Debitum paſtoralis.* Finis huius inſtitutionis eſt, ne alienentur terræ, loca feudalia ſtatus Eccleſiæ cum alienis, ſeu exteris. *ibid. per 11. §§.*

Congregationes omnes Cardinalium.

Congregationes iſtæ quas facultates habent, quibus ſecretarijs, & conſultoribus vti debent; quas cauſas poſſunt iudicare, & ex alijs iudicibus aſſumere, qualiter terminare, &c. *Sixtus V. conſtit.74. cap. Denique il 2.*

Congregationes quædam Regularium, & aliæ.

Congregatio Beatæ Mariæ Fulienſis eximitur à congregatione Ordinis Ciſtercienſis, & recipitur ſub poteſtate Sedis Apoſtolicæ. *Clem.8. conſt.12. Paſtoralis.* Multa priuilegia talis congregationis. *ibid.*

Congregat. huius Monachi præcedunt omnes Mendicantes in proceſſionibus. *Clemens VIII. conſt. 56. Regis Pacifici.*

Vide, *Monachi.*

Congregatio Monachorum Montis Virginis. Vide, *Monachi Montis Virginis.*

Congregatio Cœleſtinorum. Vide, *Monachi Cœleſtini.*

Congregatio Oliuetanorum. Vide, *Monachi Oliuetani.*

Congregatio ciſtercienſium. Vide, *Monachi ciſtercienſes.*

Congregatio Oratorij piorum Sacerdotum in Regno Franciæ. Vide, *Oratorij.*

Congregatio Oratorij Sancti Philippi Nerei. Vide, *Oratorium.*

Congregatio clericorum ſæcularium Matris Dei. Vide, *clerici ſæculares, &c.*

Coniuges.

Coniuges inuicem ſe debent diligere. *Lib.6. conſtit. Apoſtol. cap.28.*

Coniuges ex mutuo conſenſu abſtinere poſſunt, quando vacare volunt orationi. *33. q.4. c. Apoſtolus.*

Coniuges dicuntur etiam ſponſi, & ſponſæ. *27. q.2. cap. Genuit. cap. Egreſſus. & cap. Priuſquam.*

Coniux infidelis, quomodo ſanctificatur propter mulierem fidelem: & quomodo hoc intelligitur. *Gelaſius in epiſt. aduerſus Pelagianorum hæreſim.*

Coniuges benedicendi à ſacerdote. *30. q.5. c. Sponſus.*

Coniuges veri ſunt, etiam qui ob incontinentiam nubunt. *32. q.2. cap. Solet quæri.*

Coniuges procurantes ſterilitatem, fornicarij dicendi ſunt. *32. q.2. c. Aliquando.*

Coniuges, quomodo reconciliandi. *35. quæſt.6. cap. Abiſto die il 2.*

Coniuges, qui ſunt cognati ſpirituales, ſeparandi ſunt. *30. q.1. c. Peruenit.* Vide, *cognatio ſpiritualis.* Vide, *compatres.* Vide, *Matrimonium quando ſeparandum.*

Si coniux infidelis venit ad fidem altero remanente infideli, proles debetur fideli. *de conuerſione infidel. c.fin.*

Coniux dubitans de morte coniugis, non contrahat iterum, niſi certificetur. *de ſecundis nuptijs c. Dominus.*

Talis coniux circa petitionem, & redditionem debiti, quomodo debet ſe gerere. *ibid.*

Coniux non poteſt alterum impetere de adulterio, ſi ipſe commiſit. *de adulterijs, &c. c. Intelleximus. & c. fin.*

Coniuges ſeparantes ſe etiam cum iuramento, poſſunt cogi ad cohabitandum. *De iure iurando c. Tua nos.*

Coniux ſciens impedimentum matrimonij certò, non debet reddere debitum, nec petere, ſed potius ferre excommunicationem, quam reddere: ſi ſcit probabiliter, depoſita conſcientia erronea poteſt reddere, ſed non petere. *De ſent. excommunic. c. Inquiſitioni.*

Vide, *Vir.* Vide, *Vxor.* Vide, *Maritus.* Vide, *Matrimonium.*

Coniuges circa ingreſſum Religionis, & continentiam.

Coniux ante conſummationem matrimonij ingredi poteſt religionem etiam altero inuito ſeu nolente. *conc. Later. 3. in append. tit. de coniugatis c.1. 8. & 9. de conuerſ. coniugat. c. verum poſt.*

Alter coniux remanens poteſt aliud matrimonium contrahere, cum prior profeſſus eſt religionem. *conc. Later an. 3. vbi ſupra de conuerſ. coniug. c. verum.*

Coniux qui poſt copulam altero inuito ingreditur religionem, & profitetur, poteſt ab alio repeti. *conc. Later. 3. vbi ſupra c.2. diſt. 32. c. Seriatim.*

Talis coniux cum reſtituitur non poteſt petere debitum, ſed tenetur reddere. *conc. Later. 3. vbi ſupra c. 2.* Neque poteſt vlterius vxorem ducere, etiam mortua prima. *ibid.*

Præfatus religionem profeſſus, & redditus coniugi, mortua iſta non tenetur iterum intrare in religionem. *de conuerſ. coniugat. c. Quidam. c. Placet. c. Ad Apoſtolicam.*

Coniuge intrante religionem non poteſt alius remanere in ſæculo, ſed debet religionem intrare, niſi ſit adeo ſenex, vt non poſſit de eo oriri ſuſpitio. *conc. Later. 3. in appendic. tit. de coniugatis c.3. diſt. 50. cap. Si quis Diaconus. de conuerſ. coniug. c.1. cap. cum ſis. cap. Vxoratus. c. ad Apoſtolicam. & c. Significauit.*

Coniuge intrante in religionem, & alio remanente in ſæculo, niſi promiſerit continentiam in conſpectu Eccleſiæ, ille alius etiam ſi profeſſus, reuocandus eſt à religione, niſi alter velit intrare. *concil. Later. 3. ibid. cap.4. de conuerſ. coniugatorum vbi ſupra.*

Coniuges

Coniuges possunt de communi consensu intrare religionem. *De regularibus c. Veniens.*
Coniuges illicitè iurant de separatione, nisi per ingressum Religionis. *ibid.*
Coniux volens continentiam sine alterius consensu, adhuc tenetur debitum reddere, sed non potest petere. *De conuers. coniugatorum. c. Carissimus.*
Coniuges qui se inuicem absoluerunt, vt intrarent religionem, non possunt amplius se repetere. *ibid. c. Dudum.*
Coniuge intrante religionem, cum pacto, vt coniux remanens emittat votum continentiæ, hic remanens non tenetur ingredi religionem, nisi sit suspitio de eo. *Honorius 3. ex Cirone, De conuers. coniug. c.2.*
Vide, *Vxor*. Vide, *Vir*. Vide, *Mulier*. Vide, *Diuortium*.

Coniuges circa multa.

Coniuges saluari possunt si bene viuunt. *De fide, & summa Trinitate c.1. in fine.*
Coniuges separati ex causa leui, cogendi sunt ad cohabitationem. *De sent. & re iudic. c. Lator.*
Coniux non potest ad sacros ordines promoueri, nisi alter voueat continentiam. *concil. Lateran. 3. in append. tit. De coniug. c.6. dist.28. c. Assumi.*
Coniux non potest fieri Episcopus, nisi vxor velamine imposito religionem ingrediatur & profiteatur. *Concil. Later. 3. vbi supra c.7.*
Coniux concubinarius dimissa vxore cogendus ad dimittendam concubinam & habitandum cum vxore: & si appellet, non auditur. *concil. Later. 3. in append. tit. De appellationibus c.20.*
Coniux cognoscens carnaliter matrem vxoris vel filiam, aut sororem, si hoc est publicum separatur perpetuo à coniuge sine spe alterius matrimonij etiam mortua prima. *Si verò secretum, imponenda est ei pœnitentia, & tempore pœnitentiæ tenetur reddere debitum, sed non petere. Si verò cognoscit carnaliter consanguineam vxoris in tertio gradu non separetur, sed pœnitentiam accipiat. concil. Later. 3. in appendice tit. De eo qui consanguineam c.1.*
Coniuges separantes se etiam cum iuramento quando possunt cogi ad cohabitationem. *De iure iurando c. Tua nos.*
Coniux, si peccato suo perdit ius petendi debitum, non potest facere, vt alius etiam perdat. *concil. Later. 3. in append. p. 49. capit. 18.*
Coniuges licitè, & validè separati quomodo possunt post annum contrahere cum alijs. *concil. Lateran. 3. vbi supra p. 50. cap. 46.*
Coniux non potest sine alterius consensu peregrinari. *concil. Londinen. 1. c. 11.*
Coniux tenens concubinam est excommunicandus. *concil. Sabin. c. 23.*
Coniuges, qui per verba de præsenti coram Sacerdote contraxerunt, non possunt cum alijs contrahere; & si alter eorum contrahit cum alio, nullum est secundum matrimonium, etiam si cum secundo adsit copula, sed redire debet ad primum. *conc. Lateran. 3. in append. tit. De sponsalibus. cap. 8.*
Et additur in dicto loco, licet aliquando aliter sit iudicatum. Vide, *Matrimonium*.
Coniuges si ex causa fornicationis separantur, non possunt alteri nubere. *Eug. 4. in concil. Florent. post vlt. sess. in decreto Vnionis §. septimum.*
Coniugibus consulitur abstinere ab actibus venereis ieiuniorum tempore. *Post ep. 13. Liberij.*
Coniuges, qui facta sententia diuortij, ex affectata separatione, impudicè viuunt, vltimo supplicio puniendi. *Sixtus 5. constit. 46. Ad compescendum.*
Vide, *Vir*. Vide, *Vxor*. Vide, *Vxor circa alia*. Vide, *Vxoris obligationes*.
Vide, *Matrimonium*. Vide, *Vir*. Vide, *Vxorati*. Vide, *Diuortium*. Vide, *Torus*.

Coniugium.

Coniugium vituperans est anathema. *dist. 30. c. Si quis, &c.*
Coniugium, non à coitu, sed à mutua pactione dicitur. *27. q. 2. c. cum initiatur. c. coniuges, & c. coniux.*
Coniugium inter fideles, & infideles non faciendum, nisi promittat esse fidelis, & quomodo. *28. quæst. 1. c. Caue Christiane.*
Coniugij status est imperfectior cælibatu. *concil. Trid. sess. 24. can. 10.* Vide, *Cælibatus*.
Coniugium ante Enangelium in aliquibus personis plus placuit Deo, quam cælibatus, & quare. *32. quæst. 4. cap. quis ignorat.*
Coniugij conditiones obseruandæ. *30. q. 5. c. Qualis.*
Coniugia clandestina sub pena excommunicationis, nequeunt celebrari. *concil. Turon. 4. cap. 12.* Vide, *Matrimonium clandestinum*.
Coniugiorum impedimenta. Vide, *Matrimonium*.
Coniugia, quando separanda quò ad torum, vel quò ad vinculum. Vide, *ibid.* Vide, *Diuortium*.
Coniugatus. Vide, *Vxoratus*.

Coniurantes.

Coniurantes etiam iurati, compellendi sunt ad testificandum. *De testibus cogendis c. finali.*
Coniurantes de non recipiendo aliquem in canonicum, &c. factum à Papa, quomodo puniendi. *De verbor. signific. in 6. c. constitutionem. §. cæterum.*
Coniurantes de faciendo nouo Principe viuente primo, excommunicentur. *concil. Tolet. 5. c. 4. Tolet. 6. c. 17.*
Coniurantes contra Principem, excommunicentur vsque ad finem vitæ. *concil. Tolet. 4. cap. 75. concil. Tolet. 16. cap. 9. & 10.*
Coniurantes clerici contra proprios Prælatos, vel contra alios conclericos, siue sint clerici sæculares, siue regulares, à proprio cadunt gradu, & separantur. *conc. chalced. c. 18. 11. q. 1. cap. coniurationum. 11. q. 2. c. Si qui vel clerici.*
Coniurans non potest denunciare. *de accusat. cap. cum dilectus.*
Coniurantes contra Episcopum sunt infames; damnandi exilio, & excommunicandi. *Calixtus 1. ep. 2. 23. q. 3. & 6. q. 1. cap. Infames.*
Vide, *conspirator*. Vide, *clerici conspirantes*.

Consanguinei.

Consanguinei dicendi sunt illi, quos leges diuinæ, & humanæ tales appellant; ij scilicet, qui vt hæredes possunt succedere, nec possunt repelli. *Calixtus 1. epist. 2. q. 4. c. consanguineos. 35. q. 2. c. coniunctiones.*
Consanguineis committi non debent officia Ecclesiæ ab Episcopis. *dist. 89. c. Decenter.*
Consanguinei contrahentes matrimonia separandi; & tales numquam possunt alia matrimonia contrahere. *35. q. 2. c. Qui propinquam. & q. 6. c. Ab isto die il 2.*
Consanguinei vxoris computantur, sicut consanguinei viri. *35. q. 2. c. Nullum, c. Æqualiter, & c. Sanè. de consanguinit. & affinit. c. Quod super his.*
Consanguinei vsque ad septimum gradum non possunt (sine dispensatione) matrimonia facere. *35. q. 2. c. Nullum. c. Æqualiter, & c. Sanè.* Modo vsque ad 4. *de consanguinit. & affin. c. Non debet, & c. fin.*
Consanguineorum gradus post septimum non numerantur, quia tunc incipit fieri noua propago. *35. q. 4. c. vnico.*
Consanguinei, quando licitè contrahunt. *de consanguinit. & affinitate, c. Quod super his.*
Consanguinei iudicum causarum beneficialium, non possunt ea beneficia impetrare, *Pius 4. const. 14. cupientes.*
Consanguinei quando in statu Ecclesiæ compellendi ad emendum bona confiscata, vel subhastata à camera. *Clem. 8. constit. 10. in declarat. cum per.*
Consanguinei Papæ eo viuente gaudent exemptione gabellarum, & aliorum onerum cameralium; & non includuntur

tur in constitutione reuocatoria priuilegiatorum in his. *Innocentius* 10. *const.7. Et si ea*.

Consanguinitas, & eius gradus.

Consanguinitas viri, & vxoris eodem modo computanda in faciendis matrimonijs. 35.*q.*2.*c.Nullum. c.Æqualiter,& c. Sanè*.

Consanguinitatis gradus, quomodo computandi. 35. *q.*5.*cap. Series, & c.Ad sedem*, vbi assignatur arbor consanguinitatis, & affinitatis.

Consanguinitas vsque ad septimum gradum, olim impediebat matrimonia. 35. *q.*2. *c.Nullum. c.Æqualiter. c. Sanè*. Post illum dispensati censebantur alij, quia sex ætatibus mundus finitur. *ibid. q.*4. *c.consanguinitas*, & noua incipit propago. *ibid.*

Nunc autem vsque ad quartum tantum impedit consanguinitas, ne fiant matrimonia, & non vltra. *De consanguinit. & affinit..c.Non debet . & c.fin.*

Vide, *Matrimonium*.

Consanguinitatis gradus perquirendi sunt per Episcopum, non ab externis, sed à propinquis, per ordinem, vt priùs à magis, quam à minus propinquis. 35. *q.*6. *cap.consanguineos, & c. Videtur nobis*. & per antianos, atque antiquos. *Post ep.3. Fabiani*.

Filij in causa patris recipiendi in hac perquisitione. *ibid.*

Consanguinitate probata per tres, vel duos testes, dissoluatur ab Episcopo matrimonium. 35. *q.*6. *c. si duo*.

Negantibus propinquis, ab ipsis coniugibus perquirantur gradus consanguinitatis. *ibid. c. Si duo*.

Consanguinitatem negantes falsò, consanguinei, puniendi. *ib.*

Consanguinitatem asserentes iurare debent, & quomodo. 35. *q.*6. *c.De parentela. & c. Illud sacramentum*.

Consanguinitas ad separandum matrimonium est probanda per tres, qui de cognatione supersunt: vel si non supersunt, per tres seniores, & meliores, qui iurent, quod non amore, odio, & pretio, &c. id testificantur, & quod acceperint à maioribus veritatem, quam deponunt. *Conc.Later.*3.*de testibus cogendis c.*17.

Si consanguinitas post multum tempus innotescat, quid agendum. *ibid. c.*23.

Vide, *Gradus consanguinitatis*. Vide, *Matrimonium*. Vide, *Parentela*. Vide, *Testes in causa matrimoniali*.

Conscientia.

Conscientia erronea, aut scrupulosa, vel dimittenda, vel contra eam non est operandum. *De simonia, cap. Per tuas il 2.*

Consecratio Ecclesiarum.

Consecrare Ecclesias pertinet ad Episcopum. *dist.*25. *c. Perlectis. De consecr. dist.*1. *c.*1. *post ep.*2. *Euaristi. Concil. Vormat.*1. *c.*8. *Concil. Hispal.*2. *c.*7.

Consecrari non potest Ecclesia noua, absque licentia Papæ. *De consecr. dist.*1. *c.De locorum*.

Consecratio facienda est ab Episcopo, qui habet iurisdictionem in incolas, antequam Ecclesia fundetur. *De religiosis domibus c.*1.

Consecranda est Ecclesia, de qua ignoratur, an fuerit consecrata. *De consecrat. dist.*1. *cap.Solemnitates. & cap. Ecclesia. Gregor.I. lib.*12. *ep.*32.

Si iterum consecratur Ecclesia, sale est exorcizanda. *de consecrat. dist.*1. *c. Si motum*.

Consecrari non debet Ecclesia, in qua paganus fuit sepultus. *De consecr. dist.*1. *c.Ecclesiam*.

Consecrari non debet Ecclesia ædificata ad quæstum. *De consecrat. dist.*1. *cap. Si quis Basilicam. Concil. Brachar.* 2. *cap.*6.

Consecrari non potest Ecclesia, nisi dotetur. *Concil. Valent.* 1. *c.*9. *concil. Brachar.*2. *c.*5. *Honorius III. ex Cirone, de consecr. Eccles. c.*1.

Consecratio Ecclesiæ cum Missa est facienda. *de consecrat. dist.*1. *c. Omnes*.

Consecratio Ecclesiæ facienda est cum reliquijs Sanctorum: *conc.Nicæn.*2. *c.*7. aliter faciens deponatur.

Consecratio Ecclesiæ facienda est cum precibus. *De consecr. dist.*1. *c.*1. *Omnes*.

Consecrationis Ecclesiæ festum omni anno cum octaua celebrandum. *De consecrat. dist.*1. *cap. Solemnitates, & cap. sequenti*.

Consecratio Ecclesiæ quando, & in quibus casibus iteranda. *De consecr. dist.*1. *cap.Ecclesijs. c.Ecclesia. c.Arianorum. c.Agapitus. c. De fabrica. Iulius I. post ep.*3.

Pro consecratione Ecclesiæ, Episcopus nihil potest accipere, quia est simoniacum. 1.*q.*1. *cap. Statuimus. De simonia cap. cum sit*. Et nihil aliud potest Episcopus accipere præter procurationem, & expensas. *ibid.* Neque pro chrismate, quo vtitur, potest aliquid accipere. *De simonia. c. Ea quæ. Concil.Later.*4. *c.*63. alias est irrita. *Concil. Roman.*5. *sub Gregorio* 7. *c.*5.

Consecratio Ecclesiarum fieri potest etiam in diebus festis. *de consecr. Ecclesiarum. c.Tua fraternitas*.

Consecratio Ecclesiarum fit per Vnctionem chrismatis. *De sacra Vnct. cap. vnic. §. vltimo*.

Consecrari de nouo quando debet Ecclesia diruta. *Iulius I. post epist.*3. *de consecr. dist.*1. *c.ecclesijs. c. si presbyter*.

Consecratio Ecclesiarum facta ab Episcopo hæretico, iteranda est à Catholico. *conc. Cæsaragust. c.* 3.

Vide, *Ecclesiæ à quibus consecrandæ*. Vide, *Episcopus qui ad consecrationes rerum*. Vide, *Dedicatio, &c.*

Consecratio Altarium.

Consecratio altarium ab Episcopo tantum facienda. *Post epistol.* 2. *Euaristi.* 7. *q.* 1. *cap. Episcopus in Diœcesim.* 26. *q.* 6. *cap. Ministrare. conc. Hispal.* 2. *c.*7. *Conc. Vormat.*1. *cap.*8.

Consecratio altarium facienda cum Vnctione chrismatis. *de sacra Vnct. c.vn. §. fin. de consecr. dist.*1. *c.*1.

Consecrare non potest Episcopus aliena altaria. 7. *q.*1. *cap. Episcopus in Diœcesim*.

Vide, *Altaria*. Vide, *episcopi iurisdictio*.

Consecratio Virginum.

Consecratio Virginum facienda est ab episcopo tantum. *Post epist.*4. *Pij I. concil.Hispalens.*2. *c.*7. *Conc.Parisiens.*6. *lib.* 1. *c.*41. *&* 43. *conc. Regiaticinum cap.*7. *conc. Roman. sub Siluestro c.* 10. *dist.*25. *cap. Perlectis. Concil. Carthag.* 2. *cap.*3.

Consecratio Virginum facienda in Albis Paschalibus, vel in festis Apostolorum. *Gelasius I. ep.*9. *Post epist.*4. *Pij I.*

Consecratio Virginum potest etiam fieri in diebus Dominicis, & Sabbatho Pentecostes. *De temporib. ordinat. c.*1.

Consecratio Virginum non facienda pro pretio; alias est irrita. *conc. Roman.* 5. *sub Gregorio VII. cap.*5. *Concil. Lateranen.*4. *c.*63.

Vide, *Velare*. Vide, *Virgines*.

Consecratio Episcoporum.

Consecratio episcopi facienda est à tribus episcopis, vel saltem duobus. *Concil. quod dicitur Apostolorum c.*1.

Vide, *episcopi consecratio*. Vide, *Ordinare episcopos, &c.*

Consecratio episcopi fit per vnctionem cum chrismate. *De sacra Vnctione c.vnic. §. fin.*

Consecratio plurium episcoporum, vel altarium.

Vide, *Altaria*.

Consecratio Episcopi non differenda vltra tres menses; quod si ex negligentia consecrandi hoc accidat, communione priuetur: & si vltra quinque menses differat, nec pro illa, nec pro alia consecretur. *Post ep.*7. *Damasi c.*5.

Sed concilium Tridentinum decernit, quod fiat intra trimestre, & si prorogetur non possit prorogari vltra sex menses. *Sess.*7. *de refor.c.*9. & si non fiat intra tres menses post electionem, perceptione fructuum priuetur, & ad restitutionem (si percepit) teneatur. *conc.Trid. sess.*23. *de refor.c.*2.

Consecra-

Consecratio Episcopi si fit extra Vrbem Romæ, fiat in Ecclesia propria, vel in Prouincia, si commodè fieri potest. *concil. Trid. ibid. c.2.*

Consecratio Episcopi non facienda per pretium, alias est simoniaca. *concil. Later. 4. c.63.* Est irrita, id est, illicita. *concil. Rom. 5. sub Gregor. 7. c.5.*

Consecratio Episcopi non potest iterari. *dist.68. c. Sicut semel. c. Ecclesiis.*

Consecrationis Episcopi festum omni anno cum octaua celebrandum. *De consecrat. dist.1. cap. Solemnitates, & c. Sequenti.*

Consecrationes in genere, & consecrata.

Consecrationes rerum quarumcumque si in scriptura non reperiuntur dispositæ, fieri debent secundum ritum Ecclesiæ Romanæ. *Innoc. 1. ep.1.*

Consecrationes factæ ab Episcopis hæreticis circa ordines, sunt validæ. *Anastasius 2. ep.1. c.7. & 8. concil. Afric. c. 24. & 25. dist.19. c. Secundum.* Sed intelligitur si ordinantes sunt legitimè ordinati. Vide, *Ordinati ab hæreticis.*

Consecrationes Ecclesiarum factæ ab hæretico, iterandæ sunt à Catholico. *concil. cæsaragust. c.3.*

Consecrata semel non possunt iterum consecrari. *dist.68. cap. Sicut semel. & c. Ecclesijs.*

Consecrationes quando iterandæ. *De consecrat. dist.1. c. Ecclesiis. c. Ecclesia. c. Arianorum. c. Agapitus, & cap. De fabrica.*

Consecrato oleo potest admisceri non consecratum, & totum remanet consecratum. *De consecrat. Ecclesiar. c. Quod in dubijs.*

Consecrata Deo non possunt ad prophanos vsus conuerti. *De regul. iur. in 6. reg.14.*

Consecrationes omnes vestium, vasorum, altarium, &c. *De consecrat. dist.1. c.1.*

Vide, *Vestes.* Vide, *Vasa.* Vide, *Altaria, &c.*

Consecratio Eucharistiæ.

Consecratione facta (per verba) remanent accidentia panis, quæ dicuntur species, & quare sic dictæ. *De consecr. dist. 2. c. Species. c. Forte dicas.*

Consecratione facta, figuræ tantum panis, & vini remanent non autem substantiæ. *De consecr. dist.2. c. Omnia.*

Consecratione facta panis recedit, & corpus, ac sanguis Christi ponitur sub illis speciebus. Vide, *Eucharistia.*

Consecratio Eucharistiæ, aliquando tempore Apostolorum post solam orationem Dominicam fiebat. *Gregor. 1. l.7. ex regest. ep.64.*

Vide, *Eucharistia.*

Consentire.

Consentire erranti error est. *Pius 1. epist.1. dist.83. cap. Quid enim.*

Consentiens malo, puniendus est, sicut faciens. *Innocent. 1. epist.25.*

Consentiens peccato, reus est, vt faciens. *11. q.3. c. Ita corporis. & c. Qui consentit.*

Consentire censetur errori, qui potens resistere non resistit. *dist.83. c. Error, c. Quid enim, & c. Consentire. dist.86. c. Facientis. 23. q.8. c. Præterea.*

Vide, *Error.* Vide, *Superior.*

Conseruatores Iudices.

Conseruatores iudices defendere possunt ab iniurijs, sed non exercere iurisdictionem. *De off. Iud. deleg. c.1.*

Conseruatores concessi alicui à Papa ad defensionem iurium debent esse in dignitate constituti, & Ecclesiastica. *De off. Iud. deleg. in 6. c. Hac constitutione.*

Conseruatores aliquorum non possunt esse personæ constitutæ sub iurisdictione illorum. Exceptis consuetudinibus regnorum. *ibid.*

Conseruatores nequeunt agere contra illum extra Diœcesim, nec possunt trahere aliquem extra eam præter vnam dictam. *ibid. Hac constit.*

Conseruatores non possunt subdelegare, nisi hoc exprimatur in literis conseruatorijs, & tunc non possunt extra Diœcesim trahere, sicut supra. *ibid.*

Conseruatores ingerentes se in alijs, quam in manifestis iniurijs, suspenduntur ab officio: & pars quæ hoc fieri procurat, excommunicationem incurrit, & tenetur ad expensas. *ibid. Hac constit.*

Conseruatores quo ad negotia non incœpta expirante concedente expirant. *ibid.* circa expensas obseruare tenentur omnia, quæ delegati. *ibid.* Idem circa notarios, aliosque ministros. *ibid.*

Conseruatoriæ literæ. Vide, *Literæ conseruatoriæ.*

Vide, *Iudices conseruatores.*

Conseruatores Iudices Mendicantium.

Conseruatores iudices conceduntur Regularibus ad defensionem iurium ipsorum. *Extra, de iudicijs c. Frequentes.* Quales esse debent. *ibid.*

Non possunt vltra duas dietas aliquem trahere. *ibid.* Quænam sit eorum authoritas, & quomodo debent causas terminare. *ibid.*

Conseruatores Religionum debent esse viri docti, & constituti in Ecclesiastica dignitate. *concil. Lateran. 15. sess. 11. constit. 4. Dum intra.*

Conseruatores Iudices tenere debent regulares, & quæ eorum potestas. *concil. Trid. sess. 14. de refor. c.5.*

Item hospitalia, loca pia, collegia, & Vniuersitates. *concil. Trid. ibid.*

Conseruatores inseruiunt, vt præfata loca, ac personas defendant ab ordinarijs, & Episcopis. *Concil. Trident. ibid. cap.5.*

Conseruatores non possunt tenere tribunal erectum. *ibidem, cap.5.*

Conseruatores iudices non habentes requisita *à Bonifacio 8.* vel si non sunt designati, iuxta decretum concilij Tridentini, vel etiam eligendi, annullantur, *Clem. 8. constit. 3. Sanctissimus.*

Vide, *Iudices conseruatores.*

Conseruatores Vrbis Romæ.

Conseruatorum Vrbis priuilegia confirmantur, & alia adduntur. *Iulius 2. const. 29. Si nostrorum.*

Vide, *Roma.*

Consilium Euangelicum.

Consilia omnia Euangelica, vix aut numquam obseruantur. *De verbor. significat. in 6. c. Exijt.*

Conspirantes.

Conspirantes contra Episcopum, sunt infames. *11. q.1. cap. Statuimus. Calixtus 1. ep.2. 23. q.3. c. Infames.*

Crimen falso imponentes Episcopo, vsque in finem non communicent. *2. q.3. c. Si quis Episcopum.*

Vide, *Coniurantes.* Vide, *Ecclesiastica persona.* Vide, *Clerici conspirantes.* Vide, *Calumnians.*

Constantinopolitana Ecclesia, & Patriarcha.

Constantinopolitanus Patriarcha fauore Principum talis dici cœpit. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgarorum c.92.* Postea factus est primus post Papam. *dist.22. c. Constantinop. cap. Renouantes, & cap. Diffinimus. concil. constantinopol. 1. capit. 5.*

Constantinopolitana Eccle[illegible]on fuit fundata ab aliquo Apostolo. *Nicolaus I. Ad consulta Bulgar. c.92.*

Constantinopolitano Patriarchæ subditæ sunt multæ Prouinciæ Orientales, ex priuilegio, & quæ. *concil. chalced. c.28.*

Constantinopolitanus Patriarcha à Papa potest deponi. *dist. 22. cap. Qua traditione.*

Con-

Constantinopolitana Ecclesia subdita est Romanæ. *Gregor.* 1. *lib.* 7. *ex reg. epist.* 64. *dist.* 22. *c. de constantinopol. & c. Renouantes.* Vide, *Papa.* Vide, *Patriarcha.*

Constantinus.

Constantinus Imperator concessit Sancto Siluestro, & successoribus Romanam Monarchiam quò ad omnia temporalia. *de electione in* 6. *c. Fundamenta. dist.* 96. *cap. Constantinus.*

Constantiense Concilium.

Constantiense concilium intimatur *à Ioanne* 23. *const.* 1. *ad pacem.* Quò ad multa confirmatur *à Martino* 5. *in const. vlt. sessionis.* Confirmatur *à Pio* 2. *in Bulla retractationum.* Vide, *concilia.*

Constellationes.

Constellationes dicuntur syderum obseruationes. 26. *q.* 3. *c.* 1.

Constitutiones.

Constitutiones contra bonos mores fieri non possunt. *dist.* 10. *c. constitutiones.*

Constitutio noua Principis abrogat antiquam, licet de illa non faciat mentionem. *De const. in* 6. *c.* 1.

Constitutiones Ægidianæ seruandę in statu Ecclesiastico. *Sixtus* 4. *constit.* 15. *Et si de cunctorum. Paulus* 3. *constit.* 17. *Officij.*

Constitutiones Ægidianæ *à Sixto* 4. vbi supra referuntur, inter alia sunt. Ne Gubernatores, rectores, officiales, &c. emant à subditis victualia, vltra exigentiam. Circa mercedes Notariorum, & sigilli. De pertinentibus ad banchum. De homicidis. Ne munera recipiant. Ne pœnas remittant. Ne aliquid accipiant ab officialibus inferioribus ob eorum deputationem: neque de aliquo sumendo ex eorum salario pactum faciant, sub pœna excommunicationis. Quale sit pretium pro rescriptis; pro regularium literis, pro litera, & sigillo mandati, & alia multa. Quæ Gubernatores, Rectores, &c. tenentur iurare antequam sumant officium, & hoc in curia. *Sixtus* 4. *ibid.*

Constitutiones carpenses obseruandæ in Prouincia Marchiæ Anconitanæ, & quæ. *Paulus* 3. *const.* 17. *Officy.* & infra *c. Ex debito.*

Constitutiones fratrum Ordinis Minorum. Vide, *Fratres.*

Constitutiones contra bonos mores, non possunt fieri. *dist.* 10. *c. Constitutiones.*

Vide, *Decreta.*

Consuetudo.

Consuetudo Ecclesiæ Romanæ semper seruanda. *Innoc.* 1. *ep.* 1. *c.* 19. *dist.* 11. *cap. Quis nesciat.* Vide, *Eccl. Rom.*

Consuetudines diuersarum Ecclesiarum non officiunt, dummodo in fide conueniant. *Gregor. I. l.* 1. *ep.* 41. *concil. Lateran.* 4. *c.* 66.

Consuetudines piæ Ecclesiarum teneri possunt. *Greg.* 1. *l.* 12. *ep.* 31. *c.* 3. *dist.* 12. *c. Nouit. concil. Later.* 4. *c.* 66. *concil. colon.* 2. *p.* 9. *c.* 1.

Consuetudines diuersæ pro loco, & tempore non sunt malæ, nisi sint contrariæ legi canonicæ. *Nicolaus* 1. *in decr. De consuetudine c.* 2. *Dist.* 12. *c. Scit sancta. cap. Illa autem. concil. Treueren. c.* 4. *concil. colon.* 2. *p.* 9. *c.* 1.

Consuetudines quæ non sunt contrà fidem possunt retineri. *Post epist.* 4. *Pij* 1. *dist.* 11. *c. Consuetudinem concil. Later.* 4. *cap.* 66.

Consuetudo mala est corruptela, & ideo abijcienda. *dist.* 8. *c. Malam. Nicolaus* 1. *in decr. de consuetud. c.* 1.

Consuetudo postponenda est veritati, & rationi. *Dist.* 8. *c. Veritate. c. Si consuetudinem. c. Qui contempta. c. Fruſtra. c. consuetudo, & c. Si Solus dist.* 11. *c. consuetudinis.*

Consuetudo cedit legibus. *dist.* 11. *c. consequens est, & cap. consuetudinis.*

Si consuetudo suffragatur rationi, nihil potest esse firmius. *Dist.* 8. *c. Fruſtrà.*

Consuetudo inuiolabilis quænam est. *Dist.* 11. *cap. Ecclesiasticarum.*

Consuetudo laudabilis quænam est. *dist.* 11. *cap. consuetudinem.*

Consuetudines, quæ non officiunt fidei possunt obseruari. *Dist.* 12. *c. Illud breuiter. & c. Nos.*

Consuetudo non relinquenda, nisi obstet canonica auctoritas. *dist.* 12. *c. Scit sancta.*

Consuetudo, fidei catholicæ contraria est abroganda. *dist.* 11. *c. Consuetudinem.*

Consuetudines & instituta maiorum sequenda, si lex diuina non loquitur. *dist.* 11. *c. In his.*

Facta contra consuetudinem abroganda sunt. *dist.* 12. *c. consuetudo.*

Consuetudines bonas non abrogat Romana Ecclesia. *dist.* 12. *c. Quemadmodum.*

Consuetudo nequit abrogari, aut tolli propter commodum priuatum. *de constitutionibus c. Cum omnes.*

Consuetudo grauans Ecclesiasticos tollenda, *De consuetud. c. Consuetudines.*

Consuetudo potest induci aliquando à solemnitate actus, & quomodo. *ibid. c. Ex literis.*

Consuetudo non potest adducere violationem interdicti. *De consuetud. c. Cum inter.*

Consuetudo inducens ad peccandum, non tenet, sed est corruptela. *ibid. c. Ex parte.*

Consuetudo non derogat iuri naturali, vel diuino. *de consuetud. c. Cum tanto.*

Consuetudo obstans canonicis institutis nulla est. *ibid. c. Ad nostram.*

Consuetudo non facit, vt sit validum, quod de se non est validum. *ibid. c. Quanto.*

Consuetudo quæ obstat disciplinæ Ecclesiasticæ est irrita. *ibid. c. Cum inter.*

Consuetudo non potest suffragari contra Papę iurisdictionem. *De consuetud. c. Cum venerabilis.*

Consuetudo laudabilis est optima legum interpres. *ibid. cap. cum dilectus.*

Consuetudo peccaminosa est abroganda. *de consuetud. cap. cum tanto.*

Consuetudini contra Ecclesiam non defertur. *de sent. & re iud. c. Cum causa.*

Consuetudo in adolescentia facit præsumptionem in senectute. *de præsumptionibus. c. Ex studijs.*

Consuetudines approbatæ Ecclesiarum non possunt à capitulo mutari sine consensu Episcopi. *de consuetud. c. Cum consuetudin.*

Consuetudines contra leges, & statuta prouinciarum abrogandæ. *de his quæ fiunt à maiori parte c.* 1.

Consuetudines licitæ permittuntur. *de consuetud. in* 6. *cap. Non est, & cap. finali.*

Consules Artium Romæ.

Consules agriculturæ Romæ, quas causas possunt cognoscere, & quæ sit eorum iurisdictio. *Pius* 5. *const.* 16. *Pia deuotio.*

Consules artis pannorum possunt iudicare mercatores huius artis circa debita, & credita, & procedere possunt contra eos realiter & personaliter. *Martinus* 5. *const.* 6. *cum inter.* confirmantur *à Pio* 4. *const.* 46. *Volentes* pro summa ducatorum 30. de auro procedunt summariè.

Consules artis merciariorum instituuntur *à Pio* 4. *const.* 93. *cum pastorali.* Quænam est eorum iurisdictio, & quomodo non possunt impediri ab vllo tribunali. Pro summa vsque ad scuta 30. de auro possunt procedere summariè. *ibid.*

Consules artis lanæ. *à Martino* 5. *instituti const.* 6. *cum inter.* Eorum iurisdictio in iudicando. Confirmantur *à Sixto* 5. *constitut.* 14. *cum alias.* Multa sunt eorum priuilegia.

Consules artis pistorum, siue furnariorum *à Sixto* 5. confirmantur *const.* 36. *Cœlestis.* Possunt contra quoscumque etiam Principes, & Cardinales pro creditis furnariorum proce-

procedere, citarè, inhibere, & etiam ſummariè exequi, &c. Non poſſunt impediri eorum decreta per appellationes per cartas dotales, &c. Et nullæ ſunt tales appellationes, & aliæ, quæ impedire poſſent. *ibid.* Nulli recurſus partium ad quodcumque tribunal, &c. *ibid.*

Conſules pro mercatoribus Anconæ. Vide, *Ancona*. Vide, *Mercatores*.

Conſules pro aromatarijs. Vide, *Aromatarij*.

Conſules in vrbe pro mercatoribus Florentinis. Vide, *Florentini*.

Conſulere.

Conſulens homicidium, eſt homicida. *de pœnit. diſt. 1. c. 23. Perniciosè.*

Conteſtatio litis.

Conteſtatio litis fit per petitionem, & reſponſionem iuridicam, & non alias. *de litis conteſtat. cap. vnic. Olim. de electione &c. cap. Dudum Eccleſia Rotomag. §. Partibus.*

Non fit per poſitiones, & reſponſiones. *De litis conteſt. cap. vnico.*

Non conteſtata lite irritè proceditur in cauſa. *ibid.*

Conteſtata non remanet, lis ſi reſponſio aduocati eadem die reuocatur. *De appell. & recuſ. c. cum cauſam.*

Conteſtatio litis quando poteſt impediri. *Concil. gener. Lugdun. de lite conteſt. c. 1.*

Vide, *Lis*.

Continentia.

Continentiæ votum fit à clericis occidentalis Eccleſiæ in ordinatione ad ſacra, non autem à clericis orientalis Eccleſiæ. *Diſt. 31. c. Aliter.*

Continentiam ſeruandam ab Epiſcopis Presbyteris, & Diaconis Apoſtoli docuerunt. *Conc. Carthag. 2. c. 2.* Etiam ab vxoribus abſtinere debent. *ibid.* alias priuandi officio. *concil. Carthag. 5. c. 3.*

Continentiam alij clerici olim ſeruare non tenebantur. *conc. Carthag. 5. c. 3.*

Vide, *Clerici*. Vide, *Ordinati*.

Contractus, contrahentes.

Contractus, ex conuentione legem accipere dignoſcuntur. *de regul. iur. in 6. reg. 85.*

Contractus facti in præiudicium Eccleſiæ reſcindendi ſunt. *Conc. Meldenſe c. 18.* Vide, *Eccleſ. immunitas*.

Contractus matrimonialis factus per hæc verba, *Ex hoc tempore habebo te in vxorem*, eſt verum matrimonium. *De ſponſalibus &c. c. Ex parte.*

Contrahentes ſi veniunt contra contractum, vtrique poſſunt exigere pœnam contentam in promiſſione. *De pœnis cap. conſtitutus.*

Contractus annui cenſus non ſunt vſurarij ſi iuxta canones fiant. *Extrau. de empt. & vendit. c. Regimini 1. & 2.*

Vide, *cenſus*.

Contractus ſocietatis vſurarij, fieri non poſſunt. *Sixtus V. conſt. 45. Deteſtabilis*. Declarantur ibi multi caſus talium ſocietatum. Sed vniuerſaliter tunc eſt vſurarius, & prohibitus, quando vnus grauatur plus alio, vel vnus ſubiacet periculo non alius: vel capitale remanere debet ſaluum ſemper pro vno; & ſi perit, pro alio perit. *ibid.*

Vide, *Vſura*.

Contractus vendendi, & emendi fieri non poſſunt carius ex dilata ſolutione. *conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de vſuris*.

Emi non poteſt vilius ab aliquo ob pecuniam præſentem, vt vendatur carius alteri ob dilationem ſolutionis. *ibid.*

Emi non poteſt vilius ob anticipatam ſolutionem. *conc. Mediol. ibid.*

Vendi non poteſt res dilata ſolutione, cum hoc vt ſi pretium interim creſcit ſoluatur venditori ſic auctum. *ibid.*

Dari non poteſt frumentum, vinum, &c. vt plus ſit exigendum quam fuerit datum. *conc. Mediol. ibid.*

Neque dari poteſt vinum corruptum, frumentum malum, &c. alia ſimilia, vt exigenda ſint bonæ qualitatis. *conc. Mediolan. 1. par. 2. tit. de vſuris*.

Vide, *Emere*. Vide, *Vendere*.

Contraria.

Contraria dicens poſt datum iuramentum eſt periurus. *De iure iurando in 6. c. finali*. Siue per ſe dicat contraria, ſiue per procuratorem eſt periurus. *ibid.*

Contritio.

Contritio eſt deteſtatio ac dolor de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero. *conc. Trid. ib. c. 4.*

Contritio non conſiſtit in ſola ceſſatione à peccatis, & in inchoatione vitæ nouæ, ſed etiam debet eſſe odium veteris vitæ. *ibid. c. 4.*

Contritio omni tempore, etiam ante aduentum Chriſti fuit neceſſaria pro remiſſione peccatorum. *conc. Trid. ib. c. 4.*

Contritio eſt neceſſaria ad remiſſionem peccatorum. *De pœnit. diſt. 1. c. 31. Porrò. c. 33. Scindite, & 34. conuertimini. Concil. cabilon. 3. c. 36. Leo X. conſt. 40. Exurge. conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 7. & ſeſſ. 14. c. 3.*

Contritio peccatorum, de omnibus debet eſſe, & non dimidiata. *De pœnit. diſt. 3. c. 42. Sunt plures*.

Contritio non facit hominem hypocritam. *Leo X. conſt. 40. Exurge*.

Contritio eſt pars integralis ſacramenti Pœnitentiæ ex Chriſti inſtitutione. *conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 3.*

Contritio in homine lapſo poſt baptiſmum cum voto præſtandi cætera, quæ requiruntur ad ſacramentum Pœnitentiæ præparat, & diſponit ad remiſſionem peccatorum, &c. *ibid. cap. 4.*

Contritio ſine confeſſione non ſufficit (ſi adſit copia confeſſarij) ad ſumendam Euchariſtiam, nec etiam pro Sacerdote. Si verò neceſſitas vrgeat poteſt, ſed debet Sacerdos poſt Miſſam, quam primum poterit confiteri. *Conc. Trident. ſeſſ. 23. cap. 7.*

Contritio cum charitate perfecta reconciliat Deo, cum voto confeſſionis, & illa reconciliatio adſcribenda eſt tali confeſſionis voto. *conc. Trident. ſeſſ. 14. c. 4.*

Contritio imperfecta dicitur attritio, & eſt deteſtatio peccati ex turpitudine eius, vel ex metu gehennæ, aut pœnarum. *conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 4.*

Contritio, quæ dicitur attritio, eſt donum Dei. *ibid.* Non perducit ad iuſtificationem; ſed tamen diſponit ad impetrandam gratiam per ſacramentum pœnitentiæ. *ibid. c. 4.*

Contritio quæcumque non eſt extorta, aut coacta, ſed libera. *concil. Trident. ibid. cap. 4.*

Contriſtari.

Contriſtari de morte non debent Chriſtiani, qui credunt in aliam vitam; ſed ſolum illi, qui non credunt. *Anaſtaſius 1. ep. 2. 13. q. 2. c. Habent forſitan, & c. Qui diuina.*

Contumax, & contumacia.

Contumax poteſt excommunicari. *de Iudicijs c. 1.*

Contumax poteſt ſententiari lite non conteſtata. *Vt lite non conteſt. cap. Accedens*.

Contumace actore, teſtes poſſunt produci, etiam lite non conteſtata, & poteſt etiam terminari cauſa. *De dolo, & contumacia. cap. Cauſam*.

Contumax lite non conteſtata poteſt etiam deponi, ſeu ad depoſitionem condemnari. *ibid. c. Veritatis*.

Contumax abſens in cauſa hæreſis poſt annum excommunicationis, damnandus vt hæreticus. *de hæreticis in 6. cap. Cum Contumacia*. Vide, *Vehemens*.

Contumacia in cauſa hæreſis facit ſuſpicionem vehementem. *ibidem*.

Contumace reo, actor mittendus in poſſeſſionem; ſed cauſa proprietatis reo reſeruatur. *De dolo, & contum. cap. Pro vt nobis*.

Con-

Contumax absens, quomodo tractandus tam in reali, quam in personali conuentione, & quomodo actor mittendus in possessionem. *Vt lite non contestata c. Quoniam §. In aliis.*
Contumacis bona potest iudex sequestrare, & eum ad expensas condemnare. *de dolo, & contum. c. Ex literis.*
Contumacia rei in beneficio Ecclesiastico non permittit, vt iudex mittat actorem in possessionem, sed proceditur ad sententiam. *De eo, qui mittitur in possess. in 6. c. vnico.*
Contumaces condemnati ad quamcumque pœnam, non possunt audiri, nisi in carcere. *Pius 5. const. 40. Licet alias.*
Contumaces condemnati. Vide, *Condemnatio.*
Vide, *Absens.* Vide, *Confessus.* Vide, *Reus.*

Conuentio.

Vide, *Pactum.*

Conuentus.

Vide, *Monasteria.*

Conuenticula.

Conuenticula in materia religionis, occulta fieri non possunt, & pœna facientium. *de hæreticis. c. cum ex iniuncto.*
Conuenticula extra Ecclesiam faciens, est anathema. *conc. Gangrense c. 6. & 11.*
Conuenticula occulta, & separata à communione fidelium celebrantes, denunciandi sunt Episcopo; & ipsi tenentur se purgare, alias puniantur; si vero iurare noluerint de relinquenda perfidia, vt hæretici puniendi. *conc. Lateran. 4. c. 3.*

Conuersari.

Conuersari non debet Episcopus cum malis. *2. q. 7. c. Peruenit ad nos fratrem.*
Conuersari debet cum viris boni testimonij. *ibid. cap. Episcopi lectioni.*
Vide, *Episcopus.*

Conuersi ad fidem.

Conuersi ad fidem, quomodo tractandi. Vide, *Fides.*

Conuersio panis in Corpus Christi.

Conuersio hæc panis, & vini in corpus & sanguinem Christi, multis figuris, & exemplis explicata. *De consecr. dist. 2. cap. Reuera.*
Vide, *Eucharistia.* Vide, *Consecratio Eucharistiæ.*

Conuersæ Monialium.

Vide, *Moniales.*

Conuertitæ Moniales Romæ.

Conuertitarum Monasterium Romæ instituitur *à Leone X. const. 39. Saluator.* Quæ mulieres debent in eo recipi. Quomodo gubernari. Protector earum, &c. ad earum regimen pertinentia. *ibidem.*
Protectorem quomodo debent eligere. *Clemens 7. constit. 14. cum ex corpore.* Multa priuilegia obtinent circa permutationes bonorum, &c. *ibid.* Fruuntur gratiis, & priuilegiis aliarum Monialium. *ibid.*
Meretrices omnes Romæ morientes debent pro legato relinquere huic Monasterio quartam, vel quintam partem; alias irritum est testamentum, & omnia bona ad illud deuoluuntur, nisi habeant filios legitimos, & in hoc casu quid tenentur facere Conuertitæ. *ibid.* & quis potest declarare dubia huius Constitutionis. *ibid.*
Causas huius conuentus iudicare debet Protector illius. *Gregorius 13. const. 52. Cupientes.*

Conuictus.

Conuictus de crimine in iudicio, si petit restitutionem, non est audiendus. *de accusat. c. Ad petitionem.*
Conuictus de crimine fornicationis, aut alio, ad Clerum non promoueatur. *concil. quod dicitur Apostolorum cap. 61.* Vide, *Reus.*

Conuiuia.

Conuiuia cum Iudæis non facienda. *28. q. 1. cap. Nullus, & cap. Omnes.*
Conuiuia non debent nos à bono retrahere. *Dist. 47. c. Quod ad nos.* Vide, *Iudæi.* Vide, *Christiani.*
Conuiuia in Ecclesia non fiant. *conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 39. & 80. dist. 42. c. Non oportet in Basilicis.*
Conuiuia clericorum temperata laudanda sunt. *Gregorius 1. lib. 2. ep. 37. dist. 44. c. Conuiuia.* Vide, *Clerici circa conuiuia.*
In conuiuiis clericorum semper adhibenda est sacra lectio. *dist. 44. c. Pro reuerentia.*
Conuiuia non sunt facienda à clericis in exequiis defunctorum, nisi distantia id exigat, & tunc in domo sacerdotis, & honeste fiant. *Reformatio cleri Germaniæ c. 8.* Vide, *Defunctorum sepulturæ.*
Conuiuiorum pompæ, quales debent esse. *Sixtus 5. constit. 52. cum in vnaquaque.*

Copula.

Copula carnalis præsumitur ex cohabitatione nudi cum nuda in eodem lecto. *de præsumpt. c. Literis.*
Copula habita cum puella septem annorum dirimit matrimonium contractum postea cum consanguineis. *de eo, qui cognouit, &c. c. Fraternitati.*
A copula abstinere debent coniuges in festis Sanctorum. *33. q. 4. c. Quotiescumque.*
Item in diebus ieiuniorum, & aliis quibusdam. *ibid. c. Fratres. c. Si causa, & c. Christiano.* Vide, *Carnalis.*

Cor.

Corda hominum non verbis, sed effectibus cognoscuntur. *Hormisda in ep. ad Anast. Imper.*
Corde laudandus Deus magis, quam ore. Vide *Laudare.*

Cordigeri S. Francisci.

Vide, *Archiconfraternitas.* Vide, *Confraternitas.*

Correctio, & Corrigere.

Correctio, & castigatio non semper est signum iræ, sed sæpe amoris. *5. q. 5. c. Non omnis. & c. Non osculatur.*
Correctio fraterna numquam relinquenda. *23. q. 4. c. sicut non est ab oratione. Gregorius 1. lib. 9. ex reg. ep. 8.*
Corrigendi aliquando sunt aliqui, aliquando non. *2. q. 1. cap. Multi.*
Corrigere prius debemus nos, deinde alios. *3. q. 7. c. Postulatus, & c. Sacerdos.*
Correctio blandè facienda. *dist. 45. c. Licet plerumque. c. Licet nonnumquam, & c. Disciplina.*
Corrigere debens, si omittit, consentit errori. *concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 25.*
Vide, *Error.* Vide, *Consentire.*

Corepiscopi.

Corepiscopi (qui aliud non sunt, seu erant, nisi Vicarii Episcoporum) sunt in Ecclesia ad exemplum 70. Discipulorum, id est; sunt Presbyteri tantum. *conc. Neocæsar. c. 13. dist. 68. c. Quamuis. Damasus ep. 5. Ioannes 3. epist. vnica. Zacharias ep. 7. c. 4. conc. Paris. 6. c. 27. concil. Metense cap. 5.*
Corepiscopi in quo differebant ab Episcopis. *dist. 68. cap. Quamuis.*
Corepiscopi quomodo eligendi. *concil. Nicæn. 1. ex Arabico cap. 54.*
Corepiscopi (olim) sicut Episcopi, erant ordinandi per impositionem manuum. *conc. Antioch. c. 10. Zacharias ep. 7. c. 1.*

Core-

Corepiſcopus ab Epiſcopo ciuitatis ordinabatur. *Conc. Antioch. c.10. Zachar. ep.7. c.1.*
Corepiſcopus (olim) ordinare poterat clericos, & ſubdiaconos, non alios. *conc. Antioch. c.10.* (Sed nota quod tales erant etiam Epiſcopi.)
Corepiſcopus inſtitui poterat aliquis Epiſcopus rediens ab hæreſi, & reconciliatus. *conc. Nicæn.1. can.14.*
Corepiſcopi non poſſunt ordinare presbyteros, nec diaconos; non conſecrare virgines, non altaria, non conficere chriſma, non reconciliare publicum pœnitentem. *diſt.68. cap. Quamuis. conc.Meldenſe cap.44.* Nec vllum aliud munus Epiſcopale exercere. *ibid. Damaſus ep.5. Zacharias ep.7. c.1. Conc.Metenſe c.5. conc.Ancir. c.13.*
Corepiſcopus de licentia Epiſcopi, poterat clericos per manus impoſitionem ordinare. *concil. Nican.2. can.14.*
Corepiſcopus non poterat confirmare. *Ioannes 3.ep. vnica. conc. Pariſienſe 6. c.27.*
Corepiſcopi locus erat primus poſt Epiſcopum. *ibid.*
Corepiſcopi, qui ab vno ſolo Epiſcopo ordinantur abrogandi, & penitus euellendi, quia hic ordo non fuit in Eccleſia, ex Apoſtolorum tempore. *diſt. 68. cap. Corepiſcopi. Damaſus ep. 5.* Nec vllum ordinem habent, niſi presbyteratum. *Damaſus ibidem.*

Corona clericorum.

Coronam in modum ſferæ in capite raſo clerici portare debent. *Anicetus epiſt. decr. Diſt. 23. cap. Prohibete. Concil. Tolet. 4. cap. 41.*
Corona clericorum eſt ſignum Regiæ dignitatis, & quo maior eſt clerici dignitas, eo maior eſſe debet corona. *Conc. Rauennat. 3. poſt Clem. V. cap. 10.* Debet eſſe rotunda. *ibidem.*
Vide, *Clerici quò ad habitum.* Vide, *Tonſura.*

Coronatio Federici Imperatoris.

Facta à *Nicolao V. conſtit. 4. Imperator.*

Corpus humanum.

Corpus humanum eſt opus Dei, non Diaboli. *Concil. Bracchar. 1. cap. 12.*
Corpus hominis nudum, numquam oſtendendum. *Lib. 1. conſt. Apoſtol. cap. 6.*
Corpus hominis poſt reſurrectionem fiet immortale. *Concil. Tolet. 6. cap. 1.*
Corporis munditia ſeruanda, quia Dei templum eſt. *Gregor. l. lib. 7. ex reg. ep. 128.*

Corpus Chriſti.

Corpus Chriſti ab altari ex ſe ipſis poſſe accipere diaconos, ſtatuit *Conc. Nicæn. 1. can. 14.* Si non adſit Epiſcopus, vel presbyter communicans.
Corpus Chriſti in altari ſub Crucis titulo componatur. *Concil. Turon. 2. cap. 3.*
Corpus Chriſti non minuitur, ſed totum ſumitur ab omnibus. *De conſecrat. diſt. 2. c. Singuli, & c. Vbi pars.*
Corpus Chriſti æqualiter ſumitur in Euchariſtia, ſiue parum, ſiue multum Euchariſtiæ quis accipiat. *de conſecr. diſt. 2. c. Quid ſit ſanguis. c. de hac quidem, & c. Singuli.*
Corpus Chriſti eſt totum ſub vtraque ſpecie hoſtiæ. *de conſecr. diſt. 2. c. Singuli, c. Vbi pars. & c. In Chriſto.*
Corpus Chriſti ex virgine ſumptum in Euchariſtia comeditur. *de conſecr. diſt. 2. c. Corporeum, & c. Acceſſerunt.*
Corpus Chriſti ſpiritualiter magis, quam corporaliter comedendum. *ibid. cap. Panem cæleſtem.*

Corporis Chriſti feſtum.

Corporis Chriſti feſtum celebrandum eſt feria quinta poſt octauam Pentecoſtes. *Clem. de Reliquijs, & veneratione Sanctorum cap. vn.*
Celebrari debet feſto ſpeciali. *ibidem.* Vide, *Chriſti Corporis, &c.*
Corporis Chriſti officijs præſentes in die ſolemnitatis, & per octauas, quas indulgentias conſequantur. Vide, *Officium.*
Si in Corporis Chriſti feſtum accidat vigilia Sancti Ioannis Baptiſtæ, anticipatur vigilia. *Vrbanus 8. in append. conſtitut. 2.*
Vide, *Chriſtus.*

Corpora Sanctorum.

Corpora Sanctorum, ſine Epiſcopi, & Principis licentia tranſportari non poſſunt de loco ad locum. *De conſecrat. diſt. 1. cap. Corpora.*
Vide, *Sancti.*

Corpora Defunctorum.

Corpora defunctorum exenterantes, concidentes, comburentes, &c. ſimilia circa ea facientes excommunicati ſunt. *Extra, de ſepulturis cap. 1.*
Non poſſunt exenterari, expulpari, coqui, &c. vt oſſa deferantur ad proprias patrias, & ciuitates, ſub eadem cenſura, &c. *ibidem.*
Vide, *Defunctorum corpora.*

Corporalia altarium.

Corporalia altarium debent eſſe linea. *De conſecr. diſt. 1. cap. Conſultò.*
Corporalia debent eſſe mundiſſima. *De cuſtodia Euchariſtiæ. cap. fin. conc. Lateran. 4. c. 19. concil. Oxonienſe 1. cap. 3. conc. Coiacenſe c. 3.*
Corporalia vetera comburenda. *conc. Oxonien. 1. c. 3. conc. Rauennat. 2. cap. 8.*
Corporale debet eſſe integrum. *conc. Coiacenſe c. 3.*
Corporale, tempore incendij non poteſt mitti in ignem ad extinguendum eum. *conc. Salegunſtadienſe c. 6.*
Vide, *Palla.* Vide, *Veſtes altarium.* Vide, *Altaria.*

Corſica.

Corſicæ Epiſcopi à quibus accipere debent procurationes, dum viſitant. *Extra, de cenſibus c. Vas electionis.*

Crapula.

Crapula extra paradiſum incepit. *diſt. 35. c. Sexto die.*

Creatura.

Creaturæ ab initio temporis à tribus perſonis diuinis factæ ſunt. *De fide, & ſumma Trinitate cap. 1.*
Creaturæ de nihilo à Deo factæ ſunt. *ibidem.*

Creatio mundi.

Creatio mundi facta eſt in æquinotio verno, Luna plena. *conc. Palæſtinum ſub Victore*, Cæſareæ factum.

Credere, Credens.

Credens ſe eſſe baptizatum ſaluatur, quamuis non eſſet (quia id neſcit) & quomodo. *de presbytero non baptizato, &c. cap. Apoſtolicam.*
Credere in Chriſtum eſt manducare, & bibere ipſum. *de conſecrat. diſt. 2. c. Quid eſt. & c. Vt quid paras.*
Credens in Chriſtum ſanguinem eius bibit. *ibidem cap. Tunc eis.*
Credere vt oportet, ad gratiam iuſtificationis conſequendam nullus poteſt ſine præueniente Spiritus ſancti inſpiratione, & adiutorio. Contrarium dicens eſt anathema. *concil. Trident. ſeſſ. 6. can. 3.*
Credendum non eſt verbo vnius iudicis tantum. *De teſtibus. cap. cum à nobis.*

Credenda non sunt, nisi quæ certis indicijs demonstrantur. 11. q. 3. *cap. Quamuis*.
Credendum est dicenti, se confessum fuisse fratribus. *Extra, de priuilegijs c. Inter cunctas*.
Credentes in Christum vocari debent Christiani. *Conc. quod dicitur Apostolorum cap. 1.*

Creditores.

Creditores Baronum in statu Ecclesiæ, quomodo eos cogere possint, vt soluant etiam de fidei commissis. *Clem. 8. constit. 41. Iustitiæ ratio*. Eam moderatur *Vrb. VIII. constit. 7. in append. Romanum*.

Crimen, Criminosi.

Crimen notorium non indiget accusatore, nec teste. *de cohabit. cleric. & mul. c. Tua nos*.
Crimen probatum via inquisitionis non punitur pœna ordinaria. *de accusat. c. Inquisitioni*.
Criminosi non possunt fieri clerici. *Gelasius ep. 9.*
Criminosi non sunt tolerandi ob pecuniam. *Concil. Colon. 2. par. 13. cap. 8.*
Criminaliter accusati in Prouincia Marchiæ non audiendi, nisi in carcere. *Iulius 3. const. 24. Fide digna*.
Crimen falso imponens excommunicandus, vsque ad finem vitæ. 2. q. 3. *c. Si quis Episcopum*. Vide, *Falsum*.
Crimen ex ira obijciens, si præterita ira non ratificat, non punitur ex illo. *ibid. c. Si quis iratus*.
Crimina non citò credenda. 11. q. 3. *c. Non solus ille*.
Crimina consanguineorum non nocent clericis, nisi isti fuerint conscij. 1. q. 4. *cap. Quia Præsulatus, & c. Crimen*.
Vide, *Delicta*.

Crux.

Crux in locis erigenda. *Zacharias ep. 12.*
Crucem ante se deferre faciunt Patriarchæ in omni ciuitate, excepto loco, vbi est Papa, vel Legatus Papæ cum insignijs Sedis Apostolicæ. *de priuilegijs. cap. Antiqua. concil. Later. 4. cap. 5.*
Crucem ante se per Prouinciam facit ferre Archiepiscopus, etiam per loca exempta, & per ea benedictionem dare potest populo. *Clement. de excessibus priuilegiatorum cap. fin. Alex. 2. epist. 4.*
Crucis imago adoranda. *Concil. Constantinop. 4. cap. 3. Stephanus 6. epist. 6.*
Ad crucem confugiens in via est liber, ac si esset in Ecclesia, & gaudet immunitate. *Conc. Claramont. c. 29.* Adoranda vt ipse Christus. *Conc. Senon. c. 14.*
Delictum committens ex crucis securitate, reddendus est iustitiæ habita tamen securitate de vita illius. *Conc. Claramontan. cap. 30.*
Crucis signum pro militaribus insignijs dandum ijs, qui certant pro fide. *Conc. Claramont. in fine*.
Crucem deferri ante aliquem per Prouinciam potest Papa concedere. *Conc. Later. 3. in append. par. 50. c. 37.*
Crucis signo perficienda sunt omnia Sacramenta. *de consecr. dist. 5. cap. Numquid*.
Crux in processionibus ferenda est à Clerico induto veste talari, & superpelliceo. *Concil. Mediolan. 1. part. 2. tit. De processione.*
Crux cum reliquijs ab immundis portari non debet, nec osculari. *Nicolaus I. ad Consulta Bulgar. c. 7.*

Crucis signa in benedictionibus.

Crucis signo omnia Sacramenta perficienda. *de consecr. dist. 5. c. Numquid. Stephanus 5. in decr. ep.*
Crux super calicem rectè debet fieri non circulariter, & strictis duobus digitis. *Leo 4. homilia de cura pastorali*.
Crux in omnibus benedictionibus facienda, sed rectè non circulariter. *Leo 4. ibidem*.
Crucis signo facienda confirmatio. *Lib. 3. const. Apost. c. 15.*

Crucis festum.

Crucis inuentionis festum die 3. *Maij* solemniter est celebrandum. *Euseb. ep. 3. de consecr. dist. 3. c. Crucis Domini*.

S. Crucis Ecclesia Romæ.

In hac Ecclesia pro vltima Dominica Ianuarij conceditur indulgentia ijs, qui confessi sua peccata eam visitant. *Alexand. 6. const. 4. Admirabile*.

Cruciata.

Cruciatæ bellum contra Saracenos indicitur *ab Eug. 3. const. 3. Quantum. à Gregorio 8. const. vnic. Audita. ab Innoc. 3. const. Ad liberandam*.
Priuilegia multa crucesignatis concessa. *ibid.* Ad hoc bellum clerici ire poterant, & percipere fructus beneficij, imò ea oppignorare, &c.
Cruciatæ Bulla non possunt vti Moniales. *Pius 5. const. 137. Romanus*.
Per Cruciatæ Bullam nullus potest absolui ab hæresi. *Greg. 13. const. 37. Officij*. Vide, *Absolutio*. Vide, *Hæresis*. Vide, *confess.*
Vide, *Bulla cruc.*

Cruciferi.

Cruciferorum congregatio approbatur *ab Vrb. 3. const. vnic. cum antecessor*. Eorum priuilegia, & forma viuendi. *ibid.* Reformatur quò ad omnia. *Pius V. const. 59. Nihil*. Forma profitendi *const. 60. Quamuis Pius V.* confirmantur eorum constitutiones, & obtinent priuilegia Mendicantium. *Greg. 14. const. 13. Romanus*. Vide, *Fratres cruciferi*.

Cubicularij.

Cubicularij Papæ, & Episcoporum debent esse clerici, vel monachi. 2. q. 7. *c. cum Pastores*.
Cubicularii Papæ, qui actu ei inseruiunt, dum eligitur in Papam, multa obtinent beneficia. *Greg. 15. const. 4. venerab.*
Cubicularii secreti Papæ exempti sunt à gabellis, datiis, &c. in statu Ecclesiæ, & non includuntur in reuocatione *Innoc. 10.* ita *idem const. 7. Et si ea*.

Cuculla.

Cuculla quid sit. Vide, *Monachi Nigri, seu S. Benedicti.*

Culpa, Culpabilis.

Culpa alicuius, siue matris, siue patris non potest obesse filio. *dist. 56. cap. Vndecumque. cap. Numquam. cap. Nasci. cap. Sponsus. cap. Satis, & cap. Ismael*.
Sine culpa nullus puniri potest. *De regulis iur. in 6. reg. 23.*
Culpabilis præsumitur, qui rei, in qua non debet se immiscet. *ibid. reg. 19.*

Cultus.

Cultus creaturarum, elementorum, &c. est illicitus. 26. q. 5. *cap. Non liceat*.
Cultus diuinus cum magna pietate, & deuotione exequendus. *conc. colon. 2. p. 2. c. 19.*

Cura animarum.

Cura animarum annexa præbendæ, vel dignitati in eadem Ecclesia potest teneri. *de præb. in 6. c. Super eo*.
Cura animarum committi non potest, nisi habenti ætatem 25. annor. saltem, & prædito scientia, ac bonis moribus. *de elect. c. cum in cunct. §. Inferiora. conc. Later. 3. c. 3. conc. Trid.* Vide, *Parochi*. Vide, *Beneficia curata*. Vide, *curata beneficia*.
Cura animarum in monasteriis monachorum per clericos ab eis electos exercenda, non per ipsos monachos. *De capellis Monachorum cap. 1.*
Curam habens animarum debet esse, vt medicus. *Cle. 1. ep. 1. c. 1.*

Curam

Curam animarum nullus habere potest, nisi per institutionem Episcopi, vel Papæ. *Concil. Tolet.* 18. *c.* 1.
Curam animarum habere non potest, qui nescit latinè loqui. *Conc. Toletan.* 19. *c.* 2.
Vide infra. *Curati.*

Curati, id est, curam animarum habentes.

Curati tenentur personaliter residere, nec possunt per Episcopos dispensari. *Conc. Senon. in decr. Morum c.* 11.
Vide, *Beneficiati*. Vide, *Parochi*.
Curati tenentur, dominicis saltem diebus, prædicare populis per se, vel per alios, eosque docere viam salutis, breuibus verbis. *Conc. Trid. sess.* 5. *de reform. c.* 2. Negligentes ab Episcopo compellendi etiam si sint exempti. Et si expedire sibi videbitur alium ad id munus aptum substituat assignata ei congrua pro hac functione.
Curati à Papa instituti. Vide infra. *Curata beneficia.*
Vide, *Ecclesiarum rectores*. Vide, *Parochi*. Vide, *Beneficia curata.*

Curata beneficia.

Curatum beneficium à Papa obtinens non potest à curia discedere sine litteris promotionis à Papa obtentis. *Extra, de elect. c.* 1.
Acceptantes, *seu recipientes tales* curatos sine literis Papæ, *suspenduntur* à beneficijs ad arbitrium Papæ, *ibid.* Sine dictis literis non possunt ministrare, nec fructus percipere, nec ab vllo acceptari. *ibid.*
Curata beneficia à Papa habentes non possunt, nec acceptari, nec ministrare, nisi iuramentum fidelitatis faciant Papæ. *ibidem.*
Curata beneficia, quæ sunt. Vide, *Beneficia curata.*

Curia.

Curiæ obnoxius non potest ordinari. *dist.* 34. *c. Præcipimus.* Vide, *Ordinatio*. Vide, *Clerici*.
Curiæ sæculari tradendus clericus, degradari prius debet à iudice Ecclesiastico præsente potestate sæculari, quæ statim illum recipit. *De verbor. significat. c. Nouimus.*
Et Ecclesia intercedit, vt citra pœnam sanguinis sententia moderetur. *ibid.*
Curia Romana. Vide, *Romana curia.*
Curia Sabellorum. Vide, *Sabellorum curia.*

Curiales.

Curiales non debent ordinari. *dist.* 51. *c. designata. c. Præterea. & c. qui in aliquo. dist.* 53. *c. Legem.*
Curiales existentes Romæ, non possunt extra ab vllo conueniri. Et quomodo puniendi sunt iudices intromittentes se in eorum causis. *Eugen. IV. const.* 4. *diuina.*
Curiales Romæ, qui ibi ædificant, vel intra spatium decem milliarium, possunt testari, & disponere de bonis suis Romæ intra decem milliaria existentibus vsque ad summam decem millium aureorum cuilibet personæ etiam incapaci, dummodo non sint rei læsæ maiestatis. *Sixt.* 4. *const.* 8. *Et si.*
Curialibus præfatis ab intestato morientibus, domus, & bona ad suos cognatos seruato ordine iuris pertinent. *ibid.*
Curiales Romæ clerici decedentes Romæ, vel circa, intra spatium decem milliarium possunt disponere, legare, & testari de omnibus, quæ obtinent, Ecclesiasticis fructibus, & alijs ex ijs prouenientibus. *Paulus* 5. *constitut.* 18. *In eminenti.*
Curialibus clericis, vt supra ab intestato decedentibus, succedunt hæredes. *ibid. §.* 4.
Curialium beneficia, siue moriantur, dum veniunt ad Vrbem Romæ, siue dum recedunt ab ea intra spatium duarum dietarum, siue in Vrbe, à Papa conferuntur. *Extra, de præb. & dignit. cap. Ad regimen.*
Vide, *Roma.*

Currus.

Currûum pompæ in Vrbe Roma, quales esse debent. *Sixtus V. const.* 52. *cum in vnaquaque.*

Cursarij.

Vide, *Piratæ.*

Cursores Romæ.

Cursorum munus in statu Ecclesiæ est citare, intimare, & similia facere, & omnibus aliis est prohibitum hæc facere. *Clemens* 7. *const.* 24. *Accepimus.*
Nulla est intimatio, citatio, &c. si per alios fiat. *ibid.*
Quando commissiones firmatæ manu Papæ per Cursores consignantur, causa tota prosequenda est per cursores, non per alios mandatarios. *Iulius* 3. *const.* 14. *cum ea.*
Cursores quid possunt exigere pro singulis seruitijs. *Pius* 4. *const.* 58. *cum ab ipso.*
Cursorum distincta officia, obligationes, mercedes, & alia ad eos spectantia decernit. *Paulus* 5. *constitut.* 71. *tit. de Cursoribus.*

Custos Ecclesiæ.

Custodis Ecclesiæ munus est habere curam de ornamentis Ecclesiæ, vestibus, &c. pane, vino, incenso; curare vt pulsentur ligna (campanæ nunc) pro officiis; diuidere oblationes, & decimas de consensu Archidiaconi, Episcopo absente, & omnia quæ facienda sunt in Ecclesia disponere, ac præparare. *Concil. Tolet.* 1. *c.* 10. *de off. custodis. c. custos il* 2.
Item vt lucernæ ardeant, oleum conseruetur, &c. *ibid.*
Custos tenetur reddere rationem bonorum Ecclesiæ. *Greg.* 1. *lib.* 1. *ep.* 10.
Custodes obseruare debent clericos, & laicos delinquentes contra decorem Ecclesiæ, eosque sui officij moneat, quod si non resipiscant, ad Præfectum chori, vel Episcopum referant. Curent nè altaria spolientur, & omnia, quæ ad ornatum Ecclesiæ pertinent, & nè aliquis de nocte in Ecclesia commoretur. *Concil. Mediol.* 1. *par.* 2. *tit. de officio custodum.*

Custodes carcerum S. Officij.

Custodes carcerum duo esse debent, vnus pro Episcopo, alius pro Inquisitore. *Clement. de hæreticis cap.* 1. §. *Sanè*. Debent habere alios ministros sub se, & eis delegare possunt munus. *ibid.*
Custodes præfati curent diligenter, vt carceratis ministrentur, quæ sunt ministranda. *ibid.* Debent iurare de fidelitate, sicut alii officiales. *Clement. de hæret. vt suprà* §. *Porrò*. Debent etiam iurare eorum substituti. *ibid.* Hæc debent iurare: quod diligenter suum facient officium, & custodient carceratos; quod nihil cum carceratis loquentur, quod ambo custodes non audient: quod non fraudabunt carceratum de portione legitima, quæ ei datur. *ibid.* §. *Porrò.*
Vide, *carceres*. Vide, *Inquisitores.*

Custodia murorum.

Custodia murorum etiam à clericis facienda tempore obsidionis Ciuitatum, & quomodo. *de immun. Ecclesiarum, cap. Peruenit.*

D

Dacia.

DAciæ Episcopi, quas, & à quibus accipere possunt procurationes, dum visitant. *Extra, de censibus capit. Vas electionis.*

Dalmatia.

Dalmatinæ Ecclesiæ quot, & quales adolescentes possunt mittere ad Collegium Illyricorum Laureti. *Vrbanus 8. const. 63. Zelo.*

Dalmaticarum vsus.

Dalmaticarum vsus à Romanis Pontificibus concessus. *dist. 23. c. Communis. Gregor. 1. l. 7. ex reg. ep. 113.*
Dalmaticis vtendum in quatuor temporibus, quæ celebrantur infra octauam Pentecostes. *Concil. Salegunstadiense c. 2.*
Diaconus vti debet Dalmatica. Vide, *Diaconus*. Vide, *Vestis*.

Damnare, & damnari.

Damnari nullus potest sine defensione. *Iulius 1. ep. 2. c. 3.*
Damnari nullus potest pro delicto aliorum. *Nicolaus 1. ep. 8.*
Damnari nullus potest, nisi conuictus, vel confessus. *2. q. 1. c. Nos. c. Iudex. c. Sicut sine iudicio. cap. Primates, & 30. q. 5. c. Nullus ante.*
Damnari nullus potest, nisi præcedant indicia. *30. q. 5. cap. Iudicantes.*
Damnari nullus potest, nisi præcedant probationes. *3. q. 5. c. Nullus ante. & c. Nullum.*
Damnari nullus potest ex suspicione. *2. quæst. 1. cap. Primò semper.*
Damnari non potest Episcopus sine consensu Papæ. *3. q. 6. c. Quamuis. c. Multum. & c. Dudum.* Aliquando fuerunt toleratæ, & quare. *ibid. c. Hæc quippe.*
Vide, *Episcopus*. Vide, *Sententia*. Vide, *condemnare*.

Damnatus.

Damnatus iniustè debet restitui in pristinum. *2. quæst. 1. cap. Notum.*
Damnatis Hæresiarchis omnes sectarij censentur damnati. *Gelasius 1. const. Valde mirati §. 2.*
Damnatus iniustè debet foueri, & iuuari ab Ecclesia Romana. *2. q. 6. c. Ideo.*
Damnati ad supplicium possunt appellare. *2. quæst. 6. c. Liceat.*
Damnati à Synodo si in sacris se immisceant abijciantur ab Ecclesia. *11. q. 3. c. Si quis Episcopus.*
Damnatus in prima Synodo quomodo potest remitti in secunda. *11. q. 3. c. Episcopus, Presbyter.*
Damnatus in iudicio Episcoporum à nullo potest defendi. *21. q. 5. c. Si quis cuiuslibet.*
Damnatis ad mortem dandum est Sacramentum Pœnitentiæ, nec valet contraria consuetudo. *Clem. de pœnit. & remiss. cap. 1.* Item Eucharistia. Vide, *Moriens.* Vide, *Eucharistia.*
Damnato authore, eius scripta, & opera damnantur. *de hæreticis c. Fraternitatis.*
Damnatus in actione iniuriarum est infamis, & talis infamia potest per Papam tolli. *De sent. & re iud. c. Cum te.*
Damnati ad mortem Romæ iuuandi, consolandi, & sepeliendi per confratres Sancti Ioannis Baptistæ Decollati, seu Misericordiæ. *Innoc. 8. const. 16. Inter desiderabilia.*
Damnati in Inferno pœnis inæqualibus puniuntur. *Eugenius 4. const. 17. Latentur.*

Damnatio.

Damnatio iniusta est retractanda. *3. q. 6. c. Irritam. 11. q. 3. c. Irritam.*
Damnatio Episcopi iniusta irrita est, & reuocanda. *11. q. 3. cap. Irritam.*
Damnationes quædam Episcoporum factæ sine consensu Papæ, quare fuerunt toleratæ. *3. q. 6. cap. Hæc quippe.*

Damnificans, & damna.

Damna illata ab Episcopo Ecclesiæ resarcienda sunt abeodem. *12. q. 4. c. Quicumque.*
Damnum causans à casu tenetur resarcire, & quando. *De iniurijs, & damno dato. cap. Si bos. c. Si læserit. c. Si quis aperuerit. c. Si egressus, & c. Si quis domum.*
Damnificans siue per malitiam, siue à casu tenetur ad resciendum, & satisfaciendum. *ibid. & c. fin.*
Damnificans per vulnera, & ictus, tenetur ad expensas vulnerato, &c. *ibid. c. fin.*
Damnificans ex negligentia tenetur ad restitutionem. *ibidem cap. fin.*
Damnum consulens, faciens, imperans, vel quouis modo causans, tenetur ad resarciendum. *De iniurijs, & damno dato c. fin.*
Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet non alteri imputare. *de regulis iuris in 6. reg. 86.*

Dare, seu donare, dantes, &c.

Dantes gradus Ecclesiasticos non ex meritis, sed ex fauore, faciunt contra Christum. *8. q. 1. c. Quinas.*
Dantes, vel promittentes aliquid pro gratia, vel iustitia apud Sedem Apostol. obtinenda, incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam, sic etiam mediator; imò etiam sciens si non reuelat intra tres dies. *Extra, de sent. excommunic. c. Excommunicamus. Bonifacius 8. constit. 1. Excommunicamus.* Et post eadem confirmat *Gregor. 13. const. 24. Ab ipso.* Fiunt infames, inhabiles ad omnia, & alia, *ibidem.*
Eadem confirmat *Alexander 7. const. Inter grauissimas data 2. Maij 1656.*
Vide, *Sedes Apostolica*, vbi diffusè habes declarationem omnium casuum.

Dataria.

Vide, *Officiales.*

Debitores, & debita.

Debitor, & creditor iurantes, quando tenentur implere iurata, & quando non. *De iure iurando cap. Ad nostrum.*
Debitor tenetur absoluere, & releuare fideiussorem à molestijs, quas patitur, & ad hoc compelli potest per censuram canonicam. *de fideiussoribus c. Constitutus.*
Debitori neganti dari potest iuramentum calumniæ. *ibid.*
Debitores mercatoribus Riparum, & Salinarum Romæ, quomodo non possunt cedere bonis. *Innoc. 8. constitut. 15. Quoniam.*
Debiti causa, quomodo tractanda. *de fide instrum. cap. Si cautio.*
Debitores, quando possunt cedere bonis, Romæ, & quando non. Vide, *Cedere bonis.*
Debita antecessoris soluenda sunt à successore. *de solution. capit. 1.*
Debita medicinalium quando, & quomodo soluenda Romæ, sine dilatione soluenda, &c. *Gregor. 13. constitut. 29. cum officio §. 19.*
Debitores furnariorum Romæ, quomodo compellendi ad soluendum summariè, &c. & non possunt admitti ad cessionem bonorum. *Leo 3. constitut. 18. cum sicut.*
Debitores Riparum. Vide, *Cedere bonis*. Vide, *Ripa.*
Debitum matrimonij, quando debet exigi, & quando non. Vide, *Matrimonium*. Vide, *Vxor.*
Debitum coniugale impeditur per affinitatem aduenientem post matrimonium. *de eo, qui cognouit c. 1.*
Debitores, qui in statu Ecclesiæ obtinent dilationum, vel alternatiuarum beneficium à curia, iuxta caput Odoardus, & *cap. Peruenit*, debent semper ferre biretum viride, sub pœna fustigationis pro prima vice si delinquant, pro secunda verò sub pœna triremium. *Pius 4. constitut. 29. Cupientes.*
In debitorum solutionibus Romæ miserabiles personæ aliis præfe-

præferendę ſunt etiam anterioribus vſque ad ſummam ſcutorum quinquaginta. *Pius 5. conſt. 27. Accepimus.*

Decanus.

Decanus Collegij Cardinalium fit Cardinalis Epiſcopus antiquior, qui reperitur præſens Romæ, quando vacat decanatus. Poteſt fieri antiquior etiam abſens ſi ex cauſa publica abſit. *Paulus 4. conſt. 5. cum venerabilis.*

Decanus Auditorum Rotæ. Vide, *Auditores Rotæ.* Vide, *Rota.*

Decanus in capitulo, ſi habet curam animarum, debet ſaltem eſſe 25. annorum, & debito tempore ordines ſuſcipere. *de elect. cap. cum in cunctis §. Inferiora. concil. Lateran. 3. capit. 3.*

Epiſcopus aliter eligens decanum, quomodo puniendus. *ibid.*

Decanus ſi non ſit presbyter, perdit honorem. *de ætate, & qualitate, &c. c. 1. diſt. 60. cap. Nullus. concil. claramontan. cap. 3.*

Decani quando, & vbi poſſunt viſitare, & quas procurationes accipere. *Extra, de cenſibus. c. Vas electionis. diſt. 60. cap. Nullus Epiſcopus. cap. Nullus in propoſitum. & c. Innouamus.*

Decani officium eſt regere clericos in officiorum ſuorum miniſterio, eoſque arcere à crapulis, & mundanis negotijs. *concil. Colon. 2. p. 3. c. 2.*

Decani curare debent, ne clerici ſæculari habitu incedant. *ibid. c. 7.* Item, vt in Eccleſia omnia fiant ordinatè. *ibid. c. 9.* Item clericos rebelles, rixoſos, criminoſos ſæpe corrigere, & niſi reſipiſcant à ſacris arcere, & fructibus beneficiorum priuare. *concil. colon. 2. p. 3. c. 15.*

Curare debent, vt pax inter clericos foueatur, & inimicitiæ deponantur, & hoc primo per compoſitionem, deinde per excommunicationem. *ibid. c. 17.*

Decani tenentur ad reſidentiam, & non poſſunt ſupplere per alios. *concil. Moguntin. 4. c. 71.*

Decimæ ſoluendæ Eccleſiis, & quo iure.

Decimæ ſoluendæ ſunt, & eſt de iure diuino. *concil. Later. 3. in append. tit. De depoſitione c. 21. concil. Mogunt. 4. c. 75. concil. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 12.*

Decimæ non ſunt puræ eleemoſynæ, ſed debita, & obligationes Parochianorum. *concil. Senon. c. 17. 16. q. 1. c. decimæ tributa ſunt. q. 2. c. Admonemus. de decimis. c. Parochianos. concil. Later. 3. in append. de decimis c. 2. conc. Rauenn. 1. ſub Honorio 4. c. 7. concil. conſtant. contra art. 18. Ioannis Vuicleff.*

Decimarum multa genera. *De decimis c. 1.*

Decimarum ſolutio ex veteri teſtamento comprobatur eſſe debita. *de decimis c. 1.*

Decimæ Eccleſijs omnino ſoluendæ. *concil. Moguntin. c. 38. concil. Rhemenſe c. 38. 16. q. 2. c. Admonemus. c. Præcipimus. & c. Nam qui Deo.*

Decimæ ſoluendæ de omnibus. *Lib. 7. conſt. Apoſt. c. 34.* concilia omnia infra adducenda. Fideliter ſoluendæ. *16. q. 7. c. Quicumque.*

Vide, *Tranſactio.*

Decimas non ſoluentium pœna.

Decimas Eccleſijs non ſoluentes excommunicandi ſunt. *concil. Rom. ſub Damaſo c. 1. concil. Matiſcon. 2. c. 5. Cabilon. 3. cap. 18. Regiaticinum c. 17. Valent. 2. cap. 10. concil. Mogunt. 3. c. 17. concil. Rom. ſub Alexandro 2. concil. Later. 3. in append. tit. de decimis c. 2. concil. Rauenn. 1. ſub Honorio 4. cap. 7. concil. Rom. ſub Nicolao 2. cap. 6. concil. Londinenſe 1. cap. 9. cauſa 16. q. 1. cap. Statuimus, vt ſi quis q. 7. c. Omnes.* Vſque ad ſatisfactionem maneant excommunicati. *ibid. de decimis c. Peruenit.*

Decimas non ſoluentium vindicta. *16. q. 7. c. Maiores.*

Domini Prædiorum compelli poſſunt, vt terras ſuas ijs locent, qui ſine lite ſoluunt decimas. *De decimis c. In aliquibus.*

Qui tenentur ſoluere decimas Eccleſijs.

Laici omnes tenentur ſoluere decimas, non clerici. *concil. Later. 3. in append. tit. de viris Religioſis c. 6.*

Decimæ ſoluendæ ſunt ab omnibus fidelibus, tam liberis, quam ſeruis. *concil. Tribur. 1. c. 13. concil. Mogunt. 3. c. 13.*

Decimas ſoluere tenentur etiam Iudæi de ſuis prædijs. *de decimis c. De terris.*

Iudæi tenentur ſoluere etiam decimas de illis rebus, pro quibus Chriſtiani ſoluebant, quando res illæ erant in horum poteſtate. *de vſuris c. Quanto amplius.*

Decimas tenetur ſoluere locator, ſeu conductor poſſeſſionis. *de decimis c. A nobis concil. Later. 4. c. 67.*

Monachi tenentur ſoluere decimas, exceptis Ciſtercienſibus. *concil. Later. 3. in append. tit. De præſcript. c. 4.* De aliquibus non tenentur. Vide, *Tit. ſequenti.*

Tenentur ſoluere Monachi decimas de prædijs, etiam nouiter obtentis. *de decimis c. commiſſum.*

Oblati Regularium tenentur ſoluere decimas, quamdiù viuunt in ſuis domibus. *De priuilegijs c. Quidam ſicut.* Vide, *Confratres.* Vide, *Tertiarij.* Vide, *Oblati.* Vide, *Regul. oblati.*

Decimæ non poſſunt ab vllo Abbate retineri ſine licentia Papæ. *concil. Rom. 5. ſub Gregor. 7. c. 9.*

Decimas ſoluere tenentur etiam exempti de illis rebus, quæ ſoluebant eas antequam ad manus exemptorum peruenirent. *de decimis in 6. c. Statuto §. Cæterum. concil. Later. 3. in append. tit. de Religioſis viris c. 4. de decimis c. Nuper. concil. Later. 4. c. 55.*

Exempti tenentur de rebus non exemptis ſoluere decimas. *de decimis in 6. c. fin. §. Diœceſani vero.*

Exempti, ſeu priuilegiati de rebus nouiter exemptis tenentur ſoluere decimas. *de decimis. c. dilecti.*

Decimæ donatio facta Monaſterio à laico de Prælati conſenſu quando valet. *de his, quæ fiunt à Prælato, &c. cap. Cum Apoſtolica.*

Qui ſunt exempti à ſoluendis decimis.

Epiſcopi non tenentur ſoluere decimas. *16. quæſt. 1. c. Quæſti ſunt.*

Clerici non tenentur ſoluere decimas. *concil. Later. 3. in append. tit. de Religioſis Viris c. 16. de decimis. c. Nouum.*

Religioſi etiam Abbates pro terris, quas laborare faciunt ad ſuum vſum, ſimiliter & pro frugibus, & alijs ſibi neceſſarijs non tenentur ſoluere decimas. *16. quæſt. 1. c. Queſti ſunt. Concil. Lateran. 3. in append. tit. de religioſis viris. capit. 3.*

Decimas de hortis, & virgultis, non tenentur ſoluere fratres Minores. *Clem. 4. conſt. 4. Virtute §. 21.*

Decimas exigentes indebitas à Religioſis per Epiſcopos cogantur reſtituere. *de decimis in 6. c. Statuto §. Diœceſani.*

Non tenentur ad decimas ſuorum laborum neque monachi Ciſtercienſes, neque templarij, neque hoſpitalij. *de decimis c. Ex parte tua.*

Decimas ſoluere non tenentur Monachi Ciſtercienſes. *Honorius 3. conſt. Cum Abbates & conſt. Cum aliquando Mar. 5. conſt. 8. Militanti.*

Neque fratres de Mercede Redemptionis, &c. quando Papa concedit ſoluendas decimas Principibus vel alijs. *Greg. 11. conſt. 3. dum ſalubria.*

Neque Monachi Celeſtini. *Gregor. 11. conſt. 9. Sacra.*

Neque Monachi Carthuſiani. *Martinus 5. conſt. 5. Fons paruulus.*

Neque Canonici Regulares S. Georgij in Alga. *Eugenius 4. conſt. 24. Quamquam.*

Fratres Minores non tenentur ad ſoluendas decimas pro quacumq; cauſa impoſitas à Papa. *Sixt. 4. conſt. 6. Regimini §. 8.*

Neque Fratres Ordinis Prædicatorum. *Sixtus 4. conſtitut. Regimini.*

Exempti ex priuilegio non tenentur ad ſoluendum decimas. *de decimis c. A nobis.*

Leproſi non tenentur ſoluere decimas. *de Eccleſ. ædificandis. c. Cum dicat.*

Regulares non tenentur soluere decimas de suis hortis, domibus, &c. *De excessibus Prælator. c. Nimis praua. conc. Later.3. in append. tit. de religiosis viris. c.3.*

Sed de rebus quæ eas soluebant antequam ipsi haberent soluere tenentur. *conc.Later.4. c.55. de decimis c. Nuper.*

Exempti à soluendis decimis non possunt impedire ne terræ quas aliis dant excolendas exsoluant. *De decimis c. Licet, & cap. ad audientiam.*

Decimæ quando exigi possunt à Religiosis post infeudationem. *De decimis in 6. c. Statuto §. Sanè quamuis.*

De quibus rebus soluendæ sunt decimæ, & de quibus non.

Decimæ de omni re soluendæ sunt. *Lib.7. const. Apost. c.34. Conc.Later.3. in append. tit. de decimis c.3.* Antequam diminuantur res sunt decimandæ, & soluendæ decimæ. *ibidem cap.4.*

Pro terris nouis etiam soluendæ sunt decimæ. *Gregor.7. lib. 6. epist.9. conc. Later. 3. par.50. c.40. concil. Later. 4. cap. 55. De decimis. cap. Quoniam à nobis, concil. Vormatiens. 1. cap.52.*

Pro terris quas religiosi tradunt ad colendum soluendæ sunt decimæ. *concil. Lateran.3. in append. tit. de viris religiosis cap.6.*

Decimæ soluendæ de rebus antequam à colonis diuidantur, vel à dominis. *concil. Lateran.3. in append. tit. De decimis c.4. & p.50. c.40. conc. Eboracense 1. concil. Londinens.1. cap.9.*

Soluendæ antequam tributa soluantur, dominis. *concil. Later.4. cap.54.*

Antequam expensæ deducantur soluendæ sunt decimæ. *ibid.*

De omnibus fructibus, vel pretio horti soluenda est decima. *De decimis. c. ex parte canonicorum.*

De pensionibus non possunt exigi decimæ. *Reformatio cleri Germaniæ. c.24.*

De omnibus legatis, ac fructibus soluendæ sunt decimæ. *Extrauag. de decimis. cap. declarationes. concil. Hispalens. 1. cap.vlt.*

Etiam de molendinis solui debent, sic de ferro, lana, piscatorijs, &c. *De decimis. cap. Peruenit. cap. Pastoralis, & cap. Ex transmissa.*

Sic de apibus & de omni fructu. *ibid. c. Nuncios.*

Si decimæ ante tributa non soluantur, de tributis danda est decima. *ibid. c. cum non.*

Decimæ non sunt soluendæ de proprijs laboribus. *16. q. 1. c. decimas.*

Decimæ soluendæ secundum locorum consuetudinem. *De decimis. c. In aliquibus §. Ille quippe. concil. Later. 4. c.53.*

Decimæ quando soluendæ.

Decimæ soluendæ de rebus fructibus & frugibus antequam diminuantur. *conc. Later.3. in append. tit. de decimis c.4.* antequam dominus diuidat cum colonis. *ibid.* antequam ex rebus detur salarium seruorum. *ibid.* Sic etiam. *concil. Later.3. par.50. cap.40. concil. Eboracen.1. concil. Londinens.1. cap.9.*

Decimæ soluendæ antequam soluantur tributa dominorum temporalium. *concil. Lateran.4. cap.54. De decimis. c. cum non sit.*

Decimæ soluendæ statim, ac fructus sunt collecti. *De decimis. c. cum homines.*

Decimarum ius non perditur per donationem prædii. *16. q.1. c. Si quis laicus.*

Decimæ prædiales soluendæ antequam deducantur expensæ. *De decimis. c. Non est in potestate.*

Soluendæ antequam semina deducantur. *ibid. c. Tua nobis.*

Soluendæ prius, quam soluantur census. *ibidem. cap. cum non sit.*

Decimæ soluendæ quæ de consuetudine loci sunt probatæ. *concil. Later. 4. c.53.*

Decimæ cui soluendæ, & cui non.

Decimæ soluendæ sunt Ecclesiæ Baptismali. *16. q.1. cap. De decimis. lib.7. const. Apost. c.34. lib.8. cap.30. concil. Hispal.1. cap.vlt. conc. Foroiulien. c.vlt. concil. Aurel.4. c.9. Cabilon.3. cap.19. De Parochijs c.fin. conc. Calcedon. c.17. Concil. Tribur. 1. cap.14. Concil. Nanneten.1. cap.10. 16. q.1. cap. Ecclesiæ.*

Decima personalis debetur Ecclesiæ, in qua recipiuntur Sacramenta. *De decimis. cap. Ad Apostolicæ.* Rerum vero, & frugum decimæ soluuntur Ecclesiæ, in cuius territorio sunt. *ibid. conc. Later.3. in append. tit. de Religiosis Viris cap.3.* item *par.50. cap.39.* Non verò ei Ecclesiæ, in cuius loco reperitur causa negotij. *ibid. p.50. c.39.*

Decima soluenda Ecclesiæ Parochiali; quod si mutatur Parochia, adhuc soluenda est primæ Ecclesiæ à terris, & prædiis, quæ illi prius soluebant. *De Parochijs c.fin.*

Si dubium sit cui Ecclesiæ soluendæ sint decimæ, an Ecclesiæ loci, domicilii, & hospitii, an vero vbi sunt terræ, prædia, &c. præter regulam superius datam de decima personali, & decima terrarum, stari potest consuetudini. *De decimis cap. cum sint, & cap. ad Apostolicæ.*

Decimæ auferri non debent Ecclesiis antiquis, & dari nouis. *concil. Mogunt.3. c.13.*

Decima dari potest Ecclesiæ nouæ distanti per quatuor, aut quinque milliaria, si sit facta iussu Episcopi. *Concil. Calcedon. c.14. concil. Nanneten. c.14.*

Decimæ non sunt soluendæ regularibus. *concil. Lateranens.4. cap.56.*

Decimas sibi arrogantes regulares, quomodo puniendi. *Clement. de decimis. c.1.*

Decimæ alicui Ecclesiæ debitæ in pignus sumi non possunt à laicis. *De decimis. c.fin.*

Decimæ non possunt per Canonicos regulares diuidi, & denegari Ecclesiis. *Conc. Lateran. 3. in append. tit. De Religiosis Viris c. 1.*

Decimæ quæ debentur monasteriis, sunt eis soluendæ. *Concil. Lateran.3. vbi supra c.2.*

Decimæ non possunt vsurpari à laicis, & pœnæ. *Conc. Claramont. c.19.*

Non possunt populi ex suo arbitrio priuare Parochum decimis, licet malus sit, & peccator. *Conc. Constantiens. contra ar.18. Vvicleff.*

Decimæ non sunt soluendæ Monachis, sine Episcopi consensu. *16. q.7. c. Decimas, & c. Ecclesias.*

Decimæ soluendæ antiquis Ecclesiis. *16. quæst.1. cap. Ecclesiæ.*

Decimæ soluendæ sunt Ecclesiis solitis. *Conc. Trident. sess. 25. de reform. cap.12.*

Decimæ Ecclesiasticæ laicis non concedendæ.

Decimæ laicis non concedendæ. *16. q.7. cap. Decimas. cap. Peruenit, & cap. Congregato. De decimis. cap. Ad hæc donationem, (& maximè iure hæreditario.) ibid. Conc. Roman.5. sub Gregor.7. c.7.* & laici excommunicati sunt, donec eas restituant. *ibid.*

Episcopus concedens laico decimas Ecclesiarum puniendus. *De decimis c. Quamuis.* Priuatur officio. *Concil. Lateran. 3. De depositione c.8.*

Dare decimas laicis est simoniacum, maximè si dentur per pecuniam. *1. q.3. c. Altare, & c. Peruenit ad nos.*

Decima transferri non potest de laico ad alium laicum. *De decimis cap. Prohibemus.*

Decimarum locatio, & conductio.

Decimæ possunt locari, & conduci, si ex locatione emergat maior Ecclesiæ vtilitas. *De locato, & conducto cap. Vestra nobis.* Secus si non. *Conc. Eboracen.1.*

Decimarum fructus, & prouentus locari possunt. *Honor. 3. ex Cirone tit. de locato, & conducto.*

Decimæ non dandæ in feudum: & quid si dentur.

Decimæ non possunt dari in feudum. *De locato, & conducto, cap. Vestra nobis.*
Decimæ noualium non pertinent ad laicum, qui decimam habet in feudum. *De decimis cap. Tua. §. Ne occasione.*

Decimarum compositio, & commutatio.

Decimæ non possunt redimi à populis (propria authoritate.) *16. q. 7. c. Decimas quas populus.*
Decimarum ius non potest commutari cum villis, vel aliis rebus (id est à Parochis,) sed decimæ exigendæ sunt. *Concil. Later. 3. in append. tit. de decimis c. 1.*
Si pro decimis fiat compositio de licentia Episcopi, valet, etiam si fiat in perpetuum. *conc. Later. 3. in append. tit. De pactionibus cap. 3.*
Potest fieri compositio pro decimis de licentia Episcopi. *concil. Later. 3. vbi supra c. 7. De transactionib. c. Statuimus.*
Compositio super decimas non tollitur per priuilegium non soluendi decimas, nisi fiat mentio de ea. *De decimis c. Ex multiplici.*

Decimæ circa præscriptiones.

Decimarum præscriptio est per annos 40. ita quod si per 40. annos non soluitur alicui decima, ab eo exigi non possit. *de præscriptionibus cap. de quarta. & cap. Ad aures.*
Decimas præscribens in prædia, de noualibus non habet decimas. *de decimis c. cum contingat.*
Decimarum donatio facta à laico non facit præscriptionem, etiam si à Rege sit facta. *de decimis c. Dudum.*

Decimarum priuilegium quid operatur, & quid non, & à quo fit.

Priuilegium absoluens à solutione decimæ non præiudicat compositioni factæ de ea, nisi fiat mentio de ipsa. *de decimis c. Ex multiplici.*
Priuilegium de decimis laborum non extenditur ad terras, quæ à priuilegiatis traduntur aliis excolendæ. *ibid. cap. Licet, & cap. Ad audientiam.*
Priuilegium quò remittuntur Religiosis, vel aliis decimæ, intelligitur de futuris. *de priuilegijs c. Qui circa.*
Priuilegium non soluendi decimas de noualibus, non comprehendit decimas possessas ab aliis tempore concessionis, nisi de eis fiat mentio. *de priuilegijs c. Dudum.*
Priuilegium de decimis noualium, quæ comprehendit. *De decimis in 6. c. Statuto.*
Priuilegium noualium limitatum ad mensuram antiquam, cum conceditur alicui ordini, aut monasterio, &c. non intelligitur vltrà modietatem, & in hoc excluduntur Cisterciense. *de decimis in 6. c. Statuto §. Statuimus.*
Priuilegium non soluendi decimas non tollit obligationem, nisi de quibusdam nominatis. *de decimis c. Ex multiplici.*
Priuilegiati circa decimas soluendas, de nouis prædijs acquisitis, tenentur eas soluere, nisi alias fecerint compositionem. *De decimis cap. Nuper.*
Laicus priuilegiatus in solutione decimæ, non potest cogi ad eam soluendam. *De priuilegijs, c. cum & plantare.*
Priuilegia decimarum non possunt auferre Parochis necessaria ad portandum onus Ecclesiæ. *de decimis in 6. cap. fin. §. Vbi autem.*
Priuilegium de non soluendis decimis concedi non potest ab Imperatore, vel alio. *De decimis cap. Tua, & infra. & cap. Dudum.*
Decimas exigere omittens clericus per pecuniam, simoniam committit. *1. q. 3. c. Altare, & c. Peruenit. de rerum permutatione cap. fin.*

Decimas fraudantes, vsurpantes, vel solui impedientes.

Decimas fraudantes, siue sæculares, siue Religiosi (qui non habent priuilegium) excommunicari debent per Episcopos. *conc. Sabinense c. 12. & 24. Clement. de decimis c. 1. de decimis in 6. cap. 1.*
Decimas vsurpantes excommunicandi sunt. *concil. Claramont. c. 19. conc. Later. 3. c. 14.* Et Ecclesiastica sepultura priuetur. *conc. Later. 3. ib. Clement. de decimis c. 1.*
Decimas solui impedientes Religiosi, vel alii, excommunicationem ipso facto incurrunt. *Clement. de pœnis c. fin. concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 12. de decimis in 6. c. 1.*
Religiosi tenentur docere populos in concionibus, vt decimas soluant; sic etiam & in confessionibus; & si retrahunt, excommunicationem incurrunt, & suspenduntur, donec retractent. *Clement. de pœnis c. 1.*

Decimæ collectæ à quo, & quibus dispensandæ.

Decimæ iuxta Episcopi dispositionem dispensandæ. *16. q. 1. cap. In sacris.*
Decimas distribuens contra Episcopi voluntatem, est anathema. *16. q. 1. c. In canonibus.*
Decimæ dispensandæ ab Episcopo in clericorum, & pauperum sustentationem. *Lib. 7. const. Apost. c. 25. & lib. 8. c. 30. conc. Turon. 3. c. 16. & 45.*
Decimæ dandæ non sunt laicis. *16. q. 7. c. Peruenit ad nos.*
Decimæ possunt dispensari à clericis locis piis, & monasteriis. *16. q. 1. c. Quoniam.*
Vide, *Ecclesiast. bona.* Vide, *Benef. reditus.*

Decimarum restitutio.

Decimarum restitutionem (seu ius ad eas) prætendere non potest aliqua Ecclesia, nisi probet se iustè possidere, quando fuit priuata. *De restitut. spoliat. in 6. c. fin.*

Decimæ de nouo à quo possunt imponi, & à quo exigi.

Decimas de nouo imponere potest Papa pro aliqua necessitate. *Extra, de decimis cap. Declarationes.* Vbi multa scitu digna de hac materia. *& Concil. Constant. sess. 43. in const. Martini V.*
Pro quibus necessitatibus potest Papa imponere decimas. *ib.*
Super quibus rebus potest in ijs necessitatibus Papa imponere decimas. *ibid.*
Etiam Ecclesiastici in talibus necessitatibus obligari possunt ad soluendum decimas. *ibid. Concil. Constantiense sess. 43. ex constit. Martini V.*
Quomodo imponendæ, & exigendæ præfatæ nouæ decimæ. *ibidem.*
Decimæ ab omnibus etiam Ecclesiasticis, monasterijs, locis piis per Papam solui permittendæ sunt Imperatori, & aliis Principibus, quando fit bellum contra Turcas, & alios fidei inimicos. *Conc. Later. 5. sess. 12. const. 2. Constituti. Vrban. VIII. const. 6. c. 63.* id est, dum fit pro defensione fidei.

Decimæ beneficiorum quomodo soluendæ.

Decimæ, quæ impositæ sunt super beneficiis soluendæ sunt de moneta currente. *de decimis c. fin.*

Decimarum collectores.

Decimarum collectores non possunt pro decimis sequestrare, vel auferre calices, vestes, aliaue Ecclesiastica, & diuino cultui dicata. *Clement. de decimis c. fin.*
Decimæ soluendæ secundum locorum consuetudinem. *de decimis c. In aliquibus §. Ille quippe. conc. Later. 4. c. 53.*

Decreta.

Decreta incautè facta sunt retractanda. Vide, *Definita. Post conc. Elibert. 22. q. 4. c. Definitio.*
Decreta à maiori parte collegij, communitatis, capituli, &c. prævalent. *de his, quæ fiunt à maiori parte c. 1.*
Decreta pro diuersitate temporum mutari possunt. Vide, *Tempus.*

Decreta

Decreta rationabiliter facta, mutari non debent. 25. q. 2. cap. cum piè. & cap. Ecclesiastica. 35. q. 9. c. Omnibus. & c. Loci nostri. Alias ordo Ecclesiæ confunditur.
Decretum conditionale ante conditionem non afficit collatorem. Clement. de conces. præb. cap. 1.
Vide, *Definita*. Vide, *Statuta*. Vide, *Leges*. Vide, *Constitutiones*.

Decreta, & decretales Sedis Apostolicæ.

Decreta Sedis Apostolicæ omnes sacerdotes scire tenentur. *Siricius. ep. 1. c. vlt.*
Decreta Sedis Apostolicæ omnes obligant. 25. q. 1. cap. confidimus. cap. Nulli, & cap Generali. q. 2. cap. Amputato. cap. Institutionis.
Decreta Romani Pontificis, facta, vel pro fidei disciplina, vel pro correctione morum, vel pro correctione sceleratorum, vel pro interdictione imminentium, vel futurorum malorum, promulgata, si quis contempserit, est anathema. Item dogmata, mandata, interdicta, vel sanctiones pro eisdem, vt supra promulgata contemnens, est anathema. 25. q. 2. cap. Si quis dogmata. ex Nicolao I. in conc. Roman. 3. c. vlt. Bonif. II. in sua epist. Agapitus ep. 1. Symmachus ep. 9. Extrau. Ioann. 22. de verbor. signif. cap. Quia quorumdam. Vide, *Romana Ecclesia*. Vide, *Romanus Pontifex*. Vide, *Papa*. Diffusè. Vide, *Ecclesia Romana*.
Decreta Sedis Apostolicæ pro necessitate temperanda sunt. 1. q. 7. c. Necessaria.
Decreta contra Papæ constitutiones, aut decreta, sunt nulla. *Adrianus I. c. 39.*
Vide, *Romanus Pontifex*.
Decretales Epistolæ habent authoritatem Sedis Apostolicæ. *Dist. 19. c. Si Romanorum*. Sunt obseruandæ, ac si à Sancto Petro fierent. *ibid. cap. Sic omnes*.
Decretales Epistolæ Sedis Apostolicæ inter scripturas canonicas possunt numerari propter authoritatem. *Dist. 19. cap. In canonicis. Nicolaus I. ep. 42.*

Decreta S. Inquisitionis.

Decreta S. Inquisitionis comprehendunt omnes, siue sæculares, siue clericos, & regulares antiquos & modernos, & nullum iuuat priuilegium contra illa. *Vrb. 8. const. 8. in append. alias 117.* Vide, *Inquisitores supremi*.
Decreta S. Inquisitionis contra hæreticam prauitatem, quomodo obseruanda per Regulares.
Vide, *Regular. superiores*.

Decreta Conciliorum, & Sanctorum Patrum.

Decreta Conciliorum generalium in materiis fidei non possunt retractari. *Gelasius I. ep. 13. & constit. Valde mirati* §. 16. Vide, *Conciliorum decreta*. Vide, *Ecclesia Romana*. Vide, *Papa*. Vide, *Concilia*. Vide, *Statuta*.
Decreta Sanctorum Patrum non sunt violanda. *Fœlix I. ep. 1. & 2. Hormisda ep. 5. & 70. 25. q. 1. c. contra statuta.*
Decreta positiua Concilii Tridentini ex quo tempore cœperunt obligare. *Pius 4. const. 80. Sicut*.
Vide, *Concilia*, &c.

Dedicatio, & dedicare.

Dedicati, seu consecrari debet Ecclesia. *De consecrat. dist. 1. cap. 1.* Vide, *Consecratio Ecclesiarum*. Solemniter dedicanda. *ibid.*
Dedicari debet Ecclesia, de cuius dedicatione non constat. *Gregor. I. lib. 12. ep. 32. De consecr. dist. 1.*
Vide, *Consecratio*.
Dedicatio Ecclesiæ facienda est ab Episcopo, qui habet iurisdictionem in incolas, antequam Ecclesia fundetur. *De religiosis domibus cap. 1.*
Pro dedicatione Ecclesiarum, nihil soluendum. *1. q. 1. cap. Statuimus. Conc. Cabilon. 3. c. 16. Concil. Tholes. 1. c. 3.*
Dedicationis Ecclesiæ festum omni anno celebretur. *Fœlix 4. epist. 1. de consecr. dist. 1. cap. Solemnitates*. Cum octaua celebrandum est. *ibid. c. seq.*
Dedicationes Episcoporum, seu consecrationes anniuersariæ celebrandæ. *De consecr. dist. 1. cap. Solemnitates*, cum octaua celebrandæ. *ibid. c. seq.*
Vide, *Consecratio Eccles.*

Defendere. Defensio.

Defendere se potest homo aggressus occidendo aggressorem, si nequit aliter se defendere. *De homicidio voluntario cap. Significasti il. 2.*
Defendi debet proximus ab iniuria; alias non defendens participat in malo. 23. q. 3. cap. Non in inferenda, & c. vlt.
Defendi debent res Ecclesiæ non manibus, sed iudicio. 16. q. 6. cap. Consuetudo.
Defensores habere debet Ecclesia pro litibus, & causis suis. *conc. Mileuit. c. 16. conc. Afric. c. 42.*
Defensiones dandæ sunt cuilibet inquisito ex qualibet causa. *conc. Lateranen. 4. can. 8.*
Defensiones dandæ reo, alias non potest sententiari. *Marcellus 1. ep. 2. 3. q. 9. c. Non oportet*. Vide, *Condemnare*. Vide, *damnare*. Vide, *Sententia*. Vide, *Reus*.
Defensionum tempus debet esse spaciosum. *Iulius 1. ep. 2. c. 3. Fœlix 2. ep. 1. c. 21.*
Defensiones plures alicui non sunt negandæ. *De regulis iuris in 6. cap. 20.*

Deficiens, Deficere, Defectus.

Deficiens in purgatione habetur vt conuictus. *De accusat. c. Inquisitionis, & cap. Accedens*. Vide, *Purgatio*. Vide, *Compurgatores*.
Defectus in expeditione litterarum Apostolicarum non supplentur, nisi exprimantur in petitione, & signetur sic, *fiat vt petitur*. *Vrbanus 8. const. 6. Sanctissimus c. 41.*
Defectus ordinariorum suppleri non possunt à S. Pœnitentiaria. *Pius 4. const. 53. In sublimi*.
Vide, *Literæ Apostolicæ*.

Definita, Definire.

Definita rationabiliter non sunt mutanda. 35. quæst. 9. cap. *Omnibus*.
Definita vtiliter à prædecessore non debent reuocari à successore, sed potius roborari. 35. q. 9. c. Loci. Vide, *Decreta*.
Definita benè retractari non possunt, nisi à maiori authoritate. *Nicolaus 1. in decr. tit. De iudicijs c. 13. 6. q. 4. cap. Quod benè*. Vide, *Decreta*.

Defuncti: quid eis prodest, quid non, & quid de nobis sciunt.

Defunctis cum pœnitentia, pro sunt orationes. 13. q. 2. cap. Pro obeuntibus.
Defuncti in bello pro fide indulgentiam consequuntur delictorum. *Ioannes 8. ep. 144.*
Defunctorum animæ quatuor modis iuuantur. 13. q. 2. cap. *Animæ*.
Vide infra, *Defunctorum suffragia*.
Animæ, quæ decedunt cum pœnitentia, per sacrificia, & eleemosynas semper iuuantur vsque ad diem iudicii (id est si indigent.) 13. q. 2. c. Tempus.
Defunctis prodest sepeliri in Ecclesijs, vel propè eas, & quare. 13. q. 2. c. Cum grauia, & c. Non æstimemus.
Defuncti aliquando apparent viuentibus. 13. q. 2. cap. Fatendum est.
Defuncti nesciunt, quid hic fiat à viuis. *ibid. c. Fatendum est.*
Ab ijs qui decedunt scire possunt aliqua, non tamen omnia, sed quę Deus eis permittit. *ibid.* Item ab Angelis scire possunt, quæ Deus permittit. *ibid.*
Defuncti in terra non iudicantur, neque à Papa. *Adrianus 2. ep. 12.* Sed declarantur solum excommunicati, *vel hæretici*. Vide infra, *in hoc eodem titulo*.

Defun-

Defunctis damnatis non prosunt orationes, & oblationes. 13. q. 2. c. *In præsenti*. Ad quid prosunt orationes factæ pro fidelibus, si sunt damnati. *ibid. c. Tempus lib. 8. constit. Apostol. cap.* 43.
Defuncti non possunt ligari, neque solui. 24. q. 2. c. *Legatur, & c. Nec quisquam*.
Defuncti sine absolutione Ecclesiæ non possunt absolui post mortem. *ibid. c. de communione*.
Defuncti in hæresi possunt post mortem declarari excommunicati. 24. q. 2. c. *Sanè profertur*.
Prodefunctis tristandum non est. 13. q. 2. c. *Quam præposterum*. c. *Habent. c. Qui diuina*.
Defuncti cum opinione sanctitatis. Vide, *Sepulchrum*.
Defuncti in communione catholica damnandi non sunt, si aliqua eorum doctrina reperiatur hæretica, sed doctrina damnanda. *Vigilius in const. Concily* 5. *Generalis*, circa finem. *Pelagius* 2. *ep.* 7.
Defunctorum cadauera non perquirenda in Ecclesia per Iudices sæculares. Vide, *Eccles. Immunitas*. Vide, *Ecclesiæ venerandæ*.
Vide, *Anima*. Vide, *Corpora*. Vide, *Moriens*. Vide, *Orare*.

Defunctorum funeralia, seu exequiæ.

Defunctorum exequiæ, seu funeralia fieri debent. *Clemens I. ep. I. cap.* 4.
In funeralibus non cantetur carmen modo gentilium; neque tundendum, seu percutiendum est pectus. *conc. Toletan.* 3. c. 22. *conc. Arelat.* 3. c. 10.
Defunctorum corpora in funerali non operiantur pallis, seu corporalibus, quæ in Eucharistia inseruiunt. *conc. Aruernense* c. 3. & 5.
Defunctorum corpora præsertim Religiosorum, cum psalmis ad sepulchrum ferenda, *conc. Toletan.* 3. c. 22. 13. q. 2. c. *Qui diuina*. *conc. Arelat.* 3. c. 10.
Pro defunctorum exequijs, nihil exigendum à clericis. *conc. Lateran.* 3. c. 7. *conc. colon.* 2. *part.* 7. c. 28. *de simonia*. *cap. Suam*.
Defunctorum exequiæ faciendæ, sine pompa. *conc. colon.* 3. *tit. Censuræ* c. 21. *conc. Arelat.* 3. c. 10.
In defunctorum exequijs non facienda conuiuia. *conc. colon.* 2. *part.* 7. c. 29. & *colon.* 3. *tit. Censuræ* c. 21. *conc. Arelat.* 3. c. 10. Reformatio Cleri Germaniæ. c. 28. Vide, *Conuiuia*.
Defunctorum funeralia, quomodo facienda. Vide, *Funera funeralia, &c.*

Defunctorum sepulchra.

Defunctos in Ecclesia non sepeliendos, olim erat statutum, sed circa muros Ecclesiæ. *conc. Bracharen.* c. 36. *concil. Mogunt.* c. 52. *conc. Fribur.* 1. c. 17. *conc. Nanneten.* 1. c. 16.
Defuncti sepeliendi sunt in eo loco, in quo, dum viuerent elegerunt sepulturam. *Extra, de sepulturis* c. *detestandæ*.
Defuncti in Ecclesia sepeliendi sunt, si fideles sunt. *concil. Mogunt.* c. 52. Cum licentia Episcopi, vel Parochi possunt fideles in Ecclesia sepeliri. *conc. Meldense* c. 72.
Defunctis prodest sepeliri in Ecclesia; & prope illam, & quare. 13. q. 2. c. *cum grauia, & c. Non æstimemus*.
Defuncti in prælio possunt à suis propinquis deferri ad propria. *Nicolaus* 1. *ad Consulta Bulgar.* c. 100.
Sepulchra non sunt frequentanda cum conuiuijs. *conc. Lucen.* 2. c. 69. *de consecr. dist.* 1. c. *Non oportet*. *conc. Arelat.* 3. c. 10. *colon.* 2. *part.* 7. c. 29. *colon.* 3. *tit. Censuræ cap.* 21.
Corpora defunctorum eijci non possunt de sepulturis, & pœnæ. *conc. Meldense* c. 72.
Vide, *Moriens*. Vide, *Mortui*. Vide, *Sepultura*. Vide, *Sepelire*.

Defunctorum corpora, & ossa.

Defunctorum ossa, seu corpora de sepultura non eijcienda. *conc. Meldense* c. 72.
Defunctorum corpora non debent exenterari, expulpari, concidi, &c. vt commodè deferri possint ad proprias terras, sub pœna excommunicationis ipso facto. *Extra, de sepulturis c. detestandæ*.
Vide, *Corpora*. Vide, *Mortui*.

Defunctorum suffragia.

Defunctorum animæ Deo commendandæ per orationes. *lib. 8. constitut. Apostol. cap.* 41. *Clemens I. ep.* 1. c. 4.
Vide, *Anima*.
Defunctorum animæ per orationes, eleemosynas, & sacrificia iuuantur, si cum pœnitentia decesserunt, & sunt in purgatorio. 13. q. 2. *cap. Pro obeuntibus, cap. animæ, c. Tempus*. *Gregor.* 7. *lib.* 1. *ep.* 6. *Ioannes* 8. *epist.* 204. *Concil. Salegunstadiense cap.* 10. *Concil. Triburiens.* 1. *cap.* 15. *Concil. Florent. sess. vlt. in literis Vnionis*. *Concil. Senonense* c. 12. *concil. colon.* 3. *tit. censuræ* c. 21. *concil. Mogunt.* 4. *cap.* 46. *conc. Trident. sess.* 24. *in decr. de Purgatorio*.
Defuncti in bello pro fide indulgentiam delictorum consequuntur. *Ioannes* 8. *epist.* 144.
Defunctis pœnitentibus Papa concedere potest indulgentiam. *Ioannes* 8. *ibid.*
Defunctis damnatis orationes, & alia non prosunt. 13. q. 2. *cap. In præsenti*. Vide, *Defuncti*. Vide, *Anima*. Vide infra. *Defunctorum anniuersaria*. Vide, *Mortui*.

Defunctorum oblationes, & eleemosynæ soluendæ.

Defunctorum oblationes, & eleemosynas retinentes, excommunicandi sunt. 13. q. 2. c. *Qui oblationes il* 2.
Vide, *Oblatio*. Vide, *Legata*.
Defunctorum oblationes, & eleemosynas non soluentes, vt infideles habendi sunt. *Conc. carthag.* 4. c. 95. *conc. Vasense* 1. c. 1. *Vasense* 2. c. 4.
Sic etiam tractandi, qui cum difficultate oblationes defunctorum soluunt. *ibid.*
Defunctorum oblationes eleemosynæ, &c. recipiendæ sunt, etiam si in crimine aliquo fuerint occisi, dummodo se ipsos non occiderint. *Concil. Aurelian.* 1. c. 15.

Defunctorum anniuersaria, & aliæ commemorationes.

Defunctorum anniuersaria celebrari possunt. *Honorius* 3. *ex Cirone, de celebratione miss.* c. 2. *De celebr. miss. cap. cum creatura*. Vide, *Anniuersaria*.
Sacrificia, & commemorationes defunctorum fieri possunt, *die* 3. 7. & 30. & vnde hic ritus habet originem. 13. q. 2. *cap. Quia alij*.
Pro defunctis fieri debet commemoratio in omni Missa. *de consecr. dist.* 1. *cap. Visum præterea*. *Concil. cabilon.* 3. *cap.* 39. & desumit hoc Concilium ex D. Augustino. *Lib.* 8. *de cura pro mortuis agenda cap.* 4.

Defuncti in excommunicatione.

Defunctis in excommunicatione sine pœnitentia, non est communicandum. *Gregor.* 7. *lib.* 4. *ep.* 6.
Defuncti in excommunicatione, sine absolutione voluntariè, non possunt absolui post mortem. 24. *quæst.* 2. *cap. de communione*.
Defuncti in hæresi possunt post mortem declarari excommunicati. *ibid. c. Sanè profertur*. Vide, *Hæretici*.
Defuncti non possunt ligari neque solui. 24. q. 2. c. *Legatur*, & *cap. Nec quisquam*.
Defuncti in communione Catholica, damnandi non sunt, licet aliqua eorum doctrina reperiatur hæretica. *Vigilius in constit. Concilij* 5. *Generalis, sed constantinopol.* 2. Sed doctrina est damnanda. *ibid.*
Defunctorum excommunicatorum hæredes ad quid tenentur, si cum cautione defuncti habuerunt absolutionem. Vide, *Hæredes*, & Vide, *Hæretici*. Vide, *Mortui*. Vide, *Moriens*. Vide, *Excommunicati*.

Defun-

Defunctorum legata, & voluntates.

Defunctorum piæ voluntates cassari non possunt per Episcopos. *16. q. 1. c. Admonere, & c. consideratio.*
Vide, *Legata.* Vide, *Testamenta.* Vide, *Voluntates piæ.*

Defuncti cum opinione sanctitatis.

Si quis moritur cum opinione sanctitatis, donec à Sancta Sede Apostolica canonizetur, vel declaretur beatus, non potest pingi cum radiis, splendoribus, laureolis, &c. neque cum alio simili, quod cultum, & venerationem sacram significet. *Vrbanus 8. const. 37. Sanctissimus, & const. 22. in append. alias 132. Cœlestis.*
Præfatas imagines pingentes, seu formantes, quas pœnas incurrunt. *ibid. const. 37. §. 7.* & ab ordinario, ac Inquisitore iudicandi. *ibid. §. 7.*
Si imagines deferantur à fidelibus in honorem præfati defuncti cum opinione sanctitatis, recipiantur, & conseruentur à clericis in loco secreto. *ibid. const. 37. §. 7.*
Præfati sic mortui cum sanctitatis opinione, non possunt imprimi miracula, gratiæ, reuelationes, beneficia, & alia, quæ eius intuitu asseruntur facta, nisi à Sancta Sede Apostolica approbentur. *ibid. const. 37. §. 7.*
Imprimentes quas pœnas incurrunt. *ibid. §. 7.*
Per hanc constitutionem nullum fit præiudicium ijs, qui defuncti sunt cum opinione sanctitatis, & cum communi sensu Ecclesiæ, vt tales tenentur, si per centum annos sic habiti sunt. *ibid. const. 37. & in appendice 22. alias 132.*
Vide, *Moriens.* Vide, *Sepulchrum.*

Degradatus, degradatio.

Degradati si se ingerunt in exercitio suorum ordinum, excommunicandi sunt si non corriguntur, (nota quod de depositis, qui degradati verbaliter dicuntur, loquitur.) *conc. Tolet. 1. c. 18.* & ab Ecclesia expelli debent. *ibid.*
Degradati, in monasterio recludendi, vel viuant in pœnitentia. *conc. Cabilon. 3. c. 40.*
Degradati, seu depositi debent in pœnitentia viuere, alias excommunicentur. *Distinct. 81. cap. Dictum est. concil. Cabil. 3. cap. 40.*
Degradati spoliantur priuilegio clericali. *de verbor. signif. c. Nouimus.*
Degradatio quando, & quo ritu facienda. *de hæreticis in 6. cap. 1.* Sed habetur distinctè totum hoc. *de pœnis in 6. cap. Degradatio.*
Degradatio à pluribus Episcopis facienda est. Sed si fiat propter crimen hæresis, ab vno solo potest fieri. *De hæreticis in 6. cap. 1.*
Degradatio verbalis à minoribus, fieri potest à solo Episcopo. *de pœnis in 6. cap. 1.*
Degradatio præcedere debet quoties clericus traditur curiæ sæculari, vel perpetuò est immurandus. *de hæret. in 6. c. 1.*
Degradatio facienda est præsente potestate sæculari, quæ statim post degradationem illum recipit. *de verbor. signif. c. Nouimus.*
Degradatio duplex est, verbalis, & actualis, seu realis. *de pœnis in 6. cap. 2.*
Degradatio actualis sic fit: inducitur clericus omnibus vestibus sui ordinis, deinde Episcopus ab vltima incipiens illum exuit, & gradatim alias ei aufert vestes, vsque ad vltimam; deinde tondet caput, ne vestigium in eo remaneat clericalis tonsuræ. Dum vestes aufert dicit certa verba *auferimus, &c.* tandem dicit. *Authoritate Dei Patris, & Filij, &c.* Auferimus habitum clericalem, deponimus, spoliamus, & degradamus ab omni officio clericali, &c. *De pœnis in 6. cap. 1.*
Degradatio facta per Episcopum excommunicatum, est nulla. *Nicolaus 1. in decr. tit. de iudicijs c. 14. 24. q. 1. c. Ait.*
Degradatio clericorum (dato casu) fieri potest ab Episcopo per se, vel per Vicarium, absque numero requisito à sacris canonibus, dummodo tot Abbates vsum mitræ habentes assistant, si isti commodè possunt reperiri: alioquin totidem personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ graues, & iuris peritia commendabiles. *concil. Trid. sess. 13. de reform. cap. 4.*
Degradati si rehabilitandi sunt, quia iniustè degradati, qua cæremonia, & ritu debent remitti in officio. *conc. Tolet. 4. c. 28. 11. q. 3. c. Episcopus, Presbyter.*
Vide, *Depositi.* Vide, *Clerici depositi.*

Delator.

Delator, qui est causa, vt aliquis interficiatur, aut proscribatur; si est fidelis, nec in fine communicare potest: si causa sit leuis, post quinquennium communicet, si catechumenus post quinquennium potest baptizari. *Concil. Elibert. cap. 73.*
Delatoris pœna est capitis, aut linguæ amputatio. *5. q. 6. c. Delatoris. c. Delator. Adrianus 1. c. 49.*
Delator est, qui per inuidiam prodit. *5. q. 6. c. Delator.*

Delegatio.

Delegatio facta iudicibus incertis est nulla. *de rescriptis cap. Ad hæc.*
Delegatio ad futurum negotium est nulla. *ibid.*
Delegatio facta pluribus cum clausula, *quod si non omnes*, intelligitur de impotentia iuris, & facti. *ib. c. Sciscitatus.*
Delegatio facta cum clausula, *& quidam alij*, non extenditur ad magnam multitudinem. *de rescriptis cap. Sedes Apostolica.*
Delegatio facta contra aliquem alicuius Diœcesis, si ille sit alterius, est nulla: sic etiam si dicatur in delegatione, reum esse vnius ciuitatis, & sit alterius. *ibid. c. Significante.*
Delegatione facta de finienda causa intra certum terminum, hoc elapso cessat iurisdictio. *de off. & potest. Iud. deleg. cap. De causis.*
Delegatione facta alicui excommunicanti, vt aliquem absoluat, si contra Concilium excommunicauit, datis executoribus qui eo non parente exequantur, cognitio non demandatur excommunicanti sed executoribus. *de rescriptis c. Ab excommunicato.*
Si delegationes contrariæ factæ ab eodem iudice præsententur factæ sub eadem data, supersedeatur donec consulatur Papa. *de off. & potest. Iud. deleg. c. Sanè à nobis.*
Delegatione iam facta, delegatus potest citare, &c. ad causam spectantia facere. *de off. & potest. Iud. deleg. c. Præterea.*
Delegatione facta pluribus, potest vnus subdelegare alium, etiam si non dicatur, vt vnus sine altero procedat. *ibid. cap. Quamuis.*
Delegatio expirat facta sententia. *ibid. c. In literis.*
Delegatio facta dignitati, non expresso nomine proprio, transit ad successorem. *de off. & potest. Iudic. deleg. c. Quoniam Abbas.*
Si delegatio facta sit duobus, sententia vnius non tenet. *ib. c. Causam matrimonij.*
Delegatione facta tribus, cum clausula, *quod si non omnes*, duo non possunt procedere, nisi constet de impotentia tertij, *ibid. c. Prudentiam.* Et ille tertius est arguendus, quod non obedierit mandato Apostolico. *ibid.*
Delegatione facta tribus simpliciter, causa non potest finiri, nisi à tertio fiat subdelegatio alterius. *ibid. c. cum causa.*
Delegatione facta duobus cum clausula, *quod si ambo, &c.* vno recusante alter solus procedit. *de off. & potest. Iudicis deleg. c. cum super.*
Delegatio si expirat in die peremptorio, quid agendum. *ib. cap. Consuluit.*
Delegatio plurium expirat per mortem vnius. *ibid. cap. Vno delegatorum.*
Delegatio ad exequendum nudum ministerium, vt absoluendi, excommunicandi, pœnitentiam imponendi, dispensandi, &c. non potest subdelegari. *ibid. c. fin. Quoniam §. fin.*
Vide, *Absoluere.*
Delegatione plurimum facta *in solidum*, quilibet potest cogere, vt vno perpetuante omnes perpetuent. *de off. & potest. Iud. deleg. in 6. cap. Cum plures.*

Dele-

Delegatio cui facienda est & cui non. *Clement. de Rescript. cap. Et si.*

Delegatione facta cum clausula, *appellatione remota* quando fieri potest subdelegatio, & quando non & quomodo potest appellari. *de off. & potest. Iudic. deleg. cap. Super quæstionem. §. Si verò.* Sed si facta sententia, aliæ literæ delegationis ad alios iudices emanarint, appellatio videtur acceptata, & tunc primus delegatus non potest exequi sententiam. *ibid. c. Pastoralis §. Præterea.*

Delegatione facta cum clausula, *quod si non omnes, &c.* & vnus committit alijs vices suas, & moriatur; tunc si res non est integra, ipsi possunt procedere; si vero est integra non possunt. *de off. & potest. Iud. deleg. c. Licet vndique.*

Delegatione facta duobus cum clausula, *quod si ambo*, si vnus subdelegat alter non tenetur acceptare subdelegatum, sed solus potest procedere. *ibid. c. cum dilecto.*

Delegatio facta alicui minori 20. annorum, sed maiori 18. de consensu partium tantum valet. *ibid. c. Cum vigesimum.*

Delegatio sic subdelegata, vt quando abesse contingat possit procedere, si delegatus moritur & subdelegatus cœpit vti iurisdictione, potest prosequi. *de off. & potest. Iud. deleg. in 6. c. Si delegatus.*

Delegatione facta pluribus, *vt quilibet possit procedere*, nisi vnus incipit non potest ab alijs impediri, nisi infirmitas vel alia causa iusta id permittat; vel si nollet prosequi: & his casibus alius potest procedere. *ibid. in 6. c. cum plures.*

Delegatione facta à Papa cum clausula *appellatione remota*, si fiat sententia iniqua, non obstante forma rescripti, reuocanda est. *concil. Later. 3. in append. tit. de potestate Iudic. delegat. c. 4.*

Delegatione facta duobus, quilibet eorum potest alteri coiudici, vel etiam alteri subdelegare illam, etiam si hoc non adsit in rescripto. *ibid. c. 8.*

Si delegatione facta alicui, fiat altera delegatio alteri non facta mentione de prima, primus facit causam, & secundus non habet robur: si verò fiat mentio de prima, secundus iudicat. *Concil. Later. 3. ibid. c. 9. 15. & 18.*

Delegatione facta *cuilibet* ex partium consensu, si altera pars procurat delegationem pro certa persona, inscia parte, tenetur ad expensas. *ibid.*

Delegatio facta à Papa ad causam, expirat moriente Papa, si lis non erat contestata; si verò erat contestata, delegatus prosequitur causam. *conc. Later. 3. in app. de potest. Iud. deleg. c. 22.*

Delegatione facta ad finiendam causam intra terminum certum, terminus incipit à die quo delegatus accipit literas delegationis. *concil. Lateran. 3. in append. de appellat. c. 12.*

Delegatio causæ à Papa non fit nisi coram eo compareat accusator. *Concil. Lateran. 3. in appen. de potest. iudic. deleg. c. 2.*

Si delegatio à Papa fiat duobus, *appellatione remota*, & vnus alteri committit vices, non potest procedere si fit appellatio. *Concil. Later. 3. in append. p. 49. c. 13.*

Delegatio Papæ valet pro personis, quæ expressæ sunt in petitione, instantia, & literis delegationis; non pro alijs. *concil. Later. 3. in append. p. 50. c. 67.*

Delegationes tam à Papa, quam à ministris eius fieri non debent, nisi personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, existentibus in Cathedralibus, vel in collegiatis venerandis; & causæ sic delegatæ non tractandæ, nisi in magnis ciuitatibus. *concil. Gener. Lugdun. 1. & Clem. de rescrip. cap. Etsi principalis.*

Si oritur lis de iure præsentandi, & Papa delegat aliquem, vt videat ad quem pertinet, *appellatione remota*, delegatus non instituit, sed pronunciat, relicto ad quem pertinet iure instituendi, & si sentit se grauatum appellare potest. *de off. & potest. iud. deleg. c. Super eo.*

Vide, *Literæ Apostolicæ.*

Delegatus Papæ, & eius potestas.

Delegati Papæ, quas conditiones debent habere. Vide, *delegatio*, circa fin. & *Clement. de rescriptis, cap. Etsi principalis.*

Delegatus Papæ habet potestatem, non solum in partes, sed etiam in eos, qui eum impediunt. *de potest. & off. Iud. deleg. cap. 1.*

Delegatus Papæ potest subdelegare, nisi grauitas causæ vrgeat. *ibid. c. Si pro debilitate & c. Quoniam. Clement. de off. & potest. Iud. deleg. c. vn. Concil. Later. 3. de potest. Iud. deleg. c. 1. & 5.*

Delegatus ad exequendum ministerium nudum absoluendi, dispensandi, excommunicandi, pœnitentiam imponendi, non potest subdelegare. *ibid. c. fin. Quoniam. §. fin.* Vide, *Absoluere.*

Delegatus Papæ potest pœnam arbitrariam dare, quando à lege non est statuta ordinaria. *de off. & potest. Iud. deleg. c. de causis. §. Illis etiam.*

Delegatus Papæ potest exequi sententiam suam, quando ordinarius non vult eam exequi. *ibid. c. Significasti.*

Delegatus Papæ habet potestatem super ordinarium, in causa commissa. *de offic. & potest. Iud. deleg. c. Sanè quia nos.*

Delegatus Papæ tenetur seruare formam iuris, si voluntas Papæ contraria non appareat. *ibid. c. Ex parte tua.*

Delegatus Papæ potest compellere subdelegatum ad acceptandam subdelegationem. *ibid. c. Pastoralis.*

Delegatus Papæ (si à reo obijciatur contra actorem excommunicatio) potest absoluere actorem, & quomodo. *de off. & potest. Iud. deleg. cap. Prudentiam, §. Sexta, & §. Si verò.*

Si delegatus Papæ dat possessionem alicui, quem ordinarius scit, & dicit non esse canonicè institutum, non violenter impediat ordinarius, sed curet vt differat. *ibid. cap. Si quando.*

Delegatus Papæ vsque ad annum integrum potest sententiam prorogare. *ibid. c. Querenti.*

Delegatus Papæ potest subdelegare in principio, medio, & fine causæ. *ibid. cap. Super quæstionum, & cap. Quoniam.*

Delegato Papæ, & non iudici à quo pertinet cognoscere de iurisdictione, si appellatio fit ad Papam. *Honorius 3. ex cirone, de off. & potest. Iud. deleg. c. 3.*

Delegatus Papæ non potest iudicare causam, quam non habet in commissis. *Concil. Gener. Lugdun. 1. de rescript.*

Delegato Papæ mortuo, vel excommunicato, non potest ad eum à subdelegato fieri appellatio, sed debet fieri ad Papam. *de offic. & potest. Iud. delegat. in 6. c. Si is cui.*

Delegatus Papæ factus ad executionem tantum, Papa mortuo potest exequi. *ibid. c. Si super.*

Delegatus Papæ ad causam expirat moriente Papa, si lis non erat contestata: si verò erat contestata, potest prosequi. *Concil. Lateran. 3. in append. de potest. Iud. deleg. c. 22.*

Delegatus Papæ remouendus est si sit suspectus. *de off. & potest. Iud. deleg. c. Insinuante.*

Si delegatus Papæ recusetur vt suspectus, potest subdelegare, nisi recusatio fuerit proposita. *de off. & potest. Iud. deleg. in 6. c. Iudex.* Si verò fuerit proposita, parte volente potest subdelegare, alias non: si tandem antequam recusetur subdelegat in totum, non potest recusari. *ibid.*

Delegato Papæ subdelegante non in totum, an & quando poterit à subdelegato appellari. *ib. c. Super quæstionum. §. Eius ergo.*

Delegatus Papæ potest totam causam subdelegare, & citationem committere. *de off. & potest. Iud. delegat. c. Pastoralis. §. Item.*

Delegato Papæ mandante, ordinarius debet exequi sententiam, etiam si sciat eam esse iniustam, si non possit impetrare vt liberetur ab hoc onere. *ibid. c. Pastoralis. §. Quia verò.* Si verò ordinarius non exequitur, ipse potest exequi. *ibid. c. Significasti.*

Delegatus Papæ non potest remouere subdelegatum à se, si cœpit vti iurisdictione. Sed si subdelegatus excedit formam rescripti, processus est nullus. *ibid. c. Venerabili.*

Delegato Papæ non curante procedere in causa, ordinarius procedere potest. *de off. Iud. ord. c. Significauit.*

Delegatus à Papa ad prouidendum alicui in certa Prouincia, Diœcesi, vel Ecclesia potest alterum subdelegare. *de off. & potest. Iud. deleg. in 6. c. Is cui.*

Si verò non exprimatur persona prouidenda, non potest subdelegare. *ibid.*

Dele-

Delegatus Papæ in aliqua Prouincia, vel Diœcesi (si istæ diuiduntur) remanet in vtraque parte delegatus. *Extra, de off. & poteſt. Iud. deleg. c. vn.*

Delegari poteſt à Papa principalis officialis Epiſcopi, & Prior Conuentualis, officiales verò foranei, & priores Clauſtrales, nequaquam. *Clement. de reſcript. cap. Etſi principalis.*

Delegatorum Papæ beneficia, vbicumque moriantur, vacant in curia. *Extra, de elect. c. Ex debito.*

Delegatum Papæ impediens, cenſuris ab eodem delegato eſt coercendus. *Concil. Later. 3. in append. tit. de poteſt. Iud. deleg. c. 2.*

Delegatus à Papa habet plenariam poteſtatem ſuper cauſam. *Concil. Later. 3. vbi ſupra c. 7.*

Delegatus Papæ poteſt alios ſubdelegare, ſiue ad partem, ſiue ad totam, ſiue ad recipiendum allegationes reſeruando ſibi ſententiam. *Concil. Later. 3. ibid. c. 8.*

Delegatus Papæ cum clauſula, *appellatione remota*, ſi ſubdelegat non poteſt cum illa clauſula ſubdelegare. *Concil. Later. 3. ibid. c. 8.*

Delegatus Papæ (ſi delegatio ſit facta duobus) poteſt coniudici, ſiue alteri perſonæ vicem ſuum ſubdelegare, etiam ſi in delegatione hoc non ſit appoſitum. *ibid. c. 8.*

Delegato Papæ obedire debet ordinarius in executione ſententiæ. *de off. & poteſt. Iud. deleg. c. Paſtoralis.*

Delegati Papæ circa alienationes attendant ad euidentem Eccleſiæ vtilitatem, non ad fauorem, honorem, vel premium; ſi fecerint contrarium, & ſunt Prælati per annum ſuſpenſi ſunt ab officio: ſi alij, ſunt excommunicati. *Paulus 2. conſt. 2. cum in omnibus.*

Delegatus Papæ cognoſcens literas Papæ ab aliquo obtentas in cauſa eſſe ſubreptitias, poteſt non ſecundum formam earum procedere, ſed ſecundum rigorem iuſtitiæ. *Conc. Later. 3. in append. de poteſt. Iud. deleg. c. 13.*

Delegatus Papæ in cauſa commiſſa habet poteſtatem ſuper Epiſcopum, & totam Diœceſim, poteſtque eam interdicere, & alia ſimilia facere. *ibid. c. 20.*

Delegato Papæ committente alijs examen in cauſa, reſeruata ſibi ſententia, ſi à ſubdelegatis fiat appellatio, ipſe non tenetur deſiſtere, ſed poteſt proſequi cauſam. *Concil. Lateran. 3. tit. de appellationibus c. 18.*

Delegato Papæ obedire debet Iudex ordinarius, & alij quibus mandat ipſe delegatus, & pœnis compellere, eaſque infligere. *Concil. Lateran. 3. in append. p. 49. c. 8.*

Delegato Papæ dante ſententiam, abſolutio eius non ſolet à Papa alteri committi. *Concil. Lateran. 3. in append. part. 50. cap. 61.*

Delegato ſubdelegante in parte, appellatio ad eum facienda eſt, non ad Papam. *De off. & poteſt. Iud. deleg. capit. Cum te.*

Si oritur quæſtio de iure præſentandi, & Papa delegat, vt videat ad quem pertinet. Vide, *Delegatio in fine.*

Delegatus Papæ quando poteſt recuſari. Vide, *Recuſare, & in ſeq. tit.*

Delegati à quocumque habente ordinariam poteſtatem.

Delegato non creditur, neque obeditur, niſi oſtenſa, & probata delegatione. *De off. & poteſt. Iud. deleg. cap. Cum in iure.*

Delegati ætas debet eſſe 20. annorum, vel ſupra 18. ſi partes conſentiant, *ibid. c. cum vigeſimum.*

Sed à Principe delegari poteſt homo 18. annorum. *ibid.*

Delegatus, qui eſt dominus impetrantis, poteſt recuſari. *De off. & poteſt. Iud. deleg. c. cauſam quæ.*

Delegatus per mortem delegantis expirat, ſi lis non erat conteſtata; ſecus verò ſi lis erat conteſtata. *ibid. cap. Relatum eſt, & c. Licet vndique. concil. Later. 3. in append. tit. De pactionibus ſecundo c. 3.*

Delegato citante ante mortem delegantis, iuriſdictio eſt perpetua in ea cauſa. *ibid. c. Gratum gerimus.*

Delegati iuriſdictio expirat facta ſententia. *De off. & poteſt. Iud. deleg. c. In literis.*

Delegati iuriſdictio ſi expirat in die peremptorio, quid agendum. *ibid. c. Conſuluit.*

Delegati ſuper principali habent poteſtatem in acceſſorio. *De off. & poteſt. Iud. deleg. c. Prudentiam. §. Sexta, & §. fin. Si verò.*

Delegatus non reſtituit actorem, poſſeſſore abſente, non contumacia. *de off. & poteſt. Iud. deleg. cap. Conſultationibus.*

Delegatus remoueri poteſt ex noua cauſa, & alius ſubrogari. *ibid. c. Inſinuante.*

Delegati ſi ſint duo, & alter non acceptat, quid agendum. *ibid. c. Super quæſtionum.*

Delegatus etiam elapſo triennio poteſt in cauſa procedere. *de off. & poteſt. Iud. deleg. cap. Venerabilis.*

Delegatus poteſt compellere actorem ad reſpondendum in cauſa reconuentionis, & vna ſententia cauſam terminare. *De mutuis petitionibus.*

Delegatus datus etiam, *appellatione remota*, poteſt recuſari, ſi eſt conſanguineus impetrantis, vel ſi fuit aduocatus in ea cauſa. *De appellat. & recuſat. c. Poſtremò. Concil. Later. 3. in append. tit. de poteſt. Iud. deleg. c. 18.* vel ſi alias ſit ſuſpectus poteſt recuſari. *ibid.*

Delegatus nihil poteſt à partibus accipere, niſi eſculentum, & poculentum, quod poteſt conſumi paucis diebus; ac moderatas expenſas. *De reſcriptis in 6. cap. Statutum §. Inſuper.*

Delegatus non poteſt aſſumere aſſeſſorem, niſi indigeat; & ſi indiget aſſumere debet aliquem *non ſuſpectum partibus*, & de ſuo prouideat. *ibid. c. Statutum §. Aſſeſſorem.*

Delegatus taxare debet expenſas notariorum. *ibid. Non participet cum illis. ibid. §. Notarium.*

Delegatus recipiens vltra hoc ſtatutum, tenetur reſtituere, etiam ſi pars remittit. *ibid.*

Delegatus non debet vocare teſtes, niſi cauſa exigat. *ibid.*

Delegato ex tribus procedente cum duobus ſubdelegatis, ſi appelletur, ad Papam fit appellatio, non ad alios. *De off. & poteſt. Iud. deleg. in 6. c. Si duo.*

Delegatus ſubdelegans, re integra poteſt cauſam reaſſumere. *ibid. c. Quamuis.*

Delegato ſubdelegante non in totam, ſed in partem cauſæ, poteſt ad eum appellari. *ibid.*

Delegatus ad cauſam faciendam in loco determinato, poteſt ex iuſta cauſa mutare locum, & extra eum facere. *De off. & poteſt. Iud. deleg. in 6. c. Statuimus.*

Delegatus non poteſt compellere partem ad comparendum perſonaliter, niſi in cauſa criminali, vel pro iuramento veritatis, aut calumniæ. *De off. & poteſt. Iud. delegat. in 6. cap. 1. concil. Gener. Lugdun. 1.* niſi id habeat in mandatis. *ibid.*

Delegatus ad cauſam, non poteſt iudicare de iuriſdictione partium. *de reſcript. c. cum contingat.*

Delegatione facta cum clauſula, *appellatione remota*, ſi facta ſententia aliæ literæ delegationis emanent ad alios, videtur appellatio acceptata, & tunc primus delegatus non poteſt exequi ſententiam. *De off. & poteſt. Iud. deleg. c. Paſtoralis. §. Præterea.*

Si delegatus impeditur à Rege, &c. procedere in die ſtatuta, poteſt committere perſonæ partibus non ſuſpectæ, vt in ea die procedat, *appellatione remota*, niſi partes conſentiant, vt prorogetur. *ibid. c. Paſtoralis §. vlt.*

Si delegato præcipitur vt aliquem abſoluat, tenetur abſoluere, antequam probet. *ibid. c. Cum contingat.*

Delegatus ad exequendum, quando poteſt ſubdelegare. Vide, *Executor.*

Delegatus pronuncians, ſe non habere iuriſdictionem, non poteſt cauſam reaſſumere; neque per conſenſum partium. *De off. & poteſt. Iud. deleg. c. Significantibus.*

Si delegatus eſt neceſſarius in teſtem, non poteſt eſſe iudex, ſed alius ſubrogandus à delegante. *De teſtib. c. Dilecto filio.*

Delegatus non poteſt extra Diœceſim delegantis partes citare, aut cauſam facere, niſi ex conſenſu partium. *De reſcrip. in 6. c. Statutum, §. In nullo.*

Delegatus, ſi fertur extra ſuum domicilium, poteſt expenſas petere, moderatas, & æqualiter ab vtraque parte eas exigere. Sed pro pauperum cauſis, nihil poteſt accipere. *ibid. §. Inſuper.*

Delega-

Delegatus ſubdelegans cum hac clauſula, *vt quando abeſſe contingat, poſſit procedere*, ſi delegatus moritur, & ſubdelegatus cœpit vti iuriſdictione, poteſt proſequi, *de off. & poteſt. Iud. delegati in 6. c. Si delegatus*.

Delegato ſubdelegante, *donec reuocet*, ſi appellandum ſit, poteſt ad eum appellari etiam poſt ſententiam. *ibid. c. Si delegatus*.

Delegatione ſic facta pluribus, *vt quilibet poſſit procedere*, ſi vnus incipit, non poteſt impediri, niſi infirmitas, vel alia cauſa iuſta ipſum impediat; vel ſi ipſe nollet proſequi. *ibid. cap. cum plures*.

Si delegatus recuſatur, cauſa recuſationis coram Epiſcopo eſt probanda. *ibid. c. Si contra vnum*.

Delegatus, vt negotium exequatur perſonaliter, de conſenſu partium poteſt ſubdelegare. *de off. & poteſt. Iud.deleg.c. fin. Quoniam. §. Is autem*.

Delegatus ad exequendum nudum miniſterium, vt excommunicandi, abſoluendi, pœnitentiam imponendi, diſpenſandi, &c. ſimilibus, non poteſt alterum ad hæc exequenda ſubdelegare. *ibid.c. fin. Quoniam §.fin.* Vide, *Abſoluere*.

Delegatione facta intra certum terminum, eo præterito expirat. *Concil.Later.3. in append. tit. de poteſt. Iud. deleg. c.6.*

Delegatus ſententians, poteſt eam exequi ſi nolit exequi Epiſcopus. *Concil. Later.3. ibid. c.10.*

Delegatus non poteſt terminum præfixum excedere, niſi de conſenſu partium, alias iuriſdictio expirat. *ibid.c.14.& 17.*

Delegati iuriſdictio expirat facta ſententia, & diligentia, vt executioni mandetur. *Concil. Later.3. vbi ſupra c.16.*

Delegati non poſſunt trahere accuſatos, vltra tres, vel quatuor dietas. *conc. Gener. Lugdun.1.*

Delegatus à Principe tantum poteſt ſubdelegare, non alij. *Honor.3. ex cirone tit. De appellat. c.1.*

Delegatus ſubdelegans ſuas vices, non poteſt alteri ſubdelegare. *Honor.3. ex cirone tit. de off. Iud. deleg. c.1.*

Delegatus non ſeruans formam delegationis, nulliter procedit. *ibid.* Vide, *Iudex delegatus*.

Delfinatus.

Delfinatus Galliæ beneficia, quomodo conferenda ex concordatis cum S. Sede Apoſtolica. *Extra, de tregua & pace c.1.*

Delfinatus Galliæ Epiſcopi quas, & à quibus poſſunt exigere procurationes in viſitatione. *Extra, de cenſibus c.Vas electionis*.

Delicta.

Delicta punienda pro diuerſitate grauitatis. *lib.7. conſt. Apoſtol. cap.48.*

Delicta in quibus lex non diſponit iudicanda ſunt ſecundum æquiorem & benigniorem partem. *Honorius 3. ex cirone tit. de tranſactionibus c.1.*

Delicta occulta non punienda. *Innoc.1. epiſt.3. c.4. 2. quæſt.5. c.conſuluiſti*. Vel leuius punienda quam publica. *23. q.4. c.cum quiſque*.

Delictum ſecundum confirmat primum. *Martinus 1. ep.12.*

Delictum aliquando committens, ſi ſecundò accuſatur, præſumitur feciſſe. *Lib.7. conſtit. Apoſtol. c.50.*

Delictum perſonale nequit conuerti in damnum Eccleſiæ. *16. q.6. c. Si Epiſcopum*.

Delicta grauia per ſæculares punienda. *23. q.5. c. Sunt quædam, c. Rex debet.* Vide, *Mala*.

Delicta probata, vel confeſſa ſunt punienda non occulta. *2. q.5. c.Conſuluiſti*.

Delictum communitatis non punitur, & quomodo proceditur. *1. q.7. c.Quoties*. Mitius punitur. *Honor.3. ex cirone tit. De tranſactionibus c.1.*

Delicta non puniens Prælatus, Deum offendit. *23. q.4. cap. Si is qui*.

Delicta differens punire prouocat Deum ad iram. *ibid. c. Si ea de quibus*.

Delicta malorum punienda ſunt, licet proſint bonis. *23. q. 5. c. Relegentes*.

Delicta punire pro Deo, non eſt crimen, ſed pietas. *23.q.8. cap. Legi*.

Delictum probatum per inquiſitionem non punitur pœna ordinaria. *de accuſatoribus c. Inquiſitionis*.

Delicta non debent remanere impunita ob pecuniam, vel munera. *concil. cabilon.3. tit. De officiorum, &c. c.4.*

Delictum manifeſtum non indiget probari per teſtes. *conc. Later.3. in append. tit. de teſtibus cogendis c.7.*

Delicta commiſſariorum Nuncij à quo punienda. Vide, *Nuncij*.

Delinquentes.

Delinquens ſemel, ſi accuſatur ſecundò, præſumitur hoc ſecundum etiam feciſſe. *Lib.7. conſt. Apoſt. c.50.*

Delinquens eſt puniendus, non Eccleſia, aut bona eius. *16. q.6. c. Cognouimus*.

Delinquentes per manſuetudinem potius reuocandi, quam per auctoritatem. *diſt.45. c. Recedite*.

Delinquentes non ſemper puniendi, & quare. *23. q.4. c.Ipſa pietas & c.Quod Chriſtus*.

Delinquentes ſi ſunt peregrini puniendi à Prælato loci. *De Raptoribus c.1.*

Delinquens extra Territorium non punitur pœna ſui territorij aut Prælati, ſed loci in quo deliquit. *de conſt.in 6.c.fin.*

Delinquens non poteſt puniri duplici pœna pro eodem delicto. *concil. Rauenn.4. ſub Ioanne 22. c.19.*

Dementes.

Dementium hoſpitalis protector, quam iuriſdictionem habet. *Gregor.15. conſt.48. Ex iniuncto*.

Dæmones.

Dæmones à Deo creati ſunt boni, ſed ſe ipſos fecerunt malos. *de Trinitate c.1. concil. Later.4. ſub eod. tit. concil. Brachar. cap.7.*

Dæmones illudunt magos oſtendentes eis diuerſas rerum ſpecies, & ſimilitudines cognitas, & incognitas. *26. quæſt. 5. c. Epiſcopi*.

Illudunt mulieres, cum eis faciunt apparere, quod volant, equitant ſuper beſtias quaſdam, & alia ſimilia. *ibid. cap. Epiſcopi*. Quæ omnia ſunt falſa ſed apparentia. *conc. Ancyranum* in fine Concilij.

Dæmones multa per magos operantur, quæ apparent mirabilia. *26. q.5. c.Quicunque & c. Nec mirum*.

Dæmones per magos nihil faciunt ſine Dei permiſſu. *26. q. 5. c. Nec mirum*.

Dæmones per magos non poſſunt mortuos reſuſcitare. *26.q. 5. c. Nec mirum*.

Dæmon per magum non ſuſcitauit Samuelem loquentem cum Saul, ſed quodam præſtigio & ſpecie fecit ſic apparere decipiens eum. *ibid. c. Nec mirum*.

Dæmon non poteſt mutare naturam rerum, nec in alias tranſmutare. *26.q.5. c.Epiſcopi. & eſt Concilij Ancyrani in fine. concil. Bracar. c.8.*

Dæmon multis modis poteſt aliqua futura ſcire ex rerum naturis. *26. q.3. & 4. c. Sciendum, & c. Quodam loco*. Ex moribus corporis aliqua ſcit. *ibid.*

Ex diſpoſitione rerum naturalium quæ hominibus ſunt ignotæ, prædicit multa ventura. *ibid. c. Sciendum eſt*.

Dæmones ſæpè prædicunt defectionem ſui cultus, & deſtructionem idolorum. *ibid.*

Dæmones ſæpè ex ſenſibilibus phantaſmatibus hominum cognoſcunt aliquas eorum cogitationes, non autem ſecreta latentia. *26. q.3. & 4. c. Quodam loco*.

Dæmones ſciunt multa ſecreta medica, quibus morbi curantur. *26. q.5. c. Nec mirum*.

Dæmonibus conſecrata, non maculant eos, qui non poſſunt ea impedire. *26. q.2. c.Si de area, & c. Licet aliquid*.

Dæmonibus immolantes, vel eorum reſponſa expectantes quomodo puniendi. Incurrunt omnes hæreticorum pœnas, & confiſcationem bonorum. *Ioannes 22. conſtitut. 13. ſupra*.

Dæmones ligantes in phiala anulo, &c. & reſponſa ab eis expectantes, eaſdem pœnas incurrunt. *ibid.*

Dæmones inuocantes ad diuinationes, incantationes, & superstitiones, si sunt clerici remanent infames, & si non desistunt deponuntur, beneficijs priuantur, & monasterio detruduntur. *Si laici excommunicantur, & pœnis vtriusque iuris puniuntur. concil. Later. 5. sess. 9. in Bulla de refor. curiæ c. 3. circa finem.*
Vide, *Diabolus*. Vide, *Mulieres sagæ*.

Dæmoniaci.

Dæmoniaci non possunt in Ecclesia ministrare, nec ordinari. *concil. quod dicitur Apostolorum c. 79.* mundatus potest. *conc. Elibert. cap. 29.*
Dæmoniaci possunt herbas aliquas, vel lapides tenere eisque vti dummodo sine incantatione. *26. q. 7. c. vlt.*
Vide, *Energumeni*. Vide, *Blasphemi*.

Denunciare. Denunciatio. Denunciator.

Denunciare non potest, qui non præmonuit (sed hoc fallit in causis S. Officij) *de accusat. c. Si quis Episcopus.*
Denunciationes in causis sancti Officij in regularibus fieri non debent suis superioribus ordinis, sed ordinarijs, id est, Episcopis, & Inquisitoribus. *Paulus V. const. 26. Romanus Pontifex.* Neque possunt superiores regulares se ingerere in dictis causis, & pœnæ contrafacientium. *ibid.* Vide, *Regul. superiores.*
Denunciator esse non potest concubinarius (excipe causas sancti Officii quia potest) *de accusat. &c. cum dilectus.*
Denunciator deficiens in probatione, priuatur officio, & beneficio, donec probet se non fecisse animo calumniandi. *de calumniatoribus c. fin.* Intelligitur de alijs foris non de sancto Officio, quia in hoc non tenetur probare, sed punitur, si denunciat falsum.
Vide, *Blasphemus*. Vide, *Hæret.*

Depositio, id est, testificatio.

Depositiones à iudice non recipiendæ, nisi illæ de quibus præcessit infamia. *de accusationibus c. Inquisitionis §. Tertiæ.*
Depositiones eorum, qui post iuramentum dicunt se esse inimicos credi non debent. *ibid.*
Depositiones in causa hæresis factæ in fauorem fidei, siue ab hæreticis & socijs criminis, siue excommunicatis, &c. similibus admittuntur. *de hæreticis in 6. c. In fidei.*
Depositiones captæ in vno iudicio faciunt fidem in alio in eadem causa coram alio iudice. *de testibus. c. Causam quæ.*
Deponentes in causa hæresis, si ex zelo se corrigunt in fauorem fidei, etiam post iuramentum recipiuntur, nisi appareat quod ex leuitate faciant. *Alexander 4. constitut. 12. Quod super.*
Vide, *Testes*.

Depositio, id est, priuatio ab officio, & deponere.

Deponere ab officio in quo sensu est maioris auctoritatis quam ordinare. *Greg. 7. lib. 8. c. 21.*
Depositionis pœna dari non debet pro quolibet crimine. *concil. Later. 3. in append. tit. de depositione. c. 4.*
Depositio quo ritu fit. *concil. Rom. sub Ioanne XII.* Vide, *Degradatio.*
Deponi nullus potest sine legitima accusatione. *Greg. 7. lib. 9. epist. 15.*
Depositis à sacerdotio concedi debet per Episcopum locus faciendi pœnitentiam. *distinct. 81. c. Presbyter.*
Deponi debet presbyter percutiens puerum si ex illa percussione moriatur. *conc. Later. 3. in app. tit. de depositione. c. 7.*
Deponendus est qui Ecclesiæ decimas laico concedit; siue sit Episcopus, siue alij. *conc. Later. 3. vbi supra c. 8.*
Depositio Presbyterorum olim fieri non poterat sine Synodo. *15. q. 7. c. Sexta actione, & c. vlt.*
Depositio, vel degradatio fit per spoliationem sacrarum vestium. *conc. Rom. sub Ioanne 12.*
Clericus glorians se de aliquo crimine carnali commisso, deponi debet ab officio, & beneficio absque appellatione. *de excess. Prælator. c. Quam sit.*
Vide, *Degradatio*. Vide, *Clerici depositi*.

Depositio Episcoporum.

Deponi olim non poterant Episcopi sine concilio. *Gregor. 1. lib. 2. ex reg. ep. 8. 15. q. 7. c. Sexta actione.* A duodecim Episcopis fieri debebat. *conc. Tribur. 1. c. 10.*
Episcopi criminosi à solo Papa possunt deponi. *Extra, de pœnis c. diuinis. Leo IX. const. cum ex venerabilium.*
Depositus Episcopus à Concilio, potest à Papa iterum iudicari. *conc. Sardicense c. 4.*
Deponendi sunt Episcopi ob accusationes subditorum. *2. q. 2. cap. Paulus, & c. Lator.*
Deponi non possunt Episcopi sine licentia Papæ. *Gregor. 7. lib. 8. epist. 21.*
Depositio vno Episcopo alius eligitur. *Gregor. 7. lib. 4. ep. 14. & 15. lib. 8. ep. 17. & 20.*
Vide, *Episcopi depositio*. Diffusè.

Depositis quid interdicitur.

Depositus ab officio, siue Episcopus, siue presbyter, se ingerens in eo excommunicandus est. *Zacharias ep. 7. concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 47. 11. q. 3. cap. Si quis Episcopus damnatus.* Est anathema. *conc. Rom. sub Ioanne 12. de clerico excommunic. ministr. c. 1. & 2.* Præter excommunicationem est in Monasterio detrudendus. *Gregor. 1. lib. 10. ep. 33.* Spe restitutionis caret. *Nicolaus 1. ep. 9. per totam.*
Diaconus, &c. depositus, in necessitate potest baptizare, *dist. 81. cap. Si diaconus.*
Depositi ab officio, si fugiunt ad Imperatorem, carent spe gratiæ. *21. q. 5. c. Si quis à proprio. & c. Si quis Episcopus.*
Depositus Episcopus non potest aliquem ordinare: si ordinat, est anathema. *Nicolaus 1. ep. 9. & 10.*
Depositus ministrans si non cessat, per sæculare brachium reprimatur. *de clerico excomm. ministr. c. Si quis.*
Vide, *Degradati*. Vide, *Clerici depositi*.

Depositi an & quando restituendi.

Depositi iniustè, iussu Papæ restituendi sunt. *Nicolaus 1. in append. epist. 15.*
Depositi quicumque etiam Episcopi, propter quamlibet causam etiam propter hæresim, si pœnitent, à Papa restitui possunt in officio. *Gregor. 1. lib. 6. ep. 17. Ioann. 8. ep. 99. & 201.* Vide, *Papa*. Vide, *Romanus Pontifex*.
Depositi à Papa indebitè, per successorem restituuntur. *conc. Roman. sub Ioanne IX.*
Depositi ob adulterium, possunt ab Episcopo dispensari, & restitui ad officium. *concil. Lateran. 3. in append. tit. de depositione cap. 4.*
Depositi ob duellum, si non fuit secuta mors, aut mutilatio membrorum, possunt ab Episcopo restitui in officio. *Concil. Later. 3. ibid. cap. 5.*
Depositi ab officio sacerdotali ob homicidium, post pœnitentiam duodecim annorum restitui possunt per Papam. *concil. Lateran. 3. in append. tit. de depositione c. 13.*
Depositis à sacerdotio concedi debet per Episcopum locus faciendi pœnitentiam. *dist. 81. c. Presbyter.*
Vide, *Sacerdos*. Vide, *Clerici depositi*.
Vide, *degradati*.

Depositum, depositarius.

Depositio facto in manu clerici, non tenetur Ecclesia ad restitutionem, nisi tale depositum versum sit in bonum Ecclesiæ. *de deposito c. 1.*
Depositæ, quæ fiunt in vrbe Roma ob lites, & causas, si sunt vltra quinque scuta, facienda sunt in Monte Pietatis. *Gregor. 13. const. 94. Inter multiplices.*
Depositæ in Mõte pietatis Romę, quomodo faciẽda, & officiales

les ad quid tenentur, & quomodo se debent gerere. *Clem. 8. const. 88. Quæ ad Pietatis.*

Depositarius tenetur ad restitutionem, si saluis suis rebus perditum est depositum; & si sponte voluit illud tenere, aliquid accipiens pro eius custodia. *de deposito cap. fin. Bona fides.*

Depositario, præcedente pacto, culpa, vel mora, casus etiam fortuitus imputatur. *de deposito c. fin. Bona fides.*

Depositarius status Ecclesiastici omnes pecunias, etiam ex pena habitas, tenetur scribere, & registrare in libris, more mercatorum. *Clem. 8. const. 5. inter cæteras §. 6.*

Depositarius status Ecclesiæ non potest soluere alicui pecunias cameræ, nisi per mandatum Papæ, vel Camerarij, aut Thesaurarij. *ibid.*

Depositarij Communitatum status Ecclesiæ admitti non debent, nisi dent cautionem sufficientem, & pœnæ admittentium. *Clem. 8. constitut. 10. Pro commissa §. 18.*

Vide, *Ecclesiasticus status.*

Desertor.

Desertores fidei nequeunt accusare. 3. q. 4. *cap. Beatus, & cap. Si quis.*

Vide, *Apostatæ à fide.* Vide, *Fides.* Vide, *Hæret.*

Desertus locus.

Desertus locus dicitur, qui non est habitatus, neque cultus; vel vltra memoriam hominum est sub potestate infidelium. *de verbor. signif. in 6. c. 1.*

Desperatus.

Desperati, volentes se occidere, vel aliud malum sibi inferre, si præueniuntur, seu impediuntur, & euadunt, puniendi grauiter sunt, & quomodo. *concil. Tolet. 16. c. 14.*

Detractor.

Detractores sunt homicidæ fratrum. *Clem. 1. ep. 1. c. 4.*

Detractores ab Ecclesia eijciendi. *l. 7. const. Apost. c. 43.*

Detractores puniendi cum pœnitentia septem dierum in pane, & aqua, cum sequestratione à cæteris. *Post concil. Agathense c. 6.*

Detractores Episcoporum sunt peiores raptoribus. 6. q. 1. c. *Deteriores, & c. Summa iniquitas.*

Vide, *Calumniator.* Vide, *Delator.*

Deuolutio causæ.

Deuolutiones causæ ad Sedem Apostolicam, quando occurrunt. *Clement. de elect. c. causam.*

Deus. Deitas. Dei præcepta.

Deus vnus est, æternus, immensus, omnipotens, immutabilis, & incomprehensibilis à viatore. *Concil. Later. 4. c. 1. de fide, & summa Trinit. & c. c. 1.*

Deitas est vna essentia, & substantia, sed personæ sunt tres, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. *ibid. Concil. Lateran. & de Trinit.*

Deitas est summa res quædam, quæ non generat, nec generatur: neque per hoc sequitur quaternitas. *concil. Later. 4. c. 2. de fide, & summa Trinitate c. damnamus.*

Diuinæ personæ ita se habent, vt Pater à nullo producatur; Filius verò à solo Patre; & Spiritus Sanctus ab vtroque, absque initio temporis. *ibid.*

Deus non punit bis in idipsum. *de pœnit. dist. 3. cap. 44. Quærat.*

Deus nulli nocet. 11. q. 3. *c. Secundum Catholicam.*

Deus aliquando mutare dicitur sententiam, & quomodo. 22. q. 4. *cap. Incommutabilis.* Mutat quando homo emendat delictum. *de pœnit. dist. 1. cap. 64. Nouit. cap. Si agamus, & c. Quamobrem.*

Deus est Pater noster, quia nos creauit; Ecclesia verò mater, quia regenerauit. *Anacletus ep. 1.*

Deus non est causa peccati. *conc. Mogunt. 4. c. 2.* Sed permissiuè solum concurrit. *concil. Trid. sess. 6. can. 6.*

Deus non debet obedire diabolo, vel alteri creaturæ. *concil. constant. contra art. 6. Wicleff.*

Dei voluntas, & natura vna est, simplex in tribus personis. *Concil. Tolet. 15.*

Deus non prædestinat ad malum. *Concil. Tridentin. sess. 6. can. 17.*

Deus semper stat ante ostium, & pulsat conscientiam peccatoris per internum, & externum verbum commonens eum, vt conuertatur. *concil. colon. 2. p. 7. c. 32.*

Deus non deserit iustificatum, nisi prius ipse ab eo deseratur. *concil. Trid. sess. 6. cap. 11.*

Deus est author bonorum operum nostrorum, & studiorum spiritualium. *Felix 1. ep. 2.*

Deus non concurrit ita ad peccatum sicut concurrit ad bona opera nostra, sed ad peccatum permissiuè tantum. *concil. Trident. sess. 6. can. 6.*

Deus operatur in nobis, vt quod ipse vult nos velimus. *Celestinus 1. ep. 1. c. 12.*

Deo iuuante homo vincit omnes tentationes: ipso non iuuante, vincitur. *Celestinus 1. ep. 1. c. 6.*

Dei præscientia circa creaturas. Vide, *Præscientia.*

Dei prædestinatio circa creaturas. Vide, *Prædestinatio.*

Deus numquam iubet impossibilia. *Concil. Trid. sess. 6. cap. 11. can. 18.*

Dei præcepta non sunt impossibilia. *concil. Senonen. cap. 17. concil. Moguntin. 4. c. 10. concil. Trid. sess. 6. c. 11. & can. 18. Innoc. 10. const. contra Ianſenium. Alex. 7. constit. Ad sanctam.*

Dei præcepta eo iuuante possunt seruari. *ibid. Tridentin. & Senon. ac Mogunt. c. 9.*

Dei præcepta sunt magis possibilia renatis per baptismum, opitulante Spiritu sancto. Et eò magis, quò maiorem habuerunt gratiam, siue acceptam retineant, siue amissam recuperent. *concil. Moguntin. 4. c. 9.*

Dei præcepta homo non inuitè, sed liberè obseruat. *concil. Mogunt. 4. c. 10.*

Dei præcepta in Euangelio posita, non sunt indifferentia ad obseruari, vel non obseruari; sed obligant omnes Christianos. *concil. Trid. sess. 6. can. 19.*

Dei præcepta contemnens, grauiter est puniendus. 23. q. 3. *c. Iustum est.*

Deo similis est qui habet iustitiam, & virtutes. *de pœnit. dist. 2. c. Similem.*

Deo sacrata, & dedicata semel, non possunt in alios vsus conuerti. *de regul. iur. in 6. reg. 51.*

Dei contemptus parit destructionem Regnorum. *conc. Ephes. 1. in epist. Cyrilli ad Reginas.*

Dei Ecclesias contemnens, vel congregationes, quæ in ea fiunt, est anathema. *dist. 30. c. Si quis docet.*

Diabolus.

Diaboli prius fuerunt Angeli boni facti à Deo, & de se facti sunt mali. *concil. Later. 4. c. 1. de Trinit. c. 1. Concil. Brachar. c. 7.* & contrarium dicens est hæreticus. *ibid.*

Diabolus nullam potest facere creaturam; neque sua authoritate facere potest tonitrua, & tempestates. *Concil. Bracharen. cap. 7.*

Diaboli suggestione peccauit homo. *concil. Later. 4. c. 1.*

Vide, *Dæmones.*

Diaconus quò ad ordinationem.

Diaconus idem est, ac latinè minister, quia sacerdoti ministrat. *dist. 21. c. Cleros.* Est minister Episcopi, & Presbyteri. *Lib. 3. const. Apostolic. c. vlt. concil. carthag. 4. c. 37. dist. 93. c. Diaconi ita.*

Diaconi sunt oculi Episcoporum. *Clem. 1. ep. 1. c. 4.*

Diaconatus est ordo sacer. Vide, *Ordo.*

Diaconus olim non poterat ordinari, nisi 24. esset annorum.

Conc. Carthagin. 3. c. 4. conc. vero *Agathen. c. 16. Arelat. 3. c. 2. Vormat. 1. c. 69. & Epaun. c. 6.* statuerunt, vt 25. esset annorum, & habetur in *dist. 77. c. Episcopus*. Postea ex *Clement. de ætate, & qualit. ordinand. cap. fin.* Concessum est, vt in ætate 20. annorum posset ordinari. Et tandem in *conc. Trid. sess. 23. de refor. cap. 12.* Decretum est, vt ante annum 23. Diaconus ordinari nullus possit.

Diaconus ordinari non potest puer. *Greg. 1. lib. 11. ex reg. epist. 48.*

Diaconus ordinari non potest, nisi omnes de domo sua sint Christiani. *conc. Carth. 3. c. 18.*

Diaconus fieri non potest, qui post baptismum militauit. *concil. Tolet. 1. cap. 8.*

Diaconus ordinari non potest si vxor eius (quam habebat si latinus, vel quam habet, si græcus) commisit adulterium. *Dist. 34. cap. Si laici.*

Ignorans non potest ordinari diaconus. *Concil. Aurelian. 2. cap. 16.*

Diaconi ordinari non possunt, qui vxorem viduam habuerunt. *conc. Andegau. c. 11.* Vide, *Bigamus*.

Diaconus ordinandus debet per annum esse exercitatus in subdiaconatu, nisi aliter Episcopo videatur. *conc. Trid. sess. 23. de refor. cap. 13.*

Diaconus ordinari non debet, nisi bonum habeat de se testimonium. *Conc. Trident. ibidem*.

Diaconus ordinatur per manus Episcopi impositionem. *lib. 8. const. Apost. c. 17. conc. Carthag. 4. cap. 4. dist. 23. cap. Diaconus*.

Si manus impositio omittitur per errorem, non iteratur ordo, sed tempore ordinationum suppletur impositio. *De sacram. non iterandis cap. vlt.*

Diaconi manus non vnguntur Chrismate, cum ordinatur. *dist. 23. cap. Præterea*.

Diaconi ordinatio fit cum verbis. *Lib. 8. const. Apost. c. 17.*

Diaconi ordinatio qua hora facienda. *Dist. 75. c. Ordinationes. & c. Quod à paribus*. Vide, *Ordinatio*.

Diaconus furtiue ordinatus non potest promoueri ad sacerdotium, nisi fiat Religiosus, si ab Episcopo fuerat per hoc excommunicatus: si verò non fuerat excommunicatus, quomodo potest ab eo dispensari. *conc. Later. 3. in append. tit. De depositione cap. 9.*

Diaconus ab Episcopo proprio ordinandus. Vide, *Clerici à quo ordinandi*. Vide, *Ordo*.

Diaconus quò ad ministeria.

Diaconus non potest offerre, seu consecrare Eucharistiam. *Lib. 8. const. Apost. c. 28. conc. Laodicenum c. 25. conc. Arelat. 1. c. 15. dist. 93. c. Non oportet*.

Diaconus potest dispensare Eucharistiam fidelibus. *Constit. Apost. lib. 8. c. 28.* Sed non præsente Episcopo, vel Presbytero. *Gelas. ep. 9. conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 7.* Sed non debet dare, nisi vrgente necessitate. *conc. Londinen. 1. c. 3. conc. Arelat. 2. c. 15.*

Diaconus præsente Episcopo, & iubente, vel etiam Presbytero iubente, dispensare potest Eucharistiam. *conc. Carthagin. 4. c. 38. dist. 93. cap. Præcipimus*. Vide, *Eucharistia à quo ministranda*.

Diaconus non potest baptizare sine Episcopi licentia. *Lib. 8. const. Apost. c. 28. (id est solemniter.) Gelasius ep. 9.* (vel saltem sine presbyteri licentia. *Gelasius ibid.*)

Diaconus non potest Eucharistiam dispensare Presbyteris. *conc. Nicæn. 1. cap. 14.*

Diaconus debet catechizare baptizandos. *Clem. 1. ep. 1.*

Diaconus debet prædicare populo, si presbyter est impeditus. *conc. Vasense 2. cap. 2.*

Diaconi debent præfici mensis pauperum. *Gregor. 1. lib. 9. ex regest. epist. 24.*

Diaconus ex officio debet legere Euangelium. *Concil. Rhemense cap. 5.*

Diaconus debet dare pacem. *dist. 25. c. Perlectis*.

Diaconus bis in mense saltem debet Eucharistiam sumere, si non ministrat: si verò ministrat, in dominicis, & festis. *conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de frequenti diuini sacrificij oblatione, & tit. de missa solemni. conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 13.*

Diaconus ab Episcopo, vel presbytero debet accipere Eucharistiam; sed si isti non adsunt, & sit necessitas potest à se ipso accipere. *conc. Nican. 1. c. 14. conc. Aquisgran. sub Ludouico cap. 41.*

Diaconus dispensans Eucharistiam inuito presbytero, ac præsente, priuatur ordine. *conc. Arelat. 2. c. 15.*

Diaconi omnia officia. *dist. 93. cap. Diaconos, & dist. 25. Perlectis. Post concil. Tolet. 8.*

Diaconus depositus non potest suum officium exequi. *concil. Antioch. cap. 4.*

Pœna. Vide, *Depositis quid interdicitur*.

Diaconus missam dicens, olim sic puniebatur, per duos annos fiebat inhabilis, diaconatu priuabatur. *de clerico non ord. ministr. c. fin.* Nunc verò probato delicto etiam pro prima vice tradendus est curiæ sæculari, etiam si detestetur factum, & bonam habuerit credulitatem, etiam si sit minor 25. annorum, dummodo compleuerit annos 20. *Clemens 8. const. 81. Et si alias. Vrbanus 8. const. 79. Apostolatus.* Et iste Pontifex limitauit partem illam de ætate.

Diaconus assistere debet Presbytero in omnium Sacramentorum administratione. *dist. 25. c. Perlectis*.

Diaconus sedere non potest in secretario inter presbyteros. *conc. Arelat. 2. cap. 15.*

Vide, *Baptismi minister*.

Diaconorum numerus.

Diaconi in quauis ciuitate septem (saltim) esse debere statutum est in *conc. Neocæsar. c. 14. Euaristus ep. 1. conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 64. dist. 93. cap. Diaconi qui, & cap. Diaconi septem*.

Diaconorum numerus pro Ecclesiæ magnitudine crescere debet. *const. Apost. lib. 3. c. 19.*

Diaconi Cardinales Vrbis Romæ.

Diaconi Cardinales Vrbis Romæ, septem esse debent. *concil. Roman. sub Siluestro c. 6. Fabianus ep. 1.*

Alij diaconi septem instituti sunt notarij pro gestis martyrum describendis. *Fabianus ep. 1.*

Vide, *Cardinales Diaconi*.

Diaconi obligationes.

Diaconus ordinatus pro vna Ecclesia non potest transire ad aliam, sed debet manere in ea, cui est affixus. *conc. Arelaten. 1. cap. 22.*

Diaconus debet quotidie audire missam, si est in loco habitationis. *conc. Tolet. 1. cap. 5.*

Diaconus tenetur ad continentiam etiam à coniuge (si sit latinus.) *conc. Carthag. 3. c. 2. conc. Senonen. c. 8. concil. Trident. sess. 23. de refor. c. 13.* Vide, *Clerici circa vxores*. Vide, *Diaconus quò ad vxores*.

Diaconus tenetur adesse diuinis officijs; alias deponendus, si est in loco, vbi est sua Ecclesia. *dist. 92. cap. fin. conc. Agathen. cap. 64.*

Diaconus abstinere debet à venatione cum canibus, vel accipitre, sub pœna suspensionis ab officio, & excommunic. *dist. 34. c. Episcopum. conc. Vormatien. 1. c. 17.*

Diaconi tenentur indui sacris vestibus, dum Episcopus cantat missam. *conc. Tolet. 1. c. 7.*

Diaconus non potest esse conductor, aut procurator, nec potest sæcularibus vacare negotijs. *conc. Vormat. 1. c. 67.* Vide, *Clerici quo ad sæcularia negotia*.

Diaconus per tres hebdomadas relinquens Ecclesiam communione priuetur. *conc. Agathen. c. 64. 7. 9. 1. c. Si quis. conc. Tolet. 17. cap. 17.*

Diaconus, olim, tempore oblationis ad ianuam stare tenebatur, & curare, ne quis egrederetur, vel turbaretur solemnitas oblationis. *Lib. 8. const. Apost. c. 11.*

Diaconus curare debet, vt fideles à peccatis surgant, & audiant Dei verbum. *Clem. 1. epist. 1.* item vt cum silentio stent in Ecclesia. *ibidem*.

Diaco-

Diaconus sine Episcopi licentia nihil potest facere. *Lib.7. const. Apostolic. c.30. & 31.*

Diaconus debet pauperes visitare & ministrare illis. *Lib.3. const. Apost. c.19.*

Diaconus non potest cum mulieribus nisi consanguineis habitare alias deponatur. *Concil. Coiacense c.3.* Vide, *Clerici circa cohabitationem, &c.*

Diaconus reuereri, & honorare debet presbyteros. *concil. Andegau. c.2.* Vide, infra *Diaconi humilitas.*

Diaconus non potest arma deferre. *concil. coiacense c.3.* Vide, *Clerici quoad arma.*

Diaconus bis in mense tenetur Eucharistiam sumere, si non inseruit sacrificio. *Concil. Mediol.1. p.2. tit. de frequenti diuini sacrif. oblatione.*

Si vero inseruit, tenetur communicare in Dominicis, & alijs festis. *ibid. tit. De Missa solemni. concil. Trid. sess. 23. de refor. c.13.*

Diaconus qui tenetur assistere missæ solemni, si deficiat sine iusta causa distributione illius functionis priuatur; quę substituto danda est. *ibid. de missa.*

Diaconos cum assistit missæ, debet esse ieiunus sub pœna excommunicationis. *concil. Treuerense c.9.*

Diaconus non ludat aleis & pęna. *concil. quod dicitur Apostol. cap.42.*

Vide, *Clerici à quibus debent abstinere.* Vide, *Clericorum obligationes* & alia de Clericis.

Diaconi dignitas.

Diacono omnes alij clerici inferiores subduntur. *concil. Rom. sub Siluestro c.7. concil. Agathen. c.65.*

Diaconi post presbyteros honorandi. *concil. Agathen. ibid.*

Diaconi priuilegia.

Diaconus, olim, non poterat deponi, nisi per 36. testes. *concil. Rom. sub Siluestro. c.3.*

Diaconus olim accusatus coram Episcopo, non poterat ab eo solo iudicari, sed ab alijs duobus etiam vicinis erat iudicandus. *concil. carth.1. c.11. & concil. carth.3. c.8. concil. Tribur.1. c.10.*

Diaconi viuere debent sumptibus Ecclesiæ, in qua ministrant. *concil. Nican. ex Arabico. c.62.*

Vide, *Clericorum multa priuilegia.* Vide, *Baptismi minister.*

Diaconus quo ad vxorem habendam.

Diaconus quilibet ducens vxorem (etiamsi existit in captiuitate) cum redit priuandus est officio & ordine. *lib.6. const. Apost. cap.17. concil. Aruernen. cap.12. Gregorius 1. lib.4. ep.62.* grauiter puniendus. *ibid. concil. Venet. c.11. concil. Later.3. in append. tit. de clericis coniugatis c.6. distin. 27. c. Diaconus. dist.81. c. Ministri. dist.82. c. Proposuisti, &c. Qui aliquanti. Post ep. Lucy 1. Greg.1. lib.12. epist.31. Qui* Clerici, *&c. c.1.*

Vide, *Clerici in sacris an possint ducere vxores*, diffusè.

Diaconus ducens vxorem, cogitur eam dimittere, quia matrimonium est nullum. *concil. Later.3. vbi supra c.2. de clericis coniug. c.1. concil. Trid. sess.24. can.9.*

Diaconus ducens vxorem, de facto excommunicationem incurrit, & est vitandus. *Clement. de consanguinit. cap. vn.* (& priuandus est beneficio *ibid.*) *de clericis coniug. c.1. concil. Later.3. p.50. c.7.*

Diaconus ducens vxorem postquam eam dimisit, indiget dispensatione, vt ordinari possit presbyter. *concil. Later.3. in append. tit. de clericis coniugatis c.12.* Vide, *Continentia.*

Diaconus quo ad vxorem quam habet.

Diaconus fieri non potest (latinus clericus) nisi vxorem dimittat, & castitatem promittat. *concil. Toletan.4. cap.27. concil. Aruernense 1. cap.12. concil. Lucense cap.39. Post Conc. Arelaten. 3. c.1. conc. Agathen. c.9. conc. Arausc.1. cap.22. Vormatien.1. cap.9. carthag.2. cap.2. Carthag.5. cap.3. Mogunt.3. cap.19. Tolos.1. cap.17. concil. Quintiliniburgense cap.4. & concil. Trid. sess.23. de reform. cap.13.* Vide, *continentia. Dist.27. cap. Diaconus. dist. 28. cap. Præterea. dist.81. cap. Ministri. dist.82. cap. Proposuisti. & c. Quia aliquanti.* Post *epist. Lucy 1. Siricius ep.4. c.9. Innoc.1. ep.3. cap.1. Gregor.1. li.2. ep.62.* Pœnæ accedentium ad vxores relictas. *ibid.* in præfatis concilijs.

Vide, *clerici habentes vxores, an possint ad sacrum ordinem ascendere.*

Diaconi Græci si habent vxorem in minoribus, & subdiaconatu, possunt ea vti in diaconatu, sed aliam non possunt accipere, neque post ordinem primam accipere. *De clericis coniugatis. cap. Cum olim.* Et de his loquuntur. *conc. Tolet. 1. c.1. & concil. Afric. c.37.*

Diaconi, qui dum ordinantur reclamant, dicentes se velle tenere vxorem, non sunt arcendi à ministerio: si verò non reclament, habere vxorem non possunt. *concil. Ancir. c.10.* Vbi nota, quod loquitur de vxore etiam nouiter ducenda à diacono reclamante, & permittebatur apud eos in tali casu, estque valde notabile, sed modo est prohibitum.

Diaconus capitaliter delinquens, vel fornicarius.

Diaconus deprehensus in furto, vel periurio, vel fornicatione, aut adulterio, vel simili crimine, est deponendus. *dist. 50. c. Si quis. dist.81. c. Presbyter.*

Diaconus in aliquo prędictorum deprehensus debet inter laicos facere pœnitentiam. *dist.81. c. Si quis Episcopus. c. Si quis amodo, c. Eos, & c. Ministri.*

Diaconus capitale crimen committens, deponatur. *dist.81. c. Si diaconus.* Et excommunicetur. *ibid.* In monasterio detrudendus. *concil. Epaun. c.22.*

Diaconus homicida est deponendus, etiam si coactè faciat. *concil. Triburien. c.11.*

Diaconus concubinarius non potest Euangelium legere, nec choro assistere, nec habere partem ab Ecclesia. *conc. Rom. sub Alex.2. dist.32. c. Præter hoc autem.* & *concil. Roman. sub Nicolao 2. c.3.*

Diaconus fornicarius à canonica arceatur. *concil. Claramont. cap.9.* Vide, *Clerici fornicarij.*

Diaconi humilitas.

Diaconus ante presbyterum sedere non debet. *conc. Laodic. cap.20.* Sed sedet eo iubente, *concil. Carthag.4. cap.39. concil. Agathen. cap.65. Concil. Barcinon. cap.4. concil. Lucense 2. cap.41. concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 41. Tolet.4. c.9. dist.93. c. Non oportet.*

Diaconus minister est Episcopi, & Presbyteri. *concil. carth. 4. cap.37.*

Diaconus non accipiat locum digniorem supra presbyterum. *concil. Toletan.4. c.39. dist.93. c. Peruenit. c. Nonnulli. cap. Legimus. c. dominus. c. diaconi. c. Præsente.*

Diaconus, qui tenet locum Metropolitani, potest sedere ante presbyterum. *dist.93. c. fin. Præcipimus.*

Diaconi vestes, seu habitus officij.

Diaconus tempore lectionis (id est Euangelij) vel orationis, alba vti debet. *concil. carthag.4. c.41.*

Diaconus debet portare orarium (id est stolam) cum ministrat, & in humero sinistro. *dist.25. c. Vnum orarium. concil. Tolet.4. c.40. concil. Bracharense. c.27.*

Diaconi vestes pro sacrificio sunt, amictus, alba, cingulum, manipulus, stola, & dalmatica. *concil. coiacense c.3.*

Diaconissa.

Diaconissa olim eligebatur ad ministrandum mulieribus peregrinis, & pauperibus in mensis, &c. *l.3. const. Apost. c.15.*

Diaconissa esse non poterat minor 40. annorum. *conc. chalcedon. c.15. 27. q.1. c. diaconissam. concil. Vormat.1. c.73.*

Diaconissa quomodo erat instituenda. *Lib.8. constit. Apost. cap.19. & 20.*

Diaconissa non ordinabatur, sed benedicebatur, sed sine consecratione. *Concil. Epaun. c.21.*

Diaconissa erat honoranda; sed sine diacono præsente loqui non poterat, *Lib.7. const. Apost. c. 26.*

Diaconissa si matrimonium contrahebat, fiebat anathema. *Concil. calcedonen. c.15. Concil. Aurelianen.2. cap.17. 27. q.1. c.Diaconissam. Concil. Vormatien.1. c.73.*

Diaconissæ non possunt amplius fieri. *Concil. Aurel.2. c.18.*

Dictio.

Dictio in literis Apostolicis expediendis continet sex literas, linea vero 150.id est 25.dictiones.*Extrau.Ioan.22. de sent. excommun. c. vn.*

S. Didacus.

S. Didacus Ordinis Minor. canonizatur *à Sixto 5. const.82. Rex Regum.*

Dies Dominica.

Dies dominica fuit prima dies à Deo creata. *Concil. Palæst. sub Victore.*

Die dominica fieri non possunt consilia, seu placita sæcularium. *15. q.4. c. Placita sæcularia. concil.Triburiense 1.c. 35.* Vide, *Festa.*

Die dominica non sunt facienda iudicia, & causæ. *15. q.4.c. Nullus Episcoporum.* Neque in alijs festis. *ibid. Greg.1. l.6. ex reg. epist.1. & 2. l.11. ex reg. epist.3.* & præcedenti nocte vigilandum erat. *ibid.* Post *Concil. Hispal. cap.1. De feriis cap.1.*

Dies dominica veneranda est à vespera Sabbathi. *Concil.Foroliuien. c.13.* Vide, *Festa.*

Dies dominica ab omnibus custodienda sine labore. *Concil. Matisconen.2. c.1. Concil. Antisiodor.c.16. Cabilon.2.c.18. Foroliuien. c.13. De consecr.dist.3. c. Ieiunia. dist.86. cap. Tanta.* Et pœnæ laborantium. *ibid. Greg.1. lib.7. ex reg. epist. 1. & 2. l.11. ex reg. ep. 3. Nicol. 1. ad consulta Bulgar. cap.10.*

Die Dominica orationi vacandum est. *in omnibus præfatis locis.*

Die Dominica ieiunandum non est ex superstitione. *dist.30. c. Si quis tamquam. & c. Si quis presbyter. Concil.Aquisgran.3.p.4.c.17.* Et sic ieiunans excommunicetur.

Neque in quadragesima ieiunandum est in die dominica. *De consecr. dist.5. c. Quadragesima.*

Die dominica potest quis ex necessitate lauare se in balneo. *Nicolaus 1. ad Consulta Bulgar. c.6.*

Die dominica non celebrandæ nuptiæ. *Concil. Aquisgran.3. p.4. c.17.* Vide, *Nuptiæ.*

Die dominica clerici non debent abesse ab Ecclesia. *concil. Lucense 2. c.64.* Vide, *Clerici quò ad seruitium Ecclesiæ.*

Die dominica, siue nocte, siue die, coniuges abstineant à concubitu. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c.63.*

Die dominica benedicenda aqua, & omnes ex ea aspergendi in Ecclesia. *Leo 4. homil. de cura pastorali.* Vide, *Aqua benedicta.*

Die dominica Rector Ecclesiæ tenetur dicere missam. *concil. Emeritense c.19.*

Die dominica stando orandum est. *Dist. 30. c. Si quis presbyter.* Vide, *Orare, Oratio.*

Die dominica omnes interesse debent sacrificio missæ. *concil. Matisc on.2. c.4. concil. coiacense c.6.* Vide, *Missa.* Vide, *Festa.*

Dies dominica semper fuit celebris ex tempore Apostolorum. *concil. colon. 2. p.9. c.9.*

Vide, *Dominica dies.*

Dies legales, seu iuridici, & alij.

Dies, qui conceduntur appellanti, computandi sunt per spatium 20. milliariorum pro quolibet. *2. q.6. c. Habita.*

Dies peremptorius. Vide, *Peremptorius.*

Dies, & menses obseruare, graue peccatum est. *26. q.7. cap. Quis æstimaret.*

Dies computandi sunt spatio 20. milliariorum Italiæ pro termino appellantis. *2. q.6. cap. Habita.*

Difficultas.

Difficultas ad operandum oritur ex charitatis defectu. *de pœnit. dist.2. c.16. qui vult.*

In difficultatibus doctrinæ sacræ, ad quos est ordinatè recurrendum, si scriptura non explicet. *dist.20. c. De quibus.*

Diffidantes.

Vide, *Duellum.* Vide, *Prouocans.*

Digitus.

Digiti partem sibi abscindens, non potest ordinari. *dist.55.c. Qui partem.* Secus est si casu accidit. *ibid. & c. Lator.*

Digitum habens diminutum, si non sit scandalum, potest ministrare in ordine sacerdotali: secus, non potest. *Conc.Later.3. in append. tit. de depositione c.6.*

Digitos truncos habens cum deformitate, est irregularis. *ibid. c.15.*

Dignitas.

Dignitas non commendat Deo, sed merita. *dist.40. c. Ante omnia.*

Dignitate præcellentes debent meritis præcedere, & scientia. *1. q.1. c. Vilissimus.*

Dignitas accepta tempore sanitatis non perditur per infirmitatem. *dist.55. c.Præcepta.*

Dignitas non facit Episcopum, sed vita (id est, non facit eum carum Deo, plenum meritis, & conspicuum.) *2.q.7.c. Non omnes.*

Dignitas non facit maiorem, vel minorem, sed vita (intelligo in meritis, non autem in iurisdictione.) *2.q.7. c.Paulatim & c. Quamquam.*

Dignitas ex obedientia acceptanda est. *8. q.1. c.* Sciendum.

Dignitates ambiens. Vide, *Ambiens.*

Vide, *Sedes Apostolica.*

Dignitates Ecclesiasticæ quibus dandæ, & quibus negandæ.

Dignitates Ecclesiasticæ dandæ sunt ijs, qui merita habent. *Gregor.1. l.15. ep.31. Nicolaus 1. ep. 10.*

Dignitas requirens ordinem dari non potest, nisi illi qui intra tempus statutum, potest illum ordinem accipere. *concil. Trid.sess.24. de ref.c.12.* Vide, *Beneficiatorum obligationes.*

Dignitates dandæ sunt ijs, qui inseruiunt in Ecclesia. *Nicolaus 1. epist.10.*

Dignitas scholastica danda est personæ idoneæ, quæ apta sit per se ipsum docere, &c. alias nulla sit prouisio. *Concil. Trid. sess.23. de refor. c.17. circa fin.*

Dignitates non habentes curam animarum, ex dispositione Episcopi conferri possunt habenti ætatem 20. annorum. *de ætate & qualit. &c. præficiend. in 6. c. vnic. Concil. Vienn. prouinc.* sed *Trid. sess.24. de refor. c.12.* statuit vt non detur nisi 22. annos habeant.

Dignitatem postulare nequit minor 27. annorum. *Extra, de postulat. Prælat. c. vn.*

Dignitas cum cura animarum dari non potest, nisi attingenti saltem annum 25. ætatis, qui sit bonis moribus, & doctrina sufficienti præditus. *ibid.*

Dignitates etiam sine cura dari non debent nisi prædito bonis moribus, sufficienti doctrina, & habenti annos 22. *Leo in const.7.Supernæ. Conc. Trident. sess.24. de refor. c.12.* Vide, *Beneficia quibus danda.*

Dignitates dari non possunt Bigamis, illiteratis, penitentibus publicis, coniugatis, corpore vitiatis, curiæ implicitis, negotijs sæcularibus irretitis. *Nicolaus I.ep.2.*

Neque dari possunt infamibus. *de regulis iuris in 6. reg.87.*

Dari non possunt ijs, qui nesciunt Latinæ loqui. *Concil. Tolet. 22. c.10.*

Promouendi ad dignitates examinandi sunt de vita & moribus, sufficientia, & habilitate ad illud munus. *conc. colon. 3. tit. de altero modo c.6.*

Vide, *Beneficiorum incapaces*. Vide, *canonici*. Vide, *Personatus*.

Dignitatis locus. Vide, *Locus*.

Dignitates plures, vel annexæ curæ.

Dignitates plures, nec in vno, nec in pluribus locis potest aliquis habere. *de præbendis, &c. cap. De multa, & cap. Adhæc de cler. non resident. c. Quia non nulli. De consuetud. in 6. cap. 1. concil. Lateran. 5. sess. 9. Bulla de reform. curiæ. cap. 2. Ioannes 22. Extra, de præb. cap. Execrabilis*, diffusè. *concil. Lateran. 4. cap. 29. concil. Londinens. 2. cap. 14.*

Dignitates plures habentes curam animarum teneri non possunt. *Extra, de præbend. & dignit. cap. Execrabilis.*

Vide, *Beneficia plura*.

Dignitates plures habens cogendus est dimittere, & vnam tenere. *de præb. c. Præterea.*

Dignitas annexa curæ in eadem Ecclesia potest retineri ab eodem. *De præb. in 6. c. Super eo.*

Dignitas habens curam quænam sit. Vide, *Beneficia curata.*

Dignitatem secundam aliquo obtinente in capitulo, vacat prima. *Clement. de præbend. c. Si plures.*

Dignitatem obtinens habens præbendam perdit primam præbendam. *Clement. de præbend. c. fin.*

Dignitas vna tantum obtineri potest. *De consuetud. in 6. c. 1.*

Dignitates plures etiam cum cura animarum cum dispensatione habere possunt Cardinales, & filij Regum. *Ioannes 22. Extra, de præbend. c. Execrabilis. concil. Later. 5. sess. 9. Bulla de reform. curiæ. c. 2.*

Vide, *Beneficia plura*. Vide, *canonici*.

Dignitatem habentium obligationes.

Dignitatem habens, cui est annexus ordo, tenetur intra annum illum accipere, alias ex tunc non habet vocem in capitulo, nec totam distributionem. *Clem. de ætate, qualit. &c. cap. Vt is.*

Dignitatem habens, cui est annexum onus Missæ, Euangelij, Epistolæ, &c. intra annum tenetur ordines illos accipere, nisi iustum adsit impedimentum; & per se tenetur ministrare sub pœnis taxatis in *Concilio Viennen. cap. Vt q̃ qui. conc. Trid. sess. 22. de reform. c. 4.*

Dignitatem habens in Cathedrali, vel Collegiata, tenetur in publico portare caputium. *concil. Later. 5. sess. 9. Bulla de refor. curiæ c. 2.*

Dignitatem habens tenetur ad residentiam, vt; decanus, cantor, custos, &c. alij similes, & non possunt supplere per alios, sed ipsi debent esse immediatè præsentes suis ecclesiis. *concil. Mogunt. 4. cap. 71. concil. Trident. sess. 24. de refor. c. 12.* Vide, *Beneficiati quò ad residentiam.*

Dignitatem habentes non possunt vltra tres menses ab Ecclesia abesse sub quouis prætextu, imo minus iuxta statuta, & consuetudines aliarum Ecclesiarum: & qui abest vltra, prima vice priuatur medietate fructuum, etiam eorum quos habuit; pro secunda vice priuatur omnibus fructibus; pro tertia vice proceditur ad alias pœnas. *concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 12.*

Vide, *Benef. quo ad residentiam.*

Dignitatem habentes, quicumque sint, tenentur per se, non per cappellanos choro assistere; officium ibi recitare, Episcopo celebranti, vel Pontificalia exercenti assistere. *conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 12. conc. Mediol. 1. p. 2. tit. communia de Ministris.*

Dignitatem habentes, siue cum cura animarum, siue absque ea, tenentur professionem fidei emittere in manu Episcopi, & iurare se victuros sub obedientia Romanæ Ecclesiæ, alias non faciunt fructus suos. *concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 12.*

Dignitates, & personatus Ecclesiæ, in qua fit concio, siue infra annum, siue in quadragesima, tenentur ei interesse. *conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de prædicatione Verbi Dei.*

Vide, *Beneficiatorum obligationes*. Vide, *Beneficiati quò ad residentiam, &c. ibid.* Vide, *canonici*.

Dignitatum diminutio, mutatio, & dimissio.

Dignitates dimitti non possunt sine licentia superioris (etiamsi alia adsit consuetudo.) *De consuetud. c. cum venerabilis.*

Dignitates non possunt diuidi, aut diminui, nec mutari, neque præbendæ. *De præb. cap. Maioribus.*

Non possunt oppignorari, non vendi, nec alienari: sic facientes spoliandi sunt, nisi eas redimant intra terminum à superiore assignandum. *concil. Oxon. 1. cap. 29.*

Dignitates, personatus, præbendæ, &c. dari non possunt ad firmam. *conc. Londin. 2. c. 8.*

Vide, *Beneficiorum dismembratio*.

Dignitatum impetrationes, quando sunt nullæ.

Dignitatem impetrans tacendo eam, quam habet, nulliter impetrat. *Concil. Later. 3. in append. tit. de interpretatione verborum c. 8.*

Vide, *Beneficiorum impetrationes*.

Dignitates non dandæ per pecuniam vel munera, & pœnæ.

Dignitas Ecclesiastica conferri non potest, neque per munus, neque per adulationem. *Concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 38. Gregor. I. lib. 10. ep. 31.*

Dignitatem pretio obtinens, vel ex seruitio personæ, priuatur, & deponitur. *Conc. Melsitan. c. 1. concil. Claromont. c. 6.* Et etiam dans licet Episcopus priuatur Episcopatu. *concil. Melsit. c. 1.*

Ad dignitatem postulari nequit minor 27. annorum. *Extra, de postulat. Prælator. cap. vn.*

Dignitas, quæ habet curam. Vide, *Beneficia curata*.

Vide, *Beneficia non obtinenda cum pretio*. Vide, *Simoniaci*. Vide, *Sedes Apostolica*.

Dignitas patris non danda filio.

Dignitas patris in aliqua Ecclesia conferri non potest filio. *concil. Lateran. in append. tit. De ordinat. filiorum c. 1. 2. & 4.* Vide, *Filius*.

Dignitates vacantes in curia.

Dignitates vacantes in curia Papæ ab eo prouidendæ. *Extra, de elect. cap. Ex debito. & Extra, de præbend. & dignit. cap. Ad regimen.*

Vide, *Beneficia vacantia in curia*.

Dignitates nouæ, quomodo dandæ.

Dignitates nouæ in aliqua Ecclesia conferantur, iuxta consuetudinem vicinarum ciuitatum. *de consuetud. cap. cum olim.*

Dignitas suppressa.

Dignitas suppressa, seù ablata per statutum confirmatum à Papa, semper vacat. *de constitutionibus cap. cum accessissent.*

Digniores.

Digniores sacerdotes facilius exaudiuntur (intellige ex opere operantis.) 1. *q. 1. cap. Ipsi sacerdotes.*

Digniores semper promouendi, & magis idonei, & aliter facientes peccant mortaliter. *Concil. Tridentin. sess. 24. de reform. cap. 1.*

Ex his, qui sunt examinati, digniori & non alteri tenetur Episcopus dare Ecclesiam. *ibid. c. 18.*

Vide, *Idoneus*.

Dilatio.

Dilationis terminus præfigi debet à iudice. *De except. cap. Paſtoralis.*
Dilationes non concedendæ reo, quando habuit tempus ad plenè inſtruendum. *de dilationibus cap. Præterea.*
Dilationes concedendæ non ſunt ex declaratione alicuius verbi dubij, vel ambigui poſiti in libello. *ibid. c. Literæ.*
Dilatoriæ exceptiones omnes proponantur intra terminum à iudice aſſignandum. *de except. c. Paſtoralis.*
Dilationes friuolæ non ſunt admittendæ. *Honorius 3. ex Cirone, de dilationibus cap. 1.*
Dilatio potius indulgenda, quam procedendum minus clarè in cauſa ſub prætextu breuiandi. *ibid.*

Diligere.

Diligere Deum, eſt donum Dei. *conc. Arauſ. 2. c. vlt.*
Diligere Deum, vt oportet ad conſequendam iuſtificationis gratiam, nullus poteſt ſine præueniente Spiritus ſancti inſpiratione, & adiutorio. *conc. Trid. ſeſſ. 6. can. 3.*
Vide, *Adiutorium.*

Dimiſſoriæ literæ.

Dimiſſoriæ literæ faciendæ ab Epiſcopis, non concedantur, niſi petantur. *diſt. 72. c. Epiſcopus. c. clericus.*
A quo, quando, & quomodo concedendæ. Vide, *Literæ dimiſſoriæ.* Vide, *Literæ commendatitiæ.* Vide, *Capitulum*, vltra medium.
Dimiſſoriæ ſi falſæ. Vide, *Ordinati ab alieno.*
Vide, *Literæ, formatæ, commendatitiæ, &c.*

Dimiſſio vxoris.

Dimitti non poteſt prima vxor, & accipi ſecunda, neque à Rege, neque ab Imperatore. *Nicolaus 1. ep. 22. & 23.*
Vide, *Diuortium.* Vide, *Matrimonium ſeparatum.* Vide, *Vir.* Vide, *Vxor.*

Diœceſis. Diœceſanus.

Diœceſis, quæ numquam habuit Epiſcopum, non poteſt illum prætendere. *16. q. 1. c. Fœlix.*
Diœceſis nihil debet ſoluere Epiſcopo. *16. q. 1. c. Conſtitutum.* Vide, *Epiſcopus circa procurationes.*
Si Diœceſis diuidatur beneficium vacaturum conceſſum à Papa non diuiditur, ſed integrum conferendum eſt. *Extrau. Io. 22. de conceſſ. præb. cap. 1. Sedes.*
Diœceſi diuiſa, iudex delegatus à Papa in ea ante diuiſionem remanet iudex in vtraque. *ibidem.*
Diœceſi diuiſa Archidiaconi, & alij eandem tenent iuriſdictionem ſicut prius, ea excepta, quæ per literas Papæ excipitur. *Extrau. Ioann. XXII. de conceſſ. præb. cap. Ad Apoſtolatus.*
Diœceſi diuiſa, qui habebat gratiam expectatiuæ; dum erat integra, nullum patitur præiudicium, dum diuiditur. *Extra, de off. Iud. deleg.*
Dieceſum fines probantur per libros antiquos. *De probationib. c. cum cauſam.* Vide, *Fines.*
Dieceſani, id eſt populi Diœceſis, omnes debent obedire Epiſcopo. *de maiorit. & obed. c. Omnes.*
Dieceſanus, id eſt Epiſcopus. Vide, *Epiſcopus.* Vide, *Ordinarius.*

Diſcere. Diſcipuli.

Diſcendum eſt ab omnibus, etiam à paruulis, & minimis. *diſt. 38. cap. Nullus.*
Etiam Epiſcopus ab his diſcere debet, quando eſt neceſſarium. *ibid. cap. Nullus.*
Diſcenda eſt doctrina ſalutis, etiam à paruulis, & minus eruditis. *Clem. 1. ep. 3.*
Septuaginta diſcipulorum locus in Eccleſia tenent Presbyteri. Sicut Epiſcopi Apoſtolorum. *Anacletus ep. 2. & 3.* Vide, *Epiſcopus.* Vide, *Presbyter.* Vide, *Schola.*

Diſcordia. Diſcordes.

Diſcordes clerici eiiciendi ab Eccleſia, niſi concordent. *diſt. 90. c. diſcordantes. c. Placuit, & c. Studendum.*
Diſcordantium oblationes non recipiendæ, niſi concordent. *diſt. 90. c. Oblationes.*
Diſcordantes Epiſcopi per Synodum reducendi ſunt ad concordiam. *diſtinct. 90. cap. diſſidentes. c. Placuit. & cap. Studendum.*
Diſcordantibus Epiſcopis in iudicio alicuius Epiſcopi, alteri vocentur. *6. q. 4. c. Si quis Epiſcopus il 1. & il 2.*
Diſcordiam ponentes in electione Abbatiſſæ, excommunicantur. *De elect. in 6. c. Indemnitatibus.*

Diſiunctio.

Si ſub diſiunctione aliquid præcipiatur, dummodo altera pars diſiunctionis verificetur, habetur effectus. *De reſcriptis cap. Inter cæteras.*

Diſſimulare.

Diſſimulans mala, ne contriſtet peccatores non eſt miſericors, ſed crudelis. *23. q. 5. cap. Qui vitijs.*
Diſſimulari nequit mala vita ſuperioris. *2. quæſt. 7. cap. Sicut inquit.* Vide, *Errores.*

Diſpenſare. Diſpenſatio. Diſpenſatus.

Diſpenſatur aliquando communicare cum hereticis ob maius bonum. *1. quæſt. 7. cap. didici. cap. Cognouit, & cap. diſpenſationes.*
Diſpenſatio matrimonialis obtenta à Papa inter conſanguineos, ſi cauſa expreſſa ſit falſa, eſt nulla. *Concil. colon. 2. part. 7. cap. 46. de conſanguinit. & affinitat. cap. Quia circa.*
Diſpenſatio in matrimoniis (vbi eſt conſuetudo) requirit, vt contrahentes æqualiter diſtent à ſtipite. *de conſanguinit. & affinit. cap. Quod dilectio.*
Diſpenſare poteſt Eccleſia in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. can. 3.*
Diſpenſatio in matrimoniis, quando facienda.
Vide, *Matrimon. in gradibus prohibitis.*
Diſpenſare non poſſunt Nuncij, Collectores, Epiſcopi, & Archiepiſcopi in gradibus prohibitis in matrimoniis, neque contrahendis, neque contractis. *Vrban. 8. conſtit. 6. Sanctiſſimus cap. 14.*
Diſpenſare poteſt Epiſcopus in interſtitiis pro ordinatione. *Conc. Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 11.* Nedum ad ordines minores, ſed inter ſubdiaconatum, & diaconatum. *ibid. c. 13.* Vide, *Interſtitia.*
Diſpenſante Papa cum aliquo indigno, vt plura habeat beneficia, tenetur Epiſcopus id ſignificare Papæ, vt alteri conferat digno, ſaluo iure patroni circa præſentationem. *Concil. Colon. 3. tit. de officiorum, &c. c. 9.*
Diſpenſatio facta cum aliquo, vt beneficia poſſit obtinere non obſtante vllo defectu, non concedit vt duo ſimul obtineat. *de filijs Presbyterorum in 6. c. 1. §. Ille vero.*
Diſpenſatus ſuper defectu natalium, ſi petit diſpenſationem obtinendi plura beneficia, tacendo primam diſpenſationem, nulliter obtinet. *ibid. cap. fin.*
Diſpenſatus ab irregularitate, vt eligatur Abbas, non diſpenſatur per hoc ad ordines. *de ætate, & qualit. & c. c. Tuam in domino.*
Facultas delegata ad diſpenſandum in irregularitate non poteſt ſubdelegari. *de off. & poteſt. Iud. deleg. cap. fin. §. fin.*
Diſpenſare non poſſunt Epiſcopi cum ſuſpenſis, vel depoſitis ab officio, eò quod ſuſceperunt ordines in excommunicatione ob Clerici percuſſionem. *de ſent. excomm. cap. cum illorum.*
Diſpenſatus ad beneficia illegitimus, quando nulliter obtinet alia. Vide, *Illegitimus.*
Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum ordinatis per ſaltum, dummodo in ordine non miniſtrauerint. *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 14.*

Diſpen-

Dispensare non possunt Nuncij, Collectores, Episcopi, & Archiepiscopi in defectibus ætatis, vel natalium, neque pro retentione beneficiorum incompossibilium, neque de creandis notarijs publicis, neque in dispositione beneficiorum. *Vrban.8. const.6. Sanctissimus c.14.*

Dispensationes à Papa concessæ extra Romam, committendæ sunt ordinarijs eorum, qui eas impetrarunt. *Concil. Trident. sess.22. de refor. c.5.*

Dispensationes gratiosè concessæ non possunt suum sortiri effectum, nisi prius ab Episcopis, vt delegatis Papæ cognoscantur, summariè tamen, & extraiudicialiter non esse subreptitiæ, vel obreptitiæ. *Cconc. Trid. ibid. c.5.*

Dispensatio in legibus canonicis magna ex causa, & magna cum maturitate facienda est; alias subreptitia censetur. *Concil. Trid. sess.25. de refor. cap.18.*

Vide, *Decreta*. Vide, *Leges*. Vide, *Statuta*. Vide, *Conciliorum decreta*.

Dispensationes in natalibus (quando succedendum est in bonis temporalibus) debent hanc clausulam retinere, vt scilicet non præiudicetur ijs, qui debent succedere ab intestato. *Vrban.8. const.6. Sanctiss. c.50.*

Dispensatus semel petens secundo dispensari.

Vide, *Illegitimus*.

Dispensationis gratia non valet, nisi totaliter concernat effectum dispensationis. *Vrban.8. ibid. c.51.*

Dispensationes non habent effectum, nisi super eis literæ Apostolicæ sint confectæ, & expeditæ. *Vrban. 8. ibid. c.52.*

Vide, *Matrimoniales dispensationes*.

Dispensationum literæ in affinitate, vel consanguinitate.

Vide, *Literæ*.

Dispensationes matrimoniales in forma gratiosa concedi non possunt à S.Pœnitentiaria. *Pius 4. const. 53. In sublimi*.

Vide, *Matrimoniales dispensationes*.

Dispensare non potest S. Pœnitentiaria in ætate promouendorum, nec prorogare terminum, intra quem aliquis tenetur accipere ordinem ob beneficium. *ibid.*

Vide, *Regulæ Cancellariæ*. *Vrban. 8. const.6. Sanctissimus*.

Displicere.

Displicere non potest id quod semel placuit (id est quo ad effectum rescindendi.) *de regulis iuris in 6. reg.21.*

Dispositio.

Dispositio ad iustificationem, quomodo fiat. Vide, *Iustificatio*.

Dispositio vltima, id est, voluntas.

Dispositionum piarum, siue vltimarum voluntatum, siue etiam inter viuos executor est Episcopus. *Conc. Trident. sess.22. de reformat. cap.8.*

Disputare.

Disputandum non est cum hæreticis (id est sine necessitate, vel à laicis.) *Gelasius ep.4. 24. q.3. c. cum quibus*.

Disputationes de fide fieri non possunt in publico à vulgo, siue clericis, siue laicis, & pœnæ eorum. *Leo Magnus ex concil. Calced. act.3.* quod confirmauit Marcianus Imperator. Item *Reformatio cleri Germaniæ c.32.*

Vide, *Laici*. Vide, *Fides*.

Distributiones quotidianæ Ecclesiarum.

Distributiones quotidianæ dandæ sunt eis, qui residunt in Ecclesia, id est, qui sunt præsentes horis canonicis: alioquin habere non possunt, nisi pro rata seruitii. *conc. Rauenn. 1. sub Honor.4. cap.5. concil.Colon.3. tit. censuræ c.24. concil. Mogunt.4. cap.70. concil. Turon. 4. cap.2. concil. Trident. infra*.

Determinanda est portio distributionum, quæ danda est pro qualibet hora, iuxta quantitatem rei distribuendæ, & numerum Capituli, vt sciri possit, quæ pars detrahenda sit absenti pro qualibet hora, & functione. Maior tamen pars assignanda pro assistente matutino. *ibid. concil. Rauenn.1. sub Honor.IV. c.5. Mogunt.4. c.72.*

Distributiones dari non debent pro minima parte officii, sed pro horis integris. *conc. Mogunt.4. c.72.*

Distributiones dandæ sunt etiam illis, qui ex infirmitate impediuntur ne sint præsentes, vel ex periculo grauioris læsionis. *concil. Rauenn. vbi supra c.5. Mogunt.4. c.72.*

Distributiones non debentur absenti, etiam cum priuilegio ob studium Theologiæ, sed præsentibus tantum dandæ sunt; ijs enim solum fructus beneficiorum debentur. *de præbend. cap. Licet vobis. Honor.3. ex Cirone de præbend. c.1.*

Distributiones pro anniuersariis defunctorum, & aliæ quotidianæ solis præsentibus dandæ. *conc.Turonen. 4. cap.2. de clericis non residentibus in 6. cap.vnic. concil. Trid. sess.24. de reform. cap.12.* Non obstante consuetudine contraria. *ibid. concil. Senonens. in decretis morum c.20. Concil. Mogunt.4. cap.72.*

Distributiones in duabus Ecclesiis pro eadem hora, nullus potest percipere. *conc. Turon.4. c.3.*

Distributionibus totius diei priuatur beneficiatus, qui dum diuina fiunt ambulat per Ecclesiam, vel circa eam. *Conc. Mogunt.4. c.73.*

Distributiones vnde accipiendæ, vel dentur iis qui choro sunt præsentes. Vide, *Episcopi potestas in res Ecclesiæ*.

Distributiones non sunt dandæ omnibus æqualiter, sed pro qualitate, & rata laborum, ac præsentia ad horas canonicas. *concil. Senonense in decr. morum cap.10. Mogunt.4. cap.72.*

Distributiones processionum dari debent iis qui sunt præsentes à principio vsque ad finem. *conc. Mogunt.4. c.72.*

Distributiones tenues, quomodo augendæ sunt, vt Dei seruitium in Ecclesiis non negligatur. *conc. Trident. sess.21. de reform. c.3. & sess.23. de refor. c.3.*

Distributiones pro rata diuidendæ illis, qui choro intersunt: qui vero absentes sunt perdunt distributionem illius diei, vel horæ, cui non intersunt, & fabricæ applicatur, vel alteri pio loco: crescente autem contumacia ad alia procedatur. *conc.Trid. sess.22. de refor. cap.3. concil.Mediol.1. par.2. tit. communia de Ministris*. Excipiuntur infirmi, & absentes ob ecclesiæ vtilitatem. *ibid.*

Distributionem habere debet, qui habet dignitatem, cui annexa est cura, etiam si absit à choro pro seruitio Curiæ, nisi in Capitulo adsit statutum in contrarium. *conc. Trid. sess.22. de refor. cap.3.*

Distributiones diuidens non soluat iis, qui notati sunt à Punctatore, alioquin eas de suo tenetur Ecclesiæ restituere, & per vnum mensem carere distributionibus. *concil. Mediol. 1. p.2. tit. de officio Thesaurarij*.

Vide, *Beneficiati quò ad residentiam*.

Districtus.

Districtus in quo eligi debet nouus Papa moriente antecessore, idem est ac Diœcesis. *Clement. de elect. cap. Ne Romani. §. Sanè*.

Diuinatio. Diuinator.

Diuinatio in scriptura in malam partem accipitur. *1. q.1. c. Numquam*.

Diuinationes, auguria, &c. similia fugienda. *Lib.7. const. Apost. cap.62.*

Diuinationibus vacantes, excommunicantur. *Leo 4. ep.12. & 26. q.5. cap.Si quis clericus. cap.Si quis Ariolos. concil. Veneticum c. vlt. concil. Aurel.1. cap.32.* Fustigandi, & venundandi, & pretia eorum pauperibus eroganda. *conc. Narbonens. cap.14. Ex concil. Ancir. cap.23.* Per quinquennium pœnitere debent.

Diuinatoriam artem exercentes cum dæmonis cooperatione, vt de hæresi suspecti ab Inquisitoribus iudicandi sunt, etiam si protestentur se non certò affirmare, quæ prædicunt. *Sixtus 5. constitut.17. Cœli, & terræ*. Vide, *Sortilegi*.

Ab eisdem Inquisitoribus iudicandas huiusmodi diuinationes

prius

prius decreuerat *Alexander 4. const.12. Quod super.* Olim iolum illæ, quæ hæresim continebant manifestam ab Inquisitoribus iudicabantur. *de hæret. in 6. c. accusatus.*
Diuinatores fugiendi. *26. q.2. c. Intelligi voluit.*
Diuinos obseruans, seu consulens, excommunicatur. *26. q.5. cap. Si quis Ariolos.* & grauiter puniendi, & quomodo. *ibid. cap. qui diuinationes.*
Diuinatores propriè dicuntur, qui futura prædicunt. *26. q.5. cap. Nec mirum.*
Diuinatores mathematici sunt, qui ex siderum motu prædicunt futura. *26. q.3. c.1.*
Diuinatorum multa genera, & quot, distinctè. *26. q.3. cap. Igitur genus.*
Diuinatorum effectus, quare permittit Deus. *26. q.5. cap. Nec mirum.*
Diuinatores non applicandi sacris officijs. *26. q. 5. cap. Non oportet.*
Diuinationum omnium species, & modi, media, & ritus numerantur *à Sixto 5. constitut.17. Cœli, & terræ.*
Vide, *Magia.* Vide, *Astrologia.* Vide, *Dæmones.* Vide, *Sortilegia.* Vide, *Superstitio.*

Diuinitas.

Diuinitas dici non potest Trinitas. *Fœlix 3. epist.5. ad Zenonem.*
Diuinitas Christi in Cruce, aut morte, non est passa. *concil. Bracharense 1. cap. 7.*
Vide, *Christus quò ad passionem, & mortem.*
Diuinitas non generat neque generatur; nec proinde datur quaternitas. *De fide, & summa Trinit. cap.1.* Est vna natura, & simplex, eadem numero in tribus personis. *ib.*
Vide, *Deus.*

Diuisio. Diuisi.

Diuisio Parochiarum à quo facta, & quando. *13. q. 1. cap. Ecclesias.*
Diuisi ab Ecclesia Catholica, cœlum non possunt ingredi. *24. q.1. c. Quicumque.*
Diuisiones, seu dismembrationes beneficiorum, quando faciendæ sunt, fiant vocatis partibus, & deinde supplicetur Papæ, & exprimatur valor beneficiorum diuidendorum. *Vrbanus 8. const.6. Sanctissimus, c.22.*
Vide, *Beneficiorum dismembratio.*
Diuisa Diœcesi in duas, an patiantur præiudicium, qui habebant iura in eam. Vide, *diœcesis.*

Diuites.

Diuites, qui bene viuunt, possunt saluari. *Concil. Diospolit. c.6. dist.30. c. Hæc autem.*
Diuitibus rapiendum non est, vt detur egenis. *14. q.5.*
Vide, *Eleemosyna.*
Diuites infirmi cogendi non sunt, vt edant cibos pauperum. *dist.41. cap. non cogantur.*
Diuites facti post ordinationem, vt Clerici, Episcopi, &c. Ecclesiis debent dare omnia. *12. q.3. c. Placuit.*
Diues nullus fieri potest cum damno alterius. *de regulis iur. in 6. regul.48.*

Diuortium.

Diuortium verum est, quando coniuges separantur animo sic manendi semper. *de pœnit. dist.1. c.21. diuortium.*
Diuortij causæ ab ecclesiasticis sunt iudicandæ. *conc. Later. 3. in append. tit. Qui filij sint c.2. Qui filij sint, c. Per venerabilem. de diuortijs cap. Porrò.*
Diuortio facto ob aliquod crimen, non soluitur vinculum matrimonij. *de diuortijs c. Quæsiuit.*
Vide, *Matrimonij solutio quò ad vinculum.*
Diuortium fieri potest ex causa fornicationis. *Concil. Tolet. 12. cap.8.*
Diuortium fieri non potest à coniugibus ex propria authoritate, sed ex authoritate ecclesiæ. *Qui filij sint cap. Per venerabilem.*

Diuortij sententia quando, & quomodo reuocanda. *de sent. & re iud. cap. Consanguinei.*
Diuortium quando, & quomodo fieri potest.
Vide, *Matrimony separatio.*
Diuortium fieri non potest, nisi ex causa à iure permissa, & cum solemnitate viri. *Sixtus V. constitut.46. Ad compescendam.*
Diuortio facto, si quis eiectam denuò receperit, & ea vtatur vt concubina, vltimo supplicio puniatur. Item si quis eiecta vxore vtatur concubinis, vel cum scortis vitam ducat impudicam. *ibid. Sixtus V.*
Diuortij lite pendente, vxor in monasterio monialium, vel in alio loco licito sequestretur, nec sine sententia iudicis inde exeat; quod si inde aufugiat, & impudicè viuat, vltimo supplicio puniatur. *Sixtus V. ibid. ad compescendam constit.46.* Vide, *Matrimonii separatio.* Vide, *Vxor.*
Diuortium affectans vxor, si separatione secuta viuit impudicè, vltimo supplicio puniatur. *ibid.*
Vide, *coniuges, in fine.* Vide, *Matrimonii separatio.* Vide, *Maritus.* Vide, *Vxor.* Vide, *Separatio Tori.* Vide, *Tori separatio.*

Docere. Doctus.

Docere non debent indocti. *conc. Tolet.7. c.5.*
Docere non potest verbo, qui non docet opere. *dist.81. cap. Nemo.*
Docere nesciunt arrogantes. *dist.46. cap. Hoc habet.*
Doctus gratias agere debet Deo de doctrina, quia Dei donum est, & gratia. *Clem.I. epist.3.*
Docendi licentiam vendens beneficio priuatur. *de Magistris cap.1.*
Pro docendi licentia, nihil soluendum est. *ibid. c. Prohibemus.*

Doctor. Doctrinę.

Doctor debet se accommodare captui audientium, & discentium. *8. q.1. c. Oportet.*
Doctorari nullus potest sine Episcoporum licentia. *Concil. Cesaraugustan. c.7.*
Doctrina necessaria homini data est à Deo per Moysem, per Prophetas, & tandem Christus eam docuit. *de fide, & summa Trinit. c.1.*
Doctrina scriptorum non sunt æquiparandæ diuinis scripturis. *dist.9. cap. Neque quorumlibet.*
Si doctrina S. Scripturæ aliquid non declarat, ad quem est recurrendum. *dist. 20. c. de quibus.*
Doctrinæ allegoricæ explicari debent secundum expositionem Doctorum antiquorum, vt *SS.* Ambrosii, Augustini, Hieronymi, Chrysostomi, &c. *conc.colon.2. p.6. c.24.*
Doctrina data alicui, gratia Dei est. *Clem.I. ep.3.*
Doctrinam docentes temerariam, scandalosam, offensiuam piarum aurium, per Inquisitores sunt iudicandi. *concil. Constant. sess. vlt. in const. Martini V.*
Doctrina hæretica, si author catholicus. Vide, *deficiens in fine.*
Doctrinæ Christianæ Confraternitas. Vide, *Confraternitas.*

Doctores, quibus fulcitur Ecclesia.

Doctores, quorum doctrina Ecclesia fulcitur, sunt *SS.* Ambrosius, Augustinus, Gregorius, & Hieronymus, & per eos soluuntur nodi difficultatum. *de reliquijs, & veneratione Sanctorum in 6. cap. vn.*

Doctorandorum obligatio.

Doctorandi tenentur iurare de non excedendo determinatam summam in expensis, alioquin doctorantes, & doctorati, quicumque sint, etiam Episcopi, careant ea facultate per sex menses. *Clement. de Magistris cap. cum sit.*
Doctorari nullus potest sine Episcoporum licentia. *Concil. Cesaraugust. cap.7.*

Docto-

Doctorandi facultas Romæ, &c.

Doctorandi facultas extra Vniuersitates, Romæ concessa olim fuit Referendarijs, & Auditoribus Rotæ, & Abbreuiatoribus, sed reuocata fuit *à Iulio 3. constitut.16. cum sicut.*

Doctorandi facultas in iure ciuili, & canonico Romæ conuenit solum Collegio Aduocatorum Consistorialium, & reuocatur quælibet alia facultas concessa quibuscumque. *Iulius 3. constit.16. cum sicut.* Eamdem confirmat *Sixtus V. constit.62. Sacri §.4.*

Dictum Collegium gratis tenetur doctorare pauperes idoneos. *ibid.*

Doctorandi in medicina facultas, Romæ, concessa est Collegio Medicorum, sicut etiam in Philosophia. Et aliis quibuscumque prohibetur. *Iulius 3. const.25. cum sicut.*

Vide, *Aduocati consistoriales*. Vide, *Notarij Romanæ Curiæ*. Vide, *Assistentes*.

Doctorandi licentia conceditur studio Patauino. *Ioann.22. constit.6. Inter cæteras.*

Doctorandi licentia concessa alijs studijs, in statu Ecclesiæ. Vide, *Studium*. Vide, *Vniuersitates*. Vide, *Nomina Ciuitatum*.

Doctores Romani.

Doctores Romani, qui ex patre, & matre Romanis nati sunt Romæ, si voluerint legere in qualibet facultate in studio Romano, admittendi sunt cum salario 25. scutorum pro quolibet anno. *Gregor.13. const.29. cum officio §.19.*

Doctrina Christiana Clerici.

Vide, *Clerici Doctrina Christianę.*

Dolor.

Dolor peccatorum duplex est, quidam ob pœnas æternas, quidam ob Deum, & gloriam. *Gregor.I. lib.6.ep.23. Concil. Trident. sess.14. c. 5.*

Doloris ratio habenda est in pœnitentia. *de pœnit. dist.1. cap. 84. In actione.*

Vide, *Pœnitentia*. Vide, *Contritio*.

Dolus.

Dolus nulli debet patrocinari. *de dolo, & contumac. c.Ex literis.*

S. Dominicus.

S. Dominicus Fundator Ordinis Fratrum Prædicatorum canonizatur *à Gregor.9. anno 1234. const.8. Fons sapientię.*

S. Dominici Festum die 4. Augusti celebrandum iussit *Paulus 4. const.15. Gloriosus*. Licet dies obitus illius contigerit die 6. & hoc propter festum *B. Mariæ ad Niues*.

Dominicani Fratres. Vide, *Fratres*.

Dominica dies.

Dominica dies est prima dies à Deo creata. *Concil. Palęstin. sub Victore.*

In Dominica die manna primum Deus pluere fecit in deserto: in Dominica Christus resurrexit; & in Dominica Spiritus sanctus descendit in Apostolos. *conc. Palęst. sub Victore. Concil. Foroiulienſe cap.13. Concil. Parisienſ. lib.1. cap.50.*

Dominica dies celebranda est non solum in Paschate ob resurrectionem Domini, sed in qualibet hebdomada. *Innoc.I. ep.1. c.4.* & in ea non laborandum. *dist.86. c. Tanta.* Vide, *Laborare*. Vide, *Festum*.

Die Dominica non est faciendum mercatum, neque iudicium, neque rurale opus. *Concil. Arelaten.4. c.116. Concil. Turonen.3. cap.40.*

Dominica die non est ieiunandum. *Concil. Agathen. cap.12. de consecr. dist.3. cap. Placuit, & dist.5. cap. Quadragesima.*

Nec etiam in Quadragesima. *ibid.* Si quis ex superstitione ieiunat, est anathema. *dist.30. cap. Si quis tamquam, & cap. Si quis Presbyter.*

Die Dominica non est laborandum, & pœna. *dist.86. cap. Tanta, Concil. Moguntiac. cap.37. & Concil. Rhemense c.35.* Vide, *Laborare*. Vide, *Festa*.

Die Dominica stando orandum est. *dist.30. c.Si quis Presbyter*. Vide, *Orare, Oratio*.

Dominica die Episcopus interesse debet Ecclesiæ. Vide, *Episcopus*.

Dominica die ad spectacula, & theatra non accedendum. *concil. Afric. c.28.*

Dominica die celebrandum est Pascha. Vide, *Pascha*. Vide, *dies Dominica*. Vide, *Festa*.

Dominus.

Dominus tenetur diligere famulum. *Lib.4. constitut. Apostol. cap.11.*

Domini temporales tenentur expellere hæreticos de suis dominijs, tenentur dare auxilium, & fauorem Inquisitoribus, vt possint contra hæreticos procedere, & eos carcerare, si volunt teneri pro Christianis. *Concil. Constant. sess. vlt. in const. Martini V.*

Tenentur iurare quod facient obseruare statuta contra hæreticos, & eorum fautores, & receptatores. *de hęret. c. ad abolendam, & c. Excommunicamus. §. Moneantur.* Alias excommunicantur. *& de hęreticis in 6. cap. Vt officium §. fin.*

Nolentes iurare, priuantur omni officio; fiunt inhabiles ad ea; & sunt suspecti de hæresi. *ibid. in 6.*

Iuramentum hoc præstare debent Episcopis, & Inquisitoribus. *ibid. c. ad abolendam, & c. Excommunicat.* Tenentur facere obseruare statuta contra hæreticos. *de hęreticis in 6. c. Vt officium §. fin.*

Domini temporales tenentur statim recipere hæreticos damnatos ab Inquisitoribus. *Concil. constant. in const. Martini V. sess. vlt.*

Domini temporales quando sunt in peccato mortali, non perdunt dominium. *Concil. Constant. contra art.15. Vvicleff. & contra art.30.*

Domini temporales non habent iurisdictionem in bona Ecclesiæ, neque possunt spoliare illis Ecclesiasticos delinquentes. *ibid. contra art.16.*

Neque domini spirituales ob peccatum mortale perdunt dominium. *ibid. contra ar.30. Vvicleff.*

Domini temporales circa Ecclesiarum bona. Vide, *Ecclesiastica bona*.

Domini temporales impedientes subditos nè faciant contractus cum Ecclesiasticis, excommunicantur. *de immunit. in 6. cap. fin.* Vide, *Excommunicationes Bullę Cœnę*.

Dominus domus quando potest ante tempus expellere inquilinum à domo. Vide, *Inquilinus*.

Domini, seu Principes status Ecclesiastici. Vide, *Ecclesiasticus status*. Vide, *Barones status Ecclesiastic.*

Dominium.

Dominium nullus potest exercere in patrimonio, seu terris S. Petri, sub pœnis grauissimis. *Clem.6. const.3. Et si solertem*. Ibi numerantur Prouinciæ pertinentes ad Patrimonium S. Petri, seu status Ecclesiæ, distinctè.

Dominium bonorum Fratrum Minorum (non habentium priuilegia) pertinet ad Ecclesiam Romanam, nisi concedens & reseruauit sibi dominium. *de verbor. signif. in 6. cap. Exiit.*

Dominium in humanis, quomodo separari potest à perpetuo vsu. *de verbor. signif. ibid.*

Apud Deum est meritoria hæc separatio, & sic faciunt Fratres Minores, qui habent vsum facti sine dominio. *ibid.*

Dominium ab vsu rei, quæ consumitur, separari non potest. *Extrau. Ioann.22. de verbor. signif. c. ad conditorem, circa medium*. Vide, *Paupertas*. Vide, *Vsus*. Vide, *Fratres Minores*.

Donatio. Donare. Donū.

Donatio factæ Ecclesiæ à Constantino. *dist. 96. cap. Constantinus.*
Donatio facta ab Episcopo alicui monasterio, nequit reuocari. 12. *q. 5. c. Quia Ioannes.*
Donationes factæ à Clericis (id est Capitulo) nequeunt reuocari à Pontifice successore. 16.*q.6. c. Illud statuendum.*
Donationes licitæ factæ Ecclesijs reuocari non possunt. *concil. Toletan. 6. c.* 13. Eas reuocans est sacrilegus. 17. *q.* 3. *c. Sunt qui opes.* Vide infra.
Donatio facta Ecclesiæ sub qualibet conditione, non potest reuocari, nisi ita sit facta, vt cessante conditione possit reuocari. *de conditionibus oppositis c. Verum.*
Donationes omnes factæ Ecclesiæ dicuntur oblationes. *de verbor. signif. c.cum inter.*
Donatio facta à Prælato sine Capitulo, non valet. *de donationibus cap. Fraternitatem.*
Donationes Ecclesiarum, vel beneficiorum factæ ab Episcopis, viuentibus ijs, qui habent ea, sunt nullæ. *ibidem cap. Consultationib.*
Donatio iuris patronatus facta Ecclesiæ à laico, tenet: sed non præiudicatur per hoc iuri Episcopi. *de iure patronatus in 6. cap. vn.* Vide, *Clerici quò ad donationes.*
Donatio potest à donante reuocari propter ingratitudinem; non autem ab hærede donantis. *de donat. c. Apostolica.*
Donatio potest à donante reuocari, quando donatarius manus violentas ei intulit; vel graue damnum, vel vitæ periculum. *ibid. cap. fin.*
Donatio centesimæ, vel quinquagesimæ, &c. facta monasterio ab Episcopo cum detrimento graui Ecclesiæ, potest reuocari. *ibid. cap. Apostolicæ.*
Donationis instrumentum plenè interpretandum est. *de donationibus c. Cum dilecti.* Etiam quando continet in fine clausulam aliquam derogantem. *ibid.*
Donationes lapsorum factæ Ecclesijs non sunt acceptandæ. *Greg. 1. lib. 1. ep. 42.*
Donatio verbo tenus facta à monacho ante susceptum monachatum, post susceptum potest de licentia Papę, fieri etiam scripto. *Greg. 1. lib. 11. ex regist. ep. 5.*
Donare histrionibus est graue peccatum. *Dist. 86. c. Donare.*
Donare venatoribus non potest Episcopus, neque alii clerici. *dist. 86. c. Qui venatoribus. c. Vident. c. Esau. c. Quid prodest, & cap. An putatis.*
Donare potest Prælatus aliquam paruam quantitatem. *de donat. cap. Cæterum.*
Donare potest Episcopus, quæ ante Episcopatum habebat, & quæ in Episcopatu habuit ex hæreditate. 12. *q. 5. cap. Fixum, & per totam quæstionem.*
Donante Episcopo aliquem locum, à quo reditus recipiebat, ipsos etiam reditus intelligitur donare. *de donat. cap. Pastoralis.*
Donante Episcopo Ecclesiam alicui monasterio, cui est annexum ius patronatus, consentiente patrono, ius patronatus etiam donatur. *ibid. c. Pastoralis.*
Donationes factæ à viro vxori, si matrimonium separatur, rescinduntur. *ibid. c. Et si necesse.*
Donationes viri, & vxoris, & è contra, quando redeunt ad alterutrum. *de donat. inter virum, &c. c. Donatio.*
Donationes quæ fiunt priuatis personis, viuente eo, qui possidet, sunt nullæ. *Concil. Later. 3. in append. tit. de iure patronatus cap. 20.*
Donationes præfatæ factæ locis pijs valent, sed possessores in vita sua non possunt spoliari. *ibid.*
Donatio facta legitimè etiam à superiore Religiosorum, reuocanda non est. *conc. Later. 3. in app. tit. de alienat. c. 3.*
Donatio facta à Clericis cum Episcopi consensu, rata est. 12. *q. 2. cap. Quicumque.*
Donare non possunt religiosi. Vide, *Regulares quò ad munera.*
Dona accipientes à Religiosis, à quo absoluendi. Vide, *ibid.*
Dona facta à viro vxori. Vide, *Vir.* Vide, *Vxor.*
Donatio facta à viro, post mortem vxoris, redit ad virum. *de donationibus inter virum & vxorem, cap. Donatio.*

Dona oppressorum pauperum in Ecclesia non recipienda. *concil. Carthag. 4. cap. 94.* Vide, *Vir circa alia.*

Dormiens. Dormire.

Dormientium culpæ non imputantur. 15. *q. 1. cap. Si concupiscientia.*
Dormire non possunt religiosi, aut sacerdotes bini in eodem lecto. *Conc. Turon. 2. c. 15.*

Dos, Dotare.

Dos data monasterio pro Moniali, post professionem est monasterij, siue moriatur, siue exeat. *conc. Nicæn. 2. c. 19.*
Dos de necessitate danda est in matrimonio. *Post Conc. Arelat. 3. c. vlt. 30. q. 5. cap. Nullum.*
Dos danda iuxta proportionem nubentium. *ibid.*
Dos ab vxore danda viro. *de donat. inter virum, &c. c. Nuper.* Quæ verò fit à viro vxori, dicitur donatio. *ibid.*
Dos debet à viro vxori assecurari sub cautione alicuius, & de lucro eius portare debet onus matrimonij, substentare domum, &c. *ibid. c. Per vestras literas.*
Dos non potest vxori denegari à viro. *ibid.*
Dos post mortem viri redit ad vxorem. *de donat. inter virum, &c. cap. Donatio.*
Dos restituenda si soluitur matrimonium. *de donationib. inter virum, &c. c. 1. c. Donatio. c. Significauit,* & donatio ad virum, ita in morte.
Si verò separatur ob adulterium, vxor perdit dotem. *ibid. cap. Plerumque.*
Dos tota restituenda vxori quando ex legitima causa, & Ecclesiæ iudicio, matrimonium separatur. *Concil. Later. 3. in append. tit. Qui filij sint legitimi, c. 2. & par. 50. c. 46.*
Dotem potest mulier repetere à quocumque detinente bona mariti. *de Pignoribus. c. Ex literis.*
Pro dote intelliguntur tacitè obligata omnia bona mariti. *ibidem.*
Dotis fructus non computantur in sortem, si vir accipit pignus. *de vsuris c. Salubriter.*
Dos vxoris confiscanda ob hæresim mariti, si ipsa scienter cum hæretico contraxit secus verò si insciа. *de hæreticis in 6. cap. Decreuit.*
Dotari debet Ecclesia ab eo, qui facit eam consecrari. *de concess. Ecclesiæ c. cum sicut. conc. Valent. 2. c. 9.*
Dotes Ecclesiarum sunt sub Episcopi potestate. *Concil. Mogunt. 3. cap. 4.*
Dotium moderatio pro vrbe Roma. *Pius 5. constitut. 39. Quoniam.*
Vide, *Matrim. cum dote.* Vide, *Mulieris priuilegia.* Vide, *Mulierum obligationes.* Vide, *Causæ matrimoniales.* Vide, *Vxor adultera.*

Drogherij Romæ.

Drogherij in vrbe in ijs, quæ spectant ad medicinas, à consulibus aromatariorum sunt iudicandi, exceptis ijs, in quibus etiam Protomedici debent interuenire. *Clemens VIII. const. 7. Laudabilis* §. 6.

Dubia, Dubius.

Dubia non possunt definiri certa sententia. 11. *q. 3. c. Grauis, & cap. Quamuis.*
In dubijs iudicium non debet fieri absolutum. *dist. 33. cap. habuisse. Iulius 1. ep. 2. cap. 28. Greg. 1. lib. 2. ex reg. ep. 44. lib. 8. epist. 30.*
In dubijs quæ occurrunt in causis matrimonialibus recurrendum est ad communem intelligentiam, & ea vtendum. *Conc. Later. 3. in append. de interpret. verborum c. 3.*
In dubijs & obscuris, illud est sequendum quod præceptis Euangelicis, & Patrum decretis non sit contrarium. *distinct. 14. cap. Sicut quædam.*
Dubia orta ex Concilijs à Papa sunt definienda. *dist. 17. c. Nec licuit. c. Multis, & c. Concilia.*

Dubia

Dubia priuilegiorum Sedis Apostolicæ solus Papa iudicat. *de iudicijs c. cum venisset.*

In dubijs tutior pars est eligenda. *de homicidio volunt. c. ad audientiam. & de cleric. excommun. c. illud.*

Dubia in meliorem partem interpretari debent. *de regul. iur. reg. estote.*

In dubio iuris fauendum potius reo, quam actori. *de regulis iuris in 6. reg. 11.*

In dubijs tenendum est verisimilius. *de reg. iur. in 6. reg. 45.*

Dubio nascente an aliquis sit baptizatus, debet baptizari cum conditione, *Si non es baptizatus. de baptismo c. de quibus.*

Dubius in fide est infidelis. *Sixtus 1. epist. 1. Iulius 1. epist. 2. c. 11. Adrianus 1. c. 5.*

In dubijs tutius est tenere quod tenet ecclesia, quam asseuerare de quo dubitatur, aut quod non intelligitur. *Concil. colonien. 2. par. 6. c. 14.*

Vide, *iudicium*. Vide, *iudicare*. Vide, *Obscura*.

Duellum, Duellantes.

Duellum, omnibus est interdictum, etiam Regibus. *Nicolaus 1. ep. 50. & in decretis tit. de bellis c. 1. 2. q. 5. c. Monomachiam. Concil. Tolet. 22. c. 20.*

Duella ad purgandum delicta, etiam prohibita. *de purgat. vulgari c. 1. 2. & 3.*

Duellum committentes, olim incurrebant excommunicationem *si vnus alium occidebat*, vel debilem redebat, & occisus sepeliri non poterat cum Psalmis, &c. vt fidelis nec Missa pro eo offerri. *Conc. Valent. 2. c. 12.*

Nunc autem duellantes ipso facto excommunicati sunt (si in statu ecclesiæ id faciunt) & vbique possunt capi, & morientes sepeliri non possunt in loco sacro. *Iulius 2. constit. 18. Regis pacifici.* Sic etiam duellum permittentes in suis terris Domini status ecclesiastici. *ibid. & Leo X. constit. 31. Quam Deo.* Qui addit in pœnam, confiscationem bonorum, & quod memoria eorum perpetuò sit damnanda. *Domini* verò temporales id permittentes in statu ecclesiæ, vel campum concedentes, omni iure in suas terras priuantur. *ibid. Leo X.* Duellum autem spectantes in eodem statu, præter excommunicationem, incurrunt pœnam pecuniariam, nobiles 500. ducatorum, alii centum, ignobiles 25. *Leo X. ibid.*

Idem confirmauit *Iulius 3. const. 25. cum sicut.* & alia addit.

Idem postea *Pius IV. const. 21. Ea quæ* addens in pœnam infamiam, confiscationem bonorum, etiam statuum, terrarum, &c. excommunicationem reseruat Papæ. Dantes campum ad duellandum eandem pœnam incurrunt, sic etiam adstantes, comitantes, & consulentes. *ibid.* Clerici vero præter excommunicationem incurrunt priuationem beneficiorum, & fiunt inhabiles ad ea obtinenda. *Pius 4. ibid.*

Deinde Tridentinum *Concil. sess. 25. de reform. c. 19.* Omnibus Christianis prohibuit duella committere sub pena excommunicationis ipso facto Papæ reseruata, infamiæ perpetuæ, & confiscationis omnium bonorum; & si moriatur quis in conflictu, careat ecclesiastica sepultura.

Duellorum patrini eamdem pœnam incurrunt sicut duellantes. *Concil. Trid. ibid.* Consilium dantes ad duellum, excommunicationem ipso facto incurrunt, vt supra.

Concedentes locum, seù campum ad duellandum in suis terris, vt Principes, Duces, Reges, Imperatores ipso facto sunt excommunicati, vt supra, & priuantur iurisdictione, & loco in quo commissum est duellum, & si feudalis sit, dominus directus succedit. *concil. Trid. ibid. c. 19.*

Postea *Gregor. 13. const. 78. ad tollendum*, sub eisdem censuris, & pœnis prohibet duella etiam priuatim committenda, quibus *Conc. Trident.* prohibuerat publica vt supra.

Tandem *Clemens 8. const. 11. Illius.* duellum prohibet in toto orbe Christiano sub pœna excommunicationis Papæ reseruatæ, hoc modo: primo principales comprehendit duellantes, sic diffidantes, & inuitantes: deinde auxilium, & fauorem dantes, adstantes interessentes: cartas desuper subscribentes, &c. eamdem pœnam incurrunt. *§. 1. & 7.* Domini permittentes in suis terris fieri, siue Principes, siue Reges, Imperatores, &c. nullo excepto, si sunt ecclesiastici priuantur omnibus beneficijs, & ipso facto excommunicati sunt, (& Papæ reseruata est excommunicatio) si dominus loci est feudalis ecclesiæ ipso facto est eo priuatus: si alterius est feudalis, domino acquiritur. *ibid. §. 2. & 4.*

Duellantes & patrini fiunt infames, & tractandi vt homicidæ. Si quis eorum in pugna moriatur caret ecclesiastica sepultura. *ibid. §. 2.*

Pœnæ præfatæ incurruntur etiam si priuatim duellum fiat, condicto prius loco, & tempore, etiamsi non vocentur patrini, aut socij, nec mittantur literæ prouocatoriæ. *ibid. §. 3. & 7.* Item incurruntur, licet isti non pugnauerint ob aliquod impedimentum, dummodò ad locum tempore condicto accesserint pugnaturi. *ibid. §. 3. 4. & 7.*

Intelliguntur hæc omnia etiam de duellantibus in castris, seù bellorum tempore, dummodo sit duellum, scilicet loco & tempore condictis. *ibid. §. 5.*

Intelligitur etiam si fiat à duellantibus pactum dirimendi certamen per vulnus tantum alterutrius, vel per numeratos ictus. *ibid. §. 5.*

Comprehenduntur omnes superiores, potestates, Gubernatores, &c. alij permittentes duellum. *ibid. §. 6.*

Ciuitates, loca & terræ in quibus permittente Domino fit duellum, siue implicitè, siue explicitè fiat permissio, statim interdicto sunt supposita. *ibid. §. 7.*

Duellum faciens clericus, deponitur, & si non sequitur homicidium, vel mutilatio dispensari poterat ab episcopo. *de clericis pugnantibus c. vn.* sed ex constitutione *Clemens 8.* hoc abrogatur.

Vide, *Manifestum*. Vide, *Monomachia*. Vide, *Prouocans*.

Dux Etruriæ.

Dux Etruriæ obtinet titulum Magni Ducis *à Pio V. const. 88. Romanus*, & primus fuit *Cosmus Medices*, qui tunc erat Dux. *ibid.*

Magnus Dux Etruriæ obtinet facultatem, vt erigere possit in commendas militiæ S. Stephani hospitalia regi solita per laicos, de quibus non disponit Papa, & quomodo. *Sixtus V. const. 65. Præclara*. Vide. *Militia S. Stephani*.

Dux Sabaudiæ.

Dux Sabaudiæ erigi curat militiam S. Mauritij. *Gregor. 13. const. 6. christiani*.

Vide, *Militia S. Mauritij*, ipse Dux eam regit, estque Magnus Magister. *ibid.*

E

Ebrietas, Ebriosus.

Ebrietas fugienda à clericis. *conc. Turonicum 1. c. 2.* qui in eam incidit per 30. dies (olim) communione erat priuandus. *concil. Veneticum 1. c. 13. Agath. cap. 41. dist. 35. cap. Ante omnia.*

Ebrietati vacantes clerici sunt excommunicandi. *conc. quod dicitur Apostolorum c. 43. post ep. 2. Eutichiani concil. Moguntiacum c. 46. dist. 35. cap. episcopus.* siue Presbyteri, siue episcopi sint, excommunicandi erant. *ibid.*

Ebrijs non imputatur in malum, quod committunt in ebrietate. *15. q. 1. cap. Sane discimus.*

Ebrietas, animæ, & etiam sanitati corporis nocet. *dist. 35. cap. Luxuriosa.*

Ecclesia Catholicæ natura.

Ecclesia aliud non est nisi fidelium collectio. *de conseer. dist. 1. c. ecclesia, eccl.* Græcè idem sonat quod Latinè conuocatio. *Iulius 1. ep. 3. c. 8. Nicolaus 1. in decretis de Rom. eccl. c. 11. Extrau. de celebrat. Missarum. de testamentis cap. Relatum.*

Ecclesiam esse, est articulus fidei. *concil. constant. contra Ioann. Huss.*

Ecclesia de Christi latere formata est. *Clement. de summa Trinitate, & de fide Catholica c.vn.*
Ecclesiastica Hierarchia à Christo est instituta. *Concil. Trid. sess.23. cap.4. & can.6.*
Ecclesia ex Christi mandato ab Apostolis ordinata est. *Lib.8. const.Apostolicarum c.3.*
Ecclesia Catholica ab ecclesia Romana B. Petri habuit principium. *Nicolaus 1. ep.8.*
Ecclesia ex omnibus fidelibus constans, est vnum corpus. *Concil.Ephes. in epist. Cœlestini Papæ ad clerum constantinopol. Vigilius epist.11.* Licet diffusa sit per totum mundum, est tamen vna. *ibid.* esse vnam ecclesiam Catholicam, est de fide. *De fide, & summa Trinit. c.1. extra, de maiorit. & obed. cap.1. Concil. Lateran.4. cap.1. Concil. Afric. c.53. Concil. Senonense c.1.*
Ecclesia est sponsa. *Clemens I. epist.4.* est Christi sponsa immaculata. *Clem. de fide cathol. &c. c. vn.*
Tale sponsalitium numquam dissoluitur. *Concil. Senon. c.1.*
Ecclesia est mater fidelium, quia eos regenerat, Deus est Pater, quia creat. *Anaclet. ep.1. & Siric.ep.1.* Vide, *Deus.*
Ecclesiæ vniuersalis caput (inuisibile) est Christus. *Concil. Paris.6. lib.1. cap.2.* Caput visibile, Papa. *concil. constant. contra ar.27. Io. Huss. & 29. Io. Vvicleff.* Vide, *Papa.*
Ecclesiæ caput in toto mundo vnum est. *concil. Afric. c.53.* Vide, *Papa.*
Ecclesia Catholica Romano Pontifici Christi Vicario debet esse connexa. *Leo 9. ep.1.*
Ecclesia Catholica per antonomasiam est Romana. *Pelagius Papa epist.13.*
Ecclesia Catholica maximè indiget viris literis. *de elect.in 6. cap. cum ex eo.*
Ecclesia Catholica, & vniuersalis non constat ex solis prædestinatis. *concil. constant. contra ar.1. Ioannis Huss. concil. Senon. c.17.*
Ecclesia vniuersalis debet habere caput visibile, quod eam regat, & cum quo conuersetur. *Concil. constant. contra ar. 27. Ioann. Huss. & contra ar.27. Vvicleff.* & talis est Papa.
Ecclesia vniuersalis non regitur per plura capita, sed per vnum. *Idem contra ar.28.*
Ecclesia ab initio habuit Papam, qui est eius caput visibile. *Idem contra ar.29.*
Ecclesia vniuersalis regi non potest sine Papa. *Idem contra ar.29.*
Ecclesiæ caput vnum fuit à Deo constitutum, S.Petrus. *Pius 2. in Bulla retractationum.*
Ecclesia numquam turbat Imperatores & Reges. *23.quæst.8. cap.conuenior.*
Ecclesia Catholica non est inuisibilis, & spiritualis, sed visibilis. *conc.Senonense c.2.concil.constant.contra ar.1. Ioannis Huss.*
Ecclesia Catholica illuminata est, & exaltata per Fratres Mendicantes, & præsertim Minores, & Prædicatores. *extra, de tregua, & pace cap. Vices.*

Ecclesiæ Catholicæ proprietates, & dignitates, seù priuilegia.

Ecclesia Catholica habet ordinem, quia habet superiores, & inferiores. *Bonifac.2. ep.vn. dist.89. c. Ad hoc.*
Ecclesia Catholica in perpetuum est duratura. *conc.Vormat.1. in professione fidei.*
Ecclesiæ Catholicæ potestas est Monarchica. *Pius 2. in Bulla retractationum.* Vide, infra *ecclesiæ potestas.*
Ecclesia Catholica habet potestatem infallibilem in doctrinis fidei, & errare non potest. *conc. Senon. c.1.*
Vide, *ecclesia Romana circa propriam fidem*, diffusè.
Ecclesia Catholica defendit irreprehensibilia. *Marcellinus epist.2. 25. q.1. c.omne.*
Ecclesia Catholica est sicut arca Noe. *Greg.I. lib.9. ex regest. epist.40.*
Extra ecclesiam Catholicam non est salus. *24. q.1. c. Loquitur dominus, & c. Alienus est. conc. Later.4. c.1. de summa Trinit. & fide catholica c.1. conc.constant.sess.vlt. in constit. Mart.V. conc. Senonen. c.1.*
Ecclesia Catholica sola habet sacrificium Deo placens. *24. q.1. cap.Quia ex sola.*
Extra ecclesiam Catholicam omnia dona infirma sunt. *1.q.1. cap. Teneamus.*
Extra ecclesiam Catholicam haberi non possunt munera beatæ vitæ. *de consecr. dist.4. c. ecclesia.*
Extra ecclesiam Romanam non potest licitè comedi Agnus Dei, id est, eucharistia. *24. q.1. c. Quoniam vetusto.*
Ecclesia tolerat multa, quæ non possunt corrigi. *Greg. I. lib. 9. ex regest. ep.40.*
Ecclesia Catholica subtilius instruitur, cum ab hæreticis impugnatur. *Greg.I. lib.7. ep.3.*
Ecclesia Catholica doctoribus fulcitur, & quibus.
Vide, *Doctores.*
Ecclesia Catholica regitur auctoritate, & traditione. *dist.11. c. Catholica.*
Ecclesia Catholica nullum in desperatione relinquit. *Concil. Epaun. c.36.*
Extra ecclesiam Catholicam non est potestas ligandi, & soluendi. *24. q.1. c. Omnibus & c. Quicumque.*
Ecclesia per Reges est defendenda. *Conc. Paris.6. lib.2.c.2.*
Ecclesiæ gubernium per Pontificem ab Imperatore adiuuatur. *Conc. Aquisgran.3. p.4. c.25. Concil. Melden. c.8.*
Ecclesiæ dogmata partim habemus per doctrinam, partim per traditionem. *dist.11. cap. ecclesiasticorum.*

Ecclesiæ Catholicæ potestas.

Ecclesia Catholica potest soluere, & ligare, sed non mortuos. *24. quæst.2. cap.Legatur.*
Vide, *Mortui.* Vide, *Defuncti.*
Ecclesia in S. Petro accepit potestatem ligandi, & soluendi. *24. q.1. cap.Manet ergo. cap. Quodcumque. & cap. Non turbatur.*
Ecclesia potest statuere articulos fidei, & morum, ac bonorum operum leges. *Leo X. const.40. Exurge.*
Ecclesia cum Papa sic, vel sic sentiente de rebus fidei, hæresis est dicere contrarium, licet non sit definitum per Concilium. *ibid.*
Ecclesia Catholica determinat res fidei. *dist.11. cap. Palam est. Bulla 40. concil. Senonens. c.1. Exurge Leonis X.*
Ecclesia habet potestatem tradendi delinquentes curiæ sæculari, iuxta canones. & doctrina dicens contrarium est hæretica. *Concil. Constant. contra ar.14. Ioannis Huss.*
Ecclesia Catholica habet duos gladios. Vide, *Gladius.*
Ecclesiæ censuræ non sunt adinuentiones Antichristi. *Concil. Constant. contra art.19. Ioannis Huss.*
Ecclesia Catholica habet potestatem mutandi aliqua accidentalia in sacramentis, salua substantia. *concil. Trid. sess.21. cap.1. & can.2.*
Ecclesia habet potestatem decernendi non solum res fidei, sed etiam morum. *Concil. Senon. c.1.*
Ecclesia Catholica decernere potest, qui libri sunt canonici, & qui apocrifi. *Concil. Senon. c.4.*
Ecclesia potest illegitimare aliquas personas, nè possint contrahere matrimonium. *Concil. Senon. c.17. Concil. Trid. sess.24. can.4.* & contrarium dicens est anathema.
Ecclesia habet potestatem iudicandi quemlibet, etiam Reges, Imperatores, & alios. *De Iudicijs, cap. Nouit ille. dist. 10. c.certum est, & cap. Suscipitis ne?*
Ecclesia iudicat de legitimatione filiorum. *Qui filij sint legitimi. cap. causam, quæ il 2. & cap. Lator.*
Ecclesia potest legitimare filios illegitimos.
Vide, *Legitimatio.*
Ecclesia non iudicat de causa ciuili laicorum. *Qui filii sint legitimi. c. causam, quæ il 2.*
Ecclesia potuit prohibere, nè non sacerdotes communicent in vtraque specie. *concil. Trident. sess.21. cap. & can.2.*
Ecclesia non iudicat occulta. *de simonia cap.Sicut tuis.*
Vide, *Ecclesia Romana.* Vide, *Papa.* Vide, *Romanus Pontifex.*

Ecclesiæ potestas super hæreticos, & malos.

Ecclesia agere potest contra hæreticos, ob eorum salutem, & quare. 23. q. 4. c. *Displicet*. cap. *Qui peccat*. c. *Si Ecclesia, & c. Quis nos*.
Ecclesia contra hæreticos petere potest auxilium à Dominis, & regibus terræ. *ibid. c. Non inuenitur*.
Ecclesia iustè persequitur malos. 23. q. 4. c. *Si Ecclesia*. cap. *Quando vult*. c. *Quis nos*. & c. *Sicut excellentiam*.
Vide, *Hæretici*.

Ecclesiæ Catholicæ Thesaurus spiritualis.

Ecclesiæ Thesaurus spiritualis, vnde Papa accipit iudulgentias, constat ex meritis Christi, & sanctorum. *Leo* 10. *const*. 40. *Exurge*.
Vide, *Indulgentiæ*.

Ecclesiæ Catholicæ decreta, & præcepta ab omnibus obseruanda.

Ecclesiæ statutis obediendum est. *Concil. Senon. c. 6. Concil. colon. 2. p. 9. c. 1. concil. constantien. contra a. 14. Ioann. Hus. Damasus Papa ep. 1.*
Ecclesiæ constitutiones seruandæ velut Dei ordinationes. *Concil. Mogunt. 4. c. 48.*
Ecclesiam catholicam in fide, & moribus non sequens, est infideli deterior. *concil. Senon. c. 2.*
Ecclesiæ præcepta ab omni viatore, quantumuis perfecto obseruanda sunt. *Clement. de hæreticis c. Ad nostrum. conc. Trid. sess. 6. c. 20.*
Ecclesiæ constitutio cedit necessitati. *Concil. colon. 2. p. 9. c. 4.*
Ecclesiæ traditiones tenendæ. *Conc. Treuer. c. 4.* Vide, *Traditiones*.
Ecclesiæ ritus, ac solemnitates in administratione Sacramentorum non possunt sine peccato omitti. *concil. Trid. sess. 7. de Sacram. can. vlt.* Nec possunt mutari ab aliquo, & contrarium dicens est anathema.
Vide, *Ecclesiæ Romanæ decreta*. Vide, *Decreta*. Vide, *Statuta*. Vide, *Papa*. Vide, *Romana Ecclesia*.

Ecclesiæ Romanæ Primatus.

Ecclesia Romana à Christo habuit primatum super omnes ecclesias, quæ sunt in toto orbe, & de iure diuino id sibi conuenit, non solum ex Apostolorum, vel Conciliorum decretis. *Anacletus Papa ep. 2. & 3. Pius ep. 2. Innoc. 1. ep. 22. & 24. Iulius 1. ep. 1. Ioann. 2. ep. 2. Gelasius ep. 9. Pelagius 2. ep. 8. Adrianus 1. ep. 1. ad Tarasium, & ep. 2.* Item *Adrianus 1. in decretis c. 3. Nicol. 1. ep. 8. Concil. Nicænum 2. act. 2. Damasus ep. 4. Ioann. 8. ep. 199. 251. Leo 9. ep. 5. Conc. August. c. 1. dist. 11. c. Nolite. dist. 17. q. 3. c. Nemini est. dist. 21. c. In nouo, & c. Quamuis. dist. 22. cap. Omnes, & cap. Sacrosancta. De elect. c. Significasti. De priuilegijs in 6. c. Si Papa.*
Ecclesiæ Romanæ primatui nihil officit absentia Imperatoris. *Gelasius const. vnica. Valde mirati §. 26.*
Ecclesiæ Romanæ primatum negans, est hæreticus. *dist. 22. cap. Omnes.*
Est de necessitate salutis credere, quod Romanus Pontifex, & ecclesia sit super omnes alias. *Concil. Constantiense contra a. 41. Io. Vvicleff.* Vide, *Papa*.
Vide, *Prima sedes*. Vide, *Sedes*. Vide, *Romana Ecclesia*.

Ecclesiæ Romanæ prærogatiuæ.

Ecclesia Romana à Christo fundata est. *Anacletus ep. 2. dist. 22. c. Omnes. Gregor. 7. l. 2. ep. 5. & post ep. 55.*
Ecclesia Romana à Deo dotata est sacerdotio Sancti Petri. *Eusebius Papa ep. 1.*
Ecclesia Romana est apex omnis episcopatus. *Nicolaus 1. ep. 32. Damasus ep. 4.*
De ecclesia Romana Sancti Petri vniuersalis ecclesia habuit principium. *Nicolaus 1. ep. 8.*
Ecclesia Romana sola dicitur, & est Apostolica, quia licet S. Petrus tres habuerit ecclesias, in Romana tamen mortuus est. *dist. 21. c. Cleros*.
Episcopatus omnes ab Ecclesia Romana sunt instituti. *Nicol. 1. in decretis de Rom. Eccles. c. 1. dist. 22. c. 1. Omnes*.
Ecclesia Romana consecrata est sanguine Sanctorum Petri, & Pauli. *dist. 22. c. Sacrosancta*.
Ecclesia Romana est mater omnium Ecclesiarum. *dist. 12. c. Non decet. Ioannes Octauus ep. 199.*
Ecclesia Romana est mater Græcæ Ecclesiæ. *De Baptismo cap. fin.*
Ecclesia Romana est magistra omnium Ecclesiarum. *dist. 21. c. Denique. Felix 1. ep. 3. Caius ep. 1. Marcellus 1. ep. 1. Nicolaus 1. in decr. de consuetud. c. 2.*
Ecclesia Romana fundauit omnes Patriarchatus. *dist. 22. c. Omnes*.
Ecclesiæ Romanæ subdita est Constantinopolitana. *dist. 22. c. de Constantinopolitana*.
Ecclesiæ Romanæ subditæ sunt omnes aliæ, etiam Patriarchales. 24. q. 1. c. *Rogamus*. *Leo 9. ep. 1. c. 28.*
Ecclesia Romana est caput Religionis. *Nicolaus 1. in append. ep. 14.* & semper hunc habuit zelum. 24. *quæst. 1. cap. Officij nostri*.
Ecclesia Romana per antonomasiam dicitur ecclesia. *Pelagius 2. ep. 13.*
Ecclesia Romana continet totum id, quod Deus ecclesiæ vniuersali concessit. *Nicolaus 1. ep. 8.*
Ecclesiæ Romanæ subsunt omnes ecclesiæ diffusæ per mundum. *de priuil. in 6. c. fin.*
Ecclesia Romana à S. Petro defenditur. *Greg. 1. l. 7. ep. 23.*
Ecclesia Romana non simulat in ijs, quæ possunt scandalizare alios. *Extrau. Ioannis 22. de verbor. signif. cap. Ad conditorem*.
Ecclesia Romana est custos paternarum traditionum. *Iulius 1. ep. 3. c. 35. Pelagius 2. ep. 5. 7. & 8.*
Ecclesia Romana non facit pacem cum hæreticis. *Liberius ep. 2. ad Constant. Imper. Leo 9. ep. 6.*
Ecclesia Romana semper subleuat oppressos ab aliis. *Iulius 1. ep. 2. c. 30. 2. q. 6. c. Ideo huic*.
Ecclesia Romana confirmare debet Concilia, vt habeant firmitatem. *Gelasius ep. 13.*
Ecclesia Romana nihil potest contra veritatem. *Vigilius ep. 5. & 7. Agapitus ep. 4.*
Ecclesia Romana est speculum omnium aliarum. *Stephanus 6. epist. 2.*
Ecclesia Romana pronior est ad misericordiam, quam ad iustitiam. *Martinus 1. ep. 12. Greg. 7. l. 3. ep. 11.*
Ecclesia Romana omnibus Ecclesijs seruat iura sua. *Greg. 1. l. 2. ex reg. ep. 55. 25. q. 2. c. De Ecclesiasticis*.
Ecclesia Romana semper procurat curare vulnera hæreticorum, & aliorum. *Pelagius II. ep. 7.*
Ecclesia Romana non docet noua, sed antiqua. *dist. 12. cap. Præceptis*.
Ecclesiæ Romanæ authoritate omnes mundi ecclesiæ reguntur. *dist. 22. c. Sacrosancta*.
Ecclesia Romana habet potestatem spiritualem, & temporalem. *De maiorit. & obed. Extra, & c. vnam sanctam*.
Ecclesia Romana custodit (omnium prima) quæ in concilijs definita sunt. *Gelas. ad Episc. Dardan. 25. q. 1. c. 1.*
Ecclesia Romana regitur authoritate, & traditione. *dist. 11. c. Catholica*.
Ecclesia Romana ab vniuerso mundo visitatur, & colitur. *Nicolaus 1. ep. 8.*
Ecclesia Romana cum alicui est commodo, nulli alteri præiudicat. *Extrau. Io. 22. de concess. præb. c. 1.*
Vide, *Papa*. Vide, *Romanus Pontifex*. Vide, *Romana Ecclesia*. Vide, *Sedes*.

Ecclesia Romana circa propriam fidem.

Ecclesia Romana iuxta Christi oraculum, numquam in fide errauit, nec errare potest. *Marcus Papa epist. ad Episcop. Ægypti lib. 3. in Concil. Nicænum 1. Lucius 1. in epist. decret. Calixtus 1. epist. 1. Eusebius ep. 3. Pelagius 1. ep. 14.*

Agatho in epist. ad Imperat. in conc. 6. gener. act. 4. Leo II. epist. 5. Nicolaus I. ad consulta Bulgaror. c. 106. Leo I. epist. ad Leonem Imper. Pelag. II. ep. 5. & 8. Gelasius ep. 8. 24. q. 1. cap. A recta. cap. Memor sum. cap. In sede. c. Hæc est fides. cap. Si Petrus. cap. Rogamus. Gregor. 7. lib. 2. post ep. 55.

Ecclesiæ Romanæ fides numquam defecit, neque deficiet. *de verbor. signif. in 6. cap. Exijt.*

Ecclesiæ Romanæ fides non potest ad Concilia prouocari. *Leo Magnus in ep. ad Leonem Imperat. Ioan. 8. ep. 75.*

Ecclesia Romana circa fidem docendam, & circa quæstiones fidei pro toto Orbe.

Romana ecclesia est regula fidei in toto mundo. *Hormisda ep. 9. ad Ioannem Episcopum.* Est regula fidei inconcussa. *Leo II. ep. 5. Agapitus epist. 4. Vigilius ep. 5. & 7. Ioannes 8. epist. 189. & 190. Leo 9. epist. 1. cap. 8. Gregor. 7. lib. 8. ep. 1. Concil. Later. 3. in append. tit. de sponsalibus, &c. secundo cap. 7. Concil. Treuer. cap. 1.*

Ecclesia Romana non potest errare in docenda fide. *Marcus Papa epist. ad S. Athanas. & Episc. Ægypti. Gelas. ep. 8. de verbor. signif. in 6. c. exijt.*

Ecclesia Romana semper destruxit errores contra fidem Catholicam. *Calixtus I. ep. 1.*

Ecclesia Romana debet omnes alias docere fidem. *Gelasius epist. 5. Greg. 7. lib. 8. ep. 1.*

Ecclesia Romana soluit dubia, & quæstiones fidei, ac doctrinæ. *Felix I. epist. 3. Caius epist. 1. Marcellus I. ep. 1. Agapitus ep. 1. Pelagius I. epist. 5. Pelagius II. ep. 8. in fine.*

Ecclesia Romana sola potest definire causas fidei. *24. q. 1. cap. Quoties fidei.*

Ecclesia Romana declarat dubia fidei, & alia, quæ ex Concilijs nascuntur. *dist. 17. cap. Nec licuit, & c. Multis.*

Ecclesiæ Romanæ fides ab omnibus tenenda est, & non alia. *24. q. 1. cap. Rogamus. Ioannes 8. epist. 194. Greg. 7. lib. 4. epist. 24. & lib. 7. ep. 24. lib. 8. ep. 2. Concil. Treuer. c. 1.*

Ecclesiæ Romanæ fides tenenda, pro salute.

Ecclesiæ Romanæ fidem non sequens, non est in ecclesia. *dist. 93. cap. Qui cathedram.*

Ecclesiæ Romanæ fidem non sequens, non habet Spiritum sanctum. *24. q. 1. cap. Loquitur. cap. Alienus est. cap. adhuc autem.*

Credere quod Romana ecclesia, & Pontifex sit supra omnes fideles, & ecclesias est de necessitate salutis. *Conc. constantiense contra ar. 1. Ioan. Vuicleff. extra, de maior.*

Ecclesiæ Romanæ fidem relinquens est schismaticus. *Pelagius ep. 13. Concil. Treuer. c. 1.*

Ecclesiæ Romanæ cum Papa aliquid tenente de fide, hæresis est dicere contrarium, licet non sit definitum per Concilium. *Leo X. const. 40. exurge.*

Ecclesiæ Romanæ fidem non sequens, non est Catholicus. *Leo 9. ep. 1. c. 13. Gregor. 7. lib. 2. post ep. 55.*

Idololatriæ scelus committit. *Gregor. 7. lib. 4. ep. 24. & lib. 7. ep. 24.*

Ecclesiæ Romanæ Priuilegia.

Ecclesiæ Romanæ priuilegia non à Concilijs, vel ab alio, sed à Deo ei data sunt, & venerata à Concilijs. *Nicolaus I. ep. 8.* & ideo à nullo possunt conuelli. *ibidem.* Sunt statuta Christi. *Nicolaus I. epist. 41. circa medium.* & *in append. ep. 14.*

Ecclesiæ Romanæ priuilegia sunt Christi remedia, pro tota ecclesia Catholica. *Nicolaus I. ep. 30.*

Ecclesiæ Romanæ priuilegia, nullus potest vsurpare. *dist. 17. cap. Huic soli.*

Ecclesiæ Romanæ sedes, nec ab Imperatore, nec à Clero, seu Concilio, vel alio potest iudicari. *Concil. Rom. 2. sub Silu. est. c. 20. dist. 23. c. In nomine.*

Ecclesiæ Romanæ priuilegia quo ad iura quædam temporalia centum annorum spatio præscribuntur. *16. quæst. 3. cap. Nemo de annorum. Honorius 3. ex Cirone tit. de præscript. cap. 1. de præscriptionibus cap. ad audientiam.* Sed debent tempora schismatis deduci. *ibid. cap. cum vobis.*

Ecclesiæ Romanæ, vel aliarum præiudicia, numquam intelliguntur à Summis Pontificibus approbata, nisi expresse in literis Papæ id appareat: licet videantur toleratá. neque vlla præscriptio, etiam longa, iuuat ad hoc: neque suffragatur non vsus; non publicatio; vsus contrarius; vel permissio imprimendi libros continentes hæc præiudicia contra Sedem Apostolicam, aut alias Ecclesias, (& multa ad hoc spectantia diffusè,) & omnia contraria abrogantur. *Vrbanus 8. constitut. in 2. appendice 47. alias 157. Romanus Pontifex.*

Ecclesiæ Romanæ iurisdictio super alias omnes.

Ecclesia Romana est super omnes iudices; & ab ea non datur appellatio. *Gelasius ep. 4.* & hoc ex Christi authoritate, & canonum veritate. *ibid.* & *Concil. Roman. 2. sub Siluestro c. 20. dist. 12. c. Non decet. dist. 19. cap. In memoriam. dist. 23. c. In nomine. de elect. cap. Significasti.*

Ecclesiæ omnes, quæ sunt in mundo, iure communi subsunt ecclesiæ Romanæ. *de priuileg. in 6. c. fin.*

Ecclesia Romana omnes mundi ecclesias, potest corrigere. *Bonifac. II. in epist. decret.*

Ecclesiæ Romanæ subditæ sunt ecclesiæ omnes per totum mundum diffusæ. *de priuileg. in 6. c. Si Papa.*

Ecclesia Romana non patitur præiudicium. Vide, *Tolerantia.*

Ecclesiæ Romanæ decreta ab omnibus obseruanda.

Ecclesiæ Romanæ statuta, decreta, seu præcepta, omnes fideles tenentur obseruare, nullo excepto. *concil. Rom. sub Hilaro. Innocent. I. epist. 1. c. 1. Adrianus I. ep. 2. Gelasius I. epist. 9. dist. 11. c. Quis nesciat.*

Ecclesiæ Romanæ statuta seruanda, & contrarium numquam intelligitur à Pontifice approbatum, nisi in literis expressè id appareat: etiam si videatur tolerari; neque vlla præscriptio, etiam longa iuuat, neque suffragatur non vsus, non publicatio, contrarius vsus; vel permissio imprimendi libros continentes illa præiudicia contra Sedem Apostolicam, & alias ecclesias, atque omnia in contrarium abrogantur. *Vrbanus 8. in append. 2. constit. 47. Alias 157. Romanus Pontifex.*

Ecclesiæ Romanæ statuta, vel decreta non seruantes ab ecclesia arcendi. *Bonifac. 2. in epist. & Agapitus ep. 1. Simmacus ep. 9. ad Orientales. Gelas. I. ep. 9. Nicol. 1. in decr. de Rom. eccles. c. 9. dist. 11. cap. Nolite, & cap. quis nesciat. dist. 12. cap. Non decet. dist. 20. c. Si decreta. dist. 19. cap. enim vero, & cap. in memoriam. cap. Nulli fas sit. & c. Si Romanorum. 25. quæst. 1. cap. 1. cap. nulli fas sit. cap. Generali. cap. Omnia. & q. 2. cap. Si quis dogmata.*

Ecclesiæ Romanæ decreta, siue pro fide, siue pro disciplina ecclesiastica, siue pro correctione fidelium, siue pro interdictione futurorum facta, contemnens est anathema. *conc. Roman. 3. sub Nicolao I. in fine. 25. quæst. 2. Si quis dogmata.*

Ecclesiæ Romanæ non obediens, idololatriæ scelus committit. *Gregor. 7. lib. 7. ep. 24.*

Ecclesiæ Romanæ obediendum circa obseruantiam ieiuniorum, festorum, delectum ciborum, & aliorum, quæ faciunt ad pietatem. *concil. Tridentin. sess. 25. de reformat. in decr. de delectu ciborum.*

Ecclesiæ Romanæ ritus, & disciplina ecclesiastica obseruanda.

Ecclesiæ Romanæ consuetudines, ac disciplinam omnes ecclesiæ tenentur sequi. *distinct. 11. cap. Nolite. & cap. quis nesciat. dist. 12. cap. Non decet. dist. 19. cap. Nulli fas sit, & cap. Ita. dist. 20. cap. Si decreta. cap. Si quis. 25. q. 2. cap. Si quis dogmata.*

Ecclesia primitiua, multa dissimulauit circa ritus, & cæremonias, quæ postea correcta sunt. *Gregorius VII. lib. 7. epist. 11.*

Ecclesiæ Romanæ obediendum quo ad ieiunia, ciborum dele-

delectum, festa, & alia quæ pertinent ad pietatem. *Conc. Tridentin. sess. 25. de reformat. in fine, in decret. de delectu ciborum.*

Ecclesia Romana, quas causas solet iudicare.

Ecclesia Romana iudicat omnes causas maiores, & difficiliores omnium Ecclesiarum. *Anacletus ep. 2. Fabianus ep. 2. Iulius 1. ep. 1. & 2. dist. 17. c. Concilia, & c. Multis.*

Ecclesia Romana terminat causas, & lites Ecclesiarum, sicut S. Petrus causas, & interrogationes omnium Apostolorum. *Melchiades ep. decret. Marcellus 1. ep. 1.*

Potest per se, vel per alium dictas causas terminare. *Marcellus 1. ibidem.* Vide, *Papa.*

Ecclesiæ Romanæ iudicia, quomodo fiunt.

Ecclesia Romana iudicat magna cum maturitate. *Stephanus 6. epist. 2.*

Ecclesia Romana mutat, & moderat sententias pro necessitate. Vide, *Papa.*

In melius mutat. *de sent. excommunic. in 6. c. Alma mater.*

Ecclesias qui possunt ingredi.

Omnes possunt ingredi, vsque ad missam Catechumenorum. *de consecrat. dist. 1. cap. Episcopus.*

Ecclesiæ conuentus, & congregationes, ac functiones.

Ecclesiasticos conuentus, congressus, seu congregationes, ac functiones damnans est anathema, sic etiam spernens. *Conc. Gangren. c. 5. & 20. dist. 30. c. Si quis per superbiam, & cap. Si quis docet.*

Extra Ecclesiam conuentus faciens Religionis, est anathema. *Concil. Gangrense. cap. 6.*

Ecclesiarum publica ædificatio.

Ecclesias publicè ædificari primò concessit Constantinus Magnus Imperator. *12. q. 1. c. Futuram Ecclesiam.*

Ecclesiæ Orientales.

Ecclesiæ Orientales omnes subduntur Romanæ. *dist. 22. cap. de Constantinopolitana. 24. q. 1. cap. Rogamus. Leo IX. epist. 1. cap. 28.*

Ecclesia Græca. Vide, *Græci.*

Ecclesia Armena vnitur cum Latina circa Septem Sacramenta, & alia. *Eugen. 4. const. 19. Exultate.* Vide, *Armenia.*

Ecclesiæ Orientales, olim Antiocheno Patriarchæ immediatè subdebantur, non Alexandrino. *Concil. Prouinc. Constantinopolit. sub Sixto 3.*

Ecclesiæ præfatæ Patriarchales omnes non possunt prouideri de Patriarcha inconsulto Papa, id est, Constantinopolitana, Antiochena, & Alexandrina, &c. *Extra, de elect. cap. Sancta Romana.*

Ecclesiæ à quibus conferendæ.

Ecclesiarum omnium collatio ex potestatis plenitudine pertinet ad Papam. *Clement. Vt lite pendente c. 1.*

Ecclesiæ à laicis conferri non possunt, & sic obtinens deponatur. *Concil. quod dicitur Apostolor. c. 31. Concil. Moguntiacum 1. c. 19. Turonen. 3. c. 15. Cabilonen. 3. c. 42. concil. Melfitanum c. 5. & 6. Concil. Claramont. c. 15. conc. Later. 3. c. 14. & in append. tit. de iure patronatus c. 9. & tit. de pactionibus c. 14. Concil. Roman. sub Alex. 2. 16. q. 7. cap. per laicos.*

Ecclesiæ Beneficiatæ ab episcopo conferendæ, licet quando sunt patronatæ, à patronis facienda sit præsentatio, alias nulla est collatio. *Concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 9.* & si ex fundatione ad inferiores pertinet collatio, examen fieri debet ab episcopo. *ibidem.*

Ecclesia potest dari à laico patrono de licentia episcopi. *Concil. Later. 3. in append. tit. de iure patronatus c. 2.* & si absque tali licentia sit obtenta, si postea hæc accedat, potest retineri. *ibid. c. 9.* Vide, *Beneficia à quo conferenda.*

Ecclesiæ concessio sine licentia episcopi, nulla est. *de iure patronat. c. Illud. & cap. Suggestum.*

Ecclesia illa sic vacante, concedens, potest de nouo præsentare, *ibid. cap. Illud.*

Ecclesia collata sine episcopi consensu, relinquenda statim, sub pœna priuationis officij, & beneficij. *ib. c. Relatum est.*

Ecclesia iuris patronatus sine consensu episcopi conferri non potest, nec sine patrono. *Conc. Later. 3. in append. de iure patr. c. 22.* Si conceditur à patrono, vel ante, post consensum episcopi valet concessio, & talis omni alteri præfertur. *ibid. cap. 33.*

Ecclesiam, seu eius inuestituram de manu laici accipiens est excommunicatus, & ipse laicus dans siue Rex, siue alius est excommunicatus. *conc. Rom. 5. sub Greg. 7. c. 3. concil. Rom. 7. sub Greg. VII. cap. 1. & 2. Concil. Later. 4. cap. 30.*

Ecclesia vacatura non potest nec dari, nec promitti. Vide, *Beneficia vacatura.*

Ecclesiæ collatio facta per legatum Papæ non lædit ius episcopi, etiam confirmata à Papa. *de confir. vtili, & c. c. fin.*

Vide, *Beneficia à quo conferenda.* Vide, *ius Patronatus.* Vide, *Patronus.* Vide, *Præsentare.*

Ecclesiæ quibus conferendæ.

Ecclesiæ Rectores & Ministri debent esse recti, & boni, ac digni. *Lib. 7. const. Apost. c. 32. Concil. Arelat. 4. c. 5. 16. q. 7. c. Et hoc diximus. de ætate qualitate & c. c. Eam te.*

Ecclesiæ, vel earum decimæ laicis dari non possunt. *Concil. Melden. c. 75. dist. 89. c. Indicatum & c. Decenter. Concil. Later. 3. in append. tit. de depositi. c. 8.*

Episcopus verò eam dans, deponatur. *ibid. c. 7. Conc. Claramont. c. 15. conc. Vienn. Prouinc. 1.*

Ecclesiæ non committendæ Presbyteris conductitijs. *21. q. 2. cap. Præcipimus etiam.*

Ecclesiæ non dandæ hæredibus Rectorum mortuorum. *concil. Later. 3. in append. tit. de iure patron. c. 15. & ibid. par. 50. cap. 59. & 60.*

Ecclesia non potest conferri minori 14. annorum. *de ætate, & qualitate, &c. cap. Indecorum Concil. Later. 3. in app. tit. Quibus, & quando c. 1. 2. & 3.* Vide, *Beneficia quibus conferenda.*

Si ecclesia, ex dispensatione committitur minori, gubernetur per clericos idoneos, donec ille perueniat ad sufficientem ætatem. *de ætate & qualit. & c. præficiendorum. cap. Ex ratione.*

Ecclesiæ non committendæ ijs qui non habent ætatem, & sufficientem doctrinam. *ibid.*

Si dispensatur in ætate saltem sic 15. annorum cui committitur. *Concil. Later. 3. in tit. Quibus & quando cap. 4. dist. 31. cap. Ante.*

Ecclesia Cathedralis non conferatur minori 27. annorum. Pœna postulantium, & postulatorum. *Extra, de postulation. cap. vn.*

Ecclesiæ non conferendæ indignis. *de ætate, qualit. & c. c. Eam te.*

Ecclesiæ regulares non dandæ sæcularibus. *de rebus Eccles. alien. vel non. c. Possessiones.* Vide, *Beneficia regularia & secularia.*

Ecclesiæ, aliæque dignitates ecclesiasticæ dari non possunt iis, qui nesciunt latinè loqui. *Concil. Tolet. 22. c. 10.*

Neque infamibus, bigamis, publicis pœnitentibus, seruis, mutilatis, obnoxijs curiæ, furiosis, amentibus, suspectis in fide, vel indigne conuersantibus. *Stephanus 1. ep. 1.*

Ecclesiæ non conferendæ periuris. *de iureiurando cap. Querelam.*

Ecclesiæ curatę non sunt ab episcopo conferendæ suis consanguineis. *Concil. Tolet. 10. c. 3. dist. 89. c. decenter.*

Ecclesiæ conferendæ ijs, quis per se possunt residere. *de clericis non resident. c. Quia nonnulli.*

Vide, *Beneficia à quibus danda, & Beneficiorum incapaces.* Vide, *Episcopi.* Vide, *Parochi.* Vide, *Ius patronatus.* Vide, *Patronus.* Vide, *Præsentare.*

Ecclesiæ plures vni non committendæ.

Ecclesiæ plures vni Presbytero non conferendæ. *Conc. Tolet. 6. c. 5. 10. q. 3. c. Vnio. De clericis non resident. c. Quia nonnulli. de præbend. & dignit. c. Quia in tantum, & cap. Referente. de ætate qualitate &c. c. Eam te decet.* Vnam retinere potest. *ibid. concil. Lateran. 3. p. 50. c. 60. concil. Rom. sub Nicol. 2. c. 9.*

Ecclesijs duabus vicinis, quando potest præfici vnus Episcopus. *21. q. 1. c. Relatio. c. Illud.*

Ecclesias plures Cathedrales vnius Episcopus habere non potest: si habet, intra sex menses relinquat, alias, secunda vacare censetur. *concil. Trid. sess. 7. de refor. c. 2.*

Ecclesiæ duæ quando possunt alicui committi vna pro titulo altera commendata. *21. q. 1. c. Qui plures.*

Ecclesias plures curatas nullus potest habere. Vide, *Beneficia plura.*

Ecclesias Parochiales duas idem tenere non potest, & dans priuatur potestate dandi, nullaque est collatio. *concil. Lateran. 3. c. 13. & in append. tit. Vni plura c. 35. Trid. sess. 24. de refor. c. 17.* & vna vacare censetur. *ibid.*

Vide, *Beneficia plura* diffusè. Vide, *Presb. obligationes.*

Ecclesia Baptismalis.

Ecclesiæ duæ baptismales esse non possunt in eadem Parochia. *concil. Tolet. 1. c. 4. 16. q. 1. c. Plures.*

Ecclesiæ Baptismales tot habere debent Presbyteros, quot sufficiunt pro sacramentorum administratione. *concil. Trid. sess. 2. de refor. c. 4.* & ad hoc inuigilet Episcopus.

Vide, *Baptismalis Ecclesia.* Vide, *Decimæ cui soluendæ, & cui non.* Vide, *Parochia.*

Ecclesia Parochialis.

Ecclesiæ Parochiales quibus dandæ, & quomodo conferendæ. Vide, *Beneficia quibus danda.* Vide, *Curatus.* Vide, *Parochiæ.*

Ecclesiæ Parochiales subdiaconis, & ijs qui breui fiant Subdiaconi (ex dispensatione) possunt committi. *concil. Later. 3. in append. tit. Quibus, & quando c. 9.*

Ecclesiæ Parochiales non sunt vniendæ alijs beneficijs. Vide, *Parochiales.*

Ecclesiæ Parochiales quando possunt grauari pensionibus. Vide, *Pensio.*

Ecclesiæ Parochiales à Parochis restaurandæ. *conc. Later. 3. in append. tit. de alienatione c. 2.* Vide, *Parochiales.*

Ecclesiæ Parochiales quando possunt transferri. Vide, *Beneficiorum translatio.* Vide, *Parochia.*

Ecclesiæ Parochiales, vel alia beneficia, hospitalia, &c. quorum redditus non attingunt summam ducatorum 200. auri de camera, non possunt commendari per Cardinales. *concil. Later. 5. Bulla de refor. curiæ in sess. 9.*

Ecclesiæ Parochiales dirutæ, quæ refici non possunt ob paupertatem transferendæ sunt ad Ecclesias vicinas. *concil. Trid. sess. 21. de refor. c. 7.*

Ecclesiæ præfatæ dirutæ possunt conuerti in vsus prophanos, sed non sordidos: debet tamen in eis locis erigi crux. *ibid.*

Ecclesiæ Parochiales tot habere debent Presbyteros quot sufficiunt pro sacramentorum administratione, & ad hoc incumbere debet Episcopus. *concil. Oxoniense 1. c. 9. concil. Trid. sess. 2. de refor. c. 4.* Vide, *Clericorum numerus.*

Ecclesiæ Parochiales non debent ab Episcopo dari suis consanguineis. *concil. Tolet. 10. c. 3. dist. 89. c. Decenter.*

Ecclesia Parochialis vnita perpetuo monasterio, collegio, &c. quotannis potest per episcopum visitari & prouideri de Vicario perpetuo congrua portione assignata; non obstantibus priuilegijs, &c. *concil. Trid. sess. 7. de refor. c. 7.*

Vide, *Parochia.* Vide, *Beneficia quibus danda.* Vide, *decimæ cui soluendæ.*

Ecclesiarum vnio.

Ecclesiæ vniri possunt auctoritate Papæ. *Gregor. 1. l. 1. ep. 8.*

Ecclesiarum vniones perpetuę sine causa rationabili non fiant. *Leo 10. const. 7. Supernæ.*

Ecclesia potest ab Episcopo vniri consentiente capitulo, etiam non vocato rectore illius. *Clement. De rebus Eccles. non alien. cap. vlt.*

Potest vniri loco religioso, consentiente capitulo, sed non mensæ Episcopali aut capitulo. *ibid.*

Ecclesiæ Parochiales non possunt vniri cum alijs beneficijs. Vide, *Parochiales.*

Ecclesiæ vniri non possunt ab aliquo inferiore ad episcopum. *De excess. prælat. c. Sicut vnire.*

Si Ecclesia desolata vniatur alteri alterius diœcesis, remanet sub iurisdictione primi. *De religiosis dom. c. quia monasterium.* Vide, *Beneficiorum vnio.* Vide, *Vnio.*

Ecclesiarum mutationes.

Ecclesiarum loca, quibus ex causis mutari possunt. *De consecr. dist. 1. c. Tribus.*

Ecclesia legitimè concessa vni à Patrono non potest alteri per successorem conferri. *Conc. Later. 3. in append. tit. De iure patron. c. 7. & ibid. p. 50. c. 32.*

Ecclesia auferri non potest rectori illius, sine crimine. *De accusationibus c. Si constiterit.*

Ecclesiæ Parochiales dirutæ, quæ ob paupertatem refici non possunt ad Ecclesias vicinas, dirutæ verò conuerti possunt in vsum prophanum, sed non sordidum, appositâ ibi cruce. *Concil. Trid. sess. 21. de refor. c. 7.*

In ecclesijs, siue Cathedralibus non admittatur accessus, & regressus, etiam cum consensu, neque ipsismet Cardinalibus. *Concil. Trid. sess. 25. de reformatione c. 7.*

Vide, *Beneficiorum resignatio, &c.* Vide, *Mutatio.* Vide, *Translatio.*

Ecclesiæ non dandæ, nec accipiendæ per pretium, vel munera.

Ecclesias procurans per pretium, est deponendus. *concil. Rhemense c. 21.*

Ecclesiam emens est simoniacus. *De simonia cap. Quærelam.* Sit etiam vendens.

Ecclesiastica emere (quæcumque sint) vel vendere, est simonia. *ibid.* Vide, *Simonia.*

Ecclesiasticas functiones pro pretio faciens est simoniacus, & tenetur restituere in duplo. *De simonia c. Audiuimus.*

Ecclesiasticum regimen concedi non potest pro annuo censu, seu pretio. *Ne Prælati, &c. c. Quoniam enormis.*

Ecclesiam per pretium, vel dona procurans est excommunicatus, & deprehensus quod fecerit, priuatur. *Conc. Moguntin. 4. c. 91.*

Iurare debet, quod nihil soluerit. *Concil. Mogunt. 4. c. 91.*

Vide, *Simonia.* Vide, *Beneficia non obtinenda cum pretio, vel munere.* Vide, *Sedes Apostolica.*

Ecclesiæ à quibus, quando, & quomodo consecrandæ, seu dedicandæ.

Ecclesia ab episcopo est consecranda. *dist. 1. de consecr. c. 1. c. Nemo. & c. Si quis Basilicam. Clemens 1. epist. 2. post ep. 2. Euaristi. Higinius ep. 2. Concil. Hispal. 2. c. 7. De consecrat. Eccles. per totam, & c. Aqua.*

A Diœcesano est consecranda. *Leo 10. const. 22. Dum intra.*

Ecclesiæ Cathedrales, Parochiales, & Conuentuales complete constructæ, intra biennium debent consecrari, alioquin interdictæ sunt. *Concil. Londin. 2. c. 2.*

Cum quibus solemnitatibus Ecclesiæ sunt consecrandæ. *Clemens 1. ep. 2. Gelasius ep. 9. 1. q. 7. cap. Ecclesiam. De consecratione dist. 1. c. 1.* Vide infra.

Non potest consecrari à Presbytero. *Conc. Brachar. 3. c. 37.*

Aliquando in magna necessitate per Corepiscopos, id est Vicarios, poterant consecrari. *de consecr. dist. 1. c. 1. tabernaculu.*

Eccle-

Ecclesia de cuius consecratione dubitatur, consecretur. *concil. Carthag. 5. c. 6. de consecr. dist. 1. cap. Solemnitates, & cap. Ecclesiæ, vel altaria. dist. 4. Placuit de infantibus. de religiosis domibus cap. 1.*

Ecclesia ab alio (etiam Episcopo) ædificata in territorio alterius Episcopi, ab isto cuius est territorium est consecranda. *Concil. Araus. 1. cap. 10. 16. q. 5. c. Si quis. & c. Lator.*

Ecclesia semel consecrata non debet iterum consecrari. *dist. 68. cap. ecclesiis.* Nisi fuerit polluta semine, vel sanguine. *de consecr. dist. 1. c. Ecclesiis semel.*

Ecclesiæ consecrandæ cum Sanctorum reliquiis. *Gregor. I. lib. 7. ex regest. epist. 11. & 12. Concil. Nicen. 2. c. 7.* Aliter faciens deponatur. *ibid.*

Ecclesiæ consecratio cum missis facienda. *de consecr. dist. 1. cap. Omnes. Post ep. 2. Euaristi.*

Cum precibus fiat consecratio. *de consecr. dist. 1. c. Ecclesias per congrua, & c. ecclesia Arianorum.*

Ecclesia noua dedicari, seu consecrari non potest sine licentia Papæ. *de consecr. dist. 1. cap. de locorum. c. Præcepta. cap. Basilicas. & c. ecclesias. Gelasius epist. 9.*

Ecclesia nouiter consecrata legi Diœcesanæ subiacet. 10. *quæst. 1. cap. 1.*

Ecclesia consecrari non potest, nisi habeat dotem. *1. q. 2. c. 1. lib. 8. constit. Apost. cap. 63. lib. 10. cap. 12. Concil. Valentin. 2. c. 9. de consecr. eccles. cap. cum sicut. Honorius 3. ex Cirone, de consecrat. Eccles. c. 1.* Vide, *Consecratio Eccles.*

Ecclesia diruta, quando de nouo est consecranda. *de consecrat. dist. 1. cap. de fabrica. cap. Si motus. Post epist. Iuly I. c. 6. de consecr. eccles. c. Ligneis.*

Ecclesia, in qua fuerit sepultus paganus, non consecretur. *de consecr. dist. 1. cap. ecclesiam, in qua.* Si autem auferantur cadauera paganorum poterit consecrari; & cum quibus cæremoniis. *ibid. cap. ecclesiam, in qua il 2. lib. 8. constit. Apost. c. 63. lib. 10. c. 12.*

Ecclesia in qua sepelitur excommunicatus, est reconsecranda, etiam si in cœmeterio sepelitur. *de consecrat. eccles. cap. Consuluisti.*

Ecclesiæ, quæ olim fuerunt hæreticorum, sunt consecrandæ, & cum Sanctorum reliquiis purgandæ. *Gregor. I. lib. 2. ex regest. epist. 19.*

Ecclesiæ consecratæ à Corepiscopis sunt consecrandæ ab Episcopo. *Conc. Metense 1. c. 5.*

Ecclesiæ consecratæ ab Episcopo hæretico, iterum à Catholico sunt consecrandæ. *Conc. Cæsaragust. 2. c. 3.*

Pro Ecclesia consecranda, nihil soluendum. *1. q. 2. cap. 1.* Si aliquid soluitur est potius execrata, quam consecrata. *1. q. 4. cap. ecclesia.*

Ecclesia polluta est reconsecranda, & quomodo. Vide, *Ecclesia polluta.*

Ecclesia etiam non consecrata, si polluitur consecranda est. *de consecrat. eccles. cap. fin.*

Ecclesiæ non possunt consecrari, omni die. *de consecr. eccles. c. Tua fraternitas.*

De ecclesiarum consecrationibus quolibet anno faciendum est officium cum octaua.

Vide, *Dedicationes eccles. de consecrat. dist. 1. cap. Solemnitates il 1. & il 2.*

In die consecrationis ecclesiæ, eleemosynæ pauperibus sunt erogandæ. *Greg. I. lib. 1. ep. 54.*

Ecclesia consecrari non potest, nisi dotetur. *Concil. Vormatien. 1. cap. 3. & 6.* Vide, *Consecratio.* Vide, *Dedicatio.*

Ecclesia etiam non consecrata, si in ea celebrantur diuina, gaudet immunitate. *De immunit. eccl. c. ecclesiæ.*

Ecclesiæ vnctione Chrismatis consecrantur. *De sacra Vnctione cap. vn. §. fin.*

Vide, *Consecrationes ecclesiarum.* Vide, *Dedicationes ecclesiarum.*

Ecclesia polluta.

Ecclesia polluitur per homicidium, etiam si fiat in atrio. 17. *q. 3. cap. Si quis in atrio.*

Ecclesia intelligitur polluta, quando per euidentiam, vel ceritudinem publicam, aut famam est talis, & tunc est rebenedicenda. *Concil. colon. 2. p. 9. c. 18.*

Ecclesia polluitur, si cœmeterium polluitur. *de consecrat. eccles. in 6. cap. vn.* Vide, *Cœmeterium.*

Ecclesia polluitur per effusionem seminis ex libidine, & sanguinis ex iniuria. *Concil. Colon. 2. p. 9. c. 17.*

Ecclesia per sanguinem effusum polluitur, & reconsecranda est, & quomodo. *de consecrat. eccles. cap. Proposuisti. Post epist. 2. Higinij. De consecrat. dist. 1. c. Si motus.*

Ecclesia polluta effusione sanguinis, vel seminis, rebenedicenda est ritu à Cæremoniali præscripto. *Conc. Later. 3. in append. par. 50. c. 67.*

Ecclesia per adulterium in ea commissum polluta est, & rebenedicenda. *Concil. Later. 3. p. 50. c. 21.*

Ecclesia polluta reconsecrari debet per Episcopum. *de consecrat. eccles. cap. Aqua.*

Ecclesia polluta gratis reconcilianda, exceptis expensis eius, qui mittitur. *Conc. Colon. 2. par. 9. c. 18.*

Ecclesia polluta non potest per sacerdotem simplicem reconciliari, nec etiam si aqua benedicta sit ab episcopo. *ibid. cap. Aqua.*

Per Vicarium generalem aliquando rebenedici potest. *Concil. Colon. 2. par. 9. c. 18.*

Ecclesia etiam non consecrata, si polluitur reconsecranda est, si in ea celebrabantur missæ. *de consecr. eccles. c. fin.*

Ecclesia polluta reconsecrari debet per aquam, vinum, & cinerem benedictum. *de consecr. eccl. c. Proposuisti.*

Expensæ pro reconciliatione faciendæ à delinquente, si habet in bonis. *Conc. colon. 2. p. 9. c. 18.*

In Ecclesia polluta celebrari non potest, alias celebrans suspenditur ab officio. *de priuileg. c. Tuarum.* Sed non fit irregularis. *De sent. excomm. cap. Is qui.*

Vide, *Pollutio ecclesiæ.* Vide, *Sacerdoti prohibita.*

Ecclesia frequentandæ.

Ecclesiam non adiens per tres Dominicas, grauiter puniendus, & quomodo. *Conc. Elibert. cap. 21. lib. 2. constitut. Apost. cap. 9.*

Ecclesia frequentanda ad orationem. *Concil. Parisiens. 6. lib. 2. cap. 11.*

Ecclesiæ veneranda, & honorandæ.

In Ecclesijs loquendum non est de obscenis, neque de aliis prophanis. *Concil. Paris. 6. lib. 2. c. 12. de immunit. eccles. in 6. c. decet domum. Conc. Senon. in decr. morum c. 16.*

In Ecclesia conuiuari non licet, nec clerico, nec laico. *Concil. Carthag. 3. c. 30.*

In Ecclesiam nullus potest ingredi cum armis, neque cum canibus, aut auibus venaticis. Si quis monitus non obtinet, expellatur, & ad Episcopum referatur. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de ecclesiis, &c.*

In Ecclesijs mendici non quæstuent. *ibid.*

In Ecclesijs aliud faciendum non est præter orationem. *dist. 42. cap. In Oratorio. de immunit. eccles. in 6. cap. Decet domum.*

Ecclesiam vanis, ac prophanis sermonibus violans (olim) excommunicabatur. *Concil. Roman. 4. sub Damaso c. 3.*

Ecclesiis maximus honos debetur, eisque seruandus. *dist. 65. cap. Mos antiquus. & cap. Quoniam.*

Non fiant in ea, vel in atrio tumultus, neque negotia, aut alia iudicia. *Concil. Turonense 3. c. 38. & 39.*

In ecclesiis fieri non possunt placita, seu concilia sæcularium. *de immunit. eccles. c. 1. Concil. Rauennat. 2. sub Clement. V. cap. 12. Concil. Senon. in decr. morum c. 16. Concil. Colon. 2. par. 3. cap. 24.*

Dum missa dicitur, vel concio fit, non fiat rumor, &c. sub pœna 25. ducatorum. *Pius V. const. 5. cum primum.* Idem dum dicuntur officia. *ibid.*

In ecclesiis fieri non possunt iudicia sanguinis. *de immun. eccles. c. cum ecclesia. Concil. colon. 2. p. 3. c. 24.*

Neque fieri possunt ludi scenici, aut theatrales. *Conc. Colon. 2. par. 3. cap. 26.*

In ecclesiis fieri non potest mercatus. *Concil. Rauennat. 2. sub Clem. 5. c. 12. Concil. Sabin. c. 18. Concil. Mediolan. 1.*

p.2. tit. De Eccleſijs, &c. Neque illa, quæ inſeruiunt ad eccleſiæ, & Dei cultum, poſſunt in eccleſijs vendi. *ibid.*

In eccleſijs fieri non poſſunt ſtrepitus, & rumores, qui impediunt diuina officia, & faciens excommunicandus eſt. *concil. Sabinen. c.18. concil. Mediol. vbi ſupra.*

Eccleſia claudenda circa horam primam noctis, neque vllus etiam ſacerdos de nocte admittatur, excepta nocte Natiuitatis. *Concil. Mediol. 1. p.2. tit. De Eccleſijs, &c.*

In eccleſijs non poſſunt fieri repreſentationes, quæcumque illæ ſint prophanæ, & permittentes puniendi ſunt. *Concil. Toletan. 22. c.19.*

Sed deuotæ repreſentationes poſſunt in eccleſia fieri. *Concil. Tolet. 22. c.19.*

In eccleſijs, nullus poteſt de nocte morari (niſi ad cuſtodiam.) *Concil. Mediol. 1. p.2. tit. De off. Cuſtodis.*

Solus eccleſiæ rector poteſt in eccleſia pernoctare. *Conc. Mediol. tit. De Eccleſijs, &c.*

In eccleſijs cantari non poſſunt laſciui cantus. *Conc. Senon. in decr. morum cap.17.* Vide, *Cantare*. Vide, *Cantus*. Vide, *Muſica*.

Non admittendi in ea hiſtriones cum inſtrumentis muſicalibus; neque propè eam. *Concil. Senon. ibid. c.16.*

In eccleſia non ſpolientur, neque perquirantur cadauera mortuorum per iudices, ſed hæc fiant extra eam. *conc. Mediol. 1. p.2. tit. De Eccleſijs, & earum cultu.* Vide, *Defuncti*. Vide, *Cadauer*. Vide, *Corpus*. Vide, *Prophanatio*.

In eccleſijs, vel earum atrijs fieri non poſſunt iudicia, vel concilia publica. *concil. Mogunt. 3. c.21.*

Neque ioci, aut rixæ, contentiones, &c. *ibid.*

Delicta committa in eccleſijs, vel atrijs, pretio compenſantur; quod illi eccleſiæ eſt ſoluendum. *conc. Tribur. 1. c.4.*

In eccleſiæ atrium intrans gladio euaginato, ſacrilegium committit, & pretio debet delinquens ſatisfacere. *conc. Triburien. c.6.* & illi eccleſiæ ſoluatur. *ibid.*

In eccleſia, vel in atrio non facienda praua colloquia. *concil. Salegunſtadienſe cap.9.*

Eccleſia Cathedralis.

Eccleſia Cathedralis, eſt eccleſia matrix. *De verbor. ſignific. c. Venerabili.*

Eccleſia Cathedralis non careat Epiſcopo, vltra tres menſes. *Gregorius 1. l.6. ep.39.*

Cathedrali eccleſia vacante, intra tres menſes prouidenda, alioquin illi ad quos ſpectat, illa vice careant iure eligendi, & deuoluitur electio ad ſuperiorem proximum. *conc. Later. 4. c.23.*

Eccleſia Cathedrali vacante, ſolus Papa prouidet de viſitatore, qui poteſt prouidere beneficia vacantia. *De ſupplenda neglig. in 6. c. Eccleſia.* Quando poteſt Metropolitanus prouidere de viſitatore. *ibid.* Sed hic non poteſt prouidere beneficia. *ibid.*

Eccleſia Cathedralis carens redditibus, prouideatur de Religioſis. *concil. Lateran. 5. ſeſſ.10. conſt.2. & ſeſſ.12. conſt. 1. Temerariorum.*

Cathedralis intelligitur *Eccleſiæ* nomine, & quando non. *De præbendis in 6. c. Quamuis.*

Dum quis iurat obedire eccleſiæ, intelligitur Cathedralis. *De verbor. ſignif. c. Cum Clerici.*

Cathedralis eccleſia prouidere debet de beneficio magiſtrum ſcholæ, qui gratis docet. *De magiſtris c.1.* Prælato verò inferiore negligente, prouidet ſuperior. *ib. c. Prohibemus.*

Cathedralis excipitur, quando Papa præcipit aliquem prouideri in Diœceſi de beneficio: ſecus eſt quando præcipit prouideri in Prouincia. *De præbendis in 6. c. Quamuis.*

Eccleſia ſubdita Archidiacono, ſi erigitur in Cathedralem, eximitur ab illo. *De Maioritate, & obed. c. Cum inferior.*

Præbendarius canonicus, &c. in Cathedrali, habens officium, cui ſit annexus ordo, intra annum illum accipiat, & per ſe miniſtret, niſi iuſtum adſit impedimentum. *Concil. Trid. ſeſſ.22. de refor. c.4.* Vide, *Beneficia rum obligationes.*

Cathedralium Capitula admittenda in Concilijs Prouinciæ. *De his, quæ fiunt à Prælatis, &c. c. fin.*

Cathedralium vacantium emolumenta, quæ ſint, & ad quem ſpectent. Vide, *Eccleſia vacante.*

Eccleſia Cathedralis non conferatur minori 27. annorum. *Extra, de poſtulat. c.vn.* Pœna poſtulatorum, & poſtulantium. *ibid.*

Cathedralis eccleſiæ adminiſtrator, ſi habet à Papa plenam poteſtatem, poteſt adminiſtrare iuriſdictionalia, non ſacramentalia niſi ſit epiſcopus, & non poteſt alienare immobilia. *De elect. in 6. c.Is cui.*

Cathedrales Eccleſiæ tenere debent vnum Lectorem Theologiæ, *concil. Mogunt. 4. c.67.* Vide, *Theol.* Vide, *Lector.*

In Cathedrali non habens vocem, qui non eſt ſubdiaconus. *concil. Trid. ſeſſ.22. de refor. c.4.*

Eccleſia Cathedralis, nihil poteſt prætendere de legatis, quæ fiunt alijs Eccleſijs. *Honor. 3. ex Cirone. De verb. ſignif. c.3.*

Neque in Cathedralibus, neque in Collegiatis, admittendus eſt acceſſus, & regreſſus, nec etiam ipſis Cardinalibus, licet adſit conſenſus. *concil. Trid. ſeſſ.25. de refor. c.7.*

Vide, *Epiſcopi electio.*

Eccleſiæ Collegiatæ.

Eccleſiæ Collegiatæ ſunt ſecundæ poſt Cathedrales. *concil. colon. 2. p.3. c.2.*

Eccleſiæ Collegiatæ ſpirant inſtitutum Eccleſiæ primitiuæ. *concil. colon. 2. ibid. c.4.*

Eccleſiæ Collegiatæ tenere debent vnum Lectorem Theologiæ. *concil. Mogunt. 4. c.67.*

In eccleſijs collegiatis, qui non eſt ſubdiaconus non habet vocem in Capitulo. *Concil. Trid. ſeſſ.22. de refor. c.4.*

Habens præbendam, perſonatum, canonicatum, &c. cui ſit neceſſarius ordo; in Colleg. intra annum tenetur ordinari, niſi adſit impedimentum, & per ſe illud munus exercere. & pœnæ. *concil. Trid. ſeſſ.22. de refor. c.4.* Vide, *Beneficiarorum obligationes.*

In eccleſijs collegiatis, & beneficialibus non admittitur acceſſus, & regreſſus, neque Cardinalibus, etiam ſi adeſſet conſenſus. *Concil. Trid. ſeſſ.25. de refor. c.7.*

Eccleſiæ particulares circa Metropolitanam.

Eccleſiæ inferiores in pſallendo, & cæteris ritibus conformari debent Metropolitanæ. *diſt.12. c. De iis. & c. Placuit.*

Eccleſia, earumque bona ſub poteſtate Epiſcoporum ſunt, & quomodo.

Eccleſiæ, earumque res ab Epiſcopo territorij diſponendæ. *concil. quod dicitur Apoſtol. c.39. conc. Antioch. c.24. conc. Tolet. 1. c.20. conc. Aurel. 1. c.17. & 19. Aurel. 3. c.5. conc. Tolet. 3. c.19. Tolet. 4. c.35. Aquiſgran. 3. p.4. cap.8. concil. Vormat. 1. cap.6. 45. & 55. concil. Mogunt. 3. cap.4. concil. colon. 1. c.4.* etiamſi à laicis conſtructæ ſint eccleſiæ. *ibid. 6. q.7. c. Omnes baſilicæ. 10. q.1. c. De his. c. Sic quidam. c. Omnes Baſilicæ, & c. Quæcumque. 16. q.3. c. Poſſeſſio. & q.4. c. Sicut Diœceſim. q.5. c. Poſſeſſio. q.7. c. Omnes baſilicæ. 11. q.3. c. Præcipimus.*

Eccleſia non exempta ſubdita eſt Epiſcopo Diœceſano. *De religioſis domibus c. cum venerabilis.*

Eccleſia facta ab exempto in loco non exempto, cedit iuri epiſcopi. *De priuileg. c. cum olim.*

Eccleſiæ res non ſunt propriæ epiſcopi, aut alterius, ſed commendatæ. *concil. carthag. 4. cap.31. Vrban. 1. epiſt. vnica. Gregor. 1. lib.11. ex regeſt. epiſt.23. De præbend. & dignit. cap. Ratio.*

Eccleſiæ res diſſipans, ab adminiſtratione eſt remouendus. *3. q.2. c.vlt.*

Eccleſiarum bona, redditus, &c. in ſpeciali libro ſcribantur, & ſingulis annis inſpiciendum, ſi aliquid perierit, vel creuerit. *concil. Mogunt. 4. c.89.*

Eccleſiæ bona poſſeſſa à clericis, non poſſunt in ſuam proprietatem reuocari. *concil. Agathen. c.59. concil. Epaun. c.18.*

Epiſcopus donare non poteſt bona eccleſiæ inconſulto Capitulo. *de donat. c. Fraternitatem.*

Epi-

Episcopi non possunt ex suo arbitrio bona ecclesiæ dissipare. *Concil. Lucense c. 16.*

Neque res omnes in suum vsum conuertere. *12. q. 1. c. Nulli Episcoporum, & c. Si priuatum.* Sed ijs vti possunt, si indigent, non tamen omnibus. *ibid. c. Ex his autem. c. Non habenti, & c. Placuit.*

Non potest iure hæreditario legare. *de præbend. & dignit. c. 1. Concil. Antioch. cap. 24.*

Ecclesiæ bona per nullam temporis præscriptionem transeunt in proprietatem alicuius personæ. *Post Conc. Tolet. 17. c. 12.*

Ecclesiarum capsæ, in quibus bona pretiosa tenentur, pluribus clauibus custodiantur, & vna semper sit penes Rectorem ecclesiæ. *Conc. Mogunt. 4. c. 90.* Instrumenta vero, scripturæ, &c. bene custodiantur. *ibid. c. 89.*

Ecclesiæ redditus, & bona, à quo, quibus, & quomodo distribuenda.

Ecclesiæ redditus ab episcopo omnes (olim) erant disponendi. *Conc. quod dicitur Apost. c. 31. Conc. Aurel. 3. c. 5.* In Parochijs verò seruetur consuetudo. *Concil. Aurel. ibid. post Concil. Auernen. cap. 5.*

Ecclesiarum Præpositi sunt dispensatores rerum ecclesiæ. *12. q. 1. cap. Expedit facultates.*

Ecclesiæ res non possunt à sæcularibus dari, dantes, & recipientes sunt excommunicati. *& rebus ecclesiæ non alienan. cap. Qui res.*

Ecclesiæ bona potest episcopus, si indiget, sibi applicare, sed non omnia. *12. q. 1. c. ex his autem. c. Episcopus.*

Ecclesiæ res non possunt ex libito in vsum Episcopi conuerti. *12. q. 1. c. Nulli Episcoporum. & c. Si priuatum.*

Ecclesiæ bona non possunt in vsum laicorum conuerti. *Post ep. 2. Higinij de consecrat. dist. 1. c. Legata.*

Ecclesiæ bona, & redditus non possunt ab episcopo dari consanguineis. *Conc. quod dicitur Apost. c. 31. & c. 76.*

Ecclesiæ vineæ, quæ dantur monachis, vel alijs excolendæ, semper sunt ecclesiæ. *Concil. Aurel. 1. cap. 25. 16. q. 3. c. Si Episcopus.*

Ecclesiastici de rebus ecclesiæ sunt alendi. *Lib. 2. const. Apost. cap. 25. & 26.*

Ecclesiastici, qui de suo possunt viuere, sumere non debent redditus ecclesiæ. *Concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 107. 1. q. 2. cap. Clericos. cap. Pastor Ecclesiæ. cap. Si quis propter.*

Ecclesiæ redditus, & bona in quatuor partes debent diuidi: scilicet pro episcopo, seu Rectore; pro Clericis; pro ecclesia, & pro peregrinis, seu pauperibus. *Concil. Rom. sub Siluestro c. 4. Gelasius ep. 9. & 10. Gregor. 1. lib. 11. ex regest. ep. 23. lib. 12. ep. 31. c. 1.* & intelligitur de omnibus bonis etiam acquirendis. *Gregorius 1. lib. 3. ep. 11. Concil. Agathen. cap. 7. Concil. Bracar. 3. c. 25. 12. quæst. 2. cap. Mos est. cap. Sancimus.*

Ecclesiæ res dissipans, ab administratione, remouendus est. *3. q. 2. cap. vlt.*

Ecclesiæ bona non possunt ab episcopo alicui relinqui, seu legari. *Conc. Antioch. c. 24. de præbend. & dignit. c. 1.*

Ecclesiæ bona debent esse nota omnibus Clericis eius. *Conc. Lucense cap. 15.*

Neque ex arbitrio episcopi, dissipari possunt. *Concil. Lucense cap. 16.*

In vsum pauperum impendi possunt. *12. q. 1. c. Res Ecclesiæ. 12. q. 1. c. Videntes.*

Ecclesiæ res non sunt propria episcopi; sed pauperibus dandæ. *Gregor. 1. lib. 11. ex regest. ep. 23. de præbend. & dignit. cap. Ratio.*

Ecclesiæ bona, & res, per nullam temporis præscriptionem transire possunt in proprietatem alicuius. *Post Concil. Toletan. 17. cap. 12.*

Ecclesiæ bona possunt ab episcopo concedi ad faciendum monasteria, & quomodo. *Concil. Tolet. 3. c. 4.*

Ecclesiæ res, ac negotia non possunt à laicis disponi. *dist. 96. cap. Bene.*

Ecclesiæ res, ac bona non possunt disponi à Rege, nec ab Imperatore. *dist. 97. c. ecclesiæ meæ.*

Ecclesiæ res non cognatis, vel alijs dispensandæ sunt, sed pauperibus. *Conc. Vormat. 1. c. 45.*

Ecclesiæ redditus, iuxta laborem dandi sunt. *1. q. 2. cap. Clerici omnes.*

Ecclesiarum prædia antiquitus vendebantur pro alendis pauperibus, postea cęperunt possideri, & fructus eorum in pauperes erogari. *12. q. 1. c. Futuram ecclesiam. & c. Videntes.*

Ecclesiæ bona siue immobilia, siue mobilia non possunt donari, legari, &c. similibus modis dispensari filijs illegitimis, etiam si legitimati sint. Neque bona patrimonialia, possunt Clerici eis relinquere. *Pius 5. const. 117. Quæ ordini.*

In ecclesiasticis bonis non succeditur iure hęreditario. *De præbend. & dignit. cap. 1.*

Ecclesiastici redditus impendi non possunt ad emendas domos, aut possessiones pro laicis; vel pro consanguineis; aut pro concubinis, & pœnæ id facientium. *Conc. Oxon. 1. c. 30.*

Vide, *episcopi potestas in res ecclesiæ.*

Ecclesiarum bona non alienanda.

Ecclesiarum bona, prædia, domus, census, &c. non alienanda. *Symmachus ep. ad Cæsarium.* Anathema est dans, & accipiens, tenentur restituere etiam fructus, & onus transit ad hæredes. *Conc. Roman. 4. sub Symmacho c. 2. 16. q. 7. cap. Non placuit. conc. Nicæn. 2. c. 12.* & nulla est alienatio. *ibid.* Vide, *Alienatio.*

Neque Papa debet alienare bona ecclesiarum. *conc. Rom. 4. sub Symmacho c. 2. & 4. 12. q. 2. c. Non liceat Papæ.*

Ecclesiæ bona cum licentia Papæ, possunt per nouem annos infeudari, alias nulla est infeudatio. *conc. Constant. post sess. vlt. in confirmat. const. Imperialium.*

Ecclesiæ bona alienare non possunt Cardinales in suis titulis, sub pœna anathematis danti, & recipienti, & obligatione restituendi, quæ transit ad hæredes. *Conc. Rom. sub Symmacho c. 6. 12. q. 2. c. Quicumque.*

Ecclesiæ vineæ, prædia, &c. quæ dantur excolenda monachis, vel alijs, semper sunt ecclesiæ. *conc. Aurel. 1. c. 25. 16. q. 3. cap. Si episcopus.*

Ecclesiæ bona, neque ab episcopis, possunt alienari. *concil. Roman. sub Symmacho.* Sub pœna anathematis danti, & accipienti, & onere restituendi, quod transit in hæredes. *concil. Nicæn. 2. c. 12.*

Ecclesiæ res non potest Prælatus mutare cum ecclesia, vel alienare sine eius consensu, licet vtraque sit sub sua potestate. *de rebus Eccles. non alienand. c. 1.*

Episcopus, Archiepiscopus, &c. alienans, vel locans vltra triennium, vel dans in emphyteusim, extra casus in iure permissos, interdicitur ab ingressu ecclesiæ: si per sex menses sic manet, penitus sit suspensus à regimine. *Extra, de rebus Eccles. non alien. c. Ambitiosæ.*

Ecclesiasticarum rerum permutationes cum magna cautela faciendæ. *Conc. Meldense c. 23.*

Ecclesiæ res paruulæ possunt ab episcopo alienari. *Conc. Agathen. c. 4. 12. q. 2. cap. Terrulas.*

Ecclesiarum bona non locanda consanguineis. Vide, *Locationes.*

Hospitalia, loca pia, &c. eorumque bona non possunt donari, nec vendi, & nulli sunt tales contractus. *Conc. Constant. post sess. vlt. in confirmat. const. Imper.*

Ecclesiæ bona debent esse nota omnibus Clericis. *Concil. Lucen. cap. 15.*

Ecclesiæ res non possunt à sæcularibus alicui dari: dantes, & recipientes sunt excommunicati. *De rebus eccles. non alienand. cap. Qui res.*

Ecclesiæ res, castra, terræ, &c. nec vendi, nec alienari, nec locari, aut infeudari possunt, nisi ex licentia Papæ, nec vltra nouem annos, nec fieri potest prorogatio, nisi à Papa, cum consensu Cardinalium. *conc. Constant. post sess. vlt. in confirm. constit. Imperial.*

Clerici, siue diaconi, siue presbyteri, & quivis alij alienare non possunt res ecclesiæ sub pœna anathematis danti, & accipienti, & onere restituendi, quod transit ad hæredes. *Concil. Rom. sub Symmacho. conc. Agathen. c. 22. & 45. 12. q. 2. c. Diaconi. c. Statuimus.*

Eccle-

Ecclesiæ bona non possunt sibi clerici appropriare. *conc. Agathen. c. 59. 16. q. 3. c. Clerici. conc. Epaunen. c. 18. conc. Toletan. 2. cap. 4.*

Ecclesiæ legata sunt custodienda. *conc. Aurel. 4. c. 14.*

Ecclesiæ res ab episcopo donari non possunt, nisi ecclesiæ conferat in triplo plus quam dederit. *conc. Emerit. c. 21.*

Ecclesiæ dona, quæ non sunt apta vsibus eius, vt gemmæ, aurum, &c. quomodo alienari possunt, & in alia commutari. *conc. Rom. sub Symmacho c. 3.*

Ecclesiæ scripturæ pro suis iuribus, à nullo possunt alienari. *conc. Aurelian. 4. c. 18.* Clerici celantes tenentur ad restitutionem damni. *concil. Agathen. cap. 26. 12. q. 2. cap. Si quis.*

Ecclesiæ bona dari possunt Clericis in vsumfructum. *concil. Rom. sub Symmacho c. 4.*

Si ecclesiæ detur domus, vel aliud in loco remoto, quomodo debet commutari ad cauendum expensas. *conc. Rom. sub Symmacho cap. 5.*

Contra alienantes bona ecclesiæ, quilibet potest insurgere, & contradicere. *conc. Rom. sub Symmacho c. vlt.*

Ecclesiarum vestimenta, & vasa à nullo possunt alienari, vel in proprios vsus conuerti. *conc. Tolet. 17. c. 4.* Pœnæ contra facientium. *ibidem.*

Ecclesiæ vasa, &c. pro Captiuorum redemptione possunt alienari. *12. q. 2. cap. Apostolicos. cap. Et Sacrorum. cap. Sacrorum canonum. & c. Sicut.*

Ecclesiæ res, in qua necessitate possunt alienari, & quomodo. *12. q. 2. c. Aurum.* Sed hoc erat tractandum in Synodo. *10. q. 2. c. Casellas. & c. fin. conc. Agath. c. 7.*

Alienationis species est oppignorare res ecclesiæ. *concil. Later. 3. in append. tit. de alienat. c. 1.*

Ecclesiasticæ res à nullo, neque clerico sæculari, neque regulari, neque eorum Prælatis alienari possunt. Non possunt locari vltra triennium; neque dari in emphyteusim, nisi in casibus à iure permissis, de rebus, quæ seruando seruari non possunt; & tunc faciendum cum euidenti ecclesiæ vtilitate. Sub pœna excommunicationis danti, & accipienti: & locatio, alienatio, &c. nulliter fiunt. si episcopi, vel Archiepiscopi, &c. sunt, incurrunt pœnam, vt supra, *de alienat. facta ab episcopo.* Si alij inferiores Prelati, canonici, dignitates, vel alij quicumque ipso facto suspensi sunt ab officio, & beneficio; & talia officia, & beneficia possunt alijs conferri, si post sex menses sic manserint. *Extra, de rebus eccles. non alien. c. Ambitiosæ. Vrbanus 8. const. 51. Humanæ.* & alienationes, conductiones &c. nullæ sunt, & res ad suas ecclesias euertuntur. *ibidem.* Alias pœnas adiungit; & alias restrictiones. *Vrban. 8. vbi supra.*

Ecclesiastici status bona non alienanda. Vide, *ecclesiasticus status.*

Vide, *Alienare, Alienari.*

Ecclesiæ, & Ecclesiarum bona non inuadenda, nec vsurpanda.

Ecclesias diripiens, vt homicida est puniendus. *Lucius 1. in ep. decr.* & excommunicatus est, atque sacrilegus. *Post ep. 3. Bonif. 2. c. 3. 12. q. 4. c. Quicumque sub hoc. 17. q. 3. cap. Qui rapit, & cap. Omnes. 12. q. 2. c. Nulli liceat. & c. Non liceat. concil. Calced. c. 21. conc. Tolet. 9. c. 1. conc. Brachar. 3. c. 8. conc. Toletan. 13. c. 7. Valent. 2. c. 8. concil. Rom. 6. sub Symmacho. conc. Meldense c. 60. & 61. conc. Nicæn. 2. c. 13. Nicolaus 1. ep. 9. 40. 59. & in append. ep. 16. & in decret. tit. de eccles. c. 2. & 3. 12. q. 2. c. de rebus. c. Qui Christi. c. Prædia diuinis. c. Qui abstulerit. & c. Indigne. conc. Aurelian. 3. c. 22. Aruernen. c. 13. conc. Rom. 5. sub Greg. 7. c. 1. 24. q. 3. c. Paternarum. 16. q. 1. cap. Ia canonibus. c. Similiter. c. Qui iuxta. Extra, de furtis, cap. Infidelis.*

Ecclesiarum Clericis furibus, laica tantum communio danda. *conc. Agathen. c. 5. 13. q. 2. c. Clerici.*

Ecclesiæ res rapiens flagellis, & alijs pœnis plectendus. *Gregor. 1. lib. 12. ep. 31. c. 4.*

De rebus ablatis Ecclesia non potest accipere augmentum. *ibidem.*

Tractandi vt hæretici, nisi restituant. *concil. Roman. 6. sub Symmacho. 16. q. 1. c. in canonibus.*

Ecclesiæ confinia tangens, id est vsurpans, est excommunicatus. *17. q. 3. cap. Sicut antiquitus.*

Ecclesiasticarum rerum fures à consanguineis eorum, qui donarunt, & à clericis deferendi sunt ad episcopum. *concil. Toler. 9. c. 1. Dist. 16. c. Filijs, vel nepotes.*

Ecclesiarum inuasores à Papa puniuntur, & priuantur. *Nicolaus I. ep. 9.*

Ecclesiam, etiam iuris patronatus inuadens, est excommunicatus. *concil. Later. 3. in append. tit. de iure patronatus c. 14.* vsque dum recedat.

Ecclesiam perturbantes, proprio honore priuantur. *24. q. 1. cap. Qui contra ecclesiæ.*

Ecclesias vacantes, occupantes sunt excommunicati. *de elect. in 6. cap. Generali.*

Ecclesiasticas res inuadentes, vsurpantes, &c. ab ecclesiasticis non à laicis sunt puniendi. *conc. Paris. 3. cap. 1. conc. Turon. 2. c. 25. & 26. de priuileg. c. Sicut in iudicijs. conc. Tolos. 1. c. 11.*

Ecclesiam violans, priuatur eius ingressu. *17. q. 3. cap. Ad episcopos.* Priuatur ecclesiæ sepultura. *de raptoribus cap. Super eo.* excommunicationem Papalem incurrit. *conc. Later. 3. de excommunicatis c. 6.*

Ecclesiam vastans, vel eius prædia, est sacrilegus. *17. q. 3. cap. Sicut qui ecclesiam c. Attendendum, & c. Si quis.*

Si quis ecclesiæ ornamenta furatur, est Iudæ similis. *17. q. 3. cap. Si forte.* Pœna eius. *cap. Si quis clericus.* In quadruplum restituat. *ibid. c. Pecunia.*

Ecclesia res inuadens, est deponendus. *conc. Mogunt. 3. c. 5.* Non potest esse episcopus. *Ioann. 8. ep. 223.*

Ecclesiæ pecuniam rapiens, est sacrilegus. *17. q. 3. cap. Qui rapit. Anacletus ep. 2. de regul. iuris reg. Quæ multoties.*

Ecclesia res retinens fauore Principum, est anathema. *16 q. 1. c. Similiter, & cap. Quia.*

Ecclesiasticarum rem raptores, sunt anathema. *concil. Mogunt. 3. c. 6. & 11.*

Ecclesiæ confinia violans, excommunicatur. *17. q. 3. cap. Sicut antiquitus.*

Ecclesiam offendens, non gaudet immunitate ecclesiastica. *de immunit. eccl. c. fin.* Vide, *Immunitas.*

Ecclesiæ res dispergens, seu dissipans, remouendus est ab administratione. *3. q. 2. c. vlt.*

Ecclesiarum iura vsurpantes, excommunicantur. *conc. Oxonien. cap. 1.*

Ecclesiarum vacantium bona occupantes, ipso facto suspensi sunt ab officio, & beneficio, donec integrè restituant. *de elect. in 6. c. Quia sæpè.*

Ecclesias diripiens cum effractione, à Papa absoluendus est. *de sent. excom. c. conquesti.*

Ecclesiarum, Cœmeteriorum, &c. res vsurpantes Principes, vel alij domini sæculares monendi, vt restituant intra octo dies, alias cessabitur ab officijs ecclesiasticis in eorum terris, &c. multa. Si per 40. dies permanent in obstinatione, Capellani recedant ab eorum seruitio, & deueniatur ad executionem pœnarum. *concil. Lateran. 3. in append. tit. de excommunicatis c. 6.* excommunicationem Papalem incurrunt. *ibid.* Idem confirmat *conc. Lateran. 5. sess. 9. Bulla de refor. curiæ c. 3. concil. Turon. 4. cap. 14.*

Vide, *Inuasor.*

Ecclesiæ raptor, seù prædator non potest absolui, neque in fine vitæ, nisi vel restituat, vel det securitatem de restituendo. sin contra, priuatur ecclesiæ sepultura; Clerici verò, qui eius sepultura assistunt, vel eleemosynas pro eo accipiunt, priuantur beneficio, & ordine. *concil. Later. 3. in append. tit. de raptoribus cap. 1. de raptoribus cap. 1. & cap. Super eo.*

Ecclesiæ res interiores furans triplicatè soluat, & ab episcopo ad hoc compellatur, qui verò res exteriores furatur, ecclesiæ restituat. *conc. Tribur. 1. cap. 7.*

Ecclesiarum scripturas, instrumenta, priuilegia, &c. celantes, & non reddentes ecclesijs, excommunicantur. *conc. Rauenn. 3. post Clem. V. c. 17. concil. Agath. c. 26. 12. q. 2. c. Si quis.*

Ecclesia-

Ecclesiarum inuasores, & malefactores iudicari possunt in vtroque foro. *de foro compet. c. Cum sit generale.* ecclesiastico scilicet, & sæculari. *ibid.*

Ecclesiæ, *vel* ecclesiastica bona inuadentes, vel vsurpantes, excommunicantur. Si sit vniuersitas, interdicitur, nec possunt absolui, aut liberari, nisi satisfactione facta. *Concil. Rauenn. post Clem. 5. c. 7.*

Ecclesias incastellantes, aut vallantes, nisi ex grauissima necessitate, excommunicantur; & si vniuersitas sit, interdicitur. *Concil. Sabin. c. 18.*

Ecclesiam in necessitate nolentes defendere superiores earum, præter pœnam damni ad quam tenentur, sunt puniendi à superioribus. *Conc. Colon. 3. tit. De officior. & c. c. 5.*

Vide, *Ecclesiastica Immunitas.* Vide, *Inuasores.* Vide, *Raptores.*

Ecclesiæ quò ad mancipia, & libertos.

Ecclesiæ serui manumitti possunt, aliquid eis concedendo. *Concil. Agathen. c. 7. 12. q. 2. c. Si quos de seruis.*

Mancipia, & serui refugientes ad Ecclesias, non sunt tenendi, sed restituendi dominis, habita tamen securitate de non inferendo eis aliquam pœnam; alias non dandi. *17. q. 3. c. Metuentes, c. Vxor. & c. id constituimus. Concil. Aurel. 3. c. 5. Aurel. 5. c. 23. Concil. Epaun. c. 39.*

Ecclesiarum mancipia, quando, & à quo possunt manumitti. *Concil. Toletan. 4. c. 68. & 69.*

Ecclesiæ Rector, quando, & quomodo potest manumittere mancipia. *De rebus Ecclesiæ alien. vel non. cap. Consensus.*

Liberti omnes ab Ecclesia protegendi. *Concil. Tolet. 4. c. 72. dist. 87. c. Liberti. & c. Libertos.*

Vide, *Serui.* Vide, *Mancipia.* Vide, *Liberti.*

Ecclesia læsa restituenda in integrum.

Ecclesia læsa restituenda est in integrum, & quomodo. *12. q. 2. c. Augustino. De integr. restitut. c. 1.*

Ecclesia iure minoris gaudet, vt seruetur illæsa. *ibid. c. 1.*

Ecclesia læsa ex negligentia Procuratoris, qui non produxit scripturas opportunè, restitui debet in integrum. *ibid. c. Cum venissent.*

Ecclesia læsa in probatione necessaria omissa, petere potest restitui in integrum. *ibid. c. Auditis, & intellectis.*

Ecclesia læsa etiam contra sententiam Papæ, restitui debet in integrum, citata parte. *ibid. c. Tum ex literis.*

Ecclesia læsa in causa restitutionis in integrum audiri potest, etiam post terminum peremptorium. *ibid. c. coram fælicis, &c. De restit. in integrum in 6. c. 1. & Clem. eod. tit. c. vn.* Sed intra quadriennium peti debet. *ibid.*

Ecclesiæ restitutione denegata, nisi nouæ adsint causæ, non conceditur. *ibid. c. fin.*

Ecclesiæ enormiter læsæ debet fieri restitutio. *De rebus Eccles. non alien. c. Ad nostram.*

Ecclesias lædentes, ab ecclesiasticis iudicandi, non à laicis. *De priuileg. c. Sicut in iudicijs.*

Ecclesias spoliantes cum effractione, à Papa indigent absolui. *De sent. excom. c. Conquesti.*

Ecclesia læsa, si intra quadriennium non petit restitui, postea non admittitur, nisi virtute iuris communis, nisi fraus intercesserit, &c. *De in integrum restitut. in 6. c. 1. & c. Si aduersus.*

Ecclesia petens restitutionem decimarum, non auditur, nisi probet possessionem legitimam. *de restit. spol. in 6. c. fin.*

Vide, *Ecclesiarum bona non inuadenda.* Vide, *Inuasores.*

Ecclesias, vel ecclesiasticas dignitates occupantes.

Ecclesiam vacantem occupans, ipso facto excommunicatur. *De elect. in 6. cap. Generali.* Sub quolibet prætextu id faciat. in eis sic occupatis cessandum est à diuinis, & occupantes ab omnibus beneficiis, &c. sunt priuati. *Concil. Tolet. 22. c. 18.*

Idem statuit de occupantibus vacaturas.

Ecclesiam vsurpans, vel eius bona, siue clericus, siue patronus. Vide, *Ecclesia Immunitas.* Vide, *Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum bona.*

Ecclesiæ fieri non debent censuales.

Ecclesia fieri non potest à Prælato, nec ab alio Rectore censualis, etiam post suam mortem. *De censibus, &c. c. Præterea.*

Ecclesiæ imponi non potest nouus census, & irritus est. *ibid. c. Prohibemus, & c. Ecclesias. De Prælatis c. Quoniam il 2. Concil. Londin. 1. c. 8. Concil. Later. 3. in append. tit. De pactionibus c. 9.*

Ecclesiæ regimen concedi non potest pro annuo censu. *Ne Prælati, &c. c. Quoniam enormis. Conc. Later. 3. in app. de simonia c. 2. Concil. Colon. 3. tit. De off. &c. c. 4.*

Ecclesiam faciens censualem, priuandus est ea sine appellatione. *De censibus c. Cum clerici.*

Ecclesiæ imponi non potest nouus census, vel pensio. *Concil. Later. 3. in append. tit. De pactionibus c. 13.*

Vide, *Census.* Vide, *Locationes.*

Ecclesiarum bona non oppignoranda, nec obliganda.

Ecclesiæ res, vt vasa, vestes, &c. non possunt oppignorari, nec obligari. *De pignoribus c. 1.*

Ecclesiæ res oppignoratæ ab antecessore, redimendæ à successore, sed per bona hæredis antecessoris. *ib. c. Ex præsentium.*

Ecclesiæ res obligans pro debitis alienis, suspenditur ab officio, & beneficio. *De solut. c. Si quorumdam.* Nulla est obligatio. *ibid.*

Ecclesiæ bona non possunt obligari, nisi pecuniæ inseruiant pro vtilitate ecclesiæ. *Concil. constant. post sess. vlt. in confirmat. const. Imper.*

Ecclesiæ pignora, statim recolligenda. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. De alienat. c. 1.*

Oppignorare res ecclesiæ est alienare. *ibid.*

Ecclesiarum bona non locanda consanguineis. Vide, *Locationes.*

Vide, *Pignora.* Vide, *Alienatio.*

Ecclesiarum, & bonorum earumdem, ac priuilegiorum præscriptio passiua, & actiua.

Ecclesia, quæ est in Parochia, vel Diœcesi aliqua, per 40. annos præscribitur. *De præscript. c. Ad aures.*

Contra ecclesiastica priuilegia non præscribitur minus, quam per spatium 40. annorum. *De priuil. c. Accedentibus.*

Ecclesiasticorum bonorum fines per 40. annos præscribuntur. *De præscript. c. Quia iudicante.*

Ecclesia prætendens ius in aliam, vti debet præscriptione. *De capellis monac. c. Dilectus filius.*

Ecclesiæ, vel ecclesiarum bonorum per 40. annos præscriptio, si excipitur de interruptione, debet probari. *De præscript. cap. Illud.*

Ecclesia præscribit per annos 30. possessionis legitimæ. *De præscriptionibus c. Sanctorum.*

Ecclesia, &c. non subduntur præscriptioni ob possessionem malam. *Concil. Later. 3. in append. De præscript. c. 5.*

Vide, *Præscriptio.* Vide, *Ecclesiastica priuilegia.*

Ecclesiarum Immunitas.

Ecclesiæ, earumque res immunes sunt ab omni onere, & angaria, &c. *Gregor. 1. lib. 8. ep. 64. Concil. Mogunt. c. 30. Concil. Later. 3. c. 19.*

Ecclesiæ, earum res, aut ministri, & clerici cogi non possunt ad soluenda pedagia, guidagia, exactiones, &c. sub pœna excommunicationis, singulari personæ ipso facto, communitati vero interdicti. *De immunit. Ecclesiast. c. 1. De censibus in 6. c. Quamquam.* Neque de rebus, quas portant; neque de ijs, quas transferunt. *ibid.* Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.*

Ecclesiastica immunitas pro locis, & personis, Dei ordinatione est instituta, & canonicis sanctionibus. *Concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 20.*

Eccle-

Ecclesiæ res confiscans, vel aliud simile faciens est anathema; item si inuadit, &c. 16. q.1. cap. *In canonibus*, & cap. *Similiter*.

Ecclesiæ à nullo possunt grauari. 16. q.7. c. *ecclesias*.

Ecclesijs, & ecclesiasticis fieri non possunt represaliæ, sub pœna excommunicationis singularibus personis, communitati verò interdicti ipso facto. *De iciuniis*, &c. *in sexto cap. vnic.*

Ecclesiam violans, priuatur eius ingressu. 17. q.3. cap. *Ad episcopos*. Proprio honore spoliatur. 24. q.1. cap. *Qui contra ecclesiæ*. Non gaudet eius immunitate. *de immunit. eccles. cap. fin.* Caret ecclesiastica sepultura. *De raptoribus cap. Super eo*. *Concil. Sabinens. cap.* 18.

Vide, *ecclesiæ inuasores*.

Iuramenta facta contra libertatem ecclesiæ à clericis seruari non debent. *de iure iur. in 6. c.1.*

Ecclesiæ, earumque res non sunt subditæ Imperatoribus, neque Regibus, aut alijs dominis temporalibus. 23. q.8. cap. *conuenior*. *dist.97. c.ecclesiæ meæ*. *Post ep.3. Damasi c.3.* 10. q.1. *Hanc consuetudinem*.

Ecclesiæ præda sub pœna excommunicationis à nullo potest emi. *conc.Later.3. in append. tit. de excommunicatis c.6.*

Ecclesiæ immunes sunt ab omnibus tributis sæcularium. 23. q.8. cap. *In qualibet*, cap. *Sanctum*, & cap. *secundum*. *concil. Lateran.3. cap.19.* Faciens, est anathema. *concil. Meldense cap.63.*

Ecclesiasticam libertatem violantes, facientes contra eam statuta, siue consules, siue rectores, &c. excommunicati sunt. *de sent. excom. c. Nouerit*. Vide, *excommunic. Bullæ Cœnæ*. Vide, *Libertas eccl.*

Ecclesiasticam immunitatem violans, mittendo manum, siue in ecclesiam, siue in personas ecclesiasticas (olim) si erat puniendus, omnia eius bona proscribebantur, & in monasterium detrudebatur perpetuo. 24. q.3. c. *Quisquis per dolum*. excommunicandi sunt. *ibid. c. Paternarum*.

Ecclesiam, vel eius bona iura, &c. vsurpans, vel impediens, nè exigantur decimæ, &c. est anathema vsque dum eam in iure restituat, si patronus, iure etiam patronatus priuatur; si clericus, etiam beneficijs. *Concil. Trid. sess. 22. de refor. cap.* 11.

Ecclesiæ gubernium impediens est sacrilegus. 1. *quæst.* 1. cap. *Sunt quidam*.

Ecclesia iure minoris gaudet, vt illæsa seruetur. *de in integrum restitut. cap.* 1.

Ecclesia quælibet; etiam non consecrata gaudet immunitate omni, dummodo in ea celebrentur diuina. *de immunit. eccles. cap. ecclesiæ*.

In ecclesia existens Christianus non potest banno compelli ad aliquid faciendum neque dum ad eam vadit, vel ex ea reuertitur. *Concil. Epfordiense* 1. c. 3.

Ecclesias incastellantes, aut vallantes, nisi ex grauissima necessitate, lædunt ecclesiæ libertatem, excommunicantur, & vniuersitates interdicto supponuntur. *Conc. Sabin.c.18.*

Ecclesiæ immunitate non gaudent hæretici, apostatæ à fide, & suspecti de hæresi. *Ioannes XXII. constit.* 1. *ex parte*. Vide, *Immunitas*.

Ecclesiam offendens, eius immunitate non gaudet. *de immunitate eccles. cap. fin.*

In ecclesijs nec spoliari, nec perquiri possunt à iudicibus cadauera mortuorum, sed extra ecclesiam hæc sunt facienda. *Conc. Mediol.* 1. *par.* 2. *tit. de ecclesijs*, &c.

Ecclesiarum iura non possunt laicis subdi sine licentia Papæ. *de rebus eccles. non alien. in 6. c. fin.*

Subdentes quomodo puniendi. *ibid.* Item Prælati non resistentes. *ibidem*.

Ecclesiæ, & ecclesiastici cogi non possunt ad alienandum, vel extra manum suam ponendum quæ acquisiuerunt. *de immunit. eccles. in 6. cap.* 1.

Ecclesiastica immunitas *à Bonifacio IX.* declaratur, & confirmatur. *const.* 4. *Iustis*. & est lex Imperialis.

Ecclesiæ non possunt neque per episcopos grauari circa exactiones. *Conc. Later.* 3. *in app. tit. de simonia c.* 8.

Ecclesiasticam iurisdictionem vsurpans est anathema. *Conc. Later.* 3. *cap.* 19.

Ecclesiarum, siue locorum religiosorum inuasores excommunicati sunt. Sic dantes consilium, auxilium, fauorem, &c. & si ante mortem non satisfecerint, carent Ecclesiastica sepultura. *Concil. Turonen.* 4. *c.* 14. Vide, *excommun.* Vide, *eccles. inuasores*.

Ecclesiæ iniuriam inferens, vel altaria spoliando, vel impediens accendi lumina, vel officia recitari: siue clericus, siue alius, officio, ac nobilitate priuatur, & alijs pœnis afficitur. *Conc. Tolet.* 13. *c.* 7.

Ecclesiastica immunitas defendi debet à Prælatis. *Greg.* 1. *lib.* 11. *ex reg. ep.* 51. *Conc. Meldense c.* 81. *de immunit. eccles. in 6. c. decet domum*. §. *ordinarij*.

Episcopus Ecclesiam non defendens negat fidem. *Greg.* 7. *lib.* 5. *c.* 10. Puniendi sunt. & damnum soluere debent. *Conc. Colon.* 3. *tit. de officiorum*, &c. *c.* 5.

Ecclesiastica immunitas etiam per Imperatores est confirmata. *Conc. Constantiense post vlt. sess. in confirmatione constitut. Imperial.*

Ecclesiasticam immunitatem lædunt, qui ecclesias, hospitalia, & pia loca inuadunt. *ibid.* Sic etiam, qui monasteria inuadunt lædunt, &c. *Conc. Sabinense c.* 18.

Ecclesiasticam immunitatem violantes præter excommunicationem, quam incurrunt, olim bis in anno denunciabuntur in ecclesijs coram populo. *Concil. Roman.* 1. *sub Honorio* 4. *cap.* 9.

Ecclesias, vel ecclesiasticos lædentes, inuadentes &c. absoluí non possunt, nisi præuia satisfactione. *Conc. Sabin. c.* 18.

In locis vbi sunt principales, qui Ecclesiasticam læserunt libertatem, cessandum est à diuinis. *Conc. Sabin. c.18.*

Ecclesiasticas causas fieri à iudice ecclesiastico impediens, vel trahens eas ad forum sæcularem, & alia circa hoc. Vide, *Impediens*.

Vide, *Ecclesiæ*, & *earum bona non inuadenda supra*. Vide, *Libertas ecclesiastica*. Vide, *ecclesiasticorum immunitas infra*. Vide, *Immunitas*. Vide, *Clericorum immunitas*. Vide, *Contractus*.

Ecclesiasticorum, & Ecclesiæ seruientium immunitas.

Ecclesiarum ministri, ac seruientes, non possunt per onera, ac sæculi molestias grauari. *Greg.* 1. *lib.* 5. *epist.* 51. 12. *q.*2. *cap. ecclesiarum*.

Ecclesiastici non possunt iudicari à sæculo. *Anacletus ep.*1. *Higinius ep.* 1. *lib.* 2. *const. Apostol. c.*45.

Ecclesiæ non possunt imponi gabellæ, talliæ, &c. sub pœna excommunicationis in Bulla Cœnæ, sic dantes consilium, auxilium. *Greg.* 13. *const.* 81. §. 18. 11. *q.* 1. *cap. Fratris. cap. Placuit vt quisquis. cap. de diuersis. cap. Si clericus. c. Clericorum nullus. c. Clericus. c. Nemo. c. Nullus. cap. Continua. c. Relatum*, &c. *ibid.*

Ecclesiastici non tenentur ad seruanda iuramenta facta contra libertatem ecclesiæ. *de iureiur. in 6. c.*1.

Ecclesiasticorum, vel bona, vel possessiones, vel seruos molestantes, excommunicantur. 24. *q.* 3. *c. Paternarum*.

Ecclesiasticis negans iustitiam iudex sæculi, tertiò petitus priuatur iurisdictione. *Honorius* 3. *ex Cirone*, *de iudicijs c.* 2. & *est lex Imperialis*.

Ecclesiasticæ personæ non possunt cogi ad soluenda pedagia, guidagia exactiones pro suis rebus quas portant, vel transferunt, sub pena excommunicationis singularibus personis, communitati verò sub pena interdicti ipso facto. *de immunit. eccles. in 6. c.* 1. & *de censibus in 6. c. Quamquam. Conc. Treuer. c.*17. *Honor.* 3. *ex Cirone tit. de censibus c.* 3. & est etiam super hoc lex Imperatoris. *ibid.*

Ecclesiasticorum colonos grauantes seruitijs, vel impositionibus sunt excommunicati. *Concil. Colon.* 3. *tit. Censura cap.* 29.

Ecclesiarum rura colentes, non possunt capi per sæcularem. *de immunit. eccles. c. Indicatum est*.

Ecclesiasticis personis imponi non possunt à sæculo tributa, decimæ; &c. sub pena excommunicationis ipso facto. *de censibus in 6. c. Quamquam*. Vide, *excommunic. Bullæ Cœnæ*. *Honorius* 3. *const. Has leges*. In qua multa stabiliuntur cum Federico II. pro immunitate.

Ecclesia-

Ecclesiasticæ personæ cogi non possunt ad alienandum, & extra suam manum ponendum illa quæ acquisiuerunt. *de immunit. eccles. in 6. c.1.*

Ecclesiastici impediri non possunt ne contrahant cum sæcularibus, neque Domini, Principes, &c. impedire possunt seculares ne contrahant cum Ecclesiasticis, vel ne emant ab eis, ne molant, panem coquant, & alia præstent. *de immunit. eccles. in 6. c.fin.*

Ecclesiasticæ personæ soluentes talias, &c. sæcularibus puniendæ. *de immunit. eccles. in 6. cap. Clericis.* excommunicantur. *ibidem.*

Ecclesiasticæ personæ sine auctoritate Sedis Apostolicæ non possunt aliquid soluere sæcularibus neque ratione subsidij, neque subuentionis, & soluentes sunt excommunicati. *de immunit. eccles. in 6. c.Clericis. §. Nos igitur.*

Ecclesiasticam personam diffidans; vel proscribens, mutilans, vel spolians vltra excommunicationem, &c. ipso facto est infamis. *Concil. Const. post sess. vlt. in confirmat. constitut. Imperial.*

Ecclesiasticis personis fieri non possunt represaliæ, neque in eorum bonis, sub pœna excommunicationis singularibus personis, communitati vero sub pœna interdicti. *de iniurys, &c. in 6. c.vn.*

Statuta facta contra ecclesię libertatem sunt nulla. exequentes inhabiles sunt ad omnes actus legitimos. *conc. Treuer. c.18.* excommunicantur. & illa statuta à libris auferenda, & tales facientes habere non possunt feudum ecclesiæ. *Honorius 3. ex Cirone. de sent. excommunic. c.5.* Vide, *excommunic. in Bulla Cœnę.*

Ecclesiasticas personas spolians, vel earum iura vsurpans, prædia auferens, &c. propria temeritate, excommunicatur ipso facto, & ipse, filij eius ac nepotes sunt inhabiles ad Ecclesiastica beneficia. *concil. Rauenn. 2. sub Clem. V. cap. 26.*

Ecclesiasticas personas eijcientes, exulare facientes sine culpa notoria, & absque sententia iudicis competentis, excommunicantur, & aliis pœnis afficiuntur vt supra. *ibid.*

Ecclesiasticos iuribus suis priuans, vel impediens, nè decimæ ac census exigantur, excommunicatur: si monitus non desistit ipse, filij, ac nepotes eius vsque ad quartam generationem beneficijs, & honoribus ecclesiæ priuantur, & inhabiles sunt ad ea. Vniuersitas verò subiacet interdicto. Consiliarij nominatim excommunicandi: ipsi autem ac filij inhabiles sunt ad ecclesiæ honores ac feuda. *ibid. c.26.*

Ecclesiasticos vexantes excommunicati sunt, vniuersitates verò interdictæ. *conc. Sabin. c.* 18. vbi sunt principales delinquentes cessandum est à diuinis. *ibid.* Nec vmquam absoluendi, nisi satisfactione præuia.

Ecclesiasticis personis impediri non possunt tracturæ, exitus, &c. decimarum, annonæ, bladorum, vini, olei, pecorum, leguminum, armentorum, & aliorum, nec publicè, nec occultè, nec directè, nec indirectè, & nisi leges & statuta facta circa hæc reuocentur, qui fecerunt ipso facto incurrunt excommunicat. terrę verò interdicto supponuntur. *Conc. Tolet. 22. c. 21.* Vide, *excommunic. in Bulla Cœnæ.*

Ecclesiasticos trahens ad forum sæcularem, vel impediens ne ab ecclesiasticis iudicentur. Vide, *Impediens.*

Ecclesiasticorum redditus, prouentus, &c. non possunt per reges, reginas, &c. impediri sub nullo prætexru, etiam ad subueniendum ecclesiæ, sub pœna excommunicationis personis singularibus, eorum verò terris, interdicti. *Concil. Later. 5. sess. 9. Bulla de refor. curiæ c.3.*

Ecclesiasticos grauantes in actibus iudiciarijs exigentes ab eis pluſquam ab alijs, sunt excommunicati. *Conc. Toletan. 3. tit. censur. c.30.*

Ecclesiæ de bonis, quæ emunt, non tenentur præstare seruitium aliquod dominis sæculi. & qui exigunt illud sunt excommunicati. *Honor. III. ex Cirone tit. de censib. c.4.*

Ecclesiastici non tenentur ad muros reficiendos, vel faciendos, nec ire ad excubias. *ibid. c.5.* exigentes hoc excommunicandi sunt. *ibid.*

Ecclesiastica immunitas pro locis, & personis, Dei ordinatione est instituta, & canonicis sanctionibus. *Conc. Trid. sess. 25. de refor. c.20.*

Vide, *Immunitas.* Vide, *Ecclesiarum immunitas.* Vide, *Clericorum priuilegia.* Vide, *excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

Ecclesiasticorum persecutores.

Ecclesiasticas personas, vt Cardinales, Episcopos, aliosque clericos sæculares, regularesvè persequens hostiliter, vel offendens in persona, bonis, &c. incurrit pœnas, & censuras latas contra violantes immunitatem ecclesiasticam. *Concil. Lateranens. 5. sess. 10. constit. 2. & sess. 12. constitut. 1. Gregor. 13. in literis Bullæ Cœnæ. constitut. 81. Consueuerunt.*

Ecclesiasticorum bona, possessiones, vel seruos molestantes, excommunicantur. *24. q.3. cap. Paternarum.*

Ecclesiasticas personas, loca, &c. vel consanguineos, persequens eo quod non concurrerunt ad electionem, ipso facto sunt excommunicati. *De elect. in 6. c.Sciant cuncti.*

Ecclesiasticos iudices persequens, eò quod sententiam excommunicationis, interdicti, vel suspensionis in aliquos, siue iudices, siue officiales, siue alios protulerint; siue dederit licentiam, occidendi, siue capiendi, siue spoliandi, siue ipsos, siue suos, aut suorum bona; nisi re integra reuocauerint mandatum, ipso facto sunt excommunicati: sic etiam mandatarij, &c. Et si per duos menses in ea steterint, à solo Papa possunt absolui. *de sentent. excommunicat. in 6. cap. Quicumque.*

Ecclesiasticam personam diffidans, proscribens, spolians, vel mutilans; præter excommunicationem, & alias pœnas, quas ipso facto incurrit, fit infamis ipso facto. *Concil. constant. post sess. vlt. in confirmat. constit. Imperial.*

Ecclesiasticos impediens, ne exigant decimas aliaque iura, anathema est, vsque dum illi in suo iure restituantur: & si patroni sint ecclesiæ, etiam iure patronatus priuantur; si clerici, etiam beneficijs. *Concil. Trid. sess. 22. de reform. cap. 11.*

Ecclesiasticorum causas ad se aduocantes. Vide infra, *ecclesiastici quo ad forum.*

Vide, *Clericorum immunitas.* Vide, *immunitas.* Vide, *ecclesiæ immunitas.*

Ecclesiastici quo ad forum, & iudicia passiua.

Ecclesiastici non à sæculo, sed à iudice ecclesiastico iudicari debent in omnibus suis causis. *Anacletus ep. 1. Higinius ep. 1. lib. 2. const. Apost. c. 45.*

Neque à Principe, vel alio quouis sæculari possunt iudicari. *dist. 96. cap. Denique. cap. cum verum, cap. Satis euidenter. cap. Sicut quamuis. Concil. Treuerense c.16.* Actor trahens clericum ad tale iudicium cadit à iure suo. Si Clericus sit actor, excommunicationem incurrit. Iudex priuatur potestate iudicandi. *Concil. Treuerense ibid. Honorius 3. constitut. Has leges,* & idem *de foro competenti, ex Cirone cap. 2. Martinus V. constitut. 10. Ad reprimendas. §.3.*

Ecclesiasticus non potest consentire iudicio laicali, etiam si vocetur tamquam reus, sub pœna excommunicationis. *Concil. Treuer. c.16.*

Sed iudex ordinarius semper est ecclesiasticus. *3.q.6. cap. Peregrina. 11. q.1. c. Christianis. cap. Siluester. cap. Relatum. cap. Si quis ex Fratribus. c. Nullus clericus il 2. & cap. de persona.*

Vide, *ecclesiasticorum immunitas, supra.*

Ecclesiastici, qui nequeunt per ecclesiam corrigi, per sæculares corrigantur, & quomodo. *11. q.1. cap. Istud.*

Ecclesiastici inuiti, neque sponte possunt iudicari à sæculari iudice. *Honorius 3. ex Cirone, tit. de iudicijs c.4.* & *de foro compet. vt supra c.2.*

Neque possunt trahi. Iudices id facientes; executores; præsumentes se ingerere in iis causis; auxilium, vel fauorem dantes, excommunicantur, & Papæ reseruatur excommunicatio. Vniuersitates interdicuntur, & priuilegia in contrarium non prosunt. *Martin. V. constit. 10. Ad reprimendas §.3. & 4. Gregor. 13. in literis Bullæ Cœnæ §. 15. const. 81.* Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

Ecclesiasticos sententiantes capitaliter, &c. in Bulla Cœnæ excommunicantur. *ib.§.19.*sic eas sententias ordinantes. *ib.*
Ecclesiasticorum causę mere ecclesiasticæ ab Ecclesię iudicantur. si mixti fori, quid agendum. *Pius 4. const.52. Licet.*
Ecclesiasticas causas ad se auocantes sæculares, excommunicantur in Bulla Cœnæ. *Gregor.13.const.81. §. 14.*
Vide, *Clerici à quo iudicandi.*

Ecclesia circa confugientes ad eam.

Ecclesia debet defendere fugientes ad eam. *dist.87. cap. Eos. 23. q. 5. cap.Reos.*
Sed mancipia aliorum fugientia ad ecclesiam, teneri non debent. *ibid. cap. Eos.* Sed data securitate à domino de non maletractando, &c. debent ei restitui. *17. q.3. c.Metuentes. cap. Vxor. de Immunit. eccles. cap. Inter alia. conc. Aurel. 3. c. 5. Aurel. 5. c. 23. epaun. c. 39.*
Ante datam securitatem de nullo in ferenda pœna, nullus de Ecclesia extrahatur. *17. q. 3. cap.Id constituimus. & cap. Diffiniuit. Concil. Aurel. 1. c. 3. Concil. Matiscon. 2. c.8. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c.95. Conc. Mogunt. c.39.*
Fugiens ad ecclesiam, nulli debet consignari, nisi habita securitate de libertate à morte, à debilitate, & alijs pœnis: sed fugiens conueniat de satisfactione. *Conc. Aurelian. 1. c.3. Aurel. 4. c.21. 17. q. 3. c. Id constituimus.*
Extrahens aliquem fugientem ad ecclesiam, est excommunicatus. *17. q. 3. cap.Si quis contumax. De Immunit. ecclesiast. c. Inter alia. Conc. Claramont. c.29. & 30.*
Delinquens ob securitatem Ecclesiæ, & fugiens ad eam, cum dicta assecuratione vitæ, &c. potest restitui; *Concil. Claramont. cap. 30.*
Fugiens ad ecclesiam, nec potest extrahi, nec ad mortem, aut ad membrorum perniciem damnari. *de Immunit. Ecclesiast. cap. Inter alia.*
In quibus casibus possunt extrahi. *ibid. c. Inter alia. Greg. 1. lib. 8. ep. 38.* Vide, *Immunitas, ex const. Gregor. 14.*
Eijciens aliquem de ecclesia per pecuniam deponatur. *De simonia cap. Qui alium.*
Ad ecclesiam confugientes latrones non gaudent immunitate. Vide, *Latrones.*
Ad ecclesiam confugientes, quando non gaudent. Vide, *Immunitas.*
Verberantes aliquem confugientem, & receptum in ecclesia, sunt excommunicati. *17. quæst. 3. cap. Nullus clericorum. Conc. Illerdens. cap. 8.*
Ecclesia tueri debet eos, quos recipit sub protectione. *Dist. 87. cap. Irreligiosum.*
Ad ecclesiam confugientes recipi debent à Clericis, cum consensu episcopi. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. De ecclesijs, & earum cultu.*
Ecclesiastica Immunit. non gaudent hæretici, apostatæ, & suspecti de fide. *Ioan. 22. const. 1. ex parte.* Vide, *Immunitas.*
Ex ecclesiæ atrio nullus potest extrahi, si ad ipsum confugit, alias extrahens est excommunicatus. *17. q. 3. c. Diffiniuit, & c. Id constituimus. Conc. Cabil. 2. c. 19.*
Ante datam securitatem de non inferenda vlla pœna, nullus ex atrio extrahatur. *ibid.*
Atrium ecclesiæ per 30. passus clauditur. *17. q.3.c. Diffiniuit. Conc. Cabil. 2. c.19. Conc. Coiacense c.12.* Vide, *Atrium.*
Ex ecclesia sine licentia episcopi, nullus extrahi potest. *Conc. Agath. c. 46. 12. q.2. cap.Fugitiui.*
In ecclesijs, nec spoliari, nec perquiri possunt à iudicibus cadauera mortuorum, sed extra ecclesiam hæc fiant. *Conc. Mediol. 1. part.2. tit. de ecclesijs, &c.*
Circa confugientes ad ecclesias hæc seruari debent *ex const. 7. Gregor. 14. cum alias.* Quando confugientes non gaudent Immunitates, non possunt extrahi à laico iudice immediatè, sed cum licentia episcopi, aut officialium, vel aliorum, si nullius sit Diœcesis, vel conseruatorum Sedis Apostolicæ. Si locus sit exemptus, petatur ab episcopo viciniori: & si isti superiores recusant assistere, potest Iudex capere. Tales extracti ponendi sunt in carcere ecclesiastico, donec cognoscatur per episcopum, an crimen quod obijcitur, commiserint; & postea iudici sæculari dentur. Si delinquentes sunt Clerici, regulares, milites Sancti Ioannis, &c. non possunt, nec peti, nec extrahi. *ibid. §.6. & 7.*
Vide, *Immunitas.* Vide, *Episcopi iurisdictio.*

Ecclesiarum priuilegia.

Ecclesiarum priuilegia intacta sunt seruanda. *25. q.2. c.1. & cap.In Galliarum. Concil.Meldense c.1.*
Ecclesiarum priuilegia debent à Papa conseruari illæsa. *25. q.2. cap.de ecclesiasticis. cap. priuilegia, Ecclesiar. 1.2.& 3.*
Ecclesiarum antiqua priuilegia seruanda. *conc.Constan.4.c.18.*
Ecclesiarum priuilegia, Apostolorum iussu debent intemerata custodiri. *Anaclet. ep.1.*
Ecclesia possidens aliquid per 30. annos, est domina illius. *concil. Constantinop. 4. c.18.*
Ecclesiarum priuilegia annis 40. præscribuntur. *De priuil. c. Accedentibus.* & contra eas non potest opponi præscriptio minor. *ibid.*
De ecclesiarum, & ecclesiasticorum omnium præiudicijs, licet toleratis permissis; & de eis permittantur imprimi libri; numquam fieri potest præscriptio, quantumuis longum transeat tempus. Vide, *Eccl.Rom. priuil.*
Ecclesia non tenetur de deposito, vel alio, quod tenebat clericus in proprium commodum. *De deposito c.1.*
Ecclesiasticæ rei compromissum fieri non potest in manu mulieris habentis iurisdict. *de Arbitris c. dilecti.*
Iuramenta facta ab ecclesiasticis contra libertatem ecclesiæ, non sunt seruanda. *De iure iurando in 6. c.1.*
Ecclesia empta non potest compromittere in præiudicium emptoris. *de arbitris c. cum tempore.*
Ecclesia iure minoris gaudet, vt seruetur illæsa. *De in integrum restit. cap.1.*
Ecclesijs imponi non possunt noui census. Vide, *ecclesia quo ad census.*
Ecclesiæ damnum inferre non potest dictum vnius personæ. *de reg. iuris in 6. reg.76.*
Ecclesiastici possunt bona temporalia habere. *Bonifacius 9. const.4. Et si Imperialis.*
Vide, *Apostoli*, in medio. Vide, *ecclesiæ, & ecclesiastici quo ad bonorum temporalium possessionem.*
Ecclesia non patitur incommodum, si clericus delinquit. *16. q.6. c.Si episcopum, & c. cognouimus.*
Ecclesiarum Romæ priuilegia circa ædificia facienda. Vide, *Roma.*
Vide, *Priuilegia.* Vide, *ecclesiæ immunitas.* Vide, *clericorum priuilegia.*

Ecclesia, quæ bona, & reditus acceptat, & quæ non.

Ecclesia non debet acceptare bona, quæ sibi dantur à patre aliquo, qui exhæredauit filium. *17. q.3. cap.vlt.*

Ecclesiarum fundatores, quæ iura habere possunt.

Ecclesiam fundans, nihil sibi ex ea vendicet. *16. q.7. cap. Piamentis. c.Frigentius, c.ecclesias.*
Ecclesiarum fundatores in rebus ecclesiasticis nullam habent potestatem. *10. q.1. cap.Nouerint. & cap. de his. Concil. Tolet.4. c.33.*
Ecclesiarum fundatores, seu patroni offerunt episcopo Presbyteros ordinandos. *16. q.7. c. Decernimus. cap. Monasterium. & cap. Rationis.* Vide, *Patronus.*
Ecclesiarum fundatores honorandi sunt à Clericis. *16. q.7. cap. considerandum.*
Ecclesiarum fundatores si in egestatem deueniunt, ab ecclesijs sustententur. *16. q.7. c. Quicumque. Conc. Tolet.4.c.38.*
Ecclesię fundatę ab aliquo non possunt auferri ab eius ditione, & iure. *16. q.7. c.Monaster. & c.Rationis.* Vide, *Patronus.*

Ecclesiæ quò ad procurationes, seu expensas Episcoporum, &c. aliorum.

Ecclesiæ omnes, nisi sint exemptæ, tenentur soluere procurationes pro Legatis Papæ. *de censibus c. cum instantia.*

Ecclesiæ

Ecclesiæ Diœcesanæ tenentur soluere procurationes episcopis. *de censibus cap. cum olim.*
Ecclesiæ nouiter habitæ, circa procurationes seruent consuetudinem vicinarum. *ibid. cap. Super eo.*
Ecclesia Ciuitatis, dum episcopus visitat, tenetur soluere illi procurationes, id est expensas. *ibid. c. Venerabili.*
Ecclesia, nisi sit exempta, debet episcopalia Diœcesano. *de religiosis domibus c. Constitutus.*
Vide, *episcopus visitans.* Vide, *Visitator.* Vide, *Legatus Papæ.* Vide, *Procurationes.*

Ecclesiarum incendiarij.

Ecclesiarum incendiarij, præter excommunicationem carent ecclesiastica sepultura: quod si pœnitent etiam in fine, & confitentur errorem, possunt eam habere, sed hæredes tenentur restaurare damnum. *Conc. Lateran. 3. in append. tit. de raptoribus cap. 1.*
Ecclesiarum incendiarij, olim per 15. annos pœnitentiam faciebant (id est publicam) & restituebant damna, postea absoluebantur. *Iulius 1. ep. 3. c. 9.*
Vide, *Incendiarij.*

Ecclesiæ ab hæreticis olim possessæ, vel inter barbaros constitutæ.

Ecclesiæ possessæ ab hæreticis, si recuperantur, pertinent ad eos, ad quos prius. *conc. Afric. c.84.* Ad episcopum loci pertinent. *conc. Tolet. 3. c.9.*
Ecclesiæ carentes episcopo, Clero, ac populo Christiano, prouideri non possunt de episcopo, nisi de licentia Papæ. *Clement. de elect. cap. In plerisque.* Et si quis pro ea consecrari se permittit, careat honore episcopali. *ibid.*
Ecclesiæ hæreticorum diuinis applicari non debent; sed illæ solum, quæ fuerant à Catholicis dedicatæ. *conc. epaunen. c.35. conc. Lucense 2. c.70. 1. q. 1. c. Non liceat.*
Ecclesiæ inter barbaros constitutæ, gubernandæ sunt iuxta consuetudinem Patrum. *Conc. Constantinop. 1. c. 4.*

Ecclesiæ nouæ, quando fieri debent, &c. circa hoc.

Ecclesia noua ædificanda est, si alia sit distans. *De ecclesiis edificandis cap. Ad audientiam.*
Ecclesia vetus debet aliquid contribuere nouæ. *ibid.*
Ecclesia noua potest per episcopum ædificari, vbi adest necessitas, non obstante iuramento de rebus ecclesiæ non alienandis. *de edificandis eccles. c. fin.*
Ecclesia quælibet etiam noua, vnum saltem debet habere Presbyterum. *Conc. Vormat. 1. c. 50.*
Ecclesia noua saltem vnum mansum debet habere. *ibidem. cap. 50.*
Ecclesia noua sine Papæ licentia erigi non potest, (id est Cathedralis, vel Collegiata.) *Nicolaus 1. in decretis tit. de Rom. Eccles. cap. 11.*
Ecclesia noua fundari non potest, nisi saltem vnum mansum habeat. *de censibus, &c. c. 1.*
Ecclesia nouiter ædificata post nunciationem noui operis demolienda est sumptibus constituentis. *de nunciat. noui operis c. 1. Cum ex iniuncto.*
Ecclesia noua, vel monasterium Mendicantium ædificari non potest propè ecclesias fratrum Sancti Augustini in spatium 140. cannarum. *Bonifacius 8. const. 2. Ad consequendam.* Vide, *Parochialis.*

Ecclesiæ bonorum, &c. locationes & permutationes, quomodo faciendæ.

Ecclesiarum fructus annuo censu locari possunt. *de Prælatis cap. finali. Conc. Londinen. 2. c. 8. Conc. Colon. 3. tit. De officiorum, &c. cap. 11.*
Ecclesiarum Terræ, Prouinciæ, Castra, &c. non possunt alienari, donari, infeudari, aut locari, nisi ex licentia Papæ, per nouem annos, neque fiat prorogatio, nisi per eundem cum consensu Cardinalium. *Conc. constant. post sess. vlt. in confirm. const. Imperial.*
Ecclesiæ res immobiles per meliores permutari possunt, & quomodo. *De rerum permutat. cap. 1.*
Ecclesiæ, rerum permutatione, &c. facta sine solemnitate, & in casu prohibito, restituitur etiam per successorem. *ibid. cap. vt commutationes.*
Ecclesiæ quomodo possunt inuicem possessiones permutare, & supplere minus valens. *ibid. c. ad quæstiones.*
Ecclesiæ prædia, &c. non possunt perpetuò locari. *De rebus eccles. non alien. cap. Ad audientiam. Concil. Londinens. 2. cap. 10. extra, de rebus eccles. non alienand. cap. Ambitiosæ.*
Ecclesiæ officia, dignitates, beneficia, prouentus, &c. dari non possunt ad firmam, sed eorum fructus conduci, & locari possunt. *Conc. Londin. 2. c. 8.*
Poterant olim Clericis tantum, non verò laicis dari ad firmam per quinquennium, & non vltra, nec poterant confirmari. *Concil. Londinense 2. c. 9. Concil. Oxon. 1. c. 15.*
Ecclesiarum possessiones in locis, in quibus ecclesiæ habent dominium temporale, vendi non possunt, nisi subditis ecclesiæ, alias venditiones nullæ sunt, & excommunicationem incurrunt ementes, & vendentes. *Concil. Toletan. 19. cap. 1.*
Ecclesiæ prædia, res, &c. locari non possunt consanguineis Prælatorum locorum, neque familiaribus eorum. *dist. 89. cap. decenter.*
Ecclesiarum domus, prædia, &c. locari non possunt cum pacto, vt in eis eligatur sepultura, vel decimæ eis soluantur. & contractus nulli sunt. *De pactis cap. Plerique.*
Ecclesiæ bona locari non possunt cum anticipatis solutionibus in præiudicium successorum, nullo obstante priuilegio, & irritæ sunt locationes. *Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 11.*
Ecclesiæ terræ, redditæ fertiles, dari debent in emphyteusim hæredibus eorum, qui fecerunt eas fertiles, si eas sic volunt, & non sint alij, qui plus offerant pro ecclesiæ vtilitate. *De rebus eccl. alien. vel non. c. Ad aures. conc. Later. 3. in append. tit. de alienat. c. 4.*
Ecclesiarum bona locari non possunt vltra triennium. *Paul. 2. const. 5. Ambitiosæ. Extra, de rebus eccl. alien. vel non.* Pœnæ contra facientium. *ibid. Vrb. 8. const. 51. Humanæ.*
Ecclesiæ prædia, &c. locata laicis cum damno ecclesiæ, redeant ad ecclesiam, & compensentur meliorationes factæ. *Concil. Later. 3. in append. tit. de alienat. c. 7.*
Ecclesiasticæ iurisdictiones locari non possunt, vt v. g. facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus; admittendi ad aliquas functiones spirituales, &c. *Concil. Trid. sess. 25. de reform. c. 11.*
Ecclesia sæcularis, quando potest permutari in regularem. *de eccles. edificandis c. Ad audientiam il 2.*
Vide, *Alienatio, Alienare, &c.* Vide, *Locationes.*

Ecclesia vacante, quid agendum, & quid cauendum.

Ecclesia vacante de Prælato, aut Rectore, reditus per œconomum exigantur, & conseruentur integri. *Conc. Calced. c. 25. Concil. Lateran. 3. in append. tit. de iure patron. cap. 21. Concil. Rom. 4. sub Ioann. 22. c. 1.* Non potest impediri à patronis, & pœna. *ibid.*
Ecclesia Cathedrali vacante prouideatur intra tres menses, alioquin ij ad quos spectat, priuantur iure eligendi illa vice, & deuoluitur ad eum, qui proximè præest. *Conc. Lateran. 4. cap. 23.*
Ecclesia vacante, nuncietur per Diœcesim; vel per Prouinciam, si moritur Archiepiscopus, & interim fiant orationes, &c. *Conc. Rauenn. sub Clem. V. c. 1.*
Si ecclesia vacante sit lis inter patronos, &c. interim prouidendum de œconomo. *Conc. Later. 3. tit. de iure patr. c. 21.*
Ecclesia iurispatronata vacante, si differtur prouisio, œconomus in ea ponatur ab episcopo. *de off. Iud. ordinarij c. cum vos plerumque.*
Ecclesia vacante, dum fit electio, quis gubernat. Vide, *Electores, in fine.*

Ecclesia vacante œconomus exigat reditus. *Conc. Vormat. 1. c. 76.* Vide, *Economus*. Vide, *episcopalis sedes*.

Ecclesiam vacantem occupans, est excommunicatus. *De elect. in 6. cap. Generali*. Suspenditur ab officio, & beneficio, donec integrè restituat. *de elect. in 6. c. Quia sæpè. Conc. Tolet. 22. cap. 18.*

Ecclesia Cathedrali vacante, solus Papa prouidet de visitatore. *de supplenda neglig. &c. in 6. c. ecclesiæ*. Quando Metropolitanus potest prouidere. *ibid.*

Ea vacante, visitator Papæ potest prouidere beneficia, non autem visitator Metropolitani. *ibid.*

Ecclesiarum vacantium quarumcumque emolumenta, reseruanda sunt successoribus. *Clement. de elect. c. Statutum*. Emolumenta dicuntur, quę ex iurisdictione, etiam sigilli curiæ proueniunt, & quæ adessent, si ecclesia non vacaret. deducendæ tamen sunt expensæ rationabiles. *ibidem cap. Quod circa*.

Ecclesiæ Regularium vacantes prouidendæ ab eis intra sex menses, alioquin episcopus prouidere debet. *Clement. de supplenda neglig. Prælat. c. vn.*

Quænam sint exceptæ. *ibid.*

Ecclesia vacante, si ij, ad quos spectat, eligant indignum, (& ecclesiæ sint maiores) vel contra formam statutam, electio pertinet ad Papam. *de electione in 6. c. Quamquam*.

Ecclesiæ carentes episcopo, clero, ac populo Christiano, non possunt prouideri de episcopo, nisi de licentia Papæ. *Clement. de elect. cap. In plerisque*. Si quis pro ea consecrari se permittit, careat ordine episcopali. *ibid.*

Ecclesia vacante, si ij, ad quos spectat, non prouident, prouidere debet superior vicinior. *de elect. in 6. c. Quamquam*.

Ecclesia carente rectore, & administratore, cessatur à diuinis, nisi prouideatur. *de iure patronatus c. 1.*

Ecclesiæ vacant per assumptionem episcopi, vel alterius curati ad Cardinalatum. *Sixt. 5. constitut. 79. Sanctissimus*. Nisi concessa fuerit retentio. *ibid.*

Ecclesiæ vacantes in Regno Franciæ, quomodo prouidendæ, iuxta concordata cum Sede Apostolica. *Concil. Later. 5. sess. 11. const. 2. Primitiua*.

Vide, *Beneficia quibus danda*. Vide, *Benefic. incapaces*. Vide, *Sede vacante*. Vide, *Vacans*. Vide, *Electio*. Vide, *Beneficia quando conferenda*. Vide, *episcopatus*.

Ecclesiæ antiquæ non priuandæ iuribus propter nouas.

Ecclesia antiqua non priuatur suis iuribus, quæ possidet, per hoc, quod ædificata est alia de nouo. *16. q. 1. cap. ecclesiæ. & cap. Quicumque. Concil. Arelat. 4. cap. 20. Concil. Moguntiacum cap. 41.* Vide, *Decimæ quibus dandæ*.

Ecclesias accipientes cum aliquo pacto, vel conditione.

Ecclesiam obtinens cum pacto augendæ pensionis, priuatur illa. *de pactis cap. cum Clerici*.

Ecclesiam acceptans iurando soluere vltra pensionem, si postea in manu episcopi iurat soluere solitam, excluditur ab ecclesia. *conc. Lateran. 3. in append. tit. de iuramentis cap. 4.* & si non soluit solitam, qui iurauit soluere, priuandus est ecclesia, quia periurus, nisi ex necessitate id faciat. *ibidem. cap. 5.*

Vide, *Beneficia nec danda, nec accipienda cum pacto, &c.*

Ecclesiarum Prælati, & Rectores, quo ad portionem congruam, qua ali debent.

Ecclesiastici, & Rectores ecclesiæ, ex ecclesiæ redditibus sunt alendi. *Lib. 2. const. Apost. c. 25. & 26.* Vide, *ecclesiarum reditus a quo, & quibus distribuendi*.

Ecclesiæ Prælatus, seu Rector de ecclesię reditibus habere debet sufficientem portionem. *de præbend. & dignit. c. extirpandæ. concil. Sabin. c. 10.*

Debet habere tantam portionem, quæ sufficit ad se sustentandum. *concil. Lateranen. 4. c. 30.*

Portio, quæ debet remanere pro episcopo, est valor ducatorum mille pro quolibet anno: & nisi reditus ecclesiæ Cathedralis superent hunc valorem, non potest super eas poni pensio. *Conc. Trident. sess. 24. de refor. c. 13.*

Ecclesiæ Rector, si per Vicarium perpetuum regit, tenentur ei assignare prouisionem sufficientem ad victum. *Conc. Mogunt. 4. cap. 80.*

Ecclesiæ Rector, instituto Vicario perpetuo, non potest eum amouere, nisi per se velit regere, vel ob aliam causam culpabilem probandam coram episcopo, vel Vicario. *ibid. Mogunt. 4. c. 80.* Vide, *Vicarius perpetuus*.

Ecclesiæ iuuandæ per auxilia Principum, & iudicum sæcularium, & hi tenentur eis parere, & quando.

Ecclesiæ in necessitate petere possunt auxilium dominorum, & iudicum sæcularium, qui eas adiuuare debent. *concil. Afric. cap. 34. Dist. 97. cap. ecclesiæ meæ. cap. Victor Honorius. 23. quæst. 4. cap. Non inuenitur. quæst. 5. cap. Prodest*.

Ecclesiæ Prælati, & Rectores ab omnibus dominis sæcularibus etiam, & iudicibus sunt protegendi, vt suum officium exequi possint. *conc. Meldense c. 1.*

Ecclesia per sæculares punit crimina, atrocia, exequi committens pœnas contra ea. *23. q. 5. c. Sunt quædam*.

Ecclesia contra hæreticos petit auxilium à Regibus, & alijs. *23. quæst. 4. cap. Non inuenitur*. Vide, *Hæretici quomodo puniendi*.

Ecclesia per Reges defendenda est. *conc. Paris. lib. 2. c. 2.*

Ecclesia vna, duobus Rectoribus, aut Prælatis non danda.

Ecclesia vna non potest habere duos Prælatos, seu episcopos. *7. q. 1. c. In Apibus. c. Sicut alterius*.

Ecclesia vna dari non potest duobus Rectoribus, aut Vicarijs. *conc. Londin. 2. c. 13. conc. Later. 5. sess. 9. in Bulla de refor. curię. 21. q. 2. cap. Sicut in vnaquaque. conc. Oxon. 1. cap. 4. & 5.*

Ecclesiæ, quomodo ornandę.

Ecclesiæ non sunt ornandæ multa suppellectili, vt domus laicæ. *de custodia eucharistię c. fin.* Non ornandæ paramentis prophanis. *concil. Later. 4. c. 19.*

Ecclesię, & Ecclesiastici quò ad bonorum immobilium possessionem.

Ecclesia, & ecclesiastici possunt habere, & possidere bona immobilia, cum dominio eorum. *conc. Senon. c. 17. concil. Constant. contra art. 36. Vuicleff.* & hoc non est contra regulam Christi. *ibid. contra art. 32.* Neque contra Sacram Scripturam. *ibid. contra art. 10. Vuicleff.*

Ditare ecclesiam, vel ecclesiasticos non est peccatum, neque contra Christi regulam, neque Siluester, aut Constantinus eam ditando peccauerunt. *conc. Constant. contra art. 32. 33. & 36. Vuicleff.*

Ecclesiastici non possunt spoliari bonis temporalibus à Principe sæculari, quando peccant, seù delinquunt. *Conc. Constant. contra art. 16. Vuicleff.*

Bona temporalia, possunt in manus ecclesiasticorum venire, & possideri. *Bonifac. IX. const. Etsi Imperialis*. Quod Carolus 4. etiam confirmauit. Vide, *ecclesiarum, & ecclesiasticorum priuilegia*. Vide, *Clerici quò ad possessionem*.

Ecclesiæ à quo reparandæ, & quomodo.

Ecclesiæ reparari, & resarciri debent ab illis, qui fruuntur agris, vel alijs ecclesiæ bonis, seu redditibus. *conc. Aurelian. 1. c. 7.* Id est, qui habent beneficia. *concil. Mogunt. 42. conc. Arelaten. 4. c. 25. concil. Melden. c. 62. de eccles. ædific. cap. 1. & 6. de his. Concil. Colon. 2. part. 3. c. 23. 10. q. 3. cap. Priscis, & cap. Vnio*.

Eccleśia-

Ecclesiarum reparationi tertia pars reddituum est impendenda. *Concil. Tarracon. c.8.*

Ecclesiæ commendatæ reparari debent cum quarta fructuum, & aliquando cum tertia. *Conc. Later. 5. sess. 9. Bulla de reform. curiæ.*

Ecclesiarum ruinas non reparans cum debeat, quomodo puniendus. *Conc. Meldense c. 62.*

Ecclesiæ reparandæ sunt per redditus, & eleemosynas, vndecumque obuenientes. *conc. Mogunt. 4. c.88.*

Ecclesiarum reparationibus inuigilare debet episcopus, etiam si exemptæ sint, vt delegatus Papæ id faciat, vtaturque iuris remedijs. *conc. Trid. sess. 7. de refor. c.8.*

Ecclesiæ quibus commendari possunt.

Ecclesiæ commendari possunt Cardinalibus, & alijs personis qualificatis, ac benemeritis de ecclesia. *Concil. Lateran. 5. sess. 9. Bulla de refor. curiæ.*

Ecclesiæ commendatæ reparandæ sunt cum quarta fructuum, & aliquando cum tertia. *ibid.*

Ecclesiarum Prælati, & Rectores quo ad residentiam.

Ecclesiis addicti, vt Prælati, Rectores, & alij, ab eis non absint, sed negotia per alios faciant. *Conc. Elibertinum cap. 18. Concil. Carthag. 5. cap. 5. Concil. Afric. cap. 38. Concil. Arelat. 2. cap. 13.*

Ad ecclesiam promoti tenentur quam primum discedere versus ecclesiam: qui Romæ sunt, intra mensem, qui extra Romam in Italia intra duos: qui extra Italiam intra quatuor, etiam Cardinales, sub pœna amissionis fructuum, & facultatis testandi, & interdicto ab ingressu ecclesiæ. *Vrban. 8. constit. in append. 27. §. 9. Sancta.* Sine declaratione. Nullum negotium licet grauissimum excusat, ne pœnæ incurrantur. §. 10. Neque conniuentia, aut tolerantia Papæ excusat. §. 10. Non possunt sine licentia Papæ ab ecclesia discedere. §. 8.

Ecclesia non est relinquenda ab episcopo in quolibet casu, si potest in ea durare. *Adrianus 1. in decr. c. 59.*

Ecclesiæ, licet pauperis, Rector non residens, ea est spolianda. *Concil. Oxoniense 1. c.7.*

Ecclesiarum Rectores, & Prælati per se ipsos residere tenentur, & gubernare, sub pena priuationis fructuum pro tempore, quo non resident, & alijs, excepta causa necessitatis. *Concil. Colon. 3. tit. de officiorum, & c. cap. 6. Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 1.*

Quando adsunt causæ necessitatis, approbari debent à Papa, excepta causa vtili Reipublicæ, vel episcopatui, quæ sit repentina, quæ approbatione non eget. *ibid.*

Episcopi, &c. Rectores in quolibet anno possunt per duos, vel ad summum tres menses, siue interruptos, siue continuos, extra dictas causas abesse ab ecclesia, dummodo grex nullum patiatur detrimentum. *Conc. Trid. vbi supra c. 1.*

Episcopi tempore Aduentus, Natiuitatis Domini, Quadragesimæ, Paschatis, Pentecostes, & Corporis Christi, non possunt abesse à sua ecclesia, nisi alij venerint ad exercendum Pontificalia. *Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 1.*

Episcopi, & alii habentes curam animarum non residentes peccant mortaliter, & non faciunt fructus suos, nec tenere eos possunt; absque alia declaratione, sed fabricæ per eum, vel superiorem applicentur, neque de hoc fieri potest compositio, neque condonatio. *Conc. Trid. ib. c. 1. circa med.*

Episcopi, Rectores, & alii curam habentes, & beneficiati, etiam Cardinales, tenentur residere sub pœna amissionis fructuum, & facultatis testandi, disponendi, &c. & interdicti ab ingressu ecclesiæ, ipso facto absque declaratione: & nullum iuuat priuilegium: & si duas habet ecclesias vnitas, tenetur residere in ea quæ exigit residentiam. *Vrbanus VIII. const. in appendice 27. alias 137. Sancta Synodus.* etiam si Cardinales, *vt supra.*

Vide, *Beneficiati quo ad residentiam.* Vide, *Residentia.* Vide, *Parochi.* Vide, *Episcopi.*

Ecclesiarum Rectores à quo eligendi, & quomodo priuandi.

Ecclesiæ Rector olim eligebatur à Presbyteris illius ecclesiæ. *De elect. c. 1.* Vide, *Episcopus.*

Ecclesia de gremio alterius potest (si est consuetudo) eligere sibi Prælatum. *de consuetud. cap. cum dilectus.*

Ecclesiæ Rector priuari non potest officio sine crimine. *De accusationib. c. Si constiterit.*

Ecclesiæ Rectori, si est leprosus, dandus est coadiutor, qui de ecclesiæ reditu sustentetur. *de clerico ægrot. & c. cap. de rectoribus.*

Ecclesia priuandus, qui non soluit pensionem, quia periurus. *Conc. Later. 3. in append. tit. de iuramentis c. 5.* Intellige, nisi ex impotentia id accidat.

Ecclesiarum oblationes, eleemosynæ, ac legata.

Ecclesiæ oblationes, ac reditus sunt vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum. *Concil. Aquisgranat. sub Ludouico Pio c. 116.*

Ecclesiæ oblationes donans sine licentia episcopi, anathema dicitur à *Concil. Gangrensi c. 7. & 8.*

Ecclesiæ oblationes supprimens, vel fraudans, ab ecclesia excludatur. *Conc. Arelat. 2. c. 28.*

De oblationibus, & decimis quarta danda episcopo. *Concil. Tolet. 1. cap. 20.*

De oblationibus, & eleemosynis populorum prædia, & alia ecclesiarum primò empta fuerunt. *Vrban. I. epist. decr.*

Oblationes, eleemosynas, seu legata ecclesiarum retinens, ab ecclesia arceatur. *Post Conc. Valent. c. 1.*

Ecclesiarum legata, seu relicta non soluunt vlli quartam. *Extra, de priuilegijs c. Inter cunctas.*

Ecclesiæ donata reuocans, excommunicatur, vsque dum restituat. *Conc. Aurel. 3. c. 22. & Conc. Aurel. 4. cap. 19. Concil. Aurelian. 5. c. 16.* Vide, *Legata pia.* Vide, *Eleemosyna.*

Ecclesiarum aduocati, seu defensores.

Ecclesiæ habere debent defensores, seu doctores, vel aduocatos pro suis causis. *Conc. Mileuit. c. 16. Conc. Afric. c. 42.*

Ecclesiarum defensores sint ecclesiastici, non laici. *Gregor. I. lib. 7. ex regist. ep. 24.* Vide, *Defendere.*

Ecclesiastici, quibus acquirunt.

Ecclesiastici, siue episcopi, siue alii Rectores, &c. qui dum ad gradum ecclesiæ assumuntur, nihil habent, quidquid post ea emunt, nomine ecclesiæ emere debent, sub pœna priuationis gradus. *12. q. 3. c. 1. q. 4. c. Sacerdotes. c. Quicumque. & cap. Presbyter.*

Ecclesiæ curam habens potest disponere de ijs, quæ habebat ante beneficium, &c. alia verò acquisita sunt ecclesiæ. *Concil. Tolet. 9. c. 4.*

Ecclesiæ acquiruntur omnia, quæ episcopus, Rector, beneficiatus, &c. acquirit, multo magis si ex emolumentis ecclesiæ acquisita sint. & meliorationes prædiorum ecclesiæ post mortem eorum cedunt in ecclesiæ vtilitatem. *de Speculo clericorum, per totum.*

Ecclesiastici, qui de aliis bonis, & non intuitu ecclesiæ, aliquid emunt, possunt de eo disponere. *12. q. 3. c. Quicumque.*

Vide, *ecclesiastici quò ad testamenta.* Vide, *ecclesiæ spolia.* Vide, *Clerici quò ad testamenta.* Vide, *Testamenta.*

Ecclesiastici in causa sanguinis, & in agitatione bestiarum.

Ecclesiastici iudicare non possunt in causa sanguinis, sub pena reclusionis in ergastulo. *23. q. 8. c. His à quibus. Conc. Turonens. 1. c. 4. 15. q. 4. c. Nullus Episcoporum.*

Ecclesiastici in sacris, vel beneficiati, non possunt esse præsentes agitationibus bestiarum, sub pena excommunicationis ipso facto. *Pius V. const. 48. de Salute.*

Ecclesiastici, qui in obsidione reperiuntur, à sanguine abstinere debent, alioquin non possunt promoueri, priuantur exerci-

tio ordinis, & aliæ pœnæ. *Conc. Illerd. c.1. dist.50. cap. de his clericis.* Vide, *Clerici in causa sanguinis.*

Ecclesiastici à multis abstinere debent.

Ecclesiastici tractare non possunt sæcularia negotia, alias ejiciendi sunt ab ecclesia. *conc. quod dicitur Apostol. c.7.*
Ecclesiastici non debent armis vacare. 23. q. 8. c.1. Si ecclesiasticus moritur in bello, non fiat pro eo oratio. *ibid. cap. Quicumque.*
Non possunt vacare vsuris. *conc. Laodic. c.5.*
Ecclesiastici non possunt testimonium dicere in causis sæcularì. *conc. Carthag. 5. c. 1.*
Non possunt depositi, &c. recurrere ad Imperatorem, alias careant spe rehabilitationis. *conc. Antioch. c. 12.*
Non possunt relinquere iudicium ecclesiæ, & recurrere ad sęculares; locum amittant, etiamsi fauorabilem habeant sententiam. *conc. Carthag. 3. c. 9.*
Possunt tamen cum iniuriantur, recurrere ad iudicium sæculare. *conc. Afric. c. 15.*
Ecclesiastici, qui in ordine genuerunt filios, non possunt promoueri ad superiora. *conc. Taurin. c. 7.*
Cauere debent ab actibus scurrilibus. *conc. Colon. 3. tit. de offic. &c. c. 11.*
Ecclesiastici Prælati non possunt punire Clericorum delicta cum pœna pecuniaria. *conc. Mogunt. 4. c.77.*
Ecclesiastici non sint sortilegi, seu consulentes magos, ariolos, aruspices, &c. & quomodo puniendi. 26. q. 5. per 14. capita id tractatur.
Non possunt esse presentes agitationibus bestiarum. Vide supra, *ecclesiastici in causa sanguinis.* Vide, *clerici à quibus debent abstinere.*

Ecclesiastica iurisdictio cui potest committi, & quomodo.

Ecclesiastica iurisdictio committi non potest laicis, neque clericis leuibus, sed probatis. *concil. Colon. 3. tit. de officior. &c. c. 2.* Non potest committi per pecuniam, aut censum annuum. *ibid. c.4.* Non potest vendi. *ibid. c.4.* Sub pœna excommunicationis, & contractus est nullus. *ibid.* Omnia hæc confirmat *conc. Mogunt. 4. c.77. conc. Trident. sess.25. de refor. cap. 11.*
Ecclesiasticæ causæ in partibus committendæ, debent committi alicui, vel episcopo, vel personis designatis in Synodis Prouincialibus, iuxta *Bonifac.8. const. Quę incipit, Statutum. conc. Trident. ibid. c.* 10. & si aliquis ex ijs deputatis moritur, episcopus cum consilio Capituli, alium substituat vsque ad futuram Synodum. Quælibet autem Diœcesis habere debet quatuor personas qualificatas, quibus à Nuncio, vel Legato, vel Papa committantur causæ. *conc. Trid. sess. 25. de reform. c.* 10.
Ecclesiastica iurisdictio, vt potestas deputandi, aut nominandi Vicarium in spiritualibus, vel aliæ similes, non possunt locari, aut vendi. *conc. Trid. ibid. c.* 11.
Vide, *Commissio.* Vide, *Commissarius.* Vide, *Clerici coniugati.*

Ecclesiæ nullius Diœcesis, & exemptę.

Ecclesiæ nullius Diœcesis visitari possunt ab episcopo viciniori, vt delegato Papæ *conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 9.*
Episcopus, vt Papæ delegatus, potest ecclesiarum exemptarum reparationem curare, & præcipere, & vti potest remediis iuris. *Conc. Trid. sess.7. de reform. c.8.*

Ecclesiasticæ functiones, & ministeria.

Ecclesiasticæ functiones, & exercitia Ordinum Minorum fieri debent per clericos in minoribus ordinatos: celibes, vel etiam coniugatos, dummodo non bigamos, sed portantes tonsuram, & habitum clericalem. *Conc. Trid. sess.23. de reform. c.17.*
Ecclesiæ ministerijs præficiendi sunt clerici, &c. eiusdem ecclesiæ. *dist.24. c. Presbyteri.*
Vide, *Clerici quò ad ministeria ordinum.*

Ecclesiæ quot Presbyteros habere debent.

Ecclesia quælibet vnum saltem habeat Presbyterum. *Concil. Aquisgran. 3. p.3. c.vlt.*
In ecclesijs Parochialibus, & baptismalibus tot sint Presbyteri, quot sufficiunt pro Sacramentorum administratione, & in hoc maximè incumbere debet episcopus. *Concil. Trid. sess.21. de refor. c.4.*
Vide, *Clericorum numerus.*

Ecclesiarum res precariæ, quando dandæ.

Ecclesiarum res dari possunt, vt precariæ, sed quando, & quomodo. *Conc. Rhemense c.36. & 37. Concil. Meldense c.22.* De quibus faciendæ precariæ. *ibid.*
Precariæ omni quinquennio renouandæ. *de Precariis c.1.*
Precariæ factæ à prædecessore mutari possunt à successore, & quando. *ibid. cap. de precariis.*
Vide, *Precariæ.*

Ecclesiarum spatium per circuitum.

Ecclesiæ maiores habere debent per circuitum spatium 40. passuum. *Nicolaus I. in decr. tit. de eccles. c.3.*
Ecclesiæ minores habere debent per circuitum spatium 30. passuum. *Nicolaus I. in decr. tit. de ecclesiis c.3.*

Ecclesiarum tituli.

Ecclesiarum tituli Cardinalitij quot, & qui sint. *Sixtus V. constit.55. Religiosa.*
Vide, *Cardinalitii tituli.*

Ecclesiasticæ benedictiones, & orationes.

Ecclesiasticæ orationes, ac benedictiones, cum simplicitate faciendæ sunt. *dist.38. cap. Sedulò.*
Vide, *Benedictio.* Vide, *Consecratio.* Vide, *Sacerdos.*

Ecclesia S. Ioannis Laterani Romæ.

Ecclesia Sancti Ioannis Laterani Romæ supremum tenet locum super omnes ecclesias Vrbis, & Orbis. *Gregor. XI. const.1. Super vniuersas. Pius V. const.94. Infirma.*
Hæc ecclesia concessa fuit Canonicis Regularibus Sancti Augustini anno 1106. *à Paschali II. constit. Quanto.*
Hæc ecclesia gaudet præscriptione centum annorum. *Honorius III. constit. Sedis.*
Vide, *Basilica.* Vide, *S. Ioannes.*

Ecclesiastici quò ad testamenta, & dispositiones.

Ecclesiastici non habentes facultatem testandi à Papa, decimam tantum possunt donare, vel relinquere locis pijs. *Paulus Tertius const. 46. Romanus.*
Ecclesiastici Prælati, Rectores, ac beneficiati sine licentia Papæ non possunt, nec testari, nec disponere de bonis: & dispositiones sunt nullæ: spolia autem pertinent ad Cameram Apostolicam, etiam si legata essent facta ad fauorem locorum piorum. *Pius 4. const. 8. Graue nobis.*
Vide, *Clerici quò ad testamenta.*

Ecclesiasticorum spolia.

Episcoporum, & beneficiatorum (qui testandi non habent à Papa facultatem) spolia pertinent ad Cameram Apostolicam; etiam si legata, & dispositiones quas fecerunt, sint in fauorem locorum piorum. *Pius 4. const.8. Graue nobis.*
Omnia bona præfatorum, qui sine testamento (si habebant facultatem) decedunt, & illa quæ vltra facultatem (si habent) superant, pertinent ad cameram Apostolicam, etiamsi sint Cardinales. *Paulus 3. constit.29. Romani.*
Vide, *Spolia.*

Ecclesiastici quò ad exceptionem Capitis Odoardus.

Ecclesiastici, qui obtinent dilationem soluendi, virtute *capp. Odoardus*, & *Peruenit*, intra tres menses tenentur causam discutere, alias eis non suffragatur: licet possit prorogari aliquando. *Clem.7. const.16. cum nuper.*

Ecclesiasticus status, eiusque gubernium.

Status ecclesiasticus ecclesiæ Romanæ, primo à Constantino Imperatore concessus fuit. *Dist.96. cap. Constantinus il 1. & il 2.*

Deinde quod à Pipino, & Carolo Magno eius filio fuerat cum reali possessione traditum, per Ludouicum Pium I. Imperatorem confirmatur. *dist.63. c. Ego Ludouicus.* In quo Papæ, ac successoribus in perpetuum, tradit, concedit, confirmat donationem Ciuitatis Romæ, Ducatum Romanum, suburbana, vicos, & omnes terras in territorijs montanis, maritimis littoribus, portus, cunctas ciuitates, oppida, & castella, etiam in Tusciæ partibus. *ibid.*

Status ecclesiastici Prouinciæ, & Ciuitates, quæ sint. *Clem. 6. const.3. Etsi solertem.* Vide, *Dominium.*

Ecclesiastici status inuasores, terrarum eiusdem detentores, excommunicantur. *Iulius 2. const.22. suscepti Regiminis.*

Vbi aliquos nominatim excommunicat. alias etiam pœnas incurrunt. *Greg.13. const.98. Non sine.* Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

In statu ecclesiastico, nullus præter Papam potest instituere ministros, & officiales, vt Capitaneos, Potestates, Gubernatores, & alios similes. *Extrau. Ioann.22. de maiorit. & c. c. vn. Ecclesiæ.* Vide, *Sedes Romana.*

Ecclesiæ rebelles in Marchia Anconitana contra Rectores, & alios officiales, quomodo puniendi. Sic etiam dantes auxilium, vel fauorem. Quid de eis, & eorum filijs agendum. Quid si communitates id fecerint; & alia ad hoc spectantia. *Extrau. Ioan.22. de pœnis c. vn. Dierum.*

Gubernatores, & Loca-tenentes in statu ecclesiæ, ad quid tenentur in gubernio, & post *Clem.7. const.25. Onus.*

Ecclesiastici status terræ, oppida, & ciuitates non possunt, nec alienari, nec infeudari. *Pius 5. const.35. Admonet.* Neque hoc potest fieri cum euidenti vtilitate ecclesiæ. *ibid.* Idem repetit *Pius 5. in const.69. Volentes*, Vbi id fieri prohibet per Camerarium, vel clericos Cameræ. Id confirmat *Greg.13. const.3. Inter cætera.* Idem *Sixt. 5. const.26. Quanta.* & pœnę. *ibid.* Idem *Greg.14. const.1. Romanus.* Idem *Innoc.9. const.1. Quæ ab hac sancta. Paul.5. const.108. Pastorale munus.* Vbi etiam prohibet, nè vltra triennium alienentur, locentur, &c. alias nulli sunt contractus, & alienans cadit à iure suo, & Camera Apostolica potest ea capere, ac si alienans mortuus esset ab intestato. Notarij non reuelantes contractus, quas pœnas incurrunt. *ibid. Clemens 8. const.78. Romanum.* Vbi declarat, quæ sunt stabilia.

Ecclesiastici status, terræ, oppida, castra, ciuitates, &c. stabilia similia non possunt infeudari, neque post deuolutionem, neque quando nouiter fiunt, & confirmantur constitutiones prædecessorum circa hoc. *Paulus 5. const.13. Inter cætera.* Pœnæ præscriptæ sunt in omnibus præfatis constitutionibus.

In statu ecclesiæ non possunt subditi alienare, vendere, permutare castra, terras, loca, &c. alijs personis forensibus, id est extra statum, seu non subditis ecclesiæ. *Sixtus 5. const.3. Sollicitudo.* Quæ sunt bona, quæ non possunt vendi, permutari, alienari, &c. *ibid.*

Subditus ecclesiæ discedens à statu non amplius reuersurus, intra biennium sua bona vendat. *ibid.*

Clemens 8. const.1. Ad Romani, confirmat hæc omnia, non posse, scilicet, alienari ciuitates, terras, aut loca. Sedi Apostolicæ, siuè immediatè, siuè mediatè subiecta. Comprehendit etiam bona, quæ nondum data sunt in feudum; & quæ non erant deuoluta, & proinde reuocat *constit. Gregor.14.* circa non deuoluta. *ibid.*

Renouat prohibitionem, ne alienentur castra aliaque stabilia, vel quasi stabilia ad personas exteras, quæ extra statum

ecclesiæ manent, & mansuri sunt. *Clemens 8. ibid.* Declarat qui sint exteri. *ib.* & quæ sint bona stabilia, ac quasi stabilia. Alienationes, seu donationes si fiant, nullæ sunt, etiam si fiant Principibus. Et Notarius faciens instrumentum intra mensem tenetur denunciare. & pœnæ. *ibid.*

Idem confirmat *Vrbanus 8. const.4. Sacrosancti.* Quod replicat *in constitut. 65. Decus.* Siue forenses sint confinantes, siue non. Et in *const.41. in append.2. alias 151. Olim felicis.* Confirmat constitutiones antecessorum circa hoc, & extendit eas ad quoslibet contractus, etiam ratione dotis, respectu cuiuscumque personæ cum quauis præeminentia; & ad omnia bona, siue iurisdictionalia, siue non, modo sint immobilia: & secuta alienatione, intelligi omnia confiscata pro Camera, absque declaratione, etiam si contrahentes essent subditi Sedis Apostolicæ, nisi maneant in statu personaliter, & continuè.

In prædictis bonis vendi prohibitis, &c. non comprehenduntur officia Romanæ Curiæ, nec loca vacantia montium. *ibid. Vrb.8. vbi supra.*

Alij verò forenses, non Principes, alienantes stabilia extra Vrbem consistentia, distantia à mari vltra duo milliaria, incurrunt etiam pœnas confiscationis, nisi à die constitutæ dotis, vel initi contractus veniant ad habitandum in statu ecclesiastico, vel ea non dent alijs de statu, non obstante quolibet vinculo fideicommissi, vel alio non alienandi. *ibid.* Vbi multa diffusè de hac materia.

Omnes facultates alienandi, vel infeudandi in statu ecclesiæ ad personas exteras, etiam motu proprio Papæ cuicumque personæ concessæ, reuocantur, & annullantur. *Vrb.8. const. 6. Sanctissimus cap.64.*

Si detur à Papa licentia alienandi locum aliquem in statu ecclesiastico, vt oppidum, terram, &c. non intelligitur concessa licentia alienandi titulum, vt Ducatus, Principatus, &c. nisi id exprimatur in licentia habita. *Vrb.8. constitut.43. in append.2. alias 153.*

Omnes præfatas constitutiones de non alienandis terris, oppidis, & alijs immobilibus in statu ecclesiæ cum forensibus, vt supra, & pœnas contra delinquentes confirmat *Innoc.10. const.3. In supremo.* Sed hæc ante omnes fuerunt decreta *in Concil. Constant. post sess. vlt. in confirmat. const. Imperial.* vbi decernitur non posse, nec donari, nec vendi, nec locari, aut infeudari, nisi ex licentia Papæ, nec vltra nouem annos, & prorogatio fieri potest à Papa cum consensu Cardinalium. *Concil. Constant. vbi supra.*

Ecclesiastici status communitates non possunt se pro aliquo obligare, neque bona aliqua communitatum; alias irrita est obligatio. *Sixtus 5. const.42. Inter varias.*

Ecclesiastici status communitates non possunt oratores mittere, neque ad Papam publicis sumptibus sine licentia Papæ, licet vrgentissima esset causa, & pœnæ contrafacientium. *Sixtus 5. const.42. Inter varias §.8.*

Sed hoc non derogat statutis Populi Romani. *ibid. Clem.8.* Idem confirmat *const.10. Pro commissa* §.13. Non possunt ex bonis communitatis, neque ex collectis particularibus dona facere Potestati, siue Legato, siue Vicelegato, siue Cardinali, neque facere arcus, pontes, trophæa, &c. in eorum gratiam, non possunt alias expensas facere, neque pro locis pijs, neque prophanis, neque pro spectaculis, epulis vel exceptis ijs, quæ sunt notatæ in tabella. *ibid.* §.15. Vide, *Tabella.*

Ecclesiastici status communitates, loca, &c. habere debent tabellam, in qua describantur omnes impensæ, quæ fieri solent ab illis. & tabella illa semper seruanda est, nisi aliter præcipiatur. *Clem.8. const.10. Pro commissa.* Vide, *Tabella.*

Quid tenentur facere circa bonum regimen in debitis, & creditis. *ibi.* §.7. *Clem.*8. Quid de pecunijs, quæ superant. §.8. Cui tenentur reddere rationem. §.9. Forma sindicatus. §.9. & 10. Audientes sindicatum eorum, nihil possunt accipere pro expensis, vel pro alio; & pœnæ accipientium. §.11. Debitores communitatum, vel litigantes cum illis non possunt esse officiales in eis, & pœnæ admittentium. *ibid.* §.16. Contractus, & affectus earum, quomodo faciendi. §.17. Depositarij communitatum priusquam admittantur, debent dare cautionem: & pœnæ aliter facientium. §.18. Non

possunt

possunt facere remissiones, seu condonationes pœnarum alicui, neque pro ijs, qui duodecim filios habent. §.19. Decretis his contrauenientes, vel mandantes, aut curantes contraueniri, fiunt inhabiles ad officia. §.21.

Contra debitores communitatum procedunt Legati, Vicelegati, Potestates, Præsidentes, Gubernatores, non obstante decreto Auditoris Cameræ, vel Thesaurarij. *ib.*§.24.

Quando compelli possunt consanguinei delinquentium, &c. ad emendum bona per Cameram confiscata, vel subhastata. *ibid. in declarat. seq.*§.2.

In statu Ecclesiastico non possunt officiales grauare aliquem ad portandum granum, ligna, vel alia, nisi soluto debito pretio. *Gregor.*11. *const.*5. *Reuelationi*.

Gubernatores in statu ecclesiastico tenentur sindicatum dare, sic etiam Loca-tenentes. Quomodo, & coram quo, & alia ad hoc spectantia. *Clem.*7. *const.*25. *Onus*.

Ex statu ecclesiastico, nullus potest extrahere frumentum, bladum, legumina, &c. & pœnæ facientium. *Gregor.*13. *const.*50. *Volentes*. *Clem.*8. *const.*49. *Frumenti*.

Neque potest emi exterum sal: & circa vtrumque renouat pœnas antiquas, scilicet triremium pro prima vice, deinde mortis, & confiscationis bonorum. *ibid.*

Frumentum, blada, legumina in statu Ecclesiæ possunt emi pro persona, & familia, solum pro vsu vnius anni, sub eisdem pœnis. *ibid.*§.6.

Eadem confirmat *Paulus* 5. *const.*12. *Inter grauissimas*. Excipit tamen eos, qui ex contractu facto cum Camera Apostolica, id possunt facere, & omnia alia priuilegia circa hoc reuocantur. *ibid.*

Idem confirmat *Innocentius* 10. *const.*7. *Et si ea*. & renouat omnes superiores prohibitiones, ne scilicet præfata, frumentum, blada, &c. extrahantur, etiam occasione nundinarum, sine Papæ chirographo. *ibid. in declaratione*. Neque à locis immediatè subiectis Papæ extrahi possunt, & deferri ad loca mediatè subiecta. *ibid. in declaratione*.

Agricultores agri Romani habent facultatem extrahendi è statu ecclesiæ certam quantitatem frumenti, & quam. *Paulus* 5. *constit.*70. *Pastoralis* §.10. Vide, *Roma*.

Ecclesiastici status Barones tenentur purgare suas terras à latronibus, homicidis, bannitis, &c. sub pœnis, &c. *Sixtus* 5. *constit.*6. *Hoc nostri*. Vide, *Domini*. Vide, *Barones*. Vide, *Hæretici*.

Dantes illis auxilium, aut fauorem, vel eos occultantes, quomodo puniendi. *ibid.*

Personæ priuatæ, quomodo tenentur persequi bannitos, & latrones. Item communitates, &c. qui saltem tenentur propalare, ac manifestare, quando non possunt capere, & pœnæ. Omnia ad hoc negotium spectantia. Vide, *ibid.*

Idem decreuerat *Pius* 4. *const.*27. *In eminenti*. Id præcipiens Baronibus sub pœna excommunicationis, & quinque millium ducatorum, vt latrones, ac bannitos capiant, alias pœnas determinat pro terris, & communitatibus. *ibid.* & ante illum *Iulius* 2. *const.*2. *Quia nihil*.

Barones, & alij domini in statu Ecclesiastico non possunt caualcatas armatorum colligere, & pœnæ. *Sixtus* 5. *const.* 75. *Dum pro communi*.

Bella excitantes in statu Ecclesiastico, vel seditiones facientes, crimen læsæ maiestatis incurrunt, aliasque pœnas circa honores, & dignitates, officia, ac testamenta actiua, & passiua. *Paulus* 2. *const.* 4. *Viros*.

Ecclesiasticum statum spoliantes animalibus, vel alijs rebus, quas pœnas incurrunt. *Gregor.*13. *const.*98. *Non sine*.

Gubernatores status ecclesiastici, vt terrarum, ciuitatum, &c. non possunt remittere exules, neque pœnas, supra sex florenos. *Paulus* 2. *const.*3. *Munera*.

Non possunt recipere munera, præter esculenta, & poculenta. *ibid.*

Sal exterum, seu alienum in statu Ecclesiastico, nullus potest vendere. *Gregor.*13. *const.*49. *Ex incumbenti*. Et pœnæ. *ibid.* Quod postea confirmauit *Clemens* 8. *vbi supra const.* 49. *Frumenti*.

In statu ecclesiastico de locis immediatè subiectis ad mediatè subiecta extrahi potest frumentum, bladum, legumina, &c. pro sufficientia vnius anni, tam pro persona, quam pro familia. *Gregorius XV. constitut.*30. *Romani*.

Idem facere possunt Religosi Mendicantes. *ibid.* Idem possunt pauperes, qui labore diurno spicas, & alia colligunt. Sic qui ad mercatum ferunt oua, pullos, &c. sic qui pro suo vsu extra statum farinam portant, sed non pro mercimonia. *ibid.*

In statu ecclesiæ nullus potest sub protectione accipere ciuitatem aliquam, terram, vel castrum, &c. *Clemens* 8. *constit.*78. *Romanum*.

In statu ecclesiæ occidi non possunt boues aratorij; & pœna occidentium. *Paulus* 5. *const.*70. *Pastoralis*.

Alia de officialibus, & cæteris status ecclesiastici, vide in propijs locis, & verbis.

Vide, *Patrimonium S. Petri*. Vide, *S. Petrus*.

Ecclesiæ Romanæ præiudicia, numquam à Pontificibus intelliguntur approbata, etiam si tolerentur, nisi expresè in literis Papæ appareat, neque iuuat præscriptio, non vsus, non publicatio; licet permittatur imprimi libros continentes hæc præiudicia contra Sedem Apostolicam, vel alias ecclesias, aut personas ecclesiasticas. *Vrbanus* 8. *in append. constit.*47. *Romanus Pontifex*. Vide, *Ecclesia Romana*.

Æconomus.

Æconomus ponendus in ecclesia, statim ac vacat. *Concil. Lateran.*3. *in append. tit. De iure patronatus c.*21. *De offic. Iudicis ord. c. Cum vos plerumque. & c. Cum vos*. Neque potest patronus impedire, ne episcopus Æconomum deputet, alias priuatur iure præsentandi pro illa vice. *concil. Later. vbi supra*. & *Concil. Rom.*4. *sub Ioann.*22. *c.*1.

Æconomum habere debet quilibet episcopus. *dist.*89. *Volumus*.

Æconomus sustentari debet de redditibus ecclesiæ, quam administrat. *ibid.*

Æconomi Episcopalis officium, quale sit. *dist.*89. *c. Diaconum*. *& c. Quia in quibusdam*.

Æconomus à Metropolitano fiat, si non est factus ab episcopo. *9. q.*3. *c. Cum simus*.

Æconomus, exceptis expensis, quas facit pro ecclesia, conseruare debet fructus pro futura persona. *De offic. Iud. ord. c. Cum vos*.

Æconomus per facti errorem non nocet ecclesiæ: & potest reuocari factum. *De confessis c. fin.*

Æconomus, sede episcopali vacante, ponendus est à Capitulo. Vide, *Episcopus*. Vide, *Sede vacante*.

Æconomus de labore inuentarij, nihil accipiat. *12. q.*2. *cap. Charitatem*.

Æconomi sint in qualibet ecclesia. *16. q.*7. *c. Quoniam in quibusdam*.

Æconomus non potest esse laicus, sed Clericus. *ibid. & cap. In nona*. Episcopus faciens laicum, puniendus est. *ibid. c. In noua*. *Concil. Hispal.*2. *c.*9.

Æconomus esse debet in maiori ecclesia, seu Cathedrali, qui de sententia episcopi, disponat de rebus ecclesiæ. *conc. Calced. c.*26. *dist.*89. *c. Volumus*. *16. q.*1. *c. Quoniam*. *Concil. Tolet.*4. *c.*48. *concil. Nicæn.*2. *c.*11. *concil. Paris.*6. *l.*1. *c.*13.

Si in Cathedrali non sit Æconomus, fieri potest à Metropolitano. & si non sit in Metropolitano, ab episcopis. *Conc. Nicæn.*2. *c.*11.

Æconomus per episcopum instituendus. *Concil. Meldense capit.*47.

Æconomi officium, quale sit. *Post concil. Tolet.*8. *Concil. Nicænum ex Arab. cap.*65. Debet habere curam omnium bonorum, & reddituum ecclesiæ. *ibid.*

Edere, siue comedere.

Edere nullus potest in Ecclesia absque graui necessitate. *dist.* 42. *c. Nulli, & c. Oratorium*.

Vide, *Ecclesiæ venerandæ*. Vide, *Comedere*. Quando in edendo committitur peccatum gulæ. Vide, *Gula*.

Eduigis.

S. Eduigis Regina Poloniæ, canonizata fuit *à Clemente* 4. *constitut.* 9. *Exultat.*

Ægyptij Iacobitæ.

Vide, *Iacobitæ.*

Ægroti.

Ægrotus, qui petijt Sacramentum baptismi, vel Pœnitentiæ, si postea obmutescit, dummodo adsint testes fideles de hac petitione, potest illud accipere. *Concil. Arausic.* 1. *c.* 12. *concil. Carthag.* 4. *c.* 76. 26. *q.* 6. *c. Qui recedunt. cap. Is qui, & c. Agnouimus.* Idem dicendum de ægroto, qui cum non possit verbis, præsente sacerdote nutu petit. *ibid.*

Ægrotus si in fine habet viaticum, & non potest implere pœnitentiam, si postea conualescit, tenetur eam implere. *concil. Epaunense c.* 36. Vide, *Pœnitentia.*

Vide, *Infirmi.*

Electi, Eiycere.

Eijciens aliquem de ecclesia propter pecuniam, est deponendus. *De simonia c. Qui alium.*

Eijciens aliquem de Ecclesia conturbantem diuina officia, non est excommunicatus. *De sent. excomm. c. Veniens.*

Electus à suo gradu, id est depositus, si non est conuictus, neque confessus, est restituendus. 2. *q.* 1. *c. Notum sit.*

Electi à suis sedibus episcopi non possunt vocari ad synodum, nisi prius restituantur. 5. *q.* 2. *c. Si primates.* Vide, *Spoliati.* Vide, *Episcopi electi de sedibus.*

Electorum Episcoporum bona inuadentes, fiunt infames. 3. *q.* 2. *c. Audiuimus.*

Electi ab ecclesia iussu sacerdotis, si renuunt, quomodo sunt puniendi. *Concil. Illerdense c.* 10. 11. *q.* 3. *cap. Qui iubente.*

Eijciendi à Religione, quas conditiones debent habere. *Vrb.* 8. *const.* 26. *Sacra.* Vide, *Regulares incorrigibiles.*

Electi à Religione aliqua, in habitu clericali debent semper incedere, & subditi sunt ordinarijs. *Vrban.* 8. *const.* 26. *Sacra congregatio §.* 7.

Electi à Religione non possunt à superioribus obtinere literas testimoniales ad Sedem Apostolicam. *ibid. §.* 9.

Electi à Religione sunt perpetuò suspensi ab exercitio ordinum, & non possunt per episcopos dispensari. *ibid. §.* 10.

Electio in genere modi, & qualitates, vt sit bona.

Electio tribus modis fieri potest; compromisso, scrutinio, & inspiratione. *De elect. & c. c. Quia propter.*

Eligi semper debet melior, dignior, doctior, præstantior. *concil. Colon.* 2. *p.* 1. *c.* 9.

Electioni interesse possunt solum, qui habent ius eligendi. *Honorius* 3. *ex Cirone, de elect. c.* 5.

Electiones fieri non debent per pecuniam. 1. *q.* 6. *c. Ego autem, & c. Sicut.* Procurans sic eligi, est simoniacus. *ibid.* Neque per promissiones, & obligationes, preces, vel minas. *Concil. Colon.* 2. *p.* 1. *c.* 9.

Electiones non faciendæ ex fauore, sed ex iudicio. 8. *q.* 1. *c. Nec nouum, & q.* 2. *c. Illud quidem.*

Electio non potest, fieri per sortes. *Honorius* 3. *ex Cirone, de sortilegijs c.* 1.

Electio Pastoris non est differenda. *De elect. & c. c. cum inter.*

Electio debet esse libera, & non iuuat consuetudo contraria. *De elect. & c. c. cum terra. & sub eodem tit. in* 6. *c. Vbi periculum. §. caterum.*

Electionum episcopalium causæ deuoluuntur ad Papam. *De elect. in* 6. *c. Quamuis.*

Electio facta ab excommunicatis, est nulla. 9. *q.* 1. *cap. Nos consecrationem.*

Electio facta à suspensis, est cassanda. *De elect. cap. Cum inter.*

Electio facta de ignorante est cassanda. *De elect. & c. c. Qualiter.*

Electio non facta intra tres menses, ad quem deuoluitur, & quis interim gubernat. Vide, *Electores, in fine.*

Electio facta non expectatis non vocandis, est valida. *De elect. & c. c. cum inter vniuersas.*

Electioni regularium non possunt interesse non professi. *De elect. in* 6. *c. ex eo. §. in ecclesiis.*

Electio facta de regulari non professo ad regimen ecclesiæ regularis, est nulla. *De elect. & c. c. cum causam.*

Electio quando potest fieri per procuratorem. *de elect. & c. c. Quia propter. §. Illud autem.*

Si electio præcipiatur à Papa facienda cum consilio aliquorum, ita debet fieri, alias est nulla. *de elect. & c. c. cum in veteri.*

Electio in ecclesiasticis non potest competere laico, etiam si compositionem fecerit cum Prælato, & Capitulo. *de elect. & c. cap. Sacrosancta.*

Electio eius, qui habet plures dignitates, aut præbendas, est nulla. *de præbend. & dignit. cap. cum iam dudum.*

Electio duorum ad vnam præbendam, est nulla. *ibid. c. Tuæ fraternitatis deuotio.*

Electio numquam fieri potest per sortes. *de sortilegijs cap. ecclesia.*

Electio facta per postulationem, & è contra, est nulla. *de postulat. in* 6. *c. vn.*

Electio facta per collationem non valet. *de elect. & c. c. cum Post petitam.*

Electio facta à minori parte Capituli, est nulla, nec potest ratificari. *de elect. & c. cap. Auditis.*

Electio non facta à maiori parte Capituli, & saniori, non tenet. *ibid.* Sed maior debet esse, sanior. *de elect. c. ecclesia vestra. Conc. Later.* 3. *c.* 1. excepta electione Papæ, quæ fit à duabus partibus eligentium. *ibid.*

Electio facta à non maiori parte capituli, sed à maiori respectu minoris, non valet. *de elect. & c. cap. Cumana, & cap. ecclesia vestra.*

Electio facta à maiori parte cum contemptu minoris, etiam si vnus sit contemptus, cassatur. *de elect. & c. cap. Bonæ memoriæ il* 2. *§. Electionem.*

Si electio fiat de indigno à maiori parte capituli, & de digno à minori, tenet secunda. *de elect. & c. c. congregato.*

Electio maioris, & sanioris partis est confirmanda. *de elect. & c. c. cum dilecto.*

Electio secuta contemptis electoribus, id est non vocatis, est nulla: sed potest conualidari, si contempti consenserint. *de elect. cap. Quod sicut.*

Etiam si vnus elector non vocetur, est nulla. *de elect. c. Bonæ memoriæ il* 2.

Electione prima non cassata, nequit fieri secunda, & si fiat est irrita. *ibid.*

Electio, in qua sit exclusus aliquis elector, qui erat in possessione, est nulla. *de elect. c. In Genesi.*

Electio fieri debet vocatis electoribus, etiam absentibus. *De elect. cap. coram dilecto.*

Electio secuta non venientibus vocatis, est valida. *de elect. cap. quod sicut.*

Electio facta secundum mandatum Apostolicum, si vocati noluerunt venire est valida. *de elect. & c. cap. cum nobis.*

Electio facta post appellationem est valida, si fiat iuxta formam appellationis, non contra eam. *de elect. c. cum nobis.* Alioquin cassanda est. *ibid. c. considerauimus.*

Electio statim publicanda est. *de elect. cap. Quia propter.* 2. *§. Electiones. Concil. Later.* 4. *c.* 24.

Electiones simoniacè sunt nullæ. *De elect. in Decretal. cap. Super eo. Extra, de simonia c. cum detestabile.*

Electio Abbatissæ, quomodo facienda. *de elect. in* 6. *cap. Indemnitatibus.* Si appellatur, per Procuratorem agatur. *ibid.* Interim nihil attentetur. *ibid. cap. Prouida.* Pœnæ benedicentis, vel confirmantis. *ibid.*

Electiones simoniacæ reuelandæ sunt ab omni sciente; alias non possunt absolui non reuelantes tam principales, quam mediatores, isti enim reuelandi sunt superiori. *Extra, de simonia cap. cum detestabile.*

Reuelans electionem simoniacam, estò sit principalis, obtinet impunitatem. *ibid. c. cum detestabile.*

Electio facta de tertio, lite pendente, non valet. *Vt lite pendente in* 6. *cap.* 1.

Electio passiua Religiosi extra monasterium sine licentia sui superioris non valet. *De elect. in 6. c. Si Religiosus.* Solus superior dat licentiam, absque conuentu. *ibid.*

Electio non cassatur per hoc, quod confirmatio cassatur. *De elect. in 6. c. Si confirmationem.*

Electio, quæ fit dum Papa reseruat sibi institutionem aliquam, non est vitiata, sed caret effectu. *de elect. in 6. cap. Si eo tempore.*

Electione succedente siue in concordia, siue in discordia, indicendum est electoribus, vt in tempore peremptorio, si volunt opponere, opponant. *de elect. in 6. cap. finali.*

Electione succedente in discordia, quomodo recurrendum sit ad Papam; & quis teneatur ad expensas. *De elect. in 6. cap. cupientes.*

Electio fieri potest per compromissum. *de elect. in Decretal. cap. In causis.* & sub eodem titulo *in 6. c. Indemnitatibus §. Caterum, & c. Sicut cum.*

Electionum compromissarij non possunt fieri per sortes. *De sortilegijs cap. ecclesia.*

Electio per compromissum valet quando ab omnibus compromissarijs pronunciatur, alias non. *de elect. in 6. c. Sicut cum.*

Eligentes per compromissum re integra, id est, adhuc non incepto tractatu, possunt retractare. *de elect. c. in causis.*

Compromissarius non potest pronunciare electum eum, in quem maior pars capituli non concurrit. *de ele. in 6. c. Si cui.*

Electione concessa compromissario, si hic non eligit intra tempus, ad superiorem deuoluitur potestas eligendi. *de elect. in 6. cap. sic compromissarius.*

Si Compromissarius eligit indignum, & electores non ratificant, siue id fecerit scienter, siue ignoranter, ad electores reddit electio. *ibid.*

Compromissarius eligens indignum (si non sit episcopus) per triennium suspenditur ab ecclesiasticis beneficijs, quæ habet in ea ecclesia, in qua fit electio. *ibid.*

Vide, *Compromissum, & compromissarius.*

Ab Vniuersitate compromissum fieri non potest in vnum tantum, vt eligat, alias nulla est electio. *Honorius 3. ex Cirone, de elect. c. 4.* Vide, *Compromissum.* Vide, *Conferendi ius.* Vide, *ecclesia vacante.*

Electio facta à maiori parte, turbata tamen à minori, non potest sedari per munera; alias est simoniaca. *Concil. Later. in append. tit. de elect. c. 4.*

Electiones regularium circa discordiam, & minoritatem numeri *ex constitutione Bonifacii*, intelliguntur de minoritate facti, non iuris fictione. *Clement. de elect. c. Quod circa.*

Electio hæretici in Papam, vel episcopum, est nulla.

Vide, *Hæreticorum multæ inhabilitates.*

Electio ministri Prouincialis ordinis Minorum à Generali est confirmanda, si sibi videtur, potest eam infirmare, si eidem secundum Deum videbitur. Ea infirmata iterum fit electio à Capitulo. *Clem. de verb. significat. Exiui, in fine.*

Electio ministrorum Prouincialium ordinis Minorum fieri debet à maiori parte Capituli, & si ita fiat est valida, non obstante quod alia pars contradicat. *ibid.*

Si electio Prouincialis ordinis Minorum non fiat intra tempus præfinitum, deuoluitur ad Generalem. *ibidem.* Vide, *Regul. Reformatio.* Vide, *Regul. Superiores.*

Electio Prouincialium vltramarinorum ordinis Minorum, quomodo facienda. *ibid.*

Electionis causa pendente coram Papa, non potest electio confirmari ab ordinario. *de elect. in 6. c. Si post quam.*

Electio de tertio non potest fieri, etiam si aliquis ex litigantibus moriatur. *Vt lite pendente in 6. c. 1.*

In electione vota conditionalia, vel incerta, vel alteratiua nulla sunt, & ac si non essent. *de elect. in 6. c. In electionibus. conc. Gener. Lugdun. 1.*

Electio simoniaca cassanda est, etiam si electus nesciat.

Vide, *Simonia.*

Electiones superiorum mulierum in conseruatorijs, licet non sint moniales. Vide, *Moniales.*

Electionum negotia Romæ tractantes non priuandi beneficiorum fructibus. *de elect. in 6. c. cum non deceat.*

Electiones pro alijs ecclesiis (excepta electione Papæ) validæ sunt si fiant à maiori parte Capituli. *De elect. c. Licet.*

Electione cassata non ob defectum electi; hic potest iterum eligi. *De elect. c. Super eo.*

Electio cum maturitate confirmanda, & præsertim quando facta est in discordia. *De elect. in 6. c. finali.*

Electiones ad dignitates, Præposituras, &c. quæ excedunt valorem ducentorum florenorum, confirmandæ sunt à Papa. *Pius 4. const. 86. Sanctissimus.*

Electio an, quando, & quomodo potest impugnari, eique opponi.

Electioni secutæ per duas partes opponi non potest, nisi in casu, quo electio de iure esset nulla. *De elect. in 6. c. Si quando.*

Electioni opponens, si non probet, est puniendus, & quomodo. *De verbor. signif. in 6. cap. constitutionem.* Tenetur ad expensas, & si non probet quod produxit, priuatur beneficijs ecclesiasticis per triennium, & si in eis se ingerit priuatur perpetuo. *de elect. in 6. cap. Statuimus. §. fin.* Nisi per causam probabilem excusetur à vitio calumniæ. *ibid.*

Electioni opponens, intra mensem tenetur arripere iter ad Sedem Apostolicam per se, vel per Procuratorem. *de electione in 6. c. 1. conc. Lugdun. 1.*

Facta oppositione electioni, si expectata parte per 20. dies post aduentum alterius ad Papam, non comparet, procedatur etiam in absentia. *de elect. &c. in 6. c. 1. §. Sed si pars. Concil. Lugdun. 1.*

Electioni opponens in publico, cum iuramento debet exponere, quæ opponit appellando, alias nulla est appellatio. *ibid. c. Vt circa.* Nisi aliquid de nouo emergat, vel quod antea fuit ignoratum. *ibid.*

Opponentes iurare debent, quod quæ opponunt credunt esse vera, & posse probare. *ibid. Vt circa.* & clarius *in c. Is qui contra.* & tenetur iurare se seruaturum capitulum. *Vt circa.*

Electioni opponens ex defectu scientiæ non potest se retractare. *De elect. in 6. c. Ab eo.*

Si fiat oppositio de defectu euidenti electi, vt scientiæ, &c. prius de hoc est cognoscendum; & si opponens deficiat, puniatur. *de verbor. significat. in 6. c. Constitutionem.*

Electioni quando potest opponere Procurator. *Clem. de Procuratoribus c. Non potest.*

Electioni opponens per appellationem, &c. nisi in principio adducat defectum, crimina, &c. non est audiendus in progressu, etiam si iuret de nouo illa sciuisse. *Clem. De elect. c. constitutionem.*

Oppositione facta per appellationem, electio quæ sequitur postea est cassanda. *De election. c. consideranimus. c. cum post petitam.*

Si verò facta appellatione sequatur electio iuxta formam appellationis, est valida. Sed non si contra eam. *de elect. c. cum nobis.*

Oppositione facta electo, de iure eligentium, sufficit si hic probet quod erant in possessione. *De elect. c. cum Vintonensis.*

Oppositione facta de electione Abbatissæ, interim non attentetur confirmatio, neque benedictio, alias confirmans vel benedicens suspenditur per annum à potestate. *De elect. in 6. cap. Prouidæ.*

Electio hæretici in Papam, vel Episcopum est nulla. Vide, *Hæreticorum inhabilitates.*

Electio Papæ. Vide, *Metus.*

Electores, Eligentes.

Eligentes scienter indignum, priuantur iure eligendi in prima electione. *De elect. c. cum Vintonensis.* Sed huic non subiacent pœnæ nisi certent, vt electio ex eorum votis sequatur. *De elect. in 6. c. Perpetuo.*

Eligentes episcopum indignum, per triennium suspenduntur à beneficijs, & interim sunt ineligibiles ad dignitatem aliquam. *De elect. c. Per Inquisitionem.*

Eligentes illegitimum scienter, in quam pœnam incurrunt. *De elect. c. Innotuit.*

Eligentes, publicato scrutinio non possunt variare, sed compellendi sunt. *De elect. c. Publicato.*

Electo-

Electores non priuantur potestate eligendi prætereunte tempore, si impedita fuit electio, vel non habuerunt licentiam eligendi. *Honorius 3. ex cirone de election. c. 2.*

Elector impuber si non vocatur non potest opponere de contemptu. *De elect. in 6. c. Ex eo.*

Electoribus impeditis, incipit computari tempus, ex quo non auferunt impedimentum. *De elect. c. fin.*

Eligentes electioni consentientes, non possunt opponere, nisi noua causa existente. *De elect. in 6. c. Nulli.*

Eligere possunt omnes, qui sunt in possessione eligendi. *De elect. c. Querelam.*

Electores habentes ius eligendi, omnes vocandi sunt. *De elect. c. Quod sicut.*

Electores etiam absentes vocandi sunt ad electionem. *de elect. c. Coram dilecto.*

Eligentes per compromissarium stare debent, & quod facit compromissarius, & recipere electum ab eo dummodo seruauerit formam compromissi. *De elect. c. Cum dilectus.*

Vide, *compromissum*. Vide, *compromissarius*.

Eligentes per compromissarium possunt retractare, si res est integra, id est, quando non est inceptum tractari. *de elect. c. In causis.*

Elector absens & impeditus, si iurat de hoc & fidem facit, potest per procuratorem eligere. Sed vni de collegio seu capitulo tantum potest id committere. *concil. Later. 4. c. 24. de elect. c. Quia propter §. Illud.*

Elector potest constituere plures procuratores insolidum, & quomodo, & in qua circumstantia. *de elect. in 6. cap. Si quis iusto.* Si vnum facit procuratorem, hic non potest in scrutinio vnum suo nomine, & alium nomine Domini eligere, nisi in mandatis habuerit à Domino de eligenda persona determinata, quia tunc potest vnum suo nomine, & alium nomine Domini eligere. *ibid. §. Porro.*

Elector habens ius eligendi non potest se ipsum eligere. *De institutionibus c. fin.*

Elector licet procuratorem non inueniat, non potest per literas dare votum in electione. *De elect. in 6. c. Si quis iusto.*

Elector sine consensu Capituli, non potest aliquem extra Capitulum instituere procuratorem. *de election. in 6. ibid. §. fin. concil. Later. 4. c. 24.*

Electores si supprimunt cassationem Papæ, priuantur iure eligendi. *De postul. prælatorum. c. Gratum.*

Si electores negligunt eligere intra tres menses superiorem ecclesiæ, siue sæcularis, siue regularis, superior vicinior gubernat ecclesiam. *De elect. & c. cap. Ne pro defectu.*

Electores qui in tanto tempore non eligunt, priuantur ea vice potestate eligendi, & deuoluitur electio ad vicinum superiorem. *ibid.*

Electores eligentes ex iussu sæcularis potestatis, per triennium suspenduntur à beneficio, & priuantur potestate eligendi. *concil. Later. 4. c. 25.*

Eligentes cum promissione beneficij obtinēdi ab electo si conuincuntur deponantur, alias tenentur se purgare. *conc. Later. 3. append. tit. de simonia c. 13.*

Vide, *Absens*. Vide, *Arbitri*. Vide, *Appellatio, quæ non tenet*. Vide, *Regular. reformatio*. Vide, *Regular. superiores & electiones*.

Electus, Eligendus, & Confirmandus.

Electus ad clamorem populi, non debet confirmari à superiore. *De elect. & c. c. Osius.*

Electus canonicè confirmari debet, sed prius de eius vita est inquirendum, si sit incognitus. *de elect. c. Postquam.*

Electus, absque confirmatione superioris non potest administrare officium, &c. in quo est electus: neque iuuat consuetudo contraria. *de consuetudine c. Cum venerabilis. de elect. c. Nosti & sub eod. tit. in 6. c. Auaritiæ.* & si faciunt priuantur iure quæsito. *ibid.*

Electi, qui immediatè subduntur Papæ, confirmationem petant à Papa, & si longè distant, interim gubernant. *de elect. c. Nihil est.*

Electus cuius electio fuit cassata, non ob eius defectum, sed ob modum eligendi, potest iterum eligi. *De elect. c. Super eo.*

Eligendus semper est melior. *8. q. 1. cap. Qualis enim. concil. colon. 2. part. 1. capit. 9.* Vide, *Beneficia quibus danda*.

Electus renuncians electioni, non potest appellare de electione alterius. *de electione c. cum inter.*

Electus non docens de ætate legitima, & sufficienti literatura, non confirmatur, & nulla est eius electio. *de elect. & c. cap. cum nobis.*

Electus à maiori parte capituli, si est indignus, non confirmatur: & si cum eo est electus alius dignus à maiori parte, confirmatur. *de elect. & c. c. dudum ad audient.*

Electus per consensum adiutorij sæcularis, male est electus, & est ineligibilis ad aliam etiam dignitatem. *de elect. c. Quisquis.* Si consensit, priuatur beneficio. *ibid. concil. Later. 4. cap. 25.*

Electo confirmato dari non potest exceptio. *de appell. & accusat. c. Constitutis.*

Electo fieri potest oppositio scientiæ, vel personæ, & hoc ante omnia examinandum est. *de elect. in 6. c. Si fortè.*

Electo, vel eligendo opponens debet obseruare constitutionem Bonifacij. *Vt circa. ibid. c. Is qui contra.* Vide, *Electio quando, & quomodo*.

Electus simoniacè, sed ignoranter, dispensari potest per episcopum in beneficio. *de election. c. Si alicuius.*

Electus autem scienter non potest ab eo dispensari. *ibid.*

Electus non dicitur, nec est simoniacus, si eo prohibente data est pecunia, &c. *de simonia c. Sicut tuis.*

Electus (cum appellatur contra electionem) debet adire Romam, ibique manere vsque ad finem negotij. *de elect. in 6. c. Si postquam.*

Electus, duas electiones non potest retinere sed vnam potest prosequi. *de elect. in 6. c. Vt quis.*

Electus ad secundam ecclesiam, tenetur relinquere primam, alias eligentes possunt non acceptare eum. *de præbend. & dignit. c. cum non ignores.*

Electus, intra mensem debet consentire. *de elect. in 6. cap. Quam sit.* Alias priuatur iure quæsito. *ibid.*

Electus, intra tres menses petat confirmationem, alias electio est nulla. *de elect. in 6. c. Quam sit.*

Electus in Papam, vel episcopum si sit hæreticus, nulliter est electus. Vide, *Hæreticorum multæ inhabilitates*.

Electioni consentiens non potest renunciare nisi ex noua causa. *de elect. in 6. c. Nulli.*

Electo moriente, vel electione cassata (nisi fraus interueniat) eligentes habent integrum ius eligendi de nouo. *de elect. in 6. c. Si electio.*

Electo non consentiente redit facultas ad eligentes. *de elect. in 6. c. Si compromissar.*

Electus in curia non potest discedere, nec ministrare sine literis promotionis, neque potest percipere fructus aut reditus, neque potest recipi in ecclesia, ad quam est promotus. & pœnæ recipientius. *Extra, de election. c. 1.*

Electo à maiori parte, consentiente, non potest ei opponi, nisi constet de impedimento canonico, ideoque appellatio non obstat. *de elect. c. cum inter canonicos.*

Electus, si ei opponitur de iure eligentium, sufficit si probet, quod erant in possessione. *de elect. cap. Cum Vinctonensis.*

Electis duobus ad curam, præbendam, vel dignitatem, si compromittant in iudices, isti possunt pro bono pacis adiudicare dignitatem, & obligare personas ad dandum aliquem reditum alteri: hoc tamen non fiat ex partium conuentione, sed iudicū arbitrio. *de præb. & dign. c. Nisi essent.*

Electo opponens de scientiæ defectu, si deficit in probatione, habetur vt deficiens in omnibus: punitur, & non auditur. *de election. in 6. c. Si fortè, & c. Ab eo.*

Electus indigens licentia superioris ad consentiendum, celeriter eam procuret habito respectu distantiæ. *de elect. in 6. c. Quam sit.*

Electi ad ecclesias etiam cathedrales, tenentur intra mensem consentire, & ex tunc iter arripiant ad Sedem Apostolicam pro confirmatione & alia quæ eis in hoc permittuntur. *de elect. in 6. c. cupientes.*

Electi non se præsentantes, vel comparentes intra tempus per se, vel per alios, cui pœnæ subiacent, & quid eos excuset. *de elect. in 6. c. Cupientes.*

Electo opponens per appellationem, nisi in principio adducat defectum, crimina, &c. in progressu non est audiendus etiamsi iuret de nouo illa sciuisse. *Clement. de elect. cap. constitutionem.*

Eligi non potest illegitimus, & nulla est electio. Sed potest postulari. *de elect. cap. Innotuit.*

Eligentes eum, quam penam incurrunt si scienter faciant. *ibid.*

Electa Abbatissa, si appelletur, interim non attenterur confirmatio, & benedictio, alias irrita sunt, & confirmans, per annum suspenditur à potestate confirmandi, & consecrandi. *de elect. in 6. cap. Prouida.*

Eligendus in Parochum debet esse 25. annorum, & debet statuto tempore ordinari. *de elect. &c. c. Cum in cunctis.* §. *Inferiora.* Vide, *Parochus.* Vide, *Beneficiati.* Vide, *ecclesiarum Rectores.* Vide, *Curatus.*

Eligi non potest in superiorem Regularium, qui non est instructus in regula illius Religionis. *De elect. &c. cap. Officij tui.*

Eligendus non potest simul postulari, & è contra. *de postulat. in 6. cap. perpetuo.*

Electus non debet confirmari, si est indignus. *Concil. Later. 4. cap. 26.*

Eligendus nihil potest promittere, neque securitatem de hoc dare: nulla est promissio. 8. *q.* 3. *c. Talia.*

Episcopus vnius ecclesiæ eligi non potest in alia; sed potest postulari, & si fit electio est nulla. *Honorius III. ex Cirone, de postulat. Prælator. c.* 1.

Electi ad gloriam.

Electis omnia cooperantur ad bonum, etiam mala, & quomodo. *de pœnit. dist.* 2. *c.* 27. *Talibus.*

Electio Papæ.

Vide, *Papæ electio.*

Electio Episcoporum.

Vide, *Episcopi electio.*

Electio Parochorum.

Vide, *Parochus.*

Electiones Regularium.

Vide, *Regulares.*

Electio Abbatissarum, &c.

Vide, *Moniales.*

Electiones aliorum.

Vide, *In suis locis, & nominibus.*

Eleemosyna.

Eleemosynæ tres sunt species, id est, corporalis, qua dantur corporalia. spiritualis, qua dantur spiritualia, & delinquentes corrigere. *Dist.* 45. *c. Tria, & c. Duæ.*

Eleemosyna cordis melior est, quam eleemosyna pecuniæ. *Dist.* 45. *cap. Duę sunt.*

Eleemosynæ pro missis. Vide, *Missa.* Vide, *ecclesiarum oblationes.*

Eleemosyna fieri non potest de pecunia simoniacè habita. 1. *q.* 1. *c. Non est putanda.*

Eleemosyna à quibus, quibus, & de quibus facienda. *Dist.* 47. *cap. Sicut ij.*

Eleemosynæ peti possunt ab excommunicatis. *de sentent. excommunic. cap. cum voluntate.*

Eleemosyna fieri non potest de vsuris. 14. *q.* 5. *cap. Nolite, & cap. Forte aliquis.*

Eleemosynam dans fratribus mendicantibus, non est excommunicatus, sed multum meretur. *concil. constant. contra art.* 20. *Vvicleff.*

Eleemosyna fieri nequit de furtis, seu ablatis. 14. *q.* 5. *cap. Nemo, c. Rapinam, c. Qui habetis, & c. Non sane. Gregor.* 1. *l.* 7. *ex reg. ep.* 112. *De homicidio voluntario c. Sicut.* §. *Eos insuper.*

Eleemosynæ, quæ colliguntur pro carceratis Romæ, applicantur pro debitis eorum. *Pius* 5. *const.* 100. *Volumus.*

Eleemosyna indifferenter facienda pauperibus. *Lib.* 3. *const. Apost. c.* 4.

Eleemosynæ prosunt animabus Purgatorij. *conc. Florent. sess. vlt. in literis vnionis.* Vide, *Anima.* Vide, *Purgatorium.*

Eleemosyna iniungi potest pro pœnitentia, confitenti. *conc. Cabilon.* 3. *c.* 17.

Eleemosyna cum hoc ordine danda, vt prius magis egenti, deinde minus egenti detur. & magis ei, qui confunditur petere, quam alteri. prius bono, quam malo. *Nicol.* 1. *ad consulta Bulgar. c.* 101.

Eleemosynæ impiorum, quæ fiunt ecclesijs, non impendantur in cibos pauperum, sed in carbones, & ligna pro ecclesijs. *Lib.* 4. *const. Apost. c.* 9.

Eleemosynæ relictæ Parochijs non debent ab episcopo vsurpari, sed ita fiat, vt si ecclesia episcopi sit diues, omnia relicta Parochijs sint illarum: si verò sit pauper, pars earum illi danda. *concil. carpenct. c. vn.*

Eleemosynæ, quæ fiunt ecclesijs, in quot partes ab episcopo diuidendæ. *conc. Emerit. c.* 14.

Eleemosynas à defunctis relictas ecclesijs retinentes, excludantur ab ecclesia, donec reddant. *concil. Agathen. c.* 41. *q.* 2. *Clerici.* Vide, *Legata.* Vide, *Eccl. oblationes.*

Eleemosynam moderatam de bonis ecclesiæ facere possunt Clerici. *De testam. c. Ad hæc.*

Eleemosyna fieri non potest de alienis. *de homicidio voluntario c. Sicut.* §. *Eos insuper.*

Eleemosynarum quæstores non possunt eas quærere sine literis Papæ, vel episcopi. *de pœnit. & remiss. cap. Cum ex eo.*

Non admittendi eleemosynarum quæstores sine literis Papæ. *Clem. de pœnit. &c. c. fin.*

Eleemosynarum quæstoribus multa prohibentur, quia enormia multa committebant. *ibid.*

Eleemosynarum quæstores ab episcopis puniantur, non obstantibus priuilegijs. *ibid.* §. *fin.*

Eleemosynarum quæstores sub falso nomine cruce signatorum, si sunt laici excommunicantur. Si clerici, suspendantur ab officio, & beneficio. *de priuilegijs c. Tuarum.*

Eleemosynæ, quæ petuntur pro hospitali alicuius loci Diœcesis, non possunt applicari alteri loco extra Diœcesim. *concil. Mediol.* 1. *part.* 3. *tit. de piorum locorum administratione.*

Eleemosynas tales petentes non sint de numero eorum, quos damnat *Trid.* Sed bonæ existimationis; gratis quærant, vel constituto pretio, quotannis, licentiam scriptam ab episcopo renouari curent, alias puniantur. *conc. Mediol.* 1. *ibid.*

Eleemosynæ petitæ, neque per episcopum permittantur ad alium locum applicari. *ibid.*

Eleemosynæ, quæ à locis pijs, & alijs fieri solent Romæ, applicentur pro medietate, pro monialibus Mendicantibus. *Gregor.* 13. *const.* 8. *Deo sacris.*

Vide, *Quæstores eleemos.*

Elisabetta.

S. Elisabetta Regis Hungariæ filia canonizatur anno 1235. *Gregor.* 9. *const.* 11. *Glorioſus.*

S. Elisabetta Regina Portugalliæ, fuit expressè professa de ordine Sancti Francisci. *Vrbanus* 8. *const.* 55. *cum sicut.*

Elisabetta Regina Angliæ, eique adhærentes, excommunicantur. *Pius* 5. *const.* 101. *Regnare.*

Emere, Emens, Emptor.

Emi non possunt spiritualia, alioquin est simonia. 1. *q.* 1. *cap. Quidquid.*

Emere debent episcopi nomine ecclesiarum. 12. *q.* 4. *c. Sacerdotes, & c. Presbyter.*

Emen-

Emendo rem pro aliquo tempore, vt restituat; si aliquid detur, fit vsura. *de pignoribus c. Illo vos.*

Emens minus, vt plus vendat, vsuræ speciem committit. *14. q. 4. cap. Quicumque.*

Emens ius patronatus, vt præsentet, debet eo priuari. *De iure patronatus cap. Quia Clerici.*

Emens contra iura, bonam fidem contractus non præsumitur habere. *de regulis iuris in 6. reg. 82.*

Empta per Prælatum ex emolumentis ecclesiæ, sunt istius. *de Speculo clericor. c. Inquirendum est.*

Empta re à Prælato nomine ecclesiæ, instrumentum sit nomine istius. *de Speculo clericor. c. Inuestigandum est, c. Presbyter, & c. Vt vnusquisque.*

Emptionis contractus infra medietatem iusti pretij est validus, sed venditor potest repetere iustum pretium. *de empt. & vendit. cap. Cum dilecti.*

Emptio, vel venditio annui census cum pacto retrouendendi, non est vsurarius. *Extra, de empt. & vendit. cap. Regimini 1. & 2.*

Vide, *Contractus*. Vide, *Census*.

Emphyteusis, Emphyteuta.

Emphyteuta ecclesiæ, quando potest vendere meliorationes. *de locato, & conducto cap. Potuit.*

Emphyteuta non soluto canone per biennium, si moram non purgat, expelli potest. *ibid.*

Bona ecclesiæ dari possunt in emphyteusim cum licentia Papæ. *Honorius 3. ex Cirone, de locato, & conducto c. 2.*

Emphyteuta, qui res ecclesiæ in emphyteusim habuit, non potest eis priuari, nisi in casu, quod per tres annos non soluat, quod debet. *Conc. Constant. 4. c. 20.*

Energumenus.

Energumeni in ecclesia non possunt ministrare altari, nisi postquam sunt liberati. *Concil. Elibert. cap. 29. Concil. Toletan. 11. cap. 13.*

Energumeni possunt tenere quasdam herbas, & lapides, sed sine incantatione. *26. q. 7. cap. vlt.*

Energumeni in fine vitæ possunt baptizari. *conc. Elibert. c. 37.*

Energumeni cum magno consilio possunt baptizari. *Concil. Arausi. 1. cap. 15.*

Energumeni fideles in fine vitę possunt accipere Eucharistiam. *ibidem.*

Energumeni possunt frequenter communicari, & sic muniri contra diabolum. *Conc. Arausi. 1. c. 14.*

Energumeni non possunt fieri clerici, & qui erant remouendi sunt. *Conc. Arausic. 1. c. 15. Post Conc. Arelat. 3. c. 2.*

Energumenis per Exorcistas ministrandus est victus quotidianus. *Conc. Carthagin. 4. c. 92.*

Energumenis non possunt ministrari Sacramenta, vsque dum liberantur. *Conc. Tolet. 11. c. 13.*

Energumeni applicandi sunt ad verrendum pauimenta ecclesiarum. *conc. Carth. 4. c. 21.*

Energumenorum oratio facienda in missa. *Lib. 8. constitut. Apost. cap. 7.*

Energumenis iussu episcopi imponenda est manus (id est, exorcizandi sunt) à presbyteris, vel alijs clericis. *Innoc. 1. ep. 1. cap. 6.*

Energumeni quotidie sunt exorcizandi. *De consecr. dist. 5. cap. Omni die.*

Vide, *Dæmoniacus*. Vide, *Exorcizare*. Vide, *Exorcismus.*

Epiphania.

In Epiphania annunciari debet in ecclesijs solemnitas Paschæ. *conc. Aurelian. 4. cap. 1.*

In Epiphania annunciandum est principium Quadragesimæ. *conc. Antisiod. c. 2.*

Epilepticus.

Epilepticus non potest eligi in episcopum. *de elect. cap. cum inter Canonicos.*

Epileptici non possunt inseruire in altari. *dist. 33. c. Communiter, cap. Clerici, & c. Vsque.*

Vide, *Caducus morbus.*

Episcopalis dignitas, & præeminentia.

Episcopalis dignitas à Deo est instituta. *Sixtus 1. ep. 2. Anacletus ep. 3. eusebius ep. 2.*

Episcopalem dignitatem damnans, Dei ordinationem damnat. *Adrianus 1. in decret. c. 1.*

Episcopalis dignitas est ordo, vnus ex ecclesiasticis gradibus. *Nicolaus 1. epist. 42. dist. 32. cap. 1. Omnium.* & est sacer. *ibid. Leo 1. ep. 82.*

Episcopalis dignitas præ cæteris omnibus est honoranda. *lib. 8. const. Apostolic. cap. vlt. Pelagius 2. ep. 2. de maiorit. & obed. cap. Sollicitæ.*

Episcopalis potestas est maior imperiali. *De maiorit. &c. vbi supra.*

Episcopalis gradus à Christo per Petrum cœpit exordium. *Nicolaus 1. ep. 40.*

Episcopalis gradus est nomen officij, & idem est, ac superintendens. *conc. Aquisgr. sub Ludouico Pio cap. 9. Dist. 21. cap. Cleros.*

Episcopi tenent locum Apostolorum in ecclesia: Presbyteri verò aliorum discipulorum. *Clemens 1. ep. 1. Anacletus ep. 2. dist. 68. cap. Quorum vices. Dist. 21. cap. In nouo. concil. Later. 5. sess. 11. constitut. Dum intra. concil. Trident. sess. 23. cap. 4.*

Episcopi sunt Doctores populorum. *Clem. 1. ep. 4.*

Episcopi sunt Duces, Reges, Principes, Prophetæ, Mediatores, & Præcones Verbi Dei. *Eib. 2. constitut. Apostolic. cap. 25. & 26.*

Episcopi sunt summi sacerdotes. *Anacletus epist. 2. dist. 79. cap. Electionem.*

Sunt columnæ ecclesiæ. *Sixtus 2. epist. 2. Iulius 1. ep. 2. cap. 33. Pelagius 2. ep. 2.*

Sunt Throni Dei. *Felix 2. ep. 1. c. 17.*

Sunt loca tenentes Dei in mundo. *Clem. 1. epist. 3.* & sic honorandi. *ibidem.*

Sunt speculum omni populo. *Felix 2. ep. 2.*

Sunt Pastores populorum fidelium. *Ioan. 3. ep. vnica.*

Episcopus est superior populi, hic est subditus. *Lib. 2. const. Apost. cap. 14.*

Episcoporum iniuria Christum tangit. *Euaristus ep. 2. Alex. 1. epist. 3.*

Episcopi, iussu Domini constituti sunt. *Sixtus 1. ep. 2.*

Episcoporum electionem Deus sibi reseruauit. *Dist. 79. cap. vlt. Anacletus epist. 2.* Licet sacerdotibus eam concesserit. *ibid. Dist. 79. c. Electionem.*

Episcopus est maior presbytero, & diuersus minister. *Lib. 2. constitut. Apostol. cap. 58. 2. q. 7. cap. Quamquam. concil. constant. sess. vlt. in constitut. Martini 5. Leo X. in Bulla contra Lutherum. Exurge 40. Conc. Trid. sess. 23. cap. 4. & can. 7.*

Episcopus est Princeps sacerdotum. *lib. 8. const. Apost. c. vlt.*

Episcopus est, vt Proreta in naui, sacerdotes verò, vt nautæ. *Anacletus ep. 1.*

Episcoporum dignitas triplex est: Patriarchalis, Archiepiscopalis, & episcopalis. *Dist. 21. c. Cleros.*

Episcopi ab Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis non differunt in ordine. *Leo 9. ep. 4.*

Ex principio ecclesiæ facta est hæc diuisio. *Anacletus epist. 2. & 3.*

Episcopalis dignitas est maior regia. *Gregor. VII. lib. 4. epist. 2. lib. 11. ep. 2.*

Est maior omni dignitate huius mundi. *concil. Rauenn. 3. post Clem. V. cap. 6.*

Episcopi non subsunt Principibus sæculi, sed præsunt. *De maiorit. & obed. c. Sollicitæ.*

Episcopi non debent personaliter seruire Principibus sæcularibus, Regibus, &c. *concil. Trident. sess. 25. de refor. c. 17.*

Nec debent cedere locum illis, quia ipsi sunt Patres, & Pastores eorum. *ibid. cap. 17.*

Non debent stare coram Principibus, si isti accumbunt, etiam

si ab eis sumant partem, & cibum. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de dignitate ab episcopo retinenda.* Nec Missale dant osculandum. *ibidem.*

Sunt intercessores apud Deum pro delictis populorum. *Gregor. I. lib. 1. ep. 24.*

Episcopi memoria facienda in orationibus ecclesiæ. *Concil. Nicæn. 1. ex Arabico cap. 57.*

Episcopi sunt Christi legati; Patres spirituales fidelium, Columnæ ecclesiæ, fratres Coepiscopi Papæ. *Clement. de pœnis cap. 1. §. Ne super hæc.*

Episcopis commissi sunt à Deo populi, sicut oues Pastori. *Conc. Rauennaten. 4. sub Ioan. 22. c. 2.*

Episcopatus non comprehenditur inter beneficia, quæ prouideri debent intra sex menses, dum vacant. *de conceff. præb. c. Dilectus filius magister.*

Episcopis data est cura animarum hominum. *Concil. Aquisgran. 3. part. 4. cap. 5. & 7.*

Episcopi Hispaniarum, Africæ, Galliarum, Siciliæ, & Insularum adiacentium, iussu S. Petri facti sunt. *Innoc. 1. ep. 1.*

Episcopus est sponsus ecclesiæ, ideo non debet eam relinquere. *Euaristus ep. 2. 7. q. 1. c. Sicut vir. de translatione episcoporum. cap. Inter corporalia.* Vide, *episcopi quo ad mutationem.*

Episcopi per peccatum mortale non perdunt dignitatem episcopalem. *Concil. Constant. contra art. 30. Ioannis Huss.* Vide, *Peccans.*

De episcopi licentia omnia facienda sunt in ecclesia. Vide, *Minister.*

Episcopi existentes in peccato mortali validè ordinant, & consecrant. *Conc. Const. contra art. 4. Vvicleff.*

Episcopi in potestate ligandi, & soluendi habent maiorem potestatem, quam Presbyteri, etiam curati. *Conc. Constant. sess. vlt. in const. Martini 5. Leo X. in const. contra Lutherum 40. Exurge.*

Episcopi ad regendum populum, & lucrandas animas positi sunt. *Gregorius 7. lib. 2. epist. 45.*

Episcopi licet pares sint meritis, differunt gradu dignitatis. *2. q. 7. cap. Puto.*

Episcopalis dignitas non danda per ordinem ad diuitias, sed ad merita. *dist. 41. cap. episcopus, & c. Clericus.*

Episcopus non fit maior per hoc, quod Rex, vel Imperator incolit suam ciuitatem. *Gelasius ep. 13.*

Episcoporum ordo, vt maiores in maioribus ciuitatibus ponantur, est ex Apostolorum constitutione. *Clem. 1. ep. 1. c. 4.*

Episcoporum potestas. Vide, *episc. iurisdictio, & sub alijs titulis*, infra.

Vide, *Prælatus.* Vide, *Superior.*

Vide, *episcopo à quibus, & quomodo obediendum.* Vide, *Ordinarius.* Vide, *Capitulum.*

Episcopi eligendi qualitates naturales; & quæ impediunt.

Episcopus, cæcus totaliter, aut mutus, fieri non potest: neque totaliter surdus, sed cæcus vno oculo, vel claudus potest fieri. *Conc. quod dicitur Apostolorum c. 77. & 78.*

Habens maculam in oculo non potest eligi sine dispensatione Papæ. *Conc. Later. 3. in append. tit. de elect. c. 3.*

Illegitimus non potest eligi. *de elect. & c. cap. Cum in cunctis. Gregor. 7. lib. 2. ep. 50. Conc. Lateran. 3. c. 3. dist. 75. cap. Quoniam. Conc. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 1. & sess. 22. de reformat. cap. 2.*

Vide, *Illegitimus.* Vide, *Electio.*

Iuuenes non possunt eligi in episcopos, etiam si nobiles sint, & alias habeant bonas qualitates. *Gregor. VII. lib. 4. epist. 4. & 5. lib. 5. ep. 11.*

Bigamus non potest eligi, etiam, qui ante baptismum habuit primam vxorem, vel vtramque. *28. q. 3. c. Acutius.*

Illiteratus non potest fieri episcopus. *Concil. Valent. 2. cap. 7. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 14. Aquisgran. 3. par. 1. c. 8. Concil. Trid. sess. 7. de refor. cap. 1. dist. 36. cap. Illiteratos. dist. 61. cap. Statuimus. & cap. Neophitus. De elect. & c. cap. Cum in cunctis. Concil. Later. 4. c. 10. concil. Trid. sess. 22. c. 2. de ætate, & qualit. & c. cap. fin.*

Episcopus debet esse doctor in Theologia, vel iure canonico, vel ab aliqua Academia habeat testimonium idoneitatis. si sit Regularis, habeat hoc testimonium à superiore Religionis. *Conc. Trid. sess. 22. de reform. cap. 2.* Si non est doctor, sufficit habere testimonium, quod sit aptus ad docendum populum. *Gregor. 14. const. 6. Onus.*

Episcopus illiteratus est priuandus iurisdictione, & Episcopatu. *Honorius 3. ex Cirone, de ætate, & qualitate, &c. cap. 1.*

Episcopus nequit fieri, qui non est 30. annorum. *Conc. Agathen. c. 17. Conc. Arelat. 3. cap. 3. Concil. Tolet. 4. cap. 19. de elect. cap. cum in cunctis. dist. 77. cap. Episcopus. Concil. Lateran. 5. sess. 9. de reform. curiæ c. 1.* (Quod si dispensatur, ad minus sit annorum 27. *ibid.*) *distin. 78. cap. Si quis triginta. cap. Nemo. cap. Presbyter. cap. Si triginta annorum.* Si Papa dispensat in ætate, saltem sit 27. annorum. Vide, *Papa circa dispensationes.*

Qui Psalmos nescit, ordinari nequit Episcopus. *Gregorius I. lib. 4. ep. 45. lib. 8. ep. 34. Concil. Nicæn. 2. c. 2.*

Epilepticus non potest eligi in Episcopum. *de elect. cap. cum inter canonicos.*

Episcopus olim eligi debebat de Clero illius ecclesiæ. *Greg. I. lib. 7. ex regest. epist. 89. Concil. Lateran. 4. cap. 23.* Si in eo non adsint de alienis eligantur. *ibid.*

Vxoratus non potest fieri Episcopus (in ecclesia latina.) *Dist. 28. cap. de Siracusana. Concil. Lateran. 3. in append. tit. de coniug. c. 7.* Nisi vxor ingrediatur religionem. *ibid.*

Bigamus non potest fieri episcopus, estò vnam vxorem habuerit ante baptismum. *dist. 26. cap. Acutius. cap. Vnius.* Vide, *Bigamus.*

Neque filius presbyteri. *Gregor. 7. lib. 7. ep. 1. Concil. Later. 3. in append. tit. de elect. cap. 3.* Potest cum dispensatione Papæ. *ibid.*

Ignobiles eligi possunt in episcopos. *Gregor. 7. lib. 9. ep. 2.*

Episcopi mores considerandi, non locus, aut genus, quia ab illis non ab istis nobilitatur. *dist. 40. cap. Nos qui, & cap. Non loca.*

Notitia de vita, ætate, scientia, &c. episcopi eligendi capitur à Legato Papæ, vel ordinario, eoque absente à viciniori. quorum fides fideliter, & gratis danda est. *Concil. Trident. sess. 22. de reform. c. 2.*

Inuasor ecclesiæ non potest esse episcopus. *Ioan. 8. ep. 223.*

Episcopi eligendi qualitates morales, seu requisita: Et quæ impediunt.

Episcopi eligendi qualitates multæ. *distinct. 23. cap. Quamquam.*

Episcopus fieri nequit recenter baptizatus. *Concil. Nicæn. 1. c. 2. dist. 61. cap. Neophitus.*

Episcopus eligi potest etiam ignobilis. *Gregorius VII. lib. 9. epist. 2.*

Episcopus fieri nequit bigamus. Vide, *in tit. præcedenti.*

Datus, vt intercessor in populo ad faciendam electionem, non potest eligi in episcopum. *Concil. Afric. c. 41.*

Episcopus eligendus debet esse sobrius, hospitalis, promptus, pudicus, &c. *Lib. 2. const. Apost. cap. 2. 3. & 5.* Doctus, & eruditus. *ibid. c. 1.* Vide, *in præcedenti tit.* Non acceptator personarum. *Lib. 2. cap. 5. & 42.* Non deditus cibis delicatis, nec multum insumens. *ibid. cap. 5.* Incorruptus, non se flectens ad munera. *ibid. cap. 9.* Ædificans bono exemplo. *ibid.* Non promptus ad puniendum, sed hortator ad corrigendum. *ibid. c. 15.* Irreprehensibilis. *cap. 17.* Non imperiosus spernens alios. *c. 20.*

Nequit eligi, qui non est instructus in ecclesiasticis disciplinis. *Zosimus ep. 1. c. 1. dist. 36. c. Qui ecclesiasticis.*

Episcopus à moribus nobilitatus, non à genere, vel loco. *dist. 40. c. Nos qui. & c. Non loca.*

Nequit eligi aliquis repente ex laico. *dist. 61. cap. Sacerdotale. cap. In sacerdotibus. cap. Non negamus. cap. Miserum. cap. Miramur. 1. q. 7. cap. exigunt. & cap. Maximum.* Licet aliquando ecclesia id tolerauit. *ibid. Concil. Constantinopol. 4. c. 4. & 5. Concil. Sardicense c. 13.*

Talis laicus ordinatus episcopus, non est episcopus. *Conc. constantino-*

stantinopolit.4. c.8. Formosus ep.1. Adrianus 2. ep.5. Conc. Rom.4. sub Ioanne 12. Vide, *Sacerdos summus*. Vide, *Laicorum inhabilitas*.

Nequit eligi, qui in alijs gradibus inferioribus non est exercitatus, vt in ordinibus, vel numquam fuit ordinatus. *Siricius ep.1. c.13. Innoc.1.ep.12. Zosimus ep.1. cap.1. dist.36. cap. Qui ecclesiasticis. dist.61. cap. Miserum est. Nicolaus 1. epist.10. dist.77. c.1. dist.59. cap. Ordinatos. Conc. Sardicense c.13.*

Eligi nequit, qui non est saltem subdiaconus. *Concil. Claramont. c.7. dist.60. c. Nullus in Episcopum.*

Ante sex menses, saltem sit ordinatus in sacris. *concil. Trid. sess.22. de refor.c.2.*

Non potest eligi, qui id procurat pecunia, aut precibus. *Simmachus ep.ad Cæsarium. concil. Tolet.4. c.19. concil. Nanneten.1. c.16. Gregor.1. lib.4. ep.23.*

Nequit eligi, qui est exosus populo. *Cælestinus 1. ep.2. dist.61. c. Nullus inuitis. c. Study. c. Obitum. c.Catinensis. & dist. 63. c. Cleri plebis. & c. vlt. Concil. Aurelian.5. c.11. Parisien.3. cap.8.* & intrans populis inuitis, perpetuò priuandus est. *ibid. & Concil. Lucen.2. c.10. Concil. Aurel.5. c.11. Concil. Parisien.3. c.8.*

Non eligendus ille, de quo non constat, quod per multum tempus fuerit continens. *Gregor.1. l.8. ep.40. Dist.68.c.4.*

De clero proprio eligendus erat olim episcopus. *Gregor.1. l. 11. ex reg. epist.14. in fine, & ep.18. Concil. Later.4. c.23.* & si in eo non aderat, ex externis erat eligendus. *ibid.*

Eligi non potest infamis; Publicus pœnitens; baptizatus in hæresi; rebaptizatus; Hæreticus; castratus à semetipso. Bigamus, seruus, laicus, miles, ignotus, neophitus, curiæ sæculi obligatus, minor 30. annorum, male promotus, precio petens eligi; à Prædecessore electus. Isti omnes si eliguntur, officio sunt priuati. *Concil. Tolet.4. c.19. dist.51. c. Qui in aliquo. dist.61. c.Non negamus. dist.81.c. Apostolus.*

Debet habere bonum testimonium bonarum personarum de sua probitate. *Conc. Tolet.4.c.22. dist.61. c.Episcopum.*

Debet esse docibilis, vt alios possit docere. *Clemens 1. ep.1.c. 4. dist.23. c. Qui Episcopus.*

Debet esse hospitalis, alias non fiat. *dist.85. c. vnico. dist.86. c. Fratrem.*

Concubinam habens, vel qui habuit, non potest eligi. *dist.33. c. Habuisse.*

Neque ambitiosi talis dignitatis. *1. q.1. c.Nullus itaque, & c. Estote ergo.*

Nequit eligi, qui vacat diurnis stipendijs. *dist.36. c. Qui ecclesiasticis.*

Neque publicè pœnitentiatus. *Dist. 61. c. Non negamus.*

Neque criminosus capitaliter. *dist.61. c. Bene nouit. dist.81. c. Apostolus.*

Neque ambientes episcopatum, sed potius fugientes. *8. q.1. c. In scripturis. Conc. Aruernen.c.2.conc. Aurelian.5.c.10.*

Neque, qui per fauorem illum procurat. *ibid.*

Neque, qui vult esse, vt præsit, non vt possit. *8. q.1. c. Qui Episcopatum.*

Neque malis moribus præditus. *dist.23. c.Qui Episcopus. de elect. & c. c. cum in cunctis.*

Neque, qui virginem stuprauit. *dist.81. c.Tantis.*

Episcopus fieri non potest, qui non potest esse sacerdos. *de excessibus Prælator. c. Ex literis.*

Neque, qui curijs sæcularibus, aut malitiæ vacauit. *Siricius ep.2. cap.1.*

Neque personæ ignotæ, sed notæ, & dignæ. *Siricius ep.3. c.2.*

Neque intrusus alio viuente. *7. q.1. c.Nouatianus, & cap. Non autem.*

Non potest eligi, qui sine dispensatione Papæ habet plura beneficia. *de elect. c. Dudum Ecclesia Poth.*

Neque illegitimus. *de elect. & c. c. Cum in cunctis.* Vide, *in precedenti titulo.*

Neque inuasor ecclesiæ. *Ioannes 8. epist.223.*

Neque Presbyter, qui habuit filios. *Concil. Toletan.1. c.1.*

Regulares eligi possunt in Episcopos; & iam facti, liberi sunt à iugo regulæ. *18. q.1. c. Statutum est. Clem. de electione cap.1.*

Episcopum malum Deus aliquando præesse permittit ob subditorum peccata. *8. q.1. c. Adauctor.*

Episcopatum ambientes magna damna inferunt Ecclesiæ. *Gregor.1. l.7. ex regest.ep.116.*

Eligi aliquis non potest in episcopum, nisi omnes de domo sua sint Christiani. *Concil. Carthag.3. c.18.*

Vide, *Laicorum inhabilitas*. Vide, *Beneficia, quibus conferenda*. Vide, *Beneficiorum incapaces*. Vide, *Electio*. Vide, *eligendus*.

Episcopi à quibus, & quomodo electi olim fuerunt, & nunc eliguntur.

Episcopi semper cum consensu Papæ, vbique fuerunt ordinati. *Gregor.1. l.4. ep.34. in medio*. Etiam in Oriente per Vicarium Papæ creabantur. *Martinus 1. ep.11. dist.63. cap. Porrò*. Vide, *Papa circa Episcopos*.

Episcopus olim sine licentia Metropolitani non eligebatur, nec ordinabatur. *concil. Laodicenum c.12. Concil. Nicæn. 1.c.6.* & non poterat se gerere pro Episcopo, si aliter eligebatur. *ibid. Concil. Antioch. c.19. Arelat.2.c.6. Carth.2. c.12. Innoc.1. ep.2. c.1. Hilarius ep.2. c.1.*

Electiones episcoporum olim regulariter ad clericos Cathedralium pertinebant. *de causa possessionis, &c. c.Cum Ecclesia, in fine.*

Electio Episcoporum olim à clero fiebat præsente populo. *dist.63. c.Quanto. c. Plebs. c.Nosse. c.Episcopos. c.Literas. & c.Metropolitano.*

Episcopus per clerum, olim, eligebatur. *Concil. constantinop.4. c.8. concil. cabilon.2. c.10.* à Clero, & comprouincialibus episcopis fiebat. *ibid.*

Et si vitiatur deuoluitur ad Papam. *concil. Rom.7. sub Gregor. VII.*

Episcopo electo, olim Imperator assentiebat. *dist.63.c.Lectis.*

Episcopus olim, eligebatur de Clero illius ecclesiæ. *Gregor. 1. l.7. ex regest. ep.89.*

Episcopus olim per Prouinciæ episcopos eligendus erat. *concil. Nicæn.2. c.3.*

Episcopi electio, quomodo olim per clerum facienda. *concil. Later.4. c.24.*

Episcopi electio ab absente fieri potest per procuratorem, & quomodo. *ibid.c.24.*

Episcopi electio quomodo facienda olim. *dist.61.c.Episcopus.*

In episcopi electione attendi debet vtilitas communis, non propria. *8. q.2. c. Dilectissimi.*

Electioni episcopi factæ non officit quod duo, vel tres non consenserint. *dist.65. c.Sanè. c.Non debet. & c. Episcopus.*

Electio episcopi facienda non est ante diem tertium à morte episcopi. *dist.79. c.Nullus.*

Electio episcopi non facienda ex fauore, sed ex iudicio. *8. q.1. c. Nec nouum.*

Electione comprobatur episcopus. *8. q.1. c.Illud inferendum.*

Electio episcopi non facienda per fauores, neque per munera. *8. q.2. c.Illud quidem.*

Episcopi, olim, cum consilio etiam Religiosorum eligendi erant in quibusdam locis. *dist.63. c.Obeuntibus.*

Electio episcopi fieri non potest per laicos. *dist.63. c. Nullus laicorum. c. Adrianus Papa. c. Valentinianus,* & est irrita. *ibid. c.Omnis. concil. Later.4. c.25.*

Et qui illi consensit nulliter est electus, & inhabilis imposterum. *ibid. c.25. concil. constantinopol.4. c. 12.*

Electio episcopi non facta à Catholicis est irrita. *9. q.1. c.Nos in hominem.*

Electio episcopi facta ab excommunicatis est nulla. *9. q.1. c. Nos consecrationem.*

Electionem episcoporum Deus sibi reseruauit, licet Sacerdotibus eam concesserit. *Anacletus epist.2. dist.79. cap.Electionem.*

Episcoporum electiones aliquando in præsentia Imperatoris, Papa fieri concessit. *Calistus 2. const. Ego Calistus.*

Episcoporum electiones factæ ex vi Principum, sunt nullæ. *concil. Nicæn.2. cap.3. distinct. 63. cap. Si per ordinationem. c. Omnis. cap. Non est permittendum, & c.Valentinianus.*

Sic eligentes per triennium ab officio, & beneficio suspenduntur, & priuantur potestate eligendi. *conc. Later.4. c.25.*

Episcopi, olim à plebibus expectabantur. *dist. 62. cap. Nulla ratio.*

Episcoporum electiones, populi debent subsequi, non præire. *dist.62. c. docendus.*

Episcopi nunc quomodo in multis Regnis, & Prouincijs eliguntur à Papa per nominationem faciendam à Dominis illorum regnorum, &c. & quomodo Papa eligit, si illi non nominant, vel si moriantur episcopi in curia. *concil. Later.5. sess.11. const.2.*

In episcopi electionibus olim Principis attendebatur voluntas. *dist.63. cap.quia igitur. cap. Principali. cap.Reatina. & cap. cum longe.*

Episcopus vnius ecclesiæ non potest eligi in alia, sed potest postulari; & si fit electio, est nulla. *Honor.3. ex Cirone de postulatione Prælatorum c.1.*

Eligi semper debet melior. *8. q.1. c. Qualis enim.*

Episcopus non per respectum ad diuitias, sed ad merita eligendus. *dist.41. c.Episcopus & c.clericus.*

Eligendus nihil promittat dare eligentibus, neque securitatem de hoc facere potest; & nulla est promissio. *8. q. 3. c. Talia. conc.Later.3. in append. tit. de simonia. c.13.*

Eligi procurans per pecuniam, est simoniacus. *1. q.6. c. ego autem. & c.Sicut. Greg.I. l.4. ep.23.*

Electionem episcopi impedientes, sunt excommunicandi. *Nicolaus I. ep.63.*

Papa sæpè insinuat eligendos: *Greg.I. lib.1. ep.56. & 58.*

Multos episcopos deputat Papa ad instantiam & petitionem Imperatorum, & Regum. *dist.63. c. Reatina. cap. Nobis Dominus. & c. Lectis.*

Electionum episcopalium causæ deuoluuntur ad Papam. *de elect. in 6. c. quamuis.*

Episcopi à Papa assumpti sunt veri episcopi, contrarium dicens est anathema. *conc.Trid.sess.23. can.8.*

Electio episcopi intra tres menses (olim) erat facienda per clerum. *concil.Vormatien.1. c.75.*

Episcopatum recusantes hortandi, & orandi sunt, vt acceptent, si probi sunt. *Extra, de præb. c.Ad cuiuslibet.*

Episcopo deposito alius est eligendus. *Greg.7. lib.4. epist. 14. & 15. lib.8. ep.17. & 20.*

Episcopus legitimè non datur, quando contra leges Dei datur. *Adrianus II. ep. 3.*

Episcopus quomodo promouendus, olim, in consistorio. *concil. Later.5. sess.9. in Bulla de reform. curiæ c.1.*

Papa sua auctoritate potest assumere, seù creare episcopos in ecclesiis. Qui dicit tales episcopos non esse legitimè factos, est anathema. *concil.Trident. sess.23. can.8.*

Episcopi electio diligenter discutiatur, quia vlterius non debet à populis iudicari. *Gregor.I. ex regist. lib.2. ep. 29.*

Episcopi promotio nunc sic facienda. Episcopo mortuo, qui ius habent in electione vel præsentatione, studeant promouere digniores meritis, qui legitimè sint nati, ætate, doctrina, probitate, &c. præditi sint. Inquisitio, & examen horum fit per metropolitanum, & redigitur in forma instrumenti, & ad Romanum Pontificem approbanda mittitur, vt prouideat. *concil.Tridentin. sess.24. de reformat. cap. 1.*

Informationes, & processus de promouendo ad episcopatum, & de statu ecclesiæ, sumi debent per Cardinalem, qui relaturus est in consistorio, & per alios tres Cardinales, qui ea debet subscribere, &c. *ibid.* Relatione facta in Consistorio differatur iudicium in aliud Consistorium, si Papæ sic videbitur expedire. *ibid. c.1.*

Postea per *Gregorium XIV. const.6. Onus*, stabilitum est quomodo facienda sit promotio. *§.10.*

Episcopus non receptus à populo.

Si episcopus non recipitur à Populo, interim se gerere debet, vt Sacerdotem. *dist.92. cap. Si quis ordinatus, & cap. Si quis Episcop.*

Talis non receptus, non sit molestus alijs. *dist.92. cap.Si qui Episcopi.*

Episcopatus à laico non accipiendus.

Episcopatus de manu laici non potest accipi. *16. q.7. cap. Si quis deinceps. c. Quoniam. c. Si quis Episcopus. cap. Sane Thessalonicensi. c. Si quis clericus. c. constitutiones. cap. Nullus laicorum. cap. Sicut Domini. cap. Per laicos.* Talis accipiens excommunicatur. *ibid.* Deponendus est. *ibid. cap. Si quis episcopus.*

Episcopi ordinandi examen quale, & à quo faciendum.

Episcopus ordinandus, per Metropolitanum erat olim, examinandus. *dist.24. c.episcop.*

Examinandus de fide, & moribus, prudentia, & scientia. *concil. carthag.1. c.1.*

Examinari debet de multis, & præcipuè de canonum obseruantia. *concil.Nicæn. 2. c.2.*

Examinandum est, an sit bonæ vitæ; an suspectus de hæresi, vel schismate, an hæreticorum libros legat, vel habeat: an hæreticis faueat, vel cum eis conuersetur: an eucharistiam tempore debito sumpserit; an in sacris, & quamdiù: an criminosus infamis, vel vitio notatus: an inimicitias habeat in loco episcopatus: an filios habeat illegitimos: an bigamus, an familia eius sit Catholica, an excommunicatus, suspensus, apostata, publicè penitentiatus: an aliquando fuit insanus: an à dæmone vexatus: an de legitimo matrimonio natus, an hæretici filius, an 30. annos habeat, an magister, doctor, vel licentiatus in Theologia, vel iure canonico, an vitio deformi corporis laborans, an morbo comitiali. *conc. Mediol. 1. p.1. tit. de examine, &c.*

Examen Episcopi promouendi fiat per tres Theologos, & tres canonistas. *ibid.*

Cui demandatur examen, si promouendus sit extra curiam, secus in curia. *Greg.14. const.6. Onus.*

Episcopi electi confirmatio.

Episcopi, olim, à Metropolitanis erant confirmandi. *concil. Nicænum 1. c.4.*

Electus est indignus non debet confirmari. *concil. Lateran. 4. cap.26.* Sed cassanda est talis electio. *Gregor.7. lib.7. epist.5.*

Episcopi vbique electi, à Papa sunt confirmandi. *Gregor.I. lib.4. epist.34.* in medio. *dist.61. cap.Carinensis. conc. Lateran.4. c.26.* Per se vel per alium, postquam est electus, debet se Papæ præsentare. *ibid.* etiam in Oriente per Vicarium Papæ confirmabantur. *Martin.1. ep.11.*

Episcopi electi extra Italiam, in eo tempore in quo expectatur confirmatio, possunt gubernare in spiritualibus, & temporalibus. *conc. Later.4. c.26.*

Alij verò in Italia non possunt. Vide, *electus.*

Episcopi electi ad Ecclesias cathedrales, intra mensem debent acceptare, & ex tunc ad Sedem Apostolicam iter arripere: post confirmationem accipiant, *de elect.in 6. c.cupientes.*

Episcopus ante confirmationem non potest conferre beneficia, & irrita est collatio. *De elect. c.Nosti.*

Episcopus non confirmatus à Papa non potest disponere de rebus ecclesiæ, neque institutiones, vt Archidiaconi, vel aliorum facere, & si faciat sunt nullæ. *conc.Later.3. in append. tit.de elect. c.1.*

Episcopus electus ab hæreticis non confirmatur, nec à Papa. *Greg.I. lib.8. epist.65.* Vide, *confirmatio.*

Episcopi consecratio seu ordinatio, à quo, quando, & vbi fit, ac quomodo.

Ab Episcopis prouinciæ debet ordinari; & si isti non conueniunt, ab episcopis prouinciæ vicinæ. *conc. Sardicen. c.5.* ab episcopis omnibus prouinciæ debebat, olim, ordinari vel saltem à tribus. *Ex conc. Nicæno 1. c.4.*

Episcopus à duobus, vel tribus debet consecrari, seu ordinari. *Conc.quod dicitur Apost. cap. 1. concil.Nicæn. 1. can.4. concil.Arelat.2. c.5.* Sed alij Comprouinciales consentiant. *ibid.*

ibid. Concil. Afric. c. 16. (prius 12. vel decem erant necessarij. *ibid.*) *Lib. 3. const. Apostol. c. vlt.* Numquam ab vno. *ibid. l. 8. cap. 27. Anacletus ep. 2. Siricus ep. 4. c. 2.* Ab vno non potest. *ibid. Concil. Lucen. 2. c. 2. Conc. Tolet. 4. c. 19. Damasus ep. 5. dist. 64. c. Episcopi. c. Ordinationes. c. Comprouinciales. dist. 66. c. Porrò Ierosolymitanum. Conc. Regense in Gallia c. 1. Gregor. 3. ep. 1.*

Ab vno non potest consecrari, sed à septem, vel saltem à tribus. *Concil. Arelaten. 1. c. 21.*

Episcopus à tribus non ordinatus, non est episcopus. *Ioannes 3. ep. vnica.*

Quod facienda sit à tribus, est de institutione Domini. *Anicetus in ep. decret.*

Ab vno consecrari non potest. *Gregor. 1. l. 12. ep. 31. c. 8. Gregor. 7. l. 3. ep. 19.*

A tribus facienda cum Metropolitano Prouinciæ. *de temporibus ordinat. c. Nec Episcopi.*

Ad consecrationem episcopi, non requiritur consensus sæcularis magistratus. *Concil. Trid. sess. 23. c. 4. & can. 7.*

Olim non poterant ordinari, seu consecrari, sine consensu Metropolitani. *Conc. Antioch. c. 19. Concil. Arelat. 2. c. 6.* Alias non habendus pro episcopo (id est quoad exercitium.) *ibid. Innoc. 1. ep. 2. c. 1. Hilarus ep. 2. c. 1. Conc. Lucen. 2. c. 3. Concil. Aurel. 3. c. 3. dist. 64. c. Extra conscientiam. c. Quia per ambitiones. c. Episcopum. & c. Illud. dist. 65. c. Placet omnibus. & c. Placet nobis. De temporibus ordinat. cap. Nec Episcopi.* Vide, *Ordinatio.* Vide, *Ordinare Episcopos.* Vide, *Consecratio Episcopi.*

In *lib. 8. const. Apostol. c. 27.* Habetur, quod si necessitas vrgeat, vnus possit ordinare, sed prius habito decreto commissionis aliorum. Idem *ex Anacleto ep. 2. & dist. 64. c. Ordinationes.* Sed non fuit in vsu, à tribus enim ordinatur.

Episcopum indignum consecrantes, careant deinceps illa potestate consecrandi. *1. q. 2. c. Si qui Episcopi. 25. qu. 2. cap. Si qui Episcopi.*

Episcopi consecrati ab Apostolis, qui fuerunt. *Lib. 7. constit. Apost. c. 46.*

Episcopi vbique semper cum consensu Papæ fuerunt ordinati, seu consecrati. *Gregorius 1. lib. 4. ep. 34. in medio. dist. 63. cap. Porrò.* (In Oriente per Vicarium Papæ. *Martinus 1. epist. 11.*)

Episcopus consecrari non potest absque licentia Sedis Apostolicæ. *Siricus ep. 4. c. 1. Gregor. 1. l. 2. ex regest. ep. 30.*

Episcopis concessa est à Papa facultas consecrandi alios episcopos, ob absentiam, & distantiam Papæ. *24. quæst. 1. cap. Pudenda.* & hoc semper ex antiquo fuit in praxi. *ibid.*

Episcopi promoti tenentur intra tres menses petere consecrationem. *dist. 75. c. Quoniam, & dist. 100. c. Quoniam quidem. Concil. Calced. act. 17. c. 25. Concil. Vormatien. 1. c. 76. Concil. Trid. sess. 7. de refor. c. 9. & sess. 23. de ref. c. 2.* etiam si Cardinales sint, quod si hoc omiserint facere intra tres menses, tenentur ad fructuum perceptorum restitutionem. Et si intra alios tres sequentes menses omiserint, ipso iure sint priuati ecclesiis. *ibid.*

Si concedatur prorogatio, non extendatur vltra sex menses. *Concil. Trid. sess. 7. vbi supra.*

Consecratio episcopi facta ab excommunicatis, reprobatur vt illicita. *Greg. 1. l. 3. ep. 20.*

Episcopus semel consecratus non potest iterum consecrari. *Dist. 68. c. Sicut semel.*

Episcopus inuitus non potest consecrari. *dist. 63. c. vlt. & dist. 74. c. Vbi.* Sic consecrans, per annum suspenditur ab officio. *ibid. c. Episcopus. & c. Gesta.*

Episcopi, dum consecrantur inter missarum solemnia, non possunt aliquem ordinare. *de elect. c. Quod sicut. §. Super eo.*

Episcopi consecratio facienda in die dominico. *Lib. 8. const. Apost. cap. 8. Concil. Tolet. 4. c. 19. dist. 71. cap. 1. & c. Quod à Patribus.*

Consecratio episcopi fit cum vnctione Chrismatis. *Clemens I. ep. 3. Anacletus epist. 1. in fine. De sacra Vnctione cap. vnico.* In fronte, & manibus vngitur, & quare. *ibid.* Vide, *Consecratio episcoporum.*

Consecrari non potest episcopus, si ei aliqua obijciuntur, nisi discussis causis contradictionum. *Concil. Afric. c. 17.*

Episcopi consecratio facienda in ciuitate sua, si est Metropolitanus: si alij, in loco constituto à Metropolitano. *Concil. Toletan. 4. c. 19.*

Fieri potest in ecclesia cuius est episcopus. *Concil. Aurel. 4. capit. 5.*

Si consecratio fiat extra Romanam Curiam, fit in ecclesia, ad quam quis fuit promotus, aut in Prouincia, si id commode fieri poterit. *Concil. Trid. sess. 23. de refor. c. 2.*

Episcopus consecrari non potest, nisi omnes de domo sua sint Christiani. *Concil. Carthag. 3. c. 18.*

Episcopi plures simul possunt consecrari. *de consecrat. Ecclesiarum c. Cum sis.* Vide, *Altare.*

Quibus ceremonijs facienda est consecratio Episcopi. *Concil. Carthag. 4. cap. 2.* Duo episcopi ponunt, & tenent librum Euangeliorum super caput, & ceruicem eius: vnus super eum fundit benedictionem, id est, profert formam: reliqui episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangunt. *ibid.* & hoc colligitur *ex lib. 8. const. Apostol. c. 4. Anacletus ep. 2. in fine. dist. 23. c. Episcopus.*

Episcopus consecratus, quid pro cartis (seu bullis) olim soluebat, & quo titulo. *Gregor. 1. l. 4. ep. 44.*

Vide, *Consecratio Episcoporum.*

Episcopi in quibus locis instituendi.

Episcopi in villis non constituantur, sed in ciuitatibus. *Concil. Laodic. c. 57. Concil. Sardicense c. 6. Concil. Tolet. 12. c. 4. Zacharias ep. 1. Dist. 80. c. Episcopi. c. Illud. c. Non debere. Anacletus ep. 3.*

Episcopatus in locis insignibus erigantur. *de priuileg. c. 1.*

Episcopatus non multum debent distare. *dist. 80. cap. Fraternitatem.*

Episcopus nouus quomodo instituendus in loco, in quo numquam fuit.

Episcopus nouus in terra, diœcesis alterius fieri non debet, nisi consentiente diœcesano. *Concil. Carthag. 2. cap. 5. & Carthag. 3. c. 42. Concil. Afric. c. 20.* Requiritur consensus Concil. Prouinc. & Primatis. *Concil. Afric. c. 65.*

Episcopatum de nouo volens in sua regione, tenetur prouidere de dote sufficiente. *Concil. Aurel. 5. c. 33.*

Episcopus nouus in loco, in quo numquam fuit, per Papam potest fieri. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 72.*

Episcopatus noui per Papam eriguntur. *Zacharias ep. 2.*

Episcopi de nouo ordinandi, vbi fideles noui adsunt. *16. q. 1. c. Præcipimus, vt iuxta.*

Episcopi plures in vna Ciuitate.

In vna Ciuitate esse non possunt plures episcopi. *Concil. Nican. 1. c. 8. Damasus ep. 5. Conc. Cabilon. 2. c. 4. Tolet. 12. c. 4. Concil. Later. 4. c. 9.*

Si duo episcopi consecrentur pro vna Ciuitate, nullus eorum est episcopus, sed fiat noua electio. *dist. 79. c. Si duo.*

Episcopus quamodo ponendus in possessione.

Concil. Nican. 1. ex Arabico c. 71.

Episcopus consecratus curam tenetur suscipere animarum; quid si non?

Episcopus consecratus tenetur ecclesiæ suæ curam suscipere; alias per superiorem excommunicetur. *Conc. quod dicitur Apostolorum c. 37. Conc. Antioch. cap. 17.* Sed excusatur, quando per ipsum non stat. *ibid. c. 18.*

Priuandus est honore, si recusat ire. *Concil. Lucense 2. c. 11. & 12.* excommunicandus. *ibid. dist. 92. c. Si quis Episcopus per manus.*

Episcopus non consecratus non exercet officium.

Episcopus non consecratus, licet confirmatus, non potest exercere ea quæ sunt ordinis. *de elect. c. Transmissam.*

Episcopi iurisdictio, & iura in sua Diœcesi.

Episcopi iura in sua Diœcesi sunt hæc. Prælatio, correctio, reformatio, iurisdictio ad causas omnes ecclesiasticas, ferre cansuras, conferre beneficia, ministrare sacramenta, synodum facere, decimas, & quartam funeralium recipere, visitare, & procurationes à locis visitatis, iuxta eorum qualitatem habere. *de offic. Iudicis ord. c. Conquerente.*

Episcopus loci delicti iudicare potest clericum alienum: sed Episcopus domicilij, vel beneficij exequitur priuationem beneficij, &c. si hæc interueniat. *de foro compet. c. Postulasti.*

Episcopus in omnes personas suæ Diœcesis, etiam laicos, & Principes cuiuscumque conditionis, habet iurisdictionem in spiritualibus. *de maioritate, & obed. cap. Sollicitæ.* Etiam super Imperatores, & Reges. *Nicolaus 1. in append. ep. 11. Conc. Aquisgran. 3. par. 4. c. 5. & 7. Post Conc. Tolet. 8. Conc. Tribur. 1. c. 32.* Vide, *episcopi potestas.*

Episcopus, quando solus potest conuocare Capitulum. Vide, *Capitulum.*

Episcopus, & eius Vicarius habet potestatem excommunicandi suos subditos, aggrauandi pœnas, ponendi interdictum, suspendendi à beneficio, ab officio, & ab ingressu Ecclesiæ, etiam sæculares. *Conc. Constant. sess. vlt. in constit. Martini V.*

Potest remouere clericos ab alieno in sua Diœcesi institutos. *Honorius 3. ex Cirone, de clericis peregrinis c. 1.*

Episcopus turbari non potest in iurisdictione à legato Papæ. Vide, *Legatus.*

Episcopi habent potestatem iudicandi omnes delinquentes in sua Diœcesi (in causis spiritualibus.) *Lib. 2. const. Apost. c. 11. 13. 36. 37. & 46. Anterus epist. vnica. 19. q. 3. cap. Facta subditorum.*

Episcopo commissi sunt populi, vt oues pastori. *conc. Rauennat. 4. sub Io. 22. cap. 2.*

Possunt, & debent punire maleficos. *Greg. 1. lib. 12. ep. 13.*

Episcopus solus potest iudicare eos, qui non sunt de Capitulo, atque dignitates, saluis priuilegijs, si quæ sunt pro studijs Vniuersitatum. *conc. Tridentin. sess. 25. de reformat. cap. 6.*

Episcopus in Diœcesi potest inquirere crimina, & punire, & potest in hoc vti brachio sæculari. *De offic. Iud. ord. cap. Pernicioſa.*

Sine Episcopi licentia, nihil in ecclesia agatur. *Clemens 1. ep. 3. 16. q. 5. cap. Cunctis.*

In omnibus ecclesiasticis petenda est episcopi licentia. *Clem. 1. ibidem.*

Episcopus solus, & alij de eius licentia iudicare possunt causas Rectorum ecclesiarum, & aliorum clericorum. *conc. Rauen. 4. sub Io. 22. c. 13.*

Episcopus in Diœcesi, in necessitate potest imponere ieiunium, & orationes; quod non possunt domini, vel alij laici. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 56. conc. Rauen. 1.*

Potest reuocare concessiones factas ab antecessore, si sint factæ contra canones. *Honorius 3. ex Cirone, de rebus eccl. non alienandis cap. 2.*

Non potest iudicare Parochianum alterius episcopi. *6. quæst. 3. cap. 1.*

Sed prædatorem iudicare potest, licet hic sit subditus alterius. *6. q. 3. cap. Placuit.*

Episcopus habet iurisdictionem in omnes Presbyteros, & Clericos, qui sunt in Diœcesi. *conc. Roman. sub Siluestro c. 7. concil. Vernense cap. 8. conc. Ratisponense. conc. Trident. sess. 6. de refor. cap. 3.* & omnes punire potest cum delinquunt. *ibid.* carcerare, & facere carcerare suos clericos. *de sent. excommunic. in 6. c. Si clericos.*

Episcopo maledicens, ab eo potest puniri. *conc. Mediolan. 1. part. 2. de dignit. ab episcopo retinenda.*

Episcopus iudicat crimen adulterij. *conc. Rom. sub Ioanne 9.*

Episcopus potest visitare, corrigere, & punire toties quoties, Cathedralia capitula, & alia, non obstante consuetudine contraria, exemptione, &c. *Concil. Tridentin. sess. 6. de reform. cap. 4.*

Episcopus debet iudicare clericorum suorum causas omnes *Gregor. I. lib. 9. ex regest. epist. 32. Concil. Tridentin. sess. 6. de reform. c. 3.*

Episcopus non potest absoluere, nisi in propria Diœcesi. Vide, *Absoluere.* Vide, *Iudicare.*

Episcopus habet iurisdictionem in cappellanos Regios non viuentes intra septa domus Regiæ: sic etiam in protonotarios honorarios, acolitos, Comites palatinos; & alios, qui in curia residunt, ratione beneficiorum. *Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 11.*

Habent etiam iurisdictionem in familiares Cardinalium ob beneficia. *ibid.*

Episcopi iurisdictio per Papam defendenda, & custodienda. *11. q. 1. cap. Peruenit.*

Episcopus quid potest circa vltimas voluntates. Vide, *Dispositio.* Vide, *Hæres.*

Episcopus potest corrigere Clerum, Capitulum, & canonicos. *De officio Iud. ord. cap. Irrefragabili. Clementin. sub eod. tit. cap. 1. Concil. Vernen. c. 3.*

Episcopus, vt Papæ delegatus, potest omnes subditos corrigere, reformare, &c. alia facere, quæ pro subditorum emendatione, ac vtilitate Diœcesis sunt necessaria, & in his non potest impediri, inhiberi, &c. & non obstat appellatio ad Papam interposita, sed procedere debet in opere, quod incepit. *Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 10.*

Potest procedere in causa, quando delegatus Papæ non procedit. *De off. Iud. ord. c. Significauit.*

Potest iudicare causas miserabilium personarum, & compellere exemptos (si non habent iudices) ad soluenda debita. *Conc. Trid. sess. 7. de refor. c. 14.*

Episcopus potest cogere vendentes, vt equaliter omnibus vendant. *De empt. & vend. c. 1.*

Episcopus potest cogere hæredes ad executionem testamenti, si elapso anno non fuerint executi mentem testatoris. *De testament. c. Nos quidem.*

Potest omnia interdicere hæredi non soluenti legatum. *ibid. cap. Si hæredes.*

Episcopus nouiter factus exigere potest rationes ab œconomo, & Vicario capitulari, etiam si fuerint absoluti à Capitulo. *Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 16.*

Episcopus habet potestatem ligandi, & soluendi omnes in sua Diœcesi. *Conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 37. Aquisgran. 3. p. 4. c. 5. & 7. Tolet. 22. c. 27.*

Potest absoluere impuberes percutientes clericos; mulieres, & impotentes accedere Romam. *de sent. excommun. c. 1.* Vide, *Absolutio.*

Potest absoluere per se, vel per suum Vicarium ad id deputandum, ab omnibus casibus occultis Papæ reseruatis in sua Diœcesi, & suos subditos. *Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 6. Etiam ab hæresi occulta.* extra Diœcesim non potest ligare subditum. *De constit. in 6. c. Vt animarum.*

Episcopus est executor omnium dispositionum, tam in vltima voluntate, quam intra viuos factarum. *Concil. Trident. sess. 22. de refor. c. 8.*

Episcopus debet curare, vt in Monasteriis, tam virorum, quam mulierum, regula obseruetur. *Concil. Vernen. c. 3. & 5. Concil. Trident. sess. 25. de refor. c. 5.* Vide, *Episcopus circa Regulares.*

Ad episcopum pertinet probare miracula, alias non prædicentur. Item reliquias, & hæc omnia cum consilio Theologorum: & si dubium aliquod graue accidat, expectet Metropolitani sententiam, qui cum consilio episcoporum definiat. *Concil. Trident. sess. 25. in decr. de inuocatione, veneratione, &c.*

Vide, *Miracula.* Vide, *Reliquiæ.*

Episcopus habet iurisdictionem in omnia loca pia Diœcesis, vt ecclesias, Hospitalia, &c. si non sint exempta. *de religiosis domibus c. cum dilectus. & cap. de Xenodochijs. Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 11.*

Habet etiam iurisdictionem in omnes seruientes Hospitalibus, locis pijs, &c. *Concil. Trid. ibid.*

Episcopus non potest à subiectione alicuius auferre ecclesiam illi subiectam. *De excessibus Prælatorum c. Ad hæc.*

Episcopus non perdit iura, si aliqua ecclesia vnitur ecclesiæ alterius Diœcesis. *De religiosis domibus cap. Quia Monasterium.*

Potest compellere Parochum diffamatum ad se purgandum, nisi appellauerit. *de purgat. canonica cap. Nos inter.*

Episcopus in visitatione, & extra, potest quoties est opus, procedere in causis criminalibus omnium Clericorum sæcularium etiam exemptorum, vt delegatus Papæ, non obstante quolibet priuilegio. *Concil. Tridentin. sess. 14. de refor. cap.4.*

Episcopus potest suspendere quoscumque Clericos ordinatos in sacris sine literis dimissoriis, vel sine examine, si ab eo reperti sint in idonei, & hoc arbitrio suo, & ad tempus. *concil. Trident. sess.14. de reform. c.3.*

Episcopus, quomodo potest procedere contra eos, qui se tuentur cum literis conseruatoriis. *Concil. Trident. sess. 14. de reform. cap.5.*

Episcopus habens potestatem puniendi clericos non subditos, non potest in hoc procedere, nisi cum licentia episcopi proprii Clericorum, alias nullus est processus. *Concil. Trid. ibid. cap.8.*

Episcopus, vt delegatus Papæ, potest aliquando perpetuò vnire beneficia, siue curata, siue non curata, ob paupertatem curatorum, & alios casus à iure permissos, siue reseruata, siue aliter affecta: absque tamen præiudicio obtinentium illa. *Conc. Trid. sess.21. de refor. c.5.*

Episcopus, vt delegatus Papæ, potest notarios à quocumque factos, siue à Rege, siue ab Imperatore, &c. examinare; & quos non reperit idoneos, repellere. *Concil. Trident. sess.22. de refor. c.10.*

Potest notarios delinquentes in officio in causis spiritualibus suspendere ab officio, vel perpetuò, vel ad tempus. *ibid. c.10.* Vide, *Episcopus quò ad visitationem.*

Episcopus ante confirmationem, quando potest exercere iurisdictionem. Vide, *Episcopi electi confirmatio.* Vide, *Electus.*

Episcopo subduntur omnia Monasteria suæ Diœcesis, quæ non sunt exempta. *de religiosis domibus c. cum dilectus.*

Episcopus inhibet Iudici sæculari, ne admittat excommunicatos. Vide, *excommunicati sunt inhabiles.*

Episcopus sit contentus suis iuribus, & quæ sunt hæc. *de off. Iud. ord. cap. conquerente.*

In omni loco suæ Diœcesis non exempto potest sedere pro tribunali, & ius dicere. *de off. ord. in 6. c. cum Episcopus.*

Episcopus de quolibet loco non exempto, potest personas ecclesiasticas, si opus sit, capere, & carcerare. *de offic. Iud. ord. in 6. c. cum Episcopus.*

Episcopalis iurisdictio non potest committi pro pretio, & sic faciens perdit potestatem committendi officium. *Concil. Lateran. 3. c.15. Concil. Colon.2. tit. de officior. &c. c.2.*

Episcopus quò ad Diœcesim alienam.

Episcopus in aliena Diœcesi, nullum actum iuridicum potest facere, & omnis talis est irritus (excepta ordinatione, quæ valida est, sed illicita, & impeditur executio ordinis.) *concil. constantinop.1. c.3. carthag.1. c.10. carthag.2. can. 11. carth.3. c.20. Afric.c.21. conc. Lucense 2.c.7. Mogunt.3. c.14. Rauennat.2. sub Clem.5. c.24. Damasus ep.5. Sixtus 2. ep.2. Calixtus 1. ep.2.9. q.2. c. Nullus alterius. cap. Nullus primas. cap. Placuit. & q.3. per totam ferè. De Parochijs, &c. c. Nullus Episcopus.*

Episcopus pulsus à sede potest in aliena Diœcesi ius dicere. Vide, *Episcopus spoliatus.*

Non potest iudicare subditum alterius Episcopi. *6. q.3. c.1.*

Episcopus inuadens alienam Diœcesim, est deponendus. *concil. Antioch. c.16. Aurelian.5. c.9.*

Non potest in aliena Diœcesi ordinare, sine licentia proprij. Vide, *Episcopus quò ad ordinationes.*

Non potest instituere clericos in aliena Diœcesi. *Honor. 3. ex Cirone, de clericis peregrinis c.1.*

Non potest exercere Pontificalia in Diœcesi alterius, sine huius licentia. *conc. Rauennat.2. c.24.* Sub pœna suspensionis ab exercitio Pontificalium ipso facto. *Concil. Trident. sess.6. de refor. c.5.*

Non potest in Diœcesi alterius absoluere, neque ligare, excommunicare, &c. *9. q.2. cap. Nullus alterius. c. Nullus primas. c. Placuit, &c. ibid. & q.3. per totam. De const. in 6. c. Vt animarum.*

Episcopus recipiens alienos clericos, excommunicandus est. *concil. quod dicitur Apostol. c.16.*

Vsurpans iurisdictionem alterius, excommunicandus est. *Concil. Vormatien.1. c.62. concil. Turon.1. c.9.*

Non potest dedicare Ecclesiam alterius Diœcesis; & si faciat, episcopus proprius potest eam reformare. *Gregor.1. l.10. epistol.25.*

Vide, *Episcopus quò ad ordinationes.* Vide, *Episcopo à quibus, & quomodo obediendum.* Vide, *Ordinarius.* Vide, *Iudicare.*

Episcopi iurisdictio in causis hæreticorum, & suspectorum.

Episcopus potest, & debet procedere in causa hæresis. *Vrb. 4. const.2. Licet §.3.*

Episcopus negligens persequi hæreticos, à vicinis episcopis (olim) poterat conueniri; & si intra sex menses non exequebatur, erat excommunicandus. *Concil. Mileuit. c.25. Afric. c.90.*

Episcopus negligens persequi hæreticos, est priuandus. *De hæreticis c. Excommunicamus. §. fin. Concil. Later.4. c.3.* & alius in locum eius ponendus. *ibid.*

Episcopus excusans hæreticos, vel celans, deponatur ab episcopatu. *Concil. Mileuit. c.2. Concil. Afric.c.91. Concil. Toletan.16. c.2.*

Episcopus non arcens hæreticos à sua Diœcesi, est sacrilegus, & deponendus. *concil. Arelat.2. c.30.*

Non potest facere legatum hæretico; & pœna. *conc. carthag. 3. c.13. Afric. c.48.*

Episcopus potest inquirere contra hæreticos, & processus formare contra eos; idemque potest facere Capitulum sede vacante. *de hæreticis c. Ad abolendam.*

In his causis est iudex ordinarius, & potest insuper delegari a Papa. *de hæreticis in 6. c. Per hoc.*

Episcopus coniunctim, & disiunctim ad Inquisitore, potest procedere in causa hæresi. *de hæret. in 6. c. Per hoc.*

Episcopo nihil derogatur, nullumque ei fit præiudicium, per hoc, quod Papa instituit Inquisitores. *ibid.*

Episcopus simul cum Inquisitore sententiat in causa hæresis; & si non conueniunt, remittunt ad Papam. *ibid.* Si vult in sententiando deferre Inquisitori, & è contra, possunt. *ibidem.*

Episcopus in causa hæresis debet procedere, sicut præcipiunt iura, & Apostolicæ sanctiones. *de hæret. in 6. cap. Per hoc.*

Episcopo procedente in causa hæresis, omnes tenentur obedire, iudices, domini temporales, magistratus, &c. *de hæret. in 6. c. Vt Inquisitionis officium.*

Episcopi, & Inquisitores diuisim agunt, non quando vnus agit, & alius non; sed quando vtrique agunt, sed separatim; & tunc debent communicare processus. *Extra, de hæreticis c. Ex eo.* Sed in fine tantum communicant processus. *ibid.*

Episcopi suis expensis debent inquirere in causis hæreticorum, & processibus: nec possunt petere partem expensarum ab Inquisitoribus. *ibid.*

Episcopi in causis hæresis non possunt procedere contra Inquisitores, nec è contra. *de hæret. in 6. cap. fin.*

Episcopi, quid possunt sine Inquisitoribus. *Clement. de hæret. cap.1. §. Propter.*

Habeant carcerem communem cum Inquisitore: duo ponendi custodes, vnus ab episcopo, alius ab Inquisitore: & duas isti habeant claues. *ibid. §. Sanè.*

Episcopus faciens hæreticos hæredes, excommunicatur; etiam post mortem, talis declarandus. *Concil. African. cap.48.*

Episcopo procedenti in causis hæresis, omnes etiam Principes temporales, tenentur obedire. *de hæreticis in 6. cap. vt Inquisitionis officium.*

Episcopus tenetur visitare terras suspectas de hæreticis. Vide, *Hæretici persequendi.* alioquin est priuandus. Vide, *ibid.*

Episcopus quò ad sua munera & officia.

Episcopi officia sunt benedicere, ordinare, offerre, manum imponere. *Lib. 8. const. Apost. c. 28.* Item consecrare ecclesias, altaria, virgines, chrisma conficere, confirmare, & ordinare: quæ alijs Presbyteris non conueniunt. *Conc. Hispalens. 2. cap. 7. Post Concil. Tolet. 8. cap. 7. dist. 25. c. perlectis. Concil. Colon. 2. par. 1. cap. 1.* Vide, *Confirmatio.* Vide, *Consecratio, &c.* Vide, *Ordinatio.*

Episcopus per se ipsum debet sua munera exercere, non per Corepiscopum, siue substitutum. *Damasus epist. 5.* Vide, *Corepiscopus.*

Episcopus solus potest confirmare cum chrismate in fronte. *Eusebius ep. 3. de consecrat. dist. 5. cap. manus quoque. cap. Nouissimè. & cap. vt ieiuni. dist. 21. cap. cleros. Ioannes 3. ep. vnica. concil. colon. 2. p. 1. c. 1. conc. Trid. sess. 23. c. 4. & can. 7.* Vide, *chrisma.* Vide, *confirmatio.*

Episcopus confirmans, vel baptizans, debet esse ieiunus. *de consecrat. dist. 5. cap. Vt ieiuni.*

Episcopus debet confessiones fidelium audire, & prædicare, & visitare. quod si hoc per se facere non possit, per alios debet facere. *de off. iudicis ord. c. Inter cætera.*

Episcopi munus præcipuum est prædicare. in dominicis, & festis tenentur id exequi per se, vel per alium. tempore verò Quadragesimæ, vel Aduentus, quotidie vel ter in hebdomada (saltem.) *concil. Trident. sess. 5. de reformat. cap. 2. & sess. 24. de reform. c. 4.*

Episcopo contradicente nullus, neque regulares, prædicare possunt. *ibid.*

Episcopus potest extremam vnctionem ministrare. *concil. Vormat. 1. c. 72. dist. 95. c. illud superfluum.* Vide, *extrema vnctio.*

Episcopi munus est ordines conferre. *Lib. 8. constit. Apostol. c. 28. concil. Carthag. 4. c. 5. 6. 7. 8. &c. conc. Colon. 2. p. 1. c. 1. concil. Trident. sess. 23. c. 4.* Vide, *Ordinatio.*

Episcopi munus est inuigilare, nè in Diœcesi adsint hæretici, contra eos inquirere, &c. *concil. Senon. tit. Diœcesani c. 32.* Vide, *Episc. in causa hæresis.*

Ad episcopum spectat approbare miracula, alias non prædicentur; item approbare reliquias: quæ facere debet cum consilio Theologorum, & si dubium graue accedat expectetur sententia Metropolitani, qui cum consilio episcoporum definiat. *concil. Tridentin. sess. 25. in decret. de inuocatione, &c.*

Episcopi munus est iudicare causas omnes ecclesiasticas, & spirituales omnium fidelium suæ Diœcesis, exceptis exemptis, nisi in aliquibus, vt delegati Papæ. Vide, *Episcopi iurisdictio, &c.* Vide, *Episcopus quò ad Regulares, & alios titulos.*

Pro exercitio suorum munerum, vt ordinatione, chrismate, consecratione ecclesiarum, &c. nihil potest accipere. *conc. Brachar. 2. cap. 3. & 5.*

Vide, *Episcopi obligationes.* Vide, *Corepiscopus.*

Episcopus quò ad ordinationes faciendas; vbi circa quos. & sine pretio.

Episcopus in sua tantum Diœcesi, & non in alia, potest ordines conferre sine licentia alterius episcopi. *concil. quod dicitur Apostol. cap. 36. concil. Antioch. cap. 13. & 32. Constantinop. 1. c. 3. concil. Vernen. c. 13. concil. constantinop. 4. c. 23. concil. Vormat. 1. c. 62. carthag. 1. cap. 10. carthag. 2. c. 11. carthag. 3. c. 20. carthag. 5. cap. 13.* & excommunicantur. *concil. African. cap. 21. concil. Rauenn. 2. sub Clemente V. cap. 24. concil. Mogunt. 3. c. 11. 2. q. 2. per multa capp. 9. q. 2. c. Nullus alterius. cap. Episcopum. cap. Episcopi. cap. Non inuitati. cap. Lugdunensis. c. Nullus Primas. & cap. Placuit. q. 3. per totum. Conc. Vernense c. 13.* Vide, *Ordinatio.* Vide, *Ordo, &c.* ex præfatis Concilijs, &c. multi dicunt esse irritam, talem ordinationem (sed intelligitur quò ad exercitium.) Idem confirmat *Sixtus 2. ep. 2. Calixtus 1. ep. 2. & post ep. 4. Cœlestinus 1. c. 1.*

Episcopus non potest ordinare subditos alterius episcopi, nisi cum commendatitijs illius (alias irrita est ordinatio, id est, impeditur exercitium ordinati..) *Concil. Antiochen. c. 22. Carthag. 3. cap. 21. & 44. African. cap. 21. & 47. Syricius ep. 4. Sixt. 2. ep. 2. Innoc. 1. ep. 2. cap. 7. Adrianus in decr. c. 18. Conc. Turon. 3. c. 13. Concil. Vormat. 1. c. 62. Conc. Moguntin. 3. c. 14. Conc. Triburien. 1. c. 28. dist. 71. cap. de aliena. c. Clericos.* & alijs ibi per totam. *concil. Turonen. 3. c. 13. Conc. Trident. sess. 6. de refor. c. 5.* sub pœna suspensionis ab exercitio Pontificalium.

De Papæ licentia, potest clericus vnius diœcesis ordinari in alia. *Dist. 71. c. Fraternitatem.*

Episcopus ordinans contra formam canonum suspenditur à communione. *Distin. 55. c. Nullus.*

Episcopus potest ordinare subditum alterius, si est familiaris suus. *Conc. Arausic. 1. c. 8.* Dummodo per triennium ei inseruierit. *Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 9.* Sed tenetur eidem conferre beneficium. *ibid.*

Episcopus ex commissione ordinans in diœcesi alterius, si ordinat non habentem beneficium, tenetur prouidere illum de victu donec per eum vel alium prouideatur de beneficio. *de prebend. in 6. c. si Episcopus.*

Episcopus titularis non potest prætextu priuilegiorum, aut continuæ familiaritatis, ordinare alterius subditum, non ad maiores ordines, nec ad minores, nec ad primam tonsuram, nec in loco exempto, nec in monasterio; sub pœna, ipsi suspensionis à Pontificalibus per annum; ordinatis verò, ab exercitio ordinum arbitrio episcopi proprij. *concil. Trid. sess. 14. de reformat. c. 2.*

Episcopus vsurpans hanc iurisdictionem circa ordinationes, quomodo punitur. Vide, *episcopi iurisdictio.* excommunicandus. *Conc. Carthag. 5. c. 13. Concil. Vernen. c. 13.*

Episcopus non potest ordinare seruum alterius inuito domino. Et si ordinat scienter domino inuito, & in sacris, hic remanet in ordine, episcopus verò tenetur satisfacere domino pro illo. Si episcopus id nesciebat, & alij supplicauerunt vt ordinaret talem seruum, isti tenentur satisfacere. *Concil. Aurelian. 1. c. 10. Concil. Vormatien. 1. c. 40. Dist. 54. cap. Si seruus.*

Episcopus ordinans aliquem sine titulo, tenetur illum prouidere de beneficio. *de ætate & qualit. &c. c. Accepimus.*

Ordinans aliquem in sacris sine titulo, tenetur prouidere de victu, donec de beneficio prouideat. *De prebend. cap. Episcopus.*

Episcopus non potest ordinare Religiosos inuitis eorum superioribus. *Conc. Roman. sub Greg. 1. c. 3.*

Episcopi existentes in partibus infidelium, non possunt ordinare in aliena diœcesi, & promoti suspenduntur ab exercitio ordinum. *Conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 2.*

Episcopus non potest ordinare inter missarum solemnia in quibus ipse consecratur. *de elect. c. Quod sicut §. Super eo.*

Episcopus cum capitulo præsente debet ordinationes celebrare. *Conc. Carthag. 4. c. 22. Concil. Trid. sess. 23. de refor. cap. 8.* Fieri debent in ecclesia Cathedrali, præsentibus canonicis. *ibid.* Possunt etiam fieri in alia digniori ecclesia. *ibidem.*

Episcopus per se ipsum debet ordinare suos clericos. *Conc. Trident. sess. 23. de refor. c. 3.*

Si verò episc. sunt impediti, & dimittunt eos ad alios vt ordinent, prius examinent, & postea dimittant. *ib. c. 3. & 8.*

Episcopus celebraturus ordinationes, feria quarta præcedenti, vel alio tempore vocet ordinandos, & per probos viros faciat eos examinari de vita, moribus, & scientia. *ibid. cap. 7.*

Examinatores sint Sacerdotes prudentes, periti, & exercitati in ecclesiasticis. *ibid.*

Episcopi Itali non possunt ordinare Vltramontanos, nisi cum certis requisitis. Vide, *Itali.* Vide, *Ordinare.* Vide, *Ordinatio.*

Episcopus pro ordinationibus nihil accipiat. *Conc. Aurel. 2. cap. 3.*

cap. 3. Concil. Brachar. 2. cap. 3. Concil. Trid. seſſ. 21. de refor. cap. 1.

Neque à notarijs aliquid poſſunt accipere ratione ordinationum, & contraria conſuetudo abrogata eſt. *ibid.*

Vide, *Ordinatio*, per omnes tit.

Epiſcopi poteſtas in res Eccleſiæ, & quomodo diſponere poſſit de illis.

Epiſcopus habet poteſtatem in omnes res eccleſiæ. *Conc. quod dicitur Apoſt. cap. 40.*

Epiſcopus debet pecunias & bona Eccleſiæ diſpenſare pro eccleſia, clericis, & pauperibus: & ſi ipſe indiget, prius pro ſe poteſt de eis accipere. *Conc. quod dicitur Apoſtolorum c. 41. Conc. Antioch. c. 25. Poſt Conc. Tolet. 1. c. 3. lib. 2. conſtit. Apoſt. cap. 2. & 27.*

De rebus eccleſiæ cum cleri conſilio debet diſponere. *Conc. Later. 3. par. 50. c. 19.*

Cum circumſpectione diſpenſare debet res eccleſiæ. *Concil. Turon. 3. c. 10. & 11.*

Epiſcopi vti debent rebus eccleſiæ, non tamquam proprijs ſed tamquam commendatitijs. *Conc. Cabilon. 3. c. 6.*

Non poteſt epiſcopus donare conſanguineis res eccleſię & pęnæ. *Conc. Antioch. c. 25. Conc. Pariſ. 6. lib. 1. c. 16. concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 1.*

Neque de illis poteſt ditare ſuos familiares. *ibid. Trident. c. 1.*

Epiſcopus debet inter bona eccleſiæ computare, quæ ſibi dantur, & relinquuntur à deuotis. *Conc. Agath. c. 6.*

Epiſcopus poteſt concedere res eccleſiæ, vt eis benè vtantur, quod ſi malè vtuntur, poteſt eos priuare conceſſis. *Conc. Emeriten. cap. 13.*

Epiſcopus ſucceſſor non poteſt reuocare donationem factam ab anteceſſore. *ibid. cap. 21.*

Epiſcopus olim tertiam partem oblatorum, &c. à Parochijs poterat accipere. *Conc. Emerit. c. 16.*

Epiſcopus cum clero, in neceſſitatibus poteſt de bonis eccleſiæ ſubuenire communitati populorum. *Conc. Later. 3. c. 19. concil. Later. 4. c. 46.*

Epiſcopus poteſt ex omnibus fructibus, & prouentibus dignitatum perſonatuum, & aliorum in Cathedralibus, vel Collegiatis exiſtentium ſumere tertiam partem, & aſſignare in diſtributiones diuidendas ijs qui clero interſunt. *Concil. Trid. ſeſſ. 22. de refor. c. 3.*

Vide, *Clerici quo ad redditus*. Vide, *eccleſię eorumque bona.* Vide, *eccleſię redditus.*

Epiſcopi obligationes.

Epiſcopus conſecratus tenetur præſentare ſe Metropolitano. *Diſt. 65. cap. Si quis.*

Epiſcopus tenetur docere populos verbum Dei. *Clem. 1. ep. 1. c. 4. & epiſt. 2.* tenetur docere doctrinam fidei. *ibid. lib. 2. conſt. Apoſt. c. 5.*

Tenetur incumbere cuſtodiæ fidei, vtque ea conſeruetur in ſua diœceſi. *conc. Mediol. 1. tit. de profeſſione fidei.*

Tenetur ſuper omnes laborare in eccleſia. *Clem. 1. epiſt. 1. cap. 4.*

Tenetur bono exemplo ædificare populum. *Lib. 2. conſtitut. Apoſt. cap. 10.*

Tenetur curare vt in Parochijs pueri doceantur de Doctrina Chriſtiana; & compellant Parochos per cenſuras vt hoc exequantur. *conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 4.*

Epiſcopus debet quotidie audire ſacrum; ſi eſt in loco habitationis. *conc. Tolet. 1. cap. 5.*

Tenetur diligere ſubditos, vt filios cum omni caritate. *Lib. 2. conſt. Apoſt. cap. 20.* eos corrigere, ac reducere ad bonum. *ibidem.*

Tenetur omni anno confirmationis Sacramentum miniſtrare, alias puniendus. *conc. Tolet. 1. c. 2.*

Tenetur habere curam pauperum. *Greg. 1. lib. 4. ep. 26.* Vide, *epiſc. circa pauperes.*

Tenentur benignè ſe gerere cum Imperatore. *concil. Turon. 3. cap. 1.*

Tenentur vacare ſtudio Sacræ Scripturę, ſacrorum Canonum, & doctrinis Sanctorum Patrum. *conc. Turon. 3. c. 2.* Tenetur ſcire Canones, & Statuta Apoſtolica. *conc. Aquiſgran. 2. par. 2. c. 2. & 4.* Et artem prædicandi. *ibid. c. 6.*

Tenentur cum benignitate tractare, iudices honorare, ſic Comites, & alios Dominos temporales. *concil. Turon. 3. cap. 33.*

Tenetur curare, vt in eccleſijs Parochialibus vel Baptiſmalibus, tot adſint Sacerdotes quot ſunt neceſſarij pro adminiſtratione Sacramentorum. *concil. Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 4.*

Epiſcopus tenetur recuperare loca, & res pertinentes ad ſuam cathedram, & ad, id eſt cogendus per ſuperiorem. *conc. Mileuit. cap. 24.*

Epiſcopus tenetur compellere ad reſidentiam omnes beneficiatos, qui ad eam tenentur: ſi qui verò habent priuilegia de non reſidendo, epiſcopus vt delegatus Papæ curet ſubſtitui vicarium idoneum, cum congrua portione fructuum beneficij. *conc. Trid. ſeſſ. 6. de refor. c. 2.*

Tenetur deputare vicarium in loco in quo non poteſt reſidere beneficiatus, cum congrua portione, non obſtante priuilegio, &c. *conc. Trid. ſeſſ. 7. de refor. c. 5.*

Tenentur epiſc. prædicare populo, in idiomate, quod ab hoc poteſt intelligi. *conc. Turon. 3. c. 17.* Aſſiduè tenentur prędicare. *conc. Cabil. 3. c. 2.*

Tenentur monere Principes, & iudices, nè pauperes opprimant. *conc. Turon. 3. c. 49.*

Tenentur monere iudices, nè admittant falſos teſtes. *concil. Turon. 3. cap. 34.*

Tenentur ſcholas conſtituere, in quibus Chriſtiani erudiantur. *conc. cabilon. 3. c. 3. conc. Valent. 2. c. 18.* Vide, *Schola.* Vide, *Magiſter ſcholę.*

Tenentur reſiſtere Principibus turbatoribus eccleſiæ. *Gelaſius conſt. 5. Valde mirati. §. 27. & ſeq.* multa exempla. *ibid.*

Tenentur reſiſtere Regi tyranno populorum, & ſupponere regnum interdicto. *Gregorius 7. lib. 2. ep. 5.*

Debet eſſe, vt medicus omnium. *Clemen. 1. ep. 1. c. 1. Greg. 7. lib. 2. epiſt. 5.*

Tenentur dare ſubditis cibum corporalem, & ſpiritualem. *conc. Pariſ. 6. lib. 1. cap. 23.*

Tenentur explicare populis vſum, & vim Sacramentorum. *conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 7.*

Tenentur corrigere peccantes, & non poteſt conniuere. *Innocen. 1. epiſt. 25.*

Epiſcopus poſt conſecrationem tenetur in manu Metropolitani profiteri ſe caſtè, & ſobriè victurum. *conc. Emerit. c. 4.*

Semper habere debet ſecum Presbyteros, & Diaconos. *Lucius 1. in ep. de conſecr. diſt. 1. c. Iubemus.*

Tenetur cum Diaconis viuere. *diſtin. 93. c. Diaconi. conc. Turon. 2. cap. 13.*

Tenetur diligere eccleſiam, vt vir vxorem. *Euariſtus ep. 2. 7. q. 1. cap. Sicut Vir.*

Tenetur ſe gerere vt collegam, non vt dominum Presbyterorum. *diſt. 95. c. epiſcop. in quolibet, & c. epiſcop. in eccleſia.*

Epiſcopi tenentur alere clericos in neceſſitate, alias deponantur. *conc. quod dicitur Apoſtol. c. 69.*

Dum ipſi ſedent, non permittant vt Presbyter ſtet. *concil. carthag. 4. cap. 34.*

Tenentur intra ſex menſes manifeſtare, quæ in Concilijs ſunt decreta, ſub pœna excommunicationis per duos menſes. *diſt. 18. cap. Decernimus.*

Cum magna cura tenentur paſcere fideles. *Ioannes ep. vnica.*

Tenentur procurare pacem inter ſe, & inter populos. *Diſt. 90. cap. Precipimus. concil. carthag. 4. cap. 26. Poſt ep. 3. Bonifacij cap. 5.*

Tenentur ſcire ſæcularia negotia. *Diſt. 39. cap. Petrus Diaconus.*

Tenentur ſuperare bonitatem ſubditorum in vita, & moribus. *8. q. 1. cap. Nec ſufficere.*

Tenentur defendere ſacerdotes, & repellere iniuſtitias. *Fabianus ep. 2. 3. q. 1. cap. Deus ergo.*

Tenentur defendere, & patrocinari, quos ſuſcipiunt ſub tutela. *diſt. 87. c. Irreligioſum.*

Tenentur ſcire librum Paſtoralem D. Gregorij. *conc. Turon. 3. cap. 13.*

Tenen-

Tenentur prouidere de miniſtris ſecundum linguas, & nationes diuerſas. *de off. Iud. ord. cap. quoniam. concil. Lateran.* 4. *cap.* 9.

Tenentur per ſe ſaltem in maioribus feſtis confeſſiones audire. *conc. Oxonien.* 1. *cap.* 1.

Si epiſc. non poteſt prædicare, & confeſſiones audire, ac viſitare, tenetur de alijs prouidere, qui id faciant. *de off. Iud. ordin. cap. Inter cætera. conc. Lateran.* 4. *c.* 10. *conc. Regiaticinum c.* 11. Saltem in Dominica debet prædicare. *ibid. c.* 5. *conc. Moguntiacum c.* 25. *conc. Rhemenſe c.* 14. *&* 15. *conc. Tolet.* 1. *c.* 2. *Valent.* 2. *c.* 16. *conc. Trident. ſeſſ.* 5. *de refor. c.* 2. Per ſe, vel per alium, ſi eſt impeditus, tenetur prædicare, *& ſeſſ.* 24. *de refor. c.* 4. In Quadrageſima vero, & Aduentu quotidie, aut ter in hebdomada per ſe, vel per alium. *ibidem.*

Tenentur charitatiuè tractare religioſos. *extra, de ſepulturis cap. Super Cathedram.*

Epiſcopi omnes promouendi tenentur in primo Concilio Prouinciali acceptare decreta Concilij Tridentini, iurare obedientiam, & fidelitatem Romano Pontifici, & damnare hæreſes damnatas ab alijs Concilijs. *conc. Trid. ſeſſ.* 25. *de refor. cap.* 2.

Tenentur clerum corrigere. *Clement. de off. Iud. ord. c.* 1.

Tenentur punire maleficos. *Gregor.* 1. *lib.* 12. *ep.* 13.

Tenentur curare ne in Eccleſijs fiant clamores, confabulationes, iudicia, nundinæ, &c. *de Immunit. eccleſ. in* 6. *cap. Decet.*

Tenentur habitare cum clericis. *conc. Turon.* 2. *c.* 13.

Tenentur inuigilare, ne quis plura beneficia curata, dignitates, vel perſonatus obtineat, ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſiæ ipſo facto. & quid agere debent cum habentibus. *Extra, de off. Iud. ord. c.* 2.

Tenentur impedire, ne laici exigant aliquid à clericis; alias conſentiens, excommunicatur ipſo facto, & pœnam depoſitionis incurrit. *conc. Lateranenſ.* 5. *ſeſſ.* 9. *Bulla de reform. curiæ cap.* 3.

Tenentur celebrare Synodum omni anno. *conc. Sabin. c.* 2. (qui omittit) ſuſpenditur ab ingreſſu eccleſiæ, donec in ſynodo ſe purget. *ibid.* Vide, *epiſopus quò ad concilia.*

In menſa faciant legere Sacram Scripturam. *concil. Toletan.* 22. *cap.* 5.

Tenentur reſiſtere omnipotenti iniquè agenti. *Nicolaus* 1. *epiſt.* 10.

Tenentur exequi ſententias latas à delegatis Papæ. *Concil. Lateran.* 3. *in append. tit. de poteſt. Iud. c.* 1.

Epiſcopi in Synodo tenentur tractare de obſeruantia canonum, & de reformatione. *Concil. Sabinen. cap.* 2. Vide, *Concilium.*

Tenentur ſæpè celebrare ſaltem in feſtis ſolemnibus, diebus Aduentus, & Quadrageſimæ. *Concil. Londin.* 2. *c.* 23.

Etiam in Dominicis, & feſtis. *conc. Mediol.* 1. *p.* 2. *tit. de frequenti diuini ſacrificij oblatione.*

Tenentur Miſſas publicè celebrare, & non in cappella, niſi ex neceſſitate. *Concil. Sabinenſ. c.* 7. Poſſunt per viam altari portatili vti. *ibid.* & ſæpe, ac ſingulis diebus celebrare, ſi opus ſit. *conc. Regiaticinum c.* 2.

Tenentur recitare officium deuotè, & diurnis, & nocturnis horis, quantum poſſunt intereſſe. *conc. Lateran.* 4. *c.* 17.

Tenentur dicere officium in choro cum clericis, niſi legitimè impediantur. *conc. Later.* 4. *c.* 17. *Sabin. c.* 7.

Tenentur corrigere populos benignè, deinde ſeuerè, &c. *concil. Trident. ſeſſ.* 13. *de refor. c.* 1.

Tenentur docere nouiter ordinatos de ſuis officijs, de miniſterio Sacramentorum, &c. *Conc. Rauenn.* 2. *ſub Clem. V. cap.* 9. Nec non materias, & formas Sacramentorum. *ib.*

Tenentur honorare omnes clericos. *diſt.* 95. *c. Sta ſubiectus.*

Tenentur curare, vt hoſpitalia omnia rectè adminiſtrentur, etiam ſi adminiſtratores ſint perſonæ exemptæ. *conc. Trident. ſeſſ.* 7. *de refor. c.* 15.

Tenentur audientias dare horis competentibus, & iuſtitiam adminiſtrare. *concil. Oxon.* 1. *c.* 1.

Tenentur curam habere de Parochijs, ne ab alijs vſurpentur. *Concil. Emeriten. c.* 8.

Tenentur contra inceſtuoſos inuigilare, eoſque punire, expellendo ab eccleſia; & vtendo brachio ſæculari. *concil. Vormatienſ.* 1. *c.* 79.

Die Dominico tenentur intereſſe eccleſiæ, niſi ſint infirmi. *conc. Aurel.* 1. *c.* 33. *de conſecr. diſt.* 3. *cap. Epiſcopus ſi infirmitate.*

Tenentur inuigilare, ne redditus hoſpitalium, leproſariorum, &c. vſurpentur, ſiue à fundatoribus, ſiue ab alijs, etiam exemptis. *Clement. de Religioſis domibus. cap. Quia contingit.*

Epiſcopus promotus in curia tenetur viſitare omnes Cardinales, quamprimum. *conc. Later.* 5. *ſeſſ.* 9. *in Bulla de reform. curiæ c.* 1. *Leo X. conſt.* 7. *Supernæ.*

Epiſcopus cauſas tenetur coram clericis audire. *conc. carthag.* 4. *cap.* 23.

Epiſcopus tenetur ire ad ſynodum, & concilia. *concil. carthag.* 4. *c.* 21. Vide, *Epiſcopi quò ad concilia.*

Quando tenetur diſcedere verſus eccleſiam ad quam eſt electus. Vide, *Epiſcopus quò ad reſidentiam, in fine.*

Aliæ epiſcoporum obligationes communes. Vide, *clericorum obligationes.* Vide, *eccleſiaſticorum obligationes.* Vide, *Epiſcopus quò ad ſua munera.* Vide, *tit. ſeq.* Vide, *Officia.*

Epiſcopi à quibus debent abſtinere.

Epiſcopus habere non poteſt duas eccleſias Cathedrales; habens verò dimittat vnam intra ſex menſes, alias poſtea acceptæ vacare cenſentur. *Conc. Trid. ſeſſ.* 7. *de reform. c.* 3. Vide, *Beneficia plura.* Vide, *Clerici à quibus debent abſtinere.* Vide, *eccleſiaſtici, ſub hoc titulo.*

Epiſcopus cauere debet à ludis, & ebrietate, alias excommunicetur. *Concil. quod dicitur Apoſtolorum c.* 43.

Non debet facere iuramentum fidelitatis Regibus, Imperatoribus, vel alijs Dominis. *Concilijs Claramont. c.* 17.

Abſtineat ab vſuris, alias deponatur. *Concil. quod dicitur Apoſtolorum c.* 44. *lib.* 2. *conſt. Apoſt. c.* 5.

Non admittat ad ſe mulieres ludicras, & iocoſas. *Conc. Tolet.* 18. *cap.* 3.

Abſtineat à militia (alias deponatur.) *Conc. quod dicitur Apoſtolorum c.* 83. *Nicolaus I. ep.* 27. *& in decretis tit. de Epiſcopis cap.* 7. 23. *q.* 8. *cap. Reprehenſibile. diſt.* 36. *cap. Si quis vult.*

Non debet, nec per ſe, nec per alium dare ſecuritatem pro indemnitate eccleſiæ. *Conc. Later.* 3. *p.* 50. *c.* 1.

Abſtineat à mendacijs, alias excommunicetur, vſque in finem. *Concil. Elibert. c.* 19.

Non quærat honorem, & gloriam ab hominibus, alias eſt mercenarius. 8. *q.* 1. *c. Sunt in eccleſia.*

Abſtineat ab officio aduocati in litibus. *Clemens* 1. *epiſt.* 1. *cap.* 2. *&* 3.

Item à conductionibus tam per ſe, quam per alios faciendis. *Conc. Vormat.* 1. *c.* 69. & alijs ab officijs, vt procuratoris, &c. *ibid.*

Abſtineat à conculcando alios Epiſcopos. *Concil. Arelatenſ.* 1. *cap.* 17.

Abſtinere debet ab iracundia; alias deponendus eſt. *Concil. Nican.* 1. *ex Arabico c.* 28.

Abſtinere debet à vigilijs, vſque ad mediam noctem. *concil. Lateran.* 4. *can.* 17.

Abſtinere debet à nimio ſomno in mane, vſque ad cantum auium. *ibid. can.* 17.

Abſtineat ab adminiſtratione ſæcularium, alias deponatur. *conc. quod dicitur Apoſtolorum c.* 81. *carthag.* 3. *c.* 14. Non ſit conductor, &c. *ibid.*

Non ſuſcipiat curam ſæcularium. *diſt.* 88. *c. Epiſcopus, & cap. Perlatum.*

Neque curam teſtamentorum. *ibid. c. Epiſcopus*, & per tria cap. ſeqq.

Abſtineat à verberando alios, etiam propter peccata. *concil. quod dicitur Apoſtolorum cap.* 28. *Gregor. I. lib.* 2. *ex regeſt. epiſt.* 52. *diſt.* 45. *cap.* 1. *cap. Quod autem. cap. Neminem. & cap. cum Beatus.* Alias ab officio deponatur. *& cap. Epiſcopum.*

Abſtineat à legendo libros gentilium. *concil. carthaginenſ.* 4. *cap.* 16.

Abſti-

Abstineat à lectione librorum hæreticorum, nisi in necessitate. *concil. carthag. 4. c. 16.*

Abstineat à litibus de rebus transitorijs. *Conc. Carthag. 4. c. 19. Concil. Aquisgr. 3. p. 1. c. 4.*

Abstinere debet à fastu, imperioso modo, & contemptu aliorum. *Lib. 2. const. Apost. c. 20.*

Non debet docere grammaticam. *Gregor. 1. lib. 9. epist. 48. dist. 86. cap. Cum multa.* Sed scripturam sacram doceat. *ibidem.*

Non potest tenere canes venaticos. *conc. Tolet. 17. c. 8.* Quomodo puniendus. *ibid.*

Neque similes aues, falcones, &c. *concil. Regiaticinum c. 4.* Abstineat à venationibus. *ibid. c. 4. concil. Matiscon. 2. c. 13. Nicolaus 1. in decretis tit. De Episcopis c. 1.*

Abstinere debet à conuiuijs, & vti debet parco victu. *concil. Turon. 3. c. 5. Regiaticinum c. 3.*

Ebrietati vacans est deponendus. *Conc. Aquisgr. 3. p. 1. cap. 6. conc. Foroiulien. c. 3. Parisien. 6. l. 2. c. 21. dist. 44. c. Multis. c. Conuiuia. & c. Nullus.*

Abstinere debet ab vsurpatione rerum alienarum. *Concil. Paris. 3. cap. 3.*

Non grauet subditos aliquid exigendo ab eis. *Gregor. 1. l. 11. ex regest. ep. 22.*

Non potest imponere seruitium, vel grauamen clericis, vel Abbatibus, vel alijs. *Concil. Rom. 5. sub Gregorio 7. c. 10.*

Abstineant à ioculatoribus, & histrionibus, & similibus scurris. *Concil. Turonen. 3. c. 7.*

Non possunt ire ad comitatum Regum, seu Imperatorum sine licentia Papæ. *23. q. 8. c. Quo ausu.* Aut saltem sine licentia Metropolitani. *ibid. c. Si quis Episcopus, & c. Si vobis. Concil. Sardicense c. 8. 9. 10. 11. & 12.*

Abstinere debent à conuersatione malorum. *2. q. 7. c. Peruenit, & c. vlt.*

Episcopi peccata grauissima sunt. *Martin. 1. ep. 12.*

Abstinere debent à venationibus. *dist. 34. c. Quorumdam.* Sub pœna excommunicationis per tres menses. *ibid.*

Vide, *Episcoporum obligationes, & seqq. tit.*

Episcopi quò ad vxores, & continentiam.

Episcopus non potest habere vxorem (id est Latinus) *Concil. Afric. c. 37.* & si habebat prius debet ab ea abstinere totaliter. *ibid. Concil. Turon. 2. c. 13. Concil. Carthag. 2. c. 2. Carth. 5. c. 3. post epist. Lucij 1. dist. 81. cap. Ministri*, Alias priuetur. *Concil. Vormat. 1. c. 9. Concil. Mogunt. 3. c. 19.*

Episcopus (Græcus) qui potest retinere vxorem, vnam tantum debet habere, & pudicam. *Lib. 2. const. Apost. c. 2.*

Vide, *Clericus habens vxorem.* Vide, *Coniuges quò ad multa.* Vide, *Continentia.*

Episcopus circa cohabitationem cum mulieribus.

Episcopus non potest habitare cum mulieribus. *conc. Nican. 1. can. 3. concil. Roman. sub Zacharia c. 1. Conc. Turon. 2. cap. 14.*

In Episcopi Palatio mulieres habitare non possunt; neque legitimè coniugatæ. *Concil. Meldense c. 26.*

Vide, *Clerici circa cohabitationem cum mulieribus.*

Episcopus fornicarius, vel permittens clericos fornicari.

Episcopus fornicarius episcopali honore est priuandus. *conc. Tolet. 8. c. 3. Extra, de pœnis c. Diuinis.*

Debet inter laicos facere pœnitentiam, & ab ecclesijs eijci. *dist. 81. c. Si quis episcopus.*

Si conuincitur est deponendus. *2. q. 7. cap. Paulus diaclina. & cap. Lator. dist. 81. c. Si quis amodo.* Sine spe restitutionis priuandus. *conc. Nican. ex Arabico c. 77.*

Episcopus peccans cum matre, vxore, vel filia alicuius magnatis, officio priuatur, & vsque ad finem excommunicatur. *concil. Toletan. 11. c. 5.*

Episcopus inferens vim generosis puellis, vel viris, quomodo puniendus. *conc. Tolet. 11. c. 5.*

Episcopus concubinarius si monitus à synodo Prouinciali non abstinet, ipso facto est suspensus: & si perseuerat, synodus referat ad Papam, qui eum puniat. *Concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 14.*

Episcopus consentiens fornicationi clericorum, suspendatur. *dist. 83. c. Si quis Episcopus.*

Permittens fornicarium celebrare; vel tolerans illum, deponatur ab officio. *concil. Later. 4. c. 14.*

Vide, *Diaconus capitaliter delinquens.*

Episcopi vita, victus, suppellex, & habitatio.

Episcopi peccata, grauissima sunt. *Martin. 1. ep. 12.*

Episcopus prope ecclesiam habitare debet. *concil. Carthag. 4. cap. 14.*

Non debet legere libros gentilium, vel hæreticorum. *Conc. carthag. 4. c. 16.* Nisi per necessitatem. *ibid.*

Episcopus non induatur serico. *Conc. Mediol. 1. part. 2. tit. De Episcoporum vestitu.* Neque pellibus pretiosis: non vtatur vnguentis, vel odoribus suauibus, annulo tantum Episcopali sit contentus. Stragulum mulæ, vel equi non sit sericum, calcaria non aurata, &c. Multa de hoc. *concil. Mediol. vbi supra.*

Episcopus suppellectili, & mensa modesta, & humili vti debet. *Concil. carthag. 4. c. 15. Concil. Turon. 3. c. 5. concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 1.*

Episcopus mensa frugali vti debet. *ibid. conc. Mediol. p. 2. De Episcopi mensa.*

Suppellex sit simplex, nihil habeat aureum, vel argenteum, non sericum, non aulæa, non tapetia, acupicta, & similia: sed ita modesta, vt mundi contemptum redoleant, & alia multa de hoc. *concil. Mediol. part. 2. tit. de Episcopi suppellectili.*

Ciborum numerus, & apparatus epularum, qualis esse debet. *ibid. de Episcopi mensa.*

Non suscipiat onus exequendi testamenta. *conc. carth. 4. c. 18.*

Neque attendat curæ rei familiaris; sed orationi, & sacræ lectioni. *concil. carthag. 4. c. 20.*

Dum ipse sedet non permittat clericos stare. *conc. carth. 4. c. 20.*

Episcopus scripturas sacras legat; Euangelium interpretetur. *lib. 2. const. Apost. c. 5.* Non sit deditus turpi lucro; non maledicus, non osor pauperum. omnium amicus, modeste de se sentiens; ignaros doceat, malos arguat. *ibid. c. 6.* Bono exemplo populum ædificet. *ibid. c. 10.* Non imperiosus, & spernens alios. *c. 20.*

Vide, *Episcopi obligationes.* Vide, *Episcopus à quibus debet abstinere.*

Episcopo quomodo, & à quibus obediendum.

Episcopo obediendum est ab omnibus in Diœcesi. *lib. 2. const. Apost. c. 20.*

Ei est obediendum, sicut viro ab vxore. *Euaristus ep. 2. 7. q. 1. c. Sicut vir.*

Episcopo non obedientes, grauiter puniendi. *Gregor. 1. lib. 10. epist. 46.*

Episcopo iubenti mala, vt canere missam pro hæreticis, &c. non est obediendum. *Post ep. 2. Eutychiani. 11. q. 3. c. Si quis Episcopus.*

Omnes Principes, & alios teneri ad obediendum episcopis, docuit Sanctus Petrus. *Clem. 1. ep. 1. c. 4. 11. q. 3. c. Si autem vobis. Gelasius ep. 8.*

Inobedientes Episcopis damnandi, vt infames. *Clem. 1. ep. 3 11. q. 3. c. Si autem vobis.*

Episcopi decreta impugnans, reijciatur. *De maioritate, & obedient. c. Si quis venerit.*

Episcopi bannum transgrediens, per 40. dies pœniteat in pane, sale, & aqua. *Concil. Tribur. 1. c. 8.*

Episcopo conuocante populum ad placitum, in die, qua conuocat dominus sæcularis, Episcopo est obediendum. *concil. Triburiense 1. c. 9.*

Episcopo omnes populi, & Principes subditi sunt, eique tenentur obedire. *de maioritate, & obed. c. Omnes.* Vide, *Episcopalis dignitas.*

Episco-

Episcopus non potest imponere seruitium, seu grauamen Clericis, vel Abbatibus, vel alijs. *Conc. Rom. 5. sub Gregor. 7. cap. 10.*

Episcopus non multum se humiliet coram Principe sæculari, neque multum eidem procedat obuiam, neque ob eum de equo descendat, qui fecerit per annum, excommunicetur. Sic & qui inducit ad id faciendum. *Concil. Constantinop. 4. c. 14.*

Vide, *Episcopalis dignitas*. Vide, *Episcopi iurisdictio*. Vide, *Diœcesis, in fine*.

Episcopus quò ad residentiam.

Episcopus morari non potest in prouincia, aut Ciuitate extra suam Diœcesim. *Concil. Sardicense c. 14.* Neque abesse potest à sua Ciuitate, plusquam per tres hebdomadas. *ibid. c. 15.* Nunc autem per tres menses in quolibet anno, siue continuos, siue interruptos, abesse potest. *conc. Trid. sess. 23. de refor. cap. 1.* Sed ex ratione, seu causa legitima, seu æquia: & si grex non patitur damnum, id conceditur. *ibidem.*

Tempore Aduentus, & Quadragesimæ non potest abesse. *Concil. Meldense c. 28. concil. Trid. vbi supra.* Neque in festis Natiuitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi possunt Episc. abesse à suis Cathedralibus. *conc. Trid. ibid.* Nisi sua munera Episcopalia, alio cum vocent.

Episcopus tenetur residere. *Gregor. 1. l. 5. epist. 23.* (alias in monasterio est retrudendus. *ibid.*) *Nicol. 1. in decr. tit. de Episcopis c. 5. 7. quæst. 1. cap. Pontifices. cap. Placuit, vt nemini. cap. Peruenit. Pius 4. constitut. 10. De salute. Pius 5. constitu. 65. Cupientes. Vrbanus 8. const. in append. 27. alias 137. Sancta synodus, vt infra.*

Die Dominico non absit ab ecclesia. *De consecrat. dist. 3. c. episcopus.*

Episcopus residens non potest citari ad Papam à nullo iudice, pro nullo delicto, neque etiam hæresis, vel læsæ maiestatis, sine licentia Papæ. *Pius 4. const. 10. de salute.*

Episcopus absens, si citatus non redit ad episcopatum, est priuandus, & alius eligendus. *de clericis non residentibus. c. Ex parte vestra. c. Qualiter, & c. Inter quatuor.*

Quibus ex causis potest episcopus abesse, & à quo probandæ tales causæ. *Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 1.*

Non debet absque graui necessitate extra Diœcesim pernoctare. *Extra, de maioritate, & obed. c. Et si deceat.*

Episcopus non residens per sex menses continuos, perdit quartam partem fructuum vnius anni, quam tenetur erogare fabricæ ecclesiæ, vel pauperibus. Si per alios sex menses, aliam quartam partem perdit, & sic applicat. Crescente contumacia, à Metropolitano cogatur per censuras. Metropolitanus verò per episcopum antiquiorem ad Papam intra tres menses est denunciandus, sub pœna interdicti ab ingressu ecclesiæ. *Pius 4. const. 10. de salute. & Conc. Trid. sess. 6. de refor. c. 1. in fine, & sess. 23. de refor. c. 1.* & comprehendit omnes, etiam Primates, &c. *ibid.*

Episcopi tenentur residere, etiam si Cardinales sint, sub pœna amissionis fructuum, & aliis. *Vrbanus 8. in append. constitut. 27. aliàs 137. Sancta synodus per* §. 18. Pœnæ sunt amissiones facultatum testandi, disponendi, & interdictum ab ingressu ecclesiæ. Nullum negotium excusat, quin pœnæ incurrantur, nisi synodi, seu concilia ecclesiastica.

Non possunt recedere ab ecclesia sine Papæ licentia, nisi ob Concilia, vt supra, sub eisdem pœnis. §. 8.

Episcopi nouiter facti tenentur ad ecclesiam se conferre hoc modo: qui Romæ sunt intra vnum mensem discedere, qui extra in Italia, intra duos. Extra Italiam existentes intra quatuor, sub eisdem pœnis. *ibid.* §. 7. 8. & 9. Nullum negotium excusat, nè incurrantur. §. 10.

Tolerantia, & conniuentia Papæ non excusat, nec etiam Cardinales. *ibid.* §. 11.

Pœnæ incurruntur, absque alia declaratione. *ibid.* §. 9.

Possunt abesse ab episcopatu, ratione visitandi limina, sic. Existentes citra montes per quatuor menses: vltra montes, vel vltra mare per septem menses, & tunc id munus explere tenentur, & non ad alia diuertere. *ibid.* §. 12.

Episcopi Cardinales certi de morte Papæ, possunt ab Episcopatu recedere, vt veniant ad conclaue, & post coronationem Papæ per duos menses manere in loco electionis, & statim discedere. §. 13.

Episcopus Cardinalis habens ecclesiam vnam de sex prope Romam, & aliam extra, in hac secunda tenetur residere. *ibid.* §. 17.

Vide, *Residentia*. Vide, *Residere*. Vide, *Ecclesiarum Prælati, &c.*

Episcopus à quibus potest accusari, & à quibus non, & ad quem.

Episcopi Catholici non possunt ab hæreticis accusari. *Concil. Constantinopol. 1. c. 6.*

A plebe non potest episcopus accusari. *Euaristus ep. 2.*

A criminosis non potest accusari. *concil. carthag. 2. c. 6. 2. q. 7. c. Præsumunt.*

Nec à detractoribus, vel inimicis. *Iulius 1. epist. 2. c. 28. 3. q. 4. c. Detractores.*

Neque à subditis. *Pius 1. ep. 1. 2. quæst. 7. cap. Oues.* Nisi errent in fide, quia tunc etiam ab illis. *ibid. & Innoc. I. in ep. decret. 2. q. 7. c. Maiorum, & c. Sententia.*

Neque à laicis. *2. q. 7. c. Non est. & c. Laici.*

Neque à personis vilibus. *2. q. 7. c. Quærendum.*

Ante accusationem debet fraternè corrigi. *Fœlix 2. ep. 1. c. 2. Adrianus 1. in decret. c. 5. Iulius 1. ep. 2. c. 7. & 35. 2. q. 7. c. Accusatio, & c. Si quis erga.* alias excommunicetur accusans. *ibid.*

Episcopus à sede pulsus non potest accusari, nec iudicari. *Sixtus 1. ep. 2. Fœlix 1. ep. 2. Eusebius ep. 2. Sixtus 2. ep. 2. 3. q. 2. c. Si Episcopus.* Vide, *Episcopus spoliatus.*

Ad Primatem olim accusari debebat Episcopus, & quo modo erat tractanda eius causa (prolixè.) *Conc. Carth. 3. c. 7.*

Non potest accusari apud iudicem sæcularem. *Caius ep. vn. post ep. 3. Bonifacij 1. c. 4. Fœlix 2. ep. 1. cap. 1. 11. q. 1. cap. Nullus.*

Episcopis accusatis dandæ sunt inducíæ, vt se præparent, & non minores, quam sex mensium. *3. q. 3. c. De inducijs. c. Inducíæ accusatis.*

Episcopi accusatio facienda coram duobus, vel tribus testibus. *2. q. 7. c. Accusatio quoque.*

Episcopus accusatus habeat inducias, quas petit, & locum iudicij eligat, si timet de oppressore. *Fœlix 2. ep. 1. c. 8.*

Episcoporum accusationes non facilè recipiendæ. *Sixtus 2. ep. 2. 2. q. 7. c. Accusatio.*

Episcopus accusatus de simonia, si se purgat restituitur. *Greg. 7. l. 9. ep. 16.*

Episcopos accusantium, vita, & mores prius examinanda. *Adrianus 1. in decret. c. 5. 2. q. 7. c. Si qui sunt. & c. Quærendum.*

Episcopus accusatus, iuramento se purgat. Vide, *Sacerdotes accusati.*

Vide, *Episc. Priuilegia.*

Episcopus quomodo iudicandus vbi, & à quibus sententiandus.

Episcopus olim per duodecim episcopos erat iudicandus. *concil. carthag. 1. c. 12. Carthag. 2. c. 10.* Neque aliter poterat condemnari, nisi in synodo. *Iulius 1. ep. 1. 5. q. 4. c. Nullus. & c. Duodecim. Zephirinus ep. 2. 3. q. 8. c. Accusatores. c. Suggero. Concil. Tribur. 1. c. 10.*

Alias decretum fuit, vt in synodo Prouinciæ iudicaretur causa episcopi. *Adrianus 1. in decr. c. 29.*

Episcopi inferiores iudicantur à superioribus. *Clem. 1. epist. 1. cap. 4.*

Extra prouinciam non possunt iudicari, excepto iudicio Papæ. *Iulius 1. ep. 2. c. 16. & 17. 3. q. 6. c. Peregrina. Fœlix 1. ep. 2.* Vide, *Episc. Priuilegia.*

Non possunt iudicari, nisi à iudice, quem eligunt, vel Papa deputat. *Iulius 1. ep. 2. cap. 34. Fœlix 2. ep. 1. c. 18. 1. q. 1. c. Iudices.*

Episco-

Episcoporum delicta melius discutiuntur in loco, vbi sunt commissa. *Greg. 7. lib. 4. ep. 17.*

Episcopus condemnari olim non poterat, nisi per 72. testes. *Conc. Rom. sub Siluestro c. 3. 2. q. 4. c. Præsul. c. Nullam. q. 6. cap. Omnis.* Vide, *Testes.*

Episcopus non potest citari, vt personaliter compareat, nisi ob causam per quam veniret priuandus. & hoc etiam si procedatur per Inquisitionem, aut denunciationem. *Concil. Trident. sess. 13. de reform. c. 6.*

Episcopus putans se grauatum à Metropolitano, appellat ad Papam. *Concil. Nicæn. ex Iulio 1. c. 4. ep. 2. c. 16. & 17. Sixtus 2. epist. 1.*

Episcopi non possunt damnari inconsulto Papa. *Conc. Nicænum ex Iulio 1. cap. 3. & 23. Benedictus 3. epist. 1. Concil. Trid. vt infra.*

Episcopo condemnato, solus Papa potest causam reuidere. *concil. Sardic. c. 3. Concil. Carthag. 6. c. 3. conc. Trident. sess. 13. de refor. cap. vlt.*

Damnatus sine Papæ consensu, & facultate, statim restituitur, & hæc praxis ex tempore Apostolorum fuit in ecclesia. *Felix 2. ep. 1. c. 18. Nicolaus 1. ep. 8.*

Numquam potest episcopus damnari sine facultate Papæ; nec etiam à Primate. *Iulius 1. ep. 2. c. 26. & 30. 2. q. 6. c. Ideo. Nicolaus 1. ep. 38. & 42. Felix 1. ep. 1. Damasus ep. 4. &* sic iudicans temerè facit. *ibid. Felix 2. ep. 1. c. 10. Gelasius epist. 13. Adrianus 1. in decret. cap. 3. Gregorius VII. lib. 8. ep. 21. Conc. Trident. sess. 24. de refor. c. 5.*

Episcoporum omnium maiores causæ ad Papam referendæ, & ab eo iudicandæ. *Anacletus ep. 2. Euaristus epist. 2. Victorius 1. ep. 1. Zephirinus ep. 2. Cornelius ep. 2. Damasus ep. 4. 2. q. 1. c. Primates. q. 6. c. Ad Romanam. q. 4. c. Nullam. 3. q. 6. c. Accusatus. & c. Discutere. causa 2. q. 7. c. Si quid. c. Quapropter. 3. q. 6. c. Discutere. c. Quamuis. cap. Multum. Greg. 4. epist. vnica.* & dicit esse decretum *Concil. Nicæn. 1. Nicolaus 1. ep. 42. Gregor. 7. lib. 8. ep. 21.* (& sine facultate Papæ non potest deponi. *ibid.*) *Conc. Tridentin. sess. 24. de reform. c. 5.*

Commissiones, quarum virtute procedi potest contra Episcopos, debent esse signatæ manu Papæ. *concil. Trident. sess. 24. de refor. cap. 5.*

Dum à Papa iudicatur episcopus, nullus in loco eius substituendus. *Iulius 1. ep. 2. c. 3.*

Priuari non potest episcopus antequam causa eius finiatur. *Felix 2. epist. 2.*

Non potest iudicari à iudice sæculari, nec coram eo. *Post ep. 3. Bonifacij IV. 11. quæst. 1. cap. Nullus. 21. q. 5. cap. Si Episcoporum causæ.*

Neque ab Imperatore potest iudicari. *Stephanus 6. ep. 1.*

Non potest iudicari à subditis. *Nicolaus I. ep. 8.*

Non potest citari ad Papam à nullo iudice, cuiusuis delicti prætextu, neque hæresis; neque læsæ maiestatis, sine licentia Papæ. *Pius 4. const. 10. de salute.*

Episcoporum causæ cum maturitate magna iudicandæ. *Gregor. 1. lib. 7. ep. 62. 2. q. 1. c. In primis.*

Episcoporum causæ inter maiores numerandæ, ideoque Papæ reseruatæ. *Nicolaus 1. ep. 42.*

Episcopus accusatus ad Sedem Apostolicam, non potest regredi sine literis Papæ. *8. q. 5. c. Quilibet fratrum.*

Episcopi criminosi à Papa tantum deponuntur. *Extra, de pœnis cap. Diuinis. Leo IX. ep. 3.* Idem *Leo const. 2. Cum ex venerabilium.*

Episcoporum causæ maiores, & criminales, quæ dignæ essent priuatione, à Papa tantum iudicantur, sic & causæ hæresis. *Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 5.*

Si committenda sit alijs, manu Papæ signetur commissio. *ib.*

Prefati commissarij processum formatum ad Papam mittunt, & sic terminatur causa. *ibid.*

Causæ verò minores Episcoporum in Concilio Prouinciali terminentur; vel à deputandis per Concilium generale. *ibid. cap. 5.*

Vide, *episc. Priuilegia.*

Vide, *Papa.* Vide, *episcopus quomodo iudicandus.* Vide, *Episcopalis dignitas.* Vide, *episcopi confirmatio.* Vide, *Papa.*

Episcopus sine Papæ facultate damnatus restituitur in pristinum, & hoc ex Apostolorum tempore fuit in praxi. *Felix 2. ep. 1. c. 18.* Vide, *episc. quomodo iudicandus, supra, diffusè.*

Episcopus semper potest appellare ad Papam. *Iulius 1. ep. 2. cap. 2. 2. q. 6. cap. Omnes. cap. Si quis putauerit. 3. q. 6. cap. Accusatus.*

Episcopi non possunt effugere iudicium, & subiectionem Papæ, nec etiam Patriarchæ Orientis, & Constantinopol. *Gelasius 1. epist. 13.* Vide, *Patriarchæ.* Vide, *Papa.*

Episcopi omnes in toto orbe à Papa dependent. *Nicolaus 1. in append. ep. 4.* Vide, *Papa circa episcopos.*

Episcopi semper cum Papæ consensu vbique sunt ordinati. *Gregorius 1. lib. 4. ep. 34. in medio. dist. 63. c. Porrò.*

Etiam in Oriente creabantur per vicarium Papæ. *Martinus 1. epist. 11.*

Episcopi electi vbique obtinere debent confirmationem à Papa. *dist. 61. cap. Carinensis.* Vide, *episcopi confirmatio, electio, &c.*

Episcopi vocati sunt à Papa in partem sollicitudinis ecclesiæ, non in plenitudinem potestatis. *2. q. 6. c. Decreto.*

Episcopi non possunt resistere decretis Papæ. *Concil. Rom. 2. sub Leone 1.*

Non possunt agere contra decreta Papæ. *25. q. 2. cap. si quis.* Et excommunicantur si faciunt. *ibid. cap. Generali.* item *24. q. 4. c. Si quis dogmata.*

Non possunt violare interdictum Papæ. *De priuil. in 6. c. fin.*

Episcopi non obedientes Papæ, suspendantur à celebratione Missarum. *Greg. 1. lib. 5. ep. 25.* priuandi sunt. *De pœnis cap. Diuinis.*

Episcopi criminosi à Papa deponuntur. *Extra, De pœnis c. Diuinis.*

Episcopi vocati à Papa, tenentur obedire, neque eos excusat impedimentum Imperatoris, &c. *Gregorius 1. lib. 5. ep. 26.*

Episcopi Romano Pontifici obedire tenentur, & non obediens priuatur honore. *Gregorius 4. ep. vn. Dist. 19. cap. Nulli. Dist. 45. cap. Licet.*

Non possunt ire in regionem longinquam, sine licentia Papæ. *Vigilius ep. 7.*

Episcoporum iurisdictio per Papam est defendenda, & custodienda. *11. q. 1. c. Peruenit.*

Episcopi promoti à Papa, non possunt à curia discedere sine literis promotionis: non possunt fructus percipere, nec ab vllo acceptari: non possunt ministrare, nisi facto iuramento fidelitatis, acceptantes suspenduntur à beneficijs ad arbitrium Papæ. *Extra, de elect. c. 1.*

Episcopi non possunt discedere à curia sine licentia Papæ, alias incurrunt excommunicationem. *Extrauag. comm. de maiorit. & obedientia. c. Et si deceat, & c. Vt Prælatorum.*

Episcopi possunt per Papam eximi à iurisdictione Metropolitanorum. *16. q. 1. c. Frater noster.*

Episcopi non possunt venire Romam latenter, sed debent se præsentare Papæ, alias notam infidelitatis incurrunt. *Extra, de maiorit. & obed. c. Et si deceat.* Et excommunicati sunt. *ibid.* Et qui eos recipiunt excommunicantur. *ibid. cap. Vt Prælatorum.*

Primum omnium tenentur visitare palatium Papæ, alias incurrunt notam infidelitatis. *ibid. Extra de maior. cap. Et si deceat.*

Episcopi contemnentes Sedem Apostolicam, eique non obedientes sunt priuandi. *de pœnis c. Diuinis.*

Episcopi male tractantes, vel impedientes eos, qui appellant ad Papam, priuantur. *de Pœnis c. Diuinis.*

Tenentur exequi sententias delegati Papæ. *conc. Later. 3. tit. De potestate iudicum. c. 1.*

Non possunt censuras facere contra euntes Romam ad Papam pro suis negotijs. *Extra, de priuileg. c. Diuina.* Pœnæ. *ibid.* Omnia facta sunt irrita. *ibid.*

Neque possunt priuare beneficijs litigantes apud Sedem Apostolicam, sub pœna excommunicationis, & interdicti ipso facto. *ibidem.*

Episcopi tenentur præstare iuramentum Papæ de subiectione, fidelitate, conuenientia ad synodum, visitatione liminum, de bene tractando Legatos Papæ, &c. *De iureiur. c. Ego N.*
Episcopi, Archiepiscopi, Primates, &c. promoti tenentur in primo Concilio Prouinciali iurare obedientiam, & fidelitatem Papæ, acceptare decreta Concilij Tridentini, & damnare omnes hæreses ante damnatas. *Conc. Trid. sess. 15. de reform. c. 2.*
Episcopi vocati à Papa ad synodum, non obedientes, nec se excusantes excommunicantur. *Ioan. 8. ep. 181. & 182.*
Episcopus non recipiens honorificè Legatum Papæ excommunicatur, & à celebratione Missæ suspenditur. *Ioann. 8. epist. 196.*
Episcopus à quocumque damnatus, à Papa potest iterum iudicari. *Conc. Sardic. c. 3.*
Episcopi etiam in longinquo distantes à Papa obtinent, vt possint alios consecrare. *24. q. 1. c. Pudenda.* Et hoc semper antiquitus fuit in vsu. *ibid.*
Vide, *Papa circa Episcopos.* Vide, *iuramentum fidelitatis.*

Episcopus circa Metropolitanos.

Episcopus consecratus Metropolitano se præsentet. *dist. 65. c. Si quis in Metropolitana.* Hoc olim.
Episcopus sine licentia Metropolitani, nihil potest agere extra Prouinciam. *9. q. 3. c. Per singulas. Iulius 1. ep. 2. c. 23.*
Episcopi Metropolitano subduntur. *9. quæst. 3. cap. Per singulas il 2.*
Episcopus olim sine Metropolitano non poterat Ecclesiam gubernare, & alia facere. *concil. Antioch. c. 10.*
Olim intra duos menses à die consecrationis adire debebant Metropolitanum; vel si infirmi, per aliũ eis significare. *concil. Tarracon. c. 5. dist. 65. c. Si quis in Metropolit.* Si extra Metropolitanam erant ordinati.
Neque extra Prouinciam olim poterant exire sine Metropolitani licentia. *Hilarus ep. 8.*
Ad Imperatorem accedere non poterant sine licentia Metropolitani. *Concil. Antioch. c. 11.*
Sine licentia Metropolitani non poterant, olim ordinari. *Hilarus ep. 2. c. 1.*
Non tenentur feria 5. Cænæ conficere Chrisma cum Metropolitano, nisi adsit priuilegium, vel antiqua consuetudo. *Honor. 3. ex Cirone, de offic. Iud. ordin. c. 3.*
Episcopi vocati à Metropolitano pro publicis negotijs, tenentur eos adire, alias puniri possunt ab eo. *Concil. Toletan. 13. cap. 8. concil. carthagin. 3. cap. 28.* Trans mare ire non possunt sine eius licentia. *ibid. Concil. Agathen. cap. 35. Epaunen. c. 1. conc. Emeriten. c. 6.* Nunc verò exempti sunt. Vide, *infra.*
Episcopi nunc, excepto tempore synodi, seu Concilij, non tenentur ire ad Metropolitanum, quando vocantur, non obstante quauis consuetudine, &c. *concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 2.*
A Metropolitano potest episcopus appellare ad Patriarcham. *concil. constantinop. 4. c. 26.*
Episcopus grauatus à Metropolitano, appellat ad Papam. *Sixtus 2. ep. 1. 2. q. 6. c. Si quis putauerit.*
Possunt episcopi à Papa eximi à iurisdictione Metropolitanorum. *16. q. 1. c. Frater noster.*
Episcoporum, & subditorum causæ non cognoscuntur à Metropolitano, vel Patriarcha, nisi per legitimam appellationem. *De off. Iud. ord. c. Duo simul.*
Vide, *Archiepiscopus.* Vide, *Metropolitanus.*

Episcopus circa pauperes, & oppressos.

Episcopi domus debet esse hospitium omnium pauperum. *Concil. Parisiense 6. l. 1. c. 14.*
Episcopus tenetur releuare oppressos. *Eleutherius in epist. decret.*
Episcopus semper pauperes ad mensam habeat. *Concil. Rhemense c. 17.*
Episcopi tenentur ad alendos pauperes. *Concil. Rauennat. 1. sub Honorio 4. c. 2.*
Episcopi iuuare tenentur pauperes oppressos, & corrigere oppressores. *Concil. Arelat. 4. c. 17.*
Ecclesiæ facultates pauperibus potest episcopus dispensare. *10. q. 2. c. vlt.* Sed non ex suo libito, & pœnæ. *ibid.*
Debent patrocinari pauperes recurrentes ad eos. *dist. 87. c. Licet. c. Defensionis. c. Diuinæ.*
Tenentur alere pauperes pro viribus suis. *dist. 82. c. 1.*
Debent potius subleuare pauperes, quam parietes ecclesiæ ornare. *12. q. 2. c. Gloria.*
Pauperes, ac debiles sustentare tenentur. *Conc. Aurel. 1. cap. 18. dist. 82. c. Episcopus pauperibus.*
De Thesauro ecclesiæ accipere debet episcopus ad sustentandum pauperes. *Concil. Turon. 3. cap. 11. concil. Trident. sess. 25. de reform. c. 1.*

Episcopus percussor per se, vel per alium.

Episcopus neminem potest percutere suis manibus, neque propter peccata. *concil. quod dicitur Apostol. c. 28. concil. Agath. c. 1. Gregor. 1. l. 2. ex regest. ep. 52. dist. 45. c. Quid autem. c. Neminem. & c. Cum beatus. dist. 86. cap. Non liceat.*
Episcopus verberans, officio priuetur. *dist. 45. cap. Episcopum.*
Episcopus faciens fustigari aliquem crudeliter, puniendus, & quomodo. *De clerico percussore c. Præterea.*
Vide, *Clericus percussor.* Vide, *Episcopus à quibus debet abstinere.*

Episcopus negligens in suo officio.

Episcopi negligentes, qui non prædicant, non visitant, non confirmant, & exigunt expensas, priuandi sunt. *Post concil. Tolet. 1. c. 2.*
Episcopus non corrigens clerum non valet corrigere populum. *8. q. 1. c. Quid autem.*
Episcopus negligens, est corrigendus. *dist. 84. c. 1. & c. Nunciatum.*
Episcopus non puniens fornicationem diaconorum, subdiaconorum, &c. ab officio suspendatur. Idem de incestu. *Concil. Rom. 5. sub Gregor. 7. c. 12.*
Episcopus negligens, Christum non diligit. *25. q. 1. c. Diuinit.*
Episcopus consentiens, vt subdiaconus vacet vxori, suspenditur ab officio. *Conc. Melsitanum c. 12. dist. 32. c. 1.*
Episcopi negligentes persequi hæreticos, deponantur. *concil. Later. 4. c. 3. de hæret. c. Excommunicamus §. fin.*
Episcopus non puniens crimen incestus, suspenditur ab officio. *Concil. Rom. 5. sub Gregor. 7. c. 12.*
Episcopi permittentes, vt eligantur, dignitates, Parochi, &c. indigni, vel carentes ætate, vel sufficientia, &c. priuantur potestate conferendi tales dignitates. *concil. Later. 3. c. 3. 11. q. 3. c. Priuilegium. dist. 63. c. Si forte.*
Episcopi negligentes cogantur facere, quæ debent. *Concil. African. c. 88.* Vide, *episcopi obligationes.*
Vide, *Pastor.*

Episcopatuum vnio.

Episcopatuum vnio fieri potest à Papa. *16. q. 1. c. Et Temporis.*
Episcopatus pauper vniri potest cum alio vicino. Sed præcedere debet examen Concilij Prouincialis, & mitti debent instrumenta ad Papam, vt ipse definiat. *Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 13.*
Episcopus pauper poterit de beneficijs non curatis à Papa prouideri. *Concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 13.*
Vide, *Vnio.*

Episcopi spoliati, seu electi, quomodo tractandi, & eorum priuilegia.

Episcopi sede pulsi non possunt excommunicari, aut iudicari. *Sixtus 1. ep. 2. Iulius I. ep. 2. c. 8. & 35. 2. q. 2. c. Nullus potest. & c. Si Episcopus fuerit.*
Episcopi spoliati non possunt accusari, nisi prius in pristinum restituantur. *Stephanus 1. epist. 2. Felix 1. epist. 2. Caius*

ep. decr. Eusebius ep.2. Neque potest ad synodum vocari. *ibid. Damasus epist.4. Felix 2. ep.1. cap.3. & 4. Ioannes 1. ep.1. Conc. Rom. sub Symmacho. 2. q. 2. c. Nullus potest. c. Antiquitus. c. In scripturis. c. Nullus episcoporum. & c. Preceptum est. 3. q.2. c. Si Episcopus. 3. q.1. c. Episcopi. c. episcopis. c. Reintegranda. 3. q.2. c. Prius ergo. 5. quæst.2. c. Si primates. Nicolaus 1. epist.9. Zephirinus ep.2. Fabianus epist.2.*

Episcopi spoliato, vel electo iniustè, nullus alius eligatur. *conc. Rom. sub Ioanne 9.*

Episcopi spoliati reditus omnes, pro eo conseruandi. *Honor. 3. ex Cirone, de restit. spoliat. c.1.*

Episcopus spoliatus tanto tempore debet manere in possessione, quanto mansit electus, antequam respondeat. *Damasus epist.4. c.8. 3. q.2. c. Tamdiu.*

Episcopus pulsus cessante persecutione reuertatur ad ecclesiam suam. *Nicolaus 1. decr. de episcopis cap.6. 7. q.1. cap. Scisciteris.*

Episcopi pulsi à sedibus, possunt in alieno territorio iurisdictionem exercere contra expulsores, in locis & ecclesijs securis, quò expulsores possunt adire. *Clem. de foro compet. c. vn.* Si verò propter metum eorum citari non possunt, in ecclesijs principalium ciuitatum, & locorum promulgari faciant citationes, & lapso termino procedere. *ibid.*

Item possunt suos subditos in aliena Diœcesi iudicare, sed non trahant eos extra Diœcesim suam vltra duas dietas. *ibid.* Dicente episcopo se non potuisse citare expulsores, ei creditur.

Expulsi, ad id faciendum primùm petant licentiam à Diœcesano, & siue iste det, siue non, procedant.

Diœcesano nullum paritur præiudicium per quamlibet moram pulsi, in sua Diœcesi. *ibid.* & alia de hac materia. *ibid.*

Episcopus spoliatus, vel pauper, poterit à Papa prouideri de beneficijs non curatis. *Conc. Trid. sess. 24. c.13.*

Vide, *Citatio.* Vide, *Electi.* Vide, *Spoliati.*

Episcopus relinquens Ecclesiam, vel subditos, seu renuncians.

Episcopus non debet relinquere Ecclesiam, tempore persecutionis. *Liberius ep.12. conc. Antioch.c.21.*

Episcopo non licet dimittere ecclesiam suam. 7. *quæst.1. cap. Sicut vir.*

Episcopus non potest renunciare ob senectutem, si sit necessarius ecclesiæ. *De renunciat. c.1.*

Episcopus ob quas causas potest renunciare. Vide, *Renunciatio.*

Ecclesiam relinquens, non potest amplius se in ea immiscere; sed est intrusor, si id facit. *Greg.7. lib.8. ep.15. & 17.*

Episcopus, qui renunciauit, validè ordinat, sed ordinatus suspenditur ab executione officij. *De ordinatis ab episc. qui renunciauit c.1.*

Episcopus, qui loco renunciat, potest inuitari ad ordinationes faciendas: si verò renunciat dignitati etiam, solum minores ordines dare potest: si dat maiores, ordinatus remanet suspensus ab executione eorum. *Conc. Later.3. in append. tit. de depositione c.18.*

Petens licentiam renunciandi, si obtinet, compellendus est exequi. *Conc. Later.4. c.28.*

Episcopi aliquando possunt subditos deserere, quando scilicet vergit in maius bonum Ecclesiæ. 7. *q.1. c. Ibi adunati.*

Vide, *Renunciare.* Vide, *Benefic. renunciat.*

Episcopus quò ad mutationem, seu translationem Ecclesiæ.

Episcopus ambiens ecclesiam alterius deponatur. *Conc. constantinop.4. c.9. Concil. Antioch. c.21.* Vide, *Ambiens.*

Episcopi non transferantur de Ciuitate in Ciuitatem. *Concil. Nicæn.1. c.15. Conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio cap.43. concil. calced. c.5. & 20.*

Episcopus ambiens ecclesiam maiorem, vtraque careat. 7. *q. 1. c. Si quis de ordine.* Etiam si æqualem, deponatur. *conc. constantinop.4. c.9.*

Episcopus non debet ad aliam ecclesiam transire, sed manere in sua. 7. *q. 1. c. Non oportet, cap. episcopum. c. Propter. c. Placuit, vt nemini. & c. Sicut vir. Hilarus ep. 2. de consecr. dist. 4. cap. Non licet fieri.*

Episcopus intrusus in aliena ecclesia, est remouendus, & reducendus. 7. *q. 1. cap. Remoto.*

Episcopus intrusus in aliena ecclesia careat etiam propria. 7. *q. 1. c. Si quis episcopus. de translat. c. Quanto.*

Non potest transferri inuitus. *Concil. Lateranen. 5. sess. 9. Bulla de reformat. curiæ c.1.*

Episcoporum mutationes, quando possunt fieri. 7. *q. 1. cap. Mutationes.* Vide, *Mutatio.* Ex iusta causa possunt fieri. *Ioannes 8. ep. 8. Concil. Constantiense sess. 39. Pelagius 2. ep. 1. & 10.*

Episcopus propria authoritate transire non potest ad alium Episcopatum. *de translatione Episcoporum c.1.* Alias vtroque caret. *de elect. c. Quanto. de clericis non residentibus c. 1.* Excommunicatur. *Conc. Sardicen. can. 5. & 7.*

Episcoporum mutationes fieri possunt authoritate Papæ, si sit necessitas. *Anterus ep. vnica.* Vide, *Papa.*

Episcopus, ex necessitate potest fieri in alia Ciuitate Archiepiscopus. *Conc. Nicæn. ex Arabico c. 72.*

Episcopus translatus, non potest conferre beneficia prioris ecclesiæ, & priuilegia in contrarium abrogantur. *Vrbanus 8. constitut. 60. Licet.* Excipiuntur episcopi Ostiensis, ac Veliternus, Portuensis, Tusculanus, Prænestinus, Sabinensis, & Albanensis; qui conferre possunt beneficia ecclesiarum, quibus nouissimè præfuerunt. *ibid.*

Qui negat, episcopum ex causa necessitatis iusta posse à Papa transferri de vna ciuitate in aliam, errat. *Pelagius 2. epist. 1. & 10.*

Vide, *Mutatio.* Vide, *Transferre.*

Episcopus quò ad successorem ipso viuente.

Episcopus viuens non potest eligere suum successorem. *Concil. Antioch. c. 23. Concil. Lucen. 2. c. 8.* (& irrita est electio. *ibid.*) 8. *q. 1. cap. Plerique. cap. Episcopo non liceat, & cap. Episcopo non licere. concil. Hispalen. 1. cap.6. concil. Roman. sub Hilaro.*

Si episcopo viuente alius eligitur, excommunicatur. *Ioannes 8. ep.4.* Priuatur, custodiæ traditur, & ad Papam mittitur. *Greg. 1. lib. 11. ex regest. ep. 52.*

Episcopo viuente, ecclesia non accipiat alium. *Clemens 1. ep. 1. cap. 4. 3. q. 2. cap. Audiuimus. Post concil. Aruernense c. 3. conc. Parisien. 3. c. 12. conc. Roman. sub Ioan. IX.*

Si verò priuetur ex delicto, &c. alius potest eligi. *Gregorius 1. lib. 2. epist. 3. conc. Nicæn. ex Arabico c. 28. 7. q. 1. cap. Factus Cornelius. c. Pontifices. c. Sicut vir. 8. q. 1. cap. Episcopo non licere. & c. Episcopo non liceat.*

Episcopus non est, qui alio viuente se intrudit. 7. *q. 1. cap. Nouatianus. & cap. Non autem.*

Episcopo ægrotante non potest fieri successor. 7. *q. 1. c. Pontifices. c. Factus Cornelius. c. Qualiter. c. Quamuis.*

Episcopo viuente, si hic reddatur insensatus, & inhabilis ad actiones humanas, potest eligi alter. *Greg. 7. lib. 3. epist. 8. & 9. lib. 5. ep. 19.*

Episcopo stante sub iudicio Papæ, non potest eligi successor eius. *Sixt.2. ep.1. 3. q.6. c. Accusatus. Iulius 1. ep. 2. c.3.*

Episcopi ordinantes alium viuente primo, excommunicantur per sex menses; in monasterio retruduntur per eos dies ad faciendam pœnitentiam. *Gregor. 1. lib. 11. ex regest. ep. 52.*

Vide, *Successor.* vbi multa.

Episcopus quò ad locum suum in Ecclesia, & alibi.

Episcopus in ecclesia sublimior cæteris Clericis, & Presbyteris sedeat; in domo vero non. *Concil. Carthag. 4. cap. 35. concil. Hispal. c. 10. Post conc. Tolet. 8. dist. 21. c. Cleros. dist. 95. c. Episcopus in ecclesia.*

Episcopi locus sit è regione altaris, & Archidiaconus stet ad latus eius dextrum. *conc. Nicen. ex Arabico c. 57.*

Episcopi in Cappella præcedunt Protonotarios Apostolicos. *Pius 2. const. 4. Cum seruare.*

Episcopus ordinatus ab hæreticis.

Episcopus ordinatus ab hæreticis, si pœnitet non priuatur à Papa Episcopali dignitate. *Nicolaus I. ep.46. Anastasius 2. epist. ad Anastasium Imperat.*
Vide, *Ordinatio.*

Episcopus rediens ab hæresi.

Episcopus rediens ab hæresi, quomodo benè tractandus ab episcopo Catholico, & quis locus ei dandus. *Concil. Nicæn.1. cap.18.*
Et cum suo honore recipiendus. *ibid.*
Recipi potest cum sua dignitate, licet alias esset decretum oppositum. *Conc. Afric. c.35.*
Diuidere debent Diœcesim. *ibid. c.85. & 86. Concil. Nicæn. 2. act.3.* & de facto in eo Concilio sic recepti sunt. *ibid.* & *1. q.7. c.conuenientibus. Ioan.VIII. ep.199. & 201.*
Episcopus hæreticus rediens ad fidem iuret se permansurum in vnitate ecclesiæ Romanæ. *Greg.1. lib.10. ep.30.*
Episcopus rediens ab hæresi diuidit ex dispensatione Papæ Diœcesim cum Catholico, qui in ea erat (modo assignato.) *De Parochijs, &c. c.1.*
Vide, *Fides.* Vide, *Corepiscopus.*

Episcopus depositus, vel exautoratus, aut degradatus.

Episcopus depositus, vel exautoratus, non potest ministeria episcopi exercere. Communicantes cum eo, excommunicantur. *Concil. Antioch. c.4.*
Episcopi si deponuntur, etiam Presbyteri honore priuantur. *Conc. Calcedonense c.29.*
Episcopus depositus non potest ordinare alios episcopos. *Zosimus epist.12.*
Episcopo deposito à Papa, nullus potest obedire sub pœna excommunicationis. *Gregor.7. lib.6. ep.10.*
Episcopus pulsus à Ciuitate, si ad eam reuertitur, in monasterio alterius Prouinciæ detrudatur. *Post ep.3. Bonif.I.c.6.*
Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ, depositi propter hæresim, à Papa restituuntur, si pœnitent. *Ioannes 8. ep.199. & 201.* Vide, *Papa.*
Episcopus degradatus non potest res ecclesiæ sibi vendicare, & abijciendus est. *Zacharias ep.12.*
Si Ecclesiæ se immiscet, vt inuasor est puniendus. *Gregor. 7. lib.8. ep.17.*
Episcopus exautoratus à Concilio recurrens ad Imperatorem, careat spe gratiæ. *21. q.5. c. Si quis episcopus.*
Episcopus per Papam tantum deponitur, non per alios. *Extra, de pœnis c. Diuinis.* Vide, *Episcopi à quo iudicandi.* Vide, *Decima ecclesiæ à laico.* Vide, *Depositio.* Vide, *Damnatus.* Vide, *Episcopus erga Papam.* Vide, *Papa.*

Episcopus suspensus.

Episcopus suspensus, de ecclesiæ redditibus est alendus. *Agapetus ep.7.*
Episcopi suspensione manifesta, Clerici sine illius licentia possunt ordinari ab episcopis vicinis, alijs seruatis. *De temporibus ordinationum in 6. cap. Eos qui.*

Episcopus delinquens criminaliter, vt homicidio, vel alijs.

Episcopus criminaliter delinquens, aut chartam falsificans, aut falsum testimonium dicens, officio priuatur, in monasterio detruditur, & laica communio illi danda. *conc. Agathen. c.50. dist.50. c. si episcopus.*
Episcopus delinquens criminaliter (olim) per Missam debebat se purgare. *Conc.Vormat.1.c.10. 2. q.3. c.Si Episcopo.* Nunc est prohibitum.
Episcopi delinquentes grauius, quam alij sunt puniendi. *De iureiurando c. Cum quidam.*
Episcopus, qui in executione iustitiæ est causa mortis alicuius, suspenditur à sacris. *Gregorius I. lib.2. ex regest. epist.44. & 45.*
Episcopus, qui homicidii est causa per se, vel per alium priuatur officio, & vsque ad finem vitæ excommunicatur. Idem de fornicante cum filia, vxore, vel sorore, &c. alicuius magnatis. *Conc.Tolet.11. c.5. 23. q.8. c. Si in morte.*
Episcopus accusatus etiam de graui delicto non est vitandus ab inferioribus ante sententiam. *Concil. Constantinopolitan.4. c.10.* Aliter facientes, honore priuentur. *ibid.*
Episcopi publicè confitentes peccata remouendi sunt ab officio. *Conc. Toletan.13. c.10.*
Vide, *Clerici criminosi, &c.*

Episcopus hæreticus.

Episcopus hæreticus, nihil potest facere iuridicè; neque ordinare. & ordinati ab eo non sunt recipiendi. *Innoc.I. epist. 18. c.3. 1. q.1. c. Arianos. c. Qui perfectionem.*
Episcopus hæreticus si pœnitet, à Papa restituitur. *Ioannes 8. ep. 199. & 201.*
Episcopus hæreticus nihil confert, si ordinat, id est, quo ad exercitium, & executionem ordinati. *Adrian.2. ep.4.*
Vide, *Hæretici Episcopi.* Vide, *Lapsi à fide*, diffusè. Vide, *Ordinatio.*

Episcopus schismaticus.

Si episcopus schismaticus nolit ad vnitatem venire, alius pro eo constituatur à Papa episcopus. *Gregorius 1. lib.7. ex regest. ep. 101. Nicolaus 1. ep.9.*
Episcopus schismaticus, nullum potest ordinare. *Nicolaus 1. epist.9.*
Episcopus schismaticus non consecrat alios episcopos, neque ipse consecratur, (id est licitè.) *24. q.1. c. Pudenda.* Vide, *Hæretici.* Validè facit. Vide, *in seq.*
Episcopus schismaticus validè ordinat, sed non dat executionem ordinum, quos confert. *Clemens 8. constit.34. Sanctissimus §. 4.*
Quando validè ordinat. Vide, *Schisma.*

Episcopus simoniacus, seu vendens officia.

Episcopus accipiens pretium ex aliqua ordinatione, vel promotione ad dignitates, excommunicatur. *Concil.Nicæn. can.4. Conc.Rom.5. sub Greg.7. c.4.*
Nihil potest exigere, nec à laicis, nec à monachis. *ibid.*
Episcopi vendentes officia, vel beneficia, suspenduntur ab officio. *1. q.3. cap. Si quis Episcopus præbendas. cap. Quæstum est. & c.ex multis.*
Priuandus est episcopus ordinans per pecuniam. *ibid. & cap. finali.*
Episcopus, nihil solui permittat propter professionem, sepulturam, &c. *De simonia c. Audiuimus. Concil. Sabinense cap.20.*
Episcopus accusatus de simonia, si se purgat restituitur. *Gregor.7. lib.9. ep.16.*
Episcopus simoniacus per Papam, deponitur. *Gregor.7. lib. 2. ep.76. & lib.3. ep.1.*
Episcopus dans beneficium per pecuniam, ex tunc suspenditur à collatione omnium beneficiorum, quæ ex eo tempore vacabunt. *Concil. Sabinens. cap.20.* etiam si permittat hoc fieri, dummodo sciat. *ibid.*
Episcopus recipiens pecuniam pro instituendis ecclesiæ rectoribus, est simoniacus. tenetur in duplo restituere. *de simonia cap. audiuimus.*
Episcopus concedens iurisdictionem episcopalem pro pretio, priuatur potestate concedendi. ementes verò, priuantur suo officio. *Nè Prælati, &c. cap.1. & c. Quoniam in quibusdam.*
Vide, *Beneficia non danda pro pretio.* Vide, *Ordinare.* Vide, *Simonia.*

Episco-

Episcopus intrusus.

Qui alio viuente, non depositò, intrat in ecclesiam eius, est intrusus. Vide, *episcopus quò ad successorem*. Vide, *Episcopus spoliatus*.

Episcopus intrusus per potentiam regiam, non est recipiendus. *conc. Parisien.* 3. *c.* 8.

Episcopus inuadens ecclesiam, est eiiciendus. *conc. Lucen.* 2. *c.* 8. *dist.* 92. *c. Si quis*.

Episcopus non est, qui alio viuente, se intrudit. 7. *q.* 1. *cap. Nouatianus*. *c. Non autem*.

Episcopatus inuadentes, seu intrusi, per Papam reprimantur. *Nicolaus* 1. *ep.* 65. *&* 66.

Episcopo intranti ex transuerso, seu intruso, omnes clerici debent resistere. *Cœlest.* 1. *ep.* 2. *c.* 5.

Episcopus infirmus.

Episcopus impotens exercere sua munera, alium vocet pro illis. *conc. Arausic.* 1. *c. vlt. conc. Turon.* 3. *c.* 4. De licentia Papæ potest coadiutorem assumere. *Gregor. VII. lib.* 2. *ep.* 50.

Episcopus infirmus non est priuandus. *conc. Turon.* 3. *cap.* 4. (nisi sit insensatus, & inhabilis ad opera humana; tum enim potest alius eligi. *Gregor.* 7. *lib.* 3. *ep.* 8. *&* 9. *lib.* 5. *ep.* 19.) 7. *q.* 1. *c. Pontifices*. *Gregor.* 1. *lib.* 9. *ex regest. ep.* 41. *lib.* 11. *ex regest. ep.* 7.

Episcopo grauato ex infirmitate, datur coadiutor. 7. *q.* 1. *c. Non autem*. *cap. Petusti*. *& cap. Quia frater*. *de clerico agrotante cap. ex parte tua*. Si morbus sit incurabilis. *de clerico agrot. in* 6. *c.* 1. Si nolit assumere, quid agendum. *ibid.* Coadiutor non potest aliquid alienare in ecclesia. *ib.* Vide, Coadiutor.

Episcopus infirmus faciat visitare Diœcesim per alium. 10. *quæst.* 1. *cap. episcopum*.

Episcopus factus Monachus.

Episcopus qui fit monachus, nequit redire ad episcopatum. 7. *q.* 1. *cap. Hoc nequaquam*.

Episcopus sine Papæ licentia non potest relinquere episcopatum, vt fiat Religiosus. *De regularib. c. Licet quibusdam*.

Episcopus rediens ad claustra, non potest obtinere officia religionis; & priuilegia in contrarium abroganter. *Paulus* 4. *const.* 21. *In sacra*.

Episcopus quò ad visitationem.

Episcopus tenetur quolibet anno visitare Diœcesim. *concil. Arelat.* 4. *c.* 17. *conc. Tarracon. c.* 8. *conc. Hispal.* 1. *cap.* 4. *Tolet.* 4. *c.* 36. *conc. Emerit. c.* 11. *conc. Parisien.* 6. *lib.* 1. *c.* 31. *conc. Trident. sess.* 7. *de refor. cap.* 8. *& sess.* 24. *de refor. c.* 3. 10. *q.* 1. *cap. Decernimus*.

Siue per se, siue per alium. 10. *q.* 1. *cap. episcopum*. Si sit ægrotus, faciat visitare per alium. *ibid.*

Tenentur visitare per se ipsos, si non sunt infirmi. *conc. Meldense c.* 29. *Conc. Trid. sess.* 24. *de refor. c.* 3. Etiam ecclesias exemptas (curatas) tenentur visitare. *ibid.*

Episcopus visitans non ducat secum multas personas; sed plures, vel pauciores, iuxta ecclesiarum paupertatem, nec vmquam supra 30. quisquis sit. *conc. Later.* 3. *c.* 4. *de censib. c. cum Apostolus*. *conc. Trid. sess.* 24. *de refor. c.* 3.

Episcopus visitans, per vnum tantum diem maneat in qualibet ecclesia visitata. *conc. Tolet.* 7. *cap.* 4. Citò saltem, sed diligenter se expediat, fugiendo sumptus, & grauamina ecclesiarum. *conc. Trid. sess.* 24. *de refor. c.* 3.

Episcopus visitans non grauet ecclesias. *Concil. Later.* 3. *in append. tit. de simonia c.* 6.

Potest in actu visitationis exigere procurationem solitam. *Conc. Later.* 4. *c.* 33.

Nihil exigere potest præter solitum. *Conc. Later.* 4. *can.* 65. *Conc. Trident. sess.* 24. *de refor. c.* 3.

Episcopus visitans à Presbyteris recipiendus. *Conc. Ratispon.*

Episcopo visitante, omnia ei paranda ab ecclesia visitata. *Conc. Emeriten. cap.* 11.

Danda prandia iuxta mediocritatem loci. 10. *q.* 3. *cap. vlt. Conc. Trid. sess.* 24. *de reform. c.* 3. Frugaliter, & modestè. *cap.* 4.

Episcopus visitaturus, cum campanis pulsantibus est recipiendus; cum cottis, pluuialibus, incenso, & aqua benedicta, &c. & ipse benedicit solemniter. *Concil. Rauenn.* 3. *post Clem.* 5. *c.* 6.

Episcopus visitans non potest grauare subditos, nec aliquid ex eis accipere. *concil. Cabilon.* 3. *c.* 14.

Duos solidos prius exigere poterat. *Concil. Brachar.* 2. *c.* 1.

Nihil pro se, aut suis accipiat. *Concil. Trid. sess.* 24. *de refor. c.* 3. Nisi quod de iure debetur. *ibid.*

Non potest accipere munera. *ibid. c.* 3. Alias excommunicatur, & in duplo restituere debet intra mensem. *c.* 3.

Visitati, possunt, si volunt, & sit consuetudo, in pecunia dare, quod deberent expendere pro victualibus. *conc. Trid. ib. c.* 3. Si sit consuetudo nihil dandi, obseruetur in posterum. *ibid. cap.* 3.

Episcopus visitans tenetur inquirere, quomodo confertur baptismus, quomodo celebrantur missæ. Debet instruere populos de articulis fidei, & alijs. Præcipiat Catechismum doceri, &c. *conc. Brachar.* 2. *cap.* 1. 10. *q.* 1. *cap. Placuit omnibus*.

Curet in visitatione, quæ pertinent ad profectum animæ. Item si in ecclesia sint vtensilia decentia; si calices argentei, libri, vestes, &c. necessaria ad Dei cultum & ministerium Sacramentorum. *concil. Londinen.* 1. *c.* 5.

Tenetur curare, vt ecclesiæ non fraudentur debitis, obsequijs. *Concil. Trid. sess.* 7. *de refor. c.* 8.

Visitantes tenentur sacram doctrinam inducere, hæreses profligare prauos mores corrigere, bonos tueri, & alia facere iuxta locorum & temporum exigentiam. *concil. Trid. sess.* 24. *de refor. c.* 3. Modestè, & benignè cum populis tractare. *ibid. c.* 3.

Non permittant, vt tempore visitationis Patroni, vel fundatores se ingerant in ijs, quæ pertinent ad Sacramentorum administrationem. *ibid. c.* 3.

Episcopi visitare possunt omnes ecclesias suæ diœcesis non exemptas, etiam visitatas ab aliis habentibus hoc ius visitandi. *ibid. c.* 3. etiam eas, quas Capitulum facit visitare, si habet hoc ius. *ibid.*

Approbare debent visitatores electos à Capitulo habente hoc ius visitandi. *ibid. c.* 3.

Episcopus non visitans exigens procurationes, est priuandus. *conc. Tolet.* 1. *c.* 2.

Episcopus non visitans, non potest exigere, quæ debentur visitanti. 10. *q.* 1. *cap. Relata*. Neque si per alium visitat, potest ab eo aliquid accipere. *De officio iudic. ord. in* 6. *c. Si Episcopus*.

Potest accipere, quæ sunt de consuetudine, vel indulto Apostolico concessa. *extra, de censibus. c. Vas electionis in fine*. Quid ex indulto Papæ accipere potest visitans per alium. *ibidem*.

Episcopi visitantis officiales, si aliquid accipiunt vltra taxam, in duplo restituere tenentur. *ibid.*

Caritatiuum subsidium potest accipere, & quale. Vide, *episcopus quo ad procurationes*.

Episcopus visitans monasterium, non tenetur vti monacho pro notario. *Extra, de off. iud. ordin. cap.* 1. Sed clericum debet habere notarium, non sæcularem.

Episcopus visitans, & non satisfaciens suo muneri; non potest exigere procurationem solitam. *conc. Londin.* 1. *c.* 5. & restituere debet, quod accepit. *conc. Later.* 4. *c.* 33.

Episcopus visitans monasterium, non introducat in illud sæculares, sed canonicos, vel alios religiosos. *De offic. iud. ordin. c. Vt iuxta*. *Extra, de off. iudic. ordin. c.* 2. Ad minus vna persona sit religiosa, alij duo clerici. *ibid.*

Episcopi in omnibus regnis & nationibus visitantes quid exigere possunt. *Extra, de censibus. c. Vas electionis*.

Episcopus visitans quot equis, & famulis potest vti. *de censibus cap. Cum Apostolus*.

Episcopus vicinus potest visitare beneficia, & ecclesias sæculares nullius diœcesis vt delegatus Papæ, non obstantibus priuilegijs. *Conc. Trid. sess.* 24. *de refor. c.* 9.

Episcopus visitans per alium, omnia debet ei ministrare præter expensas victualium, & nihil potest à visitatore accipere. *de offic. iudic. ordinar. in 6. c. Si episcopus.*

Si per alios ex Papæ indulto visitat, quas procurationes potest exigere. *Extra, de censibus c. Vas electionis.*

Episcopus singulis annis tenetur visitare monasteria Monialium, siue sibi, siue Papæ subiecta; prima quidem potestate ordinaria, secunda vt delegatus Papæ. *Clement. de statu Monachor. c. fin.*

Episcopus visitans Moniales duos notarios secum habeat, & alios quatuor honestos viros præsentes visitationi. *ibid.*

Episcopum impedientes, nè visitent Moniales, ipso facto sunt excommunicati, non obstante priuilegio. *ibid. Clem. De statu Monac. c. fin.*

Episcopus vt delegatus Papæ potest visitare Hospitalia, Collegia, Confraternitates, etiam quas vocant scholas, existentes in manibus laicorum, non verò quæ sunt sub Regum protectione, nisi de eorum licentia. Item omnia loca pia, quæ ad Dei cultum, vel pauperum adiutorium instituta sunt: & potest in ijs disponere quæ sunt necessaria ad animarum salutem, non obstantibus priuilegijs, &c. contrarijs. *Conc. Trid. sess. 22. de refor. c. 8.*

Vide, *Beneficiati quo ad visitationem*. Vide, *Archidiaconus*. Vide, *Episcopus quò ad procurationes*. Vide, *Visitare*. Vide, *Visitatio*.

Episcopus quò ad procurationes, & alias exigentias.

Episcopus olim nihil poterat in visitatione accipere, præter duos solidos. *Concil. Brachar. 2. c. 1. 10. q. 3. c. Placuit. c. Illud. c. Nec numerus. Pelagius 2. ep. 4.*

Episcopi omnes, quas procurationes, seu expensas possunt recipere dum visitant suas diœceses (in omnibus regnis) *Extra, de censibus c. Vas electionis.*

Sic etiam visitantes per alios, quid ex indulto Papæ possunt recipere. *ibid.*

Potest episcopus visitans recipere subsidium caritatiuum, quantum, & quomodo. *ibid.*

Caritatiuum subsidium excedere non potest quantitatem, quam acciperet si per alium visitaret. *ibid.* Vide, *Caritatiuum*. Vide, *Subsidium*.

Episcopus non potest exigere procurationem, nisi in actu visitationis. *Concil. Later. 4. c. 33.*

Nihil accipere potest præter solitum. Vide, *episcopus quo ad visitationem*.

Exigens plus solito, intra mensem tenetur ad restitutionem in duplo, & incurrit in excommunicationem, & alias pœnas iuxta constitutionem. *Concily Lugd. Exigit. concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 3.*

Episcopus non habens redditus, potest quartam accipere à Parochijs, si verò habet non potest. *Concil. Parisien. 6. lib. 1. cap. 31.*

Episcopus remittens alicui ecclesiæ seruitium debitum, non proindè remittit procurationem. *De religiosis domibus c. Cum olim venerabilis.*

Episcopus nihil potest à Clericis, Monachis, vel alijs exigere, neque talias, &c. ponere. *Concil. Nicæn. 2. c. 4. Gregor. 1. l. 2. ex regist. epist. 22. concil. Later. 3. in append. tit. de simonia. c. 7. conc. Cabilon. 3. c. 17. Londinense 1. c. 5. conc. Later. 4. can. 46. 10. q. 3. c. Quia & c. Relatum.*

Non potest grauare clericos quò ad hoc. *10. q. 3. c. Relatum.*

Exigere aliquid potest à Parochianis iuxta vsum antiquum. *10. q. 3. c. Quia. c. Inter cætera.*

Cùm charitate exigat. *10. q. 3. c. Cauendum.*

Vbi est consuetudo, ne victualia dentur, neque pro eis pecunia soluatur, obseruetur in posterum. *Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 3.*

Episcopus non potest exigere tertiam partem fructuum, nisi ecclesiam reparet. *10. q. 3. c. Vnio.*

Episcopi in necessitate possunt petere ab subditis moderatum subsidium & auxilium. *De censibus c. Cum Apostolus. §. Prohibemus. concil. Londinense 1. c. 5.*

Episcopus quò ad Concilia, & Synodos Prouinciæ, & Diœcesis.

Episcopus tenetur ire ad Synodum Prouinciæ, & generalem. & si ipse non potest tenetur mittere legatum. *Conc. carth. 4. c. 31. concil. Laodicenum c. 40. concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 2.*

Non excusatur ex detentione Principum, nè eat ad Concilium, sed ex sola infirmitate. & pœna delinquentium. *concil. constantinopol. 4. c. 17.* Excusat etiam paganorum incursio. *ibid. 5. q. 3. c. Si agrotans.*

Episcopus accusatus, si vocatur à Synodo, tenetur ire, vel per alium respondere. *Felix 2. ep. 1. c. 6.*

Episcopi non tardent ire ad Concilia, & Synodos. *dist. 18. c. episcopus.*

Episcopus recusans ire ad Synodum excommunicetur. *conc. Tarracon. c. 6. conc. Agat. c. 35. Epaunen. c. 1. conc. Hispalen. 1. cap. 10.* Et vsque ad aliam Synodum manet excommunicatus. *ibid. dist. 18. c. Si quis episcoporum. c. Si episcopus. c. Si quis. & c. Peruenit.*

Impotentes ire ad Synodum, literas excusatorias mittant. *dist. 18. c. Placuit.*

Episcoporum Concilia Prouincialia quolibet triennio fieri debent. *Concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 2.* Qui tenentur ire ad Concilia. *ibid.* Sed distinctè. Vide, *Concilia Prouincilia*. Vide, *Concilia Synodalia*. Vide, *Synodus*.

Episcopus quolibet anno tenetur facere Concilium Synodale. *ibid.* Qui tenetur ire, & quid in eo agendum.

Ordo episcoporum in Concilijs attenditur iuxta antianitatem consecrationis eorumdem. *Gregor. 1. l. 7. ex regist. ep. 114. dist. 18. c. Placuit.*

Metropolitanus non celebrans Concilia Prouincialia puniendus est, & quomodo. *dist. 18. c. Quoniam.*

Episcoporum Concilia nihil firmum possunt concludere sine consensu Metropolitani. *conc. Rom. 4. sub Symmaco c. 3.*

Episcopi redeuntes à Concilijs debent intra sex menses manifestare suis ecclesijs decreta Conciliorum, sub pœna excommunicationis per duos menses. *dist. 18. c. Decernimus.*

Episcopi assistentes Concilijs non possunt ab vllo in alijs causis molestari. Vide, *Prælati*. Vide, *Concilia*. Vide, *Synodus*.

Episcopus omni anno tenetur Synodum celebrare in sua diœcesi. *Concil. Sabin. c. 2.* Et si omittit suspenditur ab ingressu Ecclesiæ, donec se purget in Synodo. *ibid. concil. Later. 4. can. 6.* Suspenditur ab officio. *ibid. concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 2.*

Ad Synodum ire tenentur omnes ecclesiarum Rectores, etiam exempti. & pœnæ. *ibid. c. 2.*

Tenentur in Synodo tractare de obseruantia canonum, de reform. &c. *Concil. Sabinen. c. 2.*

Vide, *Concilia*. Vide, *Synodus*.

Episcopus quo ad Regulares exemptos, & eorum monasteria.

Episcopus olim habebat iurisdictionem in Monachos, Vide, *Regulares quò ad Episcopum*. Et eorum causas iudicabat. *18. q. 2. c. Cognouimus.*

Episcopus non habet iurisdictionem in regulares, neque eorum monasteria. *Concil. Rom. 3. sub Gregor. 1. c. 1. 18. q. 2. c. Quam sit necessarium. De Religiosis domibus. c. Cum dilectus. de statu Monachorum c. 1.* Excepta causa disciplinæ. *ibid.*

Non potest de rebus monasteriorum disponere. *concil. Rom. 3. sub Gregor. 1. c. 3. Concil. Tolet. 4. c. 51.*

Nullam possunt exercere iurisdictionem in ecclesijs, vel Monasterijs Regularium, neque grauamen eis inferre, excepto quod potest in eis pontificaliter celebrare, & populo benedicere. *Clem. De excessibus priuilegiatorum. c. fin. 18. q. 2. c. Quam sit necessarium, & c. Luminoso.*

Episcopi non possunt in nullo grauare Regulares. *De excessibus Prælatorum. cap. Nimis iniqua, & c. Nimis praua Clement. De censibus, c. Ad nostrum.*

Ad episcopum spectat dare eis concessionem absoluendi. *concil. Rauenn. 4. sub Ioann. 22. cap. 2. concil. Later. 5. sess. 11.*

con-

constit. 4. conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 15. Vide, *Confessor.* Vide, *Regulares.*

Episcopis competit dare regularibus iurisdictionem pro confessionibus audiendis. *Extra, de sepulturis. c. Super cathedram, & Clem. De sepulturis. c. Dudum.*

Episcopus caritatiuè tractare debet cum Regularibus. *extra, de sepulturis c. Super cathedram.* Ipsis non detrahat, sed faueat. *extra, de tregua & pace c. Vices illius. conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra.*

Episcopo procedenti in causis hæreticorum, omnes Regulares sunt subiecti, vt delegato Papæ. *de hæret. cap. Ad abolendam in fine.*

Episcopus tenetur inuigilare, vt in monasteriis tam virorum, quam mulierum, vigeat obseruantia, & obseruetur regula, eoque non faciente Metropolitanus facit. *conc. Vernen. c. 5.* Et visitare ad hoc potest, vt delegatus Papæ. *concil. Trid. sess. 21. de refor. c. 8.*

Potest eos corrigere, vt canonicè viuant. *ibid. cap. 3. & de statu Monachorum c. 1.*

Episcopo transeunte per loca diœcesis in monasteriis Regularium, pulsandæ sunt campanæ. *conc. Rauenn. 3. post Clement. 5. cap. 6.*

Non potest in loco exempto regularium sedere pro tribunali, & ius dicere. *de officio ord. in 6. c. cum episcopus.*

Si ius patronatus transit ad Regulares, episcopus non perdit ius suum. *de iure patronatus c. cum sæculum.*

Non potest episcopus præficere rectores, &c. beneficiatos in Ecclesijs Regularium, qui ad eos pertinent nisi in tempore statuto, regulares præsentent. *De supplenda negligentia, &c. cap. Sicut nobis.*

Non potest à regularibus aliquid exigere. *conc. Nicæn. 2. c. 4.*

Non potest ordinare regulares inuitis eorum superioribus. *conc. Rom. 3. sub Gregor. 1. c. 3.*

Non potest in Regularium ecclesijs cathedram tenere, id est, fixam. *ibidem.*

Non possunt episcopi cogere Regulares, vt donent sua bona Ecclesiæ. *conc. Cabilon. 3. c. 7.*

Procedere possunt contra exemptos vsurpantes bona locorum piorum. *Clement. De Religiosis domibus. cap. Quia contingit.*

Episcopus potest capere regularem vagabundum, & eum consignare debet superiori. *de officio iudicis ordinar. c. Quanto deuotio. conc. Trident. sess. 25. de refor. c. 4.*

Potest compellere etiam per priuationem officij, vt tales vagos, superiores puniant. *ibid.*

Item contra eos procedere possunt, qui missi ad studia non habitant in conuentibus. *Trid.* vbi supra.

Non possunt tenere religiosos in diœcesi sine superiorum licentia. *conc. Melfitanum c. 10.*

Possunt compellere regulares, vt accedant ad processiones, exceptis perpetuo clausis. *concil. Trident. sess. 25. De reformat. cap. 13.*

Episcopi possunt compellere Regulares ad exequenda onera Ecclesiarum, legata, &c. *Clement. De iure Patron. c. 1.*

Non possunt excommunicare, vel interdicere Regulares habitantes in cellis, neque eorum cellas. *De verborum signific. in 6. c. Priuilegium.*

Episcopus visitans monasterium (quando à iure est sibi concessum) non tenetur vti Regulari pro notario, sed alio clerico tenetur vti. *Extra, de off. ind. ordin. c. 1.*

Neque potest introducere in monasterijs sæculares, sed canonicos, vel alios Religiosos. *de off. iud. ord. c. Vt iuxta.*

Non possunt imponere nouum censum Monasterijs. *De censibus cap. Statuentes.*

Episcopi concedentes aliquam ecclesiam Regularibus possunt sibi reseruare aliquem censum. *De Religiosis domibus cap. Constitutus.*

Episcopi possunt examinare regulares, quos admittunt ad confessiones. *conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra. conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 15.*

Possunt examinare Religiosos promouendos ad ordines. *concil. Later. 5. vbi supra.*

Episcopi possunt componere lites præcedentiæ inter Regulares. *conc. Trid. sess. 25. de refor. regul. c. 13.*

Episcopi circa monasteria exempta Monialium, nullam habent iurisdictionem, nisi circa clausuram. *De statu regul. in 6. cap. vn. §. fin.* Et inuigilare debent in hac, vt delegati Papæ, & vti possunt brachio sæculari, si opus sit. *Concil. Trid. sess. 25. de reform. regul. c. 5.*

Episcopus circa electionem Abbatissæ. Vide, *Moniales.*

Episcopus circa Moniales, & alias mulieres in monasterijs existentes. Vide, *Moniales.* Vide, *Virgines circa Religionem.*

Ad episcopum spectat benedicere ecclesias regularium, & primum lapidem ponere. *Concil. Lateran. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra.*

De locis regularium, & alijs exemptis potest episcopus extrahere personas ecclesiasticas, easque capere, & carcerare. *De off. Ordinary in 6. cap. cum Episcopus.*

Episcopus in multis casibus potest declarare regulares excommunicatos, (& qui sunt.) *Clement. de priuileg. & excessibus priuil. cap. 1.*

Potest omni anno, vt delegatus Papæ visitare monasteria commendata, Abbatias, &c. & præcipere, vt reficiantur, quæ sunt necessaria, &c. hortari superiores, vt viuant regulariter: quod si non faciant intra sex menses, ipse visitat, corrigit, &c. non obstantibus priuilegijs. *Conc. Trident. sess. 21. de reform. c. 8.*

Episcopi, quando possunt corrigere, & punire regulares. Vide, *Regulares circa Episcopos.*

Episcopus impedire potest, vt delegatus Papæ, ne superiores regularium applicent suis mensis beneficia vacantia; neque augeant pensiones. *Clement. de supplenda neglig. c. vn.*

Episcopus prouidere potest de beneficijs exemptorum, si ipsi non prouident intra tempus. Ita tamen, vt quæ per clericos sæculares solent gubernari, dentur sæcularibus; quæ per regulares, regularibus. *ibid.*

Episcopus habet iurisdictionem in regulares degentes extra claustra. *Pius IV. constit. 10. de salute §. 5.*

Episcopo volente prædicare, vel facere coram se prædicare, non possunt in illa hora regulares prædicare, nisi episcopo consentiente. *Extra, de sepulturis. c. Super cathedram.*

Episcopo contradicente, nullus neque regularis, potest prædicare. *Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 4.*

Episcopos potest cogere omnes exemptos, si non habent proprium iudicem, ad soluendum debita. *Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 14.*

Episcopi in partibus infidelium existentes non admittant ibi regulares non habentes licentiam suorum superiorum. *Extra, de regularibus transeuntibus, &c. cap. ad nostrum.*

Possunt regulares ibi prædicantes contra dogmata ecclesiæ capere, carcerare, contra eos procedere, &c. simpliciter, & de plano. *ibid.*

Episcopus potest compellere regulares, vt in monasterijs teneant Lectores Sacræ Scripturæ. *Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 1.*

Episcopus non admittat præsentatos ad beneficia ab exemptis, & regularibus, nisi intra certum terminum de eorum prouentibus eis assignent portionem congruam; alias ipsemet episcopus assignet. *Clement. de iure patronatus c. 1.*

Multas exemptiones ab episcopis concessit regularibus. *Sixtus 4. const. 6. Regimini.*

Vide, *Episcopi iurisdictio.* Vide, *Monasteria quò ad Episcopos.* Vide, *Priuilegiati.* Vide, *Regulares circa Episcopos.*

Episcopus circa Inquisitores.

Episcopi, quid possunt facere cum Inquisitoribus, & quid sine. *Clement. de hæreticis c. 1. §. Propter.*

Habere debent carcerem communem, duos custodes, vnum ab episcopo, alium ab Inquisitore electum; qui habeant duas claues. *ibid. §. Sane.*

Episcopi non possunt excommunicare Inquisitores, nec è contra. *De hæreticis in 6. c. fin.*

Episcopi possunt cum Inquisitoribus, & sine eis procedere. *ibid. c. per hoc.*

Episcopo nihil derogatur per hoc, quod Papa facit aliquem Inquisitorem in eius Diœcesi. *ibid.*

Episco-

Episcopus simul cum Inquisitore sententiat; si non conueniunt, remittunt ad Papam. *de hæret. in 6. c. Per hoc.*

Episcopus circa sententiam in causa hæresis potest si vult, deferre Inquisitori, & è contra. *ibid.*

Episcopus, & Inquisitor communicare debent processus, quando diuisim agunt, & hoc non intelligitur, quando scilicet vnus agit, & alius; sed quando vterque agit faciens peculiarem processum. *extra, de hæreticis. §. ex eo.*

Episcopus, & Inquisitor diuisim agentes in fine tantum debent communicare processus, quando nihil aliud restat agendum, quam sententiare. *ibid.*

Episcopus non potest ab Inquisitore inquiri de hæresi, nisi speciale adsit mandatum Papæ. Sed tunc tenetur Inquisitor Papæ illum denunciare. *de hæret. in 6. c. Inquisitores. extra, de hær. c. cum Matthæus.*

Vide, *Inquisitor circa episcopum.*

Episcopus excommunicatus.

Episcopus excommunicatus validè ordinat, & cum ignoranter ordinato dispensat suus proprius episcopus. *de ordinatis ab episcopo, qui renunciauit. c. fin.*

Episcopi excommunicati iurisdictio non deuoluitur ad Metropolitanum. *De supplenda neglig. &c. c. 1.*

Episcopus excommunicatus, neque cum clericis, neque cum populis potest communicare. *Conc. Arelat. 2. c. 30.*

Episcopus excommunicatus, nihil potest conferre. *Adrian. 2. epist. 4.*

Nihil confert si ordinat (id est quo ad exercitium.) *ibid.*

Vide, *excommunicatus.*

Episcopus accusatus, quando vitandus.

Episcopus licet grauiter accusatus, non est vitandus à subditis ante sententiam, alias vitantes honore priuentur. *Concil. Constantinop. 4. cap. 10.*

Episcopi circa legata ad pias causas, & dispositiones vltimas.

Episcopi tenentur executioni mandare legata fidelium ad pias causas, quando hæredes sunt negligentes, & intra annum non exequuntur. *Conc. Rauenn. 2. sub Clem. V. c. 31.*

Vide, *Legata.* Vide, *Testamenta.*

Episcopus est executor omnium vltimarum voluntatum, & dispositionum, etiam inter viuos factarum. *Concil. Trid. sess. 22. de refor. c. 8.*

Vide, *Dispositio.* Vide, *Episcopi iurisdictio.* Vide, *Hæres.* Vide, *Legata.* Vide, *Testamentum.* Vide, *Vltima voluntas.*

Episcopos persequentes, carcerantes, occidentes, &c.

Episcopos persequentes, sunt infames. *Conc. Nican. 1. ex Iulio I. cap. 10. Fabianus ep. 2. Stephanus I. ep. 2. Alexand. I. ep. 1. conc. Claramont. cap. 32. 3. q. 4. c. Hi qui, & cap. clericus. 11. q. 1. c. Statuimus.* (Arma non potest amplius portare. *ibid. claramont.*)

Episcopo maledicens potest ab eo per canones puniri. *concil. Mediol. 1. p. 2. de dignit. ab episc. retinenda.*

Episcopum vituperans dicto, vel facto, Deum vituperat. *Lib. 2. const. Apost. c. 31.*

Episcopis detrahentes peiores sunt raptoribus. *6. q. 1. cap. deteriores.*

Episcopo insidians, curiæ tradatur. *Pius I. ep. 2. 11. q. 1. cap. Si quis sacerdotum.*

Episcopum bannientes, vel relegantes, tenentur ad expensas. *Honor. 3. ex Cirone, de iniur. & damno dato. c. 1.*

Episcoporum persecutores non possunt inter catholicos misceri. *Eusebius ep. 2.*

Episcoporum bona rapientes, vel vsurpantes, per episcopos, non per laicos sunt puniendi. *conc. Parisiens. 3. c. 2.* Sunt anathema. *16. q. 1. c. Similiter.*

Episcopo insidiantes clerici, deponantur, sic & calumniantes. *11. q. 1. c. Si quis sacerdotum.*

Episcopum carcerans, percutiens, vel repellens à sede, est excommunicatus. *17. q. 3. c. Si quis deinceps.* Excommunicatio reseruatur Papæ. *Clement. de pœnis cap. 1.* Aliæ pœnæ. *ibid.*

Ciuitas, & populi, qui id committunt, quomodo puniendi. *ibidem.*

Omnes committentes priuantur feudis, & beneficijs illius ecclesiæ ipso facto. Filij per lineam masculinam, vsque ad secundam generationem, sunt inhabiles ad beneficia illius ecclesiæ: terra, & locus, in quo id committitur, interdicto supponuntur ipso facto. *Clement. de pœnis c. 1.*

Omnibus diebus Dominicis pulsatis campanis, & accensis candelis, denunciantur excommunicati. Sic & in alijs festis, donec satisfiat. *ibid. & Concil. Rauennat. 2. sub Clemens V. cap. 26.*

Ciuitas, quæ episcopum occidit, priuatur episcopo. *23. q. 2. cap. vlt.* Alij verò, quomodo puniendi. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. de pœnitentia c. 1.*

Episcopum eijcientes, exulare facientes, &c. ciuitas supponitur interdicto: Personæ particulares subiacent eisdem pœnis, vt supra. *Concil. Rauennat. 2. sub Clem. V. c. 26.*

Sic etiam conspirantes contra episcopum. Spoliantes aliqua prædio, iurisdictione, &c. eisdem subiacent pœnis, & alijs, vt *ibi. concil. Rauenn. vbi supra.* Excommunicantur in Bulla Cœnæ. *Gregor. 13. const. 81. consueuerunt. §. 11.*

Vide, *excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

Episcopi priuilegia.

Episcopus non tenetur iurare. *Cornelius ep. 2. 2. quæst. 5. cap. Sacramentum, & c. Nos Sacramentum.*

Iurans de calumnia non tangit Euangelia: sed solum sibi proponuntur. *de iuramento calumniæ cap. fin.*

Episcopus possidens aliquid per 30. annos, non potest eo priuari. *Gelasius ep. 10.*

Acquirens locum aliquem ab eo conuersum ad fidem, si per triennium possidet, & alij potentes petere tacuerunt, est suus. Si verò non fuerunt præsentes, eis non fit præiudicium. *de præsumptionibus c. 1.*

Episcopi possunt punire eos, qui rapiunt, vel occupant eorum bona. *conc. Parisiens. 3. c. 2.*

Episcopi accusari possunt se purgare iuramento tantum. *2. q. 5. cap. Habet. cap. Mennam. cap. Quanto. & cap. Quæ de causa.*

Episcopi ab ecclesiis alendi sunt. *Lib. 2. const. Apost. c. 25. & 26.*

Non possunt iudicari à iudice sæculari. *11. q. 1. c. Nemo. cap. continua. & cap. Nullus Episcopus.* Nec à Rege, vel Imperatore. *Adrianus I. in decr. c. 55.*

Vide, *Episcopi à quo iudicandi.* Vide, *ecclesiastici.* Vide, *clerici.*

Episcopi in Prouincia sunt iudicandi. *concil. Arelat. 2. cap. 4.* Excepto iudicio Papæ. Vide, *Episcopi à quo iudicandi. & Adrian. I. in decr. c. 20.*

Episcopi testimonium à iudice magnificiendum. *11. q. 1. cap. Omnes itaque.*

Episcoporum, & subditorum causæ non possunt fieri à Metropolitano, vel Patriarcha, nisi per appellationem legitimam. *De off. Iud. ord. c. Duo simul.*

Episcopi non possunt ab alijs reprehendi, nisi in fide errent. *Clemens I. ep. 1. & 3.*

Episcopi si recusantur in iudicijs, dare possunt delegatum non suspectum partibus. *de foro compet. cap. Si quis contra.*

Episcopi eligere possunt iudicem ad litem aliquam componendam. *conc. Mileuit. c. 24.*

Episcopi nullam censuræ sententiam incurrunt, nisi exprimantur in sententia. *de sent. excommun. in 6. c. Quia periculum. de elect. in 6. c. Si compromissarius.*

Episcopus in quolibet loco, siue exempto, siue non, potest personas ecclesiasticas capere, & carcerare. *de offic. ordin. in 6. cap. cum Episcopus.*

Episcopus eo ipso, quo fit episcopus, eximitur à patria potestate. *Qui filij sint legitimi. cap. Per venerabilem.*

Episco-

Episcopus non potest eligi ad aliam dignitatem à clero, sed ab eo potest Papæ postulari. *De postulationibus. cap. Et si vnanimiter.*

Episcopus iudicans potest per alium recitare sententiam. *De sent. & re iudic. c. fin.*

Episcopo non communicante cum aliquo, alii non communicent. *Clemens 1. ep. 1. cap. 5. Alexand. 1. ep. 1. concil. Vasense cap. 8.*

Episcopus cum præcipit balliuo, vel alteri, vt procedat in causa homicidii, vel alia criminali, si iste dat pœnam sanguinis, non proinde ipse episcopus fit irregularis. *Ne clerici in 6. cap. fin.*

Episcopus, neque ab Inquisitore Papæ potest inquiri de hæresi, nisi speciale adsit Papæ mandatum. Sed Inquisitor tenetur id Papæ denunciare. *de hæret. in 6. cap. Inquisitores.* Vide, *episcopus in causa hæresis.* Vide, *episcopus circa Inquisitores.* & *extra, de hæretic. cap. cum Matthæus.*

Episcopo nihil derogatur per hoc, quod Papa facit alium Inquisitorem in Diœcesi eius in causis hæresis. *cap. Per hoc: De hæret. in 6.*

Potest diuisim, & coniunctim in iis causis procedere cum Inquisitore. *ibid. c. Per hoc.*

Episcopi in necessitate possunt celebrare, & facere celebrari in altari viatico. *de priuilegijs in 6. c. fin.*

Episcopi possunt sibi eligere confessarium. *De pœnit. & remiss. cap. fin.*

Episcopi non possunt à populo vocari ad reddendam rationem bonorum. *lib. 2. const. Apost. c. 35.*

Episcopus ex Papæ dispensatione retinere potest beneficia, quę habebat prius, sed exprimere debet valorem beneficiorum, alias gratia est nulla. *Vrbanus VIII. constitut. 6. Sanctissimus. cap. 55.*

Episcopus solus potest deponere clericum. *Lib. 8. constitut. Apost. cap. 28.*

Episcopus solemniter celebrans vti debet multis ministris. *Anacletus ep. 1. de consecrat. dist. 1. c. episcopus.*

Episcopi residentes à nullo possunt citari, ob quod vis delictum, etiam hæresis, vel læsæ maiestatis, etiam ad Papam, sine Papæ licentia. *Pius 4. const. 10. de salute.* Neque ab Auditore cameræ ad comparendum personaliter, & *Paulus 5. const. 28. Eximiæ §. 13.*

Episcopus olim erat bis in anno salutandus ab omnibus Presbyteris in signum obedientiæ, semel verò à Religiosis. *conc. Nicæn. ex Arabico. c. 56.*

Episcopus procedere potest aliquando in causa, si delegatus Papæ non procedit. *de off. Ind. ord. c. significauit.*

Episcopus accusatus de simonia, si se purgat, restituitur. *Gregorius 7. lib. 9. epist. 16.*

Non tenentur episcopi facere iuramentum fidelitatis, Regi, Imperatori, &c. *conc. Claramont. c. 17.*

Episcopi sunt exempti à soluendo tributa, subsidia, &c. Regibus, vel aliis. *Pius 4. const. 10. De salute §. 4.*

Episcopus nouiter factus retinet loca montium vacabilia per mortem; & officia Romanæ Curiæ vacabilia. *Vrbanus VIII. in append. const. 38. alias 148. Decet Romanum.*

Episcopi circa accessum, & recessum ab vrbe Roma.

Vide, *Episcopus circa Papam.*

Episcopus circa censuras ferendas, & modum.

Episcopus contendens cum alio de aliqua re, non potest illum excommunicare, vel alio modo suspendere, &c. *concil. Aurel. 1. cap. 8.*

Episcopi ex leui causa, vel sine causa, non ferant censuras; & de hoc corrigantur; & si non se emendant, excommunicandi sunt per Synodum. *concil. Agathen. c. 3. 11. q. 3. cap. Episcopi si, &c.*

Episcopus non potest ecclesias interdicere, censuras ferre, excommunicare, &c. absque ordine iudiciario. *conc. Later. 3. in append. tit. de simonia c. 7.*

Episcopi nolentes recipere ad gratiam excommunicatos pœnitentes, quomodo puniendi. *Concil. Agathen. capit. 3.*

Episcopus non debet facilè excommunicare pro iniuria. *23. q. 4. c. Inter querelas.*

Non potest excommunicare, suspendere, vel interdicere adeuntes ad Sedem Apostolicam pro suis causis. Neque priuare ibi litigantes de beneficio, & omnia acta sunt nulla. *Extra, de priuil. c. Diuina.*

Non potest relaxare censuras latas ab alio episcopo, etiam sibi subiecto. *De officio Iudicis ordin. cap. Cum ab Ecclesiarum.*

Episcopi tenentur excommunicare eos, qui ab ecclesijs, vel ecclesiasticis exigunt pedagia, gabellas, &c. pro rebus proprijs, quas aduehunt, vel transmittunt absque negotiatione. *Clem. de censibus c. finali.*

Episcopi censura, siue iusta, siue non, est timenda. *Gregor. 7. lib. 9. ep. 22.*

Episcopus sciens crimen alterius solus, non potest illum excommunicare: & si id facit; alij non communicent cum episcopo. *6. q. 2. c. Placuit.*

Non potest excommunicare non subditos, vel in aliena Diœcesi. *9. q. 2. c. Nullus alterius. c. Nullus Primas. c. Placuit.* Vide, *Episcopi iurisdictio.*

Episcopi peregrini.

Episcopo peregrino concedi debet à Diœcesano locus sacrificandi. *Concil. Arelat. 1. c. 20.*

Cum honore sunt recipiendi episcopi peregrini. *Concil. Carthag. 4. c. 33.* Et inuitandi ad sacrificandum, &c. & alia facienda. *7. q. 1. c. Episcopi vel.*

Episcopi peregrini expulsi tyrannicè, benignè tractandi sunt ab alijs. *concil. Sardicense c. 21.*

Episcopi peregrini inuitandi sunt à Diœcesano, vt faciant sermonem, & benedicant populum. *Lib. 2. constitut. Apostol. c. 58. 7. q. 1. c. Episcopi vel.*

Episcopus peregrinus ignotus non admittatur ad exercendum Pontificalia, donec per Metropolitanum constet de eius ordinatione, & titulo. & talis peregrinus aliter faciens suspenditur ab officio ipso iure, Diœcesanus verò faciat ipsum denunciari suspensum. *concil. Rauennat. 2. sub Clemente 5. c. 24.*

Vide, *Peregrini.*

Episcopi quò ad testamenta, & donationes.

Episcopus potest relinquere, cui vult, bona propria. *Conc. Antiochen. c. 24. concil. Agathen. c. 48. Epaunense c. 14. conc. Hispal. 1. c. 5. Tolet. 17. c. 1. Paris. 6. l. 1. c. 16. 12. q. 1. cap. Manifesta, & c. Sint manifesta. De testam. c. 1.*

Non potest legare, neque testari de rebus ecclesiæ. *Concil. Agathense c. 48. & 51. Epaunense c. 17.* Neque de inuentis in ea; neque de acquisitis per eam, *Gregor. 1. l. 7. ex regest. c. 53. concil. Parisien. 6. c. 16. 12. q. 1. cap. Episcopi de rebus. 12. q. 2. Episcopus. 12. q. 5. c. Nulli. c. Obitum. c. Fœcum. & c. Si Episcopus. de testam. c. 1.*

Episcopus non habens filios, aut nepotes, si alium relinquit hæredem, nihil potest ei relinquere de bonis ecclesiæ, & nulla est donatio. *Si* verò filios, aut nepotes facit hæredes, neque istis potest aliquid ecclesiæ dare; & isti tenentur ad indemnitatem Ecclesiæ. *concil. Agathen. c. 35.*

Episcopus donare non potest bona acquisita Ecclesiæ post consecrationem, sed omnia sunt Ecclesiæ. *De Speculo clericorum c. Vt vnusquisque.*

Non potest facere hæreticum hæredem, neque legatum ei relinquere. *Concil. carthag. 3. c. 13.* excommunicatur talia faciens. etiam post mortem talis declaratur. *conc. Afric. capit. 48.*

Episcopus non habens hæredes, tenetur facere hæredem ecclesiam. Vide, *Hæres.*

Vide, *Donatio, circa finem.* Vide, *Episcopus circa alienationem, &c.* Vide, *Testamenta.*

Episcopi circa excommunicatos ab alijs, &c.

Episcopus non potest relaxare excommunicationem, vel aliam censuram latam ab alio ordinario, etiam sibi subiecto. *De officio Iud. ord. cap. cum ab Ecclesiarum.* Vide, *Ligatus. Concil. Nican. 1. ex Arabico c. 47.*

Episcopus sciens aliquem esse excommunicatum, si non vitat, priuetur communione canonicorum. *concil. Germanicum 1. cap. 8.*

Episcopus non potest recipere, vel absoluere excommunicatos ab alijs; alias puniendus, & quomodo. *Concil. carthag. 2. c. 7.*

Non potest communicare cum excommunicato ab alio episcopo. *Concil. Arausic. 1. c. 11.*

Si communicat deponatur. *11. q. 3. c. Teugualdum.*

Episcopi permittentes excommunicatos cum alijs communicare, vel in ecclesias intrare, excommunicantur à Papa. *Nicolaus 1. in append. ep. 14.*

Episcopi quomodo puniendi.

Episcopi delinquentes, prius per interdictum puniendi, postea per suspensionem ab officio, deinde per excommunicationem. & sic deinceps, nisi proterui sint, & contumaces. *de offic. Iud. deleg. c. Quia.*

Vide, *Papa circa episcopos.* Vide, *decimæ ecclesiæ à laico.*

Episcopus circa oblationes, seu eleemosynas Ecclesiarum.

Episcopus tenetur inter bona ecclesiæ computare omnia data à deuotis. *Concil. Agathen. c. 6. 12. q. 3. c. Pontifices.*

Potest Ecclesijs Parochialibus relinquere tertiam partem, quę ex earum eleemosynis sibi debetur. *Conc. Tolet. 9. c. 6. 12. q. 2. cap. vlt.*

Episcopo olim dabatur tertia pars omnium oblatorum, & eleemosynarum ecclesiæ, aliæ duæ clericis. *conc. Aurel. 1. c. 17. Concil. Tolet. 4. c. 43.*

Alia vice statutum fuit, vt Episcopo daretur quarta pars bonorum ecclesiæ, aliæ verò, fabricæ, clericis, & pauperibus, ac peregrinis. *Simplicius ep. 3. 12. q. 2. c. de redditibus.*

Aliquando statutum fuerat, vt haberet medietatem omnium oblatorum. *10. q. 1. c. Antiquos.*

Olim tertia pars decimarum omni anno dabatur ecclesiæ, & in quarto anno tota. *Conc. Aurel. c. 17.*

Episcopus non habens reditus potest ex Parochiis hæc quartam accipere, si verò habet non potest. *Conc. Paris. 6. lib. 1. c. 31. Conc. Carpentoractense c. vn.*

Quando potest de legatis petere portionem suam episcopus, & quando non. *de testamentis c. Officij.*

Vide, *Eleemosyna.* Vide, *Oblationes.*

Episcopus circa coadiutorem.

Vide, *episcopus infirmus.* Vide, *Coadiutor.*

Episcopus circa iudicia facienda.

Episcopus olim non poterat iudicare causas Presbyteri, sine episcopis vicinis; diaconorum sine aliis duobus. Clericorum verò solus poterat iudicare. *Concil. Carthag. 3. c. 8.* Nunc verò solus iudicat. Vide, *Episcopi iurisdictio. de consuetud. in 6. c. Non est.*

Non poterat olim iudicare causas sine clericorum præsentia. *Adrianus 1. in decretis c. 14.*

Episcopus olim cum Capitulo debebat iudicare. *Lib. 2. const. Apost. cap. 47.*

Non tenetur consilium capituli petere in iudicando, puniendo, &c. *de consuetud. in 6. c. Non est.*

Episcopus spoliatus, quomodo potest iudicare spoliantes, & eijcientes. Vide, *Episcopus spoliatus.*

Potest compellere Parochum infamatum ad se purgandum, nisi appellet. *De Purgat. can. cap. Nos inter.*

Episcopus puniens innocentes, quomodo puniendus. *11. q. 3. cap. Episcopi.*

Non potest punire clericum conuictum de crimine à iudice sæculari. *Conc. Lateran. 3. in app. tit. De depositi. c. 4.*

Episcopus sciens aliquod delictum alterius solus, non potest illum excommunicare; & si excommunicat, alij abstinent ab episcopo. *6. q. 2. cap. Placuit.*

Potest procedere in causa, quando delegatus Papæ non procedit. *de off. Iud. ord. c. Significauit.*

Non potest iudicare in causa sanguinis, sed ad iudicem laicum remittere debet. *Conc. Lateran. 3. par. 50. c. 44.*

Episcopus non potest iudicare cum iracundia. *Concil. Tolet. 11. cap. 5.*

Episcopus faciens fustigari aliquem crudeliter, puniendus est, & quomodo. *De clerico percussore c. Præterea.*

Episcopus iniustè iudicans, grauiter est puniendus. *Gregor. 1. lib. 10. ep. 8.*

Episcopus incipiens inquirere de aliquo delicto, si delinquens opponit se esse absolutum, vel si condemnans aliquem, hic opponit se habuisse gratiam; potest, vt delegatus Papæ, prosequi inquirendo de veritate, vel subreptione, & vsque dum non constat de veritate, gratiam non admittat. *concil. Trid. sess. 13. de refor. c. 5.*

Episcopus priuans aliquem ministerio, vel claudens templa, ex passione, talionis pena puniendus est. *Concil. Nicen. 2. cap. 4.*

Non potest iudicare de negotijs sæcularibus. *11. q. 1. cap. Te quidem.*

Episcopus aliquando potest institui iudex à Principe sæculari, & quando. *23. q. 8. c. Sapè principes.*

Non potest ecclesias interdicere, vel censuras ferre absque ordine iudiciario. *Concil. Later. 3. in append. tit. de simonia cap. 7.*

Episcopus non iudicio, sed propria authoritate repetens res suas, vel ecclesiæ, quomodo est puniendus. *16. q. 6. cap. Placuit, & cap. Consuetudo.*

Non potest iudicare non subditos, nec alienam Diœcesim. *9. q. 2. c. Nullus alterius. cap. Nullus Primas, &c.* Vide, *episcop. iurisdictio.* Vide, *episc. circa alienam Diœcesim.*

Episcopus, si recusatur in iudicio dare potest delegatum non suspectum partibus. *de foro compet. c. Si quis contra.*

Episcopus loci delicti iudicat delinquentem exterum. Sed Episcopus loci domicilij, vel beneficij, exequitur priuationem, si hæc fiat sententia. *de foro compet. c. Postulasti.*

Episcopus accusans aliquem, eiusque testimonium, si solus deponit.

Episcopus accusans probare tenetur, quod dicit. *Conc. Carthag. 4. c. 29. 6. q. 2. cap. episcopus. c. Si tantum.*

Episcopo testanti quod solus ipse scit, credendum non est. *concil. Carthag. 7. c. 5. Afric. cap. 99. concil. Vasense 2. cap. 8.* Et eius dictum non sufficit ad condemnandum. *ibidem. 6. q. 2. cap. Si tantum. & c. Placuit.*

Episcopus quò ad depositiones aliorum.

Episcopus solus potest deponere clericum. *Lib. 8. constitut. Apost. cap. 28.*

Alios ordinatos solus episcopus non potest deponere. *concil. Hispal. 2. cap. 6.*

Quando solus, & quando cum alijs episcopus debet degradare. Vide, *Degradatio.*

Episcopus quò ad collationem beneficiorum, iurium patronatorum, &c.

Episcopus conferens curam animarum alicui non habenti 25. annos, vel ignaro, vel malis moribus, priuatur potestate conferendi per tres annos. *De elect. cap. cum in cunctis. §. Clerici.*

Episcopus conferens alicui præbendam, quam non potest, tenetur postea dare ei aliam, & nulla alia collatio valet, nisi detur ei primò. *de præbend. & c. c. Inter cætera.*

Episcopus non potest differre vltra duos menses in danda ecclesia, seu beneficio ei, qui est legitimè præsentatus, si est idoneus,

idoneus, nisi adsit causa. *Concil. Oxonienſ. 1. cap. 1.* Pœna. *ibidem.*

Episcopus potest repellere præsentatos à patronis, si non sunt idonei. *Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 9.*

Episcopus non perdit ius instituendi per hoc quod ius patronatus transit ad exemptos. *de iure patronatus. cap. cum seculum.*

Episcopo concedente ecclesiam de consensu patroni, hic intelligitur concedere ius patronatus. *De donat. cap. Pastoralis.*

Prouidere potest de Rectore, si ij, ad quos spectat, in tempore statuto non conferunt, vel non præsentant, non obstante appellatione. *De supplenda neglig. c. finali.*

Potest item prouidere, si conferens dedit indigno. *ibid. cap. Literas.*

Episcopus tenetur admittere præsentatum à Patrono, si est idoneus. *De iure patronatus cap. Significasti.*

Episcopus malitiosè recusans admittere præsentatum idoneum, tenetur prouidere illum de beneficio competenti. *de iure patronatus c. Pastoralis officij.*

Episcopus prouidet si Patroni non præsentant in tempore. *ibid. c. si verò.* Vide, *Patronus.*

Episcopus semper instituit, facta præsentatione de idoneis examinatis. Nec potest suspendi institutio Rectoris, facto examine, licet appelletur ad Legatum, vel Papam. *Conc. Trid. sess. 4. de refor. c. 18.*

Episcopus potest prouidere, si lis patronorum intra quatuor menses non finitur; & hoc sine præiudicio eorum. *de iure patron. c. cum propter.* Sed si intra sex menses non finitur, absolutè prouidet. *ibid. c. eam te.*

Episcopo facienda est à patrono præsentatio, vt fiat institutio Beneficiati. *Concil. Trid. sess. 14. de refor. c. vlt.*

Episcopus admittens scienter præsentatos simoniacè, priuatur perpetuò collatione beneficiorum. *Conc. Germanicum 1. cap. 11.*

Episcopo statim nunciandum à Rectoribus, & alijs quando vacant beneficia. *Conc. Rauenn. 4. sub Ioann. 22. c. 7.*

Episcopus, mortuo Parocho, vel renunciante etiam in curia, debet statim de Vicario idoneo prouidere cum congrua prouisione, vsque dum de successore prouideatur, etiam si sit reseruata talis ecclesia, vel affecta Cardinali, Abbati, Capitulo, &c. *Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 18.*

Potest vnire beneficia, siue curata, siue non, siue reseruata, siue aliter affecta, ob paupertatem curatorum, & alios casus à iure permissos, sine præiudicio tamen obtinentium. *Concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 5.* & illæ vniones non possunt reuocari, sed perpetuæ sunt.

Episcopus potest transferre beneficia, quando ecclesiæ sunt dirutæ, ad alias, vocatis ijs, qui habent interesse, etiam si sint iura patronatus, cum eisdem fructibus, & oneribus. *Conc. Trident. sess. 21. de reform. c. 7.*

Episcopus cognoscere potest, vt delegatus Papæ, de vnionibus beneficiorum ad iura patronatus, eaque diuidendo reducere ad primum statum. *Conc. Trid. sess. 25. de ref. c. 9.*

Episcopus beneficia vacantia in suis mensibus potest dare; non quæ vacant in mensibus Papæ, qui menses sunt episcopi. Vide, *Menses.* Vide, *Papa.*

Si residet habet sex menses: si non, quatuor tantum. Vide, *ibidem.*

Vide, *Beneficia à quo conferenda.* Vide, *Beneficiorum vnio.*

Episcoporum ordo, & præcedentia.

Post Romanum Pontificem locum primum obtinet Patriarcha Constantinopolitanus. *Concil. Constantin. 1. cap. 5.* Vide, *Patriarchæ.*

Episcopi in Concilijs, in sedendo, &c. seruant ordinem antianitatis in consecratione. Vide, *Episcopi quò ad Concilia. Conc. Afric. c. 53.*

Episcoporum præcedentia, & ordo in Cappella Papali. Vide, *Cappella Papalis.*

Episcopus consulens magos, sortilegos, &c.

Episcopus consulens magos, &c. priuandus est officio. 26 *q. 5. c. Si quis episcopus. & cap. Aliquanti.*

Episcopus tenetur punire magos, maleficos, &c. *Gregor. l. lib. 12. ep. 13.*

Vide, *Hæretici.* Vide, *Magi.* Vide, *Sortilegi.*

Episcopus quo ad quasdam cæremonias, benedictiones, reliquias, &c.

Episcopus ferens reliquias non est portandus in sella. alias suspenditur à missa. *Conc. Brachar. 3. c. 6.*

Episcopi omnes vtuntur baculo, excepto Romano. *de sacra Vnct. c. vn. §. vlt.*

Episcopi memoria fiat in omnibus orationibus ecclesiarum. *Conc. Nicæn. 1. ex Arabico c. 57.*

Episcopus transiens per loca Diœcesis dat benedictiones populis, qui eum vident, & populi genuflectunt. *Conc. Rauenn. 3. post Clem. V. c. 6.*

Episcopo transeunte per loca Diœcesis campanæ sunt pulsandæ per omnes ecclesias, etiam per Monasteria. *Conc. Rauenn. 3. post Clem. 5. c. 6.* Vide, *Campanæ.*

Visitaturus episcopus, quò ritu recipiendus est. Vide, *Episcopus quò ad visitationem.*

Episcopus veniens ad celebrandum solemniter, ad ecclesiam deducatur, & reducatur à Canonicis. *Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de Missa solemni.*

Episcopalis sedes, quando transferri potest in alium locum.

Episcopalis sedes potest transferri ex vno in alium locum, quando hic est tutior ab hostibus. *Gregor. I. lib. 2. ep. 11.*

Episcopi Græci.

Vide, *Græci.*

Episcopi circa probationem miraculorum.

Episcopi facturi processum de miraculis alicuius defuncti cum opinione sanctitatis non procedant, nisi prius postulator probet fuisse seruatum decretum *Vrban. 8. editum die 2. Octobris 1625.* De imaginibus laureolis, & tabellis non apponendis ante sepulchrum talis defuncti. *Vrban. 8. constitut. 22. in append. 1. alias 132.*

Episcopo moriente. Eiusque funus, &c.

Episcopus moriens non relinquat domum vacuam. *Concil. Valent. 1. cap. 2.*

Episcopi mors per totam Diœcesim significari debet. *Concil. Nicænum 1. ex Arabico c. 65.*

Qua pompa eius funus faciendum. *ibid. Conc. Valent. 1. c. 4.*

Episcopus vicinior facere debet exequias defuncti. *Conc. Valent. 1. c. 2. Aurelian. 2. c. 5. & 6.* Intra octauas defuncti faciendæ exequiæ. *ibid.*

Episcopus moriens, Pontificalibus induatur, & sic sepeliatur. *Conc. Rauennat. 2. sub Clem. V. c. 2.*

Missa solemnis pro eo cantanda in omni ecclesia Cathedrali, & Conuentuali. Omnes Coepiscopi Prouinciæ faciant pro eo celebrare 30. Missas (quilibet) per 30. dies; & pauperes alant in qualibet ex ijs diebus. *Conc. Rauenn. ibid.*

Quolibet anno celebretur anniuersarium omnium episcoporum defunctorum. *Conc. Rauennat. 2. sub Clem. 5. c. 3.*

Episcopo moriente, successori conseruentur res. *12. q. 2. cap. Illud quod.*

Episcopo moriente intestato, ecclesia succedit in integrum. *12. q. 5. c. Sicubi, & c. vlt.*

Episcopo mortuo cum debitis, successor debet soluere de redditibus ecclesiæ. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. de alienatione cap. 9.*

Episcopi defuncti bona per inuentarium notentur. *Concil. Valent. 1. c. 2. Aurelian. 2. c. 5. & 6. Concil. Tarraconenſ. c. 12.*

c.12. Illerd. c.16. Gregor. I. lib.3. ep.11. Concil. Tolet. 9. c.9. Clerici diripientes eius bona, officio priuantur. *Conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c.88. 12. q.2. c. Non liceat clericis. Concil. Vormat. 1. c.75.* Excommunicantur. *Concil. Claramont. c.31. Leo 9. const. 1. Quia authore Deo.*

Episcopi defuncti bona tangere non possunt hæredes, & consanguinei sine licentia Metropolitani, vel expectent successorem, qui eis consignet, quæ sunt sua. *Concil. Valent. 1. c.3. Concil. Tolet. 9. c.7. & 9.* Alias puniantur, vt inuasores. *ibid. Tolet. Concil. Illerdense c.16. Valent. 1. c.2.*

Episcopo mortuo, nullus alius consecrare potest altaria in ea Ciuitate, sub pœna suspensionis à missa per annum. *Conc. Aurelian. 5. c.8.*

Episcopo mortuo, ecclesia non vacet Pastore vltra tres menses. *Concil. Calcedon. c.24. Concil. Vernense c.17.*

Episcopo mortuo, nullus dicat malum de illo, & pœna. *concil. Emerit. c.17.*

Pro episcopo mortuo quandiù, & à quo faciendum est anniuersarium. Vide, *Anniuersarium*. Vide, *Ecclesia vacante*. Vide, *Funus Episcopi*. Vide, *Moriens*. Vide, *Spolia*.

Episcopus circa alienationem bonorum ecclesiæ.

Episcopus non potest alienare bona ecclesiæ. *Concil. Tolet. 4. c.67. Concil. Parisiens. 6. c.17. 10. q.2. cap. Casellas. 12. quæst. 2. cap. Res in episcopatu. cap. Monemus, & c. Quisquis episcopus.* Irrita est alienatio. *cap. Quisquis, & cap. Quid quid. Extra, de rebus Ecclesiæ non alien. cap. Ambitiosæ.* Vide, *Alienatio*. Vide, *Locatio*.

Episcopus alienans bona ecclesiæ, priuatur honore, vt latro. *Concil. Lucense 2. c.14. 10. q.2. c. vlt. Conc. Constantinopolit. 4. cap.9.*

Ob Captiuorum redemptionem potest eas alienare. *ib. c.15.*

Non potest alienare fundos, seu contractus ex quibus pauperes viuunt. *10. q.2. cap. Casellas.*

Episcopus sine consensu Capituli non potest ecclesias alijs ecclesijs concedere. *De his, quæ fiunt à Prælato sine, &c. c.1. cap. Tua nuper. & cap. cum Apostolica. De donationibus cap. Fraternitatem.*

Non potest sine consensu Capituli concedere Monasterijs ecclesias Parochiales, etiamsi adsit consensus Patroni. *ibid. cap. Pastoralis.* Sed cum consensu potest. *de donat. cap. Pastoralis.*

Episcopo concedente Monasterio, &c. ecclesiam de consensu Patroni, hic intelligitur concedere ius patronatus. *De donat. cap. Pastoralis.*

Episcopus dare non potest Religiosis domibus quinquagesimam, aut centesimam cum graui damno suæ ecclesiæ. *de donat. cap. Apostolicæ.*

Episcopum cogentes ad dandum bona ecclesiæ in emphyteusim, quas pœnas incurrunt, & nulli sunt contractus. Vide, *Episcopus circa immunitatem ecclesiæ*. Vide, *Alienatio*. Vide, *ecclesiæ bona*. Vide, *Locatio*.

Episcopi Vicarius.

Episcopi Vicarius non potest esse laicus. *Conc. Hispal. 2. c.9.*

Episcopus habere debet Vicarios Foraneos; & quale sit horum officium. Vide, *Vicarius*.

Episcopi domestici, & cubicularij.

Episcopi domestici sint personæ probatæ vitæ. *Concil. Paris. 6. lib. 1. cap. 20.*

Episcoporum cubicularij debent esse clerici. *2. q.7. cap. cum Pastoris.*

Episcoporum clerici commensales satisfaciunt si recitant officium, quod recitant episcopi, eos adiuuando. *Clement. de celebrat. Miss. cap. fin.*

Episcopo seruientes, domestici, & cubicularij non residentes percipiunt fructus beneficij, sed non distributiones. *De clericis non resid. cap. de cætero.*

Episcopus curare debet, vt domestici sui vtantur vestibus decentibus, corona, & habitu clericali. *Concil. Londinens. 2. cap. 15.*

Episcopi domestici, & famuli in conuenienti numero sint, qui episcopi, & ecclesiæ necessitati inseruiant. inter eos pares habeat clericos; inter quos duos in sacris, qui eum adiuuent in orationibus, & alijs, &c. vnum qui præsit familiæ, eamque erudiat. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Episcopi familia.*

Episcopi familiares, & famuli non ferant arma, nisi in itinere, & necessitate, ex episcopi arbitrio. modestis vestibus vtantur, non sericis. non vtantur argento, vel auro. non calceis incisis. vestes sint nigri coloris. caligæ non sint sectæ, virgatæ, &c. sed simplices. *ibid.*

Episcopo assistentes excusantur à residentia. *Honorius 3. ex Cirone, de clericis non residentibus c.3.* Vide, *Clerici quò ad residentiam*. Vide, *Beneficiati*. Vide, *Ecclesiastici*. Vide, *clerici quò ad habitum, & tonsuram*.

Episcopali sede vacante.

Episcopali sede vacante, nullus alius Episcopus potest consecrare altaria, sub pœna suspensionis à missa per annum. *Concil. Aurel. 1. c.8.*

Episcopali sede vacante, nihil est innouandum. *Ne sede vacante cap. 1.*

Iudicia facta contra ecclesiam, ea vacante sunt nulla. *ibid. cap. fin.*

Sede vacante, Capitulum potest absoluere ab excommunicatione, à qua episcopus. *De maiorit. & obed. in 6. c.vn.*

Episcopali sede vacante, quid potest facere Capitulum. Vide, *capitulum*.

Episcopali sede vacante omnia beneficia, quæ vacant in ea Diœcesi, à Papa conferuntur. *Pius 5. constitut. 55. Sanctissimus.*

Vide, *Sede vacante*. Vide, *capitulum*.

Episcopi habitus, & vestes.

Episcopales vestes debent esse conformes dignitati. *Zachar. ep.7. cap.1.*

Episcopus non potest incedere cum habitu, seu veste difformatis. *extra, de maiorit. & obed. c. vt Prælatorum.*

Episcopus in publico tenetur vti lineis super indumentis. Exceptis religiosis, qui suo habitu vti debent. *De vita, & honest. clericor. c. clerici officia. Conc. Later. 4. c.16.*

Tenentur semper portare Rochetum. *conc. Tolet. 22. c.5. concil. Mediol. p.2. tit. de episcopi vestitu.* vbi dicitur, quod in ecclesia, & locis publicis tenetur illud portare.

Non possunt portare vestes sericas. non calceos albos. non vestem breuem. sub pœna pecuniaria. *conc. Tolet. 22. c.5.* Vide, *episcopi à quibus debent abstinere*. Vide, *episcopi vita, &c.*

Episcopus quò ad indulgentias concedendas.

Episcopus potest concedere in certis solemnitatibus quadraginta dies indulgentiarum. *De pœnitentiis, & c. c. cum ex eo. concil. Rauenn. 4. sub Ioann. 22. c.20.*

In die verò consecrationis vnum annum potest concedere. *ibid. Rauennat. 4.*

Episcopus in concedendis indulgentijs suis subditis excedere non potest formam, ac limitationem sacrorum canonum. *conc. constant. sess. vlt. in const. Martini V.*

Vide, *Indulgentiæ*.

Episcopus quò ad dispensationes, tam proprias, quam Papales.

Episcopus potest dispensare in dando canonicatus, &c. cum ijs, qui 20. annum expleuerunt, dummodo non sint cum cura animarum. *De ætate, & qualit. in 6. cap. vnico.*

Potest dispensare cum illegitimo circa ordines minores, & beneficia sine cura animarum. *De filiis Presbyt. in 6. c.1.* Non tamen circa sacros ordines, & beneficia curata. *ibid.*

Episco-

Episcopus, vt delegatus Papæ, potest cognoscere, an dispensationes gratiosæ concessæ à Papa sint subreptitiæ, vel obreptitiæ; & facere hoc extraiudicialiter, ac summariè. *concil. Trident. sess. 22. de refor. c. 5.*

Potest eodem modo cognoscere de commutationibus vltimarum voluntatum, an exposita Papæ in petitione sint vera. *Concil. Trident. ibid. cap. 6.*

Potest dispensare episcopus circa interstitia temporum inter ordines minores. *Conc. Trident. sess. 23. de refor. c. 11.*

Potest etiam dispensare circa interstitia inter subdiaconatum, & diaconatum. *ibid. c. 13.*

Potest dispensare cum ordinato per saltum, si in ordine accepto non ministrauit. *Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 14.*

Potest dispensare in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & alijs quæ sunt deductæ ad forum contentiosum. *Conc. Trident. sess. 24. de refor. cap. 6.* Sic etiam ab omnibus casibus occultis Papæ reseruatis absoluere per se, vel per Vicarium ad id deputandum. *ibidem.*

Vide, *Dispensare.*

Episcopi circa casuum reseruationem.

Episcopi possunt reseruare sibi casus quosdam, seu peccata grauia, quæ ab alijs inferioribus non possint absolui. *concil. Rauenn. 1. ca. 8. Conc. Colon. 2. part. 3. cap. 37.* Vide, *Casus reseruati.*

Episcopus quos casus regulariter solet reseruare. Vide, *Casus reseruati.* Vide, *Reseruare.*

Episcopi in partibus infidelium.

Episcopi ibi existentes non admittant religiosos eò aduenientes, sine literis petentibus suorum Superiorum. *extra, de Regularibus transeuntibus, &c. c. Ad nostrum.*

Si Religiosi in ijs partibus prædicant contra dogmata fidei, & Ecclesiæ, possunt eos capere, & carcerare, & simpliciter, ac de plano procedere. *ibid.*

Episcopi ecclesiarum existentium in partibus infidelium non possunt ordinare aliquem in aliena Diœcesi. Sic ordinati ab exercitio ordinum sunt suspensi. *Concil. Trident. sess. 14. de reform. cap. 2.*

Episcopi titulares.

Episcopi titulares non possunt prætextu priuilegiorum, aut continuæ familiaritatis, ordinare alterius subditum, nec ad maiores ordines, nec ad minores, nec ad primam tonsuram; nec in loco exempto, aut monasterio, sub pœna suspensionis à Pontificalibus per annum. Ordinati verò suspenduntur ab exercitio ordinum, arbitrio episcopi proprij. *Conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 2.*

Episcopus circa immunitatem Ecclesiæ.

Episcopus consentiens, vt laici exigant decimas, tributa, vel alia à clericis, incurrunt excommunicationem, & depositionem ipso facto. *Conc. Later. 5. sess. 9. Bulla de reform. curiæ cap. 3. circa finem.*

Episcopus cogi non potest ad danda beneficia, &c. alia ecclesiæ bona in emphyteusim, neque per Reges, neque per Imperatores. & qui cogunt incurrunt pœnas latas contra violatores ecclesiasticæ libertatis, & collatio nulla est, & nullus contractus. *Conc. Lateran. 5. sess. 10. c. 2.*

Vide, *Episcopi obligationes.* Vide, *Immunitas.* Vide, *ecclesiæ Immunitas.*

Episcopi Regulares.

Regularis eligi potest in Episcopum ab habentibus ius eligendi; sed necessaria est licentia Superioris Religionis ante, vel post (excepta assumptione per Papam facta.) *de elect. in 6. cap. si Religiosus. Clement. de elect. c. 1.*

Regularis episcopus factus, est liber à iugo Regulæ. *18. q. 1. cap. Statutum est. & Clement. de elect. c. 1.*

Regularis promouendus habere debet testimonium sui superioris de vita, & moribus, ac doctrina. *conc. Lateran. 5. sess. 9. Bulla de refor. curiæ c. 1. conc. Trident. sess. 22. de refor. c. 2. Gregor. 14. const. 6. Onus. §. 9.*

Episcopus Regularis non debet vti Rocheto, sed habitu sui ordinis. *conc. Later. 4. cap. 16. de vita, & honest. cleric. cap. Clerici officia.*

Episcopi Regulares redeuntes ad Claustra, non possunt obtinere officia in Religione, & annullantur priuilegia in contrarium. *Paulus 4. const. 21. in sacra.*

Vide, *Regulares facti Episcopi.*

Episcopi circa Equites exemptos.

Episcopi, vt delegati Papæ possunt visitare ecclesias Equitum Sancti Ioannis Ierosolymitani, in ijs tantum, quæ pertinent ad curam animarum, & spiritualia. *Pius V. constitut. 13. Exposcit.*

Possunt remouere Rectores, vel Cappellanos earum, si non sunt idonei; & monere superiores, vt alios subrogent. & si intra certum terminum ipsi superiores non subrogant, Episcopi prouident. *ibid. §. 3.*

Episcopi quo ad limina Apostolorum Romæ.

Episcopi vicini, olim tenebantur omni anno visitare limina Apostolorum; remoti verò per literas. *concil. Rom. sub Zacharia cap. 4. dist. 93. cap. Iuxta. De iure iurando cap. Ego N. Leo* verò *III. in epist. 1.* declarat eos obligari, sed non præfinit tempus.

Alias decretum est, esse visitanda iuxta Papæ chirographum. *Anacletus, & Zacharias. Dist. 93. cap. Iuxta. de iure iurando. cap. Ego N.*

Episcopi Itali, & habitantes in Insulis adiacentibus, tertiò quoque anno tenentur visitare limina Apostolorum. Alij quarto, alii longiori spatio (distinctè.) *Sixtus 5. constit. 15. Romanus. §. 6.*

Episcopus nouiter creatus iurat se visitaturum limina Apostolorum debitis temporibus. *de iure iurando. c. ego N. Sixtus 5. constit. 15. Romanus.* Et hoc iuramentum facere debet ante consecrationem. *ibid. Sixtus V.*

Episcopi impediti, si per se non possunt visitare limina, tenentur id facere per alium in dignitate constitutum; vel si hunc non habent, per sacerdotem Diœcesanum id faciant; & si nec hunc habent, per alium clericum. Et docere debent de impedimento, & quomodo id est faciendum. *Sixtus 5. ibid. §. 4.* Vide, *Limina.*

Epistolæ decretales.

Vide, *Decretales.*

Æqualis.

Æqualis non habet imperium in æqualem. *Nicolaus 1. ep. 9.* Æqualis non soluit æqualem. Vide, *Minor.*

Equites Sancti Ioannis Ierosolimitani, dicti Melitæ, & priuilegia.

Equites isti excommunicati ob percussionem clerici, vel confratris, nisi læsio sit enormis, absolui possunt à Priore. *De sent. excomm. cap. Canonica. Honorius 3. ex Cirone, de sent. excomm. cap. 1.*

Equites præfati habent indulta circa annalia beneficiorum, & quæ. *extra, de priuil. cap. Exhibita.*

Fructus beneficiorum vacantium, & eorum, qui non residents, Religioni accrescunt. *Ioannes XXII. constitut. 5. Exhibita. vbi supra.*

Equites præfatos percutientes, occidentes, vel id mandantes, incurrunt excommunicationem reseruatam Papæ. *Conc. Later. 3. in append. tit. de illis, qui incidunt, c. 6.*

Equites præfati obtinuerunt, vt non possint excommunica-

ri, neque eorum ecclesiæ interdici (nisi ex Papæ mandato,) ipsi & alij confratres non possint priuari ecclesiæ sepultura, & semel in anno in ecclesia interdicta faciant celebrare. *Concil. Later. 3. in append. tit. De prægeminentia, &c. cap. 7. 8. & 9.*

Equitum præfatorum hospitale recipitur sub protectione Papæ. *Anastasius 4. const. 2. Christianæ.*

Bona Templariorum, huic militiæ fuerunt applicata. *Clemens V. const. 3. Ad prouidam.*

Multa priuilegia obtinent. *Pius IV. constitut. 9. Circumspecta.*

Magnus Magister habet iurisdictionem in Equites, & alios. Potest disponere de beneficijs, & circa hoc præscribitur ei forma procedendi. *ibid.*

Omnes ecclesiæ, Prioratus, &c. Militiæ Sancti Lazari, & Sancti Sepulchri in Bethleem, & Nazaret, Militiæ Sancti Ioannis sunt vnita, & Magno Magistro subduntur. *ibid.*

Beneficia vacantia in Curia Romana, Prioratus, Baliuiæ ab eodem conferantur. *ibid.* Alia innumera priuilegia in hac constitut. continentur, quæ pertinent ad regimen talis militiæ. §§. 77. declarata. *ibid.*

Confirmat omnia *Pius 5. constitut. 77. Et si cuncta.* Et à decimis, & aliis oneribus eximit. *ibid. Gregorius 13. const. 60. Quo magis. Gregor. XIV. constitut. 5. Quanta. Sixtus 5. const. 43. Æquum. Clem. 8. const. 37. Æqua. Vrb. 8. const. 15. Vniuersalis.*

Possunt episcopi, vt delegati Papæ, visitare ecclesias eorum, quò ad spiritualia, & circa ea, quæ pertinent ad curam animarum. Et cappellanos, seu rectores non idoneos repertos remouere; ac superioribus significare, vt alios subrogent; quod si intra certum tempus non faciant, episcopi prouident. *Pius 5. const. 136. Exposcit.*

Familiares dictorum equitum, Coloni, Vicarij, &c. iudicari possunt ab ordinarijs, vt delegatis Papæ. *Gregor. XIII. constitut. 67. Circumspecta.*

Equitum præfatorum morientium bona, etiam illicitè acquisita, non ad Cameram, sed ad hospitale, seu conuentum ipsorum pertinent. Et ideo Agentes pro religione, ac militia in hoc negotio non sunt molestandi. *Pius IV. constit. 29. Romani.*

Equites isti, quam, & quomodo debent emittere professionem; & multa circa hoc. *Gregorius 13. constitut. 60. Quò magis.*

Non tenentur ad solutionem decimarum, aut aliorum onerum. *Gregor. 13. ibid.*

Equite assumpto ad episcopatum vacant præceptoriæ. *Gregor. 13. const. 82. Controuersia.*

Equitum dictorum beneficia obligata sunt ad solutionem iurium communium Cameræ Apostolicæ. *Sixtus 5. const. 43. Æquum*, in declaratione.

Equitum serui, ac familiares exempti sunt à decimis, & alijs tributis. *Gregor. XIV. const. 5. Quanta.*

Magnus Magister potest dismembrare beneficia vnita. *Gregor. XIV. const. 5. Quanta §. 4. 5. 6. &c.*

Equites isti promouendi sunt ad magnam crucem, & alias dignitates, potius propter merita, quam propter antianitatem. *Paulus 5. const. 30. Accepimus.*

Equites isti non comprehenduntur in *constitut. 9. Gregor. 15. Sanctissimus.* De Conseruatoribus edita, sed retinent ad huc ius eligendi Conseruatores. *Vrbanus VIII. constitut. 78. Exponi.*

Magnus Magister horum Equitum, qua solemnitate, & forma est eligendus. *Vrbanus VIII. constitut. 89. In specula, per §§. 13.*

Ceremoniale electionis præfatæ faciendæ approbatum est ab *Vrbano 8. const. in append. 24. alias 134. Militantis.*

Obtinent confirmationem omnium Priuilegiorum. *Vrbanus 8. const. 15. Vniuersalis eccl. siæ.*

Vide, *Assassinium*. Vide, *Hospitalarij*.

Equites Sancti Lazari.

Hæc militia primò confirmata ab *Alexandro 4. constit. 1. cum à nobis.*

Huic militiæ multa fuerunt concessa priuilegia. *Clemens 4. constitut. 2. Cum dilectis.*

Leprosorum curæ vacabant, poterant eos ex omni parte capere, & ad propria hospitalia ducere; & à nullo impediri. *Clemens 4. const. 5. Venerabilibus.*

Alia priuilegia concessit *Pius 4.* præscribit formam gubernij, & electionem Magni Magistri, ac alia pertinentia ad eius regimen. *constitut. 95. Inter, diffusè per §§. 180.* vbi omnia continentur.

Reformantur postea hæc priuilegia in multis. *Pius V. const. 28. Sicuti bonus, per §§. 77.*

Hæc militia vnita fuit cum Militia S. Mauritij. *Gregor. 13. const. 6. Pro commissa.*

Vide infra, *Equites S. Mauritij.*

Equites Sancti Iacobi de Spatha.

Militia hæc *ab Alexandro 3.* approbatur. *const. 5. Benedictus Deus.* Multa priuilegia obtinent. *ibid.* Gaudent foro dericorum. *ibid.* Omnia eorum statuta ibi contenta.

Equites præfati possunt testari. *Clemens 7. const. 31. ex Apostolicæ.* Sed cum licentia determinatorum Priorum, & licentia durat per triennium; deinde renouanda est: tenentur tamen consignare Priori Inuentarium bonorum suorum, alias nulla est licentia. Tenentur relinquere quartam partem bonorum monasterio, in quo fecerunt professionem, alias nulla est concessio. *Alia bona possunt* relinquere cui volunt exceptis filijs natis ex illicito coitu. *ibid.*

Confirmat facultatem testandi. *Gregor. 13. const. 30. Romani.* Et determinat formam.

Equites Sancti Iacobi de Spatha in Portugallia habent eadem priuilegia, quæ Milites Sancti Iacobi de Spatha, de Alcantara, & Calatraua in Castella. *Gregorius 13. constitut. 32. Ex Apostolicæ.*

Equites isti, & Sancti Benedicti, qui per quinque annos inseruiunt in classe contra infideles impedientes nauigia Catholicorum, sunt capaces commendarum, ac si in Africa partibus militassent. *Paulus 5. const. 24. Maiestatis.*

Committitur hæc Militia perpetuo regenda Regi Hispaniarum. *Adrianus 6. constit. 1. Dum intra.* Ibi declaratur origo, & progressus eius, ac obligationes.

Equites Sancti Iacobi de Calatraua.

Hæc Militia approbatur ab *Alexandro 3. const. 5. Benedictus.* Vbi omnia eius statuta, & multa Priuilegia.

Equites isti de bonis communibus accipere possunt, vt se defendant, & quomodo. *Iulius 2. const. 16. Romani.*

De communi thesauro faciendæ sunt expensæ huius Militiæ. *Clemens 7. const. 12. Romanus.*

Dispensantur, vt nudi possint in lecto dormire. *Clemens 7. constitut. 18. Apostolicæ.*

Tempore Capituli, obtinent, vt possint absolui à multis casibus. *ibidem.*

Hæc militia committitur regenda Hispaniarum Regi, perpetuò. *Adrianus 6. const. 1. Dum intra.* Vbi inuenies eius originem, progressum, & obligationes omnes.

Obtinent facultatem testandi, & disponendi de mobilibus, & immobilibus; & cum quibus conditionibus. *Gregorius 13. constitut. 30. Romani.*

Vide, *Calatraua.*

Equites Sancti Iacobi de Alcantara.

Militia hæc confirmatur *à Iulio 2. const. 16. Romani.*

Gaudent omnibus gratijs, & priuilegijs Ordinis Cistercienfis Sancti Benedicti. *Leo X. const. 44. In Apostolicæ.*

Hæc Militia committitur perpetuò regenda Regi Hispaniarum. *Adrianus 6. const. 1. dum intra.* Ibi habes originem, progressum, & obligationes.

Obtinent facultatem testandi, & quomodo. *Gregor. XIII. constit. 30. Romani.*

Equi-

Equites S. Mauritij.

Hæc Militia instituta à Duce Sabaudiæ approbatur *à Gregor. 13. const.6. Christiani*. Sub Regula Cistercienſium est. Quomodo debet Regi. Magnus Dux illius est Dux Sabaudiæ. *ibid.*

Hæc Militia vnita est cum Militia Sancti Lazari Ieroſolymorum ſub inuocatione Sanctorum Mauritij, & Lazari. *Gregor.13. const.7. Pro commiſſa*. Beneficia Prioratus, &c. quomodo diſponenda. *ibid.*

Confirmatur hæc vnio, & multa Priuilegia dictæ Militię conceduntur. *Clem.8. const.102. Decet Romanum.*

Equites Sancti Stephani.

Militia hæc inſtituta per Coſmum Medices, approbatur *à Pio V. conſtit.60. His quæ*. Omnia à præfatis Equitibus obſeruanda. Priuilegia, & gratiæ aliarum Militiarum eis conceduntur. *ibid.* Et Magnus Dux est Magnus Magiſter.

Conceditur Magno Duci Ethruriæ, vt erigat quædam hoſpitalia in commendas huius Militiæ Sancti Stephani. *Sixtus 5. conſtit.65. Præclara*.

Equites Sancti Stephani, etiam bigami, & ſine habitu incedentes, obtinent, vt poſſint habere, & transferre penſiones vſque ad ſummam ducentorum ducatorum. *Sixtus V. conſt.104. circumſpecta*.

Et Paulus V. extendit, vt poſſint habere penſiones 400. ſcutorum auri, etiam ſi ſint bigami, illegitimi, vel laici. *conſtitut.46. Dum generoſa*. Habent etiam facultatem teſtandi, licet non incedant cum talari tunica, dummodo incedant cum habitu, & inſignibus Militiæ. Et tales facultates non expirant per non delationem tonſuræ, veſtium talarium, vel ex bigamia ſuperueniente; neque ex occiſione, mutilatione, &c. alijs, quæ committuntur in bello contra infideles. *ibid.* §.5.

Equites Templarij.

Equites præfati abrogantur propter multa mala, & eorum bona applicantur Militiæ Sancti Ioannis Ieroſolymitani. *Clem.V. conſt.3. ad prouidam*.

Vide, *Equites Sancti Ioannis Ieroſolymitani*.

Equites Sancti Spiritus in Gallia.

Militia hæc approbatur, & priuilegia, gratiæ, &c. conceduntur. Etiam exteri ſi ſint Catholici, poſſunt adſcribi præfatæ Militiæ. *Paulus V. conſtit.42. Maieſtatis*. Regi Galliæ committitur perpetuò adminiſtranda, & regenda. *ibidem.* Statuta obſeruanda. *ibid.*

Idem Rex Galliæ poteſt renouare ſtatuta huius Militiæ. *Paulus V. conſtit.44. Maieſtatis*.

Equites Galli de Monte Carmelo.

Militia hæc inſtituitur per *Henricum III.* Regem Galliæ de bonis laicalibus ſub inuocatione Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, cum forma modoque viuendi, eamque regendi, & approbatur *à Paulo V. conſtit.41. Romanus*.

Equites Chriſtianæ Militiæ ſub inuocatione Conceptionis Immaculatæ Virginis.

Militia hæc inſtituitur à Duce Mantuæ, & Niuernenſium nuncupata Militiæ Chriſtianæ, Conceptionis Immaculatæ Virginis Mariæ. Approbatur ab *Vrbano 8. conſtit.11. Immerſcrutabilis*. Statuta, & forma viuendi, eamque regendi. *ibidem*. Magnus Magiſter est ipſe Dux; & alia ad id ſpectantia. *ibid.*

Obtinent iudicem, apud quem facere poſſunt probationes nobilitatis, qui ei Militiæ volunt adſcribi, &c. *Vrb. 8. conſtit. 28. cum nos*.

Obtinent confirmationem ſtatutorum. *Vrbanus 8. conſtitut. 41. Alias*.

Errans, Errare, Error.

Errantem non impediens cum poteſt, conſentit. *Poſt epiſtol. Anaſtaſii 2. 23. q.8. cap. Præterea. De hæret. c.Qui alios. Extrau. Ioann.22. Ne ſede vacante. Gregorius 7. lib.3. epiſt.4.*

Erranti non ignoſcitur, donec in errore permanet. *Gelaſius opuſc. de anathematis vinculo*.

Erranti præbens aſſenſum, est illi ſimilis. *Anaſtaſius I. ep. 4. diſt.83. cap.Error. c. Quid enim, & c. conſentire. diſt.86. cap. Facientis*.

Errare non dicitur, qui neſcit, ſed qui ſcire putat, quod neſcit. *diſt.38. cap. Quamuis*.

Errorem non corrigens Prælatus, conſentit. *Gregor.7. lib.3. epiſt.4.*

Errorem defendens, peior est eo, qui errat. *24. q.3. cap.Qui aliorum*.

Error facti, nulli nocet, negotio non finito. *De confeſſis cap. finali*.

Error perſonæ in matrimonio variat conſenſum, & facit ipſum non tenere. *29. q.1. cap.vnico*.

Error qualitatis perſonæ non variat conſenſum, vt ſi putatur virgo, & est corrupta, vel meretrix. *ibid. cap.vnico*.

Error fortunæ non variat conſenſum in matrimonio. *ibid. cap. vnico*.

Error perſonæ non poteſt redundare in damnum eccleſiæ. *de except. cap.cum venerabilis*.

Eremitæ.

Eremitæ Camaldulenſes. Vide, *Monachi Camaldulenſes*.

Eremitæ S.Auguſtini Liceti. Vide, *Fratres S. Auguſtini*.

Eremitæ S.Hieronymi. Vide, *Fratres S. Hieronymi*.

Eremitæ B. Petri de Piſis multas obtinent gratias ab *Eugenio IV. conſt.12. Peruenit*.

Eorum Conſtitutiones, & forma celebrandi Capitulum generale approbantur. *Sixtus IV. conſtit.13. Sedes*. Et alia multa priuilegia obtinent. *ibid.*

Eremitæ Montis Senarij. Vide, *Fratres Beatæ Mariæ Seruorum Dei*.

Erubeſcentia.

Erubeſcentia est pars attritionis. *De pœnitentijs diſt.1. cap. 88. Quem pœnitet*.

Eſuriens.

Eſurienti non ſuccurrens, occidit illum. *Diſt. 86. cap. cæterum, & cap. Paſce*.

Ætas.

Ætas ſacerdotis olim debebat eſſe annorum triginta. *diſt.78. cap. Si quis triginta. cap. Nemo. cap. Presbyter. cap. Si triginta annorum*. Nunc ſufficit ſi ordinandus expleuerit *annos 24. & inceperit 25. Concil. Trident. ſeſſ.23. de reformat. cap.12.*

Ætas Epiſcopi. Vide, *Epiſcopi eligendi qualitates*. Vide, *Ordinare*. Vide, *Ordinatio*.

Ætas Diaconi. Vide, *Diaconus*. Vide, *Ordinare*.

Ætas Subdiaconi. Vide, *Subdiaconus*. Vide, *Ordinare*.

Ætas Parochi. Vide, *Parochus*. Vide, *Curatus*. Vide, *Beneficia quibus conferenda*.

Ætas attendi debet pro tempore, quo datæ ſunt literæ collationis, &c. *De reſcriptis in 6. c. Si eo tempore*.

Ætas ordinariorum qualis debet eſſe. *Diſt.77. cap. Subdiaconus. cap. Placuit. cap. Epiſcopus. cap. In veteri*.

Vide, *Ordinandi*.

Æthiopes.

Æthiopes non habent Patriarcham, ſed omnes ſubduntur Alexandrino. Si tamen aliquando habebant, ille tenebat ſeptimum locum in Concilio generali. *Concil. Nicæn. 1. ex Arabico cap. 36.*

Ethruria.

Ethruriæ Dux creatur Magnus Dux *à Pio V. conſtit.88. Rom.* Coſmus Medices fuit primus. *ibid.* Vide, *Dux.*
Habuit facultatem erigendi in commendas Militiæ S. Stephani hoſpitalia per laicos regi ſolita, de quibus Papa non diſponebat, & quomodo. *Sixt.V. conſt.65. Præclara.*
Vide, *Equites S. Stephani.*

Eua.

Eua fuit mater, & ſocrus filiorum ſuorum. *35. q.1. cap. cum igitur.*

Euangelium.

Euangelium in Latina lingua antiquitus, & ab initio recitabatur in ciuitate Conſtantinopolis. *Nicolaus I. ep.8.*
Euangelium cum alijs ſacris ſcripturis legendum in feſtis, &c. *concil. Laodicenum c.16.*
Euangelium audiri debet ſtando non ſedendo. *Anaſtaſius I. ep.1. c.1. de conſecr. diſt.1. c. Apoſtolica.*
Euangelia non permittantur legi extra Miſſam ad petitionem laicorum, vel fœminarum. *conc. Salegunſtadienſe c.10.*
Euangelium obligat homines ad obſeruantiam eius. *Concil. Trid. ſeſſ.6. c.20.* Vide, *Diaconus.*

Euchariſtiæ natura, inſtitutio, forma, materia, & efficiens.

In euchariſtia, facta conſecratione non remanet ſubſtantia panis, & vini. *De fide & ſumma Trinit. cap.1. Conc. Lateran. 4. c.1. & concil. Conſtant. contra articulum 1. Vvicleff.* Vide, *Accidentia.*
In euchariſtia tranſubſtantiatur panis in corpus, & vinum in Sanguinem Chriſti. *de celebrat. Miſſarum c. cum Marthæ. §. Quæſtuiſti.* Vinum & aqua tranſubſtantiantur. *ibid. Conc. Trid. ſeſſ.13. c.4. & can.2. conc. Florent. in literis vnionis Eugen.4. §. Quinto eccleſiaſticorum.*
In euchariſtia per conſecrationem fit tranſubſtantiatio totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam Corporis Chriſti, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis. *Concil. Trident. ſeſſ.13. c.4. & can.2.*
In euchariſtia ſub ſpeciebus panis & vini eſt verum Corpus, & verus Chriſti Sanguis. Chriſtus ipſe in vera præſentia corporali. *concil. Conſtantienſ. contra art.3. Vvicleff. de conſecr. diſt.2. c. In quibus. c. Nos autem. c. ego Berengarius. c. Forte dicas. c. Panis eſt. c. In illo Sacramento. c. Acceſſerunt. c. Ante benedictionem.* & alijs. *ibid. Conc. Rom.6. ſub Gregor.7. Concil. Colon. 2. p.7. cap.14.* (Adeſt Corpus Chriſti Vinum. *Conc. Colon. ibid.*) *Conc. Trident. ſeſſ.13. c.1. & can.3. & 4.*
In euchariſtia accidentia manent ſine ſubiecto. *de celebrat. Miſſarum c. Cum Marthæ §. Quæſiuiſti. Concil. Colon. 2. p.7. c.15. Concil. Conſtant. & Trident. vbi ſupra.* Ac Florent. vt infra.
Voluit Chriſtus vt manerent ſpecies panis, & vini, quia horrebant diſcipuli manducare carnem. *De conſecrat. diſt.2. c. Fortè dicas.*
Euchariſtiæ conſecratio quo ritu olim fiebat. Vide, *Conſecratio euchariſtiæ.*
Euchariſtia ſiue párua ſiue magna, continet æqualiter Chriſtum. *de conſecr. diſt.2. c. Quid ſit ſanguis.*
Euchariſtia in qualibet ſui parte continet totum Chriſti corpus. *Poſt epiſt. Nicolai Papæ c.1. de conſecrat. diſt.2. cap. Vbi pars. Concil. Florent. vt infra* ante & poſt ſeparationem. *ibid. Conc. Trid. ſeſſ.13. c.4.*
Totus Chriſtus eſt ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini. *Conc. Florent. ſeſſ. vlt. in literis vnionis.*
Euchariſtiæ materia eſt panis, & vinum. *de conſecratione diſtinct.2. cap. Quia paſſus. Concil. Conſtant. ſeſſ.23. cap.* 1. Eſt panis triticus, & vinum ex vua. *Concil. Florent. ſeſſ. vlt. in literis vnionis.* Miſcenda eſt modica aqua in vino. *ibid.*
Validè fit in fermentato, & azymo. Græcus debet facere in fermentato, Latinus in azymo. *Conc. Florent. ibid. Eugen. IV. conſt.17. Lætentur cæli.* §.4.
Euchariſtia inſtitura eſt ſub ſpeciebus panis, & vini propter vnitatem, quia ex multis granis fit panis, & vinum: ita eccleſia, quæ ex multis fidelibus conſtat fit vnum quid cum Chriſto. *de conſecrat. diſt.2. c. Quia paſſus eſt.*
Euchariſtiæ faciendæ forma, ſunt verba. *Hoc eſt &c. Hic eſt. Concil. Florent. in literis vnionis.*
In euchariſtia manducatur vera caro Chriſti, & verus ſanguis bibitur. *De conſecr. diſtinct.2. c. In illo Sacramento. c. Acceſſerunt.*
In ea ſumitur Chriſti corpus, quod fuit in Cruce, & nunc eſt in Cœlo. *De conſecr. diſt.2. c. Non hoc corpus.*
Euchariſtiam ipſemet Chriſtus comedit in Cena. *de conſecr. diſt.2. c. Nec Moyſes.*
In Euchariſtia Chriſtus non diuiditur, licet ſpecies diuidantur. *Concil. Colon. 2. p.7. c.31.* Vide, *Supra Eucharistia.* In qualibet ſui parte continet totum Chriſtum.
Euchariſtiæ Sacramentum conſecratione conficitur. *de conſecr. diſt.2. cap. Panis & Calix.*
Euchariſtiæ Sacramentum à ſolo Sacerdote poteſt confici. *Conc. Later. 4. c.1. de fide & ſumma Trinit. c.1.*
A Sacerdote habente poteſtatem clauium, quas Chriſtus dedit Apoſtolis, & ſucceſſoribus. *Conc. Later. 4. c.1. Concil. Florent. in literis vnionis Eug. IV. §. Quinto, &c.*
Tam à bono quam à malo Sacerdote validè fit euchariſtia. *Conc. Colon. 2. p.7. c.17.* Quia fit non merito Sacerdotis, ſed virtute Chriſti, & verborum. *ibidem.* Vide, *Miniſter Sacramentorum.*
Euchariſtia aliquando ſacrificium vocatur. *de conſecr. diſt.2. c. Qui benè.*
Euchariſtia dicitur myſterium fidei, quia in ea aliud cernitur, & aliud creditur. *de celebr. Miſſar. c. cum Marthæ.*
Euchariſtia eſt Sacramentum à Chriſto inſtitutum. *De celebrat. Miſſarum c. cum Marthæ. concil. Florent. ſeſſ. vlt. in literis vnionis. Conc. Colonien. 2. p.7. c.14. Concil. Later. 4. c.1. concil. conſtantienſ. ſeſs.13. cap.1. de conſecr. diſt.2. per totam. concil. Trid. ſeſs.7. de ſacramentis cap.1. ſeſſ.13. cap.1.* Tunc enim poſt panis, & vini benedictionem teſtatus eſt ſuum corpus & ſanguinem illis præbere. *Trident. ibid. & concil. Mogunt. 4. c.30.*
In euchariſtia ſub ſpecie panis ex vi verborum adeſt corpus, & ſub ſpecie vini ex vi verborum adeſt ſanguis; at corpus ſub ſpecie vini, & ſanguis ſub ſpecie panis, & anima ſub vtraque ſunt, ex vi vnionis naturalis, & comitantiæ, quia partes Chriſti Corpori ſunt copulatæ. Diuinitas verò eſt cum anima, & corpore ob vnionem hypoſtaticam. *conc. Trid. ſeſſ.13. cap.3.*
Euchariſtia habet commune tum alijs Sacramentis, quod eſt ſignum ſenſibile rei ſacræ, & forma viſibilis gratiæ inuiſibilis. *conc. Trid. ibid. c.3.*
Habet verò hoc ſingulare quod auctorem gratiæ includit ante vſum eius. *ibid. c.3. & can.4.*
Euchariſtia eſt pignus futuræ gloriæ, & ſymbolum corporis illius, cuius Chriſtus eſt caput, & nos membra, ideſt, eccleſiæ. *conc. Trid. ſeſſ.13. cap.2.*
In euchariſtia non ſolum ſpiritualiter, ſed etiam ſacramentaliter Chriſtus manducatur. *conc. Trid. ſeſſ.13. can.8.*
Euchariſtiæ multa encomia, & laudes. *Clement. de reliquijs & venerat. Sanctorum c. vn.*
Euchariſtia eſt ſignum dilectionis mutuæ. *concil. colon. 2. par.7. cap.23.*
Vide, *Accidentia.* Vide, *corpus Chriſti.* Vide, *Chriſtus in Euchariſtia.* Vide, *conuerſio.* Vide, *Panis.* Vide, *Viaticum.*

Euchariſtia à quibus, & qua diſpoſitione ante, & poſt ſumenda.

Euchariſtia à pœnitentibus ſumenda (ſi ſint in peccato.) *concil. carthag. 4. cap.77.*
Euchariſtiam ſumpturus præparare ſe debet per confeſſionem, contritionem, & bona opera. *conc. Senon. c.17. concil. colonien. 2. par.7. c.19. concil. Mogunt. 4. c.35.* excepta cauſa

causa infirmitatis, quæ non sinit aliquem confiteri. *ibid.*
Sumenda cum multa præparatione, & probatione, id est, sine conscientia mortalis. *Conc. Trid. sess. 13. c. 7.*
Etiam contritus debet confiteri ante eucharistiam, etiam Sacerdos, nisi desit confessor & vrgeat necessitas tunc enim potest celebrare, & quam primum confiteri. Contrarium dicens, est anathema. *Conc. Trid. sess. 13. cap. 7. & can. 1.*
Eucharistia cum gratiarum actione sumenda. *Lib. 7. constit. Apost. cap. 26. & 27.*
Eucharistiam sumpturus credere tenetur, saltem ante, veritatem huius Sacramenti. *Conc. colon. 2. p. 7. c. 21.*
Non est necesse, vt sumens actu credat, se gratiam consequi, neque hæc præparatio est necessaria. *Leo X. constitut. 40. Exurge.*
Eucharistia à ieiunis tantum accipienda. *Conc. Afric. c. 8.*
Eucharistia in Cœna Domini tantum, olim sumebatur à non ieiunis (sicut factum fuit in Cena Christi.) *Concil. Afric. cap. 8.* Cur Apostoli pransi acceperunt. *De consecrat. dist. 2. cap. Liquido.*
Nunc à ieiunis semper sumenda, exceptis infirmis, vt infra. *Nicolaus I. ad consulta Bulgar. c. 65. de consecr. dist. 1. cap. Sacramenta. dist. 2. c. Liquido. conc. Mogunt. 4. c. 35.*
Eucharistiam dignè sumit, qui peccata prius confitetur, &c. *Leo X. constit. 40. Exurge.*
Pollutionem passus in nocte ex causa peccaminosa, non potest sequenti die sumere eucharistiam. *Gregorius I. lib. 12. ep. 31. c. 10.* Vide, *Pollutio.*
Eucharistiam sumpturus per aliquot dies ante abstineat ab operibus carnis, siue cum vxore, siue cum alijs: ab vxore saltem in præcedenti nocte. *Gregor. 1. lib. 12. ep. 31. cap. 10. post Conc. Elibertinum. 33. q. 4. cap. Quod autem. & cap. Sciatis. de consecr. dist. 2. c. Omnis homo. & cap. Liquido. Concil. Cabilon. 3. cap. 46.*
Eucharistia non est sumenda cum alijs cibis. *de consecrat. dist. 2. c. Tribus gradibus.*
Neque post eam, statim accedendum est ad alios communes cibos. *ibid.* Sed per aliquot horas abstinendum est ab eis.
Non est necesse, vt sumatur sine cingulis. *Nicolaus I. ad consulta Bulgar. cap. 55.*
Eucharistiam euomens ex ebrietate, &c. si est laicus peniteat per 40. dies. Si clericus, vel Monachus, per 70. Si episcopus per 90. Si ex infirmitate per 7. *de consecrat. dist. 2. cap. Si per ebrietatem.*
Eucharistiam acceptam non comedens, vt sacrilegus abijciatur ab ecclesia. *Conc. Tolet. 1. c. 14.*
Perpetuò excommunicetur (nisi ex infirmitate accidat, vt non deglutiat.) *Conc. Tolet. 11. c. 11.*
Eucharistiam indignè sumentes, inficiuntur. *de consecr. dist. 2. cap. Qui sceleratè, & c. Timorem.*
Eucharistiam indignè sumens recipit Sacramentum, sed non eius effectum. *de consecr. dist. 2. cap. Qui discordat.* Nota, quod in hoc capitulo, loco effectus dicitur (*non recipit Corpus Christi*) sed est falsatus locus, quia in *cap. Sicut Iudas* dicitur, quod licet indignè sumpserit eucharistiam sumpsit adhuc Corpus Christi.
Eucharistiam etiam à Sacerdote malo accipere potest fidelis. *Nicolaus I. ad consulta Bulgar. c. 71.*
Eucharistia tripliciter sumitur. Primò, sacramentaliter tantum, sicut sumunt peccatores. Secundò, spiritualiter tantum, sicut illi, qui votum, & desiderium habent illius, & participant de fructu, scilicet gratia. Tertiò, spiritualiter, & sacramentaliter, & hoc modo sumitur ab ijs, qui dignè accedunt ad illud. *Conc. Trid. sess. 13. c. 8. & can. 8.*
Eucharistiam sumenti dari potest vinum in calice consecrato, vel in alio vase mundo. *Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad Sacramentum Eucharistiæ.*
Eucharistiam primò sumens instruendus est de virtute huius Sacramenti, ac reuerentia ei debita. *concil. Mediolan. 1. p. 2. tit. quæ pertinent ad Sacramentum Eucharistiæ, &c.*
Eucharistiam sumere non tenentur paruuli ante vsum rationis, neque hoc est de necessitate salutis. *Concil. Trident. sess. 21. cap. & can. 4.* Vide, *Paruuli.*
Eucharistia non est danda mortuis. *conc. Carthag. 3. c. 6.*

Eucharistia sumenda; quando, quoties, vbi & à quo.

Eucharistia sumenda ab omnibus adultis. non sumentes sunt puniendi. *de consecrat. dist. 2. cap. Hi qui.*
Ab eucharistia se alienantes ob luxuriam, eijciendi sunt ab ecclesia. *de consecrat. dist. 2. cap. Si quis intrat.*
Eucharistia olim pluries sumebatur ex præcepto. Quodam tempore, quater in anno, scilicet in Natiuitate, Cena Domini, Paschate, & Pentecoste. *Leo IV. homilia de cura Pastorali. De consecr. dist. 2. cap. etsi non frequentius. & cap. Omnis homo.*
Aliquando erat præceptum de ter in anno, etiam sæcularibus, scilicet Paschate, Pentecoste, & Natiuitate Domini: & qui toties non sumebant, non habebantur vt catholici. *Post Conc. Elibert. de consecr. dist. 2. c. Omnis homo. & c. Sæculares. conc. Agathense c. 18. conc. Turon. 4. c. 50. conc. colon. 2. p. 7. c. 21.* Vide, *Communicare.*
Aliquando in aliqua Prouincia omni Dominica erat sumenda. *conc. Aquisgran. 3. p. 4. c. 21.*
Sed magno tempore fuit in praxi, & præcepto, vt semel in anno in Cena Domini, vel Paschate sumeretur, exceptis ijs, qui graui crimine detinerentur. *Post epist. 2. Soteris. concil. Lateran. 4. c. 21. concil. Treuerens. cap. 12. concil. colon. 2. tit. censuræ cap. 34. concil. cabilon. 3. c. 47. de pœnitentijs, & remissionibus. cap. Omnis vtriusque. concil. Trid. sess. 13. can. 9.* Omnes, qui perueniunt ad annum discretionis, tenentur omni anno accipere. *ibid.*
Eucharistiam semel in anno non sumens, si viuit, ab ecclesia arceatur: si moritur, careat ecclesiæ sepultura. *concil. Later. 4. c. 21. conc. Treuer. c. 12. conc. colon. 2. p. 7. 21. & tit. censuræ cap. 34.*
Si sumatur in hebdomada sancta, vel infra octauam Paschæ, satisfit præcepto. *Eugen. 4. const. 20. Fide digna.*
Eucharistia frequenter sumenda (ex consilio.) *Gregor. I. lib. 7. ep. 47.* dicitur enim panis quotidianus. *ibid.*
Eucharistia sumi potest quotidie in Quadragesima à persona carente peccatis. *Nicol. I. ad consulta Bulgar. c. 9.*
Eucharistiam quotidie sumere non laudatur, nec vituperatur. *de consecr. dist. 2. cap. Quotidie.*
Eucharistia sumenda est sæpè in medicinam contra peccata. *ibid. cap. Si quotiescumque.*
Eucharistiam sumentes in hebdomada sancta. Vide, *communicare.*
Eucharistia in Parochia à sæcularibus sumenda tempore præcepti. *Clement. Dudum de sepultur. Extrau. Super cathedram de sepulturis. conc. Mediolan. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad Sacramentum Eucharistiæ, &c.*
Potest sumi extra Parochiam cum Parochi licentia; sed ferenda est fides eius, à quo est sumpta. *ibid. conc. Mediol.*
Eucharistia non sumatur in campis, sed in ecclesia. *de consecr. dist. 1. cap. Non oportet.*
Eucharistiam accipiens extra ecclesiam Catholicam, perpetuò est anathema. *conc. Cæsaragust. 1. c. 3.*
Nec etiam in Paschate accipi potest ab hæreticis. *1. q. 1. cap. Superueniente. 24. q. 1. cap. vlt.*
Vide, *communicare.* Vide, *Hostia.*

Eucharistia quibus neganda, & quibus non.

Eucharistia non potest dari mortuis. *conc. Carthag. 3. cap. 6. conc. Antisiodor. c. 12.*
Vsurarijs dari non potest; dans suspenditur ab officio arbitrio ordinarij. *conc. Rauenn. 2. sub Ioann. 22. c. 15.*
Non potest dari excommunicato. *Clemens I. ep. 2.*
Non danda concubinarijs, vsurarijs publicis blasphemis reciduis. *conc. Mediol. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad Sacramentum Euchar. &c.*
Non est danda pueris. *conc. Turon. 3. c. 19.*
Neque existentibus in mortali. *conc. Turon. 3. c. 19.*
Non est danda histrionibus. *de consecr. dist. 2. cap. Pro dilectione.* Dari eis potest si conuertantur. *ibid. c. Scenicis.*
Non detur alicui, de quo est dubium, an sit confessus, nisi ferat testimonium de absolutione. *conc. Colon. 3. tit. censuræ c. 34. conc. Mogunt. 4. c. 28.*

Negari non potest occulto peccatori petenti publicè. *Concil. Londin.* 1. *cap.* 2.
Negari non debet morientibus in patibulis. 13. *q.* 2. *c. Quæsitum est, cap. Fures. & c. Si fur.*
Vide, *Viaticum.*

Eucharistia à quo dispensanda, & quo ritu.

Eucharistia à Presbytero dispensanda. *De consecrat. dist.* 2. *cap. Tribus gradibus. conc. Trident. sess.* 13. *c.* 8. Sacerdotes à se sumere debent (dum consecrant) Laici vero, & alij à sacerdote accipere. *Trident. ibid.*
Eucharistia etiam à diacono dispensari potest præsente Presbytero, sed iubente. *conc. Carthag.* 4. *c.*38. *Lib.* 8. *const. Apost. c.* 28. Ab alijs inferioribus diacono non potest dispensari. *ibid. de consecrat. dist.* 2. *cap. Tribus gradibus. Conc. Londin.*1.*c.*2. Neque hoc fiat, nisi in necessitate. *ib.*
Vbi fieri potest, dispensetur fœminis separatim à masculis. *conc. Mediol.* 1. *par.* 2. *tit. Quæ pertinent ad Sacramentum Euchar. &c.*
Eucharistia non sumenda ab hæretico, nec etiam in Paschate. 1. *q.* 1. *c. Superueniente.* 24. *q.* 1. *c. vlt.*
Eucharistia non potest dispensari intincta in poculo. *Concil. Brachar.* 3. *cap.* 2.
Non potest in campis distribui Eucharistia, sed in ecclesia, *de consecrat. dist.* 1. *cap. Non oportet.*
Eucharistia, quæ remanet post communionem aliorum, consumatur à sacerdote. *de consecr. dist.*2. *c.Tribus gradibus.*

Eucharistia an sub vtraque specie dispensanda.

Eucharistia olim etiam in sanguine sumebatur à Laicis. *concil. Cabilon.* 3. *cap.* 47. *Conc.Constantiense sess.* 13. *cap.* 1. *conc. Moguntin.* 4. *c.* 32. Vide, *Sanguis Christi.*
Tempore Berengarij decreuit ecclesia, vt sub vtraque specie sumeretur (ad eum confutandum.) *conc.Claramont.c.*28.
Eam sumere sub vtraque specie, nullus tenetur, neque clerici. *Conc. Trid. sess.* 21. *cap.* 1. *can.*1. *& can.* 2.
Eucharistia nunc à solo sacerdote consecrante sumenda est sub vtraque specie. *conc. Constant. sess.* 13. *c.* 1. A laicis verò, & ab alijs non consecrantibus sub specie panis tantum sumenda. *ibid. conc.Colon.*3. *tit.Censuræ. Colon.* 2. *p.* 7. *c.*15. Etiam à sacerdote non consecrante sumenda est sub vna specie. *ibidem.*
Eucharistiam sumens sub vna specie tantum, non minus sumit totum Christum secundum corpus, & sanguinem, quam qui sumit sub vtraque. *concil. Colon.* 2. *part.*7. *c.*15. *Mogunt.* 4. *cap.*32.
In altera tantum specie totus, & integer Christus sumitur. *conc. Trident. sess.* 21. *c. & can.* 3. *conc. Mogunt.* 4. *c.* 32.
Ecclesia non temerè, sed multis mota rationibus decreuit dare laicis eucharistiam sub vna specie. *concil. Colon.* 2. *p.*7. *c.*15. *conc. Trid. sess.* 21. *c. & can.*2. *conc. Mogunt.*4.*c.*32.
Eucharistiam sub vtraque specie sumere, potest Papa concedere alicui Regno, vel nationi, si expedire iudicauerit. *concil. Trid. sess.* 22. *in fine.*
Vide, *Sacerdos circa ministerium Eucharistiæ.*

Eucharistia pro infirmis conseruanda, & ad eos deferenda, & quomodo.

Eucharistia conseruanda est in Pyxide super altare, vt in necessitate deferatur ad infirmos. *Leo* 4. *homil. de cura Pastorali.*
Tenenda est semper parata pro infirmis. *de consecrat. dist.* 2. *cap. Presbyter. concil. Colon.* 2. *par.*7. *c.* 16.
Eucharistia infirmis pœnitentibus danda est. *conc. Nicæn.* 1. *c.* 12. *conc. Carthag.*4. *c.*77.
Omni petenti in fine vitæ, si sit pœnitens danda est eucharistia, *conc. Lucense c.* 82. *conc. Moguntin. sub Leone* 4. *cap.* 26. *conc.Rauennaten.* 2. *sub Clemente V. c.* 7.
Dari debet etiam morientibus in patibulis, si sunt dispositi. 13. *q.* 2. *c. Quæsitum est. cap. Fures, & cap. Si fur.*
Eucharistia, quæ conseruatur pro infirmis, non debet durare per annum, sed ad summum per quindecim dies. *Innocentius* 4. *constit.*14. *sub Catholicæ. Clemens* 8. Statuit renouandam esse singulis Dominicis. *const.*34. *Sanctissimus.*
Illa quæ fit in Cœna Domini, non est conseruanda per totum annum, neque coquenda, aut oleo linienda, vt seruetur. *ib.*
Eucharistia ad infirmos per sacerdotes feratur. *De consecr. dist.*2. *cap. Peruenit.*
Cum fertur eucharistia ad infirmum, duæ particulæ ferantur, vt in reditu Sacramentum etiam feratur. cum vmbella, tintinnabulo sonante ante; sed prius detur signum campanæ. *conc.Mediol.*1. *p.*2. *tit.Quæ pertinent ad euchar. &c.*
Eucharistia olim in vase ferri poterat ad infirmos ab Acolito, iussu sacerdotis. (Sed nunc non est in praxi.) *conc. Rom. sub Siluestro cap.* 9.
Eucharistia deferenda ad infirmum ante pectus, habitu decenti, cum lumine, &c. *de celebrat. Missar. cap. Sanè olim. Conc. Londinen.* 1. *c.*2. *conc. colon.*2. *par.*7. *c.*16. *Honorius* 3. *ex Cirone, tit.de celebr. Missar.* Manifestè ferenda. *ib.*
Sed in partibus infidelium deferri potest veste ordinaria, & sine luminibus. *Clem.* 8. *const.*40. *ex omnibus.*

Eucharistia quo ritu, & reuerentia custodienda.

Eucharistia cum maxima munditia seruanda. *Clemens* 1. *q.* 2. *conc. Arelat.*3. *c.*5. *Si* aliquod animal eam comedat, custos sit in pœnitentia per 40. dies. *ibid. de consecr. dist.*1 *Qui non benè.* & aliæ pœnæ. *de custodia euchar. c.*1.
Decenter conseruanda, & custodienda. *de celebrat. Missa. c. Sanè olim. de custodia euchar. c.*1.
Eucharistia conseruanda in Pyxide super altare. *Leo* 4. *homilia de cura pastorali. conc. Eboracense* 1. *Londinen.* 1. *c.*2. *Colon.* 2. *par.*7. *c.*16.
Non custodiens eucharistiam, si aliquod nefarium in eam committitur, quomodo puniendus. *de custodia euchar.c.*1.
Conseruanda est clausa, ne tangatur ab alijs. *concil. Rauennat.*2. *sub Clemen.* 5. *cap.*7. *conc. Later.* 4. *c.*20. *conc.Oxonien.* 1. *cap.*17.
In altari maiori tenenda, nisi alia causa impediat. *conc. Mediol.* 1. *par.* 2. *tit. Quæ pertinent ad Euchar. &c.*
Conseruari non debet in choro, vel intra septa monialium. *conc. Trid. sess.*25. *de refor. Monial. c.* 10.
Ante eucharistiam semper lampadas ardeat. *conc. Mediol.*2. *tit. Quæ pertinent ad euchar. &c.*

Eucharistiæ cultus, & veneratio.

Eucharistia cultu latriæ est adoranda. *concil. Triden. sess.*13. *cap.*5. *& can.* 6.
Speciali solemnitate eius festum celebrandum; processionaliter est circumgestanda. *conc. ibid.* Vide, *Christi corpus.*
Eucharistiam adorans non est idolatra. *concil. Trident. sess.* 13. *can.* 6.
Dum Eucharistia eleuatur, omnes debent ei reuerentiam humilem exhibere, etiam perfecti. *conc.Vienn. Gener.* Omnes debent genuflectere cum eleuatur, & cum ad infirmum portatur. *de celebr. Missar. c. Sanè. Clement. de hæret. Ad nostrum. conc. colon.* 2. *part.* 7. *c.*16. *Honorius* 3. *ex Cirone, de celebrat. Missarum.*
Eucharistia manu nuda à muliere non potest accipi. *concil. Antisiodor. cap.*36.

Eucharistiæ renouatio.

Eucharistia sæpe est renouanda. *conc. Rauenn.* 2. *sub Clem.* 5. *cap.*7.
Omni Dominica est renouanda. *conc. Londinen.* 1. *c.*2.
Eucharistiam non esse seruandam pro infirmis per totum annum, sed ad summum per dies quindecim, decreuit *Innoc.*4. *const.* 14. *Sub Catholicæ.*
Clemens 8. statuit renouandam qualibet Dominica. *const.* 34. *Sanctissimus §.*2.
Non est coquenda, nec oleo linienda, vt conseruetur per totum annum eucharistia, quæ fit feria 5. in Cœna Domini. *ibidem §.* 2.

Euchari-

Eucharistiæ effectus in sumente.

Eucharistia causat remissionem peccatorum. *De consecrat. dist.2. c. Quid sit sanguis. & cap. Species. Concil. Trid. sess.13. can.15.* Sed hæc non est præcipuus fructus, neque hic solus. *ibid.*

Eucharistia confert gratiam sumentibus. *Concil. Senon. c.10. de eucharist. eugenius 4. in literis vnionis §. Quinto post concil. Florent.*

Eucharistia continet remedium salutis. *Concil. Londin. 2. c.3.*

Est remedium, quo à culpis quotidianis liberamur. *Concil. Trid. sess. 13. c.2.*

Eucharistia roborat non corpus, sed animam. *de consecr. dist. 2. c. Non iste.*

Est spiritualis cibus, quo aluntur, & confortantur viuentes. *Concil. Trident. sess.13. c.2. Eugenius 4. in literis vnionis, vbi supra.*

Est remedium, quo homo præseruatur à peccatis, *conc. Trid. sess.13. c.2.*

Est pignus futuræ gloriæ, & symbolum corporis illius, cuius Christus est caput, scilicet ecclesiæ. *ibid. c.2.*

Eucharistiæ fructus non est sola remissio peccatorum (neque hæc est præcipuus fructus) sed alij. contrarium dicens, est anathema. *concil. Trid. sess.13. can.5.*

Per eucharistiæ sumptionem olim in Monasterijs, Monachorum erant purgandæ imputationes de furtis, & per Abbatem omnes eam accipiebant. *2. q.5. cap. Sanè contingit.* Nunc autem non potest hoc fieri.

Eulogiæ.

Eulogiæ sunt panes, qui oblati à fidelibus benedicuntur, & finita missa per Presbyteros dispensantur. Quod adhuc in aliquibus ecclesijs est in vsu. *concil. Nannetense 1. cap.9.*

Eulogiæ populo non communicanti dabantur, erantque panes benedicti. *Post ep.4. Pij I.*

Eunuchus.

Eunuchus non sponte factus, sed per insidias, vel natus, potest fieri episcopus. *Concil. quod dicitur Apost. c.21.*

Eunuchus sponte factus fieri non potest clericus. *Concil. quod dicitur Apost. c.22.*

Factus verò in clericatu, ejiciatur. *ibid. c.23.*

Eunuchus laicus sponte factus per tres annos excommunicetur. *ibid. c.24.*

Eunuchi non possunt contrahere matrimonium, & est nullum si contrahitur. Vide, *Matrimonium*. Vide, *Castratus*.

Eutyches.

Eutyches, qui docebat naturas Christi humanam, & diuinam esse confusas, & esse vnam, licet ante vnionem essent duæ, damnatur *à conc. Calcedon. act.5.*

Examen, Examinatus, Examinator ad ordines, &c.

Examen episcoporum. Vide, *episcopus quo ad examen.*

Omnis promotus ad ecclesiasticum regimen examinari debet. *concil. Augustan. c.5. colon.3. tit. De altero medio. concil. Mogunt.4. c.63.*

Examinari debent omnes, qui ordinantur in Presbyteros, clericos, &c. *concil. Vormat. 1. c.57. Nanneten. 1. cap.11.* Vide, *Ordinandorum examen*. Vide, *clerici*.

Examen faciendum de genere, patria, vita, moribus, ætate, sufficientia, &c. *concil. Nanneten. 1. c.11. concil. August. c. 5. colon.3. tit. de altero medio. conc. Mogunt.4. c.63.*

Examen faciendum à viris doctis, & probis. *concil. Nannetен. 1. c.11. concil. colon.3. tit. De altero medio.* Vide, *episcopus quo ad ordinationes*.

Examen ordinandorum incipere debet à die Mercurij, & durare per duos sequentes. *concil. colon.2. p.1. c.28.*

Examinis forma pro Parochijs. Vide, *Parochia*. Circa formam examinis Concilium Prouinciale potest addere, vel

mutare, minuere, &c. *concil. Trid. sess.24. de refor. c.18.*

Examinari debent clerici, tam sæculares, quam religiosi, nisi aliter episcopus iudicet eos idoneos. *Concil. colon.2. p. 1. cap.25.*

Examen faciendum ab episcopo proprio, qui dimissorias concedit. *concil. Trid. sess.23. de refor. cap.3.* Vide, *Ordinandorum examen*. Vide, *episcopus quo ad ordinationes*.

Examen faciendum est ab ijs Prælatis, ad quos spectat conferre beneficia, gradus, &c. *Concil. colon.3. tit. De altero medio*.

Licet ab alijs conferri debeant beneficia, examen tamen faciendum est ab Episcopo. *conc. Trid. sess.24. de refor. c.7.* Vide, *Episcopus quo ad ordinationes*.

Examinari debet promouendus, & iurare, quod in eo actu non commiserit simoniam. *Concil. colon.3. tit. De altero medio c.7.*

Examinare facientes alios pro se ad beneficia incurrunt excommunicationem, & impetratio est nulla. *Benedictus 12. const.7. Quoniam*. Illi verò, qui se examinant pro alijs, vt isti obtineant beneficia, priuantur beneficijs, si habent: & si non habent, fiunt inhabiles ad illa. *ibid.* Vide, *Beneficium impetrans*.

Examinatores admittentes ad sacros ordines eos, qui nesciunt latinè loqui, ab officio, & beneficio per annum suspendantur, nisi magna adsit necessitas. *Conc. Tolet.22. c.3.*

Examinatores debent esse prudentes, periti diuinæ legis, & exercitati in ecclesiasticis. *concil. Trid. sess.23. de ref. c.7.*

Examinatores pro Parochijs non sint pauciores tribus. *conc. Trid. sess.23. de refor. c.7.*

Examinatores in synodo, quolibet anno fiant, sintque sex, ex omnibus, quos episcopus vult. *ibid. c.18.* & per tres eorum saltem fiat examen. *ibid.*

Examinatores debent esse doctores, siue in Theologia, siue in Iure canonico; clerici, siue sæculares, siue regulares, iurare debent de fidelitate, & integritate seruanda, & operando absque passione. *Concil. Trid. ibid.*

Examinatores nihil accipere possunt ab examinatis, nec ante, nec post. *ibid.* Et pœna.

Vide, *Ordinandorum examen*. Vide, *Parochia*. Vide, *Clerici*. Vide, *Beneficiati*.

Examinatus in iudicio.

Examinatus, qui consueuit dicere veritatem audiendus est post depositionem, si quæ dicit non destruunt, sed exponunt confessionem. *De accusat. c. Cum dilecti*.

Examen hæreticorum, quomodo faciendum. *Martinus 5. const.1. Inter cunctas. c. Super præmissis*, & sunt 37. interrogationes.

Exceptio, Excipere.

Exceptiones intra terminum dilationis audiri possunt; postea vero non. *De except. c. Pastoralis*.

Exceptiones rationabiles semper admittendæ. *Concil. Later. 3. in append. tit. de except. c.1.*

Exceptio falsi potest post sententiam opponi. *ibid. c. Cum venerabilis*.

Exceptione iurisdictionis exclusiua probata, iudex debet supersedere. *ibid. c. Olim*.

Exceptio excommunicationis periurij, &c. quando opponi potest pro defensione suæ ecclesiæ. *De except. cap. dilecti filij*.

Exceptio suspensionis de nullitate non retardat ordinationem Ecclesiæ, sed ad cautelam remittitur. *ibid. c. Apostolicæ*.

Exceptio excommunicationis, quando non obstat, nè sententia sit valida. *ibid. c. Dilectæ*.

Exceptio inimici valet, *De accusat. c. Meminimus*.

Exceptio criminis non obstat agenti de possessorio, nisi sit infamatus. *ibid. c. Accedens*.

Exceptiones inimicitiæ, & conspirationis tantum, opponi possunt à superiore accusato de simonia. *De simonia cap. Licet Heli*.

Episcopus accusatus de crimine, non potest excipere eum, quem habuit familiarem. *De accusat. c. Nulli Episcoporum*.

Exceptio

Exceptio peremptoria, quando impedit litem. *De litis conteſt. cap.* 1.
Exceptione peremptoria non ſit conteſtatio litis. *ibid. c. fin.*
Exceptionem obijciens non videtur de intentione aduerſarij confiteri. *De regulis iuris in 6. reg.* 62.
Exceptio excommunicationis opponi poteſt quandocumque, non obſtante peremptorio. *Clem. de except. c. vn.*
Exceptionem obijciens in cauſa beneficiali (ſi actor fundauit intentionem ſuam) obligatur ad ſoluendum expenſas ex tunc ab altera parte in iudicio faciendas. *De dolo, & contumacia c. Finem litibus.*
Exceptio de corruptione teſtium poteſt opponi ante, & poſt ſententiam. *De probationibus c. Licet cauſam.*
Exceptio contra teſtes dari poteſt recepto teſtimonio. *De teſtibus c. Ex parte.*
Exceptio contra teſtes non valet publicatis teſtimonijs, niſi ante publicationem quis fuerit proteſtatus, vel oſtendat quod poſt publicationem didicit, quæ poteſt obijcere in perſonas. *de teſtibus c. Præſentium.*
Exceptio rei iudicatæ non admittitur reo abſoluto. *De except. c. Aduerſario.*
Exceptio ſpoliationis ab actore admittitur in ciuilibus. *de reſtitut. ſpoliat. in 6. cap.* 1. In criminalibus admittitur à reo. *ibid.* Vterque intra 15. dies tenetur probare, alias condemnatur in expenſis. *ibid. c.* 1. *Conc. Lugdun.* 1.
Excipere poteſt omnis, qui admittitur agere. *de regulis iuris in 6. reg.* 71.
Exceptio facta à tertio, quando admittitur. Vide, *Spoliatus.*
Excipientes in cauſa iudicata à Iudice in foro ſæculari, debent audiri. *De litis conteſt. c. fin.*
Papa numquam committit cauſas, *exceptione remota. conc. Later.* 3. *in append. tit. de except. c.* 1.
Exceptio iuramenti facti non admittitur, niſi conſtet, quod ſine metu, vi, & dolo ſit factum. *Concil. Lateran.* 3. *p.* 49. *capit.* 9.
Exceptiones, quando impediunt fieri conteſtationem litis, & quando non, licet contra reſcriptum opponantur. *concil. Lugdun.* 1. *de litis conteſt. in 6. c.* 1.
Exceptio ſpoliationis de rebus priuatis, in cauſis eccleſiaſticis, non poteſt opponi. *Concil. Lugdunen.* 1. *de reſtitut. ſpoliat. in 6.*
Exceptione excommunicationis oppoſita, exprimi debet ſpecies excommunicationis, & nomen excommunicantis. & intra octo dies probanda eſt apertiſſimè, alias opponens condemnatur ad expenſas ex tunc faciendas à parte. Et ſi non probat, iudex proſequitur cauſam. Si verò iterum fiat exceptio de excommunicat. & probetur, actor non eſt audiendus, niſi abſoluatur. Sed acta præterita ſunt valida. *Concil. Lugdun. Gener.* 1. *de except. in 6.*
Exceptio excommunicationis bis tantum poteſt opponi, niſi noua excommunicatio emergat. *ibid.*
Exceptio excommunicationis poſt rem iudicatam impedit executionem, ſed ſententia firma eſt, niſi actor ſit publice excommunicatus, & iudex id ſciat, eſto reus non excipiat, tunc iudex repellere debet actorem. *Conc. Lugdun. Gener.* 1. *De except. in 6.*
Exceptio excommunicationis poteſt opponi à reo in qualibet parte litis: ſed ſi malitioſe differt, & actor fatigatur impenſis, tenetur ad expenſas. *De except. c. Exceptionem.*
Vide, *Pars.* Vide, *Beneficiorum pluralitas, circa medium.*

Excommiſſa.

Excommiſſæ fieri non poſſunt pro vita, vel morte Papæ; neque pro electione ipſius; neque pro Cardinalium promotione, ſub pœna excommunicationis, & amiſſione pecuniæ, vel aliarum rerum excommiſſarum: clerici vero præter hæc, incurrunt priuationem beneficiorum, & dignitatum, quas habent. *Gregor.* 14. *conſt.* 4. *Cogit.*
Vide, *Papa circa ſucceſſorem, in fine.*

Excommunicationis natura, antiquitas, & forma, ac ritus ferendi eam.

Excommunicatio differt ab anathemate. 3. *q.* 4. *c. Engeltrudam.*
Quia excommunicatio ſeparat à fraterna ſocietate: Anathema ab ipſo Chriſti corpore, quod eſt eccleſia, reſcindit. *ib.*
Excommunicatio ſimpliciter lata, intelligitur de maiori. *De ſent. excommunicat. c. Si quem.*
Excommunicatione vſi ſunt Apoſtoli, & præcipuè Sanctus Petrus. *Clem.* 1. *ep.* 1. *c.* 1.
Excommunicatione vſus eſt primo S. Paulus. *Conc. colon.* 2. *p.* 13. *cap.* 1.
Non facile, aut ſtatim ferenda excommunicatio. *Lib.* 2. *conſtit. Apoſt. c.* 41. *Gregor.* 7. *l.* 2. *ep.* 6. *concil. Mogunt.* 4. *c.* 103.
Excommunicatio adhibenda in quibuſdam grauibus delictis. *Lib.* 3. *conſt. Apoſtolic. c.* 7.
Ferri non poteſt pro futura culpa. *De ſent. excomm. in* 6. *c. Romana.*
Excommunicatio ligat excommunicatos. *Gregor.* 1. *lib.* 9. *ex regeſt. ep.* 39. *in fine.*
Excommunicatio timenda eſt. *Leo* 10. *conſt.* 40. *exurge. concil. Senon. c.* 17.
Excommunicandi forma, & modus. 11. *q.* 3. *c. Debent, &c. Canonicæ inſtituta.*
Excommunicatio ſeparat à Deo. 24. *q.* 3. *c. Certum eſt.*
Non eſt ſola externa pœna, ſed priuat ſpiritualibus, & communibus Eccleſiæ orationibus. *Leo* 10. *conſt.* 40. *Exurge.*
Excommunicatio ſcripto ferenda; alias eſt nulla. 2. *q.* 1. *cap. Legum, & c. Statutis.*
Et expreſſa cauſa excommunicationis aliter faciens ſuſpenditur ab ingreſſu Eccleſiæ, & à diuinis & ſuperior ad quem recurritur relaxat, & condemnat excommunicatorem ad expenſas. *concil. Lugdun. Gener.* 1. *de ſent. excom. in* 6. *c.* 1. & ſi celebrat fit irregularis. *ibid.*
Excommunicatio ſiue iuſta ſiue iniuſta eſt timenda. *Greg.* 7. *lib.* 9. *epiſt.* 22.
Excommunicatio lata ſine ſcripto eſt irrita. *De ſent. excom. in* 6. *c. Romana.*
Ferri non poteſt ſine ordine iudiciario. *concil. Later.* 3. *in append. de Simonia c.* 7.
Excommunicatio ferri non poteſt niſi præuijs pluribus monitionibus ſaltem tribus. 24. *quæſt.* 3. *c. de excommunicationis articulo.*
Numquam ferri poteſt à nullo Prælato, ſine monitione, niſi culpa ex ſe inducat excommunicationem. *Conc. Later.* 3. *can.* 6. *Later.* 4. *c.* 47. & 48. *Oxonien.* 1. *c.* 21. *conc. Germanicum c.* 4. *concil. Senon. de excom. c.* 31. *conc. Mogunt.* 4. *c.* 103. *de appellat. & recuſat. cap. Reprehenſibilis. de ſent. excom. c. Sacro.*
Excommunicationem ferens abſque præuia monitione, per vnum menſem interdicitur ab ingreſſu eccleſiæ. *de ſent. excommun. c. Sacro Concil. Later.* 4. *c.* 47. *concil. Mogunt.* 3. *c.* 103. *de ſent. excommunic. in* 6. *c.* 1. & ſi celebrat fit irregularis. *ibid. de ſent. excom. in* 6. *c. Romana.*
Excommunicatio lata contra participantes, vel loquentes excommunicatis, ſine præuia monitione eſt nulla. *de ſent. excom. in* 6. *c.* 1.
Monitio talis eſſe debet, vt poſſit probari. *conc. German.* 1. *c.* 4.
Excommunicatio ferri poteſt, abſque eo quod ſciatur delinquentem eſſe à Deo excommunicatum. *concil. conſtan. contra a.* 11. *Vvicleff.*
Excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum non ſuſpenduntur per appellationem. *de ſent. excom. in* 6. *c. Is cui.*
Excommunicatio ſiue Papæ, ſiue Epiſcopi, eſt timenda. *concil. conſtant. contra a.* 3. *Vvicleff.*
Excommunicationis ſententia lata à iudice, non poteſt teneri occulta, ſed intra menſem eſt publicanda. *concil. Turonen.* 4. *c.* 11. *Conc. Lugdun. Gener.* 1. *de ſent. excom. in* 6. *c.* 1.
Excommunicatio etiam in mortuum poteſt pronunciari; id eſt, mortuus declarari poteſt excommunicatus. *de hæreti. c. Si quis epiſcopus.*
Excommunicatio lata in participantes non tenet, niſi iſti ſint nominati. *de ſententia excommunic. in* 6. *c. Conſtitutionem. c. Statutum.* Vide, *Abſoluere.* Vide, *Archiepiſcopus.*

Excom-

Excommunicatio ferri non potest sub hac forma. *Si tale feceris, vel nisi intra tale tempus satisfeceris, &c. De sent. excom. in 6. cap. Romana.*
Excommunicatio contra hæreticos, in diebus Dominicis, & solemnibus est promulganda. *Concil. Later. 3. c. 27.*
Excommunicatio pulsatis campanis, & candelis accensis solemniter publicantur. *Clement. de pœnis c. 1.*
Excommunicatio succedens in officio non est excommunicatus. *De offic. Vicarij in 6. c. 1.*
Nisi antecessor sit excommunicatus, eo quod exegit à clericis aliquod indebitum, quia tunc & antecessor post officium remanet excom. & successor, nisi satisfaciat intra mensem. *Concil. Later. 4. cap. 46.*

Excommunicatio maior, & minor earumque differentiæ.

Excommunicatio maior non solum à participatione Sacramentorum, sed ab omni communione separat (minor verò à prima tantum) *de sent. excom. c. Si quem.*
Excommunicatio simpliciter lata intelligitur de maiori. *ibid.*
Excommunicatio maior aliquando incurritur communicando cum excommunicato. Vide, *Communicare*. Vide, *Concubinarius*.
Excommunicatio minor non impedit eligentes eligere, sed maior. *de elect. c. Ita quotidiana.*
Excommunicatione minori ligatus, si celebrat non fit irregularis, sed cum maiore fit. *de cleric. excom. celeb. c. fin.*
Excommunicatione minori excommunicatus non potest eligi, sed eligere, & facere quæ sunt iurisdictionis. *ibid.*
Excommunicatio minor non impedit quid quis possit accusare. *de exceptionibus. c. Anobis.*
Excommunicatio minor non impedit, nè quis exerceat iurisdictionem. *de cler. excom. celeb. c. fin.*
Talis excommunicatus peccat grauiter si celebrat. *ibid. c. fin.*
Excommunicatus minori excommunicatione non perdit potestatem absoluendi alium à minori. *de sent. excom. c. duobus.*
Excommunicatio minor incurritur etiam per communicationem cum excommunicato excommun. maiori. *de sent. excom. in 6. c. Constitutionem.*
Excommunic. minori excommunicatus potest alium absoluere, sed non potest alium excommunicare. *Concil. Lugd. Gener. 1.*
Excommunicatio maior impedit, nè quis possit accusare. *de exceptionibus cap. Anobis.*
Vide, Infra *Excommunicati cauendi*. Et *excom. ad multa sunt inhabiles.*

Excommunicatio ex causa ferenda & qua.

Excommunicari nullus potest sine causa, & ante quam hæc probetur. *2. q. 1. cap. Nemo. episcopus. Greg. 1. lib. 2. ep. 34. Ioan. 8. epist. 163.*
Causa debet esse rationabilis. *de sentent. excommun. c. Sacro.*
Excommunicatio ferenda pro causa graui, quando quis non corrigitur. *11. quæst. 3. c. Nemo Episcoporum. Conc. Senonense de excommunication. c. 31. Concil. Colon. 2. part. 13. cap. 1. & 5.* est magna pœna contra tales ex leui causa excommunicantes. *ibid.*
Non ferenda pro leui causa. *11. q. 3. c. Nullus Sacerdotum, Conc. Aurelian. 5. c. 2. conc. Vormatien. 1. c. 12. & 56.*
Excommunicatio ferri non potest ob lucrum, quod ex ea habetur. *Conc. Later. 4. c. 49.* Sic excommunicans si iniustè tenetur ad restitutionem, & satisfactionem pro iniuria (nisi ex errore sit deceptus) vel aliter priuatur. *ibid.*
Excommunicatio sine mortali culpa non fulminetur. *Concil. Melden. c. 56. Conc. Later. 4. c. 47.*
Abstineant iudices ecclesiastici ab excommunicatione, quando fieri potest executio personalis, vt in ciuilibus. *Concil. Trid. sess. 25. de refor. cap. 3.*
Excommunicatio ferri non potest pro iniurijs, nisi istæ sint atrociores, & officiales ipsi possunt iudicare an sint tales. *Conc. Senonen. tit. de excommun. c. 31.*
Vide, *causæ quomodo tractandæ*. Vide, *Censura*.

Excommunicati ex leui causa, si ab episcopo non recipiuntur, recipiantur à vicinis vsque ad synodum. *Conc. Vormat. 1. cap. 13.*
Non audiens, & non obediens episcopo excommunicari potest. *Lib. 2. const. Apost. c. 38.*
Excommunicatio ferri potest ex contumacia publica. *concil. Colon. 2. par. 13. cap. 4.*
Excommunicans malos obedit euangelio, sic & hæreticos. *24. q. 3. c. Notandum est.*
Periuri, & periurare facientes possunt excommunicari. *concil. Eboracense 1.*
Excommunicatio non potest ferri pro futura culpa, neque sub hac forma. *Si non satisfeceris. De sent. excom. in 6. cap. Romana.*
Ferri potest ob recuperandas res amissas, & quomodo. *concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 3.*
Excommunicatus sine causa recurrat ad superiorem, qui potest eum absoluere, vel remittere ad excommunicantem, vt absoluat, & si hic non facit, ipse faciat. *concil. Later. 4. cap. 47.* Vide, *Censura*.

Excommunicatio à quo ferri potest, & à quo non.

Excommunicare non possunt hæretici. *24. q. 1. c. Apertè. c. Miramur.* & tales non habentur pro excommunicatis. *ib.*
Excommunicatus non potest excommunicare. *24. q. 1. Audiuimus.* & irritè facit. *ibid. Nicolaus 1. in decretis tit. de iudicys cap. 14.*
Archidiaconus de iure communi non potest excommunicare. *de officio Archidiaconi. c. Archidiacono.*
Excommunicatio ab ecclesiasticis ferri potest tantum, non à sæcularibus. *Concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 3.*
Excommunicatio quæ fertur ad effectum reuelandi perdita, ferri non potest ab alio quam ab episcopo, & tunc magna cum maturitate hoc fiat, neque adducatur episcopus ad hoc faciendum ob auctoritatem Magistratuum, Dominorum, &c. *conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 3.*
Excommunicans tenetur dare sententiam excommunicationis intra mensem, si petatur. *conc. Lugd. gen. 1. de senten. excom. in 6. cap. 1.*
Excommunicandi facultas delegata non potest subdelegari. *de off. & potest. Iudicis deleg. c. vlt. §. fin.*

Excommunicatio iniusta.

Excommunicans iniustè, se ipsum condemnat. *24. q. 3. cap. Comperimus. cap. Non in perpetuum.* Sibi nocet. *11. q. 3. cap. Illud planè.*
Excommunicans ob lucrum, tenetur ad restitutionem si facit iniustè. *conc. Later. 4. c. 9. vt infra.*
Excommunicans iniustè, per 30. dies pœniteat, & communione priuetur eo tempore. *24. q. 3. de illicita.* Tenetur ad restitutionem, & satisfactionem pro iniuria (nisi ex errore fecerit) & si non potest soluere, aliter puniatur. *concil. Later. 4. cap. 49.*
Excommunicatus iniustè adhuc debet absolui. *conc. Later. 3. in append. tit. de appellat. c. 21. conc. Quintiliniburgense c. 2. Gregor. 7. lib. 6. ep. 7.*
Statim absolui debet. *Ioannes 8. ep. 228.*
Excommunicatus iniustè nihil læditur. *24. q. 3. c. cum aliquis.*
Excommunicatus iniustè petere potest resarciri in expensis, nisi causa fuerit probabilis. *De sent. excom. c. Sacro.*
Excommunicatus iniustè ab aliquo episcopo, absoluitur à Papa. *Ioannes 8. ep. 276.*
Excommunicans iniustè tenetur ad damna, & expensas excommunicati, & alias pœnas incurrit. *Conc. Later. 4. c. 47.* Nisi causam habuerit probabilem. *ibid. De sent. excom. c. 6.*
Excommunicatio etiam iniusta, est timēda. *Greg. 7. l. 9. epist. 22.*

Excommunicatio, quando est nulla.

Excommunicatio lata etiam contra subditum, qui non obedit contra suum priuilegium, est nulla. *de excessibus Prælat. cap. cum ad quorumdam.*

Excommu-

Excommunicati non canonice adhuc indigent absolutione. *Gregor.7. lib.6. ep.7.*
Vide, *excommunicatio iniusta.*

Excommunicatus alicubi, est excommunicatus vbique.

Excommunicatus in vna ciuitate, in nulla recipi potest. *concil. quod dicitur Apost. c.13. & 33.*
Excommunicatus ab vno episcopo in omni alia Diœcesi vitandus est. *Concil. elibert. c.53. Concil. Nicæn.1. can.5. conc. Antioch. c.2. & 6. conc. Sardicense c.16. constantinopolit. 1. c.5. Arelat.2. c.8. Taurinense c.6. Concil. Parisien.3. c. 7. Lugdun.1. Prouinc. c.4. Lucense 2. c.36. Turon.2. cap.8.* (Episcopus recipiens excommunicatur vsque ad Synodum. *ibid.*) *Aquisgran. sub Ludouico Pio c.42. & 72. de offic. Iud. ord. cap. Ad reprimendum. Felix 3. ep.7. Gregor.1. lib.5. ep.48. concil. Tolet.22. cap.23. 11. q.3. cap. Si quis à proprio. & cap. Seruetur. Concil. Melfit. c.15. concil. Later. 3. c.9. concil. Colon.2. p.13. c.6.*
Excommunicatus, si ex timore, & reuerentia abstinet à iure suo, non proinde probatur possessio iuridica pro aduersario. *de restitut. spoliat. c. Olim inter.*
Excommunicatus à suo episcopo, etiam à Regularibus est vitandus. *concil. Later.3.c.9.*
Episcopus excommunicans aliquem debet alijs significare, vt cum notent. *Concil. Germanicum 1. c.8.*
Vide, *Clerici excommunicati.*

Excommunicati cauendi, cum eis non communicandum, & pœna.

Excommunicato non communicetur, communicans vel cum eo orans, excommunicatus est. *Concil. Carthag.4. c.73. Tolet.1. c.18. Concil. Vernen. c.9. Antisiod. c.39. Lucense 1. c.84. Nicolaus 1. epist.10.* Si episcopus sic communicat, fuspenditur à celebratione missæ. *Ioannes 8. ep.151.*
Excommunicato communicans, excommunicatur. *11. q.3. c. Præcipuè. c. Sicut Apostoli. c.Excommunicatos. c.Cum excommunicato. c. Qui communicauerit. c. Si quis Episcopus.* Etiam episcopus præsumens communicare cum excommunicato ab alio, eijcitur à plebe. *ibid. c.Si quis frater. & c. Qui meritò. & 11.q.1.c. Cum excommunicato. & c. Qui communicauerit. de cleric. excomm. & c. cap. Si quis Presbyter.*
Excommunicati siue clerici, siue laici, ab omnibus vitandi. *Conc. Toletan.1. c.15. Concil.Vasense c.8.* Licet alij communicent, non debet quis, licet solus, communicare. *ibid. Concil. Bracharen.3. c.33. Antisiodoren. c.38. Ioann.8. ep. 234. & 278. Concil. Tribur.1.c.2. & 3. Concil. Later.3.in append. tit. De sent. excomm.c.6. Conc. Tolosanum c.13. de priuil. c. Nulli. de sent. excom. c. Sicut nobis. de cler. excom. & c. c. Si quis Presbyter.*
Siue iustè, siue iniustè excommunicato, communicandum non est. *11. q.3. c. Si episcopus. & c. Si quis Presbyter.*
Cum diffamato de excommunicatione non est communicandum, nisi se purget, vel absoluatur ad cautelam. *de sent. excomm. c. Cum desideres.*
Excommunicatis non communicandum, ex traditione Apostolica habetur, & cum eis cibus non sumendus. *Fabianus epist.1. lib.2. const. Apost. c.40.* Nec cibo, nec salutatione. *ibidem.*
Excommunicato communicans, præuia monitione declarari potest excommunicatus. *de sent. excomm. in 6. cap. Statutum.*
Neque si contritus sit excommunicatus, potest aliquis cum eo communicare. *de sent. excom. c. A nobis.*
Participantes cum excommunicatis, vt loquentes, &c. si moniti non desistunt, possunt excommunicari excommunicatione maiori. *de sent. excom. in 6. c.Statuimus.*
Ab excommunicato nihil accipiendum. *Lib.4. constit. Apost. capit.7.*
Excommunicatus si post monitionem non resipiscit, non recipiatur ad sacramenta, nec ad communionem, aut familiaritatem fidelium. *Concil. Trid. sess.25. de refor.c.3.*
Excommunicatus ab Episcopo, etiam à regularibus est vitandus. *Concil. Later.3. c.9.*
Excommunicatum defendens excommunicatur. *Conc. Tolos. cap.13.*
Excommunicato episcopo, quando censetur excommunicatus Vicarius. Vide, *Vicarius.*
Excommunicato communicans minorem incurrit excommunicationem. *De sent. excom. c.Quod in dubijs. De sent. excom. in 6. c.Constitutionem.*
Excommunicato communicans in crimine, est excommunicatus. *de sent. excom. c. Nuper.*
Excommunicato communicans coactè, non excommunicatur. *De his, quæ vi, & metu, &c. c.Sacris.*
Excommunicatus appellans, pendente articulo probationis, etiam est vitandus in cæteris, in iudicio. *Concil. Lugdun. Gener.1. De sent. excom. in 6. c.2.*
Excommunicati publicandi sunt, vt ab omnibus fugiantur. *11. q.3. c. Curæ sit.*
Excommunicatis non communicat, qui animo non consentit. *11. q.3. cap. Quod prædecessor.* Vide, *Communicare.* Vide, *Concubinarius.* Vbi inuenies, quod excommunicatio maior aliquando incurritur communicando cum excommunicato. Vide infra, *Excommunicati ad multa sunt inhabiles.*

Cum excommunicatis aliquando communicari potest, & a quibus.

In necessarijs potest communicari cum excommunicatis. *11. q.3. c. Quoniam multos.*
Excommunicato loquens de ijs, quæ pertinent ad salutem animæ, & de alijs incidenter, non incurrit excommunicationem. *de sent. excom. c. Cum voluntate.*
Excommunicatis loquentes Prædicatores non incurrunt excommunicationem, etiam si petunt ab eis eleemosynam, si non possunt aliter sustentari. *ibid. c. Cum voluntate. & Prædicatores.*
Cum excommunicato potest cõmunicari causa conuersionis. *Concil. Tolosanum c.13.*
Excommunicato potest prædicari verbum Dei. *de sent. excom. c. Responso.*
Excommunicatus non denunciatus, non vitatus ab Episcopo, vel canonicis, non est vitandus. *De sent. excomm. cap. Officij.*
Excommunicatus non vitatus ab episcopo, vel canonicis, non est vitandus. *De sent. excomm. c. In præsentia.*
Excommunicatio licet impediat actorem, non vero reum ne se defendat. *Honor.3. ex cirone, de except. c.4.*
Excommunicatus non est vitandus, nec in diuinis, nec in alijs, nisi certè, expresè, ac determinatè sit excommunicatus, siue à iure, siue ab homine: vel ita notoriè in eam incidit, vt non possit cælare, aut tergiuersari. *conc. Mogunt.4.c.104.*
Excommunicato potest communicare, qui prius ei tenebatur ex obsequio familiari. *de sent. excom. c. Inter alia.*
In casibus necessitatis communicari potest cum excommunicato, vt ad emendum, &c. *de sent. excomm. c. Inter alia, & c. Si verè.*
Excommunicatus tenetur intra annum probare suam innocentiam. *11. q.3. c. Rursus. & c. Quicumque intra.*

Excommunicati ad diuina non admittendi. & pœna vtrorumque.

Orans cum excommunicato, est excommunicatus. *Concil. carthag.4. c.73. conc. Lucense 2. c.72.* Vide, *Clerici quo ad sua munera.*
Excommunicatus ob clerici percussionem, si suscipit ordines sciens excommunicationem, si est sæcularis clericus, perpetuo deponitur; si regularis, suspenditur ab executione. *de sent. excom. c. Cum illorum.*
Excommunicatus celebrans per tres annos continuos, ter in hebdomada ieiunet abstinendo à vino. *11. q.3. cap. De illis Presbyteris.*

Excom-

Excommunicato participans in diuinis incurrit excommunicationem reseruatam Papæ. *de sent. excomm. cap. Significauit.*

Excommunicato ministrans in ordine, est deponendus. *concil. Lateran. 3. in append. tit. de depositione cap. 10. & p. 50. c. 51. de cler. excom. celebr. c. Latores.* Sed prius monetur, vt desistat. *ibid.*

Si excommunicationem suam sciebat per famam, & celebrat, deberet deponi, sed dispensatur. *de cler. excom. celebr. c. Illud dominus. & c. Apostolicæ.*

Excommunicatus celebrans, priuatur beneficio. *de cler. excom. celebr. c. Fraternitati.*

Excommunicatus dicens missam, vel matutino assistens, grauiter puniendus. *concil. Lucense 2. c. 72.* Ministrans in ordine, est deponendus. *Concil. Later. 3. in append. tit. de depositione c. 10.*

Excommunicatus ignorans, si celebrat, nihil incurrit. *de cler. excom. celebr. c. Apostolicæ.*

Si crassè ignorat, incurrit irregularitatem, si celebrat. *ibid. c. Apostolicæ.*

Excommunicatus ab episcopo non potest recipi in Capitulo Religiosorum. *Conc. Later. 3. in append. tit. de iure patronatus c. 13.*

Excommunicatus non potest admitti ad diuina, quando tempore interdicti permittitur, vt personæ loci admittantur ad diuina. *de sent. excom. in 6. c. Alma mater.*

Regulares non possunt admittere excommunicatos ad diuina. *de priuil. c. Cum, & plantare. §. Excommunicatos.* Vide, *Regulares.*

Excommunicato existente in ecclesia, si quis celebrat, non fit irregularis. *de sent. excom. in 6. c. Is qui.*

Excommunicatus si post appellationem diuina cantauit, non est molestandus. *de appell. & recusat. c. Ad præsentiam.*

Excommunicati fiunt inhabiles ad multa, exceptis quibusdam in casibus.

Excommunicatus priuatur communione cum fidelibus in omnibus, si excommunicatio est maior; in sacris, & spiritualibus, si minor. Vide, *Excommunicatio maior, &c.* Vide, *excomm. cauendi.*

Eucharistiam sumere non potest. *de consecr. dist. 2. c. Si non sunt tanta.*

Excommunicatus non potest accusare. *conc. Carthag. 7. c. 1. conc. Afric. c. 95. 2. q. 7. cap. In sancta. & c. Laicos. 4. q. 1. cap. Definimus. 6. quæst. 1, cap. omnes illi. Calixtus 1. ep. 2. Fabianus epist. 1. de iudicijs c. Intelleximus. de except. c. A nobis.*

Excommunicatus sacerdos ministrans, quas pœnas incurrit. Vide, *Sacerdos.* Vide, *Excommunicati non admittendi ad diuina.*

Non potest in cibo, nec potu communicare cum fidelibus, non in salutatione, nec oratione. *Lib. 2. const. Apost. c. 40. conc. Vernense c. 9.* Vide, *excommunicati cauendi.*

Excommunicatus à nullo recipiendus. *Calixtus 1. ep. 2. Conc. Lateran. 2. in append. tit. de excommun. c. 6.* Neque hospitio. *ibid.*

Excommunicatus ab hæreticis ob aliquod atrox crimen, quare aliquando non recipitur à Catholicis. *24. q. 1. cap. Quisquis, & c. Subdiaconus.*

Excommunicatus non potest habere officium publicum, vt iudicis, &c. neque iurisdictionem. *9. q. 1. c. Excommunicati.*

Excommunicati iudicis sententia est nulla. *de sent. & re iudicata c. Ad probandum. Nicolaus 1. ep. 8.*

Reuocata sententia iudicis excommunicati, iterum agitur de principali. *ibid. conc. Regiaticinum c. 12.*

Possunt excommunicato committi causæ contra hæreticos. *de hæret. in 6. c. Præsidentes.*

Excommunicatus non potest prædicare, etiam si sit sacerdos. *conc. Constant. contra a. 17. Ioannis Huss.*

Non potest esse testis. *Fabianus ep. 1. De iudicijs cap. Intelleximus.*

Potest esse testis contra hæreticos, fautores, &c. in causa fidei. *de hæret. in 6. c. In fidei.*

Non potest leuare puerum de fonte. *Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de baptismo.*

Non potest eligere (intellige de maiori.) *9. q. 1. c. Nos consecrationem.*

Excommunicatus traditur Satanæ. *11. q. 3. c. Omnis. c. Nihil.* Quid sit tradere Satanæ. Vide, *Satanæ.*

Damnari dicitur æternæ morti, & quare. *11. q. 3. c. Nemo Episcoporum.*

Non potest ordinare. *9. quæst. 1. cap. Ab excommunicatis. c. Ordinationes.* Nota quod ibi dicitur *inualide facere*, sed est mendosus, vult dicere *illicitè*. Vide, *Episcopus excommunicatus.*

Excommunicatio impedit actorem, non reum, ne se defendat. *Honorius 3. ex Cirone. de except. c. 4.*

Excommunicatio potest opponi contra actorem in qualibet parte causæ. Sed si malitiosè differt, & actor fatigatur impensis, reus tenetur ad expensas. *de exceptionibus. c. Exceptionem. Clem. de except. c. vn.*

Excommunicatis dominis, non est à subditis seruandum fidelitatis in iuramentum, nisi reconcilientur. *15. q. 6. c. Nos Sanctorum, & c. Iuratos.* Sed expectandum tempus determinatum, & quomodo. *ibid.*

Excommunicato Domino ex causa hæresis, vel suspitionis, si per annum in ea manet, Papa absoluit subditos à iuramento fidelitatis. *de hæreticis c. Excommunicamus. §. Monentur.* Cui danda talis terra, vel ciuitas. *ibid.*

Sed declarandum prius est, quod non tenentur. *De pœnis cap. fin.*

Excommunicatus in contumacia ob hæresis suspitionem, si per annum non respondet, declaratur hæreticus. *de hæret. in 6. c. Cum contumacia.*

Excommunicatus moriens, si noluit absolui in vita, neque absoluitur, aut declaratur absolutus post mortem. *24. q. 2. cap. 1.*

Excommunicati tenentur abstinere à communione in diuinis, & ab omni alia fidelium. *conc. const. contra art. 13. Ioannis Huss.*

Excommunicatus non potest stare in iudicio, nisi sit reus. *de iudicijs c. Intelleximus.* Numquam vt actor. *ibid.*

Expellendus est ab omni actu iudiciario, & ecclesiasticus potest compellere sæcularem iudicem ad hoc. *de sent. excom. in 6. c. Decernimus. & de except. c. Significauerunt.* Iudex ex officio tenetur eum repellere. *ibid. De except. in 6. cap. finali.*

Non potest esse procurator, si probatur esse excommunicatus, per literas ordinarij. *de probat. c. Post cessionem.*

In causa suæ ecclesiæ potest, & non obstat excommunicatio, si defendit. *de except. c. Dilecti filij.*

Excommunicationis exceptione probata, actor non potest in reliquis prosequi. *de except. in 6. c. 1.*

Excommunicationis exceptio bis opponi potest actori, non amplius. *ibid.*

Excommunicatus non potest admitti ad pingendum imagines in ecclesia; admittens excommunicatur. *Concil. constantinop. 4. cap. 7.*

Excommunicatus manens per annum in excommunicatione, est suspectus de hæresi. *de pœnis c. fin.* Et contra eum potest procedi, vt de hæresi suspectum. *Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 3.* Vide infra.

Excommunicatus ob suspitionem hæresis, si per annum manet in excommunicatione, proceditur contra eum, vt hæreticum. *de hæret. c. Excommunicamus. §. Qui autem.*

Non potest ab vllo defendi, sub pœna excommunicationis. *concil. Tolos. c. 13.*

Non potest vllum reconuenire. *de except. c. Cum inter, & c. Significasti.*

Allegans contra se excommunicationem non potest se defendere. *de donat. c. Inter delictos.*

Non potest recipi ad beneficia, &c. nec etiam à Regularibus. *Concil. Lateranen. 3. in append. tit. de iure patron. capit. 13.*

Excommunicatus excommunicatione etiam minori, non potest excommunicare. *Concil. Lugdun. 1. Gener.*

Non potest à peccatis absolui, nisi prius ab excommunicatione

absolua-

absoluatur. *Extra, de priuileg. cap. inter cunctas.* Neque per exemptos: alias episcopus procedit contra eos. *De priuil. cap. ad hæc.*

Excommunicatus moriens non potest sepeliri in ecclesia, nec cœmeterio. *Conc. Later.* 3. *in append. tit. de excomm. c.* 5.

Non potest ingredi religionem Mendicantium, & absolui, nisi facta prius satisfactione. *Concil. Lateran.* 5. *sess.* 11. *constit.* 4. *Dum intra.*

Non est capax beneficij, & si conferatur, nulla est collatio. *De cler. excomm. celebr. cap. Postulastis.*

Est autem capax, si ei conferatur tempore absolutionis. *ibid. cap. Proposuit.*

Impetrans rescriptum, nulliter impetrat excommunicatus. *De rescript. in* 6. *c.* 1.

Excommunicatus si post monitionem non resipiscit, non recipiatur ad sacramenta, neque ad communionem, aut familiaritatem fidelium. *Conc. Trid. sess.* 25. *de refor. c.* 3.

Non potest eligi, etiam si excommunicatio sit minor. *De cler. excomm. celebr. c. fin.*

Non potest fructus ecclesiæ facere suos. *De appellat. &c. c. Pastoralis. §. Verum, in fine.*

Excommunicatus eo quod à Clericis exegit tallias, tributa, &c. etiam post officium manet excommunicatus. *Concil. Later.* 4. *c.* 46.

Et successor eius, nisi intra mensem satisfaciat, excommunicatus est. *ibid.*

Excommunicati vitandi, tenendi sunt, qui sciunt se esse declaratos tales, & impediunt ne ad eos perueniant monitiones, & denunciationes. *Conc. Germanicum* 1. *c.* 7.

Excommunicatus contumax potest iuxta canones quando tradi curiæ sæculari, & doctrina contraria est hæretica. *Conc. Constant. contra art.* 14. *Ioannis Huss.*

Excommunicato episcopo, quando est excommunicatus Vicarius. Vide, *Vicarius.*

Excommunicati ob clerici percussionem, & qui sint clerici.

Excommunicatus ob clerici percussionem ab omnibus est vitandus, etiam exemptis. *De sent. excommun. cap. Nulli.* Ignorans esse clericum non incurrit. Vide, *Clericorum percussores.*

Etiam si non sit denunciatus, clerici percussor est vitandus, nisi sit occultus. *ibid. cap. cum non ab homine. Conc. Later.* 3. *in append. tit. de illis, qui incidunt c.* 4.

Cum infamato de tali excommunicatione non est communicandum, nisi se purget, vel absoluatur ad cautelam. *De sent. excomm. cap. cum desideres.*

Tali excommunicatio non communicatur ante absolutionem, licet fecerit cautionem de parendo, &c. *De sentent. excomm. c. cum desideres.*

Ei communicandum non est, nisi fecerit pacem cum percusso. *ibid.*

Excommunicationem non incurrit, qui clericum occidit ad propulsandam mortem. *De sent. excom. c. Perpendimus.*

Excommunicatus ob percussorem clerici suscipiens ordines, si est clericus sæcularis perpetuo deponitur. Si regularis, suspenditur ab executione. *De sentent. excommunic. cap. cum illorum.*

Talis excommunicatus si ingreditur Religionem, quomodo potest absolui. Vide, *Regularium Superiores.*

Excommunicatus est, qui percutit clericum etiam volentem. *De sent. excomm. cap. contingit.*

Excommunicatio ob Clerici percussionem appellare non potest, si casus est notorius. *De appellat. & recusat. c. Peruenit. c. consuluit. & cap. Suggestum.*

Excommunicatus ob clerici percussionem, denunciandus est talis. *De sent. excomm. c. Tua nos.*

Mandans percussionem clerici, excommunicatur, vt percutiens. *De sent. excomm. c. Mulieres §. Illi verò.*

Iudex, etiam ecclesiasticus faciens percutere clericum per laicum, & etiam minister excommunicantur: excommunicatio Papæ reseruata est. *De excomm. c. Vniuersitatis.*

Potens spolians clericum, vel religiosum excommunicatur. 24. *quæst.* 3. *cap. Si quis de potentibus.*

Excommunicatio ob clerici percussionem, extenditur ad monachos, hospitalarios, equites S. Ioannis Ierosolym. ceteruersos religiosorum. *Concil. Lateran.* 3. *append. tit. de his qui incidunt cap.* 6.

Excommunicati possunt appellare quando, & quomodo.

Excommunicatus à suo episcopo, putans se grauatum, potest appellare. *Concil. Sardicen. c.* 17.

Excommunicatus ab episcopo ex ira, appellat ad Metropolitanum. 11. *q.* 3. *cap. Si episcopus.*

Appellare non potest ad Principem sæcularem, alias nulla venia ei detur. *Conc. Lucense* 2. *c.* 35.

Excommunicatus potest appellare, & excipere, sed non reconuenire. *De exceptionibus cap. cum inter. & cap. Significauerunt.*

Excommunicatus ab episcopo, ad Metropolitanum remittendus est si appellat. *De off. iud. ordin. c. Ad reprimendam.*

Excommunicato appellante ad Metropolitanum durat excommunicatio donec iudicetur causa. *Concil. Vernen.* 9. *De sent. excommun. in* 6. *c. Licet. & cap. is cui.*

Talis appellans potest absolui, sed debet ad eum mitti. *De sent. excommun. c. Per tuas & c. Sacro.*

Talis non auditur, si vult probare, se non esse excommunicatum, sed benè si probet. sententiam esse nullam. *ibidem. c. Per tuas.*

Excommunicatus si post appellationem diuina cantauit non molestetur. *De appellat. & recusat. c. ad præsentiam.*

Per appellationem, censuræ non suspenduntur. *De sentent. excomm. in* 6. *c. is cui.* Vide, *Appellatio.* Vide, *Archiepiscopus* in fine. Vide, infra. *Excomm. absoluendus ad cautelam.* Vide, *Absolutio ad cautelam.*

Excommunicatus per appellationem ad maiorem iudicem, non eget absolutione, vt audiatur; si verò ante appellationem æget absolutione, & absolui potest, vel ab illo superiore, vel ab excommunicante. *Conc. Lateran.* 3. *append. tit. de excommunicatis cap.* 4.

Excommunicatus sine monitione, & causa, &c. si appellat reintegratur in expensis. *De sent. excomm. c. Sacro.*

Excommunicatus, qui promisit stare iudicio ecclesiæ, si appellat cogendus est stare iudicio ecclesiæ. *concil. Lateran.* 3. *p.* 50. *c.* 53. vel prosequi appellationem.

Excommunicatus non potest excludi ab appellatione. *De exceptionibus cap. Significauerunt.*

Potest vti rescripto appellationis, licet mentionem non fecerit de appellatione. *ibid. c. fin.*

Excommunicatus appellans, & volens probare, se malè excommunicatum, interim in cæteris, quæ actor opponit non vitetur, nisi causa sit manifesta. *de sent. excom. in* 6. *c. Solet.*

Excommunicatus appellans, & volens probare, se nulliter excommunicatum, interim extra iudicium vitandus non est in actibus legitimis, vt electionibus, & postulationibus, nisi causa sit manifesta. *ibid. & concil. Lugdun.* 1. *gener.*

Excommunicatus ob clerici percussionem appellare non potest, si casus sit notorius, secus è contra. *De appellat. & recusat. cap. consuluit. & cap. suggestum.*

Excommunicatus appellans adhuc potest denunciari, & spoliari fructibus. *De appell. & recusat. c. Pastoral. §. Verum.*

Excommunicatus appellans, etiamsi non prosequitur, non remanet vitandus. Sed si intra tempus non prosequitur, eo lapso remanet vitandus in iudicio, & extra. *De sent. excomm. in* 6. *c. Licet.* Donec doceat de nullitate.

Excommunicari qui possunt, & qui non.

Subditi proferentis tantum possunt excommunicari, alij verò non, nisi delegatio plus se extendat. *De sentent. excommun. c. A nobis.*

Excommunicari non potest Vniuersitas, vel Collegium, sed de his illi qui sunt culpabiles. *De sent. excommunic. in* 6. *cap. Romana.*

Etiam personæ incognitæ possunt excommunicari ob delicta. *Gregor.* 1. *lib.* 5. *epist.* 30.

Papæ

Papæ Legati, Nuncij, & alij officiales excommunicari non possunt sine Papæ licentia, neque ab Inquisitoribus. *Extra, de haret. c. cum Matthæus.*

Excommunicari non potest non accusatus, & indefensus. *Greg. 7. lib. 9. ep. 15.*

Etiam mortuus potest denunciari, seù declarari excommunicatus. *De hæret. c. Si quis Episcopus.*

Excommunicationis absolutio à quo dari potest, & vbi.

Excommunicatus absolui debet ab excommunicante. *Conc. Later. 3. tit. de pœnit. c. 4.*

Excommunicatus, in loco delicti absolui debet. *Concil. Arelat. 1. c. 17.* Nisi sit reseruata Papæ. *Vt infra.*

Excommunicatus ab vno Episcopo, non potest absolui ab alio, vel inferiori. *Conc. Regiatic. c. 9. Conc. Valent. 2. c. 13.*

Aliquando potest absolui à Metropolitan. & in quibus casibus relaxari potest ab eo excommunicatio. *De sent. excomm. in 6. cap. Venerabilibus, §. Sanè.*

Excommunicatus ex causa manifesta, non potest absolui, nisi satisfecerit. *De verbor. signif. cap. Ex parte.*

Excommunicati à Papa, à nullo alio possunt absolui sine eius facultate. *Gregor. 7. lib. 4. ep. 2. & 3.*

Excommunicatus ab episcopo potest absolui à successore, si ille moritur. *Gelasius epist. 11. concil. Epaun. c. 28. concil. Nicænum 1. ex Arabico c. 47. 11. q. 3. cap. si Episcopus 24. q. 2. cap. nec quisquam.*

Excommunicans potest excommunicatum absoluere, si appellat, sed cum cautione de parendo. *De sentent. excommunic. c. Sacro.*

Excommunicatus à delegato Papæ, non potest, nisi à successore æquali, vel Papa absolui, excepto mortis articulo. *de offic. iud. ord. cap. Pastoralis, §. Præterea.*

Sed nè currat præscriptio annalis, potest dare cautionem de parendo iure canonum coram ordinario. *ibid.*

Excommunicatio minor, quæ contrahitur ob communicationem cum excommunicatis, in verbo osculo, cibo, &c. absolui potest à quolibet sacerdote. *de sent. excommunic. cap. Nuper. Concil. Tolet. 18. c. 8.*

Excommunicatus ob leuem percussionem clerici, ab episcopo absoluitur. *De sent. excomm. c. Peruenit. Conc. Later. 3. p. 50. c. 67.*

Excommunicati iniustè vel non canonicè, adhuc absoluendi sunt ab excommunicante. Vide, *Excom. iniusta.*

Excommunicatus ob percussionem clerici, à Papa debet absolui, nec potest ab alio. *De sent. excommun. cap. Porrò. c. Nulli. c. Parochianus. c. Tua nos. Concil. Lateran. 3. in append. tit. De appellat. c. 13.*

Talis excommunicatus si adsit impedimentum adeundi Papam, absoluitur ab episcopo, sed eo cessante tenetur Papam adire. *De sent. excomm. cap. De cætero. c. ea noscitur.* Sed iurare tenetur se aditurum Papam. *ibid. & cap. Quod de his. c. Duobus. concil. Later. 3. p. 50. c. 67.*

Talis excommunicatus si absoluitur ex delegatione Papæ dat cautionem de parendo iudicio ecclesiæ, & iurare debet. *ibid. c. ex tenore. & c. de cætero.* Satisfacere tenetur iuxta mandatum. *ibid. c. ea noscitur.*

Excommunicatus ob clerici percussionem, si est infirmus, debilis, mulier, ab episcopo potest absolui, sed iurare debet, quod data opportunitate adibit Papam. *De sent. excomm. c. Ea noscitur, & cap. Quod de his. Concil. Lateran. 3. in append. par. 50. cap. 67. cap. Mulieres.* Si delicatus, consulatur Papa. *c. Mulieres.*

Impuberes excommunicati ob clerici percussionem, ab Episcopo absolui possunt, siue ante, siue post pubertatem. *De sent. excomm. c. fin.*

Aliæ etiam personæ, quæ sunt sui iuris, ab Episcopo absoluuntur. *ibid. c. Mulieres.*

Mandans percussionem clerici à Papa absoluendus. *ibid. §. Illi vero.*

Excommunicatus ob percussionem clerici absolui potest, etiam à Legato Papæ à latere. *De sent. excommunic. cap. ad eminentiam.*

Seruus excommunicatus ob clerici percussionem (si dominus non fuit in culpa) & patitur damnum, ex itinere eius ad Papam absolui potest ab episcopo, si excessus non est grauis, & scandalosus. *ibid. c. Relatum.*

Excommunicatus à pluribus Prælatis ob plures causas, singulariter absolui debet ob omnes causas. *De sent. exc. c. Officij.*

Excommunicatus pluribus excommunicationibus, si vnam tantum exprimit, & ab ea absoluitur, non censetur absolutus ab omnibus. *De sent. excomm. c. cum pro causa.*

Excommunicatus si ex causa iusta impeditur adire Papam, potest ab episcopo absolui præstita iuratoria cautione de parendo, & adeundo, remoto impedimento. *ibid. c. Nuper in fine.*

Excomm. communicans in crimine, est absoluendus ab excommunicante. Si verò sine crimine communicet, à quoliber sacerdote. *De sent. excomm. cap. Nuper.*

Et licet impugnet postea excommunicatum, non censetur absolutus. *ibid. cap. Sacris.*

Excommunicatus, per hoc, quod iurat de parendo, &c. non intelligitur absolutus. *De sent. excomm. c. Quod in dubijs.*

Excommunicatus salutatus à Papa per literas non censetur absolutus. *De sent. excom. c. Si aliquando, &c. c. fin.*

Excommunicatus, quando absoluendus est cum iuramento. *De sent. excom. c. Super eo.*

Excommunicatus ob fractionem treguæ, vel pacis, non potest ab episcopo absolui. *Conc. Later. 3. c. 21.*

Incendiarij excommunicati, & denunciati, à Papa debent absolui. *De sent. excom. cap. Tua nos.*

Excommunicatus ob participationem in diuinis cum excommunicato, à Papa est absoluendus. *De sent. excom. cap. Significauit.* Vide, *Absolutio.*

Excommunicatus ob effractionem ecclesiæ, à Papa est absoluendus. *De sent. excomm. c. Conquesti.*

Iudex ecclesiasticus faciens percutere clericum per laicum, à Papa est absoluendus. *ibid. c. Vniuersitatis.* Et etiam minister. *ibid.*

Excommunicatione opposita contra actorem coram delegato, ab hoc potest absolui, si Papæ non sit reseruata; vel ob aliam euidentem causam ab ordinario lata; quia sic ad proprios Superiores absoluendus remittitur. *De off. & potest. Iud. delegat. c. Prudentiam. §. Sexta.*

Talis actor in causa, ob quam fuerat excommunicatus, coram quo stare debet, & absolui. *ibid. §. fin.*

Excommunicatus appellans ad Superiorem, siue iusta, siue iniusta sit excommunicatio, potest ab excommunicatione absolui: & quando à Superiore potest absolui. *De sentent. excomm. in 6. c. Venerabilibus.*

Excommunicatus, quomodo absoluendus solemniter ab Episcopo. *concil. Arausi. 1. c. 2.*

Excommunicatus non potest absolui à peccatis, nisi prius absoluatur ab excommunicatione. *Extra, de priuil. cap. Inter cunctas.*

Excommunicatus absolutus, quando reincidit in eandem excommunicationem. Vide, *Absolutus.* Vide infra.

Excommunicatus ab Episcopo, si Romæ absolutionem obtinet cælata causa excommunicationis, nulliter absoluitur. *concil. Later. 3. in append. tit. de excommunicatis c. 1.*

Vide, *Card. Legati.* Vide, *Moribundus.*

Excommunicatus absoluendus ad cautelam, seù ad tempus, quando, & quomodo.

Excommunicatus, pendente appellatione, potest absolui, & celebrare, si appellatio fuit legitima. *De appellat. & recusat. cap. ad præsentiam.*

Excommunicatus data cautione, potest absolui ad cautelam, licet pars contradicat. *ibid. cap. Qua fronte.*

Excommunicatus potest ad cautelam absolui, si de viribus excommunicationis est dubius. *de sent. excom. c. venerabili.*

Excommunicatus, vel interdictus pro contumacia, potest absolui cum cautione. *de verbor. signif. c. ex parte.*

Excommunicatus dicens excommunicationem esse nullam, absolui potest ad cautelam, etiam opponente parte, dummodo causa non sit manifesta; in quo casu excipiens te-

netur infra octo dies probare exceptionem excommunicationis legitimæ. Et absolutus det cautionem de parendo iuri. *De sent. excomm. in 6. cap. Solet. concil. Lugdun. Gener. 1.*

Excommunicatus potest absolui ad tempus. *Ioannes VIII. epist. 151.*

Excommunicatus si vocatur, ad effectum comparendi, post absolui cum cautione de parendo, &c. *Conc. Later. 3. in append. tit. de excommunicatis c. 2.*

Excommunicati pœnitentes possunt absolui cum cautione de parendo. *ibid. cap. 3.*

Excommunicati absolui possunt ad cautelam ad effectum agendi, & testificandi. *Honorius 3. ex Cirone. de iudicijs c. 5.*

Vide, *Absolutio ad cautelam.*

Excommunicati morientes.

Excommunicatus moriens, si à suo Presbytero fuit absolutus, sepeliri potest in loco sacro. *de sepulturis c. fin. Parochiano.* Si verò non sit absolutus, in sacro non sepeliatur. *ib.* Et si fuerit sepultus, & ossa eius possint discerni, exhumari debent, & proijci: alias non. *ibid.*

Talis excommunicatus moriens in pœnitentia potest post mortem declarari absolutus ab habente potestatem absoluendi. Sed hæredes tenentur ad satisfaciendum in bonis pro eo. *de sent. excomm. c. A nobis. de sepulturis cap. fin. Concil. Later. 3. in append. tit. de excommunicatis c. 6.* Si hæredes recusant, non detur mortuo sepultura. *ibid. Conc. Later. 3. cap. 6.*

Moriens excommunicatus, etiam post mortem potest denunciari excommunicatus; seù declarari. *de hæreticis cap. Si quis Episcopus.*

Excommunicati sepultura, cœmeterium polluitur, & ecclesia. *de sepulturis c. Sacris.*

In mortis articulo, excommunicatione Papali excommunicatus potest ab episcopo absolui, dato iuramento, quod resumptis viribus Papam adibit. *de sent. excomm. cap. Quod de his.* (Vide, *Excommunicationes in Bulla Cœnæ.*)

Sic etiam alij, vt percussores clericorum, violatores ecclesiæ, &c. *Concil. Lateranen. 3. in append. tit. De excommunicatis cap. 6.*

Moriens excommunicatus, si noluit absolui in vita, non potest absolui post mortem. *24. q. 2. c. 1.*

Cum morientibus in excommunicatione communicari non potest in sacrificijs, si impœnitentes mortui sunt. *Gregor. 2. lib. 4. epist. 6.*

Si verò pœnitent ante mortem, possunt pro eis offerri missæ, & eleemosynæ. *26. q. 6. cap. Si aliquis.*

Excommunicatis, tempore mortis dari potest viaticum, si pœnitent. *Gregorius 1. lib. 11. ex regest. ep. 31. Conc. Nican. 1. can. 12.* Sed si superuiuunt, pœnitere debent iuxta canones. *ibid.* Vide, *Viaticum.*

Excommunicati pro incendio, incestu, violatione ecclesiæ, &c. dum moriuntur carent sepultura, si hæredes, vel propinqui, dum ille absoluitur non promittunt satisfacere. *Concil. Later. 3. in append. par. 50. c. 52.*

Vide, *Sepelire.* Vide, *Sepultura.* Vide, *Moriens.* Vide, *Moribundus.*

Excommunicati à Papa.

Excommunicati à Papa malè perierunt. *Nicolaus 1. ep. 9.*

Cum excommunicatis à Papa, nullus potest communicare. *Ioannes 8. ep. 234. & 278. Gregor. 7. lib. 3. ep. 10.*

Communicans cum eis, est excommunicatus. *Gregor. 7. lib. 4. epist. 1. & 2.*

Excommunicatus à Papa à nullo potest absolui. *Gregor. VII. lib. 4. ep. 2.*

Vide, *Absolutio.* Vide, *Papa.*

Excommunicatos occidens.

Excommunicatum occidens ex zelo iustitiæ, non est habendus pro homicida (id est quoad culpam.) *23. q. 5. cap. Excommunicatorum.*

Nulla pœna imponenda est ministro, qui capere volens excommunicatos, in temeritate eorum aliquem occidit. *Conc. Tribur. 1. cap. 3.*

Excommunicationem spernentes.

Excommunicationem spernentes etiam Principes sæculi, sunt puniendi. *Conc. Tribur. 1. c. 3.*

Spernentes adiuti à Principibus, exilio multandi. *Conc. Vernense cap. 9.*

Excommunicatus per multum tempus contemnens, & non curans absolui, fit suspectus de hæresi. *Honorius III. ex Cirone, de pœnis cap. 2. & in decretali de pœnis c. fin. Concil. Trident. sess. 25. de refor. c. 3.*

Si verò sit excommunicatus ob suspitionem hæresis, quomodo tractandus.

Vide, *Excommunicati fiunt inhabiles.*

Excommunicationes Bullæ Cœnæ, quot, quæ, & à quo absoluendæ.

Excommunicationes in Bulla Cœnæ in vnum colliguntur, numero 20. *Gregor. 13. constit. 81. Consueuerunt.* Præfatæ literæ Bullæ Cœnæ dicuntur, quia feriâ quinta Cœnæ Domini leguntur, & publicantur omni anno in Cappella Papali.

Renouantur hæ literæ *à Paulo 5. const. 63. Pastoralis. Ab Vrbano 8. const. 62. Pastoralis. & ab Alexandro 7. const. Pastoralis. Data 13. Aprilis 1656.*

Excommunicati in Bulla Cœnæ sunt sequentes, iuxta ordinem literarum *Pauli 5. &c.*

1 Hæretici, Apostatæ, eis credentes, receptatores, & defensores eorum. Legentes libros continentes hæresim, vel tractantes de Religione, sine licentia Papæ.

2 Appellantes ad Generale futurum Concilium: sic dantes ad hoc auxilium, vel fauorem. *Si verò sint Collegia,* Capitula, vel Vniuersitates, *interdicuntur.*

3 Piratæ, & cursarij discurrentes mare Ecclesiastici status, à Monte Argentario vsque ad Terracinam: sic & eorum fautores, vel receptatores.

4 Naufragantium bona, vel in littoribus inuenta, sibi capientes.

5 Imponentes in suis terris nouas gabellas, pedagia, &c. non permissa à legibus, aut sine Papæ licentia: vel ea exigentes.

6 Falsificantes literas Apostolicas, etiam in forma Breuis, siue gratiæ, siue iustitiæ; vel falsò publicantes literas Apostolicas: vel falsò signantes.

7 Deferentes ad Turcas, seu Saracenos, arma, equos, ferrum, filum ferri, stamnum, calibem, vel alia metalla, vel bellica instrumenta; ligamina, ligna, canapes, funes. Sic etiam, qui significant Turcis, vel hæreticis, quæ sunt in damnum Christianæ Religionis: vel dant ad hoc fauorem, auxilium, aut consilium. Vide, *Christiani.*

8 Impedientes eos, qui ad Romanam Curiam deferunt victualia, seu alia necessaria.

9 Occidentes, mutilantes, detinentes, capientes eos, qui veniunt ad Romanam Curiam, vel ab ea recedunt; vel in ea morantur ad negotia. Item vendicantes sibi authoritatem delegatam Papæ, vel alterius Papæ Iudicis Romæ.

10 Occidentes Peregrinos venientes Romam, mutilantes, detinentes, vulnerantes, vel sic facientes cum eis, qui recedunt è Roma. Et dantes ad hoc consilium, fauorem, vel auxilium.

11 Occidentes, mutilantes, vulnerantes, capientes, carcerantes, hostiliter persequentes Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, episcopos, Legatos, Nuncios Papæ. Item eijcientes eos de dominijs, & terris suis, vel ratum habentes.

12 Occidentes, percutientes, spoliantes per se, vel per alios, eos, qui ob negotia, aut causas Romam veniunt, vel in ea morantur. Item dantes ad hoc fauorem,

fauorem, auxilium, vel consilium. Item qui tale aliquid contra procuratores, & agentes faciunt.

13 Qui à grauamine, vel executione literarum Apostolicarum etiam in forma breuis, siue gratiæ, siue iustitiæ, siue à citatione, inhibitione, vel processu à Papa, Legato, Nuncio, Auditore Cameræ, vel alijs delegatis Papæ ad sæculare tribunal appellant. *Sic* etiam, qui impediunt ne præfata decreta, literæ, monitoria, &c. executioni mandentur. *Sic* qui executores, siue mandatarios, siue notarios, subexecutores capiunt, vulnerant, percutiunt, carcerant, detinent, vel eorum consanguineos, partes, seu agentes sic tractant, siue per se, siue per alium. *Vel* impediunt ne literas Apostolicas obtineant, aut impetratis vtantur.

14 Causas spirituales, beneficiales, vel decimales ad se auocantes laici: vel eorum cursum impedientes. Vel partes adstringunt ad reuocandum citationes, inhibitiones, aut alia acta in causis præfatis, etiam si id facientes sint superiores, Cancellarij, Consiliarij, ordinarij, &c. cuiuscumque Principis.

15 Qui personas Ecclesiasticas, Collegia, seu Capitula ad suum forum trahunt laici, siue directè, siue indirectè, vel quomodocumque iuri Ecclesiastico præiudicant.

16 Qui impediunt Episcopos, vel alios Prælatos ecclesiasticos, ne suo iure vtantur in ecclesiasticis, capiendo, vel persequendo agentes eorum, consanguineos, affines, vel procuratores. Et qui decreta ecclesiasticorum eludentes recurrunt ad Cancellarias sæculares, & mandata, seu reuocationes contra ea procurant, & qui illa faciunt, vel dant auxilium, fauorem, consilium, vel patrocinium.

17 Vsurpantes iura, fructus, &c. Sedis Apostolicæ, vel aliarum ecclesiarum, vel qui ea sequestrant absque licentia superioris competentis.

18 Imponentes decimas, tallias, collectas, vel alia onera Ecclesiasticis, vel eorum bonis, absque licentia Papæ: vel qui sic imposita exigunt, aut recipiunt. Sic etiam qui directè, vel indirectè ea exequi faciunt, vel procurant, aut dant auxilium, fauorem, vel consilium, cuiuscumque gradus, aut dignitatis sint.

19 Causas criminales Ecclesiasticorum iudicantes, tractantes, &c. vt Iudices, Notarij, Scribæ, executores, processando, bandiendo, capiendo, vel contra eos sententiando sine licentia Papæ.

20 Occupantes, vel inuadentes directè, vel indirectè, terras, & ciuitates ecclesiæ, Regnum Sardiniæ, Corsicæ, & Siciliæ citra Farum, &c. loca mediatè, vel immediatè ecclesiæ subiecta. *Sic* etiam retinentes, adhærentes, fauorem, consilium, vel auxilium dantes.

Excommunicationum Bullæ Cœnæ vigor, & obseruantia.

Excommunicationes Bullæ Cœnæ habent vigorem, etiam mortuo Papa. *Gregor. 13. constitut. 81. Consueuerunt. §. 22. Paulus V. const. 63. Pastoralis.* donec ab alio Papa reuocentur. *ibid. §. 21.*

Excommunicationes in Bulla Cœnæ à nullo alio absolui possunt, nisi à Papa, vel in mortis articulo, & tunc iuratur de stando mandatis ecclesiæ, & satisfaciendo, & datur de hoc cautio. *Paulus V. ibid. §. 22.*

Absoluentes ab aliqua excommunicatione Bullæ Cœnæ sine Papæ delegatione, incurrunt excommunicationem. *ibid. §. 23. Sed nota*, quod eam non reseruant. Nec *Paulus V.* Nec *Vrbanus 8.* Nec *Alexander 7.*

Absoluti ex Papæ licentia non censentur absoluti, nisi reuocauerint acta, decreta, &c. facta contra ecclesiasticam immunitatem, & habeant firmum propositum non committendi de cætero, & certiorent Sedem Apostolicam de reuocatione facta. *ibid. §. 24.*

Excommunicatio Bullæ Cœnę incurritur à quocumque transgressore cuiuscumque gradus, & dignitatis sit, etiam si habeat priuilegium, ne possit excommunicari. *ibid. §. 25.*

Excommunicationum præfatarum literæ legi debent, semel saltem in anno in ecclesijs. Et confessarij siue sæculares, siue regulares habere debent penes se copiam illarum. *ibid. §. 28.*

Hæc omnia confirmat *Vrbanus 8. constitut. 62. Pastoralis.* & *Alexander 7. const. Pastoralis. Data 13. Apr. 1656.*

Nota quod singulæ excommunicationes præfatæ dispersæ prius erant per volumen textus canonici, & alias Pontificum Constitutiones, & ipsis reseruatæ, vt de singulis patet in suis locis.

Aliæ excommunicationes.

Excommunicationes dictæ Sancti Eleutherij, prohibentur fulminari. *Paulus 3. const. 27. Licet.*

Excommunicatio contracta ex abortu, quæ prius erat Papæ reseruata *ex constitut. Sixti V.* potest à quolibet confessario absolui. *Gregor. XIV. constit. 8. Sedes.*

Excommunicationis literæ contra Henricum VIII. Regem Angliæ ob dissolutionem matrimonij, & inductionem Annæ Bolenæ. *Paulus 3. const. 7. Eius.*

Suspensa fuit executio talis Bullæ; deinde executioni mandata. *ibid.*

Excommunicationis literæ, quæ expediuntur contra furantes, vel non reuelantes, quomodo expediendæ. *Pius V. constit. 150. Sanctissimus.*

Excubiæ.

Excubiæ tempore obsidionis. Vide, *Vigiliæ.*

Excusatio.

Excusari non possunt, qui præmoniti non obediunt. *Agapetus epist. 2.*

Exempla.

Exempla, seu copiæ Scripturarum Romæ, quando, & quomodo dari debent. *Paulus V. const. 71. tit. de registris.*

Vide, *Notarij.* Vide, *Scripturæ.*

Exemptio, Exempti.

Exemptio ab Episcopo non probatur per solutionem census curiæ Romanæ. *De priuil. cap. Recepimus. & in 6. cap. Si Papa.* Neque per hoc quod est filius spiritualis Romanæ ecclesiæ. *ibid.*

Exemptio non probatur, nisi per priuilegium Papæ, vel per sententiam, quæ declarauit aliquem esse exemptum. *De priuil. in 6. c. Si Papa.*

Item probatur exemptio, si Papa explicat, quod quis gaudet libertate ecclesiæ Romanæ, vel quod est liber, (siue persona, siue ecclesia) vel quod ab ordinario exemptus, vel quod ordinarius non potest Cathedram in loco aliquo collocare, vel imperare. *ibid.*

Exemptio concessa monasterio non fert secum semper exemptionem cappellarum. *De priuil. cap. Ex ore.*

Eximi non dicitur ecclesia per hoc quod pertinet ad Romanam, nisi aliunde probetur exemptio. *De priuil. in 6. cap. Si Papæ.*

Exempti non tenentur obedientiam promittere Diœcesanis. *De priuil. cap. cum olim il 2.*

Exemptus facere non potest nouam ecclesiam in loco non exempto: *ibid.* Si facit, subditur episcopo.

Exemptus ratione alicuius loci, vel rei, non est exemptus ratione omnium. *ibid. cap. cum Cappella.*

Exempti non possunt interdici ab ordinarijs, nisi in certo casu. *De priuileg. in 6. c. 1. §. In eos.*

Exempti, in locis non exemptis non possunt cappellas ædificare sine licentia episcopi. *De priuileg. in 6. cap. Authoritate.*

Exempti, in alijs locis exemptis non possunt ædificare cappellas, sine licentia Papæ. *ibid.*

Exempti non possunt ab Episcopis, vel alijs Prælatis capi, carcerari,

cerari, &c. nisi in casibus à iure permissis. *Clement. de excessibus Prælator.*

Exempti non veniunt sub nomine *Clericorum*, si Papa præcipit correctionem Clericorum. *De off. Iud. ord. c. Graue.*

Exempti non possunt in se assumere causas suorum commensalium, tamquam suas, neque vt authores, neque vt defensores. *De priuil. in 6. c. Authoritate.*

Exempti Prælati possunt eligere sibi confessorem. *de pœnit. & remiss. cap. fin.*

Exempti, pro contractu, vel delicto extra locum exemptum possunt conueniri, & iudicari ab ordinarijs: excepto si delictum sit commissum in alio loco, etiam exempto, vel si alibi contrahant, vel deliriquant: quia tunc nec iudicare eos possunt, nec remittere ad loca illa in quibus deliquerunt. *De priuil. in 6. c. 1.*

Exempta ecclesia, intelliguntur exempti clerici, & monachi; non verò Parochi. *De priuileg. in 6. c. Per exemptionem.*

Exemptis canonicis, non eximitur ecclesia. *ibid.* Sed exemptis clericis intelliguntur exempti canonici. *ibid.*

Exempti, ab episcopo compelli possunt ad exequenda legata, & onera ecclesiarum. *Clem. de iure patron. c. 1.* Vide, *Curati.*

Exempti possunt à diœcesanis puniri, si eorum superiores non procedant vt debent, & quomodo hoc. *Leo X. constit. 10. Regimini.* Processus verò mitti debent Romam clausi. *ibid. §. 3.* Tales processus cum expensis exemptorum fieri debent. *ibid. Conc. Later. 5. sess. 10. const. 2.* Vide, *Episcopi circa Regulares.* Vide, *clerici à quo iudicandi.*

Exempti tenentur accedere ad synodum prouincialem. *Leo X. const. 10. Regimini.* §. 12. Vide, *Concilia.* Vide, *Archiepiscopus quo ad Pontificalia.* Vide, *Canonici exempti.* Vide, *Regulares circa Episcopos.* Vide, *Episcopi Regulares.*

Exemptiones ab omnibus cameralibus concessæ laicis reuocatæ sunt. *Sixtus V. constit. 2. Inter varias.* Vide, *cameræ onera.*

Exemptiones omnes à soluendis ijs oneribus concessæ cuicumque personæ, Communitati, Magistratui, &c. etiam si per instrumenta fuissent concessa pro quacumque causa, reuocantur. Excipiuntur personæ ecclesiasticæ, siue sæculares, siue regulares quò ad exemptiones, quæ sibi de iure conueniunt. Item Cardinales, Prælati, & officiales Romanæ curiæ, & patres, qui habent 12. filios. *Paulus V. const. 11. in maximis.*

Exemptiones omnes concessæ cuicumque in præiudicium cameræ gabellarum, datiorum, tributorum, &c. reuocantur rursus *ab Innocentio X. const. 7. Et si ea.*

Excipiuntur. Primò Religiosi & ecclesiastici quibus de iure competit exemptio.

Secundò. Omnes illi, qui eas obtinuerunt titulo onerosa, vt emptionis, &c.

Tertiò. Cardinales, Camerales actuales, Cubicularij secreti, & Secretarij, & alij familiares, & continui commensales Papæ in rotulo descripti.

Quartò. Consanguinei Papæ viuente Papa.

Quintò. Officiales curiæ Romanæ.

Sextò. Prælati domestici Papæ.

Septimò. Illi qui habent priuilegium duodecim filiorum omnia ad hoc spectantia, distinctè. *ibid.*

Et Alexander VII. *const. In sublimi* data die 22. *Augusti* 1656. confirmat eamdem reuocationem exemptionum concessarum, quæ in iure non habentur, quibuscumque Personis, Vniuersitatibus, Ciuitatibus, siue concessæ sint in forma breuis, siue sub plumbo, &c. ex quocumque motiuo. Omnia autem huiusmodi priuilegia concessa quibuscumque personis siue sæcularibus, siue ecclesiasticis reducuntur ad limites iuris communis excipiuntur, qui eas habent titulo oneroso, & aliæ personæ nominatæ in constitutione *Innocentij X.* vbi supra, & alia circa hoc distinctè.

Exequiæ.

Exequiæ defunctorum quomodo faciendæ. Vide, *Defunctorum funeralia; &c.* Vide, *Funeralia.*

Pro exequijs faciendis nihil exigatur à clericis. *De Simonia cap. Suam.*

Exequiæ, seu funeralia fieri non possunt in Ecclesijs Fratrum Minorum, ipsis nolentibus. *Clemens 4. const. 4. Virtute.*

Exequiæ pro Episcopo quomodo faciendæ. *Concil. Tolet. 7. c. 3.* Vide, *Funeralia.* Vide, *Episcopo moriente.*

Exequiæ pro Cardinalibus. Vide, *Cardinal. funeralia, &c.* Vide, *conuiuia* in fine. Vide, *Funera.*

Exequutor, Exequutoria.

Exequutor datus à Papa ad gratiam, pro mortuo potest exequi. *De off. ord. deleg. in 6. cap. Si super.*

Exequutor datus à Papa, nisi sibi prohibeatur potest subdelegare. *ibid. c. Is cui. sed Vrbanus 8. const. 6. c. 48.* præcipit vt per seipsum exequatur, literarum Apostolicarum mandatum, &c.

Exequutor literarum Papæ in prouincia de beneficiorum prouisione, non potest generaliter inhibere, nè fiant prouisiones, nisi hoc sibi concedatur in mandatis. *De concession. præbend. in sexto cap. Exequutor.* Sed specialiter inhibet ne prouideatur aliquod. *ibid.*

Exequutor sententiæ à Papa factæ potest admittere exceptionem fraudis, sed non potest pronunciare super negotio. *de sententia, & re iud. cap. de cætero.* Vide, *Sententia.*

Exequutor non potest recusari. *De appellat. & recusat. cap. Nouit ille.*

Exequutor testamentorum compelli potest ab episcopo ad exequendum, licet testator interdixerit ne compellatur. *de testam. c. Tua nobis & c. Ioannes.* Vide, *Testamenta.*

Exequutor quando potest inhibere, & quando non. *De concession. præbend. in sexto c. Si soli ordinario.* Vide, *Delegatio ver. 7.*

Exequutores testamentarij, si plures sint, & aliqui nolunt adesse, vel in remotis agunt, vnus potest exequi, nisi testator aliud disposuerit. *De testam. in 6. cap. fin.*

Exequutores testamentorum esse possunt Religiosi de sui superioris licentia; alias non. *Clement. de testam. c. vn.* Sed tenentur reddere rationem episcopis de exequutione, &c. non obstantibus priuilegijs. *ibid.* Vide, *Testam.*

Exequutores literarum Papæ in aliqua Diœcesi, si hæc diuiditur remanet cum potestate in vtraque. *Extra, de off. Iud. deleg. c. vn.* Vide, *Sententia.*

Exequutoriæ literæ non valent, si in eis fit mentio, quod præcesserint monitoriæ, & hoc sit falsum. *De rescriptis cap. ex insinuatione.*

Exequutoriæ literæ si dantur à Papa successore, & monitoriæ à præcessore, ab isto intelligitur grauatio facta. *ibid. cap. Literis Apostolicis.*

Exequutio sententiæ in causa quando potest differri, & quando non, si aduersarius petit restitui in integrum. *De in integrum restitut. cap. Suscitata.*

Exequutores, quando possunt capere. Vide, *Delegatio.*

Exequutio literarum Apostolicarum impediri non potest à Prælatis, vel alijs sub prætextu cuiuscumque Priuilegij, sub pœna priuationis iurisdictionis per tres menses. *Martinus V. const. 2. Quod antidota.*

Exequutores literarum Papæ non possunt prosequi in sententia, si litigantes dant exceptionem, & ipsi non admittunt, ac proinde appellandum est ad Papam. *Honorius 3. ex Cirone, de appellat. c. 2.*

Exequutores testamentorum ad quid tenentur. Vide, *Testamenta.* Vide, *Dispositio.*

Exequutiones impedientes. Vide, *citatio.* Vide, *Literæ Apostolicæ.* Vide, *Sententia.*

Exigere. Exigens.

Exigens vltra debitum, peccat. 14. *quæst. 1. c. Quod debetur, & cap. Quisquis.*

Exigere non potest aliquid Episcopus à Diœcesi. 16. *q. 1. cap. constitutum.* Vide, *Episcopus quo ad procurationes, &c.*

Exigere non potest aliquid Episcopus à Clericis, Monachis, locis pijs, &c. vltra statutum. 16. *q. 1. c. Nulli Episcoporum. & c. Prædicator.* Vide, *Episcopus, vt supra.*

Exigendi à clericis, &c. Priuilegia concessa quibusuis Principibus

pibus abrogantur. *de immunitate eccles. in 6. c. Clericis. §. fin.*

Exigentes à clericis, pedagia, &c. excommunicantur, non verò dantes. *extra, de immunit. eccles. c. vn. Quod olim.* Vide, *excom. Bullæ Cœnæ.*

Exigentes à clericis gabellas, pedagia, &c. excõmunicantur, & per episcopos publicantur. *Clement. de censibus c. fin.*

Exigentes vltra debitum pro expeditione literarum Apostolicarum, prima vice priuantur officio per menses sex. Secunda autem vice priuantur in perpetuum. *Extrau. Ioan. 22. de sent. excommunic. cap. vn.*

Exorbitantia.

Exorbitantia à iure non sunt trahenda in consequentiam. *de regulis iuris in 6. reg. 28.*

Exorcista. Exorcizare. Exorcismus, &c.

Exorcista idem sonat, ac adiurans, seu increpans. *Dist. 21. cap. Cleros.*

Exorcista ordinatur per acceptionem libri exorcismorum. *Conc. Carthagin. 4. c. 7. Dist. 23. c. Exorcista. lib. 8. const. Apost. c. 26. conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 4.*

Exorcistæ munus est exorcizare catechumenos, & energumenos, imponendo eis manus. *dist. 25. c. Perlectis.*

Exorcista quotidie debet manus imponere energumenis. *concil. Carthag. 4. c. 90. de consecr. dist. 5. c. Omni die.*

Exorcista habet potestatem super catechumenos, & energumenos. *conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 4.*

Exorcista habet imperium super diabolum. *Gregor. 7. lib. 8. epist. 21.*

Exorcistatus est ordo in ecclesia. *Lib. 8. constit. Apost. c. 26. Conc. Carthag. 4. cap. 7. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 4. conc. Trident. sess. 23. c. 2. conc. Mogunt. 4. c. 39.*

Exorcizandi potestas est in ecclesia. *conc. Mogunt. 4. c. 39.*

Exorcismo diaboli fugantur. *de consecrat. dist. 4. c. Sacerdotes. Conc. Mogunt. 4. c. 39.*

Exorcismus valet etiam contra alia nociua. *Concil. Mogunt. 4. cap. 39.*

Exorcismus non fiat ob quæstum. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Exorcista.*

Exorcismus fieri non potest in domibus priuatis. *de consecr. dist. 1. cap. Tabernaculum.*

Exorcismi faciendi iuxta ritum librorum, quos probat episcopus. *Conc. Mediol. vbi supra.*

Exorcizantes in baptismo eijciunt dæmones. *de consecr. dist. 4. cap. Sacerdotes.*

Exorcismum baptismi, vel alios spernens, peccat mortaliter. *Concil. Constant. sess. vlt. in constitut. Martini V. circa medium.*

Exorcizare non possunt, qui non sunt ab episcopis ordinati. *Conc. Laodicen. c. 26. Felix 4. ep. 1. dist. 69. c. Non oportet. de consecr. dist. 1. cap. Tabernaculum. Concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio cap. 79. Concil. Mediolan. 1. par. 2. tit. de Exorcista.*

Exorcizare non permittat episcopus, nisi personis probatæ vitæ. *Conc. Mediolan. vbi supra.*

Exorcizans cauere debet à curiositate. *Concil. Mediol. vbi supra.*

Exorcista olim per septem testes erat damnandus. *Concil. Rom. 2. sub Siluestro cap. 3.*

Expectatiuæ.

Expectans beneficium, si interim acquirit aliud incompossibile cum illo, perdit gratiam expectatiuæ. *Clement. de rescriptis cap. Gratiæ.*

Si plures expectant beneficium ex concessione plurium Pontificum, quomodo tractandi, & quo ordine prouidendi. *De concess. prab. in 6. c. Authoritate.*

Expectatiuæ, seu indulta beneficiorum in posterum, nulli concedantur. *Concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 19.* Nec etiam in fauorem Cardinalium, & si conceduntur sunt nullæ. *ib.* Vide, *Beneficia vacatura.* Vide, *Gratiæ.*

Expensæ.

Expensæ quæ fiunt à Capitulo pro electione Prælati de bonis Prælaturæ fiant. *de elect. c. Vt præteritæ.*

Expensarum pœnam subit victus, nisi sententia feratur pro absente. *de pœnis cap. Calumniam.*

Expensæ factæ à procuratore de mandato Domini, ab hoc reficiantur. *de Procuratoribus c. cum pro causa.*

Expensæ quando soluendæ sunt testibus. Vide, *Testes.*

Expensæ, seu procurationes dandæ episcopo visitanti, & quæ. Vide, *episcopus quo ad visitationem.* Vide, *episcopus quo ad procurationes.* Vide, *Visitatio, &c.*

Ad expensas quando condemnandus est citatus non comparens in termino. *de dolo, & contumacia, c. Cum dilecti.*

Ad expensas quando condemnatur opponens in causa beneficiali. *de dolo, & contumacia, c. Finem litibus.*

De expensis factis ab Inquisitore in causa hæresis non potest Episcopus petere rationem; sed Papæ hoc reseruatur. *extra, de hæreticis cap. ex eo.* Vide, *Appellans, &c.*

Expositi.

Expositi quando inueniuntur, quomodo possunt possideri, & quæ monitio requiritur. *Conc. Vasense 2. c. vlt.*

Expositi ante ecclesiam debent defendi ab ea. *Dist. 87. cap. Si expositus.*

Expositus inuentus ab aliquo possideri potest ab inuentore, si prius hic ponit epistolam contestationis, & intra decem dies non requiratur. *ibid. c. Si expositus.*

Expositi, quorum ignoratur baptismus, sunt baptizandi (sed sub conditione, si non es, &c.) *de consecr. dist. 4. c. Paruulus. c. Placuit de infantibus, & c. cum itaque.*

Vide, *Baptismus an dandus, quando est dubium.* Vide, *Filij expositi.*

Extraneus.

Extranei ab ecclesia non præponantur emeritis ecclesiæ pro Episcopatu. *Dist. 61. c. Nec emeritis.*

Extraneus clericus, ac transmarinus recipi olim non poterat sine literis signatis per quinque episcopos. *dist. 98. c. Nullus aliqua. c. Transmarinos. & cap. Afros.*

Extractio. Extrahere.

Extrahi non possunt recurrentes ad ecclesia. *17. q. 3. c. Miror. cap. Reum.* Pœna extrahentium. *ibid. cap. Frater.* Vide, *ecclesia.*

Extrahi non possunt frumenta, &c. de statu ecclesiæ. Vide, *Ecclesiasticus status.* Vide, *Status.*

Extrema Vnctio.

Extrema vnctio sacramentum salutare est. *Conc. Constant. sess. vlt. in constitutione Martini V. circa medium. Conc. Regiaticinum cap. 8.*

Est Sacramentum nouæ legis. *Eugenius 4. in literis vnionis in Concil. Florent. sess. vlt. Concil. Mogunt. 4. c. 34. concil. Londin. 2. cap. 3. Conc. Trid. sess. 7. de Sacram. cap. 1. & sess. 14. vt infra.*

Extremam vnctionem contemnens, peccat mortaliter. *concil. Const. vbi supra. Conc. Colon. 3. tit. Censuræ. Concil. Trident. sess. 14. de Sacr. extr. Vnct. cap. Quæsuit. de verbor. signif. & can. 3.*

Extrema vnctio à sacerdote tantum dari potest, vel ab episcopo. *Innoc. 1. ep. 1. cap. 8. dist. 95. cap. Illud superfluum. Eugenius 4. In literis vnionis, vbi supra. Concil. Later. 3. par. 50. cap. 22. Concil. Mogunt. 4. c. 34. Concil. Trid. sess. 14. de Sacram. Extremæ Vnctionis cap. 1. & can. 4. de verbor. signif. cap. Quæ licuit.*

Extrema vnctio infirmis danda. *Concil. Moguntin. sub Leone 4.* Sed infirmis, de quorum salute multum timetur. *Eugen. 4. in literis vnionis in Conc. Florent. sess. vlt. concil. Cabil. 3. cap. 48. Colon. 2. par. 7. c. 49. Conc. Trident. sess. 14. de Sacram. Extremæ Vnct. c. 3.*

Superata vna infirmitate, dari etiam potest in alia infirmitate. *concil. Trid. ibid. c.3.*

Danda dum infirmus est integris sensibus. *Conc. Mediol.1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad Sacram. Extremæ Vnct.*

Potest ministrari à sacerdote, præsente alio clerico, vel etiam solo. *Concil. Later.3. p.50. c.22.*

Continet remedium salutis. *Concil. Londin. 2. cap.3.* Gratiam causat, & peccata remittit. *Concil. Senon. de Extrema Vnct. c.10. Concil. Trid. sess.14. de Sacram. Extremæ Vnct. c.1. & 2.*

Extrema vnctio fuit instituta *Marci 6.* & promulgata per Iacobum. *Concil. Trid. sess.14. de Sacram. Extremæ Vnct. c. & can.1.*

Non fuit instituta à Iacobo, sed à Christo. *Concil. Senon. de Extr. Vnct. c.10.*

Eam ministrarunt etiam Apostoli. *conc. Mogunt.4. c.34.*

Extremæ vnctionis materia est oleum oliuæ benedictum per episcopum. *Eugen.4. in literis vnionis. Conc. Florent. in sess. vlt. Concil. Trid. sess.14. de Extr. Vnct. c.1.*

Forma huius Sacram. sunt hæc verba. *Per istam vnctionem, & suam pissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quid quid per visum,* (vel &c.) *deliquisti. Eugen.4. ibid. Trid. vbi supra c.1.*

Effectus extremæ Vnctionis præter gratiam, & peccatorum remissionem, est sanatio mentis, & in quantum expedit etiam sanatio corporis. *Eugen.4. ibid.*

Extrema vnctio est contra terrores conscientiæ, dat hilaritatem, & alleuiationem tormenti. Leuiora peccata tollit, & purgat reliquias grauiorum. *Concil. Mogunt.4. cap.34.& Trid. sess.14. de Sacram. Extremæ Vnct. cap.1.& 2.* Præterea alleuiat animam ægroti, excitat in ea fiduciam in Dei misericordiam, laborum morbi sufferentiam; virtutem ad resistendum tentationibus, & interdum causat salutem corporis, si animæ prodest. *Trid. ibid.*

Dum Sacramentum extremæ Vnctionis ministratur, omnes qui infirmo adstant, orent pro eo. *Concil. Mediol.1. p.2. tit. Quæ pertinent ad Sacramentum Extremæ Vnct. &c.*

In Extremæ Vnctionis ministerio ecclesia Romana facit id, quod Sanctus Iacobus præscribit. *conc. Trid. vbi supra c.3.*

Extrema Vnctio dari non potest pœnitenti publico, nisi reconcilietur. *Concil. Regiaticinum c.8.*

Exulare. Exules.

Exulare facientes episcopos, canonicos, &c. ecclesiasticos, laici quas pœnas incurrunt. Vide, *Excommunicationes in Bulla Cœnæ.* Vide, *Clericorum persecutores.* (Vide, *Ecclesiasticorum percussores.* Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

Vide, *Banniti, in fine.*

F

Fabrica. Fabricare.

FAbricæ ecclesiæ reparandæ à beneficiatis. *De Eccl. ædificandis c.1.* Vide, *Beneficiatorum obligationes.*

Fabricæ ecclesiæ restauratio spectat ad canonicos, si ita concludit episcopus cum maiori parte Capituli. *de his, quæ fiunt à maiori parte, &c. c. fin.*

Fabricæ ecclesiarum à Rectoribus reparandæ. *de Eccl. ædific. cap. de his.*

Fabricæ communi Ecclesiæ subueniendum est de redditibus ecclesiæ in communi. *Concil. Colon.2. p.3. c.23.*

Fabricæ ecclesiæ iura committenda sunt pluribus, scilicet Parocho, seu Rectori ecclesiæ, & alijs laicis. *Conc. Mog.4. c.90.*

Fabricæ ecclesiæ Procurator non potest in suum vsum conuertere reddituş fabricæ. *Conc. Mogunt.4. c.90.*

Fabricæ cuiusuis ecclesiæ, vel hospitalis administratores, omni anno tenentur reddere rationem ordinario, non obstante consuetudine in contrarium; secus est, si in fundatione aliter sit dispositum. *Conc. Trid. sess.22. de reform. c.9.*

Si vero ex consuetudine, priuilegio, &c. alijs reddenda sit ratio, inter eos adsit episcopus. *Concil. Trid. ibid.*

Vide, *Ecclesiæ à quo reparandæ.*

Fabrica Sancti Petri Romæ.

Iulius 2. volens Basilicam Sancti Petri restaurare, & ad formam amplissima, vt decebat, & postea per Successores Pontifices effectum est, reducere; vt fideles manus adiutrices ad opus admouerent, indulgentias concessit ijs, qui eleemosynas pro Fabrica erogarent. Etiamsi in partibus remotis existerent. *Idem Pont. const.23. Liquet.* Multos excessus per eiusmodi eleemosynas componendos indulget. Multa legata, donationes, malè ablata, &c. in fabricam conuerti concessit, & alia innumera ad hoc spectantia per 24. §§. diffusè enumerantur.

Item priuilegia concessa commissarijs, & collectoribus prefatæ Fabricæ. *ibid.* distinctè.

Fabricæ Sancti Petri Collegium 60. virorum institutum est à *Clem.7. const.3. Admonet.* Nulli subiacet, nisi Papæ. Cura fabricę ei demandatur. Quid possit, & quid teneatur facere. Quomodo se gerere in recipiendis legatis, in litigando, & alia ad id spectantia distinctè. *ibid.*

Impedientes collectores eleemosynarum fabricæ, excommunicantur, & ad satisfactionem tenentur. *ibid.*

Notarij, & rectores Ecclesiarum, qui sciunt hæc legata, tenentur reuelare, & pœna. *ibid.*

Collegium prefatum potest facere compositiones super malis ablatis, incertis acquisitis per vsuram; ijs in quibus Romana ecclesia potest succedere, ijs quæ debebant restitui incertis dominis, & omnibus, quæ incertis Ecclesijs, pijs locis, &c. sunt promissa, sed non possunt fieri compulsiones, quia deficiunt probationes: Item potest absoluere præfatas personas componentes, ab obligatione reddendi, &c. *Clem. 7. const.3. Admonet, & const.9. Dudum.*

Collegium præfatum obtinet multa priuilegia tam circa electionem confessarij, quam circa alia. *ibid.*

Eadem omnia dicti Collegij confirmat *Paulus 3. constitut. 31. Dum ad vniuersas.*

Indulgentias concedit ijs, qui adiuuant dictam fabricam cum eleemosynis; declarat quæ bona pertinent ad dictam fabricam; & quomodo atque à quibus collectores, & commissarij exigere possunt eleemosynas pro fabrica, & alia diffusè.

Collegium dictæ fabricæ potest facere transactionem pro donationibus factis inter viuos, si executionem non habuerunt: Item & de alijs legatis, dummodo soluatur quinta pars pro fabrica Sancti Petri. *Iulius 3. const.15. Accepimus.*

Potest in aliquibus casibus prætendere quintam pro legatis relictis Sanctæ Domui Lauretanæ, ob negligentiam non exactis. *Pius 5. const.56. Ad Romani.*

Duæ sententiæ latæ in fauorem fabricæ Sancti Petri faciunt rem iudicatam. *Pius 5. const.95. Et si omissis.*

Collegium hoc potest compellere hæredes, vt adimpleant legata, si transactis 15. mensibus à morte testatoris id non fecerint; & applicat quintam fabricæ Sancti Petri. *Pius 5. const.96. Decet.*

Item potest cogere hæredes, vt soluant legata pro missis, & officijs, & alijs si intra triennium non fecerint; & retinere potest medietatem pro fabrica. *Pius 5. const.97. Exigit.*

Potest cognoscere alienationes bonorum Ecclesiasticorum, eas causas iudicare, & fructus malè perceptos fabricæ applicare. *Pius 5. const. 98. Et si de singulis.* Etiam si tales causæ pendeant coram alijs iudicibus, & annullat priuilegia in contrarium.

Distinctè assignat quæ sunt causæ, & casus, ad quæ se extendit Collegium fabricæ, & commissarij eius; & quas compositiones ab ijs fieri possunt; & quas obligationes dirimere, & liberare obligatos à partium molestijs. *ibid.* & in declaratione seq.

Fabricæ Sancti Petri causas quasdam iudicare potest Archipresbyter, & quas. *Sixtus 5. const.102. Cum ex debito.*

Alexander 7. in const. Superni, data 30. Augusti 1655. Videns quod fabrica Sancti Petri ad optimam formam sit reducta, decreuit vt legata relicta pauperibus in genere non possint applicari amplius fabricæ Sancti Petri, tamquam incerta, sed danda esse pauperibus.

Quod si hæredes, & executores talium legatorum mortui sint, & exequi non possint, ordinarij, & fabricæ ministri id exe-

exequantur, & pauperibus erogent. Extenditur hæc constitutio ad futura, præsentia, & præterita legata, quæ non fuerunt adhuc applicata fabricæ Sancti Petri. *ibid.*

Vide, *Notarii*.

Fabricantes Romæ.

Vide, *Roma*.

Factum. Facere. Faciens.

Factum in libello est exponendum, vt clarè intelligatur. *De iudiciis cap. Dilecti filii*. Non tamen est necessarium, vt exprimatur nomen actoris. *ibid.*

Factum non vitiatur, etiam si diuerso modo narretur, dummodo substantia sit eadem. *De verborum signific. c. Nihil obstat*.

Factum, quod ab initio non subsistit, tractu temporis non validatur. *De regulis iur. in 6. reg.* 18.

Factum legitimè, retractari non debet, licet post ea casus eueniat, à quo non potuit inchoari. *de regul. iur. in 6. reg.* 73.

Facta ob necessitatem non possunt duci in exemplum. *ibid. reg.* 78.

Facta contra leges sunt nulla. 25. *q.* 2. *c. Imperiali. cap. Nec damnosa. cap. Rescripta contra ius. & cap. Dicenti*. Habentur pro non factis. *De regul. iur. in 6. reg.* 64.

Factum per principalem proponendum est iudici, nisi principalis sit adeò indiscretus, vt debeat suppleri. *De iudiciis cap. Pastoralis*.

Facti error non nocet vlli negotio non facto. *De confessis cap. fin.*

Facta contra decretalem, sunt ipso iure nulla. *De rescriptis in 6. c. Statutum*.

Facta singulorum exigunt personam veram. *Extrau. Ioann. 22. Quia quorumdam*.

Facere non dicitur, qui facit, quod non debet. *De regulis iuris cap. Qui ex timore*.

Faciens per alium, perinde se habet, ac si ipse faceret. *De regul. iuris in 6. reg.* 72.

Factio. Factionarius.

Factionem reuelans præmio remunerandus est, & quo. 6. *q.* 1. *cap. Si quis cum militibus*.

Factionarius, & attentans factionem, puniri debet pœna mortis ciuilis, & quæ est hæc mors. *ibid.*

Fallere. Falli.

Fallere, aut falli in ijs, quæ non pertinent ad salutem, non est adeo graue peccatum. 22. *q.* 2. *cap. in quibus*.

Falli, & fallere in his quæ pertinent ad salutem, grauius malum est. 22. *q.* 2. *cap. In ipsarum*.

Fallere nullus debet vllo modo. *ibid. cap. Nec artificioso*.

Falliti, seu decocti.

Fallitos se fingentes pœna mortis puniendi in statu ecclesiæ. *Pius V. const.* 112. *Postquam*.

Vide, *Ripa*. Vide, *Mercatores*.

Falsum. Falsitas.

Falsum crimen opponens clerico, excommunicatur vsque ad mortem. *Conc. Carthag. 3. in addit. c.* 3. 2. *q.* 3. *c. Si quis Episcopum*. Est infamis. *ibid. cap. Si quis circa*. Talionis pœna damnatur. *ibid. c. Qui non probauerit*.

Falsum crimen opponens cuicumque, communione priuandus est vsque ad mortem. *Concil. Arelatens. I. c.* 14. *Arelat.* 2. *c.* 24. *Carthag.* 4. *c.* 22. 5. *q.* 6. *c. Epiphanium*.

Falsò accusans, & non probans, est infamis, & officio priuatur. 5. *q.* 6. *c. Quia iuxta. c. Omnis. c. Qui calumniam. Adrianus I. in decr. c.* 41.

Pœnam talionis incurrit. *ibid.* 5. *q.* 6. Vide, *Accusans*.

Falsus fit, non solum, qui negat veritatem, sed etiam qui occultat. *De crimine falsi c.* 1.

Falsum deponentes in causa fidei, vel inducentes alios, ob quod aliquis fuit condemnatus, mutilatus, aut bonis spoliatus, vel graui iniuria affectus, damnandi sunt pro grauitate negotij, etiam curiæ sæculari tradendo. *Leo X. constit.* 29. *Intelleximus*.

Falsum testimonium est crimen capitale, & ideo falsus testis, vt homicida subeat pœnitentiam. *Post Conc. Agathen. c.* 7. *Concil. Epaunen. c.* 13.

Falsi testes sunt excommunicandi. *Concil. Venet. c.* 1. *Concil. Agathen. c.* 37.

Falsus testis tres offendit, Deum, iudicem, & innocentem. *De crimine falsi c.* 1. Vide, *Testis falsus*. Vide, *Inducens ad testificandum falsum*, sub Verbo. *Testes*.

Si commissio sit falsa, sententia ex ea secuta est nulla. *De crimine falsi cap.* 1.

Falsitas instrumenti probari potest per testes. *De fide instrumentor. cap. cum Ioannes*.

Falsitas priuilegij, quomodo inuenienda. *ibid. c. Accepimus*.

Falsitas de literis Apostolicis præsumi non potest, si sunt de simplici iustitia. *De crimine falsi c. Accedens*.

Falsum non censetur rescriptum per paruarum literarum rasuram in loco non suspecto. *De crimine falsi c. fin.*

Falsitas latinitatis reddit suspectum rescriptum Papæ. *De rescriptis c. ad audientiam*.

Falsum imponens. Vide, *crimen*.

Falsas literas Sedis Apostolicæ habens, intra 20. dies denunciare debet, sub pœna excommunicationis. *De crimine falsi c. Dura sæpè*. §. *Adiicientes*.

Nouem modis contingere potest falsitas in literis Papalibus. *ibid. c. Licet ad regimen*.

Falsariorum pœnæ graues, carcerandi, pane, & aqua alendi. *ibid. cap. finali*.

Falsas Papæ literas habere detectus, carceretur, & Papa consulatur, quid de illo agendum sit. *Concil. Tribur. I. c.* 30.

Vide, *clerici committentes, &c.* Falsum imponens. Vide, *Blasphemi*.

Falsa doctrina. Vide, *Carcer*. Vide, *Doctrina*.

Falsificans. Falsarius.

Falsificans sigillum Principis, si est clericus, deponatur. *De crimine falsi. cap. ad audientiam*.

Falsificantes literas Apostolicas, grauiter puniendi. *Gregor. I. lib.* 9. *ex registro epist.* 69. Excommunicatur in Bulla Cœnæ. Vide, *Excommunicationes in Bulla Cœnæ*. Vide, *Literæ Apostolicæ*. In perpetuum carcerem damnandi in pane, & aqua. *De verbor. signific. cap. Nouimus*. §. *Pro illo. Concil. Lateran. 3. in append. tit. de depositione c.* 3.

Falsarij casus Episcopo reseruatur. *Extra, de priuil. cap. Inter cunctas*.

Falsificatio manus facta à regulari. Vide, *Regul. casus reseruati*.

Fama.

Fama, vt probet, non debet esse paucorum. *De accusat. c. Inquisitionis*. §. *Quæsiuisti*.

Fama sola non sufficit ad condemnandum. *De cohabitatione cleric. & mul. cap. Tua nos*.

Fama existente contra clericum fornicarium, hic debet se purgare; quod si nolit se purgare, vel deficiat, puniendus est. *ibid.*

Fames.

Famis, vel alterius necessitatis tempore, omnes tenentur subuenire patienti. *Concil. Arelat.* 4. *c.* 14.

Familiares Papæ.

Familiares Papæ non residentes possunt percipere fructus beneficij. *De clericis non residentibus cap. cum dilectus*.

Vide, *Papa*.

Familiaribus Papæ fuit olim concessum gestare vestes rubri coloris. *Concil. Later. 5. sess. 9. Bulla de reform. curiæ c.* 2. *Leo X. constit. 7. Supernæ*. §. 25.

Familiares Papæ sunt exempti à solutione pretij pro expeditione

tione literarum Apostolicarum pro suis beneficijs, &c. *Sixtus 4. const.16. Diuina.*

Non subduntur iurisdictioni ordinariorum. *Leo 10. const.10. Regimini.*

Familiares Papæ, si male sentiunt de fide, præsertim Romæ, quomodo puniendi. *Leo 10. const.7. Superna. §.42.*

Familiares Papæ inferioris familiæ, etiamsi habeant pensiones non tenentur gestare vestem clericalem. *Sixtus 5. const.92. Cum sacrosancta. §.3.*

Reliqui vero familiares Papæ tenentur. *ibid.*

Familiares Papæ exempti sunt à gabellis, & cæteris oneribus cameralibus, & non includuntur in reuocatione facta ab Innocentio 10. *Idem Innoc.10. const.7. Et si ea.*

Vide, *Ordinarius*. Vide, *Papæ familiares, &c.*

Familiares Cardinalium.

Familiares Cardinalium exempti sunt ab ordinarijs, esto à Cardinalibus distent ad recreationem. *Leo 10. const.10. Regimini.*

Qui actu cardinalibus non inseruiunt, non sunt exempti. *ib.*

Familiares Cardinalium, & famuli, moriente cardinali non possunt ab hærede exigere aliquid, quod sibi ex pacto non debetur. *Pius 5. const. 15. Sanctissimus.*

Vide, *Cardinalium familiares, Cappellani, &c.*

Familiares Cardinalium circa beneficia. Vide, *Cardinales circa beneficia.*

Famuli.

Famulus tenetur diligere Dominum, licet sit malus, & improbus. *Lib.4. const. Apost. c.11.*

Famuli percutientes se ex furore, ipsimet sunt puniendi non domini. *Conc. Arelaten.2. c.34.*

Famuli in diebus festis vacare debent à labore. *Lib.8. constit. Apost. c.33.*

Famuli Ecclesiæ si probatæ sunt vitæ, possunt ordinari. *dist. 54. cap. Multos.*

Famuli Ecclesiarum, vel clericorum, à domino sæculari non possunt applicari officijs publicis. *Concil. Tolet.3. c.21.12. q.2. c. Ecclesiarum seruos.*

Vide, *Serui.*

Fatum.

Fato dicens homines adstringi, est hæreticus. *Concil. Bracharense c.9.* Vide, *Homo.*

Fauores.

Fauores, sunt ampliandi: odia autem restringenda. *de regulis iuris in 6. reg.15.*

Fautores.

Fautores bannitorum, latronum, rebellium, &c. in statu ecclesiæ, quomodo puniendi. *Pius 5. const.10. ex supernæ, in declaratione.* Vide, *Banniti.* Vide, *Barones.*

Fautores hæreticorum, eorumque pœnæ. Vide, *Hæretici, &c.*

Fœdus.

Vide, *Pactum.* Vide, *Tregua.*

B. Fælix.

F. Fælix de Cantalicio Beatus declaratur. Et prima vice Capuccinis conceditur, vt officium de illo in determinatis Conuentibus possint celebrare. *Vrbanus 8. const.48. In specula, & in addit. c. Nuper.*

Deinde eisdem conceditur, vt in toto Ordine dici possit officium, & Missa de eo. Item & sacerdotes, qui in festo B. Fælicis confluunt ad Ecclesias Capuccinorum, possint Missam de eo celebrare. *Vrbanus 8. const.86. Alias.*

Fœmina.

Fœminæ in cæmeterijs non peruigilent. *Conc. Elibert. c.35.*

Fœminæ ornatis vestibus ad pompam non induantur. *Conc. Elibert. cap.57.*

Fœmina non potest inseruire missæ. *Gelasius ep.9. Leo 4. homil. de cura Pastorali.*

Fœminæ testimonium est semper variabile. *De verbor. signif. c. Forus.*

Fœminæ simul cum viris non sunt congregandæ in Ecclesijs. *Gelasius ep.7.*

Fœmina non potest à iudice trahi ad comparendum personaliter, vt testificetur. Vide, *Iudex à quo debet abstinere.*

Fœminæ Deo sacratæ non possunt habitare cum clericis, vel alijs. *Gelasius ep.7. & 9.*

Fœminæ Deo sacratæ sunt Dei templum, & qui eas violat est sacrilegus. *Concil. Arelat.3. c.7. 27. q.1. cap. Sciendum.* Vide, *Moniales.*

Fœmina conuicta de maleficio, vel incantatione, ab ecclesiæ eijciatur. *Post Concil. Agathense c.4.*

Fœmina occidens ancillam, siue casu, siue voluntate, quanto tempore debet pœnitere, & excommunicata manere. *dist. 50. c. Si qua fœmina, & c. Qui sacrum.*

Fœminæ habitare non possunt cum sacerdotibus. *dist.81. c. Oportet. c. Volumus. c. Legitur. cap. In omnibus. c. Cum omnibus. c. Non oportet. c. Archidiaconus.* Neque cum clericis possunt habitare. *ibid. cap. Fœminas. cap. Clerici.* Vide, *Clerici circa cohabitationem.*

Fœminam accipiens, vel tenens Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus priuentur officio. *dist.81. c. Si quis amodo. cap. Si quispiam.*

Fœminæ non possunt accipere literas pacificas. *Conc. Elibert. capit.81.*

Fœminæ dum nubunt, velantur ob subiectionem ad virum, & alia. *30. q.5. c. Fœminæ.*

Fœminæ velo sacratæ si fornicantur, graui pœna sub eodem velamine puniendæ. *Conc. Vormat.1. c.20.* Vide, *Mulier.*

Fœmoralia.

Fœmoralibus vti non possunt viri, sed solum mulieres. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c.59.*

Fera.

Ferarum agitationes prohibentur. Vide, *Bestiæ.* Vide, *Agitatores.*

Feria.

Feria quinta in Cœna Domini cum ieiunio celebranda sub pœna excommunicationis. *Conc. Brachar. c.16. Concil. Lucense 2. c.50. de consecr. dist.3. c. Non liceat.*

Feriarum dies ex tempore Apostolorum institutæ sunt. *Conc. Colon.2. p.9. c.9.*

In ferijs cessant lites, & ludi. Vitandæ sunt cauponæ, cantilenæ turpes; praua colloquia, & Deo soli est seruiendum. *ibid. cap.10.*

Ferrariæ.

Ferrariæ Ducatus declaratur deuolutus ad Ecclesiam Romanam, ex morte Alphonsi Ducis, anno 1598. *Clemens 8. const.52. Sanctissimus.*

Possessio eius capta fuit sine sanguinis effusione, & sic vnitus Ecclesiæ. *Clemens 8. const.52. in additione.*

Ferrariæ instituitur Rota ad decidendas causas, & forma tenenda ibi pro Iudicijs. *Clem.8. constit. 59. In supremo. per 40. §§.*

Ferrariæ instituitur studium generale, ditatum multis priuilegijs. Facultas doctorum illius studij, & franchitiæ Scholarium. *Clemens 8. const.94. Sanctæ Romanæ.*

Festa. Festiuitates.

Festi dies celebrandi in ecclesia. *Lib. 5. constitut. Apostolic. cap. 12.*

Festa celebrans cum Iudæis, excommunicatur; si clericus, deponitur. *Concil. quod dicitur Apostol. c. 70. Conc. Laodic. cap. 30.* Neque cum paganis possunt celebrari. *Concil. Ludicen. ibidem.*

Festa Sanctorum celebrari non debent ritu pagano cum saltibus, conuiuijs, iocis, &c. *Conc. Afric. c. 27. Conc. Tolet. 3. c. 23. de consecr. dist. 3. c. Irreligiosa.*

Festa sanctificare, est in die illa non laborare, sed hymnis, & canticis vacare. *Conc. Colon. 2. par. 9. c. 9.*

Festis diebus ire non licet ad spectacula, theatra, &c. *Conc. Afric. c. 28. Conc. Mogunt. 4. c. 61.*

Festa Martyrum olim in quadragesima non poterant celebrari, nisi in Sabbatho, vel Dominica. *Concil. Laodic. c. 51. Concil. Lucen. 2. cap. 48. conc. Brachar. cap. 28. 33. q. 4. cap. Non licet.*

Festa obseruanda sunt, & quæ. *De reliquijs, & venerat. in 6. c. Vnico. Pius 5. const. 5. Cum primum.*

Festiuitates in ecclesia celebrandæ sunt, sed dies Dominica plus omnibus. *Conc. Foroiulien. c. 13.*

Obseruanda festa iuxta statutum ecclesiæ. *Nicol. 1. ad consulta Bulgar. cap. 11.*

In festorum obseruantia Romanæ ecclesiæ est obediendum. *conc. Trid. sess. 25. de refor. in fine. de delectu ciborum.*

In festis fieri non possunt placita populorum, seù consilia. *Concil. Tribur. 1. c. 35. conc. Epfordien. c. 2.*

In festis non facienda iudicia. *Nicol. 1. ad consulta Bulgar. cap. 12. 15. q. 4. c. Nullus.*

Neque alij tractatus causarum, *ibid. c. Placita sæcularia, & cap. Nullus episcopus. de feriis c. fin.* Et nullus est processus, aut sententia. *ibid. de feriis.*

In festo, si adsit necessitas bellari potest. *Nicol. 1. ad consulta Bulgar. cap. 34.*

In festis fieri non possunt mercata. Domini verò, qui permittunt, præuia monitione excommunicentur. *Concil. Moguntin. 4. cap. 48. & 49. concil. Mediol. 1. part. 7. tit. De festorum obseruantia.*

Festum dedicationis templi obseruandum. *conc. Moguntiacum cap. 36.* Vide, *Dedicatio.*

Dedicationis Metropolitan. festum ab omnibus suffraganeis celebrari debet. *conc. Colon. 2. par. 9. c. 11.*

Festi dies feriati debent à vesperis vsque ad vesperam, nè cum Iudaismo conueniamus. *De consecr. dist. 3. cap. Pronunciandum.* iuxta mores regionum hoc seruetur. *De feriis cap. Quoniam.*

In festis cantari non possunt turpia, vel obscæna à fœminis, vel alijs in ecclesijs. episcopi verò, qui ea permittunt, degradentur. *conc. Cabilon. 2. c. 19.*

Festi, & feriati dies in Missa sunt annunciandi. Vide, *Parochus. de consecr. dist. 3. c. Pronunciandum. conc. Rauennat. 2. sub Clement. 5. c. 10.*

In festis diebus laborandum non est, nisi propter necessitates. *de feriis cap. Licet.*

Potest in eis laborari circa res, quæ facilè pereunt. *ibid. conc. Tolet. 22. cap. 7.* Sed petenda est licentia Sacerdotis. *ibid.* Ex causa etiam pietatis laborari potest. *conc. Sabinense c. 5.* Vide, *Laborare.* Vide, *Dies Dominica.*

In festis, etiam infidelibus prohibendum est laborare, alias puniantur: & si iudices per pecuniam hoc permittunt excommunicantur. *conc. Tolet. 22. c. 7.*

In festis possunt consecrari ecclesiæ. *de consecr. ecclesiæ cap. Tua fraternitas.*

Festa quædam solemnia à ciuibus non in villis, sed in ciuitate celebranda sunt. *de consecr. dist. 3. cap. Nulli ciuium.* Et quæ sunt hæc festa. *ibid.*

Festa aliqua seruari possunt per totam hebdomadam. *concil. Moguntiacum cap. 36.*

Festa 12. Apostolorum celebranda sunt cum vigilijs. *concil. Epfordien. c. 2.* Vide, *Vigiliæ.* Vide, *Ieiunium.*

Festum sancti Matthiæ in anno bissextili celebrandum est, iuxta locorum consuetudinem, dummodo ad ipsum semper præcedat vigilia. *de verbor. significat. c. Quæsiuit. §. Festum.*

Hoc festum propter bissextilem non debet mutare diem. *concil. Later. 3. in append. par. 50. c. 22.*

Festa quædam celebrari debent sine vllo prorsus labore, alia cum minori labore possunt celebrari. *conc. Oxonien. 1. c. 1.*

Festum omnium Sanctorum celebrandum est ad supplendas negligentias commissas in festis. *Clement. de reliquijs, & vener. Sanctor. cap. vnic.*

Festa, quæ ex præcepto, & consuetudine ecclesiæ obseruabantur antiquitus. *De reliquijs, & venerat. Sanctor. in 6. cap. vn.*

Festa quæ nunc sunt sub præcepto enumerantur ab *Vrbano 8. const. in append. 52. alias 162. Vniuersa.*

Festiuitates autem sunt sequentes. Dominicæ totius anni. Natiuitas Domini Nostri Iesu Christi. Circumcisio. epiphania. Resurrectio cum duabus sequentibus. Ascensionis. Pentecostes cum duabus sequentibus, Sanctissimæ Trinitas. Solemnitas Corporis Christi. Inuentio sanctæ Crucis. Festiuitates Beatæ Virginis vt Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Natiuitatis. Dedicatio Sancti Michaelis Archangeli. Natiuitas sancti Ioannis Baptistæ. Festa Sanctorum Petri, & Pauli. Sancti Andreæ. Sancti Iacobi. Sancti Ioannis. Sancti Thomæ. Sanctorum Philippi, & Iacobi. Sancti Bartholomæi. Sancti Matthæi. Sanctorum Simonis, & Iudæ, & Sancti Matthiæ Apostolorum. Item S. Stephani Protomartyris. SS. Innocentium. S. Laurentii Martyris. S. Syluestri Papæ. S. Ioseph sponsi B. V. S. Annæ Matris B. V. Omnium SS.

Festa, quæ ex consuetudine in aliquo loco solent celebrari, non obligant, nisi vnum quod celebratur pro vno de principalibus Protectoribus, vbi consueuit celebrari festum Protectorum. *Vrb. 8. const.* vbi supra.

Festa noua obseruanda præter dicta, iudicare non potest episcopus, vel alius ordinarius. *Vrb. 8. ibid.*

In festis dari non debet licentia laborandi, nisi secundum regulam sacrorum canonum. *ibid.* & tunc libere, & gratis danda est; & pœnæ contrafacientium. *ibid.*

Festa non obseruantes per episcopos, puniendi pro officinis apertis, si famuli, aut serui vendunt, Domini puniendi. *conc. Mediol. 1. par. 1. tit. de festorum obseruantia.*

Vide, *Dominica.* Vide, *Dies Dominica.* Vide, *Laborare. Labor.* Vide, *ecclesiæ Romanæ decreta.*

Feuda. Feudatarij.

Feudum recipiens dominus in pignus, quando potest compensare fructus. *de feudis cap. 1.*

Feudum in pignus recipiente domino à vassallo, interim hic est immunis à seruitio. *ibid.*

Feudum potest de nouo infeudari, si vassallus fuit deceptus, non obstante iuramento. *de donationibus c. Per tuas.*

Feudum, quod non potest episcopus recuperare, quando potest alteri concedere, & inuestire inconsulto Papa. *De feudis cap. ex parte.*

Feudum ecclesiæ alienatum, & recuperatum, an possit concedi consanguineis alienatis. *ibid.*

Feudalis causa à Domino feudi tractanda, siue sæculari, siue Ecclesiastico, etiam si feudatarii, seù vassalli sint clerici. *de foro competenti cap. Verum quoniam.* Vide, *Causæ feudorum.*

Faudalia legata fieri possunt Confraternitati Charitatis Romæ. Vide, *Charitas.* Vide, *Confraternitas Charitatis.* Vide, *Archiconfraternitas.*

Feuda status ecclesiastici, non possunt alienari. Vide, *Alienatio.* Vide, *ecclesiasticus status.*

Feudorum ecclesiasticorum inuestitura à successore petenda pro tempore statuto, & faciendum est iuramentum à principali, & hæredibus. *conc. Mediolan. 1. parte 2. tit. Quæ pertinent ad bonorum, & iurium.*

Feudorum caducitatis pœna non est remittenda per episcopum. *ibidem.*

Feudatarii bonorum ecclesiæ distinctè describere debēt omnia bona ecclesiæ cum suis finibus per publicum instrumentum: & ad hoc per episcopum compellantur. *concil. Mediol. ib.*

Fides

Fides Catholica, eiusque necessitas, ac natura.

Fidei forma à Concilio Nicæno tradita est tenenda. *Concil. Constantinopolit. 1. c. 1.* & formula eius in *Concil. Nicæn. 1.*
Fidei symbolum *Constantinopol. concil. idem 1.*
Fides infunditur in baptismo. *Concil. Trid. sess. 6. ca. 7.* Vide, *Baptismi effectus.*
Fides diuina debet actus hominis præcellere. *Sixtus 1. ep. 1.*
Fides alia non datur præter Catholicam, *Concil. Tolet. 3. capit. 11.*
Fides non est in patria in Beatis, quia vident. Vide, *Beatus.*
Fides Catholica, sine nouitatibus explananda. Vide, *Nouitas.*
Fides Christiana canonicis libris, & synodalibus præceptis stabilita est. *Hormisda. ep. 70.*
Fides, quæ remanet in peccatore, est vera fides, licet non viua. *concil. Trid. sess. 6. can. 28.*
Fides non remanet in beatitudine, & contrarium est hæreticum. *conc. constant. sess. 19. in abiurat.* Hieron. de Praga.
Fides in Deum est fundamentum Christianæ religionis. *conc. Paris. 6. l. 1. c. 1.*
Fides, quæ in iustificatione hominis concurrit, non est sola fiducia de misericordia Dei remittente peccata per Christum. *Conc. Trid. sess. 6. can. 12.*
Fides, & Charitas sine Euangelio non habentur. *1. q. 1. cap. Marcion. & c. Video.*
Fidem habens sine charitate, adhuc est Christianus. *Concil. Trid. sess. 6. can. 28.*
Fides non sufficit ad salutem, sed opera sunt etiam necessaria. *Gregor. 1. lib. 6. epist. 15. Concil. Mogunt. 1. c. 1. Conc. Paris. 6. lib. 1. c. 1. Conc. Trid. sess. 6. c. 7.*
Fides non semper amittitur cum amissione gratiæ per peccatum. *Conc. Trid. sess. 6. can. 28.*
Fidei tam augmentum, quam initum, est Dei donum. *Conc. Arausic. 2. c. 5.*
Fides potest augeri per bona opera. *Concil. Trid. sess. 6. c. 10.*
Fides per gradus augeri potest. *De pœnit. dist. 2. cap. 15. Cum sanctam.*
Fidei amor, & zelus, omni commodo, etiam vitæ præferendus, & præsertim à sacerdotibus, & Episcopis. *Symmachus epist. 9.*
Fidei mysteria non sunt iudicanda, sed credenda. *Conc. Tolet. 14. cap. 10.*
Fides catholica illuminata est per fratres Minores, & Prædicatores. *Extra, de tregua & pace c. Vices.*
Vide, *Religio.*

Quæ fides tenenda, & cuius authoritate.

Ad fidem valet authoritas ecclesiæ. *dist. 11. c. Palam est.*
Fides sine nouitate explananda. Vide, *Nouitas.*
Fides à Romana Ecclesia probata, est inconcussa. *24. q. 1. c. Hæc est fides.*
Romanæ ecclesiæ fides tenenda. *Ioan. 8. ep. 194. Conc. Later. 3. in append. tit. de sponsalibus secundo c. 7. Conc. Treueren. c. 31. 24. q. 1. c. Rogamus.* Vide, *Fidei regula.*
Fides Romanæ ecclesiæ numquam deficiet. *de verbor. significat. in 6. c. Exijt.*
Vide, *Ecclesia Romana.* Vide, *Papa.* Vide *Romanus Pontifex.*

Fides à quo discenda.

Fidei doctrina ab Episcopo discenda. *Clem. 1. ep. 7.*
Fides extra Ecclesiam Romanam non habetur. Vide, *Ecclesiæ Catholicæ proprietates.*
Vide, *Episcopi obligationes.*

Fidei regula, & magisterium.

Fidei regula est Romana Ecclesia. *Leo 2. ep. 5. Concil. Later. 3. in append. tit. De sponsalibus secundo c. 7. Hormisda ep. 9. Gelasius ep 5. 24. q. 1. c. Hæc est fides. c. Rogamus.*
Ecclesiæ Romanæ fides numquam deficiet. *De verbor. signif. in 6. c. Exijt. Marcus Papa epist. ad Episcopos Ægypti, Agatho in epist. ad Imperat. in Concil. 6. Gen. act. 4. Nicolaus 1. in decretis tit. de consuetud. c. 3.*
Vide, *Ecclesia Romana.* Vide, *Ecclesia.* Vide, *Romana Ecclesia.* Vide, *Papa.*

Fidei disputationes, an licitæ.

Fidei mysteria non sunt disputanda, sed credenda. *Concil. Tolet. 14. cap. 10.*
Disputari non potest in publico de fide à vulgo, siue laicis, siue clericis. *Leo 1. ex concil. Calced. act. 3.* & pœnæ disputantium.
Vide, *Disputare.* Vide, *Laici.*

Ad fidem quomodo trahendi sunt homines.

Ad fidem trahendi sunt homines blanditijs, non seueritate. *dist. 45. c. Qui sincera, & c. Licet plerumque.*
Nullus inuitè trahendus ad fidem. *23. q. 5. c. Ad fidem. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 41. & c. 102.*
Cum charitate trahendi sunt ad fidem, qui eam deseruerut. *Ioannes 9. ep. 1.*
Vide, *Infideles.* Vide, *Iudæi.*

Ad fidem venientes, vel redeuntes, quomodo tractandi.

Qui ad fidem veniunt, intra biennium ad baptismum admittantur, si bonæ sint conuersationis; nisi infirmitate compellente, accelerandum sit. *Conc. Elibert. c. 42.*
Ad fidem conuersi in aliquo hospitali alantur, & de artificio doceantur. Et si postea apti sunt, & volunt, fiant clerici. *Concil. Sabinen. c. 22.*
Iudæi conuersi ad fidem non molestentur in suis bonis; *sed ea* retineant, vt ante. *Extra, de Iudæis c. Dignum.* Si habent bona de vsuris, & domini sunt certi, tenentur restituere, si verò sunt incerti, possunt ea sibi retinere. *Paulus 3. constit. 32. Cupientes.*
Ad fidem conuersi *non possunt priuari suis bonis paternis, vel* maternis, *sed in iure succedunt. ibid.*
Ciues fiunt ciuitatis *in qua* baptizantur, & priuilegijs illius gaudent. ritus antiquos non obseruent. *ibid.*
Vide, *Iudæi.* Vide, *Hebræi.* Vide, *Infideles.*
Ad fidem redeuntes non possunt prædicare populis. *concil. Anciranum cap. 1. & 2.* Nisi probati fuerint per Prælatos. *Concil. Sabin. c. 22.*
Quomodo recipiendi, si Episcopi, vel alij. *Conc. Nicen. 1. c. 11. Conc. Arelat. 2. c. 10.*
Recipiendi cum manus impositione (id est cum absolutione.) *Syricius ep. 4. c. 8.* Vide, *Episcopi.*
Non permittantur conuersari cum infidelibus. *28. q. 1. c. Sapè malorum. Paulus 3. const. 32. Cupientes.*
Ad fidem venientes cogendi sunt in ea manere. *dist. 45. c. De Iudæis.*
Vide, *Iudæi venientes ad fidem.* Vide, *Neophiti.*

Fidem deserens.

Fidem abijcientes coram tyrannis, si postea confitentur, retineantur cum honore, sed non possunt populis prædicare. *Conc. Anciran. c. 1. & 2. Conc. Nicæn. 1. c. 11. Sabinen. c. 22.*
Quomodo recipiendi, quando redeunt. *Concil. Nicæn. 1. c. 11. Arelat. 2. c. 10.*
Si pœnitent recipiendi sunt. *Cornelius ep. ad Cyprianum, lib. 3. epist. 11.*
Fidem deserentes, cum charitate, & pietate retrahendi sunt ab errore. *Ioannes 9. ep. 1.*
Fidem deserens, non gaudeat sacerdotio. *Victor. 1. ep. 2.*
Fit infamis. *Iulius 1. ep. 2. c. 13.*
Fidem negantes post rebaptizationem, quomodo puniendi. *concil. Illerdense c. 9.*
Fides relinquenda non est in persecutione. *Lucius 1. epist. decret. 24. q. 1. c. Arecta.*
Vide, *Fideles.* Vide, *Lapsi à fide.* Vide, *Hæretici.* Vide, *Apostata.*

Fides per quos defendi debet.

Fides ab omnibus defendenda, vitæ etiam præponenda, maximè per sacerdotes, & Episcopos. *Symmachus ep.9. 23.q. 5. c. Principes, & c. Res autem.*

Fidei causa ab Imperatoribus, & Regibus debet defendi. *Cœlestinus 1. ep.9. 23. q.5. c.Si propterea. 23. q.5. c.Principes. c. Res autem.*

Fidei causæ à quo iudicandæ.

Fidei dubia, & causæ à Romano Pontifice sunt iudicanda. *Innoc.1. ep.25. Vigilius ep.9. & 10. Pelagius 1. ep.5. Gregorius 1. l.1. ep.16. Calixtus 1. ep.1. Felix 1. ep.3. Caius ep. decret. Marcellus 1. ep.1. Iulius 1.ep.1. & 2. Pelagius 2. ep. 5. & 8. 24. q.1. c. Quoties.*

Fidei causas iudicare non possunt domini temporales. *De hæret. in 6. c. Vt Inquisitionis.*

Sed isti tenentur dare auxilium Inquisitoribus sub pœna excommunicationis. *ibid.*

Fidei causæ per Episcopos, & Inquisitores cognosci possunt. *Clem. de hæret. c.1.*

Vide, *Episcopi quo ad Inquisitores.* Vide, *Inquisitores.* Vide, *Hæret. causæ.* Vide, *Episcopi iurisdictio in causis fidei.*

Fidei decreta.

Fidei decreta facta à Papa non possunt mutari à successore. *Extrau. Ioann.22. c. Quia quorumdam.* Vide, *Papa circa res fidei.* Vide, *Ecclesia Romana.*

Fidei effectus.

Fidei merito Principes in bellis obtinent victoriam. 23. *q.4. cap. Si non ex fidei.*

Fides sola non iustificat hominem, sed cum charitate. *Conc. Senon. c.16.*

Fides dicitur per Apostolum iustificare, non quia ipsa sola formaliter iustificet. Sed quia est radix, & initium omnis iustificationis. *concil. Trid. sess.6. c.8.*

Fides actualis non iustificat hominem, quasi is qui credit se esse iustificatum, per hoc iustificetur. *Concil. Trid. sess. 6. c. & can.9. & can.12.*

Fides quæ concurrit ad iustificationem, non est sola fiducia, scilicet credere quod iustificetur. *Conc. Trid. ibid. can.12.*

Fidem accipiens per baptismum, potest dimittere vxorem infidelem quam habebat, vel eam retinere. 28. *q.1. c. Si quis Gentili.* Sed viuente illa prima quando potest ducere secundam. 28. *q.2. c.1.* Vide, infra. *Fideles.* Vide, *Coniux.* Vide, *Matrimonium.* Vide, *Vxor.* Vide, *Vir.*

Fides actualis, id est, credere.

Fides actualis non iustificat formaliter. Vide, *In præcedenti titulo.*

Fides actualis, licet ab arbitrio dependeat, tamen est donum Dei. *De consecr. dist.4. c. Gratia quæ per Christum. Conc. Araus.2. c.5.* Vide, *Gratia.* Vide, *Adiutorium.*

Fidem actualem non habet paruulus, qui baptizatur, id est actu non credit: sed dicitur fidelis, quia habet baptismum, qui est Sacramentum fidei. *de consecrat. dist.4. c. Nihil est aliud.*

Fides actualis, an necessaria in receptione Sacramenti Pœnitentiæ. Vide, *Homo.*

Fideles, eorumque obligationes.

Fidelis baptizata non tenetur sequi maritum non baptizatum, sed potest sequi, & non sequi, & è contra. 28. *q.1. cap. Si quis gentili. c. Simili modo. cap. Vxor legitima. c. Idololatria. c. Sic enim. c. Iam nunc. & c. Iudæi.* Vide, *Matrimonium.*

Sed viuente primo coniuge, contrahere non potest cum secundo. 28. *q.2. c.1.*

Fideles abstinere debent ab omni maledicto. 24. *qu.3. cap. Si igitur.*

Fideles cogendi sunt permanere in fide ad quam semel venerunt. *dist.45. c. De Iudæis.*

Fideles conuersari non possunt cum infidelibus post conuersionem. 28. *q.1. c. Sæpè malorum. Paulus 3. const.32. Cupientes.* Vide, *Iudæi.*

Fidelium sermo talis esse debet, ac si esset iuramento firmatus. 22. *q.5. c. Iuramenti.*

Fideles habentes iurisdictionem habent potestatem dandi tormenta, mortem, &c. & qui. 23. *q.4. c. Quæsitum est. q.5. c. De occidendis, & c. Iudex non est.*

Fideles morientes in peccato, grauius puniuntur, quam infideles. *Conc. Paris.6. l.2. c.10.*

Fideles negantes fidem grauius peccant, quam infideles. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c.18.*

Fideles non manducent, neque communicent cum infidelibus. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c.41. & c.102.*

Fidelium aliqui saluantur, aliqui damnantur. *Concil. Valent. 2. c.5.*

Fideles tenere non possunt ritus aliarum Sectarum. *De Apostatis c. Quidam.*

Fideles accipere non possunt, quæ consecrantur Idolis. *Conc. Elibert. c.40.*

Vide, *Christiani.* Vide, *Catholici.*

Fidei professio.

Fidei professionem emittere, seu facere tenentur omnes, qui obtinent beneficium, canonicatum, dignitatem. *Concil. Trid. sess.24. de refor. c.2.* Siue sint cum cura, siue sine ea. *ibid. Conc. Mediol. tit. de professione fidei.*

Intra duos menses fecere debent professionem fidei, alias non faciunt fructus suos. *Concil. Trid. ibid.* Vide, *Beneficiatorum obligationes.* Vide, *Cononici.*

Fidei professio facienda ab omnibus, qui promouentur ad gradus, doctoratum, & lecturam. *Pius 4. const.88. In sacrosancta.*

Fidei professio à Græcis facienda, & sua formula propria. *Greg.13. const.23. Sanctissimus.*

Fidei professionem emittere tenentur Magistri scholarum, qui pueros, & adolescentes docent. *Concil. Mediol. 1. tit. De profess. fidei.*

Fidei professio facta à Græcorum Imperatore Lugduni. Qua omnia confitetur, vt Latini. Vide, *Græci.* Vide, *Imperator Græcus.*

Fidei professionis formula, qua vti debent supradicti promoti, &c. *Pius 4. const.88. In sacrosancta. & Conc. Trid. sess.3. per extensum.*

Vide, *Professio fidei.*

Fidei symbolum.

Fidei symbolum Nicænum. *Conc. Nicænum 1.*

Fidei symbolum Constantinopolitanum. *Conc. Constantinop. 1.*

Fidei symbolum omni Dominica cantandum. *Concil. Tolet. 3. cap.2.*

Fidelitatis iuramentum.

Fidelitatis iuramentum non ligat circa homines declaratos excommunicatos. 15. *q.6. cap. Nos sanctorum. c. Iuratos.* Sed quando hoc. Vide, *Excommunicati inhabiles sunt, &c. & in seq.*

Fidelitatem domino iurans debet obseruare. 22. *q.5. cap. De forma. c. Si quis laicus.*

Fidelitatis iuramentum frangens circa suum Principem, excommunicandus est. *Concil. Tolet.4. c.75.*

Fidelitatem non obseruans, quomodo puniendus. 22. *q.5. c. Si quis laicus.*

Fidelitatem dominis excommunicatis per annum manentibus sic, seruare non tenentur subditi, sed prius hoc declarandum est per Papam, à quo subditi absoluendi sunt à iuramento. *De pœnis c. fin.*

Fideiussor.

Fideiussor esse non potest clericus, alias abijciatur. *Concil. quod dicitur Apost. c.* 20. *de fideiussoribus. cap.* 1.
Vide, *Clericus circa negotia sæcularia.*
Fideiussor absoluendus est à debitore, si molestatur à creditoribus huius. *ibid. cap. Constitutus.*
Fideiussor clerici, ab hoc seruandus est indemnis. *de fideiussoribus. cap. Peruenit.*
Fideiussor in tribus casibus agere potest contra debitorem, pro quo stat. Primo, si hic diu cessat à solutione. Secundò, si debitor idem dissipat sua bona. Tertio, si in bonis fuit condemnatus. *de fideiussorib. cap. fin.*

Fideicommissum.

Fideicommissum euanescit, si fideicommissarius instituit hæredem Monasterium, decedens sine liberis. *de probat. cap. In præsentia.*

Fides humana instrumentorum & personarum.

Fidem frustrà sibi seruare quis petit, si ipse eam non seruat alijs, nec est ei seruanda. *de regulis iuris in* 6. *reg.* 75.
Fides bona contra ius commune non facit, vt præscribatur; nisi sit de tempore, quod excedit memoriam hominum. *de præscript. in* 6. *cap.* 1.
Fidem non faciunt scripturæ contrariæ ab eodem productæ. *de fide instrument. c. Imputari.*
Vide, *Instrumenta.* Vide, *Notary.* Vide, *Scripturæ.*

Filacteria.

Filacteria (id est amuleta) facientes excommunicandi sunt. *Concil. Laodicen. c.* 36. *Concil. Tolet.* 17. *cap.* 21. *Concil. Rom.* 1. *sub Gregor.* 2. *cap.* 12.
Filacteria præfata in remedia, sunt dæmoniaca. *Nicolaus* 1. *ad consulta Bulgarorum c.* 79.
Filacterijs vtens excommunicatur. *Concil. Roman.* 1. *sub Gregor.* 2. *c.* 12. *Zacharias ep.* 1. 26. *q.* 5. *c. Si quis Ariolos.*
Vide, *Amuleta.*

Filius Dei.

Filius Dei est Patri æqualis, & consubstantialis. *Conc. Nicæn.* 1. *in symbolo. Felix* 1. *ep.* 3.
Filius Dei dici non potest factus ex non existentibus. sed semper fuit. *ibid.* & *Concil. Ephesin.* 1. *Gener. Concil. Bracharen.* 1. *c.* 3.
Filius Dei est eiusdem essentiæ, ac potentiæ, & per omnia æqualis Patri, subsistens tamen in propria subsistentia, seu hypostasi. *Ex Conc. Ephesin. in ep. ad Monachos Aegypti. Felix* 1. *ep.* 3. *Marcellus* 1. *ep.* 1.
Filius Dei non solum corpus, sed animam assumpsit. *Concil. Ephesin. in epist. Cyrilli ad Nestorium. Clement. de fide catholica cap.* 1.
Filius Dei est incarnatus. *Caius ep. decr. Symbolum Nicænum, & Constantinopolit.*
Filius Dei ex Virgine natus est. *Felix I. epist.* 4. *Eutychianus epist.* 1.
Filius Dei in natura humana est crucifixus, & mortuus. *Clement. de fide catholica c.* 1.
Filius Dei, quomodo passibilis, & impassibilis sit. Vide, *Christus quo ad passionem.*
Filius Dei in humanitate, emisso spiritu vulneratus est in latere. *Clement. ibid.*
Filius Dei non est minor Patre. Scit omnia, quæ Pater. *concil. Toletan.* 3. *c.* 2. 5. *&* 6.
Filius Dei non est creatura. *ibid. c.* 5. & *Concil. Nicen.* 1. *in Symbolo.*
Filius Dei dicens se non posse facere quidquam, intelligitur sine Patre. *de consecr. dist.* 5. *c. vlt. in fine.*
Vide, *Christus.* Vide, *Verbum diuinum.* Vide, *Personæ diuinæ.*

Filij Dei per gratiam.

Filij Dei vocari possunt homines, qui quotidie dicunt *dimitte nobis, &c. Concil. Diospolit. c.* 9.
Filij Dei propriè sunt prædestinati, non reprobi. *de pœnit. dist.* 4. *c.* 8. *Si ex bono.*
Filij Dei vocantur, qui in gratia Dei viuunt. *ibid.*

Filij quomodo tractandi, & sub cuius potestate tenendi.

Filius, qui non corripitur, non amatur. 23. *q.* 5. *c. Non putes.*
Filij erudiendi sunt in bonis literis, & disciplina. *Dist.* 37. *cap. Legant.*
Filius vsque ad triennium stare debet sub cura matris, deinde sub cura patris; sed mutandus est ordo, si adsit periculum peruersionis in puero ob infidelitatem parentum. *de conuers. infidelium cap. fin.*
Filij, quibus à patre negantur alimenta, liberi sunt ab eius potestate. *de infantibus, &c. c. vn.*
Filium occidens. Vide, *Mulieribus prohibita.*
Filii exhæredati bona non possunt ecclesiæ tradi, neque hæ debet acceptare. 17. *q.* 3. *c. Quicumque.*

Filij in vtero matris.

Filij in vtero existentes, non possunt baptizari. *De consecr. dist.* 4 *cap. Si ad matris. cap. Qui in materno, & cap. Si qua mulier.*
Vide, *Mulieribus prohibita.*

Filij circa parentes; & horum crimen, quando eis officit.

Filius non potest patrem iudicare, vel reprehendere. *Nicolaus* 1. *in decr. tit. de iudicijs c.* 2. *&* 3.
Filius æquatur, vel præponitur patri ratione dignitatis. 2. 7. *cap. Quæritur.*
Filius quando non potest patrem relinquere prætextu Religionis, & est anathema si facit. *Conc. Gangrense cap.* 16. *dist.* 30. *cap. Si qui.*
Filius pro patre rebelle occidi non potest. *Nicolaus* 1. *ad consulta Bulgaror. cap.* 17.
Filius, cui à patre negantur alimenta, liber est ab eius potestate. *de infantibus, &c. c. vn.*
Filij non debent inire matrimonium inuitis parentibus, sed si fit, est validum. *Concil. Moguntin. cap.* 37. Vide, *Matrimonium.*
Filius armans contra patrem, est infamis. *Iulius* 1. *ep.* 2. *c.* 10. 3. *q.* 5. *cap. Omnes.* 6. *q.* 1. *c. Sacerdotes.*
Filius in testamento non potest priuare matrem portione sibi debita iure naturæ. *de testam. in* 6. *c.* 1.
Filij non reuerentes patrem ex superstitione ob Dei cultum, sunt anathema. *Conc. Gangrense c.* 16.
Filij à parentibus trahunt culpam originalem. *de consecr. dist.* 4. *cap. Placuit, vt quicumque.* Vide, *Originale.* Vide, *Peccatum.*
Filijs non nocent in spiritualibus, patrum crimina. *dist.* 56. *cap. Vndecumque. cap. Numquam. cap. Nasci. cap. Sponsus.* 1. *q.* 4. *c. Iudæi baptizati. c. Iam itaque. cap. Non imputatur, & cap. Crimen.*
Non culpandi ex parentum vitijs. *dist.* 56. *cap. Numquam, cap. Sponsus.*
Non sunt excommunicandi pro peccatis parentum. 24. 3. *cap. Si habes.*
Filij hæreticorum sunt incapaces officiorum, & beneficiorum. Vide. *Hæret. filij.*
Filijs baptizatis non nocet parentum perfidia. *de consecr. dist.* 4. *cap. Quæris à me.*
Filij suspectorum de hæresi, quando sunt incapaces officiorum. Vide, *Hæreticorum filij.*
Filij mali non arguunt nuptias malas. *dist.* 56. *c. Vndecumque.*
Filij latronum famosorum sunt incapaces beneficiorum. *Conc. Tolet.* 22. *c.* 22.

Filio nato ex adulterio, non imputatur in culpam. *dist.* 56. *c. Nasci.*

Filius, cui pater in infantia procurauit beneficia simoniacè, tenetur illud relinquere adultus, sed non priuatur ordine. 1. *q.* 5. *c. Quicumque. c. Præsentium.* Sed in Ecclesia non potest habere dignitatem. *ibid.* At ex necessitate, indulgetur, vt habeat.

Filius ingrediens religionem non potest à patre priuari hæreditate, licet quando erat laicus fuerit ei ingratus. 19. *q.* 3. *c. vlt.*

Vide, *Culpa*. Vide, *Pater*.

Fily clericorum, sacerdotum, Presbyter. Episcop. &c.

Filij clericorum, Presbyterorum, &c. à sua potestate non dimittantur, nisi certi sint parentes de eorum probitate, & quod illorum crimina non imputentur ipsis. *Concil. Afric. cap.* 2.

Filius Episcopi habet ius in bona, quæ habebat pater ante Episcopatum. *Gregor.* 1. *l.* 3. *ep.* 36.

Filij clericorum, presbyterorum, &c. aliorum in sacris non succedunt in hæreditate, siue nati sint de legitimo matrimonio, siue illicito concubitu, sed seruitio eius Ecclesiæ sunt mancipati. *Concil. Toletan.* 9. *c.* 10. 15. *q.* 8. *cap. Cum multæ.*

Filij sacerdotum Græcorum clerici. Vide, *Græci*.

Filij sacerdotum (si legitimi) possunt esse Episcopi. *dist.* 56. *c. Cenomanensem*, & *c. Quia simpliciter*. Sed à Papa hoc dispensantur. *ibid. c. Cenoman. Concil. Later.* 3. *in append. tit. De elect. c.* 3.

Filij sacerdotum non possunt, nisi in monasterijs, ordines sacro sumere. *Dist.* 56. *c. Nisi. Concil. Later.* 3. *in append. tit. de ordinat. filiorum*, &c. *cap.* 2. Intellige de illegitimis. Vide, *Illegitimi.*

Filij sacerdotum illegitimi, non possunt ordinari in sacris. *dist.* 56. *cap.* 1.

Filij clericorum geniti ab eis cum essent in sacris, non possunt succedere patribus ab intestato. *Honorius* 3. *ex Cirone, de succedentibus ab intestato c.* 1.

Si talis filius ignorante, vel sciente Episcopo obtinuit, non potest spoliari ea dignitate patris habita, donec de alia prouideatur. *Concil. Later.* 3. *vbi supra c.* 5. 8. 9. & 10. *de filijs Presbyteror. &c. c. Veniens.* Sed mediate potest succedere. *ibid. c. Ex transmissa.*

Vide, *Dignitas*. Vide, *Pater*. Vide, *Canonici quò ad electionem.*

Potest præesse Ecclesiæ, in qua pater ministrauit sine titulo. *ib. c. Constitutus.*

Filius sacerdotis si ordinatus est subdiaconus, carere non debet Ecclesiæ beneficio. *De filijs presbyter. ordin. cap. Proposuit.*

Filius sacerdotis, qui præest immediatè post patrem Ecclesiæ cui præfuit pater, statim sine auxilio testium est remouendus. *de filijs presbyt. &c. c. Quoniam. Concil. Later.* 3. *in append. p.* 50. *c.* 60.

Filius sacerdotis etiam legitimus remouendus est ab Ecclesiæ prælatione immediata, si in ea præfuit pater. *ibid. cap. Ad extirpandas. conc. Later.* 3. *ibid. p.* 3. *c.* 60.

Filius clerici illegitimus in Ecclesia paterna præbendari, seù beneficiari nunquam potest. *de filijs presbyter. &c. c. Cum decorem. Conc. Trid. sess.* 25. *de refor. c.* 15.

Filius legitimus Episcopi potest ordinari, & beneficiari in Ecclesia patris. *ibid. c. Ad hæc.* Illegitimus verò non. *ibid. c. Cum decorem.*

Filij sacerdotis Græci licitè promouentur inter Latinos, nisi sit scandalum. *de clericis coniugatis c. cum olim.*

Filij clericorum illegitimè nati, nec beneficium in Ecclesia, in qua habuit pater habere possunt; nec in eadem ministrare; nec habere pensionem super beneficijs, quæ habuit pater. *Clemens* 7. *const.* 30. *ad canonum. & conc. Trid. sess.* 25. *de reform. c.* 15.

Filijs præfatis non potest pater renunciare beneficia, & si facit, nulliter facit. *Concil. Trid. ibid.*

Filius etiam legitimus esse non potest vicarius in Ecclesia, in qua Pater fuit rector immediatè. *De filijs presbyter. cap. Michael.*

Filiabus clericorum dari non possunt dotes de bonis Ecclesiæ. Vide. *Clerici quò ad donationes.*

Filiis illegitimis, & si legitimáti sint, non possunt clerici relinquere bona Ecclesiæ, neque patrimonialia. *Pius* 5. *constit.* 117. *Quæ ordini.*

Filius sacerdotis genitus in sacerdotio, non potest in eadem Ecclesia succedere in dignitate, vel beneficio patris, nisi cum dispensatione Papæ. *concil. Later.* 3. *in append. tit. de ordinat. filiorum*, &c. *c.* 1. 7. & 37. *De filijs presbyt. &c. c. Præsentium*, & *c. Conquerente. & iterum, conc. Later.* 3. *tit. De interpretat. c.* 2. & *p.* 49. *c.* 14. *conc. Londin.* 2. *c.* 18. *Clem.* 7. *const.* 30. *Ad canonum.*

Filij non relinquendi sub quouis prætextu.

Filios deserens, vel non educans prætextu continentiæ, est anathema. *Conc. Gangrense cap.* 25. *dist.* 30. *c. Si quis dereliquerit.*

Filiorum oppressores, vel occisores.

Filios occidens, qua pœna puniendus.

Vide, *Adulterinus.*

Filiorum oppressores quomodo puniendi. *De his qui filios, &c. c. fin.*

Filiorum occisores à iudice, & Ecclesia simul iudicandi, & puniendi sunt. *Conc. Tolet.* 3. *c.* 17.

Vide, *Mulieribus prohibita*. Vide, *Adulterinus.*

Filiorum procreatio.

Filiorum procreationem damnans, est hæreticus. *conc. Bracharense* 1. *c.* 11.

Filij infidelium, vel hæreticorum; & cuius conditionem sequuntur.

Filij nati ex fideli & infideli, sunt fideles. 28. *q.* 1. *c. Iudæi. Conc. Tolet.* 4. *c.* 63.

Filii Hæreticorum baptizati in infantia, cum veniunt ad Ecclesiam, sunt capaces ordinum. 1. *q.* 4. *c. Placuit.*

Filij infidelium in gradu prohibito coniunctorum, sunt legitimi, si parentes veniunt ad fidem. *Qui filij, &c. c. fin.*

Filii infidelium à parentibus sunt separandi, si ad fidem veniunt. 28. *q.* 1. *c. Iudæorum.* Quando separandi. Vide, *Filij quomodo tractandi.*

Filij hæreticorum incapaces sunt officiorum, & beneficiorum. Vide, *Hæreticorum filij.*

Filij genitiante baptismum sunt veri filij, si cum vxore geniti. *Innocentius* 1. *ep.* 23. *c.* 6.

Filij fidelium, & infidelium parentum. Vide, *Coniuges*. Vide, *Fides Ad fidem venientes*. Vide, *Filij cuius parentis*. Vide, *Infideles*. Vide, *Hæretici.*

Filii ex adulterio, vel fornicatione.

Filij non procreandi ex illicita copula. 32. *quæst.* 4. *cap. Sicut satius.*

Filij ex ancilla non procreandi. 32. *q.* 4. *c. Dicat aliquis.*

Filij nati illegitimè matris conditionem sequuntur. 32. *quæst.* 4. *c. vlt.*

Filii nati ex adulterio non prohibentur à sacerdotio (sed cum dispensatione Papæ) *dist.* 56. *cap. Dominus noster. & cap. Ismael.*

Filio nato ex adulterio non imputatur in culpam. *dist.* 56. *c. Nasci.*

Filij ex fornicatione geniti habere possunt patris, & matris bona, quæ communiter pro eis posuerunt. *Conc. Tribur.* 1. *cap.* 49.

Vide, *Adulterinus*. Vide, *Illegitimi*. Vide, *Filii spurii.*

Filij ex inceſtu.

Filij nati ex inceſtuoſis non debent dici veri filij, nec ſuccedunt in hæreditate. 35. *q.* 7. *cap. Quid eſt*. Neque in alijs parentum iuribus. *ibid.*
Vide, *Illegitimi*. Vide, *Inceſtus*.

Filij ſpurij, naturales, & illegitimi.

Filius ſpurius eſt, qui generatur à Patre ex aliqua, adhuc viuente vxore. *Qui filii ſint legitimi. c. Tanta eſt*. Neque legitimatur, ſi mortua vxore illam mulierem, ex qua habuit, accipiat in vxorem. *ibid.*
Filius liberi, & liberæ per ſequens matrimonium, cum iſta legitimatur, *ibid. c. Tanta eſt*.
Filii illegitimi ſunt, qui vel ex clandeſtino matrimonio oriuntur; vel ex eo in gradibus prohibitis, etiam ignoranter, vel contra prohibitionem Eccleſiæ. *De Clandeſtina deſponſat. c. Cum inhibitio §. Si quis*.
Filij naturales dicuntur, qui ex ingenua concubina naſcuntur, eo quod ſola natura concurrit. 32. *q.* 4. *cap. vlt. Qui filii ſint legitimi c. Tanta eſt*.
Filius, quem vxor generat ex adulterio, ſiue mortuo viro, ſiue viuente, eſt illegitimus. *Qui filii ſint legitimi c. Cauſam.*
Filij illegitimi matris conditionem ſequuntur. 32. *quæſt.* 4. *cap. vlt.*
Filio nato illegitimè non imputatur in culpam. *Diſt.* 56. *cap. Naſci*.
Filij nati cum impedimento publicæ honeſtatis ſunt illegitimi. *Qui filii ſint, &c. c. Referente.* Quo ad hæreditatem, etiam ſunt illegitimi. *ibid.*
Filius natus ex matrimonio clandeſtino, vel habente aliud impedimentum, eſt illegitimus. *Conc. Later.* 4. *c.* 51. Exceptis filijs infidelium conuerſorum ad fidem. *Qui filii, &c. c. fin.* Vide, *Illegitimi*.

Filii nati cum aliquo impedimento, quando ſunt legitimi.

Filij geniti ante ſententiam ſeparationis matrimonij, ſunt legitimi. *Qui filii ſint legitimi cap. Cum inter. Conc. Later.* 3. *in append. tit. Qui filii c.* 5.
Filius natus ex muliere ſeparata per ſententiam eccleſiæ, & nupta cum alio, eſt legitimus. *ibid. c. Perlatum*.
Filij nati ex matrimonio clandeſtino. non ſunt legitimi. *Concil. Later.* 4. *c.* 51.
Filius natus ex matrimonio clandeſtino approbato per Eccleſiam, eſt legitimus. *ibid. cap. Quod nobis. Concil. Later.* 3. *par.* 50. *cap.* 17.
Filii nati ab vxorato contrahente cum ſecunda, hac ignorante, ſunt legitimi, etiam quo ad temporalia. *Qui filii, &c. cap. fin.* Vide, *Legitimi*.

Filiorum legitimatio quæ, & quando fieri poteſt, & à quo.

Filii nati ex legitimo primo matrimonio, ſunt legitimi, licet pater contrahat poſtea cum ſecunda. *Qui filii ſint legitimi. cap. Per tuas*.
Filij ſpurij nati ex concubina, viuente prima vxore, ſi hæc moritur, & contrahatur cum concubina, non legitimantur, neque quo ad hæreditatem, maximè ſi habuit partem in morte primæ vxoris. *ibid. c. Tanta eſt. Conc. Later.* 3. *in append. tit. Qui filii, &c. c.* 2. *&* 3.
Nati verò ex ſoluto ac ſoluta, per ſequens matrimonium legitimantur. *ibi. c. Tanta eſt. Conc. Later.* 3. vt ſupra.
Filij infidelium conuerſorum ad fidem, etiam in gradu prohibito coniunctorum, ſunt legitimi. *Qui filii, &c. c. fin.*
Legitima filiatio probari poteſt per teſtes, licet vicinia dicat contrarium. *Qui filii, &c. c. Per tuas*.
Filij in terris Eccleſiæ legitimantur à Papa. *Qui filii cap. Per venerabilem*. Vide, *Papa*.
Filij in aliorum dominiis ob cauſas arduas poſſunt à Papa legitimari, etiam quo ad temporalia. *Qui filii, cap. Per venerabilem*. Vide, *Papa*.
Filiationis legitimatio in Eccleſia iudicatur. *Qui filii c. Lator. cap. Cauſam il* 2.
Vide, *Legitimatio*. Vide, *Legitimus*.

Filii cuius parentis conditionem ſequantur.

Filii circa religionem, ſeu fidem, ſequantur conditionem parentis fidelis. 28. *q.* 1. *cap. Iudæi. Concil. Tolet.* 4. *c.* 63. V. gr. Si ex patre Iudæo, & matre Chriſtiana nati ſint, vel aliter. *ibid.*
Filii nati ex illegitimo matrimonio, matris conditionem ſequuntur. 32. *q.* 4. *c. vlt. de ſeruis non ordin. c. Dilectus*.
Filius natus de patre ſeruo, & matre libera, eſt liber, & licitè poteſt promoueri. *de ſeruis non ordin. cap. fin. de coniugio ſeruorum cap. Licet*.
Et talis vt liber contrahit, ſi vult contrahere. *ibid. c. Licet.*
Si mater ſit libera, filius eſt liber. *de natis ex libero ventre. cap. vn.* Non è contra. *ibid.*
Sed ex 32. *q.* 4. *c. vlt.* Habetur, quod ſi alteruter parens eſt ſeruus, filius eſt ſeruus, & ſemper ſequitur partem deteriorem.

Filii ſpirituales.

Filiam ſpiritualem carnaliter cognoſcens, eadem pœna punitur, ac ſi carnalem cognoſceret. *Poſt ep. 1. Cæleſtin. c. 2. 30. q. 1. c. Omnes. cap. Si quis ſacerdos. & cap. Non debet*. Aliæ pœnæ quæ ſunt. *ibid.*
Sacerdos id faciens deponatur, per 12. annos peregrinetur, & poſtea per totam vitam in monaſterio faciat pœnitentiam. *ibid. c. Si quis ſacerdos*.
Pœnitentia filiæ talis violatæ, eſt dare omnia pauperibus, & in monaſterio recludi. *ibid.* Vide, *Carnale peccatum, &c.*
Filiam ſpiritualem carnaliter cognoſcens, excommunicatur. *Conc. Vormatienſe* 1. *c.* 34.
Filii ſpirituales ſunt, qui ſuſcipiuntur in fonte. 30. *q.* 1. *cap.* 1. Vel in Confirmatione. *Conc. Vormatienſe cap.* 34. Vide, *Confirm.* Vide, *Baptizati*. Vide, *Compatres*. Vide, *Cognatio ſpiritualis*. Vide, *Patrinus*.

Filius familias.

Filius familias poteſt eligi, & eſſe procurator ſine conſenſu patris. *De procuratoribus cap. Non iniuſtè, & in* 6. *ſub eodem tit. c. Qui generaliter*.
Poteſt per ſe ipſum agere in cauſa ſpirituali. *de iudiciis in* 6. *c. fin.* Nec eget patris conſenſu. *ibid.*
Poteſt eligere ſepulturam, ſi eſt puber, impuber verò non poteſt. *de ſepulturis in* 6. *c. Licet*.
Poteſt aliquid legare, & quid. *de ſepulturis in* 6. *c. Licet*.
Si filii familias bona confiſcantur, vel ipſe in pecunia condemnetur, quomodo à patre redimendus. *Sixtus* 4. *conſtit.* 24. *Cura*. Si delinquunt Romæ viuentibus genitoribus, non confiſcantur eorum bona, ſed iuxta ius commune proceditur. *Innoc.* 9. *conſt.* 2. *Quæ ab hac. §.* 2.

Filii quoad ſucceſſionem.

Filii iure naturæ ſuccedunt in bonis parentum, & quomodo. *De teſtam. c. Rainutius*.
Filius in ſucceſſione hæreditatis, & aliorum iurium paternorum, omni alteri præfertur. *Ioannes* 8. *ep.* 108. *&* 109.
Vide, *Hæres*.

Filius quo ad electionem ſepulturæ.

Filius in ſepultura patris eſt ſepeliendus. 13. *q.* 2. *cap. Ebron.* Vide, *Sepultura*.
Non poteſt temere eam relinquere. *ib. c. Placuit per omnia*.
Poteſt eligere ſepulturam diuerſam à patre, iuxta locorum conſuetudinem. *Concil. Later.* 3. *in append. par.* 50. *c.* 63. *De ſepulturis cap. de vxore, & in* 6. *cap. Licet*. Licet ſit filius familias. *ibid.*
Filius impuber, ſi eſt familias, non poteſt eligere ſepulturam. *ibid. c. Licet*. Vide, *Sepultura*.

Filij non possunt suscipi à parentibus in Baptismo, vel Confirmatione.

Filius suscipi non potest à patre, vel matre, alias si fit, separatur matrimonium. *Deus dedit Papa epist.1.* (vbi nota quod dicit, solui etiam quo ad vinculum, & posse contrahi cum aliis. sed non videtur verum.) *Conc. Mogunt.1. c.55.*
Vide, *Compatres*. Vide, *Mater*. Vide, *Pater*. Vide, *Patrinus*. Vide, *Suscipiens*.

Filij compatrum, & commatrum.

Filij, aut filiæ compatrum non possunt cum eis, aut filiis eorum coniungi. 30. *q.3. c. Pitacium. c. Non oportet. cap. Post susceptum. & cap. Per adoptionem.*
Si verò in necessitate fuit datus baptismus, licet cum ipsis compatribus non possit fieri coniunctio, tamen cum eorum filiis potest. 30. *q.3. c. Super quibus.*
Filii compatrum, quando possunt coniungi. *De cognat. spirit. cap.1.*
Non possunt, quando alter eorum est causa compaternitatis. *ibid. cap. Super eo. & cap. Tua nos.*
Vide, *Compatres*. Vide, *Cognatio spiritualis*. Vide, *Matrimonia prohibita ratione cognationis spiritualis, diffusè.*

Filium negans.

Filio negato, standum est verbo viri, & mulieris, nisi aliter probetur contrarium. *Qui filii sint legitimi. cap. Transmissæ.*

Filij expositi.

Filii, qui à parentibus exponuntur, liberati sunt à potestate patris. *De infantibus, & languidis, &c. c.vn.* Vide, *Expositi.*

Filius putatus talis.

Filius communiter putatus talis, quia nominatus ab aliquibus talis tenetur; & non creditur postea alteri eorum iuranti contrarium. *De probationibus c. Per tuas.*

Filia corrupta vitio parentum, seu prostituta.

Talis filia nubere non potest, donec parentes impleant pœnitentiam. *Concil. Regiaticinum c.9.*
Vide, *Pater*. Vide, *Mater*.

Filij Regum.

Filij Regum possunt habere plura beneficia, præbendas, personatus, dignitates; etiam curata. *Extrau. Ioan.22. de præbend. c.vn. & Extrau. de præbendis, &c. c. Execrabilis.*
Vide, *Beneficia plura*. Vide, *Reges*.

Filius instituitus hæres sub conditione aliqua, & testans.

Filius institutus hæres à patre sub hac conditione, vt si moriatur absque masculis, succedant patrui in hæreditate, in tali casu potest sibi seruare partem iure naturæ debitam, & quartam Trebellianicam, & de eis disponere, ac hæredes instituere. *De testam. cap. Raynaldus.*
Filius non potest in testamento priuare matrem portione sibi debita iure naturæ. *De testam. in 6. c.1.*
Vide, *Hæres*. Vide, *Pater*.

Filius circa sponsalia facta à patre.

Filius non tenetur ad sponsalia facta à Patre, ipso absente, vel non consentiente. *De desponsat. impub. in 6. c.vn. §.fin.*
Vide, *Sponsalia*.

Filius minor.

Vide, *Minor*.

Filius Romanæ Ecclesiæ.

Filius Romanæ Ecclesiæ dicitur, qui habet priuilegium, vt à nullo possit excommunicari, vel interdici, nisi à Papa, vel eius Legato. *De verbor. signif. in 6. c.1.*
Vide, *Romana Ecclesia*.

Filiastra.

Filiastram carnaliter cognoscens, non potest petere debitum ab vxore. *De eo, qui cognouit cap.1.*
Filiastra cognita à priuigno non potest vnquam matrimonium cum aliquo contrahere. Neque priuignus potest matrimonium contrahere cum aliqua. *ibid. Concil. Mogunt. sub Leone 4. c.29.*
Vide, *Carnale peccatum, & carnaliter peccans.*
Vide, *Matrimonium*.

Filiam carnaliter cognoscens.

Sic operans, anathematizatur. *Concil. Mogunt. sub Leone 4. c.56.* Vide, *Carnalis copula*.

Filius eamdem cognoscens cum patre, vel vxorem eius.

Filius, & pater scienter cognoscentes eamdem mulierem, qua pœnitentia plectendi. 30. *q.4. cap. Si pater*. Octo annis pœnitent. *ibid.*
Filius cognoscens vxorem patris, per annos 14. pœniteat; & si est vxoratus, non separatur ab vxore. *Concil. Later. 3. in append. tit. de eo, qui consanguineam.*
Vide, *Carnalis copula*.

Filius cognoscens matrem carnaliter.

Pœnitentia huius est per tres annos carere Eucharistia, & per eosdem ieiunare omni die exceptis Dominicis, & festis, & abstinere à carne. *Concil. Vormat.1. c.36.*
Vide, *Carnalis copula*.

Filij oblati à parentibus Deo in Monasterijs.

Filii, & filiæ possunt à parentibus tradi Religioni, vsque ad annum decimum. Deinde exploranda eorum voluntas, si volunt manere, & iuxta eam faciendum. *Concil. Toletan.10. cap.6.*
Vide, *Moniales*. Vide, *Regulares*.

Filiationes in Regularibus.

Filiationes fieri, & teneri possunt inter regulares, qui habent hoc in vsu. quomodo, & quando faciendæ, & pro quo Conuentu. *Vrbanus 8. const.26. c.cum ad regularem, circa finem.*

Fines.

Fines Diœcesum probantur per libros antiquos. *De probationibus cap. cum causam.*
Fines Ecclesiarum præscribuntur per annos 40. *De præscript. cap. Quia iudicante.*
Vide, *Diœcesis*. Vide, *Ecclesia*. Vide, *Præscriptio*.

Fingens.

Fingens consecrare, & non consecrans, grauiùs peccat, quam consecrans in mortali. *De celebratione Missarum cap. de homine.*
Fingentes se fallitos ad damnum aliorum, pœna mortis digni sunt. *Pius V. const.102. Postquam.*
Fingentes personam in expeditione literarum Apostolicarum, vel in examine. Vide, *Beneficium impetrans*. Vide, *Examen*. Vide, *Nomen mutans*. Vide, *Personam fingens*. Vide, *Poligamus*.

Firmi ciuitas.

Firmi Ciuitas in Archiepiſcopatum ſublimatur. *Sixtus 5. conſt. 95. Vniuerſi.*
Firmi erectum eſt ſtudium Generale *à Bonifacio 8. conſt. 8. In ſupremæ.* Reſtauratum eſt *à Sixto 5. conſtit. 9. Muneris.* Priuilegia, & forma doctorandi. *ibid.*

Fiſcalis. Fiſcus.

Fiſcus Cameræ. Vide, *Camera.* Vide, *Cauſæ concernentes intereſſe Cameræ.*
Fiſcales in cauſis Eccleſiaſticis non admittantur, neque aduocati, niſi iurent, ſe non ſuſcepturos cauſas iniuſtas. *Concil. Mediol. 1. p. 2. tit. De cauſidicis.*

Flagellum. Flagellare.

Flagellantur multi in hac vita, vt in alia non puniantur. *23. q. 5. c. Quid ergo.*

Flectere genua, & flectamus genua.

Non dicitur in quatuor temporibus Pentecoſtes. *Concil. Salegunſtadienſe c. 2.*
Vide, *Genuflectere.*

Floccus.

Floccus, quid ſit in Monachis. Vide, *Monachi Sancti Benedicti, ſeu Nigri.*

Florentini.

Florentini habent Romæ vnum Conſulem pro ſuis mercatoribus; huius officium, poteſtas, priuilegia, &c. *Leo 10. conſt. 33. Paſtoralis.*

Fomes.

Fomes peccati non retardat ingreſſum ad cœlum, ſi homo moriens non habet peccatum. *Bulla Leonis X. 40. contra Lutherum. Concil. Senon. c. 17.*

Florenus.

Florenus auri æſtimatur eiuſdem valoris cum libra Turonenſi. *Vrban. 8. conſt. 6. Sanctiſſimus c. 25.*

Fontes.

Fontium benedictio facienda eſt per Archipresbyterum. *De off. Archipresb. c. Miniſterium.*
Vide, *Benedictio.* Vide, *Aqua benedicta.*

Foraneus.

Foraneus Vicarius Epiſcopi, non poteſt eſſe delegatus Papæ. *Clem. de reſcriptis c. Et ſi.*
Vide, *Vicarius.*

Forenſes ſtatus Eccleſiæ.

Vide, *Eccleſiaſticus ſtatus.*

Forma Euchariſtiæ.

Forma Euchariſtiæ à Chriſto eſt inſtituta, & quæ eſt. *De celebrat. miſſar. c. Cum Martha.* Vide, *Euchariſtia.*
Formæ omnium Sacramentorum conſiſtunt in verbis à Chriſto inſtitutis. *Concil. Florent. ſeſſ. vlt. in literis vnionis.* Seù *decretum Eugenij 4. §. Quinto Eccleſiaſticorum.*
Forma cuiuſcumque Sacramenti. Vide, *De ſingulis in propriis locis.* Vide, *Baptiſmus, Confirmatio, &c.*
Forma Sacramentorum per ignorantiam malè prolata, quando eſt valida. *Zacharias ep. 6.*

Formatæ literæ.

Formatæ literæ, quomodo faciendæ. *conc. calcedon. in fine.* Ex *Concil. Nicæn. 1.* acceptum eſt exemplum, & habetur *diſt. 73. c. In nomine Patris, & c. Sanctiſſimo.*

Fornicatio. Fornicans.

Fornicatio appellatur in ſcriptura, omnis immunda pollutio. *32. q. 7. c. Non ſolum.*
Fornicatio idem eſt, ac mœchia. *32. q. 4. c. Meretrices.*
Fornicatio ſimplex eſt mortale peccatum. *Innoc. 4. conſtit. 14. Sub catholicæ. 27. q. 1. c. Nubendi.*
Fornicatio non committenda ad procreandum filios. *32. q. 4. c. Sic non ſunt.*
Fornicationis varia peccata. *32. q. 5. c. Nec ſolo.*
Fornicatio viri maculat vxorem. *32. q. 1. c. In coniugio.*
Fornicatio, etiam per concupiſcentiam committitur. *32. q. 5. c. Qui viderit.*
Fornicari graue peccatum eſt. *27. q. 1. c. Nubendi.*
Fornicatio eſt maximum peccatum inter ſeptem capitalia. *32. q. 7. c. Non ſolum.*
Fornicatio, quando ſufficit ad diuortium, & quando non. *de eo, qui cognouit. c. Diſcreti.*
Fornicationem committens, ſi Presbyter, prius flagelletur, deinde per duos annos in carcere, detentus pœniteat in pane, & aqua. *Si* clericus, vel monachus, ter flagelletur, & vno anno ſit in carcere. *Si* vidua velata, eodem modo, & capilli ei radantur. ſic etiam Moniales. (de his. Vide, *Moniales.*) *Concil. Ratiſpon. ſub Zacharia.*
Fornicarij clerici, quomodo puniendi. *15. q. 8. c. Hi qui altario.* Conuicti cadunt ab officio. *1. q. 7. c. Si quis omnem.* Interdicendi ingreſſu Eccleſiæ. *diſt. 81. c. Si qui ſunt.* & aliis. *ibid. diſt. 82. c. vlt. Gregor. 7. lib. 2. ep. 62.* Officio iubet priuari.
Miſſas dicere non poteſt ſacerdos fornicator, nec choro aſſiſtere. *Gregor. 7. l. 4. ep. 10.*
Fornicans cum duabus commatribus, quomodo puniendus. *30. q. 4. c. Si quis.*
Fornicatio fidelis cum infideli, quomodo punienda. *concil. Nicæn. 1. ex Arabico c. 68.*
Fornicarij qui poſt pœnitentiam redeunt ad vomitum, Euchariſtia priuandi, vſque ad mortem. *Syricius ep. 1. c. 5. 33. q. 2. c. De his verò.*
Fornicaria abijcienda. *32. q. 2. c. Ancillam.*
Fornicante patre, & filio cum eadem muliere, quomodo puniendi. *ibid.* Vide, *Filius cognoſcens eamdem, &c.*
Fornicans cum duabus ſororibus, quomodo puniendus. *diſt. 34. q. 2. c. Si quis.* Vide, *Carnale peccatum.*
Fornicans cum matre ſpirituali, quomodo puniendus. *33. q. 2. c. Si quis cum.*
Vide, *Filia ſpiritualis.* Vide, *Carnalis copula.* Vide, *Mechans.*

Fortitudo.

Fortitudo Chriſtiana à Deo eſt, non per voluntatis arbitrium, ſed per Spiritum Sanctum. *Conc. Arauſic. 2. c. 17.*
Fortitudo gentilium eſt à cupiditate humana. *conc. Arauſic. ib.*
Fortitudo qua defenditur patria, vel infirmi, aut ſocij, à latronibus, eſt plena iuſtitiæ. *23. q. 3. c. Fortitudo.*

Forus.

Forus eſt locus iudiciorum, in quo fiunt lites. dicitur ſic à Foroneo Rege Græcorum, qui primus dedit legem. *De verbor. ſignificat. c. Forus.*
Forus tribus conſtat, cauſa, lege, & iudicio. *ibid.*
Forus in ea Prouincia ſequendus, in qua eſt locus, pro quo litigatur. *De foro compet. c. Sane ſi Epiſcopi.* Vide, *Iudex.* Vide, *Cauſa.*

Francia, ſeu Gallia.

In Francia, quomodo Sedes Apoſtolica diſpenſat beneficia Eccleſiaſtica, iuxta concordata cum Rege. *Leo 10. conſt. 20.*

Pastor aternus. & capp. seqq. c. Primitiua. c. Vitę. c. Diuina, & c. Romanus.

Pragmatica Regis Franciæ, præiudicialis huic dispositioni, fuit annullata per eumdem Pontificem. *ibid.*

Beneficialis confidentia in Regno Franciæ à quo iudicanda. *Sixtus 5. const. 61. Pastoralis.*

Vide, *Gallia.*

Franchitia.

Franchitia non gaudent Romæ, qui cum debitores sint, vel delictum aliquod commiserint, fugiunt ad domos Cardinalium, Principum, Oratorum, &c. *Pius 4. const. 46. Inter.*

Impedientes in his casibus executores iustitiæ, aut receptantes, læsæ maiestatis fiunt rei, & tenentur ad damna, & satisfactiones. *ibidem.*

Eadem confirmat *Gregorius 13. const. 12. Et ipsa ratio.*

Franciscus.

S. Franciscus de Assisio institutor Ordinis Minorum canonizatur *a Gregorio 9. anno 1228. const. 2. Mira circa.*

S. Francisci festum de præcepto fuit institutum *à Sixto 4. constit. 3. Præclara.* Et pro tali festo concessit multas indulgentias. *ibidem.*

S. Francisci Stigmata approbantur ann. 1237. *à Gregorio 9. const. 12. Confessor.* Vide, *Stigmata.*

S. Francisci Fratres. Vide, *Fratres Minores S. Francisci.*

S. Franciscus de Paula institutor Ordinis Minimorum canonizatur *à Leone X. const. 38. Excelsus.* Cum octaua à suis religiosis celebrari potest solemnitas. *ibid.*

Festum S. Francisci de Paula sub ritu duplici celebrandum instituit *Sixtus 5. const. 8. In Cœli.*

Fratres S. Francisci de Paula. Vide, *Fratres Minimi.* Vel *S. Francisci de Paula.*

S. Franciscus Xauerius è Societate Iesu, declaratur Beatus *à Paulo 5. constit. 119.* Conceditur, vt dicti Religiosi Societatis possint eius officium celebrare, & in oppido *Xauier*, omnes. *ibidem.*

S. Franciscus Xauerius canonizatur *à Gregorio 15.* Sed quia hic decessit, Bulla Canonizationis fit *ab Vrbano 8. const. 1. in append. Rationi congruit.*

Franciscus Borgia è Societate Iesu declaratur Beatus *ab Vrbano 8.* & conceditur Iesuitis, vt de illo possint celebrare officium. *Vrban. 8. const. 46. Alias à nobis.*

S. Francisca Romana oblata Ordinis S. Benedicti Congregationis Montis Oliueti canonizatur *à Paulo V. constitut. 45. Cœlestis.*

Frater.

Fratres duo fornicantes cum eadem muliere, qua pœnitentia puniendi: octo annis pœnitere debent. *30. q. 4. c. Si pater.* Vide, *Carnalis copula.* Vide, *Fornicatio.*

Frater fornicans cum muliere eadem, nesciens de alio, potest ducere aliquam in vxorem, sed alius qui celauit per septem annos pœnitere debet, & postea potest nubere, mulier verò spe coniugij priuatur. *35. q. 2. cap. Si homo fornicatus per matrimonium.*

Si quis carnaliter peccat cum muliere, quam postea frater inscius ducit in vxorem, durè pœnitere debet. *Concil. Triburiense 1. cap. 44.*

Vide, *Carnalis copula.* Vide, *Fornicatio.*

Fratres, seu Regulares mendicantes.

Fratres mendicantes communicant in omnibus priuilegijs. *Leo X. const. 32. Dudum. Pius 5. const. 44. Romanus.*

Fratres vocati à Prælatis ad processiones tenentur accedere, nisi distent vltra vnum milliare. *Leo X. constitut. 22. Dum intra §. 5.*

Fratres, si volunt audire confessiones sæcularium, subiacere debent examini episcoporum, si isti velint eos examinare. *ibid. §. 6.* Vide, *Confessor.* Vide, *Regulares, &c.*

Fratres facientes pacta cum Prælatis, aut curatis, tenentur ea seruare, nisi in primo fratrum capitulo fuerint annullata. *ibid. §. 6.*

Non possunt benedicere sponsos sine licentia Curati. Non pulsare campanam ante ecclesiam Matricem in Sabbatho sancto. Requisiti à Prælatis tenentur publicare censuras, easque obseruare. Requisiti vt moneant fideles de solutione decimarum tenentur facere. Non possunt aliquem ad suos Conseruatores trahere vltra duas dietas. Fratrum seruitores, seu famuli, si causam dederunt censuræ, illaqueantur ab ea. Fratres tenentur Episcopos diligere, honorare, seruire, &c. *ibid. Leo X. const. 22. Dum intra. Extra, de sepulturis c. Dudum.*

In eorum ecclesijs possunt sæculares eligere sepulturam, & cum eorum habitu possunt sepeliri. *Leo X. constitut. 22. Dum intra §. 10.*

Fratrum Mendicantium Ordines sunt. Ordo Prædicatorum. Sancti Francisci. Sancti Augustini. Carmelitarum, & Seruorum. *Pius V. const. 44. Romanus.* Et ijsdem gratijs gaudent, tam in bonis, quam in persona.

Fratres Mendicantes transire non possunt ad Ordinem Monachorum Nigrorum. *Benedictus 12. const. 1. Regulares.*

Fratrum Mendicantium Generales habent omnimodam iurisdictionem in omnes suos subditos fratres, scholares, ac studentes, vbique commorantes. *Pius 2. const. 2. Religiosorum.* Vide, *Regular. superiores.*

Fratres missi ad partes Indiarum tenentur ire ad eas, ad quas à suis superioribus destinati sunt, non ad alias; nisi ex necessitate itineris compulsi, sub pena excommunicationis ipso facto. *Paulus V. const. 56. Accepimus.*

De singulis. Vide, *In Religione propria, vt infra.*

Vide, *Bulla Cruciatæ.* Vide, *Mendicantes.* Vide, *Regulares*, per omnes tit. Vide, *Priuilegia.*

Fratres, seu Religiosi S. Ambrosij.

Fratres istos sic nominandos; scilicet, Sancti Ambrosij ad Nemus Mediolani, statuit *Gregorius 11. const. 9. Cupientes.*

Ambrosianum officium recitare statuit. *ibid.* Viuunt sub Regula S. Augustini. *ibid.*

Fratres isti ad vnam Congregationem reducuntur, cuius caput est Monasterium ad Nemus Mediolani. *Eugen. 4. constitut. 22. Regimini.*

Congregatio fratrum S. Ambrosij cum fratribus S. Barnabæ sub regula S. Augustini vnita confirmatur. *Paulus 5. constitut. 15. Pastoralis.*

Fratres S. Antonij de Vienna.

Fratres S. Antonij de Vienna, eorumque regula, & ordo approbantur *à Bonifac. 8. const. 5. In dispositione. A Clemente 7.* obtinent multa priuilegia. *const. 2. Rationi.*

Possunt eleemosynas quærere pro suis hospitalibus, &c. *Pius 4. const. 100. Ex debito. Gregor. 13.* Idem confirmat, & præfigit modum, & formam petendi eleemosynas. *Constit. 71. Cum sicut.*

Nullus quæstuare potest eleemosynas *S. Antonij*, præter eos. *Clemens 7. vbi supra.*

Fratres Apostolorum.

Fratres Apostolorum pauperis vitæ subduntur Ordini S. Augustini. *Alexander 6. const. 3. Piæ vitæ.*

Fratres S. Augustini dicti Eremitæ.

Fratres S. Augustini diuersarum Congregationum, vt S. Guglielmi, fratris Ioannis Boni, de Fabali, & de Britinis, in vnum coeunt Ordinem S. Augustini. *Alexander 4. const. 6. Licet Ecclesiæ.*

Fratres S. Augustini dicti de Obseruantia Ilycitanæ Congregationis seperantur à communitate Ordinis, sed non à Generali, & multa obtinent priuilegia. *Eug. 4. const. 5. Regimini.*

Fratres S. Augustini gaudent priuilegijs Mendicantium. *Iulius 2. const. 18. Et si ad bene merendum.*

Fratres S. Augustini habent priuilegium, vt ex sua Religione, Papa eligat Sacristam Papalis sacelli, qui sit Prælatus. *Alexander 6. const. 5. Ad sacram.*

Obtinuerunt, vt possint alienare bona, permutare, dare in emphyteusim, & liuellum ipsi, & Moniales dicti Ordinis cum licentia Prioris Generalis. *Gregor. 13. constit. 5. Dum ad vberes.* Sed modo per *const. Vrban. 8. const. 51. Humanæ*, est abrogata.

Magistri in Ordine S. Augustini, quomodo creandi. *Gregor. 13. const. 83. Dominicum.* Singulis sexennijs, duo ex singulis Prouincijs creari possunt magistri in Capitulis generalibus, cum forma examinandi, &c. *ibid.*

Fratres S. Augustini cum cappa nigra, tenentur comparere in locis publicis, in concionibus, lectionibus, confessionibus in itinere, in vicinis prædijs etiam, & semper extra claustra. & pœna. Superiores SS. Dominici, & Augustini non possunt se in hoc molestare sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. *Clemens 8. const. 104. ex iniuncto.*

In ijs, quæ sunt Religionis, appellare non possunt ad sæcularia tribunalia, sed ad Generalem, Viceprotectorem, Protectorem, & Papam. *Clemens 8. constit. 113. Quoniam.*

Non possunt in Religione per fauores Principum, vel aliorum, etiam Cardinalium procurare dignitates, gradus, &c. sub pœna priuationis habitorum, & perpetuæ inhabilitatis. *Clemens 8. constitut. 114. Quoniam. Paulus 5. const. 48. Admonemur.*

Superiores ordinis, vt Generalis, & alij, non possunt gradus, dignitates, &c. conferre, nec pœnas remittere ob fauorem Principum quorumcumque, etiam Regum, Cardinalium, &c. sub pœna excommunicationis ipso facto. *Paulus 5. constit. 48. Admonemur.*

Generalis quando, & quomodo potest visitare Congregationem Lombardiæ, & quid potest in visitatione facere. *Clemens 8. const. 117. Ex iniuncto. per §§. 13.*

Electiones Superiorum, quomodo faciendæ in hoc ordine, & qualis vsus scrutinij. *Paulus 5. const. 80. Pastoralis.*

Assistentes Generales, quomodo eligendi; requisita eorum, &c. Subrogatio fit à Papa, si aliquis deficiat Assistens. *Paulus 5. const. 93. Prouisionis nostræ.*

Ex qua natione debent eligi. *ibid. in declaratione.* Præcedendi ordo inter eos, tam in officio, quam extra. *ibid. in addit. 2.* Generalis, & Assistentes habent votum in Capitulo Generali post abdicationem officiorum, & locum post electos. *ibid.*

Fratres Congregationis Siciliæ obtinent Vicarium Generalem proprium, & multa priuilegia. *Paulus 5. constit. 99. Exponi nobis. per §§. 22.*

Fratres isti in Prouincijs Hispaniarum, & Indiarum, non possunt lauream magisterij obtinere in aliqua Vniuersitate, neque per licentiam Superiorum, nisi prius per Examinatores à Capitulo Generali deputandos pro illis partibus, approbentur: alias non gaudent gradu magisterij in Religione. *Vrbanus 8. const. 40. Romanus.*

Fratres isti in electionibus habent vocem actiuam, & passiuam illi tantum, quibus de iure competit, & abrogantur vocales per gratiam in tota Religione. *Vrb. 8. constit. 40. in declaratione. cap. Alias per fel. record.*

Assistentes huius ordinis finito officio tenentur redire ad suas Prouincias. Et omnia contraria priuilegia reuocantur. *Vrbanus 8. const. 65. Romanus.*

Generalis ordinis Eremitarum S. Augustini, quando vtitur aliqua facultate sibi à Papa concessa, debet eam apponere de verbo ad verbum in literis patentibus, & non potest in eis vti oraculo Papæ. *Vrbanus 8. constitut. 99. Commissi.*

Generalis præfatus non potest concedere suis fratribus eas exemptiones, quæ conceduntur ijs, quæ officia quædam in Religione habuerunt eo quod fuerint Prouinciales, Diffinitores, Prædicatores, &c. *Vrbanus 8. constitut. 99. Inter cæteras.*

Fratres S. Augustini Discalceati.

Congregatio Fratrum Discalceatorum Sancti Augustini *à Clemente 8.* admissa obtinet facultatem admittendi nouitios ad Religionem, & seruatis seruandis, etiam ad professionem. *Clemens VIII. constitut. 63. Decet Romanum.*

Congregatio hæc Discalceatorum Italiæ obtinent proprias Constitutiones. *Paulus 5. const. 120. Sacri Apostolatus.* in eis assignatur forma viuendi, &c.

Fratres isti in Regno Siciliæ vniuntur Congregationi Italiæ *Gregorius 15. const. 3. Pastoralis. per §§. 14.*

Obtinent Ecclesiam S. Mariæ de Catena in Ciuitate Panormi. *ibid. in declaratione.*

Fratres recollecti Discalceati S. Augustini in Hispania obtinent diuisionem ab Ordine, & proprias Constitutiones pro eorum regimine. *Gregorius 15. const. 36. Ad sacram. per §§. 46.*

Fratres discalceati S. Augustini obtinent diuisionem suæ Congregationis in quatuor Prouincias, Romanam, Neapolitanam, Ianuensem, & Siculam. *Vrbanus 8. const. 58. Ad vberes.*

Vicarius Generalis huius Congregationis, potest alium deputare in sua absentia, eique communicare omnem facultatem, quam ipse habet. *ibid.* ex decreto addito S. Congregationis visitationis. Quas constitutiones debent fratres isti obseruare, & Diffinitores cui subduntur. *ibid.*

Quomodo debent eligere Prouinciales, & Capitula celebrare in congregatione Italiæ. *Vrbanus 8. const. 81. Alias pro parte.*

Obtinent fratres isti nouas Constitutiones pro Regno Gallia. *Vrbanus 8. const. 90. Ex iniuncto.*

Fratres Discalceati S. Augustini in Indijs Occidentalibus vniuntur cum alijs fratribus Congregationis Hispaniarum. *Vrbanus 8. const. 102. Vniuersalis.*

Habitum fratrum istorum, nullus potest portare in Italia sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. *Clem. 8. const. 111. Pastoralis.*

Fratres Discalceati S. Augu. Hispaniarum in Regnis Occidentalibus, & Philippinis degentes à quolibet catholico Episcopo residente, vel alieno de consensu proprij, minores ordines accipere possunt in diebus, siue feriatis, siue non. Ordines verò sacros in diebus Dominicis, vel alijs festis interpolatis, vel continuis, etiam extra tempora, & absque interstitijs, & promoti possunt statim altari inseruire. *Vrbanus 8. const. 8. in append. const. 18. cum sicut dilectus.*

Fratres Carmelitæ.

Fratrum horum ordo, & regula approbatur *ab Honorio 3. anno 1226. const. 8. Vt viuendi.* & regula. *ibid.* refertur.

Regula præfata declaratur, & moderatur *ab Innoc. 4. const. 6. Quæ honorem.* Deinde *ab Eugenio 4. const. 3. Romani.*

Fratres Carmelitæ vti debent cappis albis, & dimittere debent mantellos aliorum colorum. *Bonifacius 8. constitut. 3. Iustis.*

Generalis potest dispensare in esu carnium, & ieiunijs regulæ. *Sixtus 4. const. 11. Dum attenta.*

Carmelitis vtriusque sexus concessum fuit, vt semel in vita, & semel in morte per confessionem facta confessario electo cum licentia Prioris, indulgentiam plenariam consequantur. *Sixtus 4. ibid. §. 5.*

An hæc indulgentia sit reuocata *à Paulo 5.* Vide, *Regularium priuilegia, & indulgentiæ.*

Obtinent omnia priuilegia alijs ordinibus concessa, & alia insuper. *Clemens 7. constit. 3. Ex clementi.* Quòd in altari portatili, & in loco non consecrato, & ante lucem Missam dicere, & audire (Confratres) possint. Confratres semel in vita eligere possint Confessorem, à quo absolui possint ab omnibus casibus, exceptis contentis in *Bulla Cœnæ, &c.* plura. *ibid. Clemens 7.* Sed moderationem, & an reuocata sint *à Pio 4.* Vide, *Regul. priuil.* Vide, *Priuilegia.*

Carmelitarum Conuentus Romæ dictus *Transpontinæ*, translatus ad eum locum *à Pio 4. constitut. 101. Romanum.*

Cum licentia Generalis in necessitate (obtinent prædicti fratres) vt possint bona Conuentus alienare, & permutare, dare in emphyteusim, &c. idemque obtinent Moniales huius ordinis *à Gregorio 13. constitut. 34. Ex incumbenti.*

Sed

Sed *Vrbanus 8. constitut. 51. Humanæ*. Omnes has facultates reuocauit.

Fratres Carmelitæ, & Moniales in Italia possunt recitare officium iuxta ritum Breuiarij Romani. *Sixtus V. const. 96. Eximium*.

Non possunt per fauores Principum, vel aliorum, etiam Cardinalium procurare in Religione honores, dignitates, gradus, functiones, sub pœna inhabilitatis perpetuæ ad ea, & alia, & priuationis actiuæ, ac passiuæ vocis, & etiamsi fauores sint sponte oblati, si ijs vtantur, incurrunt. *Clemens 8. const. 23. Quoniam*.

Superiores concedentes præfata ob fauores, vel pœnas remittentes, quas pœnas incurrunt. *ibidem*. & concessa sunt nulla.

A Bibliothecis Carmelitarum remoueri non possunt libri, siue scripta, sub pœna excommunicationis. *Clemens 8. constit. 24. Quæ ad tuenda*.

Carmelitæ vbique præcedunt Fratres B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum. *Clemens 8. constit. 95. Decet Romanum*.

Carmelitæ non possunt recurrere ad Tribunalia sæcularium, siue per appellationem, siue aliter, sub pœna excommunicationis ipso facto reseruata Papæ. *Clem. 8. constitut. 110. Quoniam*.

Fratres Carmelitæ Calceati de obseruantia in Regnis Belgij, & Siciliæ non possunt gestare habitus Carmelitarum Discalceatorum, nec facere se nominari fratres Sanctæ Theresiæ, neque hoc nomine, aut titulo possunt se in literis, vel alijs scripturis, &c. subscribere, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis actiuæ, ac passiuæ vocis. Superioribus verò suspensionis ab officio ipso facto. *Vrban. 8. in append. const. 15. Romanus*.

Fratres Carmelitæ Discalceati.

Fratres Carmelitæ Discalceati separantur à Religione, & sub Papæ potestate recipiuntur. *Clemens 8. const. 25. Pastoralis*. Eorum Constitutiones, forma viuendi; gratiæ & indulta, dummodo viuant in rigore primæ regulæ. *ibid.* & *constit. 62. Ad militantis. per 16. §§.*

Religio eorum, seu Congregatio, ab ordine Carmelitano est distincta. *Clemens 8. constit. 71. In Apostolicæ. per §§. 15.* Hic ordo declaratur vnus ex Mendicantibus. *Clemens 8. const. 101. Romanum*. In eo obseruatur regula tradita ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano ijs, qui habitabant in Monte Carmelo, & confirmata *ab Innoc. 3. ibid.*

Fratres isti non tenentur accedere ad processiones, nec publicas, nec priuatas. *Clemens 8. ibid.*

Non tenentur soluere quartam funeralem; nec possunt in hoc molestari à Parochis. *Paulus V. const. 4. Decet Romanum*.

Cum sola licentia Ordinarij, absque aliorum Regularium consensu, possunt erigere noua Monasteria. *Paulus V. constit. 10. Ad Ecclesiæ*.

Fratres Discalceati Sanctæ Theresiæ, per quid distinguendi sunt in habitu, seu vestibus à fratribus Carmelitis, dictis primi instituti, seu de Monte Sancto, quo ad formam, colorem, &c. & quo ad galerum. *Vrban. 8. in append. constit. 28. Inter cateras*.

Fratrum Discalceatorum Carmelitarum Congregatio sub inuocatione S. Pauli pro Fidei propagatione erigitur Romæ, cum regula, & forma viuendi. *Paulus V. const. 80. Pastoralis*.

Fratres Cruciferi.

Fratres Cruciferi ex Constitutione *Vrbani 8. Vnica cum antecessor*. Dicuntur approbati *ab Alexandro 3.* in Ciuitate Bononiæ, in ipsorum loco, vbi primum lapidem ipse Alexander posuisse narratur ab Vrbano præfato.

Multa Priuilegia eis concedit. *ibid.*

Reformantur quo ad omnia *à Pio V. const. 68. Reuerendi*.

Obtinent Priuilegia Mendicantium *à Greg. 14. const. 13. Rom.*

Non possunt in sua Religione procurare dignitates, & honores per fauores Principum, Cardinalium, &c. neque per promissa, vel pacta, sub pœna priuationis eorum quæ habent, & inhabilitatis perpetuæ ad alia. *Clemens 8. constit. 109. Quoniam*.

Hæc Congregatio suppressa est. *Alexander 7. constitut. Vineam, data die 28. Aprilis 1656.*

Fratres S. Dominici, seu Prædicatores.

Fratrum S. Dominici ordo sub regula *S. Augustini* approbatur anno 1216. *ab Honorio III. constitut. 2. Religiosam*. & multa Priuilegia eis concedit Papa. *ibid.*

Fratrum Prædicatorum, & Minorum Priuilegia à nullo Episcopo, aut Archiepiscopo, possunt interpretari. *Clem. 4. const. 12. Ordinis vestri*.

Fratres isti ad episcopatum assumpti, & alias Prælaturas extra ordinem, debent prius resignare omnia bona superioribus Religionis. *Clemens 4. const. 11. Prouidentia*.

Gregorius XI. const. 7. virtute conspicuos. per 32. capita. Concessit huic ordini multa priuilegia. Generales habent plenam potestatem, & curam in animas fratrum: possunt soluere, & ligare, atque cuncta instituere concessit. Præsentandos tantum esse Episcopis fratres, vt audire possint confessiones sæcularium, & absque examine. In Missa posse vti altari portatili. Tempore interdicti posse celebrare ianuis clausis. Posse in suis Ecclesijs sepelire famulos, qui eis inseruiunt. Interdicta terra, in qua sunt, eorum famulos non comprehendi in interdicto, & ideo audire posse diuina, nisi ipsi causam dederint interdicto. Posse in terris hæreticorum commorari, & eleemosynas ab eis petere, & alia omnia concessa fratribus Minoribus per *Clementem IV.* quæ habes infra *Fratres S. Francisci, seu Minores*. Alia concedit *Gregor. 11. const. 7. Virtute*.

Hæc omnia, & alia plura concedit, & confirmat *Sixtus IV. const. 7. Regimini*, quod dicitur *Mare magnum*. Sed quænam sint reuocata, & quæ moderata. Vide, *Regularium priuilegia*. Vide, *Priuilegia*. Nam *Pius 4.* Omnia reduxit ad formam Concilij Trident: *ibid.*

Sixtus 4. const. 19. Sacri, Alia concedit Fratribus Ord. Prædicatorum, & Minor. simul, & sunt. Vt in festis quibusdam (quæ numerat) qui eorum Ecclesijs intersunt indulgentias multa consequantur, &c. Vt semel in vita, & semel in morte bis ab idoneo ordinis confessario Fratres possint absolui cum Indulgentia Plenaria, etiam si mors accidat in nouitiatu. Vt possint sæculares absoluere à casibus reseruatis, exceptis quibusdam, & eamdem facultatem possint committere. Omnia priuilegia fratribus concessa, extendit ad Moniales dicti Ordinis, ad Oblatos, Sindicos, & Procuratores.

Vt Prælati, & eorum Vicarij non impediant fideles in faciendis eleemosynis dictis Fratribus.

Si quis moribundus petat habitum Religionis, possunt Superiores etiam locales ei concedere. Et defunctus tali habitu indutus non potest in alia ecclesia, nisi dictorum Fratrum, sepeliri.

Fratres isti habentes beneficia ecclesiastica, Capellanias, Episcopatus, siue Regiminis, siue Titulares, non possunt in Conuentu residere, nec in eo cameras habere, nec habeant actiuam, vel passiuam vocem in Capitulis. Vt superiores possint procedere in causis suorum Fratrum, etiam Inquisitorum, & si delinquant eosdem punire, & amouere, si opus sit. Item quod Inquisitores de Ordine Minorum non possint procedere contra Fratres Prædicatores, nec è contra. Gaudent omnibus gratijs, & priuilegijs concessis omnibus Religionibus Mendicantium. Et quod in iudicio, & extra faciant fidem omnia priuilegia alijs Mendicantibus concessa. & alia. *ibid.*

Quænam autem ex his sint reuocata, & quæ sint in robore. Vide, *Priuilegia*. Vide, *Regularium priuilegia*.

Fratres Prædicatores possunt succedere in bonis, sicut succederent, si essent in sæculo. *Clemens 4. const. 1. Obtentu*.

Superiores huius ordinis in formandis processibus in causis Fratrum, non tenentur seruare apices iuris. *Bonifacius 8. const. 4. Ad augmentum*.

Gregorius XI. Innumera alia huic ordini concedit priuilegia. *const. 7. Virtute. per 37. capita*.

Fratres

Fratres Prædicatores in processionibus, & alijs actibus publicis præcedunt omnes Religiones Mendicantes. *Pius V. const.71. Diuina.* Sed *Clemens* 8. Extendit etiam ad non Mendicantes, dicens debere esse primos post Canonicos, & Monachos. *Const.13. Inter cætera.*

Superioribus huius ordinis in virtute obedientiæ præcipit Papa. *Gregor.13.* Ne ad instantiam quarumcumque personarum extra ordinem, etiam Cardinalium, concedant Fratribus gratias, honores, &c. *const.62. cum nihil.* Idem præcipit *Clemens* 8. *const.7. Religiosos.* Et insuper ne superiores ad instantiam fauorum relaxent pœnas delictis fratrum taxatas. Idem confirmat *Paulus V. const.39. Admonemur.* & pœnas taxat contra superiores transgressores.

Fratres Prædicatores non possunt honores, gradus, aut dignitates in ordine per externos fauores procurare, sub pœna perpetuæ inhabilitatis ad ea. & rehabilitari non possint, nisi per Papam. *Gregor.13. const.62. cum nihil.* Sed *Clemens* 8. sub eadem pœna prohibet, ne per fauores, siue intra ordinem, siue extra, procurent dignitates, siue per Cardinales, siue per Reges, siue per Imperatores. & extenditur Constitutio ad gradus ab alijs pro illis procuratos. Tandem *Paulus V.* omnia confirmat *const.39. Admonemur.* & extendit statutum, & pœnam etiam ad procurantes Generalatum per fauores, vel recursum ad Principes quoscumque.

Superiores huius ordinis possunt absoluere suos Fratres, & Moniales à casibus, & censuris, sicut Episcopi suos subditos. *Pius V. const.132. Romanus.*

Fratres Prædicatores non possunt ab alio iudice conueniri, nisi à Conseruatoribus Religionis. *Pius V. constit.34. Exponi. & in declarat. seq.*

Generalis ordinis istius potest aliquos ex suis Fratribus creare Notarios pro intimandis literis Sedis Apostolicæ, cuicumque personæ, siue Principi. *Pius V. const.124. Debitum.*

Generalis potest vbique terrarum cum licentia Ordinarij erigere Confraternitates Rosarij. *Sixtus V. constit.21. Dum ineffabilia.*

Fratres huius ordinis coram nullo iudice, possunt conueniri, nisi coram Iudice Conseruatore. *Pius V. const.41. Et si.*

Fratres Prædicatores possunt inter se, & in priuatis colloquijs, non verò cum alijs, vel inter alios, de puncto Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis circa originale discutere. *Gregor.15. const.29. Sanctissimus, in declaratione.*

Vide, *Generalis.* Vide, *Tit. seq.*

Fratres S. Dominici cum cappa nigra tantum possunt comparere in locis publicis, & præcipuè in Ecclesia, dum audiunt confessiones, dum concionantur, vel lectiones ad populum habent. item extra Claustra; in itinere, etiam dum accedunt ad loca vicina recreationis gratia. & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ iniungitur fratrum istorum, & Sancti Augustini superioribus, ne in hoc amplius se molestent. *Clemens* 8. *const.104. Ex iniuncto.*

Fratrum, & sororum S. Dominici de Pœnitentia regula approbatur anno 1405. *ab Innocentio 7. constit.1. Sedis.* Vide, *Oblati.* Vide, *Tertiarij.*

Alia multa priuilegia Ordinis S. Dominici.

Vide, *Priuilegia, in fine.*

Fratres Prædicatores, & Minores simul.

Fratres Prædicatores, & Minores (seu Franciscani) possunt in suis Ecclesijs, & in plateis communibus prædicare, excepta hora, in qua Episcopus vult prædicare. *Extra, de sepulturis. c. Super cathedram.* & *sub eodem tit. in Clement. c. Dudum.* Possunt etiam in funeribus mortuorum prædicare, illa pariter hora excepta. *ibid.* Non possunt prædicare in Parochialibus Ecclesijs, sine licentia Parochorum, nisi Episcopus id mandaret. *ibid.*

Ad audiendas confessiones sæcularium, eosque absoluendos, hoc facere olim tenebantur. Superiores assumentes fratres ad id idoneos debebant eos præsentare Episcopis, vt de eorum licentia, placito, & bona gratia in suis Diœcesibus audiant sæcularium confessiones, eosque absoluant. Quod si aliquem, vel aliquos ex præsentatis nolit Episcopus ad hoc officium admittere, superiores præsentent alios. Si verò nolit Prælatus illis iam præsentatis licentiam concedere, eosque admittere; Ex tunc absque alia licentia cum facultate Papæ censebantur admissi.

Fratres autem admissi ad confessiones non intelligantur habere maiorem facultatem in absoluendo, quam habeant Parochi. *ibid.*

Quænam autem approbatio nunc requiratur ex *Concil. Trid.* Vide, *Regulares quo ad Episcopos*, vel *quo ad confessiones*, &c. Vide, *Confessor.*

Fratres isti possunt in suis Ecclesijs sepelire liberè omnes, qui volunt in eis sepeliri. *Extra, de sepulturis cap. Super cathedram.* tenentur tamen dare Parocho canonicam portionem funeralem. Nec possunt inducere morientes, vt sibi relinquant portionem illam.

Fratres isti debent ab Episcopis, & Parochis charitatiuè tractari. *ibid.*

Hæc omnia prædicta confirmantur *à Clement. de sepulturis. Dudum.*

Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus concessit *Sixtus* 4. Multa priuilegia, quæ habes supra, *tit. Fratres Prædicatores. const.16. Diuina.*

Fratrum Minorum, & Prædicatorum priuilegia non possunt ab Episcopis, vel Archiepiscopis interpretari. *Clemens* 4. *const.12. Ordinis vestri.*

Ordinarijs interdicitur inquietare fratres Prædicatores, & Minores. *Sixtus* 4. *constit.6. Regimini* §.17. Sub grauibus pœnis. *ibid.* Non subsunt eorum iurisdictioni. *ibid.*

Vt possint in itinere vti altari viatico concessum eis fuit, & absque licentia Episcoporum. *De priuil. c. In his.*

Fratrum Prædicatorum, & Minorum doctrina, & sanctitate illuminata, & exaltata est Ecclesia Dei. *Extra, de iregua, & pace, cap. Vices illius.*

Fratres Prædicatores, & Minores, licet non possint habere proprium, possunt tamen possidere in communi. *Extrau. Ioannis 22. de verbor. signif. c. Quia quorumdam.*

Fratres Minores, & Prædicatores impediri non possunt ab ordinarijs, quin suis priuilegijs fruantur. *Sixtus* 4. *constit. 19. Sacri.*

Omnia priuilegia concessa vni ordini, vel concedenda, sunt concessa alteri. *Sixtus* 4. *const.6. Regimini.* §.6.

Fratres S. Francisci, Franciscani, seu Minores.

Fratrum S. Francisci de Assisio Religio, & Regula confirmatur anno 1223. *ab Honorio* 3. *const.5. Solet.* In qua est inserta tota regula, & testamentum S. Francisci.

Quot Ecclesiæ fratrum Minorum appellari debeant Conuentuales, decreuit *Innocent.4. const. 7. cum tamquam.*

Fratres Minores possunt succedere in bonis, ac si essent in sæculo. *Clemens 4. const.1. Obtentu.*

Priuilegia concessa *à Clemente* 4. & postea confirmata *à Sixto* 4. *const.6.* vt infra *ex Clemente* 4. *constit.4. Virtute conspicuos, data anno* 1265. hæc sunt.

Generales Ministri post legitimam electionem habent plenam iurisdictionem, & curam super animas fratrum, possuntque soluere, & ligare. *Clemens IV.* §.1. Generalis potest per Prouinciales, & Custodes iuxta regulæ textum amoueri, si fuerit opus. §.2. Circa electiones, pro longe distantibus tempus præfixum non curat. §.3. Custodes, & Guardiani, postquam sunt instituti, habent curam suorum subditorum, & possunt eosdem soluere, atque ligare. §.4. In Conuentibus instituere possunt Lectores Theologiæ, & aliarum artium, ac facultatum. §.5. Prouinciales in Capitulis possunt concedere fratribus licentiam prædicandi. §.6. Vt ab Episcopis sine examine admittantur fratres ad audiendas confessiones. §.7. Vt Generales, & Prouinciales in itinere vti possint altari portatili, & Missam in eo celebrare. §.8. Vt actuales famuli fratrum non subtrahant interdicto, nisi causam dederint. §.9. Vt fratres existentes in terris excommunicatorum, possint ab eis eleemosynas petere. §.10. Vt Generales, Prouinciales, & Custodes absoluere possint

fratres

fratres à quibusdam censuris, & cum eis dispensare in irregularitate. §. 11. Vt confessores ab eisdem casibus, &c. absoluere possint superiores. §. 12. Vt superiores à censuris absoluere possint ingredientes Religionem, & dispensare in irregularitate: sed hi tenentur satisfacere, si sunt obligati; & si non ingrediuntur Religionem, incidunt iterum in easdem censuras. At caueant, ne cum ordinariorum scandalo his facultatibus abutantur. §. 13. Vt nec ab Ordinarijs, nec à Legatis, aut delegatis Papæ possint cogi ad ferendas sententias, citationes, literas, & cætera eiusmodi contra Principes, aut alios sine mandato Papæ. §. 14. Non possunt assumi ab episcopis in suum seruitium sine licentia Prouincialis, vel Generalis; & fratres illi adhuc disciplinæ regulari sunt subiecti. §. 15. Professi non possunt ab ordine discedere sine licentia Papæ, & discedentes possunt per superiores excommunicari. §. 17. Vt Generalis authoritatem habeat supra fratres missos ad prædicandum crucem, vel delegatos ad inquirendum contra hæreticam prauitatem, eosque si opus fuerit amouere, & vti contra illos censuris. Id idem Prouinciales possint in sua Prouincia, imò & Vicarij eorum. §. 16. Professi transeuntes ad aliam Religionem sine debita licentia, vt Apostatæ possunt per superiores puniri. §. 18. Expulsi ab hac Religione pro culpis, & in alia recepti, non possint prædicare, nec confessiones audire, &c. nisi de licentia superiorum ordinis fratrum Minorum, & fratres electi ab ordine à nullo alio possint recipi sine licentia Papæ. §. 19. Habitus fratrum Minorum, aut similis illi, à nullo alio deferri potest, ita vt videri possit, sine Papæ licentia. §. 20. De hortis, & virgultis, nullam decimam teneantur soluere. §. 21. Superiores ordinis possunt in pios vsus conuertere bona intrantium in Religionem, & si adsint debita, illa prius solui curent. §. 22. Liberè sepelire possunt in suis ecclesijs eos, qui id petunt, saluis tamen iuribus Ecclesiarum, à quibus defunctorum corpora accipiuntur. §. 23. Fratres non possunt alicui extra ordinem confiteri peccata sua, nisi in necessitate. §. 24. Non tenentur ire ad synodum, neque compelli ab episcopis, vt cum eis exeant extra Ciuitatem, aut processionaliter. neque, vt eisdem præstent iuramentum fidelitatis. §. 25. Cogi non possunt vt in eorum locis permittant fieri consilia, placita, scrutinia, seu statuta sæcularium. §. 26. Non tenentur de locis, quos emunt, soluere alicui portionem canonicam. *ibid.* §. 26. Relinquentes aliquem Conuentum, omnia possint vendere (exceptis Ecclesijs) & in alios pios vsus pro alijs locis conuertere. §. 27. Non teneantur soluere procurationes pro Nuncijs, aut Legatis Papæ, non obstante eius mandato, nisi fiat specialis mentio de fratribus Minoribus. §. 28. Non possunt de vllo delicto ab Ordinarijs conueniri, non obstante *Constitut. Innoc. IV.* §. 29.

Hæc omnia *Sixtus* 4. confirmat, & alia addit, vt infra. Sed quæ sint reuocata, aut moderata, & *à Pio* 4. redacta ad terminos vsus Concilij Tridentini. Vide, *Priuilegia*. Vide, *Regularium priuilegia*.

Fratrum Minorum priuilegia non possunt ab episcopis, vel Archiepiscopis interpretari. *Clemens* 4. *constitut.* 12. *Ordinis vestri*.

Fratrum Minorum Regula circa paupertatem, & alias obligationes, pro ijs, qui in puritate regulæ viuere cupiebant, & non gaudere priuilegiis, fuit pluries explicata, vt sequitur. Primo *à Nicolao III.* & habetur. *de verb. significat. in 6. Exijt*, vbi hæc definiuntur.

Fratres Minores eò quod in regula promittunt obseruare Euangelium, non omnia quæ continentur in Euangelio, tenentur obseruare, vt præcepta; sed præcepta, vt præcepta, & consilia, vt consilia. *ibid. Exijt*. Ad ea consilia Euangelii tenentur, quæ in Regula verbis præceptoriis, vel inhibitoriis, vel æquipollentibus, apponuntur. Ad alia tamen consilia, quæ in regula non exprimuntur, tenentur magis, quam alij Christiani, ratione status perfectionis. Ad ea, quæ in regula exprimuntur, tenentur eo modo, quo regulæ verba obligant, id est præceptoriè, monitoriè, & instructoriè. In necessitatis articulo tenentur prouidere necessitati naturæ. Non habent dominium vllarum rerum, sed purum vsum earum. Circa bona etiam necessaria habent solum vsum facti, non iuris, & in his tantum verificatur, quod vsus perpetuò separari potest à dominio.

Fratrum Minorum bona, non sunt sub dominio, dantis, neque fratrum, sed Romanæ Ecclesiæ. *ibid. Exijt*. Durante tamen voluntate concedentis, sunt sub huius dominio; quod si mutetur eius voluntas, non possunt amplius eis vti. At Ecclesiastica paramenta sunt sub Papæ dominio. Non possunt dicti fratres donare, aut vendere, vel aliter transferre bona, nec in particulari, nec in communi. Possunt in necessitatibus, si eleemosynæ deficiunt, procurare, vt alii eis succurrant de necessarijs, ita tamen vt circa procurata dominium non habeant, neque persequi personas, quæ procurarunt ab aliis eleemosynas, neque rationem exigere ab eis, aut aliam actionem contra eos exercere. In tali casu absque violatione paupertatis, vel Regulæ, possunt dictas personas eligere; quæ personæ curam habeant de Ecclesiis ædificandis, de lignis procurandis, de pannis, & aliis, quæ tractu temporis fieri debent. Non consentiant plus sibi concedi, quam sit verisimiliter necessarium: Et si concedens plus det, & non se declaret, quod velit in alios pios vsus fratrum conuerti, ad ipsum concedentem reuertitur, satisfacta necessitate. *Legata facta à testatore, sine expressione ad quid debeant inseruire, sed solo verbo relinquo fratribus, &c. super domo, &c.* non possunt acceptari. Si verò dicit testator, vt pecunia talis legati, in ædificia, libros, pannos, vel alia necessaria pro fratribus impendantur, possunt acceptari, & valida sunt. Si tandem legatum fiat de pecunia in genere, intelligitur factum pro necessitatibus, & valet. Habere possunt Procuratorem, à Papa, vel Cardinali Protectore assignandum, qui curam habeat de eleemosynis datis eisdem, & eorum necessitatibus prouideat. Licet dominium non habeant, possunt cum licentia Generalis, vel Prouincialis, de mobilibus disponere, commutando, vendendo, &c. per dictum Procuratorem, & per eumdem, in alia licita expendendo pecuniam. Vilia autem mobilia disponi ab eis possunt, sicut in Capitulis eorum fuerit ordinatum, dando ea, vel aliis eiusdem ordinis, vel exteris. In necessitate vti possunt pluribus tunicis de licentia Ministrorum, vel Custodum. *ibid. Exijt*.

Fratres Minores non tenentur ex vi Regulæ ad laborandum manibus, si studio vacant, vel officijs diuinis, sed illi tantum, qui ad hæc non sunt applicati. *ibid. Exijt*.

Non solum Generales, sed Prouinciales in Capitulis possunt concedere licentiam prædicandi, quam possunt etiam reuocare. *ibid. Exijt*.

Recipi debent ad ordinem Minorum illi tantum, qui sunt idonei, & hoc à Generali, & Prouinciali cognoscendum est. *ib.*

Fratres Minores non tenentur ad mandatum, seu testamentum factum à Sancto Francisco de non interpretando Regulam, & de non dicendo, quod intelligatur sic, & sic. *ibid. Exijt, circa finem*.

Regulam sic declaratam per *Nicolaum* 3. damnantes, vel alterantes circa intelligentiam, excommunicantur. *ibid. circa fin.* & excommunicatio Papæ reseruatur.

Fratrum Minorum superiores, vt Generales, Prouinciales, & Guardiani, habent curam animarum fratrum. *Clemens* 4. *const.* 4. *Virtute*.

Iterum declaratur Regula per *Clem.* 5. & habetur *in Clement. de verbor. significat. cap. Exiui de Paradiso*. sic. Non tenentur fratres sub mortali, ad omnia, quæ exprimuntur in Regula, sed solum ad ea, quæ præceptiuo, vel æquipollenti verbo ibi ponuntur, & sunt hæc.

Primò, non habere duas tunicas, præter vnam cum caputio, & aliam sine eo.

Secundò, non portare calceamenta, nisi in necessitate.

Tertiò, non equitare, nisi in necessitate.

Quartò, indui vilibus vestimentis.

Quintò, ieiunare à festo omnium Sanctorum vsque ad Natiuitatem Domini.

Sextò. De faciendo à Clericis officium diuinum iuxta ritum Ecclesiæ Romanæ.

Septimò, quod Ministri, & Custodes sollicitam curam gerant pro necessitatibus fratrum, & infirmis omnes seruiant.

Octauò,

Octauò, de non prædicando in Ecclesijs Episcoporum, si contradicatur ab Episcopis.

Nonò, nullus prædicet, nisi examinatus à Generali officium prædicandi ab eo obtineat.

Decimò, qui Regulam obseruare non possunt ad suos ministros recurrant.

Omnia, quæ sunt in Regula spectantia ad formam habitus, tam Nouitiorum, quam Professorum, item omnia quæ spectant ad formam recipiendi ad Religionis habitum, nisi aliter videatur superioribus; & omnia quæ exprimuntur hoc verbo *teneantur*.

Fratres abstinere debent à bonorum temporalium receptione, exceptis necessarijs. *ibidem*. *Exiui*. Pannorum colores, pretium, vilitas, secundum morem Regionum à superioribus sunt iudicanda.

Fratres Minores tenentur etiam ad ieiunia Ecclesiæ. *ib. Exiui.*

Nullo modo possunt pecunia recipere, neque tenere in Ecclesijs capsas, aut truncos pro eis recipiendis. Sed pro necessitatibus habeant amicos spirituales, qui pecuniam teneant; sed fratres ita se gerant, vt ab his, nec rationem petant, nec expensas eorum reuideant, quia ipsi Domini non sunt; sed vsum facti tantum habent.

Fratres Minores viuentes in puritate regulæ (sine priuilegijs) non possunt succedere in hæreditate, neque in mobilibus; non habere annuos redditus; neque assistentes in curijs pro eorum causis: nec vllam litem facere pro re temporali. Possunt habere hortos pro suis necessitatibus; non tamen pretium ex eis exigere. non possunt habere cellaria, granaria, &c. non possunt conseruare vinum, vel alia, nisi experientia probarint, quod ex loci conditione, non possunt aliter viuere. Sed hoc superiorum iudicio relinquitur. Habere non possunt magnifica ædificia, vel Ecclesias similes, sed humiles. Neque paramenta, aut vasa Ecclesiæ nimis pretiosa, aut superflua. *ibid. Exiui*. Vide, *Regula*.

Fratres Minores tenentur ad vsum pauperum rerum, quæ in Regula eis permittuntur. *ibid. in fine*.

Regula hæc tertio, alias habet declarationes per *Ioann.* 22. & habetur *Extrau. Ioan.* 22. *de verbor. signif. c.* 1. *Quorumdam*. & sunt sequentes. De habitus fratrum Minorum forma, figura, & alijs accidentibus eiusmodi, tam in habitu, quam in caputio, cum in Regula non exprimantur, Superiores iudicare possunt, & eorum arbitrio hoc remittitur.

Superiores item iudicare possunt, quando sit licitum habere granarium, vel cellarium pro necessitate. *ibid.*

Fratres non sint difformes quo ad habitus curtos, strictos, &c. sed per omnia obediant Generali. *ibid.*

Generales, & Prouinciales fratrum Minorum, vti possunt altari portatili ad dicendam missam. *Clemens* 4. *constu.* 4. *Virtute*. §. 8.

Fratrum Minorum Regulæ declaratio per Constitutiones *Nicolai* 3. non poterat aliter interpretari sub pœna excommunicationis. Sed *Ioann.* 22. tollit hanc pœnam, & permittit interpretationem. *Extrau. Ioann.* 22. *de verbor. significat. cap. Quia nonnumquam*. Vide, *Regula*.

Fratrum Minorum omnia bona sunt sub dominio Romanæ Ecclesiæ. Sed non intelligitur de ijs, quæ vno vsu consumuntur. *Extrau. Ioann.* 22. *vbi supra. c. Ad conditorem*.

Fratres Minores habent simplicem vsum facti de bonis. In ijs, quæ vno actu consumuntur, non distinguitur vsus à dominio. *ibid.*

Fratres Minores, licet proprium habere non possint; tamen in communi possunt possidere. *Extrau. Ioan.* 22. *de verb. signif. c. Quia quorumdam*.

Fratres Minores tempore interdicti non possunt ad suas Ecclesias admittere tertiarios, vel tertiarias, id est confratres, aut sorores de pœnitentia, sub pœna excommunicationis ipso facto, Papæ reseruata. *Clement. de sent. excomm. cap. Cum ex eo*. Sed *Sixtus* 4. aliter disponit, *vt infra*.

Sixtus 4. *constit.* 6. *Regimini*, quæ dicitur *Mare magnum*, concessit fratribus Minorum sequentia priuilegia. Vt tempore interdicti possint ianuis clausis missas, & diuina celebrare, & admittere ad ea tertiarios de Pœnitentia. Vt in suis oratorijs, vti possint altari viatico. Vt superiores possint absoluere fratres à casibus Papæ reseruatis, exceptis hæresi, schismate, & falsificatione literarum Apostolicarum: Item absoluere à simoniæ culpa, & dispensare in irregularitatibus; superiores verò à confessarijs subditis, possint ab eisdem casibus absolui. Vt sepelire possint defunctos in suis Ecclesijs; & si Parochi nolint defunctos sepelire, possint fratres in eorum Parochias intrare, eos leuare, & ad suas Ecclesias deferre, ac sepelire. Non possint cogi ad associandum defunctos ad alias Ecclesias Parochiales. Teneantur tamen soluere canonicam portionem Ecclesijs, de quarum Parochijs leuant corpora. De alijs bonis sibi relictis, nullam debent alicui soluere portionem. Canonica portio, quæ est in vsu, ab eis soluenda est. Nullam decimam etiam à Sede Apostolica impositam soluant. Ob nullum delictum possunt ab ordinarijs conueniri, & horum acta, processus, sententiæ, &c. nulla sunt. Si Parochi ex malitia nolint Populis ministrare Eucharistiam, aut Extremam vnctionem, ipsi fratres possunt ministrare. Si Monasteria S. Claræ careant Monialibus, eorum bona pertinent ad fratres. Si moribundi petunt sepeliri cum habitu fratrum, sic induti in nulla alia Ecclesia, nisi fratrum sepeliri possunt, etiam si alibi habeant sepulturam. Parochi fratres sunt amouibiles. Ecclesiæ in quibus sunt Parochi, sunt priuilegiatæ, sicut aliæ ipsorum fratrum.

Concessit etiam, vt Generalis, & Prouincialis dispensare possint cum fratribus in omni irregularitate proueniente ex quocumque delicto, exceptis ijs, quæ ex bigamia, homicidio voluntario, & mutilatione membrorum proueniunt.

Qui fratribus Minoribus confessi sunt, non tenentur eadem iterum confiteri Parochis. & qui hoc dicunt, vt hæretici sunt habendi.

Fratribus Minoribus concessa etiam intelliguntur omnia priuilegia concessa fratribus Prædicatoribus, & è contra. Et quæ de superioribus vnius ordinis dicuntur, de alterius superioribus etiam intelliguntur. Quæ faciunt, aut possunt Prædicatores circa Moniales, facere possunt Minores. Non possunt ab Episcopis molestari, sed ab eis foueri, & iuuari debent, vt suis priuilegijs vtantur. Et reuocantur omnia decreta, &c. contraria. Prope Ecclesias fratrum Minorum, nullus potest ædificare Ecclesias, monasteria, vel oratoria, nisi intercedat spatium trecentarum cannarum. *Iulius* 2. *const.* 21. *Exponi*.

Omnia priuilegia concessa, vel concedenda fratribus Prædicatoribus intelliguntur concessa Minoribus. *Sixt.* 4. *constit.* 6. *Regimini*. §. 6. Sed aliqua ex his abrogata sunt, vt in suis locis. Vide, *Decimæ*, *qui sunt exempti*.

Fratrum Minorum Reformatio, & diuisio; & alia de illis.

Fratrum Minorum prima diuisio legitima, ac Reformatio facta est in *Conc. constant. sess.* 19. & ibi, qui à communitate ordinis se diuidunt, Reformati, seu Obseruantes dicuntur. & assignatur ibi, quomodo hi debeant regi, & gubernari à Vicarijs, tamen sub Generali ordinis. Alij autem fratres remanent sub communitate Religionis cum titulo Minorum, seu Conuentualium, ad distinctionem Reformatorum, seu Obseruantium diuisorum.

Reformatio hæc & diuisio approbatur *à Martino* 5. *anno* 1430. *const.* 13. *Cum Generale*. & forma regiminis in ijs locis assignatur; & declarat totam Regulam ordinis, diffuse.

Fratrum Minorum Caputium. Vide, *Caputium*.

Fratrum Minorum Paupertas. Vide. *Paupertas*.

Fratres Minores, an cum paupertate habeant vsum facti. Vide, *Paupertas*. Vide, *Vsus*.

Fratres Minores non possunt inquietari ab Episc. & isti in illos nullam habent iurisdictionem, & quas pœnas incurrunt, si eos turbant. *Sixtus* 4. *const.* 6. *Regimini*. §. 17.

Non possunt ab Episcopis impediri, nè gaudeant suis priuilegijs, sub pœna interdicti, & suspensionis. *Sixtus* 4. *const.* 19. *Sacri*. Vide, *Fratres Prædicatores*, & *Minores simul*.

Fratrum

Fratrum Minorum Prouinciales electi confirmandi sunt à Generali, si ei videbitur. Vide, *Electio in genere, circa finem.*

Fratrum Minorum electio Prouincialium, si non fiat intra tempus determinatum, deuoluitur ad Generalem. Vide, *Electio. ibid.*

Fratrum Minorum Cardinalis Protector, eiusque facultas.

Protectoris Cardinalis in ordine fratrum Minorum facultas limitatur *à Gregor. 11. const. 4. cunctos.*

Non potest suspendere, vel abrogare, quæ facta sunt in Capitulis quibuscumque. Nullum superiorem, aut officialem priuare. Neque ad gradus, aut lecturas promouere; non mutare, aut mittere fratres de loco ad locum; non punire, aut liberare aliquem fratrem; non deputare alicui cameram, nec deputatam à superiore mutare. Fratres verò qui hæc impetrant, priuantur impetratis. *ibid.*

Protector debet protegere, & defendere fratres istos, & eorum quieti inuigilare. *ibid.*

Hanc constitutionem confirmat *Sixtus* 4. *anno* 1472. *const.* 4. *Sancta Minorum.*

Vide de singulis Religionibus sub eodem ordine Minorum, infra. *Fratres Minor. Conuentual.*

Fratres Minores Conuentuales.

Fratres Minores post reformationem retinuerunt nomen Conuentualium, *iuxta constitutionem 7. Innocentij 4. cum tamquam, dat. anno* 1257.

Fratres Minores Conuentuales possunt sicut Prædicatores succedere in bonis, ita ac si essent in sæculo. *Clemens IV. constit. 1. Obtentu.*

Fratrum Conuentualium Regula priuilegiata declaratur per *Pium 4. const. 103. Sedis Apostolicæ.* Vbi confirmat decreta facta in Capitulo Generali Florentiæ pro reformatione Ordinis.

Deinde *à Pio 5. const. 61. Ad extirpandas.* & statuitur, vt in communitate viuatur, & tollatur proprietas. Et Constitutiones circa hoc factæ in Capitulo confirmantur *à Pio 5. const. 67. Illa.*

Fratres Minores conuentuales Sancti Francisci *ab Innocentio 4. constit. 16. Quia tunc* instituuntur Inquisitores hæreticæ prauitatis in Prouinciis Patrimonii S. Petri, & aliis terris Ecclesiæ, in Regno Apuliæ, Lombardia, Romandiola, Marchia Taruisina, Sclauonia, & Tuscia. respectiuè, scilicet quilibet Minister, Custos, & Guardianus in sua Prouincia. Et ex Collectanea Bullarii anteriori ad Tomos Bullarii Frater Andreas fit Inquisitor in Prouincia Romana, Sabinæ, Tusciæ, & Campaniæ. *Alexander 4. const. Dum ad studium.* Quæ modo non est in nouo Bullario.

Fratrum Minorum Conuentualium Protector non potest se immiscere negotiis fratrum, si Superiores satisfaciunt debito. Quando autem requiritur, vt in eisdem suam facultatem interponat, per se ipsum id facere curet, adhibito aliquo ex fratribus eisdem in notarium. *Paulus V. const. 53. cum Ordo.* Vide alia de Protectore in præcedenti titulo. *Fratrum Minorum Cardinalis Protector.*

Fratres isti obtinent facultatem erigendi vnum Collegium in Insula Mileuitana sub inuocatione S. Antonii, ad instar Collegii Sancti Bonaventuræ Romæ præfatæ Religionis Minorum Conuentualium, pro sex Baccalaureis, qui adimpletis quæ sunt necessaria, possint lauream magistralem consequi. *Paulus V. const. 121. In supereminenti.*

Ex fratribus Minoribus Conuentualibus, ait *Clemens 7. constit. 21. Religionis.* §. 1.

Capuccinos prodijsse, qui prius inter Obseruantes se recepérant.

Generalis, & alij Superiores Minores Conuentuales, quomodo olim regebant Capuccinos, & quomodo confirmabant superiores eorum. *ibid.* Vide, *Capuccini.*

Fratres Minores Conuentuales, quomodo olim debebant se gerere cum Capuccinis in confirmatione eorum Vicarij Generalis. *Paulus 3. constit. 11. Exponi.*

Alia de fratribus Minoribus Conuentualibus. Vide, *Fratres Minores.* Vide, *Fratres S. Francisci.* Vide, *Fratres Minores, & Prædicatores simul.*

Fratres isti non possunt in Religione per fauores Principum, vel aliorum etiam Cardinalium procurare gradus, dignitates, & honores, sub pœna inhabilitatis ad ea, & omnia alia officia. *Paulus V. const. 116. Admonemur.*

Superiores pariter non possunt gratias facere, pœnas remittere, gradus, aut dignitates conferre per fauores Principum quorumcumque etiam Cardinalium, sub pœna excommunicationis ipso facto. *ibid.* Comprehendit Generales, & Prouinciales. *ibid.*

Fratres Minores Conuentuales, semel in mense prima die non impedita possunt facere Officium de S. Francisco. *Paulus V. constit. 102. Domini nostri.*

Fratres isti obtinent pro Conuentu Pragæ in Bohemia ad instantiam *Ferdinandi 3.* Imperatoris vnum Collegium pro 12. Baccalaureis ad instar Collegii S. Bonaventuræ. *Gregor. XV. const. 21. In supereminenti.*

Ab *Vrbano* 8. obtinent confirmationem nouarum Constitutionum. *Const. 88. Militantis.*

Fratres Minores S. Francisci de Obseruantia.

Fratres Minores obseruantes inceperunt sic dici ex tempore Concilii Constantiensis de anno 1415. Approbantur *à Martino V. anno* 1430. *const. 13. cum Generale.*

Fratres Minores Obseruantes dicti possunt domos amplas recipere. *Leo X. const. 6. Merentur.* Eorum bona sunt sub dominio Papæ. *ibid.* Possunt habere magnifica ornamenta Ecclesiarum. *ibid.*

Debent eligere Generalem reformatum. *Leo X. const. 23. Ite & vos.* Dum Generalis est vltramontanus, fiat Commissarius Generalis Cismontanus; & è conuerso. *ibid.* Prouinciales debent esse Reformati. *ibid.* Reformati degere non possunt in Conuentibus non reformatis. *ibid.* & alia multa quæ pertinent ad regimen fratrum de Obseruantia. *ibidem.*

Fratres isti non possunt alios fratres S. Francisci irrisorio aliquo nomine, vt priuilegiatorum, &c. nominare. *Leo X. const. 23. ite & vos.*

Fratres Obseruantes præcedunt alios in actibus publicis, scilicet processionibus. *Leo X. const. 26. Licet alias.* Et hoc ex causa obseruantiæ Regulæ.

Fratres Obseruantes possunt pro legatis componere cum hæredibus, & in pecunia, vel aliis bonis mobilibus accipere eleemosynam pro fabrica, & aliis necessitatibus. *Clemens 7. const. 15. Nuper.*

Possunt deputare Sindicum extra ordinem ad exigenda legata, & alia facienda, & quomodo. *Paulus 4. constit. 1. Ex Clementi.* Sindici præfati quam facultatem habent circa contractus, & alia dictorum fratrum. *ibid.*

Possunt audire confessiones sæcularium, & Eucharistiam toto anno ministrare populis, excepta Dominica Resurrectionis. *ibid.* Alias multas gratias hic Papa eis concedit.

In feria quinta cuiuslibet hebdomadæ non impedita festo nouem Lectionum, excepto tempore Aduentus, & Quadragesimæ, recitare possunt officium Corporis Christi. *Pius V. constit. 52. Exponi.*

Fratrum istorum Superiores, quomodo eligendi. *Gregor. 13. const. 13. in declarat. cap. consuenit.*

Non possunt fratres à superioribus appellare ad tribunal sæculi. *Gregor. 13. const. 27. Quoniam.* Appellare possunt ad Generalem, Protectorem, & Papam. *ibid.*

Non possunt transire ad Capuccinos, sine licentia suorum superiorum. *Sixtus 5. const. 20. Pro ea.*

Sixtus 5. eis concessit, vt possent retinere loca, quæ possidebant sine titulo, cum consensu tamen Ordinarii. *Sixtus 5. constit. 40. cum sicut.*

Vt in singulis Prouinciis concederent duos Conuentus fratribus strictæ Obseruantiæ, præcepit *Pius 5. const. 81. Iniunctum.*

Fratrum istorum Procuratores, & Sindicos gaudere iisdem priuile-

priuilegiis, quibus fratres, & eodem foro, conceſſit *Clemens 7. conſt. 19. Dum conſideramus.*

Generalis horum fratrum, quomodo eligendus. *Pius 5. conſtit. 128. Paſtoralis.*

Nouitii in hac Religione quomodo recipiendi. *Pius V. conſt. 128. Paſtoralis.*

Bibliothecæ eorum qua cura cuſtodiendæ, & pœnæ extrahentium libros. *Sixtus 5. conſt. 67. Cum ſicut.*

Omnia eorum priuilegia, quæ Concilio Tridentino non ſunt contraria, confirmantur. *Clemens 8. conſtit. 51. Ratio paſtoralis.*

Fratres iſti in locis Indiarum non poſſunt fieri Prouinciales, neque ad alia officia eorum aſſumi, niſi ſint filii dictarum prouinciarum: alias omne quod fit, eſt nullum, & irritum. *Clemens 8. conſt. 67. His quæ.*

Fratres obſeruantiæ in ſuis Eccleſiis ſatisfacere poſſunt pro miſſis legatorum, quas ſatisfacere debent Moniales, quæ ſunt ſub eorum cura, & pretium eleemoſynæ ſit iuxta locorum conſuetudinem. *Clemens 8. conſt. 105. Ex debito.*

Non poſſunt accedere ad Monaſteria Monialium, vel Eccleſias, niſi pro miſſis celebrandis, iuxta conſuetudinem, & non alias ſub pœna priuationis officiorum, & perpetuæ inhabilitatis ad illa. *Clemens 8. ibid.* Neque accedere poſſunt ob prætextum funeralium Monacharum, vel occaſione induendæ nouæ alicuius Monialis. *ibid.* Fratres qui ad dicendas miſſas in Eccleſiis Monialium mittuntur, debent eſſe prouectæ ætatis. *ibid.*

Sine ſpeciali licentia ſacræ Congregationis Regularium ad Monaſteria Monialium accedere non poſſunt, & pœnæ accedentium. *ibid.* Vide, *Moniales*. Vide, *Regular. circa Moniales.*

Generalis huius Ordinis habet poteſtatem ordinariam, etiam ſuper reformatos dictos ſtrictæ obſeruantiæ, ſicut ſupra Obſeruantes. Eamdem habet Commiſſarius Generalis in abſentia Generalis. *Paulus 5. conſt. 31. Prælat. & in ſeq. c.*

Fratres iſti non poſſunt in Religione procurare dignitates, ac Prælaturas per fauores Principum ſiue ſæcularium, ſiue Eccleſiaſticorum: neque oblatos fauores acceptare, ſub pœna inhabilitatis ad illa officia, & etiam ad alia maiora: *Paulus 5. conſt. 114. Admonemur.*

Superiores dicti ordinis non poſſunt intuitu fauorum concedere dignitates, honores, gradus, &c. neque intuitu Principum, vel Cardinalium, ſub pœna excommunicationis ipſo facto. Neque intuitu fauorum poſſunt pœnas remittere, ſub eadem pœna. *Paulus 5. ibid.*

Fratres obſeruantes circa Moniales, & Miſſas dicendas in eorum Eccleſiis. Vide, *Moniales S. Claræ.*

Reuocatæ fuerunt olim paternitates, ac præcedentiæ eis conceſſæ, ſiue per ſuperiores, ſiue per Papam. *Greg. 13. conſt. 41. Paſtoralis.*

Fratres iſti exiſtentes in Indiis Occidentalibus, cum licentia ſuperioris ordinari poſſunt à quolibet Epiſcopo Catholico Diœceſano, vel de licentia Diœceſani, non expectatis interſtitiorum temporibus, & extra tempora ſtatuta à iure. *Vrbanus 8. conſt. 44. Cum ſicut.*

Fratres obſeruantiæ tenentur in pedibus portare calepodia & ſandalia aperta, & non aliud. tenentur præter duas tunicas laneam camiſiam, ſeu ſudaria portare. alia autem priuilegia circa hæc abrogantur. *Vrbanus 8. conſt. 49. Sacroſanctum.*

Statuta quædam per eos facta circa veſtitum & obſeruantiam, confirmantur *ab Vrbano 8. conſt. 49. Sacroſanctum.*

Fratres Minores ſtrictioris Obſeruantiæ.

Fratres Minores ſtrictioris obſeruantiæ inſtituuntur & approbantur tempore *Clementis 7. conſt. 35. In ſupremo.* Forma gubernii eorum. qui, & quomodo eligendi ſuperiores. debent habere vnum cuſtodem. ſubditi ſunt Generali Minor. obſeruantium. *ibid.* Confirmat idem *Paulus 5. conſt. 114. Admonemur.*

Conſtitutiones, & ſtatuta eorum noua confirmantur *à Gregorio 13. conſtitut. 55. Cum illius.* Diſpoſita ſunt ibi omnia per §§. 22.

Vt fratribus iſtis darentur à fratribus de obſeruantia duo Conuentus in ſingulis prouinciis, præcepit *Pius 5. conſtit. 81. Iniunctum.*

Fratres iſti quomodo debent ſe gerere circa electionem ſuperiorum, lectorum, & nouitiorum, & alia. *Clemens VIII. conſt. 45. Pro iniuncti per 11. §§.*

Circa Gallos, & Belgas quid agendum, ſequitur *ib. in ſeq. c.*

Fratres iſti tranſire non poſſunt ad Religionem B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum. *Clemens 8. conſtit. 46. Nuper.*

Non poſſunt de nouo facere organa in Eccleſiis, nec permittere, vt in eis alii faciant, ſi non adſint; poſſunt tamen tenere, ſi iam adſint, cum eccleſias obtinent. *Clem. 8. conſtit. 84. Sanctiſſimus.*

Fratres iſti non debent dici noui, quia non ſunt nouæ regulæ obſeruatores, ſed ſunt obſeruatores regulæ S. Francifci. *Clemens 8. conſt. 92. Ex iniuncto.*

Fratrum horum Conuentus, bona, bibliothecæ, &c. eis conceſſa, à nullo poſſunt occupari, nec impediri. Si quis fratrum id commiſerit, actiua, & paſſiua voce priuatus exiſtit, & excommunicationem incurrit. *Clemens 8. conſt. 100. Decet Romanum.*

Fuit eis conceſſum, vt poſſint extra capitulum recipere nouitios ad Religionem, & quomodo obligantur cuſtodes referre ad capitulum quos receperint. *Clemens 8. conſtit. 106. Sanctiſſimus.*

Fratres Reformati ſubditi ſunt Generali Obſeruantium. *Paulus V. conſt. 31. Poſtulat.* Prouinciales, ſi ſunt de Reformatis, habent poteſtatem ordinariam ſuper cuſtodes, & Reformatos. Si Prouinciales ſunt de familia, præcedunt Reformatos, & vt ſuperiores eorum ſunt recognoſcendi. *ibid.* Quando viſitandi ſunt Reformati, & Superiores eorum quomodo eligendi. quomodo recipere debent Nouitios, & ad eos quomodo poſſunt tranſire fratres de familia. *ibidem.*

Fratres iſti, ita ſubditi ſunt Commiſſario Generali Obſeruantium in abſentia Generalis, ſicut ipſi Generali. *Paulus 5. ibid. in declarat.*

Fratres iſti ad quid tenentur, & quid poſſunt facere in Capitulis Fratrum de familia; & circa alia, quæ ab iſtis in Religione fiunt. *Greg. 15. conſt. 8. Onerosa.*

Portare debent caputium, mozzetam, & mantellum eodem modo, quo fratres de familia, licet pannis vti poſſint vilioribus. *Vrbanus 8. conſtit. 12. In ſupremo.* Non poſſunt portare ſoleas, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ & ſuper hoc procedere poſſunt Superiores, & Ordinarii. *ibidem.*

Conſtitutiones Reformatorum *ab Vrbano 8.* confirmantur. *conſt. 13. Romanus per §§. 15.*

Obtinent, vt cuſtodia Bauariæ erigatur in Prouinciam ſicut aliæ Hiſpaniarum. pro Diſcalceatis, cui ſubiiciuntur prædicti Reformati. *Vrbanus 8. conſt. 36. Sacroſanctum.*

Reformati ſeu Diſcalceati non poſſunt ad alias Religiones tranſire, excepta Carthuſiana. *Clemens 8. conſtit. 111. Paſtoralis.* Habitum eorum nullus poteſt deferre, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. *ibid.*

Fratres Reformati Diſcalceati in Regnis Hiſpaniæ poſſunt noua loca erigere, ſeruatis ſtatutis Concilii Tridentini. *Gregor. 15. conſt. 26. Alias.*

Fratres Reformati dicti Recollecti Franciæ, non poſſunt ferre caputium acuminatum, ſed debent ferre rotundum, & mozzetam. latam, ſicut fratres Minores Obſeruantes. *Vrbanus 8. conſt. 12. In ſupremo.* Tenentur portare calepodia, exceptis infirmis. *ibid.* Quando in itinere poſſunt vti ſoleis. *ibid.*

Fratres ſtrictioris Obſeruantiæ Recollecti in regno Franciæ, tenentur deferre caputium rotundum, ac mozzetam largiorem ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & priuationis actiuæ ac paſſiuæ vocis, carcerationis, &c. Superiores ſub pœna priuationis officiorum, & inhabilitatis ad ea tenentur hoc obſeruare. *Vrbanus 8. in append. conſtit. 13. Alias à nobis.*

Fratres ſtrictioris Obſeruantiæ poſt completa officia, quem ordinem ſeruare debent inter ſe in præcedendo. *Vrbanus 8. in ap-*

in appendice constitut. 23. *Inter grauissimas.*

Fratres sancti Franciſci de Obſeruantia Diſcalceati, in Hiſpania & Indijs, non poſſunt eſſe lectores iubilati, nec titulum aut exemptionem Patrum, niſi qui Miniſtri fuerunt. *Vrbanus* 8. *in append. conſt.* 32. *Religioſos.*

Vide, *Fratres*. Vide, *Fratres Mendicantes*. Vide, *Regulares*. Vide, *Regularium priuilegia*. Vide, *Fratres S. Franciſci*.

Fratres Reformati Minorum Conuentualium.

Ista reformatio inſtituitur tempore *Sixti V.* & ab eo approbatur, ſimulque forma viuendi fratribus Minoribus Conuentualibus Reformatis præſcribitur. *Conſt.* 68. *Apoſtolici*. Mantellum longum ſub caputio, non ſupra deferre debent. *Greg. XIV. conſt.* 11. *Beati*. Capuccinos non poſſunt in Religionem recipere. *ibid.*

Ferre non poſſunt habitum Cappuccinorum, & pœnæ deferentium. *Greg.* 15. *conſt.* 15. *Ex iniuncto*. Vide, *Reformati*.

Fratres Amadei, ſeù Clareni dicti ex ordine ſancti Franciſci.

Fratres Amadei vniuntur cum fratribus de obſeruantia. *Pius V. conſt.* 53. *Beatus*.

Fratres ſancti Franciſci Diſcalceati Italiæ.

Fratres Diſcalceati ſancti Franciſci in Italia ſupprimuntur. *Sixtus* 5. *conſt.* 99. *Cum ſicuti*.

Fratres Tertij Ordinis ſancti Franciſci, ſeù Tertiarij.

Tertiarij Ordinis ſancti Franciſci in domibus proprijs tantum prius degebant; deinde alij regularem vitam eligunt, & approbationem ac regulam obtinent *à Leone X. conſtit.* 42. *Inter cætera*. Cui eſt inſerta regula obſeruanda. Præcepta regulæ ſunt ſub conſilio. *ibid. c. Omnia*.

Hic ordo fuit reformatus *à Pio* 5. *conſtitut.* 63. *Ea eſt per* §§. 21.

Quolibet triennio eligere poſſe viſitatorem obtinuerunt, non obſtante conſtitutione *Pij* 5. *Super hoc*. & quomodo id facere poſſint. *Sixtus V. conſt.* 28. *Romani*.

Fratres iſti quomodo celebrare debent Capitula ſiue Generalia, ſiue Prouincialia. *Clemens* 8. *conſt.* 33. *Decet*.

Obtinent confirmationem omnium priuilegiorum, quæ Concilio Tridentino non ſunt contraria, *Clemens* 8. *conſt.* 51. *Paſtoralis*.

Prouincialis, & Fratres Prouinciæ Dalmatiæ vniuntur ſub obedientia Generalis, ſeù Vicarij Generalis. *Clemens* 8. *conſt.* 91. *Romani*.

Fratres iſti vltra montes tenentur geſtare habitum ita diuerſum, vt ſit coloris, & qualitatis diſtinctæ à colore fratrum S. Franciſci de Paula. Pannus, ex quo ſit eorum habitus, debet eſſe ex quatuor partibus de lana nigra, & vna candida. *Paulus* 5. *conſt.* 66. *Inter graues*.

Vide, *Tertiarij*.

Fratres, & ſorores tertiariæ domi degentes.

Fratres & ſorores ſancti Franciſci ſæculares dicti de pœnitentia, in ſua domo degentes, ſeu tertio ordine, ex tempore ſancti Franciſci inſtituuntur *à Nicolao* 4. *conſt.* 2. *Supra montem*, obtinent regulam, & priuilegia. Obligationes eorum quæ ſunt. *ibid.* Nullum ex regulæ præceptis obligat ad mortalem culpam.

Gaudent gratijs, & priuilegijs omnium Ordinum Mendicantium, & priuilegia his conceſſa in iudicio faciunt fidem ac ſi illis fuiſſent conceſſa. *Sixtus* 4. *conſt.* 19. *Sacri*.

Tenentur tempore Paſchæ recipere Euchariſtiam à Parocho. *Leo X. conſtit.* 22. *Dum intra*. Sic etiam Extremam Vnctionem. Non ſunt exempti ab oneribus ſæculi. à Iudice ſæculari poſſunt conueniri. ſi cauſam dederint interdictio, non poſſunt eo tempore in Eccleſijs ſui ordinis audire diuina. *ibidem*.

Tertiariorum domi degentium votum, ſiue maſculorum, ſiue fœminarum, non eſt votum Religionis, nec ſolemne, ſed ſimplex. *Leo X. conſtitut.* 22. *Dum intra in cap. ſeq. Nuper*.

Vide, *Tertiarij*. Vide, *Oblati*.

Fratres S. Franciſci Cappuccini.

Fratres Minores ſancti Franciſci *Cappuccini* approbantur à Clemente VII. *anno* 1528. *conſt.* 21. *Religionis zelus*. Ex Conuentualibus ortum habere ait ibi Papa. *ibid.* Habitus & modus viuendi, *ibidem*. præſcribitur, & alia ad eos ſpectantia. *ibid.*

Cappuccini in regnis Hiſpaniarum poſſunt noua loca recipere iuxta formam Canonum, & Tridentini Concilij. *Paulus* 5. *conſtit.* 27. *Ad vberes*.

Poſſunt recitare officium de ſancto Conrado. *Vrbanus* 8. *conſtit.* 43. *Domini*.

Non poſſunt ſine licentia Papæ tranſire ad laxiorem ordinem. *Vrban.* 8. *conſt.* 91. *Iniuncti*. Neque Carthuſianos, vel alios ſimiles, ſine licentia Generalis inſcriptis. *ibid.*

Fratribus Cappuccinis conceſſit *Clem.* 8. vt audire poſſint confeſſiones ſæcularium. *conſtit.* 82. *Alias*. Et quomodo approbandi. *ibid.*

Alia de Cappuccinis. Vide, *Cappuccini*.

Fratres ſancti Franciſci de Paula, ſeu Minimi.

Fratrum ſancti Franciſci de Paula Religio approbatur *à Sixto* 4. *anno* 1474. *conſt.* 5. *Sedes Apoſtolica*. Iſti Religioſi prius manebant in eremitorio quodam Coſentiæ Calabriæ dicto *Sancti Franciſci de Paula*. Confirmatur approbatio *à Iulio* 2. *conſt.* 10. *Dudum*.

Poſſunt celebrare cum octaua officium ſancti Franciſci inſtitutoris. *Leo X. conſt.* 38. *Excelſus c. ſeq. Licet*.

Quomodo eligendi eorum conſeruatores, & quæ ſit eorum iurisdictio. *Clemens* 7. *conſt.* 6. *Conqueſtionum*.

Religio ſancti Franciſci de Paula inter Mendicantes numeranda. *Pius* 5. *conſt.* 49. *Apoſtolicæ*.

Quolibet ſexennio fratres iſti tenentur celebrare capitulum Generale; & non ante. Generalis durat per ſexennium: ſic etiam Procurator Generalis, ſeu zeloſus. *Paulus V. conſtit.* 6. *Cum ſicut*. Prouinciales durant per triennium: Correctores verò per annum. *ibid.*

Fratres iſti non poſſunt in Religione procurare dignitates, honores, &c. per fauores ſæcularium, vel Eccleſiaſticorum Principum, etiam Cardinalium, ſub pœna priuationis obtentorum, & inhabilitatis ad alia. Superiores verò non poſſunt ad intuitum dictorum fauorum concedere dignitates, honores, &c. nec gratias facere, aut pœnas remittere, ſub pœna excommunicationis ipſo facto. *Paulus* 5. *conſt.* 17. *Admonemur*.

Obtinent multa ſtatuta pro electione noui Generalis in caſu mortis, & pro alijs. *Vrbanus* 8. *conſt.* 17. *Vt ea*.

Obtinent confirmationem omnium gratiarum, & priuilegiorum, quæ non obſtant Concilio Tridentino, nec ſunt reuocata. *Vrbanus* 8. *conſt.* 19. *Iniuncti*.

Erigunt vnum Collegium in Regione Montium Romæ pro Natione Calabriæ. *Vrbanus* 8. *conſt.* 5. *Ex iniuncto*. Alia pro hoc Collegio. Vide, *Collegium*.

Fratres Eremitæ S. Hieronymi, & B. Petri de Piſis.

Fratres Eremitæ S. Hieronymi approbantur *à Gregorio* 12. *conſt.* 4. *Sacrum*.

Sub vna Congregatione dicta de Feſulis adunantur. & alia ſpectantia ad eorum ſuperiores, & electiones. *Eugen.* 4. *conſt.* 21. *Super gregem*.

Fratres iſti Eremitæ, multa priuilegia, ac gratias obtinuerunt *ab Eugenio* 4. *conſt.* 12. *Prouenit*.

Huic Congregationi multa concedit *Sixtus* 4. *conſtitut.* 13.

Sedes. Quomodo debent celebrare Capitulum Generale; & alia ad eam Congregationem spectantia. *ibid.*

Gaudent hi fratres priuilegijs Mendicantium. *Pius 5. const. 125. Religionis.*

Quomodo debent celebrare Capitulum Generale, & eligere superiores; Studia dirigere, & dare licentiam adeundi Romam. *Gregor. 13. const. 17. Pro nostri.*

Fratres S. Hieronymi de Obseruantia, quomodo debent electiones facere, & superiores eligere, & alia circa hoc. *Gregorius 13. const. 90. Ea quæ.*

Duos Nouitiatus obtinent; vnum pro Conuentu Sancti Sebastiani Venetiarum, alium pro Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum Neapolis. *Clemens 8. const. 70. Ordinis vestri.*

Fratres isti procurantes gradus, dignitates, & honores in Religione, per fauores dominorum quorumcumque, etiam Cardinalium, priuantur habitis, & fiunt inhabiles ad alia. *ibid. in additione cap. Ambitiosam.*

Vide, *Monachi S. Hieronymi.*

Fratres S. Hieronymi Iesuiti.

Fratrum horum institutum approbatur *à Martino 5. constit. 11. Pia.*

Obtinent, vt dici possint ipsi, soli, fratres S. Hieronymi; & alijs interdicitur. Multas gratias, & indulgentias consequuntur. *Alexander 6. const. 9. Ad sacram.*

Gaudent priuilegijs Ordinis Eremitarum S. Augustini. *Clemens 7. const. 36. Sacræ Religionis.*

Priuilegia eorum confirmantur *à Greg. 13. const. 47. Spectatus.*

Hæc Congregatio inter Mendicantes, adscribenda est. *Pius V. const. 50. Romanus.*

Possunt promoueri ad sacerdotium, qui, & quando, & quomodo. *Paulus 5. const. 16. Religiosos.* In ijs locis, in quibus quatuor sunt in sacris, tenentur recitare officium in Choro. Vbi vero tot non sunt, ad Chorum non tenentur, sed priuatim possunt recitare. & alia ad hanc Congregationem spectantia. *ibid. & in c. seq.*

Fratres isti approbati ab Ordinarijs audire possunt confessiones secularium in Ecclesijs Parochialibus suorum Conuentuum. *Gregor. 15. const. 35. Ex iniuncto.*

Obtinent vt relicto albo caputio, quod portare tenebantur, vti possint alio eiusdem coloris cum tunica. *Vrbanus VIII. constit. 31. Onerosa.*

Obtinent Nouitiatum in Conuentu SS. Ioannis, & Pauli de Vrbe. *Gregor. 15. const. 5. Inter multiplices.*

Fratres Humiliati.

Vide, *Humiliare. Humiliati.*

Fratres Ioannis Dei.

Fratrum Ioannis Dei Congregatio pro curandis infirmis instituta, approbatur *à Pio 5. constit. 143. Licet ex debito*, Sub Regula S. Augustini viuunt. Constitutiones, & norma viuendi. *ibid.*

Confirmatur approbatio *à Clemente 8. constitut. 44. Romani.* Possunt eligere vnum in Generalem. quomodo debent se gerere in electionibus, & hospitalitate cum alijs, &c. *ibid.*

In quolibet Conuentu habere possunt vnum ex ordine sacerdotem, qui sit professus per sex annos. *Paulus 5. constit. 55. Inter alia.* Talis sacerdos ad nullum officium, vel administrationem admitti potest in illa Congregatione: & si ex suis demeritis priuatur habitu, statim est suspensus à sacerdotio. *ibid.* Vide, infra.

Vrbanus 8. statuit nè ad sacerdotium aliquis promoueatur, nisi post decem annos professionis. *Constitut. 84. Circumspecta.* Declarat qui sint gradus, & dignitates, ad quas non possunt promoueri sacerdotes. *ibidem. in declaratione seq.*

Fratres isti emittentes tria vota substantialia, & quartum de seruiendo infirmis, & viuentes sub obedientia superiorum, sunt veri regulares, & religiosi. *Paulus 5. constitut. 69. Romanus.*

Hæc Congregatio declaratur Religio. *Paulus V. constit. 100. Romanus.* Quomodo faciendæ electiones superiorum, sacerdos non potest in ea habere officium. *ibidem.* Confirmantur eorum Constitutiones. *Paulus V. const. 103. Ea quæ.*

Fratres isti non subsunt iurisdictioni Ordinariorum, sicut prius. Sed sicut alij Regulares, sunt exempti. *Paulus V. const. 113. Romanus.*

Obtinent confirmationem omnium gratiarum, & vt gaudeant priuilegijs omnium Mendicantium. *Vrbanus 8. constitut. 18. Sacrosanctum.*

Quando, & quomodo habent præcedentiam super quibusdam Mendicantibus; & silentium perpetuum ponitur in hac causa. *Vrbanus 8. const. 76. Commissi.*

Est eis interdictum, nè amplius celebrent duas missas. *Vrban. 8. const. 84. Circumspecta.*

Fratres B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum.

Fratrum B. Mariæ de Mercede religio, & regula approbatur *à Gregorio 9. anno 1235. const. 9. Deuotionis.* Regula. *ib.*

Fratres isti exempti sunt à soluendis decimis, etiam de bonis Ecclesiasticis, quando à Papa imponuntur, vt soluantur Principibus. *Gregorius 11. const. 3. Dum salubria.*

Non possunt transire ad alium Ordinem Mendicantium, propter quartum votum. *Calixtus 3. const. 3. Super gregem.*

Quomodo eligere debent Generalem; qui debent conuenire ad Capitulum: de Procuratore Generali Vrbis, & alia spectantia ad dictum ordinem. *Clemens 8. const. 30. Ijs quæ pro. per 22. §§.*

Non possunt recipere ad suum Ordinem fratres Minores Obseruantes S. Francisci. *Clemens 8. const. 46. Nuper.*

Alia obtinent statuta, & moderationes pro electione Officialium, & pro alijs. *Clemens 8. constitut. 68. Ex pastoralis. per §§. 28.*

Obtinent, vt benedictionem dare possint populo in alijs duobus festis Sancti Laurentij, & Sancti Antonij, sicut in alijs, vt ex concessione *Clemens 8. constitut. 79. Cum nos alias.* Forma benedictionis. *ibid.* Communicatio indulgentiarum, quomodo ab eis facienda, & ad quos extenditur communicatio bonorum operum, quæ fiunt in illa Religione. *ibidem.*

Nouas Constitutiones obtinent pro reformatione. *Clemens 8. const. 112. Decet Romanum. per §§. 42.*

Obtinent confirmationem omnium priuilegiorum, & alia noua. *Sixtus 5. const. 25. Inter omnes.*

Hic ordo dicitur ibi à Papa reuelatus à B. Maria Virgine. *ib.*

Fratres de Mercede non possunt recipere Capuccinos, vel alios Regulares strictioris regulę, ob quartum votum quod faciunt. *Paulus 5. const. 50. Nuper ad nos.*

Gregorius 15. confirmat omnes gratias, & priuilegia concessa ab antecessoribus huic Religioni. *const. 22. Iniuncti.*

Congregatio Reformatorum huius Religionis confirmatur. Sed Generali ordinis est subiecta. *Paulus 5. const. 25. Inter omnes. §. 5.*

Fratres Reformati huius Congregationis transire non possunt ad fratres Calceatos dictæ Religionis. *Vrbanus 8. constit. 77. Iniuncti.*

Vrbanus 8. confirmat omnes gratias, & priuilegia huius Religionis, quæ Concilio Tridentino non sunt contraria. *Const. 94. Ex clementi.*

Fratres Reformati huius Religionis transire non possunt ad alias Religiones, nisi ad Carthusianam. *Vrbanus 8. in append. const. 2. alias 21. Commissi.*

Idem Pontifex concedit his Reformatis, vt in Africa, & alijs Turcarum partibus possint celebrare in altari portatili, & ante diem. Item, vt absoluant fideles ab excommunicationibus in Bulla Cœnæ. *Vrbanus 8. in append. const. 3. alias 24. Cum sicut dilectis.*

Fratres Ordinis Seruorum B. Mariæ.

Fratrum horum Religio, denuò approbatur *à Benedicto 11. const. 1. Dum leuamus.*

Eximun-

Eximuntur ab Ordinariorum iurisdictione. *Vrban.6.const.6. Sacrosancta.*

Fratres Seruitæ, qui habent beneficia Ecclesiastica, vel Pœnitentiariæ, ex dispensatione Papæ, non habent vocem activam, vel passiuam in Capitulis, & Conuentibus. *Iulius 3. const. 8. Cum sicut.*

Qui in Religione professionem explicitè, vel tacitè emiserunt, non possunt dimittere habitum; neque extra Conuentum morari. *ibid.*

Reformatio huius Religionis fit *à Clem. 6. anno* 1346. *const. 2. Regimini.*

Iterum sub *Pio V.* reformatur. *const. 103. Postquam.*

Denuò sub *Clemente 8.* reformatur, & decreta Reformationis emanant. *Clemens 8. const. 60. & in additione, c. Ex ijs. per §§. 64.*

Non possunt hi fratres per appellationem recurrere ad Tribunalia sæcularia, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ reseruatæ Papæ; priuationis officiorum, & inhabilitatis ad ea. Sed possunt per appellationem recurrere ad Generalem, Viceprotectorem, Protectorem, & Papam. *Clemens 8. constit. 119. Quoniam.* Consulentes recursum ad sæculares, vel fauentes in eo, eadem pœnas incurrunt. *ibid.*

Seruitæ Montis Senarij prope Florentiam reformantur, peculiares habent Constitutiones, formam viuendi, & Nouitiatum, gubernium, &c. *Clemens 8. constit. 80. Decet Romanum. & in addit.*

Facultatem recipiendi ibi Nouitios obtinent, & dispensantur ne in pane, & aqua tantum ieiunent in feria 4. *Paulus 5. constit. 76. Sedis Apostolicæ.*

Fratres Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, & Discalceati.

Fratrum horum Religio approbata est anno 1198. *ab Innocentio 3. constit. 1. Operante.*

Confirmatur tamen ab eodem anno 1209. *constit. 9. Operante.*

Posse quæstuare pro Redemptione Captiuorum, concedit *Clem. 7. constit. 7. Gratum.* Impedientes eos excommunicantur. *ibi.* Indulgentiæ, quas consequuntur dantes eleemosynas. *ibid.*

Fratres isti in Regno Portugalliæ, gaudent eisdem priuilegijs, quibus alij fratres eiusdem Ordinis in Regno Castellæ, & Legionis. *Paulus 3. const. 2. Inter curas.*

Moderatio Regulæ huius Religionis fit *à Clemente 4. constit. 10. In ordine.*

Prælati in hac Religione possunt benedicere ornamenta, & paramenta, seu vestimenta Ecclesiastica, & vasa omnia, ijs exceptis, in quibus est necessarius vsus Chrismatis. *Gregorius 13. const. 31. Exposcit.*

Fratres isti in statu Ecclesiastico non possunt quæstuare pro Captiuorum Redemptione, quia hoc munus, alijs est concessum. *Sixtus 5. const. 27. Cum benigna.*

Fratres isti quando, quomodo, & quibus possunt communicare bona opera Religionis. *Clemens 8. constitut. 85. Decet Romanum.*

Quando transeunt ad partes infidelium, vt Algerium, & alias Africæ partes, quomodo, & quoties absoluere possunt à casibus Papæ reseruatis, & censuris semel in anno, liberos vero ibi existentes, semel in vita. *Paulus 5. constitut. 40. Ex omnibus.* Item eis concessit, vt in aliquibus irregularitatibus dispensare possint & votis, & condonare incerta, dicere missam in altari portatili, etiam in loco profano coram Turcis, & hæreticis. ter in hebdomada celebrare pro animabus Purgatorij, & qualibet vice vnam animam liberare. & alia. Sed ad decennium tantum duratura, hæc concessit. *ibid.*

Fratres Discalceati Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, obtinent peculiares Constitutiones, & ad primæ Regulæ obseruantiam redeunt. *Clemens VIII. constitut. 62. Ad militantis. per §§. 16.* Forma viuendi. *ibid.*

Fratres Reformati Discalceati, quomodo debent eligere Superiores, Diffinitores, &c. & quantum durant. item diuisio Prouinciarum. *Paulus 5. const. 59. Ex debito. in addit.*

Fratres isti numerantur inter Mendicantes, & eorum priuilegijs fruuntur. *Paulus V. const. 60. Ecclesiæ Catholicæ.*

Fratrum istorum Discalceatorum statuta, iterum *à Paulo V.* approbantur. *Paulus 5. const. 61. Quæ piè.*

Duo alia vota emittunt, id est, quod non procurabunt, neque per se, neque per alium superioritatem, aut Prælaturam in Congregatione illa. Secundo, quod neque extra eam procurabunt, nec per se, nec per alios; nec oblatam acceptabunt prælaturam. *ibid. Paulus 5.*

Fratres Discalceati Sanctissimæ Trinitatis, &c. possunt eleemosynas petere, legata, & alia subsidia pro Redemptione Captiuorum. *Vrbanus 8. in append. const. 6. Ex incumbenti.*

Si horum fratrum Discalceatorum Hispaniarum Generalis intra sexennium deficiat, siue ex morte, siue ex priuatione, resignatione, &c. primus Diffinitor vocare debet cæteros Diffinitores, & Prouinciales, & præsideat capitulo. & qui eligitur sit Vicarius generalis, habeatque totam Generalis auctoritatem, & duret vsque ad tempus, in quo fieri debebat capitulum, & alia pertinentia ad huiusmodi electionem. &c. *Vrbanus 8. in append. const. 129. Iniuncti per 7. §§.*

Obtinent communicationem omnium priuilegiorum Ordinum & Religionum siue Mendicantium, siue non, exemptiones, &c. omnia diffusè. *Vrbanus 8. in appendice constit. 21. Redemptoris nostri.*

Fratres isti non possunt habere conuersos sine caputio, quos vocant Donatos, qui profiteantur, sed omnes vel sint clerici, vel laici cum caputio. *Vrbanus 8. in appendice const. 25. Cum sicut.*

Fratres isti Congregationis Hispaniarum exempti sunt à iurisdictione Generalis Ordinis Calceatorum: & Generalis Discalceatorum, à Papa immediatè dependet. *Vrbanus 8. constit. 33. Ex quo regimen, per §§. 12.*

Generalis præfatus Discalceatorum electus & confirmatus à Capitulo Generali, nulla alia confirmatione eget, nec etiam Papæ, sed immediatè potest exercere iurisdictionem. *Vrbanus 8. in append. const. 36. Exponi nobis.* Vide, *Vestis.*

Fraticellorum Secta.

Fraticellorum Secta, quæ iactabat se esse de tertio Ordine sancti Francisci, extirpatur, & sub excommunicatione prohibetur, nè vlteriùs reassumatur. *Extrau. Ioannes 22. De religiosis domibus c. Sancta Romana.* idem Papa *constit. 3. Gloriosam.* Vbi damnatur secta, & narratur causa.

Fraticellorum Secta erat composita ex quibusdam fratribus, qui nolentes stare sub disciplina Generalis, & Prouincialium Ordinis Minorum, dicentes se velle puram regulam obseruare, à Papa *Cœlestino 5.* obtinuerunt priuilegium separandi se à Religione, & manendi separatim: sed hoc priuilegium non fuit confirmatum *à Bonifacio 8.* qui successit. Item in ea Secta erant alij, qui ab Episcopis, & alijs Superioribus obtinuerunt habitum sancti Francisci contra formam & statutum Concilij. Item erant in ea alij, qui dicebant, se esse de tertio Ordine S. Francisci, & tamen ritus viuendi, quem habebant, non erat in regula. *ib. Extrau. Ioann. 22. vbi supra & const. 3. Gloriosam.*

Fraticelli confunduntur, seu idem sunt cum Beguinis, & Bizochis. *ibid.*

Errores Fraticellorum omnes numerantur *in constit. 3. Ioannes 22. Gloriosam.*

Fraudans.

Fraudans mensuras & pondera, per 30. dies in pane & aqua ieiunare debet. *de emptione & venditione c. Vt mensuræ.*

Frigiditas.

Frigiditate viri probata, qua impeditur consummatio matrimonij, potest dissolui matrimonium & mulier alteri nubere. 33. *q.* 1. *c. Quod autem & c. Requisiuisti.* Vide, *Matrim. solutio.*

Si in hoc casu mulier negat se cognitam à viro, standum est dicto viri. 33. *q.* 1. *c. Si quis accepit.*

Fridericus Imperator.

Coronatur Romæ anno 1452. corona Imperiali *à Nicolao V. conſt.4. Imperiali.* Vide, *Imperator.*

Fructus.

Fructus quomodo poſſunt ſequeſtrari. Vide, *Sequeſtrum.*
Fructus beneficiorum non poſſunt percipi ab abſentibus. *De reſcriptis in 6. c.fin.* Vide, *Beneficiati quo ad reſidentiam.* Vide, *Reſidentia.*
Fructus prætendere nullus poteſt, ex eo quod impugnauit. *De regulis iuris in 6. reg.38.*
Fructus beneficiorum vacantium, pro aliquo tempore, poteſt ſibi Papa reſeruare. Vide, *Beneficia.* Vide, *Papa.*
Fructus beneficiorum inexacti tempore mortis beneficiatorum, etiam Cardinalium, ad quos ſpectent. Vide, *Beneficiati.* Vide, *Teſtandi facultas.*
Fructus, & eleemoſynæ, quæ ad Capitula Baſilicarum Sancti Ioannis Laterani, S. Petri, & S. Mariæ Maioris de Vrbe perueniunt, diſtribui debent ſolum inter canonicos & beneficiatos inſeruientes diuinis officijs, non vero dandæ alijs, niſi ex infirmitate, vel alia cauſa Eccleſiæ excuſetur eorum abſentia. *Pius IV. conſtit.41. cum ſicut.*
Fructus beneficiorum vacantium in Regno Neapoli, ſi Papæ ſint reſeruata beneficia, à die vacationis vſque ad diem prouiſionis pertinent ad Cameram Apoſtolicam. *Pius V. conſt.26. Cupientes.*
Fructus beneficiorum vacantium in Regno Neapolis pendentes, in quocumque menſe vacent, ſpectant ad Cameram Apoſtolicam. *Sixtus V. conſt.90. cum ſicut.*
Fructus beneficiorum lite pendente. Vide, *Beneficiati.* Vide, *Beneficiales cauſæ.* Vide, *Lite pendente.*
Fructus indebitè exacti, quolibet modo, reſtituendi ſunt. Nec poteſt ſummus Pœnitentiarius abſoluere, ſic indebitè percipientem, nec in foro conſcientiæ, nec extra, niſi facta reſtitutione. *Pius IV. conſt.53. In ſublimi.*
Fructus decimarum poſſunt locari. *Honorius 3. ex Cirone tit. de locato, & conducto c.1.* Vide, *Decimæ.*
Fructus beneficiorum inexacti non includuntur in facultate teſtandi, conceſſa à Papa cuicumque perſonæ, etiam Cardinali. *Vrban.8. conſt.80. Æternus.* §. 5. & 7.
De fructibus Curati non reſidentis, diſponit Epiſcopus in vtilitatem Eccleſiæ. *Conc.Colon.3. tit. de officiorum, & c. c.9.*
Fructus inexacti non cadunt ſub facultate conceſſa à Papa de teſtando. Vide, *Teſtandi facultas.*
Vide, *Beneficiorum reditus.*

Frumentum.

Frumentum, &c. à ſtatu Eccleſiæ extrahi non poteſt, & pœna. *Gregor.13. conſt.50. in declarat. cap.inter. & Clemens VIII. vbi infra.*
Frumentum pro ſufficientia vnius anni, tantum poteſt à qualibet perſona, ſeu familia reſeruari, & non amplius, & pœna. *ibid. & Clemens VIII. vbi infra.* §.6.
Frumenta extrahentes à ſtatu Eccleſiæ ſine licentia Papæ manu ſubſcripta, pœnas incurrunt prima vice triremium ad decennium; deinde capitis, & confiſcationis. *Clemens 8. conſt.49. Frumenti penuriam.*
Camerarius, quando poteſt, vel non poteſt eam licentiam concedere. *ibid.* Vide, *Camerarius.*
Agricultores quantum frumentum poſſunt extrahere. *ibid.* Vide, *Eccleſiaſticus ſtatus.*

Fucus.

A fucis abſtinere debent omnes, præſertim mulieres. *de conſecrat. diſt.5. c. Fucare.*

Fugiens ad Eccleſiam, vel Crucem.

Fugiens ad Eccleſiam non debet expelli, nec extrahi, ſed defendi. *Conc. Arauſ.1. c.5. diſt.87. c.Eos qui. Concil. Mogunt. c.39.* Sed Rector Eccleſiæ debet componere, ſi aliquid iniquè egit fugiens. *ibid. Concil. Illerdenſe c.8. Aurelian.1. cap.3. Aurelian.4. cap.21. Matiſc.2. cap.28. Cabilon.2. cap.19. Agathenſe cap.46. Aurelian.5. c.23. Nicolaus I. ad conſulta Bulgarorum c.95.*
Fugiens ad aliquam crucem, gaudet immunitate Eccleſiæ. *Conc. Claramont. c.29.*
Fugiens ad Eccleſiam ob crimen commiſſum, pœnitentiam accipit Epiſcopi arbitrio. *Nicolaus I. ad conſulta Bulgarorum cap.26.*
Fugiens ad Eccleſiam, ſi ſit ſeruus, data impunitate à Domino, eſt ei reſtituendus. *De Immunitate Eccleſiarum cap. inter alia. Concil. Aurelian.3. c.5. Aurelian.5. c.23. 17. q.4. c.Id conſtituimus. Concil.Epaunenſe cap.39.* Excuſari debet à corporalibus ſupplicijs. *ibid. 17. q.4. cap. Nullus.* Vide, *Serui.*
Chriſtiani ſerui Iudæorum fugientes ad Eccleſiam. Vide, *Serui.*
Fugientes ad Eccleſiam, non poſſunt vmquam extrahi ſine licentia Epiſcopi, & qui extrahit eſt puniendus, ſed prius reſtituendus extractus. *Concil. Aurelian.4. cap.21. Concil. Agathenſe cap.46. 12. quæſt.2. cap. Fugitini.* Dum extrahitur cum dicta licentia, danda eſt à iudice ſecuritas, quod ſit liber à morte, & debilitate, ac alijs pœnis corporalibus, ſed extractus conuenire debet de ſatisfactione. *Concil. Aurelian. 1. cap.3. Aurelian.4. c.21. Concil. Illerdenſe c.8. De immunitate Eccleſiarum c. inter alia. Gregor.I. lib.8. ep.38. & Concil. Claramont. c.30.*
Clerici, qui ſine hac conuentione extrahunt fugientes ab Eccleſia, ſegregentur, ſeu excommunicentur. *Concil. Illerdenſe cap.8.*
Clerici non poſſunt extrahere ſuos ſeruos ad Eccleſiam fugientes, niſi data ſecuritate de non flagellando, vel alijs pœnis afficiendo. *ibid. & 17. q.4. cap. Nullus.*
Qui fugientes cum licentia Epiſcopi extrahit cum iuramento de non danda morte, vel alio faciendo, *ſi frangit iuramentum*, excommunicetur. *Concil. Aurel.1. c.3.*
Fugientes ad Eccleſiam per triginta paſſus circa Eccleſiam ſunt immunes, & defendi debent à Sacerdote: ſed non poſſunt intra illud ſpatium intrare in domibus aliorum. alias excommunicantur. *Conc. Cabilon.2. cap.19. Conc. Coiacenſe cap.12.*
Fugientes ad Eccleſiam, quando gaudent, vel non gaudent immunitate. *De immunit.Eccl. c. inter alia.*
Alia de hoc. Vide, *Immunitas.* Vide, *Eccleſia, ad eam confugientes.* Vide, *Latrones.*

Fugitiui.

Fugitiui peruenientes ad aliquos, remittendi ſunt ad ſuos dominos. *12. q.2. cap. Fugitiui, & cap. iniuſtum.*
Fugitiui Monachi, vel Clerici, à nullo poſſunt recipi, & pœna recipientium. *Concil.Tolet. 13. c.11.*
Vide, *Regulares vagabundi.* Vide, *Apoſtatæ, & c.*

Fugere.

Fugiendum eſt tempore perſecutionis. *Iulius I. epiſt.2. c.3. Pelagius II. epiſt.1.*

Fuldenſe Monaſterium, & Collegium.

Fuldenſe Monaſterium in Germania, oppido Fulda Prouincia Moguntina, Papæ immediatè eſt ſubiectum. *Zacharias epiſt.14.*
Collegium Fuldenſe erigitur. *ibid.* Erigitur pro adoleſcentibus Germanis cum forma viuendi, & præſcriptione ſtudiorum. Ex Camera Apoſtolica aſſignantur reditus. 30. alumni eſſe debent. *Vrbanus 8. conſtit.96. Quoniam.* Alia pertinentia ad hoc Collegium. *ibid. per* §§. 22.

Fulienſis Congregatio.

Vide, *Monachi.* Vide, *Congregationes quædam.*

Funera mortuorum, quomodo facienda.

Corpus mortuum non potest deferri ad Ecclesiam ante ortum Solis, *vel* post occasum, nec inter celebrationem Missæ Maioris. *Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de funeribus, &c.*

In ferendo illud Clerici sequantur crucem suæ Ecclesiæ, & sui Rectoris. *ibid.*

Cum deferendum est corpus defuncti, Clerici adeant Ecclesiam vicinam domui defuncti, ex qua omnes ordinatè prodeant, & mortuum comitentur cantantes preces. *ibid.*

Cum peruenitur ad Ecclesiam, omnes mortuum circumstent celebrantes officia, nec inde discedant, antequam sepeliatur. postea eodem ordine, quo venerant, ex Ecclesia discedant suam crucem præferentes, & ad suam Ecclesiam vadant.

Vestes mortui non accipiantur à Clericis, inuitis hæredibus. *ibidem.*

Candelæ quæ funeri applicantur, per hæredes emantur; & sacristiæ remaneant applicatæ, nec possint vendi, sed pro diuinis officijs consumantur: nisi ex Ordinarij licentia ad alium Ecclesiæ vsum applicandæ sint. Sed quarta danda est Cathedrali, seu Parochiæ. *ibid.*

Si hæredes impij nolint candelas pro funere emere, per Episcopum compelli possunt ad emendum, quæ eius arbitrio sunt necessaria. *ibid.*

Corpus mortuorum operiendum est pallio, quod ab Ecclesia gratis omnibus commodatur. *ibid.* Si nobiles, &c. alij pallio serico velint tegi, suis sumptibus emant, & hoc erit illius Ecclesiæ, in quo mortuus sepelitur. *Concil. Mediol. ibidem.*

Funeralium curatoribus, campanarijs, &c. statuatur per Episcopum iusta merces: sic etiam quanto tempore pulsandæ erunt campanæ. *ibid.*

Pauperes, qui modum non habent faciendi impensas pro funere, gratis sepeliantur, & sumptibus Ecclesiæ. *ibid.*

Pro exequijs non est faciendum pactum per Clericos, sed quæ dantur, eleemosynæ titulo accipiantur. *ibid.*

Funerales orationes, laudes, &c. fieri à nullo possunt, nisi de licentia Ordinarij. Qui recognoscat, & probet orationem, &c. *ibid.*

Funerales verò conciones, quæ non sunt ad laudem, sed ad declarandam humanam miseriam, possunt semper fieri absque licentia. *ibid.*

Funeralis quarta. Vide, *Quarta*. Vide, *Sepelire*. Vide, *Sepultura*.

Funeralia, funera, & portio funeralis.

Funeralia defunctorum facienda sine ritu pagano, sine carminibus, conuiuijs, &c. similibus; sed cum luctu, pietate, & canticis spiritualibus. *Post Conc. Arelat. 3. c. 10.*

Funeralia dicuntur illa, quæ cum funere deducuntur (quando agitur de solutione quartæ, &c.) *Extra, de priuileg. cap. inter cunctas.*

Funeralium quarta per 40. annos non soluta præscribitur. *De præscriptionib. c. de quarta.*

Funeralium quarta, tantum, soluenda est Parochis à Regularibus, & ad aliud cogi non debent circa funera. *Extra, de sepulturis c. Super cathedram.*

Funeralis portio, quæ soluenda est ab eo, qui sepelitur extra Ecclesiam Parochialem, vel est medietas, vel tertia pars, vel quarta, iuxta locorum consuetudinem. *De sepulturis cap. certificari.*

Funera mortuorum parum soluere debent, vel nihil. *De Simonia cap. Suam.*

Funeralis quarta Cathedrali, vel Parochiali soluenda est, etiam si applicata sit Monasterijs, vel hospitalibus, vel alijs; & redeat ad pristinum ius Ecclesiarum. *Concil. Trident. sess. 25. de reform. c. 13.* Non obstantibus priuilegijs, &c.

Funeralium pompæ in statu Ecclesiæ, quales debent esse. *Sixtus V. const. 52. cum in vnaquaque.*

Funeralis quarta. Vide, *Quarta*.

Vide, *Exequiæ*. Vide, *Defunctorum funeralia*.

Funus Episcopi, quomodo faciendum.

Episcopo morti proximo existente, tres primi de Capitulo inuitare debent Episcopum vicinum, vel eo impedito alium, qui si viuum inuenerit, iuuet eum, consolando, hortando, &c. similia faciendo. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. De funere Episcopi.*

Mortuo iam, Episcopus vocatus functionem exequitur, solemni more cum Clero sæculari, & regulari. Nihil exigat pro ea functione, neque datum aliquid accipiat. *ibid.*

Cadauer non stet sup r terram, plusquam horis 40. neque ex causa expectandi Episcopum venientem ad funus. *ibidem.* Interim à Clericis successiuè custodiatur.

Capitulum postea significet eius mortem Episcopis Comprouincialibus, vt pro anima eius orent.

Pro exequijs non accendantur plusquam 24. cerei, expensis Ecclesiæ vacantis, nisi extent bona defuncti, vel alius ex consuetudine faciat expensas.

Anniuersarium quolibet anno fiat pro mortuo Episcopo, quandiù viuit successor eius; & hoc impensis ipsius viuentis. *ibid. Concil. Mediol. 1.*

Episcopus negligens in faciendo funere pro Comprouinciali Episcopo mortuo, per synodum Prouincialem puniatur. Sic & canonici, & clerici. *ibid.*

Cadauer Episcopi mortui ferri non potest ad sepulturam ante ortum Solis, vel post occasum. *Concil. Mediol. 1. p. 2. tit. De funeribus, &c.*

Vide, *Episcopo moriente*.

Furiosus.

Furiosus non potest contrahere matrimonium. *Post epist. 3. Fabiani. 32. q. 7. c. Neque furiosus.* Sed si fuerit contractum, non separetur. *ibid. De sponsalibus. & c. Dilectus.*

Furiosus professo non obligatur, nisi factus sanæ mentis ratificet. *De regularibus c. Sicut tenor.*

Fur. Furtum. Furans.

Furtum faciens ex necessitate, excusatur. *De consecr. dist. 5. cap. Discipulos. De furtis. cap. Si quis.* Sed saltem leuiter peccat. *ibid.* Tenetur ad pœnitentiam per tres hebdomadas. Si verò restituat, non tenetur. *ibid.*

Furtum in magnis, & paruis committitur. 14. *quæst. 6. cap. Fur autem.*

Furans, non satisfacit dando pauperibus, sed dare debet domino. *De homicidio volunt. cap. Sicut.*

Furans oleum, ceram, & similia Ecclesiæ, excommunicetur. *Concil. quod dicitur Apostolorum cap. 72.*

Vide, *Eccles. inuasores*.

Furantes bona Clericorum morientium, excommunicentur. 12. *q. 2. cap. de laicis.*

Furans hominem, & vendens, pœna capitis punitur. *De furtis cap. 1.*

Si fures, & latrones occiduntur in furto, non est orandum pro eis. *De furtis cap. Fures.*

Furem celans ob lucrum, est reus furti. *ibid. cap. Qui cum fure.*

Fur occultus post restitutionem, & pœnitentiam potest ad ordines promoueri. *ibid. c. fin.*

Furibus, si moribundi petant Sacramenta, non neganda. *de furtis cap. fures.*

Furantes Ecclesiæ thesaurum, excommunicantur. *Extra, de furtis cap. infidelis.*

Furto commisso in Monasterio, olim Monachi purgabantur, sic. Abbas Missam celebrabat, & omnes communicabant. *Conc. Vormat. 1. c. 15. 2. q. 5. c. Sæpè contingit.* Nunc fieri hoc non potest.

Furnarii Romæ.

Furnariorum Consules, quam iurisdictionem habent. *Julius 3. constit. 18. cum sicut.*

Eorum debitores summariè cogendi ad soluendum. Nec admittuntur ad cessionem bonorum, *ibid.*

Furnarij Vrbis cæteris creditoribus sunt præferendi. *Gregor. 13. const.71. cum sicut.*
Furnariorum priuilegia. Vide, *Pistores*. Vide, *Consules Pistorum*.

Fustigare.

Fustigare faciens aliquem grauiter, si est Episcopus, per duos menses suspenditur à celebratione Missæ. *De clerico percussore cap. Præterea.*

Futura.

Futurorum cognitio petenda non est à magis sortilegis, &c. *De sortilegis cap.1.*
Pœnitentia eis imponenda est 40. dierum. *Si Clericus*, per annum, & interim abstineant à ministerio. *ibid. cap. Extuarum*. Etiam si sortilegium fuerit simplex. *ibid.*
Vide, *Magi*. Vide, *Sortilegi*. Vide, *Clerici*.
Futura prædicta à Magis, &c. sæpè Dei permissu accidunt vt dicuntur. *26. q.5. cap. Nec mirum*.
Futura multa scire possunt dæmones, quæ, & quomodo. *26. q.3. c. Sciendum*.
Futura vt dies Iudicij, Aduentus Antichristi, &c. determinatè non possunt prædici sub pœna excommunicationis Papæ reseruatæ. *Concil. Later.5. sess.11. const.1.*
Futura, vel abscondita prædicentes per artem magiæ, &c. ab Inquisitoribus iudicandi. *Sixtus 5. constitut.17. Cœli, & terræ*.
Omnes species talium superstitionum, ibi narrantur.
Vide, *Diuinatio*.

G

Gabellæ.

GAbellarum exemptiones, Romæ quibus competunt post reuocationem *Innocent. X.* Vide, *Exemptiones*. Vide, *Dogana*. Regulares exempti sunt. Vide, *Regulares*.
Gabellas nouas imponentes. Vide, *Excommunicationes in Bulla Cœnæ*.
Gabella vini forensis Romæ pro Lectoribus Studij applicatur. *Leo X. const.1. Dum singulare*, & quod supereſt, pro conseruatoribus Populi Romani. *ibid.*
Vide, *Exemptio*. Vide, *Dogana*.

Gallia.

Galliæ Regis concordata cum Sede Apostolica circa beneficia dispensanda in Delfinatu, & alia. *Extra, de tregua, & pace cap. Ad vniuersalis*. Iterum renouatur *in Conc. Later.5. sess.11. constit.3. Pater æternus*. & omnia in contrarium annullantur. *ibid.* Vide, *Francia*. Vide, *Rex*.
Galliæ Episcopi quas procurationes possunt ab ecclesijs exigere. *Extra, de censibus cap. Vas electionis*.
Galliæ Rex, & Regnicolæ per *Extrauag. Bonifacii 8. Vnam sanctam*, non euaserunt magis subiecti Ecclesiæ, quam prius erant. *Extra, de priuil. cap. Meruit*.
Galliæ Rex est perpetuus administrator militiæ Sancti Spiritus. Vide, *Equites S. Spiritus*.
Gallicana pragmatica contra immunitatem Ecclesiæ abrogatur *in Concil. Lateran.5. sess.11. constit.3. Pater æternus*, quæ est *const.20. Leonis X.* Nullus potest ea vti, & pœnæ vtentis. *ibid.*
Vide, *Francia*. Vide, *Beneficia in Regno Galliæ*. Vide, *Rex*.

Genetliaca.

Genetliaca ars, est ars obseruandi dies Natales. *26. q.2. cap. Illud quod est. & q.3. c.1.*
Hæc ars prohibita est Christianis. *ibid.* Vide, *Astrologia*.

Generalis, & Generale.

Generale interdictum dicitur, non solum illud, quod fit in Prouincia; sed in Terra, vel Villa. *De verb. sign. c. cum in partib.*
Generali rescripto derogatur per speciale. *De rescriptis cap. Pastoralis. §. Quoniam. de off. Legati cap. Studuisti. Concil. Lateran.3. in append. tit. de appellat. c.11.*
Generalis Commissarius non potest excessus corrigere, nec priuare beneficijs; nisi id ei specialiter committatur. *De off. Vicarij in 6. c. Licet*.
Generalis Commissarius non potest conferre beneficia. *ibid. cap. fin.*
Generalis licentia absoluendi à peccatis obtenta à Papa, non sufficit ad absoluendum à casibus Bullæ Cœnæ. *Extra, de pœnit. & remiss. cap. Etsi Dominici*.
Generalis custodiæ corporis Papæ, quas causas ciuiles, & criminales habitatorum Burgi potest cognoscere in prima instantia. Est Gubernator Burgi, &c. *Iulius 3. constit. 4. Ad fidei*. Vide, *Gubernator Burgi*.
Generales Ordinum. Vide, *De qualibet Religione*.
Generali Ordinis Minorum confirmare competit electiones Prouincialium, quando sibi videtur confirmanda; & potest eam infirmare. *Clement. de verbor. significat. cap. Exui, in fine*.
Generali ministro deficiente Vicarius generalis facere potest totum, id quod faceret Generalis, vsque dum Generalis eligatur. *ibid.*
Generales Regularium, quomodo eligendi. Vide, *Regularium superiores*.

Generalium in Religione obligationes, & alia.

Generales Regularium non sunt exempti à Chori seruitio. *Clemens 8. constit.50. Nullus. Vrbanus 8. constit.26. cap. Nullus*.
Generales Regularium habentes redditus, quomodo de eis disponere, & in communi Conuentus ponere possint. *ibid. cap. Nullus n.11.*
Generalis Regularium in fine officij tenetur reddere rationem administrationis, tam publicæ, quam priuatæ. Scribenda est hæc actio, & ponenda est in scripto autentico Capituli, vt si placeat Papæ, possit transmitti. *ibid. n.13.*
Generales non possunt declarare decreta Reformationis; nec in eis dispensare, sub pœna priuationis Generalatus, & aliorum officiorum, & inhabilitatis perpetuæ ad omnia officia. *Vrban.8. const.26. c. Nullus n.40.*
Generales tenentur curare, vt in decretis Ordinis inserantur decreta Reformationis. *ibid. n.40.*
Generales Regularium possunt ad Iapponem mittere fratres probatos, & doctos ad prædicandum. & assignatur *ibi* forma, & modus mittendi, ac viuendi eorum, qui mittuntur. *Clemens 8. const.74. Onerosa*.
Generales Regularium, quomodo eligendi. Vide, *Superiores Regul.*
Generales Mendicantium habent omnimodam iurisdictionem in suos subditos, omnes scholares studentes, &c. vbique commorantes. *Pius II. const. 2. Religiosorum*.
Vide alia, *De Generalibus in qualibet Religione*. Vide, *Regul. superiores*. Vide, *Regul. Reformatio*.

Gentiles.

Gentiles, si petunt manus sibi imponi, fieri possunt Christiani. *Concil. Elibert. c.39*.
Gentilium ritus sectantes, cum quali pœnitentia sunt recipiendi. *Concil. Ancir. c.6.* Vide, *Ritus*.
Gentilium vanitas cum eorum literis retunditur. *Distin.37. cap. Si quid*.
Gentilium ritus fugiendi. *Concil. Lucens. 2. c.73. 26. q.7. c. Non licet*.

Genuflectere.

Genuflectendum non est in diebus Dominicis, & Pentecostes. *Concil. Nicæn.1. c.20. de consecr. dist.3. c. Quoniam. Concil. Turon.3. c.37.*
Neque toto tempore Paschali, vsque ad Pentecostem. *De feriis cap. Quoniam. Concil. Lucense 2. c.71. Concil. Aquisgr. sub Ludouico Pio c.46.*

Genua

Genua flectenda sunt cum eleuatur Eucharistia, & cum defertur ad infirmos. *De celebrat. Miss. c. Sanè. Honorius 3. ex Cirone, de celebr. Miss. cap.1.* Vide, *Eucharistia.*
Genuflectendum est cum Episcopus transiens per loca, benedicit populis. *Conc. Rauennat.3. post Clem.5. c.6.*

Genus.

Generi per speciem derogatur. *De præbend. in 6. c. Dudum. De regulis iuris in 6. reg.34.* Etiam si nulla fiat mentio de genere. *ibid. Dudum.*
Genus humanum. Vide, *Homo.* Vide, *Humanum.*

Germania.

Collatio beneficiorum Germaniæ, quomodo est reseruata Papæ. *Nicolaus 5.const.1. Ad sacram.* Si vacant in curia, conferuntur à Papa. Aliæ electiones à Papa confirmantur. *ibid.* Vide, *Beneficia Germaniæ.*
Qui beneficia obtinet in illis partibus contra dispositionem concordatorum, excommunicatur, & nulliter obtinet. *Clem.7.const.41. Admonet,* & omnia priuilegia contraria annullantur. *ibid.*
Beneficia in Germania, quomodo conferuntur à Papa, iuxta olim concordata pro illa natione. *Gregorius 13. const.41. Quæ in Ecclesiam.*
Germaniæ pax inter Imperatorem, & alios de anno 1648. declaratur nulla, quia Religioni præiudicialis. Vide, *Papa circa res fidei.*

Gladius.

Gladij duo sunt in Ecclesia, vnus spiritualis, & alter temporalis. *De sent. excomm. in 6. c. Dilecto. Extra, de maiorit. & obed. c.1.* Vide, *Ecclesiæ potestas.*
Gladij Ecclesiæ mutuo se adiuuant in necessitate. *ibid. cap. Dilecto.*
Gladius spiritualis ab Ecclesia ipsa exercendus. *Extra, de maiorit. & obed. c.1.*
Gladius materialis pro Ecclesia exercendus. *ibid.*
Gladio euaginato intrans in Ecclesiam, committit sacrilegium. pœna istius sit pecuniaria, quæ pro Ecclesia illa soluatur. *concil. Tribur.1. c.6.*
Gladium in Ecclesia, nemo potest portare, nisi Rex. *Conc. Salegunstadiense c.8.*

Gloria, & Gloriari.

Gloria in excelsis Deo, cantanda est in Cœna Domini. *De consecrat. dist.1. c.Porrò gloria. Nicolaus 1. in decretis c.8.*
In alijs diebus cantanda. *conc. Tolet.3. c.13.*
Quare non cantatur à Septuagesima, vsque ad Pascha. *ibid.*
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, adiungi debet, *Sicut erat in principio, &c. Concil. Vasense 1. cap.3. Vasense 2. cap.5.* In fine Psalmorum dicendum. *Concil. Narbon. cap.2.*
Gloriam sanctorum augeri, vsque in diem iudicij non est improbabile. *de celebrat. Miss. c. Cum Marthæ §. fin.*
Glorians de malis est miserrimus. *dist.83. c. Nihil illo.*
Glorians de suo crimine, si est clericus, suspenditur ab officio. *De excessib. Prælat. c. Quam sit graue.*
Gloriari nullus debet de miraculis, quæ Deus facit per eum. *Gregor.1. l.9. ex regest. ep.58.*

Gradus, id est, Dignitas.

Vide, *Dignitas.*
Graduum distributio ordinem conseruat. *dist.89. c.vlt.*

Gradensis.

Gradensis Episcopus est Primas, & Patriarcha Venetiæ, & Istriæ. *Leo 9. epist.2.*

Graduatio.

Graduationes, vt Doctoratus, Magisteria, &c. non sunt ritus gentiles, sed Christiani. *Conc. Constant. contra art. 29. Vvicleff.*

Gradus consanguinitatis, & affinitatis.

Gradus consanguinitatis, vsque ad septem numerantur. 35. *q.5. c.Series. c.Ad sedem. c. Parentelæ.*
Quomodo computandi sunt. *ibid. c. Ad sedem.*
Gradus affinitatis, quomodo computandi. 35. *q.5. c. Porrò.*
Gradus affinitatis vxoris ad virum, etiam pertinent, quia vxor, & vir sunt vna caro. item è contra. 35. *q.5. c.Porrò. Conc. Cabilon.3. c.29. Moguntin. sub Leone 4. c.30.*
Graduum parentelæ nomina. 35. *q.5. c. Primò.*
Consanguinitatis, & affinitatis arbor, quomodo disponitur. 35. *q.5.* & eius declaratio. *ibid.*
Gradus consanguinitatis vxoris computandi sunt, sicut gradus viri. *ibid. c.Porrò.* Vide, *Consanguinitas. Conc. Vormatien. 1. c.78. conc. cabilon.3. c.29. Mogunt. sub Leone 4. cap.30.*
Gradus consanguinitatis, & affinitatis numerantur, vsque dum cognoscitur generatio. 35. *q.2. c.In copulatione. concil. Rom. sub Alex.2.*
Gradus consanguinitatis, vsque ad quartum impediunt matrimonium. *Conc. Vormatiense 1. c.78. De consanguinit. &c. c.1. & c. Non debet.*
Vltra quartum non impedit. *ibid. c. Non debet.* Vide, *Matrimonium.* Vide, *Consanguinitas.* Vide, *Affinitas.*
Fratres germani possunt duas sorores accipere in vxores. *Gregorius 1. l.12. ep.31. c.5.*
Gradus consanguinitatis, & affinitatis, quomodo exprimendi ad obtinendas dispensationes à Papa. *Pius 5. const.13. Sanctissimus.*
Gradus parentelæ per propinquiores probandi; & si isti deficiant, probandi per antiquiores, quibus nota sit. 35. *q.6. c.1. & c. Videtur nobis.* Post *ep.3. Fabiani.*
Gradus parentelæ per quot testes debet probari. Vide, *Testes.*
Gradus prohibiti ad facienda matrimonia sunt inter filios, fratres, & sorores, inter filios duorum fratrum; vel duarum sororum; cum nouerca; cum cognata, id est vxore fratris; atque cum secunda generatione. *Gregorius 1. l.12. ep.31. cap.6.*
Gradus affinitatis vltra primum non impedit matrimonium, ne sit validum. *De consanguinit. &c. c. Non debet.*
Gradus parentelæ, olim vsque ad septimam generationem erant prohibiti. *Gregor.1. l.12. ep.32. Conc. Antisiodorense c.27. 28. 29. 30. 31. & 32.* vbi omnes gradus referuntur.
Gradus inter fratrem, & sororem non facit primum, sed inter filium sororis, vel fratris. *Concil. Salegunstadiense cap.11.*
Gradus consanguinitatis, & affinitatis, pro contrahendo matrimonio, possunt ab Ecclesia dispensari. *Concil. Trident. sess.24. can.3.*
Vide, *Affinitas.* Vide, *Consanguinitas.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione affinitatis, & ratione consanguinitatis.* Vide, *Parentela.*

Grammatica.

Grammaticam ignorans, remouendus est ab Episcopatu. *De ætate, qualit. & ord. præficiend. c. fin.*
Grammaticam non debet docere Episcopus. Vide, *Episcopus à quibus debet abstinere.*

Grangia.

Grangiæ Monachorum, quæ non habent curam animarum, non tenentur soluere procurationes. *Honorius 3. ex cirone, de cappellis Monachorum c.1. & de censib. c.2.*

Grascia.

Grascia.

Grasciæ Congregatio Romæ *à Paulo V.* confirmata, & eius authoritas declarata. *Constitut. 70. Pastoralis.*

Omnes Constitutiones factæ pro Grascia Vrbis, & status, confirmantur *ab Innoc. X. const. 7. Et si ea.* Quæ præcipit, & quæ prohibet. *ibid.*

Grassatores viarum.

Vide, *Ecclesiasticus status.* Vide, *Via.*

Gratia, seu concessio.

Gratia facta in beneficium alicuius, non potest retorqueri contra eum. *de regulis iuris in 6. reg. 61.*

Gratia generalis non præiudicat speciali, sed debet facere mentionem de præcedenti priuilegio. *De rescriptis in 6. cap. Si propter.*

Gratia concessa de prouidendis aliquibus, non expressis personis, mortuo concedente, etiam re integra, non expirat. Si verò personæ sint expressæ, expirat, re integra. *de præbendis, & c. in 6. c. Si cui nulla.*

Gratia reuocata, quod ius manet in eo, cui fuit facta. *ibid. cap. Si is cui.*

Gratiæ reuocatio nocet expectanti præbendam. *de prębendis, & c. in 6. c. Quodam.*

Gratiarum reuocatio in beneficialibus, quas personas, & quales gratias comprehendit. *de concessione præbendæ in 6. cap. fin.*

Gratia facta à Principe debet manere. *de regulis iuris in 6. reg. 16.*

Gratia non transit in exemplum. *ibid. regula 74.*

Gratia de obtinendo beneficio, non extenditur ad creatum post datam. *Clement. de rescriptis c. fin.*

Gratiæ Sedis Apostolicæ, vt faciant fidem, quid requirunt. Vide, *Scripturæ.*

Gratia concessa à Papa cum verbo *ad beneplacitum nostrum*, expirat mortuo Papa. Si verò conceditur cum verbo *ad beneplacitum Sedis Apostolicæ*, mortuo Papa, non expirat, sed durat vsque dum à successore reuocetur. *de rescriptis in 6. cap. Si gratiosè.*

Gratia facta alicui, intelligitur sine præiudicio tertij, etiam si sit de restitutione in pristinum. *ibid. c. Quamuis.*

Gratia posterior derogat priori, etiam si de ea non fiat mentio. *de præbend. & c. in 6. c. Quamuis.*

Gratiam expectans de beneficio vacaturo, si interim obtinet aliud perdit, primum. *Clementina de rescriptis c. Gratiæ.* Vide, *Expectatiua.* Vide, *Beneficia vacatura.*

Gratiæ dispensationum non possunt habere effectum, nisi prius literæ expediantur. *Vrbanus 8. const. 6. c. 52.*

Gratia Principis latissime interpretanda est. *De verborum signif. cap. Olim.*

Gratiæ tangentes interesse Cameræ, debent registrari in Camera, alias sunt nullæ. *Pius 4. const. 98.* Sed nullitatem reuocauit *Vrbanus 8. const. 107. Cum sicut.*

Gratiam, vel iustitiam à Sede Apostolica obtinere per pactum vel pecuniam procurans, quas pœnas incurrit. Vide, *Sedes Apostolica.* vbi diffusè habes omnia circa hoc.

Gratiæ expectatiuæ seù mandata de prouidendo, non possunt concedi. *Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 19.* Neque ad vacatura beneficia. *ibid.* Nec in fauorem Cardinalium. Vide, *Expectatiuæ.*

Gratiæ concessæ inquisitis in causa fidei contra stylum, reducendæ sunt ad terminos iuris, ac si non emanassent. *Pius V. const. 22. Inter.*

Vide, *Mandans.* Vide, *Mandatum.*

Gratia, & adiutorium Dei.

Gratia Dei est homini necessaria ad operandum sanctè. *Innocentius 1. ep. 24. 25. & 26.*

Etiam homines iusti indigent gratia ad bene operandum, & sanctè viuendum. *Innocentius 1. ep. 25.*

Gratia est necessaria, non solum, vt facilius impleamus, quod per solum liberum arbitrium possumus, sed vt possimus. *Concil. Mileuit. c. 5. Conc. Afric. c. 80. Cœlestinus 1. ep. 1. c. 10. Conc. Trident. sess. 6. can. 2.*

Sine ea homo nec diligere, nec sperare, nec pœnitere potest, vt oportet ad iustificationem. *Trid. ibid. can. 3.*

Sine gratia nullum opus pertinens ad salutem fieri potest. *concil. Arausic. 2. c. 7. & vlt. Conc. Trid. sess. 6. c. 10.*

Sine gratia, nec cognoscere, nec appetere potest homo quæ sunt Dei. *Conc. Mogunt. 4. c. 5.*

Sine gratia, quam meruit nobis Christus, superare non possumus tentationes. *Innocentius 1. ep. 24. 25. & 26.*

Gratiæ necessitatem negans ad bona opera, est hæreticus. *Innocentius I. ibid. Concil. Trid. sess. 6. can. 3.*

Sine gratia Dei mandata impleri non possunt. *De consecrat. dist. 4. cap. Gratia, & c. Placuit il 2. & il 3. & c. Quisquis dixerit.*

Sine gratia Dei, nullus potest saluari, nec reparari. *Concil. Arausican. 2. c. 19.*

Gratia Dei est necessaria ad resurgendum à peccato. *Cœlest. I. ep. 1. c. 5. Gelasius ep. 1. c. 6.*

Gratia Dei est necessaria ad vincendum tentationes, & concupiscentias. *Cœlestin. 1. ep. 1. c. 6. Conc. Mogunt. 4. c. 6.*

Gratia Dei iuuat, nè peccata committantur, & ad remissionem eorum. *Conc. Mileuitanum c. 3. Conc. Afric. c. 78. De consecr. dist. 4. c. Gratia. c. Placuit il 2. & c. Quisquis dixerit. Cœlestinus 1. ep. 1. c. 10.*

Gratia Dei sanat liberum arbitrium. non tollit illud; imò liberat, illustrat, & rectificat. *Cœlestinus 1. ep. 1. cap. 12. Conc. Valent. 2. c. 6. Conc. Senonense c. 15. Conc. Trident. sess. 6. cap. 5. & can. 4.*

Gratiæ Dei adiutorio homo benè vtitur libero arbitrio. *Cœlestinus 1. ep. 1. c. 7.*

A gratia Dei omnia opera bona habent originem. *Cœlestinus 1. ep. 1. cap. 8.*

Gratia Dei facit, vt ipsa inuocetur. *Conc. Arausic. 2. c. 3.*

Gratia Dei præparat voluntatem hominis, vt ipsa purgetur, velit, ac proficiat, & non ipsa expectat voluntatem. *concil. Arausic. 2. c. 4.*

Gratia præuenit voluntatem hominis, quæ secretiori afflatu contracta se conuertit ad Deum. *Conc. Senonense c. 15.*

Gratia Dei est causa cur homo credat, velit petat, & cætera bona faciat. *Conc. Arausic. 2. c. 6.*

Gratia Dei est causa, cur quis voueat. *conc. Arausic. 2. c. 11.*

Gratia Dei acquiri non potest, sine eius auxilio. *Cœlestinus 1. ep. 1. cap. 5.*

Gratia præcedit bona opera, vt fiant, & eis præmium debeatur. *Conc. Arausic. 2. c. 18. Cœlest. 1. ep. 1. c. 12.*

Gratiæ Dei cooperatur homo, & hoc donum Dei est. *Cœlestinus 1. ep. 1. cap. 12.*

Gratia excitans, & adiuuans, est initium iustificationis. *concil. Mogunt. 4. c. 7.*

Gratiæ Dei donum est initium fidei, & eius augmentum. *Concil. Arausic. 2. c. 5.*

Gratia Dei est ab errore resipiscere, fidem habere, & ad sacramentum Baptismi peruenire. *Cœlestinus 1. ep. 1. c. 11. conc. Arausic. 2. c. 8. Gelasius ep. 6. conc. Trident. sess. 6. can. 3.*

Gratiæ perseuerantia vsque in finem, est donum Dei. *Cœlestinus 1. ep. 1. c. 11.* & hoc adiutorium est implorandum pro perseuerantia. *ibid. c. 10. conc. Trident. sess. 6. c. 13.*

Gratiæ adiutorium est benè cogitare, & à malis abstinere. *concil. Arausic. 2. c. 9.*

Deus operatur, vt quod ipse vult, nos velimus. *Cœlestinus 1. ep. 1. cap. 12.*

Tales nos amat Deus, quales futuri sumus eius dono, non quales sumus nostro merito. *conc. Arausic. 2. c. 12.*

Gratia Dei est diligere Deum. *conc. Arausic. 2. c. vltimo.*

Per gratiam Dei potest homo præseruari ab omni peccato, sed an de facto aliquis extiterit, talis nescitur dicit. *Gelasius in ep. contra hæresim Pelagianam.*

Gratia Dei, quæ datur in baptismo, & hominem renouat non sufficit ad superandas tentationes, & concupiscentias, sed requiritur quotidianum adiutorium Dei. *Cœlestinus 1. ep. 1. cap. 6.*

Gratia

Gratia Dei, quæ nos adiuuat ad benè operandum, non consistit in sola manifestatione legis, vt scilicet sciamus quid agere debemus. *Concil. Mileuit. c.4. conc. Afric. cap.78. Cœlestinus 1. ep.1. c.10.*

Gratia prædestinationis non coniungit homines Christo insolubiliter. *Concil. Constantien. contra art.41. Ioann. Huss.*

Gratiæ Dei adiutorium ad singulos actus bonos necessarium, non datur secundum hominis merita. *conc.Diospolitanum c.7. Gelasius ep.6.*

Sed datur gratis ex motiuo misericordiæ Dei. *conc. diospol.c. 8.& Gelasius ibid.*

Gratiæ auxilio potest voluntas resistere. *Conc.Senonense c.15. conc. Trid. sess.6. c.5.& can.4.*

Gratiæ auxilium circa hominem semper est in promptu, & nè momentum quidem est in quo Deus non stet ad ostium, & pulset. *Conc.Senonen. c.15.*

Gratia excitans, & præueniens in homine iustificando multa operatur, metuit enim supplicia præfinita peccatis, deflectit à peccatis ad Dei misericordiam, fide tenet, Deum per Christum velle misereri, sibi velle esse propitium, ipsum diligit, & peccatum odisse incipit. *Conc. Mogunt.3. c.7.*

Gratia præueniens, excitans, & adiuuans, est necessaria ad iustificationem, vt homo ad eam se præparet. *Conc. Trid. sess. 6. can.3.*

Gratia iustificans. Vide, infra *Gratia iustificans*.

Doctrina de gratia, & libero arbitrio, quam sequitur Romana Ecclesia, est illa quam tradit sanctus Augustinus in suis libris, maximè ad Hilarium, & ad Prosperum. *Hormisda ep.70. in fine.*

Quæstiones de gratia & natura cauendæ. *Conc.Valent.2. c.6.*

Vide, *Adiutorium*. Vide, *Auxilium*.

Gratia sanctificans, seu habitualis.

Gratia informans, & virtutes infunduntur, etiam paruulis in Baptismo. *Conc. Viennen. Gener. Clement. I. de fide Catholica §. Ad hæc.*

Gratia, qua homo iustificatur, non consistit in solo fauore Dei externo, sed est inhærens homini, & sententia contraria est hæresis. *Conc. Trid. sess.6. can.11.*

Gratia habitualis in hac vita, non potest tantum crescere, vt reddat hominem impeccabilem. *Conc. Vienn. Gener.*

Gratia iustificationis datur à spiritu sancto, prout vult, secundum mensuram cooperationis, & dispositionis nostræ. *conc. Trid. sess.6. c.7.*

Gratia iustificans non datur solis prædestinatis, sed etiam alijs. *ibid. can.17.*

Gratia accepta in iustificatione potest augeri per bona opera. *Conc. Trid. sess.6. c.10.& can. 24.* Potest conseruari. *ibid.* Vide, *Homo*.

Gratia accepta in iustificatione potest amitti per infidelitatem, & etiam per alia peccata mortalia. *Concil. Trident. sess. 6. cap.15.& can. 27.* contrarium est hæresis. Vide, *Peccatum*.

Dum gratia amittitur per peccatum, non semper amittitur fides. *ibid. can.28.*

Gratia, quæ habetur in Baptismo, si perditur per peccatum, recuperari potest per pœnitentiam. *Concil. Trident. sess. 6. can.29.*

Gratia Sacramentorum non ex virtute rerum, nec ex ministri merito, sed ex diuinæ operationis virtute examinanda est. *Conc. Mogunt.4. c.11.*

De sua gratia an eam habuerit, vel habeat, quisque potest dubitare, non propter efficaciam Sacramentorum, sed propter suam infirmitatem, & indispositionem. *concil. Trid. sess.6. c.9.*

Nullus potest scire se esse in gratia certò, certitudine, cui non potest subesse falsum. *ibid.*

Gratiam amittere non possunt paruuli baptizati, antequam ad annos discretionis perueniant. *Concil. Trident. sess.21. capit.4.*

Gratia, quæ habetur in Baptismo, delet peccatum originale. *Concil. Trid. sess.5. de peccato originali c.5.*

Gratia Baptismi, quæ hominem renouat, non sufficit ad superandas tentationes, & concupiscentias, sed requiritur adiutorium quotidianum Dei. *Cœlestinus 1. ep.1. c.6.*

Gratiæ augmentum habetur in Sacramento Confirmationis. *De consecr. dist.5. c. Spiritus sanctus.*

Gratia, quæ habetur in Sacramento Confirmationis, est gratia roborans. *ibid.*

Vide, *Homo*.

Grauare.

Grauari nullus potest odio alterius. *De regulis iuris in 6. reg.21.*

Grauari non possunt populi à suis Dominis contra statuta Apostolica. *Ioannes 22. const.4. Paternum.*

Grauari non possunt ab Episcopo clerici, presbyteri, &c. *10. q.3. c. Relatum est nobis.*

Grauatus à Metropolitano appellat ad Primatem, vel Papam. *2. q.6. c. Si quis putauerit, & c. Quoties.*

Grauatum se putans per excommunicationem, interpellare potest sed superiorem. *11. q.3. c. Si episcopus & cap. Si quis presbyter.*

Vide, *Appellatio*. Vide, *Excommunicatus*.

Græcus, Græca Ecclesia.

Græci à Latinis Episcopis, & è contra ordinari non debent, si in ritibus ordinatorum sunt diuersi. *De tempor. ordinat. c. Cum secundum.*

Græcus subiectus Latino Episcopo, si ordinatur à Græco sine Latini licentia, impeditur in executione ordinum (si verò cum licentia, toleratur) *De temporibus ordinat. c. Quod translationem. Clem.VIII. const.34. Sanctissimus §. 4.* Statuit, vt remaneat irregularis, & indigeat dispensatione Papæ, si Græcus Episcopus sit schismaticus.

Græci sacerdotes coniugati approbati, audire possunt confessiones suorum Parochianorum. *Innoc. IV. constit.14. Sub Catholicæ.*

Græci Episcopi consecrari debent per vnctionem, sicut Latini. *De ætate, qualitate, & ordine præficiend. c.fin.* Vide, *Vngere*.

Græcorum filij possunt promoueri in Ecclesia Latina, nisi adsit scandalum. *De clericis coniugatis c. Cum olim.*

Græci sacerdotis filius licitè promoueri potest inter Latinos, nisi adsit scandalum. *ibid.*

Græci etiam Romano Pontifici sunt subiecti. *Extra, De maioritate, & obed. c.1.*

Græci clerici, qui continentiam non acceptarunt, si in minoribus contrahunt matrimonium, in sacris vtuntur iam contracto. *De clericis coniug. c.Cum olim.* Vide, *Clerici coniugati.* Vide, *Clerici circa vxores.* Vide, *ordinatorum obligationes circa coniugia.* Vide, *Clerici quò ad ordines.* Vide, *Filij clericorum*.

Græci sacerdotes consecrantes in fermentato, non reprobantur. *Gregor.VII. l.8. ep.1.*

Græcus presbyter viduus ferre debet habitum diuersum ab alijs. *Clemens 8. const.34. Sanctissimus §.4.*

Græci sacerdotes, non possunt ritu Latino missas celebrare, vel officia, neque Latini ritu Græco. & abrogantur omnes licentiæ in contrarium. *Pius 5. const.12. Prouidentia.*

Græci, quid tenentur obseruare, vt communicent cum Latinis. *Innoc.4. const.14. Sub catholicæ.*

Græci putantes polluta altaria, in quibus celebrant Latini, excommunicantur. *Concil. Later.4. c.4.*

Græci rebaptizantes baptizatos à Latinis, excommunicantur. *Conc. Later.4. can.4.*

Græci sacerdotes licitè vtuntur vxore, quam acceperunt existentes in minoribus ordinibus ante subdiaconatum. *De clericis coniugatis c. Cum olim.*

Græci sacerdotes, si eorum incuria filij in lecto opprimuntur & hoc sit occultum, pœnitentia arbitraria sunt puniendi, & abstinere debent per aliquod tempus à celebratione missæ. Si verò sit publicum, publica pœnitentia puniendi, & perpetuo sunt irregulares. *De pœnit. & remiss. c. Quæsitum.*

Græcorum ritus tolerat Romana Ecclesia. *De Baptismo c.fin.*

Quos

Quos ritus tolerauit Ecclesia Catholica seù Romana pro Grecis, tam in Baptismo, quam alijs. *Innoc.IV. const.4. Sub Catholicæ. per c.26.* Omnes ibi distinctè.

Græci sacerdotes altaria portatilia, ab Episcopis Latinis benedicta, accipere debent. tolerantur eorum throni super altari lapideo, dum celebrant. *Clemens 8. constit.34. Sanctissimus §.2.*

Græci sacerdotes corporalibus in altari, vt Latini vtantur, nisi vtantur thronis pro corporalibus, *ibid. §.2.*

Græci sacerdotes in necessitate, possunt absoluere Latinos; & vti debent forma absoluendi à Concilio Florentino præscripta; deinde si volunt, recitent orationem deprecatoriam. *Clem.VIII. const.34. vbi supra §.3.*

Græci presbyteri cogendi sunt accipere Chrisma benedictum ab Episcopis Latinis. *Clemens 8. vbi supra §.4.*

Græci presbyteri non cogantur accipere alia olea sancta ab Episcopis Latinis, quia hæc ab eis aliter conficiuntur. *ibid.*

Græcus baptizatus à Græco, si vult ordinari ab Episcopo Latino, ab hoc debet prius confirmari cum forma conditionata. *Si non es confirmatus, &c. ibid. §.4.*

Græci non possunt soluere matrimonia, quò ad vinculum. *Clem.8. ibid. §.5.*

Græci mariti ritum non sequatur vxor Latina, nec è contra. Sed sequitur ritum mariti Latini, si autem hoc fieri non possit, quilibet sequatur suum ritum. *ibid. §.5.* Vide, *Matrimonium consummatum.*

Græcus sacerdos, antequam celebret per hebdomadam, vel triduum abstineat ab vxore. *ibid. §.5.*

Græcis Monachis, vel Calogeris, non est committenda cura animarum, nisi in magna necessitate, vel iusta causa. *ibid. §.6.*

Græci sacerdotes abiurato schismate & erroribus, & instructi in fide, possunt fieri curati, & parochi inter Græcos. *ib.§.6.*

Græci tenentur credere quod Spiritus sanctus procedit à Patre, & Filio. *Eugenius 4. in literis vnionis, Clem.8. constit.34. Sanctissimus §.6.*

Græci credentes hunc articulum, non coguntur, seù non tenentur illum pronunciare, nisi adsit scandalum, vel nisi viuant inter Latinos, quia sic tenentur. *Clem.8. ibid. §.6.*

Græci tolerantur, vt in die Sabbathi carnes comedant, vbi non est scandalum, & hoc inter eos tantum. *ibid. §.6. &* prius *Innocentius IV. const.14. Sub catholicæ.*

Græci tolerantur, vt in Quadragesima, in Sabbatho non ieiunent. *ibid. §.6. & Innocent.IV. ibid.*

Græcis permittitur commutare ieiunium Sabbathi in alium diem, ad consequendum Iubilæum, quando à Papa prescribitur pro illo ieiunium Sabbathi.

Græci non coguntur ad obseruanda ieiunia Ecclesiæ Latinæ. *Clem.VIII. ibid.*

Græcus Episcopus Catholicus tenendus est Romæ, qui ordinare possit Græcos subiectos Episcopis Latinis Italiæ, & Insularum adiacentium, si ab eo velint ordinari. *Clemens 8. const.34. Sanctissimus. §. 7.* Sed literas dimissorias habeant ab Episcopis Latinis; alias sunt irregulares, & dispensatione Papæ indigent. *ibid.§.6.*

Græcus Imperator recipitur ad vnitatem Ecclesiæ Lugduni *à Gregorio X. const.2. Exultat.* Sed excommunicatus fuit *à Martino IV. const.1. Michaelem.* quia fautor hæreticorum, & schismaticorum.

Græci Imperatoris professio fidei. *ibid.*

Græci, quam professionem fidei debent facere (cum sua formula.) *Greg.XIII. const.33. Sanctissimus.*

Græci subduntur ordinarijs locorum circa ea, quæ pertinent ad fidem, Sacramenta, & cætera spiritualia. Et non solum sæculares, sed clerici, & Monachi, Abbates, Rectores, Episcopi, &c. *Pius 4. const.74. Romanus.*

Græci, qui à Romana Ecclesia discedunt ad græcum Patriarcham, sunt per censuras compellendi ad vnitatem fidei Romanæ, etiam per brachium sæculare. *Honorius 3. ex cirone, de Apostatis c.1.*

Græcorum Collegium Romę erigitur. Forma gubernij, redditus, & protector assignatur. *Greg.13. const.42. In Apostolicæ.*

Græca ecclesia est filia Romanæ. *De Baptismo cap. fin.* Vide, *Ecclesia Romana.*

Græca Ecclesia cum Latina vnita fuit. *Eugenius 4. in literis vnionis const.17. Lætentur.* in *Conc. Florent.* Assignantur in ea omnes principales articuli, in quibus Græci à Latinis discordabant, & concordant, eosque confitentur. *ibid.*

Græcus Patriarcha in eo Concilio, sedit primus post Papam. *ibid.*

Vide, *Baptismi cæremoniæ*, in medio. Vide, *Calix.* Vide, *Chrisma à quo recipiendum.*

Gubernator. Gubernium.

Gubernatores status Ecclesiastici, quomodo olim eligendi erant. *Ioan. XXII. Extrau. de maiorit. & obed. c. Ecclesiæ Romanæ.* Vide, *Ecclesiasticus status.*

Gubernatoris Romæ iurisdictio, quantum se extendit, præscribitur *à Iulio II. const.28. Decet.* Ordo præuentionis inter eum, & Marescialium, ac Senatorem. *ibid.*

Gubernatori Romæ prohibuit idem Pontifex, nè declaret aliquem excommunicatum, ratione obligationis Cameralis. *ibidem.*

Officiales eius, quolibet anno debent dare sindicatum. *ibid.*

Gubernatori Romæ concessit *Leo X.* vt possit delegare causas. *Const.8. Et si pro cunctarum.* Item, vt in Religiosos Romæ in quibusdam exercere posset iurisdictionem, sic in Burgo, in Palatio Apostolico, & in Castro S. Angeli. postea hæc reformata sunt. Item, vt possit manu Regia, absque iuris solemnitate procedere.

Præterea habet potestatem promulgandi censuras contra litigantes coram illo, quatenus opus sit. Derogandi Statutis Vrbis. Bandimenta etiam de mandato Papæ facta mutandi, alterandi, & interpretandi. Vt in aliquibus causis ab eo non detur appellatio. Vt omnes, illi, sicut Papæ pareant. Vt delegati ab eo à nullo possint sindicari, neque ipse. *Leo X. ibid.* Vbi maxima legitur authoritas Gubernatoris.

Gubernator Romæ ob sanguinis effusionem, ratione officij factam, mutilationem, &c. non incurrit irregularitatem: neque officiales eius. *ibid.*

Omnem potestatem, quam officiales Papæ, & ipse Papa exercet in temporalibus, ei concessit. Sed moderata postea fuit, vt infra. *Leo X. ibid.*

Gubernatori tenetur Batoncellus obedire. *ibid.*

Gubernatori Romæ, dicenti aliquid esse de mandato Papæ, ei credendum est. *Pius V. const.107. cum Apostolica.*

Gubernatoris Romæ reformatio quo ad iurisdictionem; prescriptio eorum, quæ tenetur facere, tam circa audientias, quam circa sportulas. ab eo quando, & ad quem potest appellari. *Sixtus V. const.72. In sublimi. per §§.42.*

Iterum reformatur, & præscribitur facultas, & iurisdictio Gubernatoris Romæ *à Paulo V. const.71. tit. De Gubernatore Vrbis, diffusè.*

Gubernator Romæ non intelligitur exclusus, quando Papa committit alicui facultatem iudicandi in causis criminalibus, cum particula, *priuatiuè quo ad alios.* Sed ipse intelligitur cumulatiuè, etiam si iudices sint Cardinales, vel Protectores Religionum; vel iudicandi sint Regulares. *Vrbanus VIII. const.93. Decet.*

Gubernatoris Burgi iurisdictio ei concessa *à Iulio 3. constit.4. Ad fidei.* Fit Capitaneus generalis custodiæ corporis Papæ. Omnes causas ciuiles, & criminales habitantium in Burgo potest cognoscere, & iudicare in prima instantia. *ibid.*

Baricelli aliorum iudicum, nihil possunt in Burgo exequi, absque eius licentia. Potest deputare Baricellum, Procuratorem Fiscalem, & alios Officiales, & alia quæ potest exequi. *ibid.*

Gubernator populi, diuina electione fit. 8. *q.1. c. Si ergo.*

Gubernium negandum est petentibus, dandum fugientibus. 8. *q.1. cap. In scripturis.*

Gula.

Gulæ vitium est edere, absque indigentia. *De consecr. dist.5. c. Quinque modis.*

Gulæ vitium est cibos lautiores quærere. *ibid.*

Gulæ vitium est cibos præparare accuratius. *ibid.*

Gulæ vitium est excedere in mensura, & quantitate ciborum. *ibid.*
Gulæ vitium est aliquando deterius desiderare. *ibid.*

H

Habitus.

HAbitus gratiæ infunditur paruulis in Baptismo, & aliæ virtutes. *Clement. de fide, & summa Trinit. cap.* 1. *§. Ad hæc.*
Habitus fratrum Minorum, vel similis illi, à nullo potest deferri. Vide, *Fratres sancti Francisci.*
Habitum Religiosum dimittens, cogatur redire ad habitum. & Monasterium. 27. *q.*1. *c. Si custos Religiosi.*
Habitum Religiosum dimittens, carceri tradatur. *ibid. c. Si homo esses.* Vide, *Religio deseri non potest.*

Hastiludia.

Hastiludia prius prohibita fuerunt, permissa aliquando. *Extrau. Ioann. XXII. De torneamentis. c. Vnde.*

Haruspices.

Haruspices sunt, qui dies, & horas obseruant, in quibus debeant homines operari. 26. *q.*3. *c.*1. Isti etiam extra pecudum inspiciunt, & ab eis obseruationes capiunt. *ibid.*
Haruspicina, & aliæ artes Magicæ, à quo primum inuentæ. 26. *q.*5. *c. Nec mirum.* Illusiones sunt, & præstigia. *ibid.* Vide, *Magi.*

Hebdomada sancta.

In hebdomada sancta curet Episcopus, & alij Rectores, nè in officijs tenebrarum fiat rumor, ac strepitus indecorus, *Concil. Mediol.* 1. *p.* 2. *tit. Communia ratione diuinorum officiorum.*

Hebræi.

Hebræorum libri Talmud comburendi. non possunt eos tenere Hebræi, sub pœnis pecuniarijs, corporalibus, & alijs, etiam vltimi supplicij. *Iulius* 3. *const.* 24. *cum sicut.*
Hebræorum libri, in quibus blasphemiæ contra Deum, & sanctos continentur, sunt Hebræis prohibiti. *ibid.*
Hebræi semel in hebdomada tenentur, & cogendi sunt ad concionem à Religioso catholico faciendam accedere, & pœna. *Gregor.* 13. *const.* 92. *Sancta Mater.*
Hebræorum concionator, à quo destinandus. *ibid.*
Vide, *Iudæi.*

Henricus.

Henrici I. Imperatoris canonizatio fit *ab Eugenio* 3. *constit.* 1. *Sicut per literas, anno* 1152.

Herbæ.

Herbæ quædam, vel lapides, possunt teneri ab Energumenis, modo non sint incantati. 26. *q.*7. *c. vlt.*

Hæres. Hæreditas.

Hæredes possunt ab Episcopis, & alijs clericis constitui de rebus proprijs. 12. *q.*1. *c. Episcopi. c. Manifesta. c. Sint manifestæ. Conc. Toletan.* 9. *c.* 4. Item 12. *q.*4. *c. sacerdotes.* Vide, *Clerici quo ad testament.*
Filij hæredis exhæredati bona non possunt Ecclesiæ dari; neque hæc potest ea acceptare. 17. *q.*3. *c. Quicumque.*
Hæres Episcopi, quando hic non habet hæredem, pro suis bonis debet constitui Ecclesia. 12. *q.*2. *c. Episcopus qui filios.* Vide, *Episcopus quo ad testamenta.* Vide, *Clerici quo ad testamenta.*
Hæredes non possunt reuocare donationem factam alicui à Domino, ob ingratitudinem donatarij. *De donat. c. fin.*
Hæres fundatoris Ecclesiæ, debet eam iuuare. 16. *quæst.*7. *c.*

filijs. Nihil de Ecclesia potest sibi vsurpare. *ibid. cap. filijs.*
Hæredes de iure naturæ, qui sint, *De testamentis cap. Rainutius.*
Hæredibus litigantibus de Ecclesia reliquiæ ab ea auferantur. 16. *q.*7. *c. Si plures.* Et claudenda est Ecclesia, donec de communi consensu statuatur de eligendo Presbytero, qui in ea inseruiat. *ibid.*
Hæreditas ad filios peruenire debet, & hi sunt alijs præferendi. *Ioann. VIII. ep.* 109.
In hæreditate succedunt etiam filij, qui nascuntur ante matrimonium ex matre libera, dummodo secutum sit matrimonium. *Concil. Later.* 3. *in append. tit. Qui filij cap.* 1. *&* 3. Sic etiam filij, qui nati sunt ante diuortium, vel concepti tempore diuortij. *ibid. c.* 5. *De testam. c. Rainutius.*
Hæreditas alterius à laico non retineatur, alias non absoluatur. *Concil. Claramont. c.*20.
Hæredes eorum, qui hæreticos receptarunt, compelli possunt ad soluendum pœnam illis impositam, si mortui fuerunt absoluti ante satisfactionem. *De hæret. in* 6. *c. Accusatus §. Si verò.* Vide, *Inquisitores.*
Hæredes incendiariorum Ecclesiæ tenentur ad restaurandum damnum. Vide, *Ecclesiæ inuasores.*
Hæreditates relictæ à marito, & vxoribus non sunt diripiendæ à Dominis sæcularibus. *Honorius* 2. *constit. vnic. Carissimus.*
Hæredes excommunicatorum, qui sunt mortui cum securitate de danda satisfactione, tenentur satisfacere. *De sent. excomm. c. Anobis. De sepulturis c. fin.*
Hæres vsurarij tenetur ad restitutionem. *De vsuris cap. Tua nos.*
Hærede constituto Monasterio, si aliquis opponit sibi deberi hæreditatem, quia Monachus non habet hæredes, quid agendum. *De probat. c. In præsentia.*
Hæreditatem petenti, si opponitur exceptio natiuitatis, hæc prius debet probari. *De ordine cognitionum c. Tuam.*
Hæres verus esse potest aliquod Monasterium, si instituatur hæres. *De probat. c. In presentia.*
Hæredes per Episcopum, cogendi sunt ad exequendum vltimas voluntates testatorum. *Concil. Lateran.* 3. *in append. tit. De sepulturis c.* 5. *De testam. c. Si hæredes.* Vide, *Episcopus circa testamenta, & circa vltimas voluntates.* Vide, *Episcopi iurisdictio.* Vide, *Testamenta.*
Hærede non implente testamentum, interdicitur res relicta, & emolumenta eius, vsque dum satisfaciat. *Conc. Colon.* 2. *p.* 13. *c.* 10. *De testamentis c. Si hæredes.*
Hæres compellitur ab Ecclesia ad satisfaciendum votum vltramarinum factum à defuncto. *De voto, & voti redempt. c. Licet vniuersis.*
Hæredes hæreticorum. Vide, *Hæreticorum pœnæ, &c.*

Hæresis.

Hæresis græcè idem sonat, quod latinè electio, eò quod hæreticus eligit doctrinam, quam putat esse meliorem. 24. *q.* 3. *c. Hæresis.* Vide, *Diuisio.*
Hæresis differt à schismate, quia illa dicit peruersum dogma, hæc diuidit à capite. *ibid. c. Inter.*
Hæresis prima post Christi aduentum fuit hæresis Simonis Gethæi Samaritani, de simonia, quia credidit, donum Spiritus Sancti posse vendi. *Gregor. I. l.*7. *ep.*5. *& l.*7. *ex regest. ep.* 112. *&* 116. *Gregor.* 7. *l.*9. *ep.*34. & hæc est peior omni alia etiam Macedonij, & quare. 1. *q.*1. *c. Eos, qui.*
Hæresis semel damnata, non eget amplius damnari. 24. *q.*1. *cap. Maiores.*
Hæresis damnata à Sede Apostolica, fugienda est ab omnibus. *Martinus* 1. *ep.*13.
Hæresim semel damnatam amplectens, vt author damnandus est. 24. *q.*1. *c. Acacius.*
Hæresis omnino fugienda. *Lib.* 6. *const. Apost. c.*1.
Hæreses damnatæ à Concilio Gangrensi; & superstitiones, quænam fuerunt. *Dist.*30. *per capita* 17.
Hæreses omnes semper à Sede Apostolica damnatæ, & destructæ. 24. *q.*1. *c. Arecta, c. Memor sum.* Vide, *Ecclesia Romana.* Vide, *Papa.*

Hæresis

Hæresis est sentire contrarium ab eo, quod sentit Papa cum magna parte Ecclesiæ, etiam si non sit definitum per Concilium. *Leo X. const.*40. *Exurge*.

Hæresi semel damnata, omnes qui in eam incidunt, similiter puniendi. 24. *q.*1. *c. Acacius non fuit*.

De hæresi damnato authore, etiam socij intelliguntur damnati. *Gelasius ep.*11. *&* 13.

Hæresis abiuratio.

Hæresim abiurantes prima vice, absoluuntur, eisque pœnitentia imponitur. *De hæret. in 6. c. Vt officium*.

Abiuratio, de omnibus hæresibus fieri debet. *Gregorius* 1. *l.* 9. *ex regest. ep.*61.

Hæresim abiurans propter vehementem suspicionem, si labitur in hæresim formalem, censetur relapsus, & sic punitur. *De hæret. in 6. c. Accusatus*.

Si de leui abiurauit, & postea labitur in formalem, non censetur relapsus; sed grauius punitur. *ibid.*

Hæresim abiurans, si postea vniuersaliter fidem negat, vel in eamdem, vel in aliam hæresim incidat, iudicatur vt relapsus. *ibid. §. cum verò*.

Hæresim abiurans, si postea fauet hæreticis, donat, munera mittit, &c. vt relapsus habetur. *ibid. c. Accusatus*. §. *Illa quoque*.

Abiurans fictè, morte puniendus. *Innocentius* 4. *const.*1. *cum aduersus*. Vide, *Abiuratio*.

Hæresis abiuratio cum stipulatione facienda. *Concil. Hispal.* 2. *cap.*12.

Hæretici abiurantes dato iuramento, de amplius non faciendo, absoluuntur. *Clemens* 7. *const.*22. *Placuit*.

De hæresi conuictus abiurare tenetur, & iurare se numquam illi vel alteri adhæsurum, & acceptare pœnitentiam condignam, etiam perpetuam immurationem, nec alios docebit, aut hæresim fouebit. *Conc. Constant. sess. vlt. in constit. Martini* 5.

Abiurare nolens suspectus de hæresi, tradendus est brachio seculari. *De hæret. c. Ad abolendam*.

Fauentes hæreticis non recipiendi, nisi abiurata eorum hæresi. *Conc. Later.*3. *c.*27.

Hæresim abiurantes, pœnitentiam impositam exequi tenentur. *Conc. Aurelianen.*4. *c.*8.

Abiurare nolens, vt hæreticus est tractandus. *Martinus* 5. *const.*1. *Inter cunctas*. §.14.

Hæretici, vel suspecti de hæresi, nolentes abiurare solemniter, & pœnitentiam quamcumque, etiam per immurationem acceptare, & dare cautionem de non credendo amplius illis, vel alijs erroribus, vt hæretici puniuntur. *Martinus* 5. *const.*1. *Inter cunctas c. Quod super*. §.14.

Hæreses extirpandæ.

Hæreses sine mora profligandæ. *Gelasius ep.*6. *Hormisda ep.* 8. *Concil. Senon. c.*17. *&* 18. *Innocentius* 3. *constit. inter cætera*.

Hæreses non extirpans Episcopus. Vide, *Episcopus*.

Hæretici exterminandi. *Honorius* 3. *constit.*1. *Has leges*. & ex decreto etiam Imperatoris. Vide infra, *Hæretici non tolerandi*.

Hæretici, & hæreses eorum, qui dicebantur Apostolici ordinis, damnantur *ab Honorio* 4. *const.*1. *Olim*.

Hæreses Ioannis Vvicleff, & Ioannis Huss, damnantur *à Martino* 5. *const.*1. *inter cunctas*.

Hæreses Martini Lutheri, damnantur *à Leone X. constit.*40. *Exurge*.

Hæretici, & eorum proprietates.

Hæretici sunt, qui Euangelicis authoritatibus, Apostolicis literis, vel Propheticis oraculis resistunt. 24. *q.*3. *cap. Quid autem*.

Hæreticus esse non dicitur, qui non est pertinax. 24. *q.*3. *c. Dixit*. *c. Quia in Ecclesia*.

Hæreticus est, qui in damnatam hæresim incidit. 24. *q.*1. *c. Acacius*.

Hæreticus est, qui correctus, vt sanè sapiat, resistit. 24. *q.*3. *cap. Quia in Ecclesia*.

Hæreticus non est, qui non sua audacia, sed alieno errore seducitur. 24. *q.*3. *cap. Dixit*.

Hæreticus est, qui quod prauè sapit contumaciter defendit. 24. *q.*3. *cap. Quia in Ecclesia*.

Hæreticorum bellis, Ecclesia instruitur. *Gregorius I. lib.*7. *epist.* 3.

Hæretici cur permittuntur à Deo. 24. *q.*3. *c. Ideo diuina cap. vlt.* (vt Catholici discant scripturas.)

Hæretici dicuntur Christiani, qui ad Iudaismum transeunt, vel redeunt. *De hæreticis in 6. cap. contra*.

Hæreticus iudicatur, qui suspectus de ea excommunicatus per annum non comparuit. *De hæreticis in 6. c. cum contumacia*.

Hæretici sunt, qui fidem negant, vel fateri simulant. *Nicolaus I. in decretis tit. de iudicijs c.*11.

Hæreticorum primus in Ecclesia Christiana fuit Simon Gethæus Samaritanus; & primi eius successores fuerunt Docitеus, Menander, Basilides, &c. *Lib.6. constit. Apost. cap.*7.

Hæreticorum multa nomina, & Sectæ. 24. *quæst.*3. *cap. Quidam*.

Hæreticus est *ille qui Sacram Scripturam*, falso sensu declarat. 24. *q.*3. *cap. Hæresis*. *concil. Lateran. sub Martino I.*

Hæreticus veritatem cum mendacio mutat. 24. *quæst.*3. *cap. Transferunt*.

Hæretici sunt, qui hæreticorum doctrinam defendunt, & laudant. *concil. constantinopol.*2. *act. & confessu* 1.

Hæretici sunt, qui male sentiunt de Sacramentis Ecclesiæ. *de hæreticis cap. Ad abolendam*.

Hæretici publici sunt, qui vel contra Catholicam fidem publicè prædicant, vel profitentur, seu defendunt suum errorem; vel à suis Prælatis sunt conuicti, vel confessi, vel per sententiam condemnati sunt de hæresi. *De verbor. signific. cap. Super quibusdam*.

Hæretici delictum secundum, confirmat primum. *Martinus I. epist.*12.

Hæreticus est, qui de Sacramentis Ecclesiæ sentit aliter, quam sentiat Ecclesia Romana. *concil. constant. sess. vlt. in const. Martini V.*

Vide, *Accusare*. Vide, *Apostata à fide*. Vide, *Fidem deserens*. Vide, *Lapsi*.

Hæretici ab Ecclesia sunt separandi.

Hæretici segregandi, & diuidendi sunt ab alijs fidelibus. 24. *q.*3. *cap. Resecandæ*. *Gregor. I. lib.*7. *ex regest. ep.*6. *concil. Roman.*1. *sub Leone I.*

Hæretici diligenter quærendi, & extirpandi, ne alios inficiant. *Gregor.*7. *lib.*7. *ep.*28.

Episcopi, & Archiepiscopi omni anno tenentur visitare Prouincias, & Diœceses suspectas de hæresi. *De hæreticis c. Excommunicamus*. §. *Adjcimus*. Vide, *Episcopus in causis fidei*.

Statuta contra hæreticos, omnino obseruanda, & à quatuor distinctis personis scripta in libris conseruanda, id est, in Archiuio Ciuitatis, apud Diœcesanum, apud fratres Prædicatores, & apud Fratres Minores. *Innocentius* 4. *const.* 9. *Ad extirpanda*. §. 38.

Hæretici non sunt tolerandi.

Hæretici nullo modo sufferendi sunt. *Liberius epist.*13. *Ad Anastasium*.

Hæretici sine mora damnari debent. *Hormisda ep.*8. *concil. Senon. c.*17. *&* 18.

Hæreticorum inquisitio, sæpè facienda. *Innocent.*4. *const.*3. *Ad extirpanda*. §.31.

Hæretici dicti Ordinis Apostolorum, damnantur *ab Honorio IV. constit.*1. *Olim felicis*.

Hæreses omnes Ioannis Vvicleff, & Ioannis Huss, damnantur *à Martino V. constit.*1. *Inter cunctas*.

Vide, *Hæreses extirpandæ*.

Hæreticorum punitiones, & pœnæ.

Hæretici, vel ſuſpecti vocari poſſunt ex quolibet loco etiam remoto, & reuocatur Conſtitutio *Bonifacii* 8. in contrarium. *Martinus* 5. *conſtit.* 1. *inter cunctas. cap. Quod ſupr.* §. 15.

Hæretici, quomodo examinandi, & interrogandi per 37. interrogationes. *ibid.*

Hæretici ſunt excommunicandi, id eſt, declarandi excommunicati. 24. q. 3. c. *Notandum.*

Hæretici ipſo facto cadunt à propria dignitate, quæcumque illa ſit, ſiue Regia, ſiue Imperialis, Epiſcopalis, Cardinalitia, &c. & priuantur beneficijs. *Paulus* 4. *conſtit.* 19. *cum ex Apoſtolatus.*

De facto ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ. Vide, *Excommunicationes in Bulla Cœnæ. De hæreticis c. Excommunicamus. Conc. Later.* 4. *c.* 3.

Hæreticus perſeuerans, & impœnitens, damnatur. *De hæreticis c. Firmiſſimè, & c. Ad abolendam.*

Hæretici, vt rei læſæ maieſtatis puniendi. *Innocentius* 4. *conſt.* 1. *inconſutilem.*

Hæretici puniendi, etiam ſi habent ſaluum conductum, ſi ſunt pertinaces in ſuis dogmatibus. *Conc. conſtant. ſeſſ.* 19.

Hæretici antequam damnentur, citandi ſunt ad comparendum. *Conc. conſtantien. ſeſſ.* 6. *in cauſa Hieronymi de Praga. Leo X. in conſt.* 40. *Exurge, in fine.*

Hæretici carcerati tenendi ſunt ſeparati ab alijs. *Innoc.* 4. *conſt.* 9. *Ad extirpanda.* §. 22.

Hæretici clerici ſpoliandi ſunt officio, & beneficio; & tradendi brachio ſæculari, niſi pœniteant, & abiurent hæreſim coram Epiſcopo. *De hæreticis c. Ad abolendam.*

Vide, *Hæretici clerici.*

Hæretici damnati, longiſſimè ablegandi. *Cœleſtinus* 1. *ep.* 11.

Hæretici relapſi, & fictè abiurantes, morte mulctandi. *Innoc.* 4. *conſt.* 1. *Cum aduerſus.*

Hæreticorum domus deſtruendæ. *Innocent.* 4. *conſtitut.* 1. *Inconſutilem.*

Hæreticorum domus, in quibus fiunt conuenticula, fiſco ſunt applicanda. *Leo* 1. *in ep.* 59. *ad Conc. Calcedon.*

Hæreticorum nomina in quatuor libris ſcribenda, & omni anno publicanda. *Innocentius* 4. *conſt.* 9. *Ad extirpanda.*

Hæretici poſſunt capi, & fieri ſerui capientium Catholicorum. *Concil. Later.* 3. *c.* 27.

Hæreticorum bona confiſcanda, etiam ſi filios habeant Catholicos. *De hæret. c. Ad abolendam.* Sed redeuntibus ad cor (niſi relapſi ſint) poſſunt eis reſtitui bona. *ibid. Innoc.* 4. *conſtit.* 8. *Cum fratres.*

Hæreticorum bona ipſo iure ſunt confiſcata. *De hæret. in* 6. *c. Cum ſecundum.*

Hæc confiſcatio fieri non poteſt per Principes ſæculares, nec executioni mandari, niſi poſt latam ſententiam hæreſis à iudice Eccleſiaſtico. *ibid.*

Confiſcatio bonorum hæreticorum damnatorum, in ſtatu Eccleſiæ facienda eſt per miniſtros Papæ, in terris Principum per alios. *De hæret. c. Vergentis.*

Bona hæc confiſcata non poſſunt eis reſtitui, niſi reuertantur ad cor, & domini voluerint eorum miſereri. *ibid.*

Neque filijs hæreticorum ſunt concedenda bona confiſcata, niſi parentes conuertantur, & ex miſericordia domini voluerint eis concedere. *ibid.* Vide, *Confiſcatio.* Vide, *Bona.*

Bona confiſcata non poſſunt à Diœceſanis appropriari, neque pars eorum pro expenſis capi; ſed Camerę Apoſtolicæ ſunt applicanda. *Extra, de hæret. c. Ex eo.*

Hæreticorum bona confiſcata, pro diſpoſitione Papæ conſeruanda ſunt. *Alexander Quartus conſt.* 21. *Diſcretioni.*

Ob hæreſim mariti non poſſunt confiſcari bona vxoris, niſi vxor cum hæretico marito, ſcienter contraxerit. *De hæret. in* 6. *c. Contra.*

Clericorum damnatorum bona fiſco Eccleſiaſtico applicanda. *De hæret. c. Excommunicamus. §. Damnati.*

Confiſcatio fieri poteſt, etiam ſi quis declaretur hæreticus poſt mortem. *De hæret. in* 6. *cap. Accuſatus. §. in eo verò.*

Hæreticorum bona confiſcata non accipiantur, niſi poſt ſententiam de hæreſi contra eos promulgatam. *conc. Conſtantien. in conſt. Martini* 5.

Confiſcatio hæreticorum, nullo modo relaxanda. *Innoc.* 4. *conſt.* 9. *Ad extirpanda.* §. 33. Bona confiſcata, quomodo diuidenda. *ibid.* §. 34.

Electi in Epiſcopos, Cardinales, &c. ſi ſunt hæretici, nulla eſt electio. *Paulus* 4. *conſt.* 19. *Cum ex Apoſtolatus.*

Electio hæretici in Papam, eſt nulla. Item, & omnia acta, quæ facit. *ibid.* Vide, *Papæ electio.*

Hæreticus (impœnitens, vel relapſus) damnatus, tradendus eſt poteſtati ſæculari. ſi clericus prius degradandus. *concil. Later.* 4. *c.* 3. Bona confiſcanda. & ſi clerici ſint, bona applicantur Eccleſijs. *ibid. c.* 3. & *Later.* 3. *c.* 27. *De hæret. cap. Ad abolendam.*

Hæretici, & eorum receptatores, & defenſores, cuiuſcumque gradus, exempti, vel non exempti, poſſunt excommunicari, carcerari, interdici, priuari dignitatibus, beneficijs, feudis, monaſterijs, gradibus omnibus, ſiue ſæculares ſint, ſiue clerici, vſque ad degradationem inclusiue, immurari, & tradi brachio ſæculari. *Concil. Conſtantien. ſeſſ. vlt. in conſt. Martini V. circa finem.*

Hæretici poſſunt comburi, & hoc non eſt contra Dei voluntatem. *Leo X. in conſtitut.* 40. *Exurge.*

Pœnæ contra hæreticos, per ſæculares Principes executioni dantur. 23. q. 5. *cap. de Liguribus. & c. Quali nos. de hæret. cap. Excommunicamus.* §. *Damnati. conc. Mileuit. c.* 11. ſtatim ab eis accipiendi. *conc. Conſtant. in conſtitut. Martini V. Innoc.* 4. *conſt.* 9. *Ad extirpanda.*

Hæretici poſſunt tradi curiæ ſæculari (vt morte mulctentur) vel carceri perpetuo immurari. Reformatio. *Cleri Germaniæ cap.* 24.

Hæretici non gaudent immunitate Eccleſię, ſi ad eam fugiunt. *Ioannes* 22. *conſt.* 1. *Ex parte.*

Hæretici religioſi, immurationis pœna puniendi, & grauius quam ſæculares. *de hæret. in* 6. *c. Accuſatus.* §. *fin.*

Hæretici ſunt infames, & inteſtabiles. *Clemens* 7. *conſt.* 22. *Placuit.*

Hæreticorum fidelium bona quilibet fidelis poteſt ſibi acquirere, & perſonas captiuare, & in ſeruitutem redigere. *ib. conc. Later.* 3. *c.* 27.

Hæreticorum pœnæ ſtatim à ſæculari magiſtratu, iudice, &c. exequutioni dandæ, non obſtante appellatione. alias excommunicantur, & fiunt ſuſpecti de hæreſi. *de hæret. in* 6. *cap. Vt commiſſi.*

Vide, *Hæreticorum multę inhabilitates.*

Hæreticis non communicandum in diuinis, ac ritibus, & pœna.

Cum hæreticis communicans clericus in oratione, excommunicatur. & ſi alios ad id hortatur, eſt damnandus. *concil. quod dicitur Apoſtol. c.* 45. Vide, *Orare.*

Non poſſunt admitti ad Eccleſiam hæretici, neque intrare in eam poſſunt, manentes in hæreſi. *conc. Laodic. c.* 6.

Hæreticorum loca, orationis gratia frequentantes, excommunicantur. *conc. Laodic. c.* 9.

Cum hæreticis, aut ſchiſmaticis orandum non eſt. *conc. Laodic. c.* 33. *concil. Carthag.* 4. *c.* 72. Neque cum eis pſallendum. *ibid.*

Eorum ritus, & alij ſimiles illis fugiendi. *Gregor.* 1. *lib.* 1. *ep.* 41.

Hæreticorum templa adire non licet. *Lib.* 2. *conſt. Apoſt. c.* 61.

Ab hæreticis non poteſt accipi communio, ſeu Euchariſtia. 1. *q.* 1. *c. Superueniente.*

Quam pœnitentiam ſubire tenetur, qui eam accipit. 24. *q.* 1. *c. Si quis dederit.* Vide, *Communio.*

Nec tempore Paſchæ ab hæretico accipi poteſt communio. 24. *q.* 1. *cap. vlt.*

Hæreticorum eulogiæ non recipiendę. *conc. Lucenſe c.* 70.

Hæreticis, aut fautoribus non ſunt danda Sacramenta, ſub pœna priuationis officij. *Innocentius* 4. *conſt.* 18. *Nouerit.* Vide, *Sepelire.*

Neque poſſunt ſepeliri in ſacro, ſub pœna excommunicationis, & ſepeliens proprijs manibus, tenetur eos extumulare.

Innocentius 4. ibid. Vide, *Hęretici moribundi, & mortui.*

Hęreticis non communicandum in vllo, & pœna.

Cum hęreticis, neque in sermone domi, aut alibi communicandum. communicans, excommunicatur. *conc. quod dicitur Apostol. c.11. Lib.6. const. Apost. c.18. & 25.*

Neque in donis cum eis est communicandum. *conc. Laodic. c.37. Fabianus ep.1.*

Neque in conuiuijs potest cum eis communicari. *conc. carthag.4. c.70.*

Eorum colloquia, & omnis communicatio fugienda. *concil. Roman.1. sub Leone 1. Hormisda ep.16.* & præsertim à Religiosis. *ibid.24. q.1. c.Omnis, qui recedit. c. Quæ dignior. & q.3. c. Clericus hęreticorum. 24. q.2. c. Nec quisquam. concil. Tolosanum c.13.* Nisi ex causa conuersionis. *ibid.*

Communicans cum hæreticis, est excommunicatus. *concil. Tolos. c.13.*

Hæreticorum consolationem quærentes, si sanę mentis sunt, non excusantur, si eam obtinent cum alienati sunt mente. *Alexander 4. const.13. ex parte.*

Vide, *Excommunicatio, &c.*

Hæretici reuelandi.

Hæretici sunt reuelandi Inquisitoribus, sub pœna excommunicationis. *Innocent.4. const.18. Nouerit.*

Hæreticis à solo Papa fit generalis condonatio.

Hęretici omnes Portugalię, obtinent condonationem *à Paulo* 3. & eorum filii, ac descendentes rehabilitantur, ac si patres eorum non fuissent hæretici, & alias gratias obtinent. nomina tamen eorum describenda iussit in peculiari libro. *const.8. illius.*

Idem fecit *Iulius* 3. cum aliis hæreticis, aliorum Regnorum, præmissa aliqua pœnitentia. *const.6. illius.*

Cum hæreticis non facienda matrimonia à catholicis.

Puellæ Christianæ catholicæ, cum hæreticis non possunt nubere (alias per quinque annos maneant excommunicatę.) *concil. Elibert. c.16. conc. Laodic. c.10.* Nec è conuerso. *ibid.* Et solum permittitur, quando coniux hæreticus, vel hæretica, promittit venire ad fidem. *conc. Laodicen. c.31. Conc. carthag.3. c.12. Post Concil. Tolet.17. c.20. Concil. calced. c.14.* Vide, *Catholicus.*

Per hæresim non soluitur matrimonium. *Concil. Trid. sess. 24. can.5.*

Vide, *Matrimonia prohibita ratione diuersi cultus.*

Hæreticorum multæ inhabilitates, & incapacitates.

Hæretici non possunt accusare catholicos. *Conc. carthag.7. c. 2. Anacletus ep. 1. Caius in ep. decret. Nicolaus 1. in decr. tit. De iudicijs c.11. 3. q.4. c. Beatus. & c. Si quis. 2. q.7. c. Alieni. cap. Non potest. cap. Pagani. 6. q.1. cap. Cum maiores.*

Hæreticus potest accusare hæreticum. *2. q.7. c. Si hæreticus.*

Hæretici non sunt capaces donationum. *Conc. carthag.1. c. 13.* Vide, *Donatio.*

Neque sunt capaces legatorum. *Conc. Afric. c.60.* Vide, *Legata.* Vide, *Testamenta.*

Hæreticus non est capax dignitatis Ecclesiasticæ. *Simplicius ep.17.* Neque alterius est capax. *Nicolaus 3. constit.2. Nouerit. Innocent.4. const.18. Nouerit.* Et si ordinatur, est deponendus. *Conc. Nicæn.1. c.10.*

Hæreticus non potest eligi, nec ordinari Episcopus. *Gregor. 1. l.1. ep.75. l.2. ep.33.*

Hæreticus non potest esse iudex. *Nicol.1. ep.8.*

Hæretici sunt infames, & intestabiles. *Clemens 7. constit.22. Placuit.*

Hæreticorum iudicia, & statuta sunt nulla. *concil. Rom. 6. sub Symmacho.*

Hæretici sunt incapaces dignitatum, & si eliguntur in Episcopos, Cardinales, &c. nulla est electio. *Paulus 4. constit. 19. Cum ex Apostolatus.* Idem de sæculari dignitate Regia, Imperiali, &c.

Hæreticus nequit eligi in Papam, & electio est nulla, sic & omnia acta, neque per inthronizationem aliquid acquirit. *Paulus 4. constitut. 19. Cum ex Apostolatus.* Vide, *Papæ electio.*

Hæreticus non potest esse testis contra catholicum. *Anacletus ep. 1.2. q.7. c. Si hæreticus.* Potest esse testis contra hęreticum. *ibid.* & *Innocentius 4. const.1. Inconsutilem.*

Hæreticus non potest possidere bona Ecclesiæ, & iniustè possidet. *23. q.7. cap. Quod autem.*

Hæreticorum bona iustè retinent catholici. *23. q.7. cap. Si de rebus.*

Hæreticus nullum officium publicum potest habere. *24. q.1. cap. Didicimus.*

Hæreticorum corpora in Ecclesia non possunt sepeliri. *Clemens 7. const.22. Placuit.* Vide, *Sepultura.* Vide, *Hæretici moribundi, &c.*

Non potest pro eis dici missa, nec inter catholicos sepeliri. *conc. Later.3. c.27.*

Hæretici non possunt ordinari. eos ordinans decem libras auri in pœnam soluere debet. *conc. Afric. c.60.* Vide, *Lapsi.* Ordinati deponuntur. *conc. Nicæn. 1. c.10.*

Hæreticus non habet potestatem absoluendi. *24. q.1. c.Didicimus.* Vide, *Hæreticus Episcopus.*

Hęreticus non potest excommunicare. *24. q.1. c.Apertè.* & *c. Miramur. cap. Ait Cœlestinus.*

Hęretici non possunt emancipare filios. *Innocent. 4. const.18. Nouerit.*

Non gaudet immunitate Ecclesiæ, fugiens ad eam. *Ioannes 22. const.1. Ex parte.*

Hæretici, & schismatici non consecrant alios, nec ipsi consecrantur (intellige licitè, & quo ad executionem.) *24. q.1. cap. Pudenda.* Vide, *Ordinati.* Vide, *Ordinare.*

Hæretici spiritum iustitiæ habere non possunt. *23. q. 7. cap. Quemadmodum.*

Pro hæretico, nullus potest esse aduocatus, neque notarius, & qui hoc faciunt sunt infames, & officio priuantur. *De hæreticis c. Si aduersus.*

Hæretici Spiritus sancti profusionem perdunt. *24. q.1. cap. Hæretici.*

Hæretici possunt capi à Catholicis, & fieri serui capientium. *conc. Later. 3. c.27. Clem. 7. const.22. Placuit.*

Non possunt fieri hæredes. *Innocent. 4. const.1. Cum aduersus.* Vide, *Episcopi iurisdictio in causis hæretic.*

Non possunt habitare in nullo loco Italiæ, vel Insularum adiacentium, vel habere domos apertas, aut conductas; nec morari in Italia. Receptantes eos incurrunt pœnas fautorum, &c. *Gregor. 15. const.28. Romani.* Vide, *Itali.*

Hęreticis quędam permittuntur, & quę.

Cum hæreticis communicari potest in causa conuersionis. *conc. Tolos. c.13.*

Communicari cum eis potest in casu necessitatis, vt ad emendum necessaria, &c. *de sent. excommunic. c.Si vero.*

Possunt validè ministrare baptismum (& licitè in necessitate.) *De consecrat. dist. 4. cap. Nullus. cap. Quomodo. 24. q.1. cap. Si quem forte.*

Olim eis permittebatur, vt essent præsentes in missa Catechumenorum (id est, vsque ad canonem.) *De consecrat. dist. 1. cap. Episcopus nullum.*

Audire conciones in Ecclesia est eis permissum. Vide, *Concio. conc. Carthag. 4. c. 84.*

Possunt accusare hæreticum, & esse testes contra eum. *2. q. 7. c.Si hæreticus. Innocent. 4. const.1. Inconsutilem.*

Hæretici quid possunt cum catholicis facere, & quos contractus inire, in suis locis. Vide, *Itali.*

Hæretico-

Hæreticorum fautores, vel receptatores, aut credentes, & pœnæ.

Hæreticis fauens, vt domi aliquem ex eis tenens, vel cum eis negotia exercens, excommunicatur. *Conc. Later.3. c.27. De hæreticis. c. Sicut ait. eod. tit. in 6. c. Quicunque.*

Hæreticorum fautores, defensores, vel credentes, excommunicati sunt, & si intra annum non satisfaciant Ecclesiæ, sunt infames, intestabiles, non possunt eligere, non testamentum facere, non ad hæreditatem succedere, nullus tenetur eis respondere in causis, sed ipse alijs, si sint aduocati, non valet eorum patrocinium; si notarij, nulla sunt instrumenta, si iudices nullæ sententiæ, si clerici, ab omni officio, & beneficio sunt depositi. *Conc. Later.4. c.4. De hæreticis c. Excommunicamus. §. Credentes. Innoc.4. constit.1. Inconsutilem. & const.9. Ad extirpandam §.28. Item Innoc.4. const.18. Nouerit. Paulus IV. constit.19. Cum ex Apostolatus.*

Hæreticos adiuuantes, sunt excommunicati. *Conc. Tolosanum c.13. Concil. Senonense c.18.*

Hæreticorum credentes, vel fautores, laudatores, aut receptatores, tractandi sunt, vt hæretici, & tradendi curiæ sæculari. *Conc. constantiense sess. vlt. in const. Martini V.*

Hæreticorum fautores vitandi sunt, non vitantes excommunicantur. *Innoc.4. const.18. Nouerit.*

Hæreticis fauentes in officio aduocati, vel notarij, & alio simili, ipso facto sunt infames. *De hæret. cap. Si aduersus.*

Hæreticis fauentes non recipiendi, nisi abiurent eorum hæresim. *Conc. Later.3. c.27.*

Hæreticis consentientes ab Ecclesia eijciendi. *24. q.3. c. Illud sane.*

Hæreticorum fautores non vitans, est excommunicandus, sepultura Ecclesiæ priuatur. clerici non possunt recipere eius eleemosynas, vel oblationes, alias officio priuentur, nec restituantur, nisi ex indulto Papę, & licet sit regularis ei non suffragantur priuilegia. *conc. Later.4. c.3. De hæreticis c. Excommunicamus §. Credentes. Innoc.4. const.18. Nouerit.*

Hæreticorum fautores, si moriuntur non gaudent sepultura Ecclesiæ, vel Cœmeterij. *de hæretic. c. Sicut ait.*

Non gaudent immunitate Ecclesiæ, si ad eam confugiunt. *Ioannes 22. const.1. Ex parte.*

Lutheri fautor Fridericus Dux Saxoniæ monetur, vt Lutherum non protegat. *Adrianus 6. const.4. Satis.*

Hæreticorum errori credentes sunt hæretici. *De hæreticis c. Excommunicamus il 2. §. Si qui.*

Hæreticos instruentes ad celandam veritatem, vt fautores sunt puniendi, siue clerici, siue religiosi, siue alij. *de hæreticis in 6. c. Accusatus §. fin.*

Hæreticorum fautores, etiamsi Imperatores sint, excommunicati sunt. *Martinus 4. const.1. Michaelem Palæologum.*

Hæreticorum fautores, defensores, credentes, receptantes, &c. si promouentur ad officia, & dignitates, nullę sunt eorum promotiones. *de hæreticis in 6. c. Quicunque §. Hæretici autem.*

Hæreticorum fautores, vel suspecti de hæresi, excommunicantur. & si per annum in excommunicatione persistunt, tractantur vt hæretici. *De hæret. in 6. c. Vt commissi.* Vide, *Excommunicat. Bullæ Cœnæ.*

Si hæreticorum fautores absoluantur, & moriuntur ante satisfactionem, hæredes, & filij eorum, tenentur ad satisfaciendum. *De hæreticis in 6. c. Filij.*

Hæreticos, aut de hæresi suspectos carceratos, de carcere liberans, siue dominus sæcularis, siue alius; aut dans fauorem, vel auxilium, &c. vt inde abstrahatur, excommunicatus est, & si per annum in excommunicatione persistet. vt hæreticus tractatur. *De hæreticis in 6. cap. Vt commissi.*

Hæreticorum fautores persequendi. *Gregorius constit.4. Ille humani.*

Hæreticorum fautores, quando puniuntur vt relapsi. Vide, *Hæretici relapsi.*

Hæreticum captum eripiens vel abscondens, quomodo puniendus. *Innoc.4. const.9. Ad extirpanda.* Domus destruenda, & bona in ea reperta sint destruentium. *ibid. §. 21.* Burgus, aut villa sub pœna pecuniaria intra tres dies tradere tenentur defensores hæreticorum. *ibid. §. 11.*

Qui hæreticorum loco se capi faciunt, perpetuo carceri tradantur. *ibid. §. 22.*

Hæreticorum erroribus credentes, puniendi sunt, vt hæretici. *ibid. §. 28.*

Hæreticorum fautores, credentes, vel receptatores, quando veniunt ad gremium Ecclesiæ, tenentur dare cautionem de amplius non fauendo, credendo, receptando, &c. *Innocentius 4. const. 10. Cum venerabilis.*

Hæreticorum fautores, &c. relapsi ad pœnam obligationis condemnandi. *ibid.*

Hæreticorum fautoribus, nullus potest patrocinari, nec dare Sacramenta sub pœna priuationis ab officio. *Innocen. IV. constitut. 18. Nouerit.*

Hæreticorum fautores sepeliens, excommunicationem incurrit, & proprijs manibus tenetur eos extumulare. *ibid.*

Hæreticorum fautores, filij, ac nepotes, non sunt capaces beneficiorum Ecclesiæ. *Innocen. 4. const.18. Nouerit.*

Hæreticorum fautores non possunt emancipare filios. *ibid.*

Hæreticorum fautores, qui testes in causis fidei, vel denunciantes offendunt, vt si Inquisitionis officium impediunt, carceratos extrahunt, reos capi impediunt, aut prohibent, occultant, eis dant fauorem, adiutorium, consilium, vel alia in eorum fauorem faciunt, sunt rei læsæ maiestatis, omni dominio priuati, infames ipsi, & eorum filij, alijsque hæreticorum pœnis subiacent, & curiæ sæculari tradendi sunt. *Pius 5. const. 82. Si de protegendis.*

Hæreticorum fautores dare debent cautionem de parendo Ecclesiæ, sub pœna pecuniaria. & si delinquunt, Inquisitores eam exigunt, & applicant sancto Officio. *Alexander 4. const.14. Super extirpatione.* & fide iussores adstringuntur. *ibid.*

Fautorum filij. Vide, *Hæreticorum filij.*

Hæreticorum causę à quo, & quomodo iudicari possunt.

Hæreticorum causæ à Concilio possunt iudicari. *Gregorius 1. lib. 1. ep. 72.*

Hæretici per Ecclesiam puniendi. Vide, *Ecclesiæ potestas.*

Hæreticorum causæ à Papa sunt terminandæ per iudicium. *Gregorius 1. lib. 4. ep. 64.*

Episcopus, vel Capitulum Sede Vacante procedere potest in causis hæreticorum. *de hæret. c. Ad abolendam.*

Hæresum causæ, & processus fieri possunt ab Episcopo, & Inquisitore diuisim, vel coniunctim, & simul sententiant. quod si non conueniunt recurrunt ad Papam. *de hæreticis c.1. & in 6. cap. Per hoc.*

Ab Ecclesiastico tantum iudice possunt iudicari. *conc. Constantien. in const. Martini V.*

Hæreticorum causæ non possunt iudicari à laicis, nisi ex delegatione Ecclesiæ. *conc. Tolet. 12. c.9. De hæreticis in 6. c. Vt Inquisitionis.* Sub pena excommunicationis. *ibid.*

Hæreticorum causæ, vel fautorum, &c. fieri possunt ab excommunicatis, etiam sæcularibus, ex delegatione Ecclesię, vel Inquisitorum. *de hæreticis in 6. c. Præsidentes.* Quando ipsi sunt impediti.

In causis hæresis procedere possunt Episcopi, & Inquisitores, & quomodo. Vide, *Episcopi iurisdictio in causis hæret.*

Hæreticorum, cuiuscumque nobilitatis sint, causæ sacerdotali iudicio subiacent. *conc. Tolet. 13. c. 2.*

Hæreticorum causæ cognoscuntur omnes à solis Episcopis & Inquisitoribus, tamquam Papæ delegatis. *Clem. de hæreticis c.1.* Vide, *Inquisitor.*

Hæresis causa fieri potest simpliciter, & de plano. *De hæret. in 6. cap. Statuta. Concil. Constant. sess. vlt. in constitut. Martini V.*

In causa hæresis testes examinandi sunt coram duobus. *De hæret. in 6. c. Vt officium.* Testium dicta per tabellionem debent excipi. *ibid.*

In causa hæresis, testium, & accusatorum dicta, vel nomina non publicanda. *de hæret. in 6. c. Statuta.*

In causa hæresi testis deponens falsum contra fidem, si postea se retractat, licet periurus, sit probat, si apparet verum dicere, & non esse corruptus. *De hæret. in 6. c. Accusat. §. Licet.*

In causa hæresis, omnes etiam exempti, vel aliter priuilegiati Apostolico priuilegio, subduntur Episcopo, & Inquisitori. *de hæret. c. Ad abolendam.*

Hæreticorum causæ per sæculares iudicari non possunt, sub pœna excommunicationis. *Iulius 3. const. 11. Licet à diuersis.*

Hæretici per dominos sæculares capiendi, & Ecclesiæ consignandi. *Reformatio cleri Germaniæ. & Bulla Leonis X. const. 40. Exurge. conc. Senon. c. 18.*

Interrogationes faciendæ hæreticis, vel de hæresi suspectis, sunt numero 30. *Martinus V. const. 1. Inter cunctas.* Vide, *Examen.*

A iudice sæculari, nullo modo possunt cognosci, aut iudicari causæ hæresum. *Gregor. 14. const. 7. cum alias.*

Vide, *Episcopi iurisdictio in causis hæreticorum.* Vide, *Inquisitor.*

Hæretici Episcopi.

Episcopi hæretici non possunt accusare Episcopos Catholicos. *concil. constantinopol. 1. c. 6.*

Episcopi hæretici non consecrant alios, nec consecrantur (intellige licitè) & quo ad executionem. *1. q. 7. c. Daibertum. c. Si qui voluerint. & 9. q. 1. c. Nos, & c. Per illicita.*

Hæretici Episcopi consecrationes, & Sacramenta valida sunt, & ei solum nocent. *Anastasius 2. ep. 1. c. 8.*

Episcopi hæretici redeuntes ad fidem, recipi possunt cum sua dignitate, licet in quodam alio Concilio contrarium fuerit definitum. *concil. Afric. sub cœlestino c. 35.* Vide, *Fides, redeuntes ad fidem.*

Episcopi hæretici non possunt ordinare. *Innoc. 1. ep. 18. c. 3.* id est licitè, nam validè possunt, si ipsi sint validè ordinati. *ibi. ep. 22. c. 3. & 4.* Vide, *Ordinatio.* Vide, *Ordinati.*

Hæretici Episcopi non sunt digni honoribus Christi. *1. q. 1. c. Arianos. c. Qui perfectionem.*

Validè ministrant Baptismum. *de consecrat. dist. 4. c. Nullus c. Quomodo.*

Non possunt excommunicare. *24. q. 1. c. Aperte. c. Miramur. c. Ait Cœlestinus.*

Hæretici Episcopi redeuntes ad fidem. Vide infra, *ab hæresi redeuntes.*

Hæretico Episcopo redeunte ad fidem in loco, in quo fuerat ordinatus alius, quid agendum. *de parochijs, &c. c. 1.*

Vide, *Episcopus hæreticus.* Vide, *Ordinatio.*

Hæretici clerici.

Clerici hæretici redeuntes ad fidem recipi possunt cum sua dignitate. *conc. Afric. c. 72. Si* erant ordinati à Catholicis. *Innoc. 1. ep. 21.*

Clerici redeuntes ab hæresi non possunt vlterius promoueri, sed manere debent in ordine, quem habent. *1. q. 1. cap. Ventum est. c. Si quis hæreticę. c. Omnis & q. 7. cap. Saluberrimum.* Validè ministrant Baptismum. *de consecr. dist. 4. c. Nullus. c. Quomodo.* Et in necessitate etiam licitè. *24. q. 1. c. Si quem fortè.*

Clerici hæretici venientes ad fidem, post manus impositionem (id est absolutionem) si digni sunt, possunt promoueri ad officia. *concil. Aurelian. 1. c. 12. Epaun. c. 29.*

Clerici hæretici non sunt digni honoribus Christi. *1. q. 1. c. Arianos. c. Qui perfectionem.*

Clerici hæretici spoliandi officio, & beneficio, & relinquendi brachio sæculari, si relapsi sint, vel impœnitentes. *de hæret. c. Ad abolendam. & de hæreticis in 6. c. 1.*

Clericus hæreticus damnatus debet degradari. *de hæret. c. Excommunicamus. §. Damnati.* Religiosus hæreticus pœna immurationis puniendus, & grauius quam sæculares. *de hæreticis in 6. c. Accusatus §. fin. Alexander 4. constit. 12. Quod super §. 1.*

Clericus hæreticus relinquendus curiæ sæculari à solo Episcopo, potest degradari. *de hæret. in 6. c. 1.*

Clericus hæreticus perpetuo immurandus, debet degradari. *ibid.* & *Alexander 4. const. 1. cum à nobis. §. 9.*

Ordinati in hæresi, deponendi sunt. *conc. Nicen. 1. can. 10.* Vide, *Lapsi à fide.*

Hæreticorum filij.

Hæreticorum filij baptizati in infantia, dum veniunt ad fidem, sunt capaces ordinum. *1. q. 4. c. Placuit.*

Hæreticorum filij vsque ad secundam generationem, non possunt promoueri ad dignitates, nec officia publica. *De hæret. in 6. c. Quicumque §. Hæretici autem.*

Hæreticorum filij ex linea paterna, vsque ad secundum gradum: ex materna verò vsque ad primum sunt incapaces beneficiorum, & officiorum etiam sæcularium, si parentes sic mortui sunt. secus si Ecclesiæ sunt reconciliati. *de hæret. in 6. c. Statutum. Innoc. 4. const. 9. Ad extirpandas §. 30. & const. 18. Nouerit.*

Hæreticorum filij, vel subditi emancipari non possunt ab hæreticis, & nulla est emancipatio, etiam si post eam manifestetur hæresis. *de hæret. in 6. c. Quicumque. §. fin.*

Si filij hæreticorum volunt probare, quod dum parentes in extremis communicarunt cum hæreticis, non erant sanæ mentis, non admittuntur. *de hæret. in 6. c. Filij.*

Hæreticorum filij, vel alij, qui per annos 40. possederunt bona eorum, etiam si pertinerent ad Ecclesiam Romanam, non possunt molestari. *de hæret. c. fin.*

Hæreticorum filij, quomodo tractandi, si parentes eorum in extremis vocauerunt hæreticos pro consolatione. *de hæreticis in 6. cap. fin.*

Hæreticorum filij, non possunt esse eorum hæredes. *Innoc. 4. const. 1. Cum aduersus.*

Hæreticorum filij, si reuelant hæresim patris, non sub iacent his pœnis. *ibidem.*

Filij hæreticorum fautorum, & receptatorum iam absolutorũ, admitti possunt ad officia, &c. *Honor. 4. const. 2. Exhibita.*

Hæreticorum, & fautorum hæreticorum filij, priuandi sunt officijs. sed intelligitur de filijs eorum, qui non sunt emendati, vel mortui sunt non parati ad parendum Ecclesiæ *Alexander 4. const. 12. Quod super §. 12.* Vide, *filij.*

Hæreticorum templa, & conuenticula.

Hæreticorum loca, & Ecclesias frequentans si pœniteat est recipiendus, & quomodo: si non, excommunicandus. *concil. Laodicenum cap. 9.*

Hæreticorum Ecclesiæ, quando ipsi conuertuntur ad fidem Catholicam, pertinent ad Episcopum loci. *conc. Tolet. 3. c. 9.*

Conuenticula hæreticorum in suis domibus facere permittentes, sunt excommunicati, & fustibus cœdi debent. *Leo 1. ep. 59. ad conc. Calced.*

Hæreticorum conuenticula non sunt Ecclesia. *conc. Carthag. 4. c. 71. 32. q. 2. c. Sicut non omnis.*

Hæreticorum domus, in quibus fiunt conuenticula, fisco sunt applicandę. *Leo 1. ep. 59. ad conc. Calced.*

Hæretici relapsi, qui, & quomodo tractandi.

Hæretici relapsi non audiuntur, sed brachio sæculari traduntur. *de hæret. in 6. ca. 1. & cap. Ad abolendam.*

Relapsi licet pœniteant, tradendi brachio sæculari, & non audiendi. *de hæret. in 6. c. Super eo.*

Relapsis pœnitentibus, licet curiæ sæculari tradendis, non negantur Sacramenta. *de hæret. in 6. cap. Super eo.*

Hæresim abiurans ob vehementem suspicionem, si labitur postea in hæresim, dicitur etiam relapsus. *de hæret. in 6. cap. Accusatus. Alexander 4. const. 12. Quod super §. 1.* Si verò solum leuis erat suspitio, & sic abiurauit, si labitur non est relapsus. *ibid.* Sed grauius punitur.

Hæresim abiurans formaliter, si postea vniuersaliter fidem negat, vel in eamdem hæresim aut aliam incidit, iudicatur vt relapsus. *ibid. c. Accusatus §. Eum verò.*

Hæresim abiurans (id est, formaliter) si postea hæreticos recipit, donat, munera mittit (id est, si fit vehementer suspectus) vt relapsus iudicatur. *ibid. §. Ille quoque. Alexander 4. ibid. §. 2.*

Hæretici

Hæretici relapsi, quomodo puniendi. *Concil. Constantien. sess. 21. in fine.*
Hæretici relapsi, morte multandi. *Innoc. 4. constit. 1. Cum aduersus.*
Idem de hæreticis fictè iurantibus. *ibid.* Vide, *Relapsi.*

Hæreticorum libri, & scripta.

Hæreticorum scripta legens, est anathema. *Conc. Brachar. 1. c. 17. Greg. I. lib. 5. ep. 64. Concil. Nicæn. 2. cap. 9.* Vide, *Excommunic. in Bulla Cœnæ.*
Hæreticorum libros, aut scripta tenere nullus potest. habentes illos sunt denunciandi. *Concil. Constant. sess. vlt. in const. Mart. 5.*
Hæreticorum libri cremandi, sic tractatus, & opuscula. *concil. Constant. sess. 8.*
Hæreticorum libri nec teneri, nec legi possunt, sub pœna excommunic. *Leo X. const. 40. Exurge. Conc. Colon. 2. tit. Quo ad institutionem c. 4.*
Non permittantur in ciuitatibus teneri. *conc. Senonen. c. 18.*
Vide, *Defuncti, in fine.*

Hæreticorum fauore vtentes.

Qui fauore aut precibus hæreticorum obtinet beneficia, de facto illis est priuatus, & est inhabilis, etiam ad alia. *De hæret. in 6. c. Quicumque §. Ad hæc.*

Hæreticorum sacramenta, sacrificia, benedictiones, consecrationes, Martyres, &c.

Hæreticorum baptismus factus in forma, & ritu Ecclesiæ, est validus. *Conc. quod dicitur Apost. c. 46.* Vide, *Baptismus. 1. q. 1. cap. Quod quidam.*
Hæretici validè baptizant. *de consecrat. distinct. 4. c. Nullus. cap. Quomodo.* Et in casu necessitatis, etiam licitè. *24. q. 1. cap. Si quem forte.*
Non perdunt potestatem baptizandi, neque suum baptismum. *1. q. 1. c. Quod quidam.*
Consecrationes eorum actiuæ, & passiuæ sunt irritæ (id est, illicitæ, & earum executio est impedita) *1. q. 1. c. Ventum est.* Sed validæ sunt. Vide, *Hæretici Episcopi.*
Hæreticorum Sacramenta non nocent alijs, sed ipsis tantum. *Anastasius 2. ep. 1. c. 8.*
Baptizatus ritè ab hæreticis, dum venit ad fidem, non debet rebaptizari. *Conc. Trident. sess. 7. de Baptismo can. 11.* contrarium dicens, est anathema.
Matrimonium hæreticorum non soluitur per hæresim. *Conc. Trid. sess. 24. can. 5.*
Hæretici facientes sacramenta, faciunt sacrilegia. *De consecr. dist. 4. cap. Nunc autem.*
Hæretici si ordinantur deponantur. *Conc. Nicen. 1. cap. 10.* Vide, *Lapsi.* Vide, *Ordinatio.* Vide, *Ordinati.*
Hæreticorum benedictiones non accipiendæ, quia apud Deum sunt maledictiones. *Concil. Laodicenum cap. 32. 1. q. 1. c. Non Oportet.*
Eorum benedictionibus Deus maledicit. *1. q. 1. c. Maledicam.*
Hæreticorum oblationes, & eleemosynæ non sunt recipiendæ. *Innoc. 4. const. 9. Nouerit.*
Hæreticorum eulogiæ non sunt recipiendæ. *Conc. Lucense c. 70.* Vide, *Hæreticis non communicandum.*
Oblata ab hæreticis, Deo non placent. *1. q. 1. c. Sic Populus. c. Odit Deus. & cap. Illi afferunt.*
Sacrificia hæreticorum Deo displicent. *24. q. 1. c. Odi & proieci & cap. Didicimus.*
Ordinatus ab hæreticis inuitus, si statim discessit excusatur: si verò cum eis permansit, reus est vsurpatæ dignitatis. *1. q. 1. c. Constat.* Vide, *Ordinatio, &c. ibid.*
Hæreticorum martyres falsi sunt, & eos adorantes, sunt excommunicati. *conc. Laodic. c. 34.*
Hæreticos ordinans, decem auri libras in pœnam soluere debet. *conc. Afric. c. 60.*
Hæretici Spiritus sancti profusionem perdunt. *24. q. 1. cap. Hæretici.*
Hæretici spiritum iustitiæ habere non possunt. *23. q. 7. cap. Quemadmodum.*

Hæretici ab hæresi redeuntes ad fidem.

Omnes redeuntes ab hæresi recipiendi. *Gregorius I. lib. 1. ep. 14. conc. Nicæn. 2. act. 3.*
Hæretici redeuntes ad fidem tractandi humaniter. *Concil. Constantin. 1. c. 7. Agapetus ep. 2. Greg. I. l. 9. ex reg. ep. 39.*
Mitigatur rigor contra eos. *conc. Agathen. c. 60.* Sed cum absolutione, & pœnitentia recipiendi. *ibid.*
Hæreticus rediens, debet recipi, & post decennium communicare (ita olim) *conc. Elibertinum c. 22.*
Si infans fuit ad hæresim inductus, statim recipiatur. *ibid.*
Si infans fuit baptizatus, & in hæresi instructus, cum venit ad fidem, est capax ordinum. *1. q. 4. c. Placuit.*
Hæretici venientes ad fidem, tenentur abiurare hæresim, & promittere quod facient, & tenebunt, vt facit, & tenet Ecclesia Catholica. *conc. Nicæn. 2. c. 8. Constantinopol. 1. c. 7. Gregorius 1. lib. 10. ep. 30.* Statuit, vt talis rediens abiuret, & promittat se permansurum in vnitate Ecclesiæ Romanæ. *1. q. 7. c. Conuenientibus. c. Si qui voluerit, & c. Saluberrimum.*
Omnes hæreses debent abiurare. *Gregor. 1. lib. 9. ex regest. ep. 61. conc. Colonien. 3. tit. Censuræ cap. 7.* Vide, *Hæresis abiuratio.*
Redeuntes ab hæresi, debent à Sede Apostolica, vel eius delegatis, absolutionem obtinere. *conc. colon. 3. tit. Censuræ c. 7.* Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.* Vide, *Hæretici à quo absoluendi.*
Non suffragatur Bulla Cruciatæ. Vide, *Cruciata.* Vide, *Bulla Cruciatæ.*
Episcopi, & clerici redeuntes ab hæresi, recipi possunt cum sua dignitate, & gradu, ac honore. *conc. Nicæn. 2. act. 3.* etiam si Episcopi sint. *1. q. 7. ca. Conuenientibus. c. Si qui voluerint.* Etiamsi Episcopi ordinati ab hæreticis. *ibid.* & de facto sunt recepti in *conc. Nicæno 2. act. 3. concil. Nicen. 1. ex Arabico c. 1. conc. Afric. cap. 35.* Licet in alio Concilio esset aliter definitum. *ibid.*
Hæreticus ritè baptizatus rediens ad fidem, non rebaptizatur. *conc. Trid. sess. 7. De baptismo can. 11.*
Ab hæresi redeuntes recipiantur cum honore, si erant ordinati à Catholicis. *Innocen. I. ep. 21.*
Redeuntes ab hæresi, non debent promoueri, sed manere in ordine quem habebat. *1. q. 1. c. Ventum est. cap. Si quis heret. cap. Omnis cuiuslibet & q. 7. c. Saluberrimum.* Sed *in conc. Aurel. 1. c. 12. Et epaun. c. 29.* Statutum est, vt si digni sunt, promoueri possint.
Redeuntes ab hæresi, non possunt ministrare Sacramenta, nisi prius absoluantur, & dispensentur in irregularitate. *conc. colon. 3. tit. Censuræ c. 8.*
Redeuntes ab hæresi, olim, Chrismate vngebantur ab Episcopo, & in casu necessitatis hæc vnctio fiebat à presbytero. *conc. Nicæn. 1. ex Arabico c. 31.*
Cum tali vnctione recipiendos statuit *Siluester in concil. Arausic. 1. cap. 2.* Et in absentia Episcopi, in casu mortis, presbyter vngere poterat. *ibid.*
Redeuntes ab hæresi pœnitentiam impositam ab Episcopo tenentur exequi. *conc. Aurel. 4. c. 8. 24. q. 1. c. Si quis dederit.* Et quæ pœnitentia datur. *ibid.*
Sed in his conuersionibus moderandus est rigor. *1. q. 7. cap. Didici. c. Cognoui. c. Dispensationes.*
Redeuntibus ad cor possunt eorum bona restitui. *de hæreticis. c. Ad abolendam.*
Redeunte Episcopo hæretico ad fidem, si in eius Ecclesia erat ordinatus alius, quid agendum. *de Parochijs, & c. c. 1.*
Hæretici conuersi dare debent cautionem deparendo Ecclesiæ, sub pœna pecuniaria, & si delinquunt, Inquisitores eam exigere possunt. *Alexander 4. constitut. 14. Super extirpatione.*
Pecunia applicanda necessitatibus Inquisitorum, & Sancti Officij. *ibidem.*
Et fideiussores compelluntur soluere. *ibidem.* Vide, *Hæretici quomodo tractandi.* Vide, *Fides Redeuntes ad fidem.*

Suſpecti de hæreſi.

Suſpectus de hæreſi, ſi non ſe purgat, excommunicatur, & ſi per annum in excommunicatione permaneat, vt hæreticus damnatur. *De hæreticis cap. Excommunicamus §. Qui autem. Concil. Later. 4. c. 3.*

Domini non pugnantes ſuas terras ab hæreticis, excommunicantur per Metropolitanum, & ſi per annum permaneant in excommunicatione, ſubditi eorum per Papæ ſententiam abſoluuntur à iuramento fidelitatis. *De hæret. cap. Excommunicamus §. Moneantur.* Sed Domino principali, ſi ſit feudum, remanet ſaluum ius, ſi ipſe non ſit complex in caſu. *ibid.*

Hæreſim alicuius confeſſus, deinde negans ſit vehementer ſuſpectus de hæreſi. *De præſumpt. cap. Literas veſtras.*

De hæreſi ſit ſuſpectus, qui per annum manet in excommunicatione. *De pœnis cap. fin.*

De hæreſi ſuſpecti, ſi noluerint ſe purgare, habentur pro conuictis. *De hæreticis cap. Excommunicamus. §. Adiicimus. Innocent. IV. conſt. 18. Nouerit.*

De hæreſi ſuſpectus iuxta qualitatem perſonæ, & ſuſpitionis abiurare tenetur: alias ſi abiurare nolit, relinquendus eſt brachio ſæculari. *De hæreticis cap. Ad abolendam.* Vide, *Hæreſis abiuratio.*

Pro hæreſi excommunicatus, ſi ſe non purgat, eſt ſuſpectus, & non recipiendus. 1. *q.* 7. *c. Si quis Epiſcopus.*

Suſpectus ſit, qui ab Epiſcopo interrogatus de veritate dicenda, an ſint hæretici in loco, non vult iurare: & niſi ſe purget, eſt puniendus. *Conc. Senon. tit. Dieceſani c.* 32.

Suſpectus ſit de hæreſi, qui hæreticum facit hæredem, & excommunicatus eſt; etiam ſi ſit Epiſcopus. *De hæreticis c. Si quis Epiſcopus, & c. In eos.*

Suſpectus de hæreſi, ſi excommunicatus per annum non comparuit, iudicatur vt hæreticus. *De hæreticis in 6. cap. cum contumacia.*

Si quis exiſtens in extremis, vocat hæreticos pro conſolatione, ſi ſanæ mentis ſit, vt hæreticus tractatur: ſi non ſit ſanæ mentis, eſt ſuſpectus. & quomodo tractandus ipſe, & eorum filij. *De hæreticis in 6. c. Filii.* Vide, *Hæreticorum filii.*

Suſpecti de hæreſi coram iudice Eccleſiaſtico habente poteſtatem ſe debent purgare; quod ſi noluerint, vel defecerint, pro hæreticis habentur. *Conc. Conſtantien. in conſt. Martini V.*

Suſpectus de hæreſi nolens abiurare, & cautionem dare de non credendo amplius, &c. vt hæreticus tractandus. *Martin. V. conſt. 1. Inter cunctas.* §. 14.

Non gaudet immunitate Eccleſiaſtica, ad eam fugiens. *Ioan. 22. conſt. 1. Ex parte.*

Vide, *Suſpectus.*

Hæretici perſequendi, & priuilegia perſequentium.

Hæretici per catholicos ſuperiores ſunt compeſcendi. *Gregor. I. lib. 4. ep. 3. & 6. 23. q. 4. cap. Quando. cap. Qui peccat. & cap. Sicut excellentiam.*

Contra hæreticos poſſunt Eccleſiaſtici implorare auxilium Principum. 23. *q.* 3. *c. Noſtri aduerſus.*

Per Imperatores, etiam exterminandi ſunt hæretici. *Honorius 3. conſt. Has leges. Gregor. IX. conſt. 4. Ille humani.*

Etiam per Dominos ſæculares, ex lege diuina comprimendi ſunt hæretici. *Pelagius I. ep. 2. 23. q. 5. c. De Liguribus. & cap. Quali nos. Conc. Senon. c. 18.*

Hæreticorum pœnæ per Principes ſæculares, facta ſententia ab Eccleſia, exequendæ. *Conc. Mileuit. c. 11.*

Hæreticos non perſequentes, Principes ſæculares, à Deo puniti ſunt; perſequentes vero remunerati. *Conc. Senon. c. 18.*

Hæretici rationabiliter patiuntur perſecutiones à catholicis. 23. *q.* 4. *c. Qui peccat. cap. Sicut excellentiam.* Vtile eſt eis pati hanc perſecutionem. *ibid. cap. Quando.*

Hæretici expellendi ab omni loco, dominio, &c. à Principibus; & iſti non permittant domos, lares, mercantias, &c. facere in ſuis dominijs. *Conc. Conſtant. ſeſs. vlt. in conſtit. Martini V.*

Magiſtratus, & poteſtates ſæculares, tenentur perſequi hæreticos, & de hoc tenentur iuramentum facere. *Conc. Lateran. 4. c. 3.* Item iurare tenentur, quod iuuabunt Eccleſiaſticos in perſecutione hæreticorum, aliàs puniendi, & excommunicandi, eorumque terræ interdicto ſupponendæ. *De hæreticis cap. Ad abolendam. Innocent. IV. conſt. 9. Ad extirpanda.*

Hæretici poſſunt capi per dominos ſæculares, ſed Eccleſiæ tradendi. *Reformatio Cleri Germaniæ.* & *Bulla Leonis X. 40. Exurge, in fine. conc. Colon. 3. tit. Cenſura c. 10.*

Hæreticos perſequentes, lucrantur indulgentias. *concil. Lateran. 3. cap. 27.*

Eas lucrantur indulgentias, ac ſi ſepulchrum Domini viſitarent. Sub protectione Eccleſiæ recipiuntur; de rebus, ac perſonis aſſecurantur, & moleſtantes eos excommunicantur. *ibid. conc. Lateran. 4. cap. 3. de hæreticis cap. Excommunicamus. §. catholici vero.*

Hæretici nolentes perſequi ad monit onem Epiſcopi, ſunt excommunicandi. *conc. Later. 3. c. 27. concil. Later. 4. cap. 3.* & ſi dominus ſæcularis monitus, intra annum non eiecerit hæreticos à ſua terra, Papæ ſignificetur, qui vaſſallos à iuramento abſoluet. & quid de terra illa agendum. *ibid. Innocent. IV. conſt. 1. Inconſutilem.* Idem de Magiſtratu, Rectoribus, &c. alijs non perſequentibus hæreticos. *ibid.*

Hæreticos non perſequens Epiſcopus, Epiſcopatu priuatur, & alius ſubrogatur. *De hæret. c. Excommunicamus. §. fin.*

Quolibet anno tenetur Epiſcopus viſitare terras ſuſpectas de hæreſi. *ibid. §. Adiicimus.*

Rector ciuitatis non obſeruans conſtitutiones contra hæreticos, fit infamis, & inhabilis ad officia. *Innocent. 4. conſt. 9. Ad extirpanda.* Rectores curent capi hæreticos expenſis Communitatis; & mitti ad Ordinarios. *ibid.*

Conſtitutiones contra hæreticos. *ibid.* Contra hæreticos, quilibet requiſitus tenetur ferre auxilium. *ibid.*

Hæretici capti, intra 15. dies, Epiſcopo conſignandi, vel Inquiſitori. *ibid. §. 24.*

Hæreticorum damnatorum bona.

Vide, *Hæreticorum pœna.*

Hæretici moribundi, & mortui.

Hæretici moribundi, ſi pœnitent, poſſunt abſolui (olim Chriſmate conſignari debebant per Epiſcopum, vel etiam Preſbyterum in abſentia Epiſcopi.) *concil. Arauſic. 1. cap. 2.*

Vide, *Hæretici redeuntes ad fidem.*

Hæretici etiam poſt mortem, poſſunt excommunicari (id eſt tales declarari) & multa exempla de hoc afferuntur. 24. *q.* 2. *cap. Sanè profertur.* Etiam animo confiſcandi bona, poteſt poſt mortem fieri talis declaratio. *De hæreticis in 6. cap. Accuſatus. §. in eo.*

Etiam poſt mortem damnari poſſunt hæretici, ſi in hæreſi mortui ſunt. *conc. conſtantien. ſeſs. 8.*

Miſſa pro eis dici non poſſunt. Vide infra. *Hæreticos ſepelientes.* Vide, *Defuncti.*

Hæreticos ſepelientes, & hæretici ſepulti.

Hæretici non poſſunt inter catholicos ſepeliri. *conc. Later. 3. c. 27.* Neque pro eis dici Miſſa. *ibid.*

Hæretici publici, etiam ſi non ſint declarati per Eccleſiam, non poſſunt in Eccleſijs ſepeliri, nec Miſſæ pro eis dici. *conc. conſtant. in conſt. Martini V.*

Hæreticos in Eccleſijs ſepelientes, excommunicantur, donec proprijs manibus eos extumulent. Sic etiam ſepelientes defenſores, receptatores, fautores, &c. *De hæret. in 6. c. Quicumque.*

Hæreticus ſepultus in loco ſacro, extumulandus eſt, & locus ille perpetuo ſit inhabilis ad ſepulturam. *ibid.*

Hæreticorum oſſa exhumanda, & in alio loco diſtincto à fidelibus collocanda. *concil. Conſtant. ſeſs. 8. in cauſa Ioann. Vuicleff.*

Vide, *Sepelire.* Vide, *Sepultura.* Vide, *Excommunicatus. Hæreti-*

Hæretici, quomodo ad salutem trahendi.

Hæretici, etiam inuiti, trahendi sunt ad salutem. 23. q. 4. c. *Displicet. c. Si Ecclesia. & cap. Quis nos.*
Hæretici cum charitate, & modestia tractandi & trahendi. *Conc. Colon. 2. part. 6. c. 12. Colon. 3. tit. Censuræ c. 9.*
Vide, *Hæretici redeuntes.*

Hæreticis subiecti liberantur, & quomodo.

Hæreticis adstricti, seu obligati, liberantur ab omni obligatione. *De hæret. cap. fin. Conc. Later. 3. c. 27.*
Si Domini terrarum non eijciunt hæreticos à suis terris, excommunicantur: & si per annum permanent excommunicati, per Papam subditi liberantur à iuramento fidelitatis. remanet tamen saluum ius Domini principalis (si est feudum) dummodo ipse non sit complex. *De hæret. cap. Excommunicamus. §. Moneantur.* Sed prius per sententiam hoc declarandum est. *ibid. & de pœnis c. fin. Conc. Later. 4. c. 3.* Quid de terra illa faciendum. *ibid.*

Hæreticorum disputationes, & doctrina.

Cum hæreticis non est disputandum. 24. q. 3. *cap. Cum quibus erat. Concil. Mediolan. 1. tit. De prædicatione Verbi Dei.* Sed eorum dogmata graui redargutione confutanda ex Conciliorum authoritate, veteri consuetudine, Sanctorum Patrum doctrina, & locis Sacræ Scripturę. *ibid.*
Hæreticorum doctrina. Vide, *Defuncti, in fine.*

Hæretici à quo absoluendi, & à quo non.

Hæretici publici à Papa, vel eius delegatis absolui debent, quando ad fidem veniunt. Vide, *Excommunicationes in Bulla Cœnæ. Conc. Colon. 3. tit. Censuræ can. 7.*
Hæretici publici, iudicialiter facto eorum processu, vel sponte comparentes absoluuntur à delegatis Papę, vt Episcopo, & Inquisitore. *De hæreticis in 6. c. Vt officium. Alexander 4. const. 18. Cupientes. Vrbanus 4. const. 2. Licet. §. 4.*
Sic etiam suspecti de hęresi. *ibid.*
Hæresis externa, occulta, in foro conscientiæ, potest absolui ab Episcopo, vel eius Vicario ad hoc specialiter delegato. *Conc. Trident. sess. 24. de refor. cap. 6.* Sed ex literis Bullæ Cœnæ, hoc priuilegium videtur ablatum.
Hęresis externa, siue publica, siue occulta absolui non potest virtute Bullę Cruciatę. *Gregor. 13. const. 37. Officij.*
Vide, *Confessores quo ad reseruata.* Per Bullam Cruciatę non absoluuntur. Vide, *Cruciata.* Vide, *Bulla.* Vide, *Absolutio.*

Hermaphroditus.

Hermaphroditus, non potest esse testis. 4. q. 2. c. *Si testes.*

S. Hyacinthus.

S. Hyacinthus Polonus canonizatur *à Clemente VIII. constit. 27. Benedictus.*

Hidromantici.

Hidromantici Magi sunt, qui Dæmonum ope in aqua faciunt signa apparentia. 26. q. 5. c. *Nec mirum.*

Hierarchia.

Hierarchia Ecclesię constans ex Episcopis, Presbyteris, & alijs ministris, à Christo est instituta. *Concil. Trident. sess. 23. cap. 4. & can. 3.*

Hieremias.

Hieremias in vtero matris, est sanctificatus. *Cyrillus in concil. Ephesin. in ep. ad Monachos Aegypti.*

D. Hieronymus.

D. Hieronymus, & D. Augustinus sunt lumina Magistrorum. *Gelasius ep. 6.*
D. Hieronymus ob lecturam librorum Ciceronis, ab Angelo correptus est. *dist. 37. c. Legimus.*
D. Hieronymi fratres. Vide, *Fratres.*

Hymnus.

Hymni in Ecclesia canendi. *Conc. Tolet. 4. c. 13. De consecr. dist. 1. c. De hymnis.*
Hymni duo ab Angelis cantati reperiuntur, scilicet, *Gloria in excelsis*, & *Alleluia. De consecr. dist. 1. c. Hi duo.*
Hymni aliqui præter Ambrosianos in Ecclesia canuntur. *Conc. Turon. 2. c. 24.*
Hymni noui iussu *Vrbani 8.* editi, in Ecclesia canendi. *Vrb. 8. in append. const. 56. cum alias.* Vicarius in Vrbe; & Ordinarij in alijs locis curare debent, vt ita fiat. Compellere possunt ad hoc per censuras, & alia remedia, etiam brachij sæcularis; derogatque priuilegijs, & indultis in contrarium. *ibidem.*
Vide, *Angeli, in fine.*

Hispania.

Hispaniarum Rex cum Sceptrum primò accipit, iurare tenetur, se defensurum fidem catholicam, & non permissurum, vt in Regnis sint homines non catholici. *Conc. Tolet. 6. c. 3.*
Hispaniarum Prouinciarum diuisio, facta est *in Concilio apud Lucum habito.*
Hispaniarum Inquisitores. Vide, *Inquisitores.*
Hispaniarum Inquisitores absque Papæ consensu mutari, & innouari non possunt. *Sixtus 5. const. 74. immensa. §. 5.*
Hispaniarum Episcopi, & Visitatores, quot & à quibus possunt accipere procurationes. *Extra, de censibus. cap. Vas electionis.*
Vide, *Reges.*

Histriones.

Histrionibus donari non possunt res Ecclesiæ. & est graue peccatum si fiat. *Dist. 86. c. Donare.*
Histriones si pœnitent, possunt reconciliari. *Concil. Afric. cap. 12.*
Histriones non sunt alendi à clericis. *Concil. Rauennat. 1. sub Honorio 4. c. 1.*

Homo, eius creatio, natura, & vires.

Homo ab initio temporis fuit creatus. *Conc. Later. 4. c. 1. de fide, & summa Trinitate c. 1.*
Hominis corpus non est opus diaboli. contrarium dicens, est hæreticus. *Conc. Brachar. 1. c. 12.*
Homo constat ex corpore, & spiritu. *Conc. Later. 4. c. 1.*
Hominum genus semper à potestate sacerdotali, & regia gubernatum est. *Conc. Colon. 2. p. 2. c. 2.*
Homo fuit creatus plenus gratia, & iustitia, non plenus malis moribus. *Conc. Mogunt. 4. c. 3.*
Hominis opera non diuiduntur omnia immediatè in virtuosa, & vitiosa. *Concil. Constantien. contra a. 16. Ioannis Huss.*
Homo non operatur necessariò, nec bonum, nec malum, sed liberè. *De pœnit. dist. 2. c. 40. Si enim.* circa medium. *concil. Trid. sess. 6. c. 5.*
Homo cum gratia Dei, liberè se mouet ad iustitiam. *Concil. Trid. ibid. c. 5.*
Homo non peccat ex necessitate, sed ex libertate. *Conc. Mogunt. 4. c. 2.*
Homo non inuitus, sed liberè obseruat Dei præcepta. *Conc. Mogunt. 4. c. 10. Conc. Trid. sess. 6. c. 5.*
Homo primus peccans, factus est deterior in corpore, & anima. *Conc. Mogunt. 4. c. 4.* Vide, *Infirmitas.*
Homo peccauit, suggestione diaboli. *Concil. Later. 4. can. 1.*
Hominis primi peccantis, pœnę diffusę in posteros sunt istæ, fames, sitis, concupiscentia, infirmitas, procliuitas ad malum, &c. *Conc. Mogunt. 4. c. 4.*

Homo obligatur ad obseruantiam Euangelij. *Conc. Trident. sess.6. can.20.*
Homo non adstringitur fato. contrarium dicens est hæreticus. *Concil. Bracharense 1. c.10.*
Homo potest facere vias suas malas. contrarium dicens, est anathema. *Conc. Trid. sess.6. can.6.*
Homo non potest iudicare, quæ Deus suo iudicio reseruauit. *Fabianus ep.2.*
Homo non potest scire certitudine fidei, se esse in gratia. *concil. Trid. sess.6. c.9.*
Homo à miseria non liberatur, nisi Dei misericordia. *Conc. Arausican.2. c.14.*
Homo iustificatus non potest perseuerare in iustitia, sine speciali auxilio Dei. *Concil. Trid. sess.6. can.22.*
Homo nullum bonum operatur, quod non præstet Deus, vt faciat; sed multa bona fiunt à Deo in homine, quæ non facit homo. *Concil. Arausic.2. c.20.*
Homo licet peccati conscius non sit, non potest se iudicare. *Concil. Trid. sess.6. c.16.*
Homo faciens, quod displicet Deo, facit voluntatem suam, non Dei. Quando vero facit, quod vult, vt voluntati Dei seruiat, licet volens agat, illius tamen voluntas est à Deo, qui vult vt agat. *Concil. Arausic. 2. c.23.*
Homo etiam iustus tenetur ad obseruanda Dei præcepta. *concil. Trid. sess.6. c.11.*
Quod homo de se solo non potest operari, nisi malum, quomodo intelligitur. *Conc. Arausic.2. c.22.*
Homo sine gratia, per solam doctrinam legis, non potest iuste viuere, nec mereri. *Conc. Trid. sess.6. can.2.*
Homo non adiutus gratia Dei non potest, nec agnoscere, nec appetere, quæ Dei sunt. *Concil. Mogunt.4. c.5.*
Homo disponens se, vel nitens ad iustificationem, non peccat. *Conc. Trid. sess.6. can.7.*
Homo consentiens gratiæ excitanti, & adiuuanti, disponitur ad iustificationem. *Conc. Mogunt.4. c.7.*
Homo fit iustus per gratiam sibi collatam, ex meritis Christi. *Concil. Mogunt.4. c.7. Conc. Trid. sess.6. can.10.*
Si homo non renasceretur in Christo, non iustificaretur. *concil. Trid. sess.6. c.3.*
Hominis vires in opere bono, respectu gratiæ, viles sunt. *Concil. Mogunt.4. c.8.*
Homo per peccatum Adæ factus est natura filius iræ, seruus peccati, sub potestate diaboli, & mortis. *Conc. Trid. sess. 6. cap.1.*
Si homines non nascerentur per propagationem ex Adam, non nascerentur iniusti. *Concil. Trid. sess.6. c.3.*
Homo, dum inspiratur ad se conuertendum, agit aliquid cum conuertitur. *Trid. sess.6. c.5.*
Potest eam inspirationem abijcere. *ibid.*
Homo Sacramenta suscipiens, dubitare non potest de efficacia eorum; sed propter suam infirmitatem potest dubitare, an sit in gratia. *Concil. Trid. sess.6. c.9.*
Homo, vt assequatur remissionem peccatorum, non est necesse vt credat absque hæsitatione propriæ infirmitatis peccata esse sibi dimissa. *Trid. sess.6. can.13.*
Homo vt iustificetur, non est necesse vt credat, se esse iustificatum, & absolutum. *ibid. can.14.*
Homo iustificatus non tenetur credere, se esse de numero prædestinatorum. *Trid. ibid. can.15.*
Homo iustificans, quantumuis perfectus, tenetur ad obseruantiam mandatorum Dei. *ibid. can.20.*
Homo iustificatus, potest peccare. *Conc. Trid. sess.6. can.23.*
Homo iustificatus non potest omnia venialia peccata vitare, sine speciali Dei auxilio. *ibid. can.23.*
Homo per Sacramentum Pœnitentiæ iustificatus in cœlum non intrat, nisi soluat pœnam temporalem, vel in via, vel in Purgatorio. *ibid. can.30.*
Homo operans intuitu æternæ mercedis, non peccat. *ibid. can. 31.*
Vide, *Gratia*. Vide, *Iustificatio*.
Homo totus fuit à Verbo assumptus. *Conc. Tolet. 15.*
Homo non habet supra se duodecim signa Mathematica, intitulata 12. nominibus Patriarcharum. Contrarium dicens, est hæreticus. *Concil. Brachar. 1. c.10.*

Homo in hac vita non potest tantum proficere, vt fiat impeccabilis, vel amplius non possit in gratia crescere. *Clem. de hæret. c. Ad nostrum.*
Homo ob hanc causam perfectionis non potest esse liber à ieiunio, neque ab alijs Ecclesiæ præceptis. *ibid.*
Homo in hac vita non potest acquirere beatitudinem alterius vitæ, secundum omnem gradum. *Clem. ibid.*
Hominis anima non est naturaliter beata, sed eget lumine gloriæ ad videndum Deum, & fruendum illo. *ibid.*
Homo liber non potest dari in pignus pro debito. *De pignoribus c. Lator.*
Vide, *Furtum*. Vide, *Peccare*. Vide, *Viator*.

S. Homobonus.

S. Homobonus canonizatur anno 1198. *Innoc.3. const. Quia pietas.*

Homagium.

Homagium facere, id est, fidelitatem promittere, vt obtineatur beneficium, est simonia. *De simonia c.Ex diligenti.*
Homagium solui non debet pro spiritualibus. *De regulis iuris c. fin.*

Homicida.

Homicida, quinam est. *23. q.8. c.Quicumque.*
Homicida (olim) excommunicari debebat. *concil. Agathen. c.37.* Donec pœniteat. *concil. Veneticum c.1. conc. Turon. 1. c.7.* Voluntarius vsque ad mortem. *conc. Ancir. cap.22.* (Casualis per annos quinque. *ibid.*) *Dist.50. c. Eos.* Omnis homicida per quinque annos excommunicabatur.
Homicida absolutus à Principibus, vel alijs, pœnitentiam debet facere. *concil. Aurelian.4. c.28.*
Homicida est dans venena ad sterilitatem causandam. *de homicid. c. Si aliquis.*
Homicida non potest exercere sacerdotium. *dist.50. c.Miror.* Etiam si ad defensionem sui id fecerit. *dist.50. c. De his clericis* (si sint clerici.) Vide, *Irregularis*.
Homicidium faciens, consulens, vel præcipiens, non potest ordinari. *dist.50. c. Si quis viduam.* & *c. Si quis. c.De his clericis. c. Clericum. de homicid. c. Suscepimus. cap. de catero.* & Vide, *Irregularis*. Vide, *Occidens. Innoc.1. epist.3. c.3.*
Homicida casualis, cum dispensatione, potest manere in suo officio. *dist.50. c. clerico. c. Quia te.*
Homicidæ casuali imputatur delictum, si dabat operam rei illicitæ, quando accidit homicidium. *De homicid. c.Presbyterum.* Sed non imputatur ei, qui non fuit in culpa. *ibid. cap. Lator. cap. Ex literis, &c. ibid. Honorius 3. vbi infra cap.3.*
Homicida casualis adhuc eget Papæ dispensatione. *Honorius 3. ex cirone, de homicidio volunt. c.2.*
Homicida ex ira, perpetuò careat officio. *dist.50. c.Studeat. c. Qui verò, & c. Si quis.*
Homicida ex casu ob defensionem terræ, loci, &c. est irregularis. *Honorius 3. ex cirone. de homicidio voluntario c.4.*
Homicidæ sarcinas custodiens, est homicida. *de homicid. c. Sicut. §. Illi etiam.*
Homicida non est occidens, ex officio. Vide, *Occidens*. Vide, *Iudex*.
Homicidam socians, vt ei auxilietur, si mors sequitur, est homicida. *De homicidio c. Sicut. §. Illi autem.* Incitans vero ad homicidium incertum, mitius punitur. *ibid.*
Homicida est, qui illud malum fieri persuadet. *De pœnit. dist.1. cap.23. Perniciosè. c.27. Noli putare. & c. Homicidium.*
Homicidam socians non vt feriat, sed vt ferat opem, est homicidij complex. *de homicid. c. Sicut. §. Illi etiam.*
Homicidæ pœnitentia, est hæc. Si Episcopus, occidit aliquem, 15. annis pœniteat, deponatur, & peregrinetur per totam vitam. Si Presbyter, annis 12. pœniteat, & ex his per tres in pane, & aqua, & deponatur. Si Diaconus, 10. annis & ex his per tres in pane, & aqua, & inhabilis sit ad sacerdotium. *dist.50. c. Si quis.*

Pœni-

Pœnitentiæ aliorum homicidarum sunt istæ. Qui casu occidit aliquem, per septem annos pœnitere debet. *Dist. 50. cap. Qui verò, & cap. Si quis voluntariè.*

Qui ex odio, vel cupiditate, Iudæum occidit, vel Paganum, per 40. dies ieiunet in pane, & aqua. *ibid.*

Qui alios voluntariè occidit, per totam vitam pœnitere debet in foribus Ecclesiæ, & in exitu vitæ tantum communicare potest. *Dist. 50. c. Si quis voluntariè. Concil. Lucense cap. 78.*

Homicidio præsentes, si rixabantur sicut occidens, etiam ipsi debent pœnitere. *23. q. 8. cap. vlt.*

Homicida clericus debet deponi, & tradi curiæ sæculari, vt moriatur. *De homicidio c. 1.*

Homicida si infans sit, non sit irregularis. *Clement. de homicid. cap. vn.*

Homicida occidens furem nocturnum, non punitur. secus, qui diurnum. *De homicid. cap. Si perfodiens. Si* verò fur telo se defendit, aliter dicendum. *ibid.*

Homicida, vel causa homicidij, fit irregularis. *De homicid. cap. Suscepimus, & c. de cætero.*

Homicida non est, qui sine culpa occidit. *ibid. c. Lator. cap. Ex literis 1. & 2. cap. Dilectus. & c. Significasti.*

Homicida non est, qui non prohibet, ne aliqui se occidant, sed causam non dat. *De homicid. cap. Petrus Diaconus.*

Homicida non est clericus, qui stat ex parte repellentium violentiam, licet aliqui istorum alios occidant. *De clerico percussore cap. Præsentium.*

Homicida non est clericus, qui stans ex parte repellentium violentiam, iacit lapides, sed nullum percutit, licet ex parte aduersa aliquis remaneat occisus. *ibid.*

Homicida casualis, sine culpa, etiam si à moriente veniam petierit, non censetur homicida, nec irregularis. *De homicidio cap. Exhibita.*

Homicida non est, qui procurat abortum ante animationem fœtus, secus contra. *32. q. 2. cap. Quod verò. & c. Moyses.* Vide, *Abortus.*

Homicidas à statu Ecclesiæ relegandos statuit. *Pius II. const. 8. Ad restituendas.*

Homicida in Prouincia Marchiæ, si sit annorum 20. subiacet pœnis. *Iulius 2. constit. 24. Fide digna. Pius IV. const. 52. Licet.*

In statu Ecclesiæ homicidæ non gaudent saluo conductu, sine speciali licentia Papæ. *Clemens 7. const. 10. In sancta.*

Quomodo citandi, & puniendi. *Iulius 3. const. 25. cum sicut.* Non possunt aggratiari à Legatis, neque compositio cum eis fieri potest. *Pius 4. const. 27. in eminenti.*

Homicidis in statu Ecclesiæ, non suffragatur minoritas 20. annorum, dummodo excedunt 14. (pro pœnis.) *Pius IV. const. 52. Licet.*

Homicidæ, & eorum fautores in statu Ecclesiæ capiendi, persequendi, &c. *Pius V. const. 10. Ex supernæ*, in declaratione. Vide, *Ecclesiasticus Status.* Vide, *Irregularis.* Vide, *Miles.* Vide, *Occidens.* Vide, *Occidere.*

Homicidium.

Homicidium sine voluntate factum, non est peccatum. *Dist. 50. cap. Frater. cap. Quantum. cap. His qui. cap. Sæpè, & cap. Si duo.*

Homicidij voluntas pro facto reputatur (quo ad culpam.) *De pœnit. dist. 1. c. 24. Omnis.*

Homicidio præsentes, si etiam ipsi rixabantur, pœnitere debent, sicut occidentes. *23. q. 8. c. vlt.*

Homicidij complices, vel participantes, diuersimodè puniendi, iuxta participationem. *De homicid. cap. Sicut. §. Illi etiam.*

Homicidium casuale imputatur illi, qui dabat operam rei illicitè. *ibid. cap. Presbyterum.* Sed non ei, qui sine culpa id fecit. *ibid. cap. Lator. cap. Ex literis. cap. Significasti. & cap. Dilectus.*

Homicidium voluntarium, Episcopo est reseruatum pro absolutione. *De priuil. c. inter cunctas.*

Vide, *Occidens.*

Honestas.

Honestatis publicæ titulus impedit matrimonium, sed à Papa dispensatur. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. de sponsalibus cap. 7.*

Vide, *Impedimentum publicæ honestatis, diffusè.* Vide, *Matrimon. prohibita ratione honestatis publicæ.*

Honor.

Honor Dei, proprio honori, & rebus omnibus præponendus. *Gregor. 7. lib. 7. epist. 25.*

Honori succedens, succedit in onere. *De regulis iuris in 6. reg. 77.*

Honorius Papa I.

Hic Papa circa duplicem Christi voluntatem non errauit, sed fuit tantum negligens in resistendo alijs. *Leo II. ep. 2.*

Hora.

Horæ Canonicæ sunt septem. Scilicet Matutina, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespertina, & Completoria. *Concil. Cabil. 3. cap. 59. Concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 126. 127. 128. & 129. De celebr. Miss. c. 1.*

Horæ Canonicæ præfatæ, quare sic dictæ. *Concil. Aquisgr. in locis citatis.*

Horæ canonicæ, debitis horis celebrandę, & quo ritu. *De celebrat. miss. c. 1.*

Horas canonicas non recitans beneficiatus, quos fructus perdit. Vide, *Beneficiati obligationes.* Vide, *Officium.*

Horę canonicę qualibet die in choro recitandę. Numquam possunt omitti, neque per concionem, neque per Missam, aliudvè impedimentum. *Concil. Mediol. 1. p. 2. tit. communia de ratione diuinorum officiorum.*

Horę canonicę B. Marię Virginis, dum ex rubricis præcipiuntur, non possunt omitti à Choro, sed dicendę tempore debito. *ibid.*

Horę canonicę non sunt dicendę omnes simul, sed cum aliquo interuallo. *ibid.*

Dum horę canonicę in Choro dicuntur, non adsint laici, vel si adsunt, sint separati à clericis. *ibid.*

Vide, *Chorus.* Vide, *Officium diuinum.* Vide, *Psallere.*

Horoscopus.

Horoscopi dicuntur, qui horas natiuitatum obseruant, vt effectus venturos prædicant. *26. q. 3. c. 1. in fine.*

Hospitalarij S. Ioannis Ierosolymitani.

Hospitalarij possunt se, & domum suam donare alicui religiosæ domui, & illi se subijcere. *De donationibus cap. inter dilectos.*

Semel in anno possunt in Ecclesia interdicta, facere celebrari diuina. *De priuilegijs c. cum, & plantare. §. Quod si.*

Hospitalarij exempti sunt à decimis propriorum laborum, & eorum, quæ proprijs sumptibus excolunt. *De decimis c. Ex parte.*

Non extenditur hoc priuilegium ad terras, quas tradunt alijs excolendas. *ibid. cap. Ad audientiam.*

Hospitalarij, qui habent annalia, si beneficiati non residents ipsi debent habere fructus non Capitulum. *Extra, de priuil. cap. Exhibita.*

Hospitalariorum Ordo, & Militia. Vide, *militia.* Vide, *Equites.*

Hospitale S. Ioannis Ierosolymitani, immediatè subditur Papæ. *Anastasius IV. const. 2. Christianæ, anno 1154.*

Vide infra, *Hospitale Sancti Ioannis Ierosolymitani.* Vide, *Equites S. Ioannis.* Vide, *Milites, Militia.*

Hospitalia.

Hospitalia quæcumque immunia sunt à tributis omnibus. *23. q. 8. cap. In qualibet.*

Hospita-

Hospitalia tenenda sunt parata ad recipiendos peregrinos. *Concil. Sabin. c.14.*

Rectores Ecclesiarum ad hoc inuigilare debent, vt charitatiuè recipiantur. *ibid.*

Hospitalium bona vsurpantes, sunt excommunicati. *Concil. Illerdense c.40.*

Hospitalium bona inuadens, vt homicida puniendus. *Conc. Mogunt.3. c.6.*

Hospitalium bona conseruanda. *Gregorius I. lib.11. ex regest. epist.10.*

Non possunt in alios vsus conuerti. *Concil. Senon. de visitatione cap.29.*

Eorum facultates alienari non possunt, & pœnæ facientium. *Concil. Aurelian.5. c.15.* Vide, *Alienatio*. Vide, *Ecclesiæ bona*.

Hospitale erigendum suasione Episcoporum in quo venientes à Iudæis, & Saracenis, &c. alantur, & de aliquo artificio doceantur, de quo possint viuere. *Concil. Sabin. c.22.*

Hospitalium cura pertinet ad Episcopos. *Greg. I. lib.3. epist. 24. De Religiosis domibus cap. de Xenodochijs*. eique subsunt. *ibid.* Sed non Militarium ordinum, aut religiosorum. *Clement. infra*.

Curare debet Episcopus, ne reditus vsurpentur ab alijs, & in hoc habet facultatem etiam in exemptos. *Clement. de Religiosis domib. cap. Quia contingit*.

Locus deputatus ad hospitale, est religiosus non prophanus. non debet ad vsus mundanos applicari. *De Religiosis domibus cap. Ad hæc*.

Debent ab Episcopis visitari, etiam si sint exemptorum. *ibid. cap. Quia contingit*.

Non possunt dari in beneficium. *Clement. de Religiosis domib. cap. Quia contingit. §. Vt autem. Concil. Senon. c.29.*

Hospitalia habeant inuentaria. *De Religiosis domib. ibid.*

Hospitalia, quo ad altaria, cœmeteria, & Sacramenta seruent antiquam consuetudinem. *Clement. de Religiosis domib. cap. Quia contingit. §. fin.*

Hospitalium gubernatio committenda viris prouidis, qui iurent curare, vt redditus fideliter dispensentur in vsus miserabilium. Debent facere inuentaria & reddere rationem ordinarijs, seù alijs, quibus subsunt. *Clement. de Religiosis domibus. cap. fin. §. Vt autem. Concil. Senonen. de visitat. cap.29.*

Hospitalia verò Militarium ordinum, non subsunt huic legi, sed gubernantur iuxta statuta ordinum, & per superiores ordinum compellendi sunt ministri, vt ritè gubernent, & ministrent fideliter, &c. *ibid. §. Præmissa*.

Hospitalium gubernatio non concedenda laicis, sed religiosis, vel clericis, qui sine vxore sunt, & perpetuò in eis deseruire volunt. *Concil. Rauenn.2. sub Clem.V. c.25. Concil. Senon. de visitatione c.29.*

Hospitalium seruientes, si actu sub eorum obedientia non viuunt, Episcopo non subduntur. *Concil. Trid. sess.24. de reform. cap.11.*

Hospitalia omnia ab Episcopo possunt visitari, exceptis ijs, quæ sunt sub Regum protectione. Vide, *Episcopus quo ad visitationem*.

Hospitalia habentes in titulum, seù commendam, vel administrationem, tenentur onus impositum exequi, & hospitalitatem cum peregrinis exercere ex fructibus eorum. Si verò sint in locis, vbi non adsunt peregrini, aut multi infirmi (si ad hæc instituta sunt) commutentur expensæ redituum in alium vsum, ex decreto Episcopi cum duobus peritioribus de Capitulo; nisi aliter in fundatione hospitalium fit expressum, quod obseruandum curare debet Episcopus. *Concil. Trid. sess.24. de reform. c.8.*

Hospitalium curam habentes (nisi regularibus subiecta sint hospitalia) per censuras compellendi sunt ad exequendum onus iniunctum: alias priuentur eorum cura. & tenentur ad restitutionem fructuum, quos perceperunt contra institutionem hospitalium. *Trident. ibid. c.8.*

Hospitalium gubernatio non committenda alicui, plusquam per triennium. *ibid. c.8.*

Hospitalia per Episcopum visitanda, & quomodo. Vide, *Visitatio*. Vide, *Loca pia*.

Hospitalium ministri tenentur reddere rationes Episcopo, nisi in fundatione, aliter sit cautum. *Concil. Senon. de visitat. c.29. & p.11. c.7. Conc. Trid. sess.22. de reform. c.9.* Non obstante priuilegio.

Quod si ex consuetudine, priuilegio, &c. alijs reddenda sit ratio, inter eos sit Episcopus. *ibid.*

Hospitalia habentes in titulum commendam, vel administrationem, tenentur illa reficere, restaurare, &c. recuperare amissa, & vsurpata, ad quæ omnia compelli possunt per Episcopos, & amoueri possunt ab eorum cura. *Concil. Colon.2. p.11. c.1. Conc. Mediol. par.2. tit. de piorum locorum administr.*

Si in hospitali non exerceatur hospitalitas, iuxta fundationem, tenetur Parochus, id Episcopo referre, alias puniatur. *ibid.*

In hospitalibus stare non debent permixti mares, & fœminæ. *Concil. Mediolan. ibid.*

In hospitalibus non maneant circulatores, aleatores, histriones, &c. similes. *ibid.*

Neque mendaces, qui morbum simulant. *ibid.*

In hospitalibus prima cura habeatur pro anima, & pro Sacramentorum administratione, deinde pro corpore. *Concil. Colon.2. par.11. cap.2.*

In hospitali recipi debent solum personæ miserabiles, quæ laborare non possunt. *ibid. cap.3.* Prius recipiendæ personæ loci, deinde exteræ. *ibid. & c.6.*

Non recipiantur pauperes validi, & robusti. *Concil. Colon.2. par.11. cap.5.*

Teneri in eis non possunt, qui non indigent. *ibid. cap.6.* Qui aliter faciunt, sunt deprædatores pauperum. *ibid. c.6.*

Hospitalium redditus fraudantes sunt sacrilegi, vt Iudas. *ibid. cap.7.*

Hospitalia exemptorum, potest Episcopus visitare, saluis eorum iuribus in alijs. *Concil. Colon.3. tit. c.4.*

Vide, *Episcopus quo ad visitationem*. Vide, *Episcopus circa regulares*. Vide, *Loca pia*. Vide, *Pia loca*.

Hospitalia multa in Vrbe.

Hospitale S. Antonij de Vienna, potest colligere eleemosynas in locis, vbi exercetur hospitalitas, de licentia tamen ordinarij. *Greg. XIII. const.73. Romani*.

Hospitale S. Hieronymi Illyricorum, quomodo regitur. Protector, & iudex cum facultate instituuntur. *Pius IV. constit.68. cum sicut*.

Hospitale Incurabilium instituitur *à Leone X. constit.15. Saluatoris*. Forma regiminis, & priuilegia. *ibid.* Gaudet priuilegijs S. Iacobi in Compostella. multæ gratiæ conceduntur ministris dicti hospitalis. Indulgentiæ ijs, qui eleemosynas elargiuntur, & alia multa.

Hospitale præfatum, eius ministri, & seruientes, immunes, & exempti sunt ab omnibus, & immediatè subditi sunt Papæ, etiam quo ad bona, Causæ eorum quomodo expediendæ de plano, &c. *ibid.* Protector iudicat causas eorum. *Pius IV. const.2. Ad charitatis*.

Hospitale B. Mariæ de Pietate instituitur *à Pio IV.* illius statuta confirmantur *const.27. Illius*. In eo tenentur ad curam pauperes, aduenæ, insani. Multa priuilegia concessa sunt confratribus istius hospitalis. *ibid.* Confirmantur *à Gregorio XV. constitut.48. Ex iniuncta*. Protectoris iurisdictio. *ibidem*.

Hospitale Mendicorum instituitur *à Sixto V.* prope Pontem Sixtum. redditus sunt illi assignati pro alendis mendicis. *Constit.57. Quamuis*. Forma gubernii, & quales mendici sunt retinendi. *ibid.*

Habet iudicem causarum eligendum ab administratoribus, qui sit Doctor, & clericus. *Sixtus V. constit.86. Postulat*. Hic iudex omnes causas hospitale tangentes iudicat, contra quascumque personas; & nullus iudex Romæ potest causas illas ad se trahere. Ampla est iurisdictio talis iudicis. *ibid. per §§.19.* in secunda instantia causæ possunt cognosci ab aliquo iudice eligendo per Protectorem. *Paulus V. const.57. Alias*.

Hospitale Neophitorum erigitur *à Paulo V. constit.37. Illius*. Forma gubernii, & exemptiones illius. *ibid.*

Huic

Huic hospitali Iudæi statuis Ecclesiastici tenentur quolibet anno in Festo Omnium Sanctorum, soluere decem ducatos pro qualibet Synagoga. Etiam pro Synagogis demolitis; & ad hoc tenentur Iudæi in solidum. *Paulus IV. constit. 9. Dudum.* Iudex ordinarius illius, & personarum, etiam extra Vrbem, est Protector hospitalis. *ibid.*

Hospitale Orphanorum pauperum. approbatur hæc Confraternitas *à Paulo 3. constitut. 26. Altitudo.* Declaratur Archiconfraternitas sub inuocatione B. Mariæ Visitationis. *Eius* institutum est educare pauperes orfanos, & orfanas. Forma gubernij, priuilegia, protector, indulgentiæ, &c. pro Rectoribus, & ministris. *ibid.*

Societas instituta ad erigendum Hospitale pro Orfanis, & Conuertitis approbatur *à Paulo 3. const. 22. Ex iniuncto.*

Hospitale Sancti Spiritus in Saxia erigitur ab *Innocentio III. anno 1204. const. inter opera.* Forma gubernij, & priuilegia multa. *ibid.* Confirmatur erectio *à Nicolao IV. const. 4. Inter opera.* & sub protectione Papæ immediatè recipitur, tam quo ad bona, & domum, quam quo ad personas. *Nicolaus IV. ibid.* Multa eius bona, & possessiones per mundum dispersa ibi numerantur. *ibid.* Quatuor ministri clerici, professi illius ordinis, debent ibi assistere ad ministrandum Sacramenta, & Papæ subduntur immediatè. *ibid.* Priuilegia eius. Vide, *Confraternitas. Sixtus IV.* omnia eius priuilegia confirmat, & alia addit. *Constit. 22. Religionis.* Magistri, seu Præceptoris illius hospitalis priuilegia. *ibid.*

Hospitale, bona, ministri, & omnia alia eius membra exempta sunt à gabellis, & aliis solutionibus. *ibid.*

Item à iurisdictione Ordinariorum, Vicariorum, & omnium Officialium, & Sedi Apostolicæ immediatè subduntur. Omnia priuilegia Congregationis S. Iustinæ Benedictinorum ei concedit. *ibid. Pius IV.* concedit ei facultatem quærendi eleemosynas. *Pius IV. constit. 84.* Notarii, seu Cancellarii eius hospitalis, tenentur scripturas, & instrumenta in eo relinquere, quando recedunt. *Pius IV. const. 28. Cum sicut.*

Gregorius 13. const. 44. Si inter, confirmat omnia priuilegia huius hospitalis, quæ non sunt contraria Concilio Tridentino. *Clemens 8. constitut. 118. cum sicut*, statuit vt omnes causæ huius hospitalis iudicentur à Vicario Papæ, tam in curia, quam extra; qui vti potest brachio sæculari. & *Paulus V. const. 22. Decet*, idem confirmat. Obligatio huius hospitalis. Vide infra.

Hospitale Sanctissimæ Trinitatis, & Confraternitas eius approbatur *à Pio IV. const. 6. Illius.* Institutum huius est recipere peregrinos, & conualescentes. Multa priuilegia, & indulgentias confratribus concedit. Sic etiam eis, qui succurrunt peregrinis. *ibid.* Protectoris iurisdictio se extendit ad omnes causas hospitalis, siue pro, siue contra, & nullus alius iudex potest in eis se ingerere. *Pius V. constit. 123. Cum sicut.*

Alia de Hospit. Romæ, & obligationes eorum declaratæ ab Alexandro VII.

Hospitalia Romæ determinata pro artificibus pauperibus, ista sunt.

Hospitale Sancti Rocchi pro aurigis, & eorum famulis, Vaccarum Rubrarum curam agentibus, Sutoribus, Veteramentarijs, Baiulis, Fidicinibus.

Hospitale Sanctæ Mariæ de Horto pro Auiariis, Molitoribus, Vaccarum albarum præpositis, Nauicularijs Regni Neapolis, Olitoribus, & famulis, Colonis, Partiariis Vinearum, Sutoribus, Veteramentariis, Salsamentariis, & Vermicellarijs.

Hospitale Sanctæ Mariæ de Laureto pro Pistoribus, & eorum famulis, Crustularijs, seu Ciambellarijs, & frumenti mensoribus.

Hospitalia Sancti Spiritus in Saxia, Sancti Saluatoris ad Sancta Sanctorum, Sanctæ Mariæ Consolationis, Sancti Ioannis Colabitæ in Insula Tyberina, Sancti Iacobi Incurabilium, & Sancti Lazari, communia sunt omnibus nationibus.

In Hospitali Sancti Spiritus tot lecti sint, pro nobilibus, & ignobilibus, quot capiunt illæ infirmariæ. In eo recipiendi sunt, qui laborant febri, vel alui deiectione, & dyssenteria, & vulnerati, etiam si scabiosi sint. In eo recipiendi sunt omnes cuiuscuis nationis, si non habeant proprium hospitale suæ nationis, & nisi numerus infirmorum ibi sit completus.

In hospitali Sancti Saluatoris 300. lecti sint pro viris, & fœminis, computatis seruientium lectis; in quibus recipiendi sunt infirmi modo præfato.

In hospitali Sanctæ Mariæ Consolationis debent esse 80. lecti pro viris, & fœminis, in quibus ægroti eodem modo recipiantur.

In Hospitali Sancti Ioannis Colabitæ 60. lecti reperiuntur. & quia hoc hospitale non habet redditus, fratrum illorum charitati relinquitur numerus recipiendus.

In hospitali Sancti Iacobi Incurabilium sint 120. lecti pro viris, & fœminis, in quibus recipiendi sunt vlcerati ex omni natione, etiam scabiosi, ibique apta remedia ægrotis omnibus dentur.

In hospitali Sancti Lazari, leprosi omnis nationis sunt recipiendi.

Hæc omnia, &c. statuit *Alexander 7. constit. In hac alma, data 16. Nouembr. 1657.*

Pauperes infirmi, quomodo deferendi sint ad hospitalia, & quot lecti tenendi sint pro laborantibus scabie. Vide, *Infirmitas.* Vide, *Infirmus.*

Hospitale S. Ioannis Ieroſolymitani.

Hoc Hospitale recipitur sub immediata protectione Papæ *ab Anastasio IV. anno 1154. const. 2. Christianæ.*

Vide, *Hospitalarij.* Vide, *Equites.* Vide, *Militia.*

Hospitium. Hospites. Hospitalitas.

Hospitia pro peregrinis statuere debent Episcopi; & si redditus Ecclesiæ non sufficiunt, ab aliis Christianis exigant. *Concil. Nican. 1. ex Arabico c. 70.*

Hospitium dictum Gregorianum erectum Romæ pro Benedictinis. *Gregor. XV. const. 6. Saluatoris.*

Hospites sine distinctione recipiendi. *Dist. 42. c. Quiescamus.*

Hospitalitas ab Episcopis exercenda. *Dist. 85. c. Archidiaconum.*

Hostia.

Hostiæ in altari, tot offerantur, quot sufficiunt pro populo. *Clemens I. ep. 2. De consecr. dist. 2. cap. Tribus gradibus.*

Hostiæ consecratæ, quæ remanent, resumendæ sunt. *Clem. I. ep. 2. de consecr. dist. 2. cap. Tribus gradibus.*

Hostia consecranda debet esse ex frumento, sana, & integra. *Concil. Coiacense cap. 3.*

In singulis Hostiæ partibus, est totus Christus. *De consecrat. dist. 2. cap. Singuli. cap. Vbi pars. & cap. Qui manducat.* Vide, *Eucharist.*

Hostiæ fractio, significat Passionem Christi. *De consecrat. dist. 2. cap. Cum frangitur.*

De Hostia fiunt tres partes; quia quæ mittitur in Calicem significat Christum resurrexisse; quæ comeditur, significat eum ambulantem super terram; & quæ relinquitur, significat eum in sepultura. *De consecr. dist. 2. cap. Triforme.*

Hugo.

S. Hugo Gratianopolitanus canonizatur *ab Innocentio 2. constit. vnica. Dicimus.*

Humiliare. Humiliati.

Humiliat Deus bonos, permittens malos insurgere contra illos. *6. q. 1. c. Sunt plurimi.*

Humiliatorum fratrum Religio extinguitur. *Pius V. constit. 119. Quemadmodum.* Redditus Sedi Apostolicæ applicantur. *ibid.* Bona eorum, quibus postea sunt concessa. *Pius V. const. 120. Quoniam.*

Hunga-

Hungaria.

Hungariæ Episcopi quas, & à quibus accipere possunt procurationes, dum visitant. *Extra, de censibus c. Vas electionis.*

I

Iacobus.

SAnctus Iacobus Ierosolymorum primus Episcopus ordinatur à Sanctis Petro, Iacobo, & Ioanne. *dist.66. c. Porrò.*
Sancti Iacobi Equites. Vide, *Equites.* Vide, *Militia.*
Iacobus de Marchia Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia, declaratur Beatus. & Officium de illo fieri potest à Fratribus dicti Ordinis. *Vrbanus 8. const.22. In sede.*
Iacobitæ Ægyptij cum Ecclesia Romana vniti; & articuli ab eis credendi in fidei professione. *Eugenius 4. constitut.23. Cantate.*

Ianitor.

Ianitores Ecclesiæ honorandi sunt. *Lib.2. const. Apost.c.28.* Vide, *Ostiarius.*

Iapponium.

Iapponium regulares, quando, & quomodo possunt adire. Vide, *Regulares euntes in partes infidelium.*
In Iapponio omnes sacerdotes posse ministrare Sacramenta, tamquam Parochos, concessit *Vrbanus 8. in append. const. 16. Ex debito.* §.7.
Iapponensium 23. Martyrum Ordinis Sancti Francisci Discalceatorum, officium celebrari potest à prædictis Fratribus, & ab omnibus Diœcesis Malinensis, sub die 5. Februarij. *Vrbanus 8. const.70. Saluatoris.*
Iapponensium trium Iesuitarum Martyrum, officium scilicet Pauli Michi, Ioannis de Goto, & Didaci Quizai, celebrari potest à Iesuitis die 5. Februarij. *Vrban. 8. constitut.71. Saluatoris.*
Missam de eisdem celebrare possunt in Ecclesijs Iesuitarum omnes sacerdotes, qui in festo die illo ad eas accedunt. *ibid. in decr. Sacræ Congreg. Rituum.*

Ianuarius.

S. Ianuarij, & Sociorum festum die 19. Septembris celebrandum per totam Ecclesiam, statuit *Sixtus V. constit.22. Pia Sanctorum.*
Ianuarij Kalendæ non obseruandæ, more gentili. *Conc. Altisiodoren. c.1.*
Vide, *Kalendæ.* Vide, *Gentiles.* Vide, *Ritus.*

Idola. Idololatria. Idololatra.

Idola non colenda. *Lib.5. const. Apost. c.10. & 11.*
Idola non tenenda in domibus fidelium, alias eijciantur ab Ecclesia. *Concil. Elibert. c.41.*
Idola frangens, quando scribendus in numero Martyrum, si moritur, & quando non. *Conc. Elibert. c.60.*
Idolorum templa non destruenda, sed ipsa idola. *Gregor. I. lib.9. ex regest. epist.71.* Sed dicta templa consecranda sunt per aspersionem aquæ benedictæ, constructionem altarium, & applicationem reliquiarum. *ibid.*
Idololatræ tradendi curiæ sæculari. *Conc. Tolet. 12. c.11.*
Idolis sacrificandum non est; nec videnda eorum sacrificia. & pœnitentia facientium. *Concil. Elibert. c.59.*
Idolis sacrificantes Presbyteri, vel Diaconi, siue voluntariè, siue ex timore, quomodo puniendi. *Dist.50. c. Presbyteros.*
Idolis per vim, & tractionem manuum, aliquid offerentes, si reclamantes fecerunt, non priuantur communione, & possunt ad ordines promoueri. *Concil. Anciranum c.3.*
Idolis immolantes recipiendi sunt, quando veniunt, sed vsque ad mortem non communicent; sed pœniteant. *Concil. Valentin.1. c.3. Concil. Elibert. c.1.*
Cum qua pœnitentia recipiendi sunt, dum ad fidem veniunt. *Concil. Anciran. c.7. & 8.*
Immolare persuadentes alijs, cum qua pœnitentia sunt recipiendi. *Concil. Anciran. c.9.*
Immolantes, si postea baptizantur, possunt ordinari. *Concil. Anciran. cap.12.*
Immolantes in persecutione, quomodo recipiendi, dum veniunt ad fidem. *Concil. Arelat. 2. c.11.*
Idolorum simulacra, & Aræ destruenda. *Concil. African. cap.51.*
Idolis immolatum non debent fideles accipere. hæc sunt idolotita. *Lib.7. constitut. Apost. c.22. Concil. Elibert. c.40. Gregorius II. ep.14.*
Idololatriæ vacans, etiam occultè, anathema est. *Concil. Laodicen. c.35.*
Idolis immolata emens, vel edens ignoranter, non peccat. *26. q.2. cap. Licet aliquid.*
Idololatras à suo territorio non eijciens excommunicantur. *Concil. Toletan.3. c.14.*

Idoneus.

Magis idoneo dandum est beneficium. *Vt Ecclesiastica beneficia. cap.vn. circa fin.* Vide, *Beneficia quibus conferenda.* Vide, *Dignitas.*
Habens rescriptum à Papa cum clausula, si sit idoneus, præsumitur esse idoneus, si nihil obstat contra eum. *De præsumptionib. c. fin.*
Idoneus non est remouendus ab aliquo officio, vt substituatur minus idoneus. *Concil. Colon.2. p.4. c.13.*
Vide, *Beneficia quibus conferenda.*

Ieiunium.

Ieiunia ab Ecclesia præscripta sunt obseruanda. *Concil. Gangrense c.19. Concil. Senonense cap.7. Concil. Colonienſe 2. par.9. cap.2.*
Ieiuniorum tempora ab Ecclesia sunt statuta, & ab Apostolorum tempore seruata. *Concil. Mogunt.4. c.47.*
Ieiunia Ecclesiæ ex suo arbitrio soluens, est anathema. *Concil. Gangren. c.19.*
Ieiunia obseruanda à quouis fideli, licet perfectissimo. *Concil. Vienn. Gener.*
Ieiunia Ecclesiæ damnans, est anathema. *Dist.30. c. Si quis eorum.*
Circa ieiunia, Ecclesiæ Romanæ est obediendum. *Concil. Trident. sess.25. de reform.* in fine, *in decreto de delectu ciborum.*
Ieiunium Quadragesimæ non est humanum inuentum, sed à cœlesti maiestate institutum. *Concil. Senon. c.7.*
Ieiunium Quadragesimæ est de diuino præcepto. *Conc. Mogunt.4. cap.47.*
Ieiunium Quadragesimæ ex tempore etiam Apostolorum incæpit. *Concil. Colon.2. p.9. c.6.*
Ieiunium Quadragesimæ non soluendum feria tertia maioris hebdomadæ. *Conc. Laodic. c.50. de consecr. dist.3. c. Non liceat & cap. Non oportet.*
Ieiunium Quadragesimæ, per septem hebdomadas ante Pascha celebrandum decreuit *Telesforus Papa in ep. decr. dist.4. cap. Quadragesima. Quinquagesimæ cap. Statuimus. & c. Denique.*
Ieiunium Quadragesimæ celebratur tamquam decima abstinentiæ totius anni, quia Deo de omnibus debetur decima; & dies illi sunt decima pars anni. *De consecr. dist.5. cap. Quadragesima.*
Ieiunium Quadragesimæ incipit à feria quarta Cinerum excepta Mediolanensi ciuitate, & ijs partibus diœcesis, in quibus officia diuina celebrantur ritu Ambrosiano. *Conc. Mediol.1. p.2. tit. de ieiunio.*
Ieiunia per vigilias ab Ecclesia designatas, sunt etiam obseruanda. *Concil. Mediol. vbi supra.*
Ieiunia quatuor temporum obseruanda. *Calistus I. epist.1. dist.76. c. ieiunium c. constituimus. c. de ieiunio. cap. Statuimus. c. igitur. & c. Huius obseruantiæ.*
Ieiunia quatuor temporum in diuersis temporibus, olim sunt celebrata. *Dist.76. per multa capita.*

Ieiunia quatuor temporum, & alia quare celebrantur. *dist. 76. cap. Ieiunium. cap. Scire debet. c. Nosse credo, & c. Post Pascha.*

Ieiunium quatuor temporum vernum, prima hebdomada Quadrageſimæ celebrandum, æſtiuum in Pentecoſte. *conc. Quintilineburgenſe c.7. Claramon.c.27. Oxonienſe 1.c.1.*

Præter quatuor anni tempora, Mediolani ieiunandum eſt in triduo Rogationum. *conc. Mediol. 1. par.1. tit.de ieiunio.*

Ieiunium per triduum in ſeptimana Pentecoſtes celebrandum. *conc. Gerundenſe c. 2.*

Ieiunia multa in anno facienda, exceptis quibuſdam menſibus. *conc. Elibert.c.23.*

Olim in multis locis multa ieiunia fiebant. *conc. Turon. c.18.* & quæ. *ibid.*

Ieiunia quotidiana laudantur. *de conſecr. diſt.5. cap. Sint tibi. & cap. Non dico.*

Ieiunia ſanant multas infirmitates. *ibid.c. Legimus quoſdam.* Vide, *Articularis morbus.*

Ieiunia Eccleſiæ ſine neceſſitate ſoluens, anathema eſt. *conc. Aquiſgran.c.69. de conſecr.diſt.5. c.Ieiunia.* ita olim.

Ieiunia in feſtis faciens, vt Manichei, Anathema eſt. *concil. Gangrenſe c.18. diſt.76. c.Vtinam.* Vide, *Ieiunare.*

Ieiuniorum tempore vacandum eſt eleemoſynis, & abſtinendum à peccatis. *conc.Mediolan. 1.par.2.tit. de ieiunio.*

Ieiunia ſine puritate mentis, non proſunt. *de conſecr. diſt. 5. cap. Nihil enim.*

Ieiunium magnum eſt ab iniquitatibus abſtinere. *de conſecr. diſt.5. c. Ieiunium autem.*

Ieiunium non laudatur, ſi die ſequenti ventri indulgetur. *de conſecr. diſt.5. c.Sint tibi quotidiana.*

Ieiuniorum tempore à carnibus eſt abſtinendum, non quia immundæ ſint, ſed ad domandum corpus. *conc. Mogunt. 4.c. 47. Nicolaus 1. adconſulta Bulgar.c.4.* Vide, *Carnes.*

Ieiuniorum tempore ab ouis etiam lacte, & caſeo abſtinendum ex S. Gregorio Papa. *diſt.4. cap.Denique. conc.Mediolan. 1.par. 2. tit. de ieiunio.*

Ieiunium non requirit ſolum moderationem à carnibus, ſed ab aliis cibis. *Conc. colon. 2.par.9. c.5. Mogunt.4. c.47.*

Ieiuniorum tempore abſtinendum, nè dum à carnibus, ſed ab aliis piſcium ferculis, quæ carnem inflammant. *conc. Colonien. 2. ibid.*

Ieiuniorum tempore à piſcibus etiam ſumptuoſis eſt abſtinendum. *diſt. 4. cap. Denique. concil. Mediolan. 1. par. 2. tit. De ieiunio.*

Ieiuniorum tempore à iocis, & ſcurrilitatibus eſt abſtinendum. *Nicolaus 1. ad conſulta Bulgar. c. 47.*

Ieiuniorum tempore abſtinendum à litibus, & iurgijs. *Poſt ep.13. Liberij c. 1.*

Ieiuniorum tempore coniugati abſtineant à coniugibus. *Poſt ep. 13. Liberij c.2.*

Ieiuniorum tempore conuocari non poſſunt Concilia Regni. *conc. Epſordienſe c. 2. 15. q. 4. c. Placita.*

Ieiunia pro neceſſitate publica, poſſunt populo imponi, non à poteſtate ſæculari, ſed ab Epiſcopo. *Nicolaus 1. ad conſulta Bulgar.c.56.conc.Epfordienſe 1.c.5. conc.Rauenn.1.*

Ieiunia impoſita pro neceſſitate publica, ab omnibus obſeruanda. *conc. Turonen. 3.c. 47. conc. Mogunt.c. 135.*

Ieiunia annuncianda ſunt populo in die dominico. *concil. Rauenn.2. ſub Clement. 5. c.10.*

Vide, *Abſtinentia.* Vide, *Eccleſiæ Romanæ decreta.* Vide, *Vigiliæ feſtorum.*

Ieiunare. Ieiunus.

Ieiunandum non eſt in Dominicis diebus, nec etiam in Quadrageſima. *conc. Agathen.c.12. Conc. Brachar. 1. cap. 4. conc. Lucenſe 2. c. 57. Aquiſgran. ſub Ludouico c. 68. conc. Cæſaraguſt. c. 2. de conſecr. diſt. 3. cap.Placuit, vt omnes. c. Ieiunium. cap. Nè quis. & diſt. 5. de conſecr. c. Quadrageſima. diſt. 76. c.Vtinam.*

Ieiunans die Dominico, eſt anathema. *concil. quod dicitur Apoſt.c.66.conc.Gangrenſe c.18.diſt.30.c.Si quis tamquam. & c. Si quis Presbyter.* Vide, *Dies Dominica.*

Ieiunus. Vide, *Miſſam dicentis diſpoſitiones.*

Ieiunans die Dominico, vel Sabbatho, ſi eſt clericus, deponatur. *conc. quod dicitur Apoſt. c.60.*

Ieiunium accidens in Dominica, fit in Sabbatho. *de obſeruat. Ieiunij c.1. & cap. Conſilium.*

Ieiunans die Dominico, non habeatur vt catholicus. *concil. Carthag. 4. c. 64.*

Ieiunandum non eſt in quibuſdam feſtis ſolemnibus, vt Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, &c. *Nicolaus 1. ad conſulta Bulgar. cap. 5.*

Ieiunans cum Iudæis, excommunicatur: ſi eſt clericus, deponitur. *conc. quod dicitur Apoſt. c.70.*

Ieiunandum non eſt à Paſchate, vſque ad Pentecoſtem. *diſt. 76. c.Poſt Paſcha.* Religioſi tamen poſſunt ieiunare. *ibid.*

Ieiunare non tenentur infirmi. *Gregorius 1. lib. 9. ex regeſt. ep. 28. lib. 11. ex reg. ep.34. de obſeruat. ieiunij c.1. & cap. Conſilium.* & poſſunt carnes comedere. *ibid.*

Sed indigent licentia Epiſcopi, vel alterius de eius commiſſione, qui medicorum conſilio vtuntur. *conc. Mediol. 1. part. 2. tit. de ieiunio.*

Ieiunandum eſt tempore peſtis, & famis. *Poſt ep. 13. Liberij cap. 2.*

Ieiunandum eſt in hebdomada Sancta, & quare. *Lib.5. conſtit. Apoſt. c. 14.*

Ieiunandum eſt in vigiliis omnium Apoſtolorum, exceptis SS. Philippi, & Iacobi, propter tempus Paſchale. *de obſeruat. ieiunij c. Conſilium.*

Ieiunandum eſt in Aduentu. *ibid.*

Ieiunaturus in pane & aqua, ſi panis deficiat, poteſt aliis cibis vti. *de penit. & remiſſ. c. Licet.*

Ieiunandum eſt in feria ſexta, & Sabbatho ante Paſcha, ob ſepulturam Domini. *de conſecr. diſt. 3. c. Sabbatho.*

Ieiuni examinandi ſunt teſtes. *de probat. c.Poſt ceſſionem.*

Ieiuni ſolum poſſunt percipere Euchariſtiam. *de conſecr.diſt. 1. cap. Sacramenta.*

Ieiunare tenentur Patres Concilii per tres dies ante Concilium. *conc. Rauenn. 3. poſt Clem.V. c.16.*

Ieroſolyma.

Ieroſolymæ Patriarchæ honor debetur, ſine præiudicio Metropolitani. *diſt.65.c.Quoniam.* Ita declaratum eſt *à Concilio Nicæno 1. can. 7. Nicolaus 1.ad conſulta Bulgar.c.92.*

Ieſuati.

Vide, *Fratres S. Hieronymi.*

Ieſuitæ.

Ieſuitarum Societas cum ſua Regula, & inſtitutis approbatur *à Paulo 3. conſtit. 25. Regimini.* Facultas Generalis, quæ, & quanta ſit. *Paulus 3. conſtit.48. Licet debitum per §§. 46.* Regula eorumdem explicatur *à Iulio 3. conſt.9. Expoſcit.* Hæc Religio inter Mendicantes numeratur, & adſcribitur, & eorum gratiis fruitur. *Pius 5. conſt.131. Dum indefeſſe.* Poteſt hæc Religio eligere Conſeruatores pro ſuis cauſis. & qualis eſt Conſeruatorum iuriſdictio. *Gregorius 13. conſt.1. Æquum.*

Iſti Patres non tenentur accedere ad publicas proceſſiones. *Gregor.13. conſt. 36. Quæcumque.*

Poſſunt ædificare Monaſteria, & loca prope domos Mendicantium, & derogat conſtit. contr. *Gregor. 13. conſtit. 39. Saluatoris.* Exempti ſunt ab onere decimarum, & aliarum contributionum. *Gregor. 13. conſt. 51. Paſtoralis.* Obtinent, vt poſſint vti altari viatico in omni loco, non obſtante decreto contrario Concilii Tridentini. *Gregor. 13. conſt. 57. Vſum.* Habent facultatem aperiendi literas Sacræ Pœnitentiariæ, quæ diriguntur ad Doctores. *Gregor. 13. conſt. 75. Exponi nobis.*

Generalis quam facultatem habet circa alienationes, permutationes, locationes, emphyteuſes, &c. *Gregor. 13. conſtit.76. Apoſtolicæ.*

Ieſuitas etiam extra tempora poſſe ordinari, concedit *Greg.13 conſt.77. Pium.* & in hoc derogat decreto Concilii Trid. *ib.*

Iesuitæ non possunt ad alios ordines Regularium transire, exceptis Carthusianis, cum licentia Generalis. *ibid. in declaratione*. Vide, infra. *Greg.* 14.

Iesuitarum institutum, iterum confirmatur *à Gregor.* 13. *const.89. Ascendente Domino.* Deinde confirmatur *à Gregor.* 14. *const.* 10. *Ecclesiæ*. Institutum, & forma gubernii declaratur. Generalis potest instituere Prouinciales, & Visitatores. §. 8. Nouitii post biennium ad vota admittendi. §. 9. Dimitti possunt Religiosi ab ea Religione etiam sine processu, sed facti veritate inspecta. Ad sacros ordines possunt promoueri, etiam post vota simplicia. §. 16. Ad alias Religiones excepta Carthusiana non possunt transire. §. 17. Constitutiones sine Papæ licentia, non possunt mutari. & alia per 29. §§.

Iesuitæ etiam non ordinati in sacris, possunt concionari. *Gregorius* 13. *const.*95. *Vigore*.

Iesuitę possunt recipere Nouitios contra Constitutionem *Sixti* 5. & cum illegitimis dispensare. *Gregorius* 14. *constitut.* 15. *Exponi*.

Generalis Iesuitarum potest in aliis Ecclesiis erigere Congregationes, & aggregare Congregationi Annunciationis Romæ institutæ, cum eisdem gratiis, tam pro Scholaribus, quam pro aliis. *Sixtus* 5. *const.*53. *Cum in vnaquaque*.

Iesuitarum Collegium Vilnense erigitur in Vniuersitatem Studii Generalis. *Gregorius* 13. *const.* 102. *Dum attenta*.

Idem fit de Collegio Pontis Monsonii in Lotharingia. *Gregor.* 13. *const.* 100. *In supereminenti*.

Iesuitissæ.

Iesuitissarum Congregationes abrogantur, & de facto fuerunt suppressæ. *Vrban.* 8. *constit.* 110. *Pastoralis*. Concessum fuit præsentibus, vt possent, vel matrimonium contrahere, vel Monialium Monasterium ingredi. *ibid.* Institutum quale erat. *ibid.*

S. Ignatius.

S. Ignatius Loiola canonizatur. *Vrb.* 8. *const.* 3. *Rationi congruit*. *per §§.* 50.

Ignis.

Ignis in vigilia Paschæ benedicendus. *conc. Tolet.* 4. *c.*9.

De nouo excutiendus, & benedicendus. *Zacharias ep.* 2. *Leo* 4. *homilia de cura Pastorali*.

Ignis Purgatorij. Vide, *Purgatorium*.

Ignorantia. Ignorans.

Ignorantia est causa omnium malorum. *Clemens* 1. *ep.*3. *Dist.* 38. *c. Ignorantia*.

Ignorantia fugienda ab Ecclesiasticis. *Clemens* 1. *ep.*3. *conc. Arelat.* 4. *c.*3. *dist.* 38. *c. Ignorantia*. *c. Si in laicis*.

Ignorantia in Episcopo, penitus reprobatur. *conc. Later.* 4. *c.*9. Vide, *Episcopi qualitates naturales*.

Ignorantia canonum non excusat Ecclesiasticos. *conc. Aurel.* 3. *cap. vlt.*

Ignorantia præsumitur, vbi scientia non probatur. *de regulis iuris in* 6. *reg.* 47.

Ignorantia præcepti Pontificii, excusat. *conc. Agathen. c.*9.

Ignorantia legis excusat, nisi sit crassa. *de const. in* 6. *cap. Vt animarum*.

Ignorantia excusat à peccato (si est inuincibilis.) 1. *q.*4. *cap. Nullius*. *cap. Qui locus*. 15. *q.* 1. *cap. Merito quæritur*. *& cap. Illud relatum*.

Ignorantia crassa non excusat, nè excommunicatus celebrans incurrat irregularitatem. Sed ignorantia probabilis excusat. *de clerico excomm. celebr. c. Apostolicę*.

Ignorantia non excusat Prælatum in peccatis subditorum. *de regulis iuris c. Quamuis*. Vide, *Prelatus*.

Ignorantia facti non iuris, excusat (eum qui tenetur scire.) *de regulis iuris in* 6. *reg.* 13.

Ignorantia iusta causæ præsumitur in succedente in ius alterius. *de regulis iuris in* 6. *reg.* 14.

Si ignorans eligitur, cassanda est electio. *de elect. cap. Quæ iter post*. Vide, *Eligendus*.

Ignorans literas eligi non potest Episcopus. *Conc. Valent.* 2 *c.* 7. *Later.* 4. *c.*9. Vide, *Episcopi qualitates*. Vide infra *Ignorans non potest ordinari*.

Ignorans promotus remouetur. *de ætate, & qualit. &c. cap. fin. Quamuis*.

Ignorans non potest ordinari ad vllum ordinem, maximè sacrum. *Dist.* 34. *c. Precipimus*. *Dist.* 36. *c. Illiteratos*. *dist.* 49. *c. Sacerdotes*. *dist.* 55. *c. Pœnitentes*.

Ignorans, vel indignus, regere non potest Ecclesiam aliquam. *de ætat. qualit. & ord. præficiend. c. Eam te, & c. Cum sis*.

Ignorans non potest ad officia promoueri. *Dist.* 55. *cap. Pœnitentes*.

Ignorans potens discere, non est immunis à pœna. *Dist.* 37. *cap. Non omnis*.

Ignorare quædam melius est quam scire. *dist.* 38. *c. Quamuis*.

Illegitimus.

Illegitimi filij, qui sint. Vide, *Filij*.

Illegitimi sunt filij nati ex matrimonio cum impedimento publicæ honestatis. *Qui filij sint, &c. c. Referente*.

Illegitimi pronunciari non possunt filij nati ex matrimonio facto in facie Ecclesiæ, & pacifica cohabitatione coniugum. *ibid. c. Peruenit*.

Illegitimus non potest fieri Episcopus. *Gregor.* 7. *lib.* 2. *ep.* 50. Vide, *Episcopi qualitates*. Vide, *Eligendus*.

Illegitimus potest postulari non eligi. *de elect. c. Innotuit*. & *c. Cum Vinctonensis*. Vide, *Electus, in fine*.

Illegitimus non potest ordinari. *de filijs Presbyteror. &c. cap.* 1. *Vt filij*.

Potest ordinari, si fit religiosus. *ibid. & conc. Claramont. c.* 11.

Illegitimus factus Religiosus, non potest ad Prelaturam peruenire. *de filijs Presbyteror. c.* 1. *Vt filij*.

Illegitimus filius etiam de vxore, ordinari non potest sine dispensatione. *de filijs Presbyt. c. Literas*.

Illegitimus, qui hoc tacito, per rescriptum impetrauit Ecclesiam paternam, est remouendus. *de filijs Presbyter. c. Ad præsentiam*. *c. Præsentium*. *& c. Conquerente*.

Per Papæ dispensationem potest Ecclesiam paternam obtinere. *ibid. c. Dilectus*.

Illegitimi institutio, est nulla. *de filijs Presbyt. c. Ad abolendam*.

Illegitimus, absque Papæ dispensatione, promoueri non potest ad dignitatem. *de filijs Presbyt. &c. c. Nimis in tua*.

Instituens illegitimum in Ecclesia, in qua fuit pater huius, priuatur suis beneficijs. *de filijs Presbyt. & c. c. Ad abolendã*.

Illegitimus, propter eminentem scientiam, dispensatur à Papa ad Episcopatum. *de elect. c. Innotuit*. *De renunciatione cap. Nisi cum pridem*.

Illegitimus, in ordinibus Minoribus potest dispensari ab Episcopo, sic etiam in beneficijs sine cura: in alijs vero indiget dispensatione Papæ. & talis dispensatus vnum tantum beneficium habere potest. *de filijs Presbyt. &c. in* 6. *cap.* 1. *Dist.* 56. *c. vlt*.

Illegitimus dispensatus à Papa ad dignitates, Episcopatum, &c. intelligitur etiam dispensatus ad alia, vt hæreditatem, &c. *Qui filij sint legitimi*. *c. Per venerabilem*.

Illegitimus dispensatus à Papa ad beneficium curatum, si aliam petit dispensationem tacita prima, nulliter dispensatur, & subreptitiè. *de filijs Presbyt. &c. c. fin*.

Illegitimi clerici non admittendi ad Canonicatus Sancti Ioannis Laterani, Sancti Petri, & Sanctæ Mariæ Maioris, sine Papæ dispensatione. nec valet dispensatio pro alijs obtenta in forma generali, nisi fiat mentio de his Ecclesijs. *Gregor.* 11. *const.* 8. *Et si à sacris*.

Illegitimis etiam legitimatis fieri non possunt donationes, legata, &c. de bonis Ecclesiasticis, vel de fructibus ex eis acquisitis. *Pius* 5. *const.* 117. *Quæ ordini*. Neque de bonis patrimonialibus clerici. *ibid. in declarat.*

Illegitimi non possunt recipi ad ordinem Regularium. *Sixtus* 5. *const.*71. *Cum de omnibus*. Sed Iesuitæ habent priuilegium in hoc. Vide, *Iesuita*.

Sed

Sed pro omnibus eam reuocat *Gregor.14. const.3. Circumspecta*. & concedit Superioribus Religionum, vt possint cum illegitimis receptis, ad dignitates, & officia dispensare. *ibid.*

Illegitimis in Diœcesi Valentiæ in Hispania, & alijs Diœcesibus, etiam legitimati sint, conferri non possunt canonicatus, præbendæ, & aliæ dignitates. *Sixtus 5. constit.84. Cum cœlestis*.

Vide, *Filii spurii, naturales, & illegitimi*. Vide, *Filii clericorum*.

Illegitimare.

Illegitimare aliquos, ne possint matrimonium contrahere, pertinet ad Ecclesiam. *Concil. Senonen. c.17.*

Illicitum.

Illicitum, in necessitate fit licitum. *De reg. iuris cap. Quod non est*.

Illicitum factum non subsistit, nec inducit obligationem. *ibid. cap. Quod*.

Illicitum alicui suo nomine, est etiam illicitum, nomine alterius. *de regulis iuris in 6. reg.67.*

Illicitum vna via, non est licitum alia via. *ibid. reg.84.*

Illiteratus.

Vide, *ignorans*.

Illyricorum Collegium Laureti.

Vide, *Laureti*.

Illusiones Dæmonum.

Vide, *Dæmon*.

Imagines.

Imagines Christi, & Sanctorum colendæ sunt. *Gregor.1. l.7. ex regest. ep.54.*

Imagines non adorantes sunt hæretici. *Conc. Rom.3. sub Gregorio 2. Concil. Nicænum 2. act. 2. 3.4. & 5. & tandem act.7.* & anathema est contrarium dicens. *ibid. Conc. constantinop. 4. can.3. constantiense in const. Martini 5. circa medium. Concil. Mogunt.4. cap.41. Concil. Tridentin. vt infra*.

Imagines non sunt adorandæ, secundum se, & absolutè, sed Deus, & Sancti repræsentati per eas. *Gregor.1. l.9. ex regest. ep.9. l.7. ex regest. ep.54. Gregor.2. epist.10. & 12. concil. Senon. c.14. Conc. Mogunt. 4. c.42. Concil. Trid. sess. 25. in decr. de inuocat. Sanctor.*

Imagines adorando non adorantur idola, sed Deus in eis, & Sancti repræsentati. *Greg.2. epist.10. & 12. Conc. Nicæn. 2. act.5. in fine. Concil. Mogunt.4. c.42. Conc. Trid. sess. 25. in decr. de inuocat. Sanctorum*.

Imagines Sanctorum depingendæ sunt; & antiquitus, ac semper fuerunt depictæ. *Gregor.2. ep.10. ad Leonem Isaurum. Conc. Nicæn.2. act.3. 4. 5. & 6.*

Etiam in veteri lege fieri solitæ erant imagines, & adoratæ erant. *Adrianus 1.ep.1. & 2. Nicolaus 1. ep.2.*

Ex multorum Sanctorum Patrum testimonio imagines sunt pingendæ, & adorandæ. *Adrianus 1. & 2.*

Imaginum vsus est maximæ necessitatis, & vtilitatis in Ecclesia. *Gregorius 2. ep. 12. ad Leonem Isaurum*.

Imagines Sanctorum non sunt violandæ. *de consecr. dist. 3. c. Perlatum, & c. Venerabiles*. Violantes, vel prosternentes imaginem Crucis, B. V. vel Sanctorum, grauiter puniendi. *de off. ord. in 6. cap. Si Canonici*.

Imago Christi non est repræsentanda in agno, sed in figura humana. *de consecr. dist.3. c. Sextam*.

Imagines Sanctorum per excommunicatos, non permittantur pingi in Ecclesijs; admittens eos ad pingendum, excommunicetur. *Conc. constantinop.4. c.7.*

Imagines lasciuæ in Ecclesia non tolerandæ. *concil. Senon. in decr. morum c.40. conc. Mogunt.4. c.41. concil. Trid. sess. 25. in decr. de inuocat. Sanctor.*

Imagines Sanctorum non pingendæ cum procaci venustate. *ibid. conc. Mediol.1. vbi inf.* alias per Episcopum delendæ. *Conc. Mediol. ibid.*

Imagines in Ecclesijs de nouo non collocandæ, nisi ex approbatione Episcopi. *Conc. Senon. in decr. morum c. 40. concil. Mediol.1. tit. Quæ seruanda sunt in sacris Imaginibus*. Nec etiam in Ecclesijs exemptis exponi possunt sine hac approbatione Episcopi. *ibid.*

Imagines sacræ pingi non possunt in Ecclesia inconsulto Parocho. *conc. Mediolan. ibid.*

Si ad aliquam imaginem fiat concursus populorum, & putent populi aliquid diuinitatis in ea esse, de consilio Theologorum, & aliorum mutanda est illa imago, & alia in eo loco reponenda. *conc. Mogunt. 4. c. 42.*

Imagines Sanctorum, qui à Sede Apostolica non sunt canonizati, vel beatificati, non possunt pingi cum radijs, splendoribus, nec aliud quod cultum indicet, aut repræsentet, potest illis tribui. *Vrb.8. const.37. Sanctissimus*.

Imagines præfatas sic pingentes, ab Episcopo, & Inquisitore iudicandi, & quas pœnas incurrunt. *ibid. §.7.*

Imagines istorum hominum si ad Ecclesias deferantur, in loco secreto teneantur, donec à Sede Apostolica super illis fuerit aliquid constitutum.

Eadem confirmat *Vrbanus 8. in const.* (in appendice) 22. *Cœlestis*. Vbi iterum prohibet nè pingantur, aut teneantur in publicis, aut priuatis locis cum splendoribus, radijs, aut alijs sanctitatis signis, imagines quorumcumque etiam cum opinione Sanctitatis mortuorum, si à Sede Apostolica non sint canonizati, vel beatificati.

Imagines Christi. Beatæ Mariæ Virginis, Apostolorum, & Euangelistarum pingi non possunt cum habitu, vel forma noua, non vsitata alias in Ecclesia; neque cum habitu regularium. & sic pictæ delendæ sunt, ac reformandæ. *Vrbanus 8. in append.2. const.51. Sacrosancta*. Ordinarij, & alij possunt in hac causa iudicare, etiam regulares; & quo ad hoc reuocat priuilegia exemptorum, & iudicio aliorum eos submittit.

Imagines Sanctorum non sunt pingendæ habitu profano, vel indecentiam, aut inhonestatem præseferente. & ordinarij iudicant in hoc etiam exemptos. *Vrb.8. ibid.*

Vide, *Statuæ*.

Immunitas.

Immunitas Ecclesiarum, clericorum, & rerum eorumdem defendenda est, quia ab omnibus etiam Imperatoribus, & Regibus (qui numerantur) semper conseruata. *Gregor.1. lib.11. ex regest. epist.56. & lib.8. epist.64. Concil. constantiense post vlt. sess. in confirmatione constitutionum imperialium. Conc. Vernense c. 19. Concil. Rauenn.1. sub Honorio 4. c.9.*

Immunitas Ecclesiæ, & personarum ab Episcopis est defendenda. *de immunit. Eccles. in 6. c. Decet domum. §. Ordinarii.*

Immunitas Ecclesiæ in duobus præcipuè consistit. Primo, vt clerici, eorumque possessiones, & bona sint immunia, seù libera à tributis, vectigalibus, muneribus, & solutionibus sæculi, & laicorum. Secundo, vt confugientes ad Ecclesias, ab eis non extrahantur, nisi in quibusdam casibus. *Conc. colon.2. p.9. c.20.*

Immunitate à soluendis tributis, & pedagijs laicorum gaudent Ecclesiæ & personæ Ecclesiasticæ. *23. q.8. c. In qualibet. c. Sancitum est. & c. Secundum*. Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ*.

Immunitas Ecclesiarum, & personarum in soluendis pedagijs, &c. est de iure diuino. *de censibus in 6. c. Quamquam*. Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus est instituta. *Concil. Trid. sess.25. de refor. c.20.*

Impediens Ecclesiasticos nè immunitate gaudeant, trahendo ad forum sæcularem, vel nè vtantur literis Sedis Apostolicæ, quas pœnas incurrunt. Vide, *Impediens*.

Immunitate gaudet etiam Ecclesia non consecrata. *de immunitate Eccles. c. Ecclesiæ*.

Immunitate gaudet reus fugiens ad Ecclesiam, nec potest extrahi, aut damnari ad mortem vel ad membra (nisi in certis casibus infra) *de immun. Eccles. c. Inter alia*. Vide, *Fugiens*.

Seruus fugiens ad Ecclesiam, Domino restituendus, sed cum

impunitate promissa, *de immunit. Eccles. c. Inter*. Vide, *Fugiens*. Vide, *Ecclesia*.

Immunitatis Ecclesiasticæ violatio, Episcopo olim reseruata. *Extra, de priuilegijs. c. Inter cunctas*. Nunc autem Papæ. Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ*.

Immunitate non gaudent, qui in Ecclesijs delinquunt, vel in cemeterijs, vt occidentes, aut mutilantes in eis. *De immunit. Eccles. c. fin. conc. Colon. 2. par. 9. c. 20.*

Non gaudent immunitate hæretici, vel suspecti ad Ecclesiam fugientes. *Ioan. 22. const. 1. Ex parte*.

Immunitate Ecclesiæ non gaudent latrones publici, neque depopulatores agrorum, neque grassatores viarum. *De immunit. Eccles. c. Inter alia*.

Immunitate non gaudent hæretici, &c. *Ioannes 22. const. 1. Ex parte*. Vide, *Hæretic. pœnæ*. Vide, *Hæret. inhabilitates*.

Immunitatem violans Ecclesiarum, vel personarum laicus, siue iudex, siue alius, ipso facto est excommunicatus. *de sent. excommun. cap. Nouerit. conc. Mogunt. 4. c. 76.* Est excommunicatus in Bulla Cœnæ. Vide, *Excommun. in Bulla Cœnæ*.

Item facientes statuta contra Ecclesiasticam immunitatem, siue magistratus, siue rectores, aut consules, easdem pœnas incurrunt. *de sent. excommun. c. Nouerit*.

Contra violantes Ecclesiasticam immunitatem confirmat omnes pœnas. *conc. Later. 5. sess. 9. in Bulla de refor. curiæ c. 3.* Etiam latas per extrauagantes incognitas. & tandem *Greg. 14. const. 7. Cum alias*.

Casus seù delicta quæ facitunt, vt aliquis non gaudeat immunitate Ecclesiæ. Isti laici si confugiunt ad Ecclesiam, non gaudent immunitate. Latrones publici, viarumque grassatores, qui publicas seratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur. Depopulatores agrorum. Homicidia, vel mutilationes membrorum in Ecclesia committentes, vel in cemeterijs. Occidentes aliquem proditoriè. Assassinij, hæretici, rei læsæ maiestatis in personam ipsiusmet Principis. *Gregor. 14. const. 7. Cum alias*.

Personæ istæ laici, si ad Ecclesias, vel monasteria confugerint, si requirantur à curia sæculari, clerici, religiosi, &c. debent eos consignare, & absque periculo incurrendi irregularitatem id faciunt. *ibid.*

Sed sine expressa licentia Episcopi tantum (priuatiue quo ad alias) consignari non possunt præfati delinquentes, alias extrahi non possunt. Excepto casu quo Episcopus, & aliæ personæ Ecclesiasticę, apud quas sunt requisitę, nolint concedere, nec extractioni, aut carcerationi assistere. *ibid.*

Postquam autem extracti sunt ab Ecclesia, reponi debent in carcere Ecclesiastico, & bene custodiri etiam per custodiam sæcularis iudicis, & non possunt ex hoc inde abstrahi, nisi per Episcopum, vel alium ab eo deputatum constiterit, an præfati extracti verè commiserint crimina, quę sibi opponuntur & sunt præfati generis, quo constito tradendi sunt curiæ sæculari. *ibid.*

Hæresis verò crimen iudicandum est à iudice Ecclesiastico. *ibidem*.

Reuocantur omnia priuilegia extrahendi de Ecclesia fugientes ad eam quibuscumque concessa. *ibid.*

Pragmatica Gallicana præiudicialis immunitati Ecclesiæ abrogata est *à Concilio Later. 5. sess. 11. const. 3. Pastor æternus*. Nullus potest ea vti. *ibid.*

Immunitatis Ecclesiarum lesiones & præiudicia, etiam per conniuentiam, aut tolerantiam adhuc vigentia abrogantur, & annullantur. *Vrbanus 8. in append. 2. constit. 47. Romanus Pontifex*. Non iuuat præscriptio longissimi temporis, neque non vsus, neque contrarius vsus, neque non publicatio, neque permissio, neque permissio impressionis librorum, qui continent hæc præiudicia illata Ecclesiis per longam moram, neque conniuentia, aut tolerantia. *ibid.* Alia huiusmodi consideranda sunt ibi, quia necessaria.

Vide, *Ecclesię immunit.* Vide, *Clerici*. Vide, *Fugiens*. Vide, *Excommunic. in Bulla Cœnæ*. Vide, *Crux*. Vide, *Ecclesia circa confugientes*. Vide, *Ecclesię bona*. Vide, *Libertas*.

Impeccabilitas.

Impeccabilitas acquiri non potest ab homine in hac vita. *Clement. de hæret. c. fin.* Neque exemptus est homo à ieiunio, &c. ob quamcumque perfectionem acquisitam. *ibid. concil. Vienn. Gener.*

Impedimentum.

Impedimenta electi probari possunt per laicos, & fœminas, non per famam, & auditum. *de testibus c. Tam literis*.

Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum. *de regulis iuris in 6. reg. 52.*

Impedimenta matrimonij.

Impedimentum matrimonii ex consanguinitate non excedit quartum gradum. *De consanguin. & affinit. c. Non debet*. Vide, *Consanguinitas*. Vide, *Gradus*. Vide, *Matrimonium*.

Impedimentum matrimonii ex cognatione spirituali ex quo capitibus oritur. Vide, *Cognatio spiritualis*.

Impedimento cessante, reassumitur matrimonium. *de frigidis, & maleficiatis. c. Fraternitatis*.

Machinatio mortis coniugis, impedit matrimonium. *De diuortijs cap. 1*.

Inpedimentum insanabile dirimit matrimonium. *de consang. & affin. c. Ex literis*.

Impedimentum matrimonii probatum per dictum alicuius, non iuratum quam vim habet. *de sponsalib. c. Preterea il 2*.

Impedimentum matrimonii malitiosè opponens, quomodo puniendus. *conc. Lateran. 5. c. 51*.

Ecclesia potest instituere impedimenta dirimentia matrimonium. *conc. Trident. sess. 24. can. 4*.

Vide, *Matrimonium*. Vide, *Affinitas*. Vide, *Compater*. Vide, *Consanguinitas*. Vide, *Cognatio spiritualis*.

Impedimentum publicæ honestatis.

Impedimentum hoc oritur ex consanguineorum matrimonio. *de sponsalibus cap. Sponsam. cap. Ad audientiam*. sub eodem *tit. in 6. cap. 1*.

Item oritur ex sponsalibus consanguineorum. *ib. & in 6. c. 1*.

Oritur etiam ex sponsalibus consanguineorum esto nullis ex quocumque defectu, excepto defectu consensus. *de sponsalib. in 6. c. 1.* sed *Trid. conc. sess. 24. de matrimon. refor. c. 3.* Docet, quod, quando fuerunt nulla, non oritur impedimentum.

Oritur ex contractu facto à maiori cum minori, etiam inualidè. *de sponsalibus. c. Iuuenis*.

Non oritur ex contractu cum minore ante septennium. *De desponsatione impuberum c. Duo pueri. c. Literas c. Accessit*.

Sed oritur ex contractu cum minori post septennium. *ibid. c. Literas. c. Accessit. & c. Duo pueri*.

Impedimentum publicæ honestatis, quomodo impedit sponsalia, vel matrimonium. *conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 3. Pius 5. const. 62. Ad Romanum*. Vide, *Honestas*. Vide, *Matrim. prohib. rat. publicæ honestatis*.

Item si contrahatur ante septennium, & consentiant post, oritur ex hoc contractu impedimentum publicæ honestatis. *ibid. c. Duo pueri*.

Ex sponsalibus conditionatis non oritur. *de sponsalibus cap. 1. §. Ille*.

A quibus alijs causis oritur hoc impedimentum. Vide, *Sponsalia*. Vide, *Matrimon.*

Impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus validis, non excedit primum gradum. *conc. Trid. sess. 24. de matrim. refor. c. 3. Sponsalia* inualida hoc non inducunt. *ibid.*

Impedimentum affinitatis ex fornicatione contractæ, non excedit primum, & secundum gradum. *ibid. c. 4*.

Vide, *Matrim. prohibita ratione publicæ honestatis*. Vide, *Honestas*.

Impediens. Impedire.

Impediens Ecclesiam ordinari, est sacrilegus. 1. *q.*1. *c. Sunt quidam. & cap. Iubemus.*

Impediens Sacerdotem in ministerijs grauiter peccat, & nequit dici Sacerdos. *dist.*88. *cap. Neque.*

Impediens causas, ne ducantur ad forum Ecclesiasticum, vel ne quis vtatur literis Sedis Apostolicæ, excommunicatus est, & non absoluitur, nisi reficiat damna partis. *De immunit. Ecclesiar. in* 6. *cap. Quoniam.* Item impediens ne causa clerici fiat coram ordinario. *ibid.*

Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.* Vide, *Immunitas.* Vide, *Literæ Apostolicæ.* Vide, *Ecclesiarum immunitas.* Vide, *Ecclesiasticorum immunitas.* Vide, *Clerici.*

Impediri debet malum. Vide, *Malum.*

Impedientes executionem litterarum Apostolicarum, excommunicantur. terræ autem, & loca ad quæ tales personæ declinant, interdicto supponuntur. & priuilegia in contrarium annullantur. *Leo X. constit.*3. *In supremo.*

Impediens suos subditos, ne cum clericis faciant contractus, est excommunicatus. *De immunit. in* 6. *c. fin.* Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.*

Impedientes delegatum Papæ ne officium suum exerceat, per censuras sunt reprimendi. *Concil. Lateran.*3. *in appendic. tit. De off. Iudicum delegator. c.*2.

Impedientes Religiosos euntes ad Indias, & Regna Orientalia ad prædicandum fidem incurrunt excommunicationem latæ sententiæ. *Vrbanus* 8. *in append. constitut.*16. *Ex debito. §.*5.

Impedientes citationes, & executiones causarum (in Vrbe Roma) pendentium, siue clerici, siue laici, quomodo puniendi. *Innocentius* 8. *constit.*17. *Officij nostri.*

Impedientes, ne frumentum, & victualia Romam deferantur, excommunicationem incurrunt. *Iulius* 2. *relatus à Clemente* 7. *const.*5. *Ad sacram.* Vide, *Excommunicat. Bullæ Cœnæ. Gregor.*13. *constit.*50. *in declarat. inter, & const.* 81. Quæ est Bulla Cœnæ. §. 8.

Impedientes Episcopos, aliosve Prælatos, ne sua iurisdictione vtantur, incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ. *Gregor.*13. *const.*81. *Consueuerunt.* §.16. Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.*

Impedire debet superior malum; & si non impedit, censetur consentire. 2. *q.*7. *c. Negligere.* Vide, *Errare.* Vide, *Error.*

Impedire potens, & debens malum, si non impedit est author illius. *Conc. Later.*3. *in append. tit. de pœnit. c.*1.

Impedientes mulieres, virgines, &c. ne Religionem ingrediantur, vel ne votum emittant, sine iusta causa, incurrunt excommunicationem. *Concil. Trident. sess.*25. *de reform. Regular. cap.*18.

Impœnitens.

Impœnitentes, vt Ethnici tractentur. 26. *q.*7. *c. Ergæ eum.*

Impœnitens Presbyter, ex negligentia nolens facere pœnitentiam, detrudendus est in Monasterio. *distinct.*81. *cap. dictum est.* Vide, *Lapsi.* Vide, *Pœnitentia.*

Imperatoris electio, & qualitates eligendi.

Imperator eligendus ab Electoribus Germanis. *De elect. &c. cap. Venerabilem.*

Imperatoris eligendi qualitates per Papam examinandæ. *ibid.*

Eligi non potest tyrannus, paganus, hæreticus, fatuus, vel excommunicatus. & electus vngi non potest. *De elect. cap. Venerabilem.*

Non valet electio, si Electores sunt contempti. *ibid.*

Eligendi ius à Papa datum est Germanis. *ibid.*

Alia multa circa electionem Imperatoris, habes in dicto *cap. venerabilem.*

Imperatoris electio dependere debet, primò à voluntate Papæ, & quare. *Ioan.*8. *ep.*155. *&* 216.

Imperator eligendus debet esse fidelis, & obediens Ecclesiæ. *Gregor.*7. *lib.*9. *ep.*3.

Imperator eligi non potest puer. *Alex.*4. *constit.*7. *Firma.* Vide, *Puer.*

Imperatoris coronatio, quomodo facienda. *Clemens* 7. *constit.*28. *cum proximo.* Vide, *Coronatio.*

Imperator erga Papam.

Imperium à Papa translatum est à Græcis ad Latinos Occidentales. *de elect. & c. cap. venerabilem.*

A Papa datum est Germanis Principibus ius eligendi. *ibid.*

Fauore Papæ Imperator euehitur ad Imperium. *Ioan.*8. *ep.* 155. *&* 216.

A Papa vngitur Chrismate, benedicitur, coronatur; & ab eo accipit gladium contra infideles. *Nicolaus I. ep.*26. *Ioann.* 8. *in Concil. Ticinensi. Conc. Roman. sub Ioanne* 9. *Nicolaus* 5. *const.*4. *Imperator.* Vide, *Coronatio.*

Imperatores, & Reges Christiani Papæ subduntur. *Ioann.*2. *ep.* 2. *Gregorius* 2. *ep.*13. *Nicolaus* 1. *ep.*8. *dist.*9. *cap. Imperatores. dist.*66. *cap. Si Imperator. cap. Numquam. cap. Constantinus. c. inter nos. & dist.*96. *& Clement. de sent. & re iudic. c. Pastoralis. Extra, de maiorit. & obedient. cap. vnam sanctam.*

Imperator à Papa est coronandus. *Clem. de iure iurando c. vn. Romani.*

Imperator facere debet iuramentum fidelitatis Papæ. *ibid.* Forma iuramenti, quod Imperator facit. *ibid.* Iurat, se esse Protectorem, & defensorem Papæ, & Ecclesiæ Romanæ. *ibid.* & *Greg.*7. *lib.*8. *post epist.*3.

Imperatoris processus, nulliter facti, recognoscuntur, & visitantur à Papa. *Clement. de sent. & re iudic. c. Pastoralis.*

Imperator nullum habet ius circa electionem, vel confirmationem Papæ. *Dist.*63. *cap. Ego Ludouicus. cap. constitutio. & cap. Tibi Domino. & c. inter nos.*

Imperatores omnes, qui in Christo vixerunt, obedientes fuerunt Papæ, & maximo in honore eum habuerunt, secus hæretici Imperatores. *Gregor.* 2. *ep.*13. *Nicolaus* 1. *ep.*8.

Imperatores, & Reges omnes Christiani, sunt oues Papæ. *Ioannes* 2. *ep.*2. *Extra, de maiorit. vnam sanctam.*

Imperator à Papa potest excommunicari, & deponi. *Gregor.* 7. *lib.*8. *ep.*21. Vide infra, *Imperatoris depositio, excommunicatio, &c.*

Imperator est inferior Papa, & Episcopis. *Gregor.*7. *lib.*8. *ep.*21. *Extra, de maiorit. Vnam sanctam.*

Imperator tenetur obedire Apostolicis statutis. *Marcellinus ep.*2. *Concil. Rom.*6. *sub Symmacho.*

Vide, *Papa circa Imperatores, & Reges.*

Imperatoris munus, & obligatio.

Imperator constitutus est in præsidium Ecclesiæ Catholicæ. *Leo* 1. *ep. ad Leonem Imperatorem. Felix* 3. *ep.*2. *Simplicius ep.*8. *ad Zenonem.* 23. *q.*3. *cap. Maximianus. & cap. Ab Imperatoribus.*

Imperator est Protector, Patronus, & defensor Ecclesiæ. *Ioannes* 8. *ep.*35. *&* 47.

Imperator Papæ iussu bellum inire debet contra inimicos catholicorum. 23. *q.*8. *cap. Hortatu. cap. vt pridem, & cap. Suppliciter.*

Imperator tenetur auxilium dare Inquisitoribus contra hereticos ad carcerandum, & alia faciendum, si volunt teneri vt christiani. *Conc. Constantien. sess. vlt. in const. Martini V.*

Tenentur hæreticos expellere à suo dominio. *ibid.*

Tenetur exterminare hæreticos. *Honorius* 3. *constit.*1. *Has leges. Greg.*9. *constit.*4. *ille humani.* Vide, *Hæretici persequendi.*

Tenetur operari, vt Concilium sit tutum. *concil. Constant. sess.*14.

Imperatoris præsentia. Vide, *ciuitas.*

Tenetur præstare iuramentum fidelitatis Papæ. Vide supra, *Imperator erga Papam.*

Imperator persequens inimicos fidei, contulit maximè Imperio. *Simplicius ep.*14.

Imperator non potest vnionem facere cum Saracenis, hæreticis, schismaticis, paganis, alijsque non habentibus vnita-

tem Ecclesiæ Romanæ. *Clement. de iure iur an. cap. vn.*
Imperatores multi de Ecclesia benemeriti, quorum imaginibus indulgentias concessit *Sixtus* 5. *const.73. Laudemus.* & nominantur, qui sint. *ibid.*

Imperator circa Concilia.

Imperator non potest congregare Concilium, sed rogat Papam, vt congreget. *Nicolaus* 1. *ep.8. circa finem.*
Imperator non debet interesse Synodis, seu Concilijs. *Nicolaus* 1. *ep.8.*
Sed potest eis interesse, quando agitur de fide. *Nicolaus* 1. *in decr. tit. De Imper. c.2. dist.96. c. Vbi nam.*
Est præsens Concilijs, vt confirmet fidem, non vt ostendat potestatem super ea. *dist.96. cap. Nos ad fidem, & c. Quædam capitula.*

Imperator circa Ecclesiastica.

Imperator non potest iudicare Ecclesiasticos, nec eorum facta. *dist.96. c. Denique. c. Cum verum. c. Satis euidenter. & c. In scripturis. Stephanus 6. ep.1.*
Nullam causam Ecclesiasticam potest iudicare. *Dist.97. cap. Ecclesiæ meæ, & c. Victor.*
Imperator non potest conferre dignitates Ecclesiasticas. *Concil. Claramont. c.16.*
Imperatori non subduntur res Ecclesiæ. 23. *q.8. c. Conuenior. Nicolaus* 1. *in decr. tit. De Imper. c.1.*
Imperator non potest se ingerere in electionibus Episcoporum. *dist.63. c. Valentinianus.*
Imperatoris suasu, & placito multos Episcopos Papa eligit, & instituit. *dist.63. c. Reatina. c. Nobis. & c. Lectis.*
Imperator nullam habet potestatem circa dogmata Ecclesiæ. *Gregor.2. ep.12. ad Leonem Isaurum.*
Imperator ditando Ecclesiam non fuit seductus à diabolo. *Conc. Constantien. contra a.39. Vvicleff.*

Imperatoris potestas, & iura.

Imperator quo ad ciuilia, & sæcularia gerit in terris similitudinem Christi, non verò quo ad spiritualia. *Stephanus 6. epistol. 1.*
Imperator est inferior Papa, & Episcopis. *Gregor.7. l.8. ep. 21. Extra, de maiorit. & obed. c. Vnam sanctam.*
Imperatori ab omnibus est obediendum (id est sæcularibus) & in aliquibus etiam ab Episcopis. *Conc. Turon.3. c.1.*
Imperatori insidiantes, si sunt Episcopi, vel clerici, priuandi sunt gradu; si laici, anathematizandi. *Concil. Aquisgr.3. part.2. c.12.*
Pro Imperatore, & eius domo, orandum est ab Ecclesijs. *Conc. Rhemense c.40.*
Imperatori subuenit Ecclesia cum subsidijs. 11. *q.1. cap. Magnum, & c. Si tributum.*
Imperatoris leges obseruandæ sunt ab omnibus. *Dist.9. cap. Imperatores.* Quando pro Deo feruntur. *ibid. dist. 10. c. De Capitulis.*
Imperator nihil potest presumere contra Dei legem. *dist.10. c. Non licet.*
Imperator operari, aut præsumere, nihil potest contra Apostolica statuta. *Marcellinus epist.2. Concil. Roman.6. sub Symmacho.*
Imperator non potest citare aliquem extra suum territorium. *Clem. de sent. & re iudic. c. Pastoralis.*

Imperatoris depositio, vel excommunicatio.

Imperator potest à Papa deponi. *De sent. & re iud.in 6. c. ad Apostolicæ.* Quibus ex causis deponi possit. *ibid. Gregor. 7. lib.8. ep.21.*
Imperator suspectus de hæresi, vel contumax Ecclesiæ, excommunicatur, & deponitur ab Imperio. & subditi absoluuntur à iuramento fidelitatis, ne obediant. & alius eligitur. *Conc. Lugdun. Gener.1.*
Imperator, & Imperatrix ob persecutionem factam S. Ioanni Chrysostomo, excommunicantur *ab Innocent.1. epistol.30.*
Imperatorem se gerens Andronicus Palæologus, ob schisma *Clem V.* excommunicatur. *Extra de sent. excom. c. Ad certitudinem.* sic præstantes auxilium, &c. *ibid.*
Imperator *Henricus* 3. excommunicatur *à Gregor.7.* sed postea pœnitet, & restituit omnia Ecclesiæ iura sub *Calisto* 3. *const.vn. Omnipotenti. c. In nomine.*
Imperator Fridericus excommunicatus reconciliatur, & humiliat se Papæ. *Alex.3. const.8. Exigunt.*
Fridericus 2. deponitur *ab Innoc.4. const.3. Ad Apostolicæ, anno* 1243.
Vide, *Papa circa Imperatores, & reges.*

Imperio vacante.

Imperiali Sede vacante, nullus potest assumere titulum Vicarij imperij, sub pœna excommunicationis. *Extrau. Ioann. 22. Ne sede vacante. c. Si fratrum.* Eamdem incurrunt, dantes auxilium, fauorem, &c. *ibid.*
Imperiali Sede vacante, iurisdictio deuoluitur ad Papam. *ibid.* & *Clem. de sent. & re iudic. c. Pastoralis, in fine.*

Impetratio. Impetrare.

Impetratio beneficij non valet, si tacetur dignitas impetrantis in supplicatione. *De rescriptis c. Ad aures. c. Cum ad te, & c. Postulasti. Conc. Later.3. in append. tit. De interpr. verb. cap.8.*
Impetrans beneficium, si sit perpetuus Vicarius, & hoc tacet, caret effectu. *De rescript. c. Postulasti.*
Impetrans rescriptum in leui negotio, non est audiendus in graui. *De rescript. c. Sedes Apostolica.*
Impetrans rescriptum, de litigando cum aliquo, si tentat cum alio, caret impetratis. *ibid.*
Impetrans plura rescripta à pluribus iudicibus super vna re, caret impetratis. *ibid. c. Ex tenore.*
Impetratio pro Ecclesia numerata, non valet, si de numero non fit mentio, & alteratur numerus. *de rescriptis c. constitutus.*
Impetrans, si tacuit verum, & expressit falsum, caret impetratis. *ibid. c. Super literis.* Videndum tamen, an talis expressio, vel silentium sit tanti momenti, vt ijs cognitis, non fieret concessio. *ibid.*
Impetrans restitutionem beneficij, tacendo suam excommunicationem, & causam priuationis, caret effectu. *De rescript. c. Dilectus filius.*
Impetrante aliquo à Papa, confirmationem rei litigiosæ, quando potest iudex prosequi causam. Vide, *Iudex.*
Impetrans electionem iudicis, nequit eligere vltra duas dietas, à Diœcesi. *De rescrip. c. Nonnulli.*
Impetrante aliquo primam dignitatem in Ecclesia vacaturam, si secundus impetrat certam dignitatem cum vacauerit, si vacat datur primo. *De off. iud. deleg. c. Ex parte N.*
Impetrans beneficium à Papa contra pronunciationem Papæ, hac tacita, nulliter impetrat. *De sent. & re iud. cap. Cum olim.*
Impetratio secundæ præbendæ non expressa prima, quando valet. *De conces. præb. c. Literas.*
Impetrans beneficium vacaturum per mortem, non intelligitur impetrare per renunciationem. *de rescript. in 6. cap. Susceptum.*
Impetrans beneficium, si eo tempore, ipso nesciente, aliud sibi datur, valide impetrat; & si sint incompossibilia, alterum eligat. *ibid. c. Gratia.*
Impetrantibus duobus, primus præfertur. Si simul obtinent, præfertur qui primò præsentauit. Si simul præsentant, remittitur ad receptores, si plures concurrunt ad vnum, quam ad alium. *de rescript. in 6. c. Duobus.*
Impetrari potest beneficium, quod confert ecclesia ex donatione laici, etiam si non fiat mentio de illa circumstantia. *De præbend. c. Dilectus filius G.*
Impetrari non possunt literæ Apostolicę, in causis sine mandato Domini. *de rescript. c. Nonnulli. §. Sunt, & alij.*
Impetrans gratiam concernentem interesse Camerę Apostolicæ, in-

ce, intrà tres menſes tenetur eam præſentare, vt regiſtretur, alias nulla ſit. *Pius 4. conſt. 98. Ingens.*

Vide, *Beneſic. impetratio*, & alia ſub illis titulis.

Impetrans cum mendacio, nulliter impetrat. *Honorius 3. ex Cirone, de clericis coniug. c. 1.*

Impetrans literas Apoſtolicas, ſine mandato Domini. Vide, *Litera.*

Impoſitio manuum.

Imponenda eſt manus, baptizatis ab hæreticis. *conc. Arelat. 1. c. 8.* (id eſt datur abſolutio.)

Impoſitio manuum multiplex. Vide, *Manus impoſitio.*

Impotentia. Impotens.

Impotentia conſtante ad coeundum, matrimonium quando dirimitur. *de frigidis, & maleficiatis. c. Laudabilem.*

Impotens ad copulam, non poteſt contrahere matrimonium. *ibid. de frigidis, & maleficiatis. c. Quod ſedem.* Vide, *Matrimonia prohibita.*

Impoſſibile.

Impoſſibilium non datur obligatio. *de regulis iuris in 6. reg. 6.*

Imprimere. Impreſſor.

Impreſſio librorum, & aliorum, quomodo, & cum qua licentia facienda. Vide, *Libri.*

Sine licentia Ordinarij, nec liber, nec carta aliqua, poteſt imprimi. *conc. Colon. 2. par. 12. c. 9.*

Impreſſores librorum prohibitorum, quas pœnas incurrunt. *Pius 4. conſt. 76. cum pro munere.*

Romæ imprimi non poſſunt libri ſine licentia Cardinalis Vicarij, & Magiſtri Sacri Palatij. *Leo X. conſt. 12. Inter ſollicitudines.*

Alibi imprimi non poſſunt ſine licentia Epiſcopi, & Inquiſitoris hæreticæ prauitatis. *ibid.*

Librarij imprimentes ſine his licentijs, perdunt libros, & centum ducatos applicandos fabricæ S. Petri. *ibid.*

Imprimentes libros de rebus ſacris, vel imprimere facientes ſine nomine authoris, niſi prius ab Ordinario fuerint approbati, pœnam anathematis incurrunt. *conc. Trid. ſeſſ. 4. in decr. de editione, & vſu ſacrorum librorum.*

Imprimi non poſſunt miracula, gratiæ, beneficia, reuelationes, & alia huiuſmodi, tamquam accepta per interceſſionem alicuius, adhuc non canonizati, aut beatificati à Sede Apoſtolica, ſine huius licentia. *Vrbanus 8. conſt. 37. Sanctiſſimus. §. 2.*

Imprimentes, quas pœnas incurrunt. *ibid. §. 7.* Vide, *Libri.*

Impuber.

Impuber clericatum ingrediens, ſi per annum non reuocatur à patre, non poteſt amplius reuocari. *de Regularibus cap. Si quis ante.*

Impuber profitens religionem, non tenetur ad eam, niſi ratificet factus maior. *de Regularibus c. Significatum.*

Impuber factus religioſus ex patris complacentia, factus maior, ſi vult reſilire, poteſt. *ibid. c. cum ſimus.*

Impuberes poſſunt per patrem contrahere matrimonium; & ſi pater contrahit, illud eſt implendum. *De deſponſat. impuberum cap. 1.*

Impuberum matrimonia, quando pro bono pacis tolerantur. *ibid. cap. Vbi non eſt.*

Impuberes non contrahunt matrimonia, ſed ſponſalia. *De deſponſat. impuberum c. fin.*

Impuber percutiens clericum, poteſt ab Epiſcopo abſolui. *de ſent. excom. cap. 1.*

Poteſt abſolui, ſiue hoc petat ante pubertatem, ſiue poſt. *ib. cap. fin.*

Impuber canonicus non vocatus ad electionem, non poteſt opponere de contemptu. *de elect. in 6. c. Ex eo.*

Impuber occidens aliquem, non fit irregularis. *Ioann. 8. ep. 146.* Vide, *Infans.* Vide, *Puer.*

Impugnare.

Impugnans aliquid, non poteſt ex eo fructum accipere. *De regulis iuris in 6. reg. 38.*

Imputare.

Imputare non debet alicui, ſi per ipſum non ſtat, quin fiat, quod faciendum eſt. *de regulis iuris in 6. reg. 42.*

Incantatio. Incantator.

Incantationibus vacantes, eijciantur ab Eccleſia. *Conc. Laodic. c. 36. Conc. Carthag. 4. c. 89.* Ipſo facto ſunt excommunicati. *conc. Sabin. c. 25.*

Incantationes, auguria, auſpitia, &c. fugienda. *Lib. 2. conſtit. Apoſt. c. 61.*

Incantationes cum verbis ſacris, ſymboli, &c. illicitæ ſunt, & indignæ Chriſtiano homine. *conc. Lucenſe 2. c. 74.*

Incantationes facientes ſuper infirmos, ſi laicus excommunicetur; ſi clericus degradetur. *26. q. 7. Admoneant.*

Incantatores, ſeu ligatores, ſi clerici ab Eccleſia eijciendi. *conc. Lucen. 2. c. 59.*

Incantatores exterminandi. *Gregor. 1. lib. 9. ex regeſt. ep. 47.*

Incantatores conſulens, ipſo facto eſt excommunicatus. *concil. Sabinenſe c. 25. concil. Roman. 1. ſub Gregorio 2. c. 12. Zacharias ep. 1.*

Incantatores ſunt, qui certis verbis artem exercent ad effectus, quoſdam faciendos. *26. q. 3. c. 1.*

Incantationibus vacantes, ſiue clerici, ſiue laici, grauiter puniendi, & quomodo. *Leo X. conſt. 7. Supernæ.*

Vide, *Sortilegi.* Vide, *Magi.* Vide, *Dæmon.*

Incarnatio.

Incarnatio à tota Sanctiſſima Trinitate facta eſt, licet ſolum Verbum fuerit incarnatum. *de fide, & ſumma Trinit. c. 1.*

Incarnatio Filij Dei, facta eſt ad vnitatem perſonæ. *Clement. de fide, & ſumma Trinit. c. 1.*

Incarnationis myſterium, fide magis honorandum, quam curioſè ſcrutandum. *in Concil. Epheſino ep. Cyrilli ad Neſtorium.*

Vide, *Chriſtus.* Vide, *Diuinæ perſonæ.* Vide, *Verbum.* Vide, *Trinitas.*

Incautus.

Incautè loquens, percutit puſillos, & infirmos. *Diſt. 45. c. Sane percuſſor.*

Incendiarius.

Incendiarij ſunt excommunicati. *23. q. 8. cap. Si quis. cap. Peſſimam. poſt ep. 2. Eutychiani.*

Incendiarij priuantur Eccleſiaſtica ſepultura. *23. q. 8. cap. Peſſimam.*

Incendiarij pœnitentia eſt, vt in Ieruſalem, vel ad S. Iacobum in Hiſpania per annum ſeruiat. *ibid.*

Incendiarij pœnam relaxans Epiſcopus, damnum reſarciat, & per annum à Pontificalibus abſtineat. *23. quæſt. 8. cap. Peſſimam.*

Incendiarij poſſunt à Principibus puniri, ſed conſultis Epiſcopis. *ibidem.*

Incendiarius, ſiue à conſilio, ſiue à caſu, tenetur ad reſarcienda damna. *de iniurijs, & damno dato. c. Si egreſſus, & cap. Si quis domum.*

Incendiarius à conſilio, præter reſtitutionem, per tres annos pœniteat. *ibid. c. Si quis domum.*

Incendiarij caſus ſolet Epiſcopo reſeruari. *Extra, de priuileg. c. Inter cunctas.*

Incendiarij declarati per ſententiam Eccleſiæ à ſolo Papa, poſſunt abſolui. *de ſentent. excom. c. Tuanos.*

Incendiarij Eccleſiarum, ſi in morte pœnitent habent Eccleſiaſticam ſepulturam; ſecus ſi non pœnitent. *de raptorib. cap. In literis.*

Hæres

Hæres incendiarij Ecclesiæ, tenetur ad restitutionem. *de raptoribus c. In literis.* Vide, *Ecclesiarum incendiarij.*

Incerta.

Incerta non possunt iudicari. *Innoc. 1. ep. 2. c. 19. 2. q. 1. cap. Nomen.* 30. *q. 5. c. iudicantem.* Vide, *Dubia.* Vide, *iudicare.* Vide, *iudicium.*

Incestus. incestuosus.

Incestuosus est, qui copulatur carnaliter cum vxore relicta fratris, cum germana, nouerca, sobrina, cum filia auunculi, vel relicta ab eo, cum filia patrui, cum priuigna, vel cum alia, quam habuit aliquis ex sua consanguinitate. 35. *q. 2. c. De incestis. concil. Aurelian. 3. c. 10. conc. Epaun. c. 30. conc. Aurel. 4. c. 27. conc. Turon. 1. c. 22. concil. Agathen. cap. 61.*

Incestuosus dicitur, quicumque copulatur carnaliter cum aliqua consanguinea. *ibid.*

Incestuosi sunt infames, non possunt accusare, nec testificari. *Calistus 1. ep. 2.* Vide, *Accusare qui non possunt.*

Incestuosi excommunicandi sunt. *Gregor. 1. l. 12. ep. 32. 35. q. 2. c. De his. c. de incestis q. 8. c. incestuosi.*

Incestuosi per Episcopum expellendi ab Ecclesia, donec pœniteant. *conc. Mogunt. c. 53. & concil. Mogunt. sub Leone 4. cap. 28.*

Incestuosi si non corriguntur per sacerdotes, corrigantur per sæculares. *conc. Turon. 3. c. 41. conc. Vormat. 1. c. 79. Colon. 1. cap. 5.*

Incestuosi, in pœnitentiam, ad missam Cathecumenorum tantum admittendi sunt; & cum eis nullus communicare debet. *conc. illerdense c. 5. conc. colon. 1. c. 5.*

Incestuosa matrimonia, sunt prohibita. *conc. Agathen. c. 61. conc. Aurel. 3. c. 10. Aurel. 4. c. 27. Matiscon. 1. c. 18. Epaun. c. 30. 35. q. 2. c. De incestis.*

Incestuosa matrimonia sunt separanda, quia non sunt vera. *conc. Tolet. 17. c. 14.* Et sic nubentes non possunt cum alijs, post separationem nubere. *ibid.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione consanguinitatis.*

Incestuosos non potest aliam coniugem accipere. 35. *q. 6. c. Ab isto die.*

Incestuosum matrimonium, quando tenet, & quomodo adesse potest obligatio reddendi debitum, absque eo, quod possit peti; quando scilicet vnus coniux est conscius incestus, alius verò non. & conscius non potest vlterius nubere. *de eo, qui cognouit c. Transmissæ.*

Incestus causæ per Ecclesiæ iudicium terminandæ sunt. *conc. Vormatiense 1. c. 79. Conc. colon. 1. c. 5. Concil. Triburien. 1. cap. 42.*

Incorrigibilis.

Incorrigibilis quandiù ita manet in peccato, absolui non potest. 24. *q. 2. c. Damnationis.*

Incorrigibiles à peccatis, excommunicandi sunt. 24. *q. 3. cap. Tam sacerdotes, & c. Ecce autem.*

Incorrigibiles inter rugulares. Vide, *Regulares.* Vide, *Electi.*

Indicium.

Sine indicijs fieri non potest iudicium. 2. *q. 1. c. Nomen.* 30. *q. 5. c. iudicantem. Conc. Nican. 1. ex Iulio c. 17. De regulis iuris c. Cum in contemplatione.*

Indicia delicti debent esse indubitata, vt conuincant. 2. *q. 8. c. Sciant. 11. q. 3. cap. Quamuis. Conc. Nican. 1. ex Iulio 1. cap. 17.*

Indicia manifesta sunt, quæ iudiciario ordine comprobantur. *Iulius 1. ep. 2. c. 19.*

Sine indicijs certis dari non possunt tormenta reo. *Sixtus 2. ep. 2. Zephyrinus ep. 1. Victor. 1. ep. 1. De regulis iuris cap. cum in contemplatione.*

Vide, *Iudex. Iudicare. Iudicium.* Vide, *Incerta.* Vide, *Dubia.*

Indicis Congregatio. Index librorum.

Indicis Congregatio erecta per *Sixtum* 5. pro reuisione librorum prohibitorum, confirmatur *à Clem. 8. const. 36. Sacrosanctum.* Vide, *congregatio.*

Index librorum prohibitorum approbatur *à Pio 4. constit. 77. Dominici.*

Indicis regulæ obseruandæ pro libris prohibitis. *ibid.*

Indifferentia.

Indifferentia dicuntur, quæ non sunt contra fidem, neque contra bonos mores. *Dist. 12. c. Illa autem.*

Indignus.

Indignos ordinans, priuatur potestate ordinandi. *dist. 81. c. Tantis.*

Indignum electum confirmans, priuatur potestate confirmandi, & perceptione fructuum beneficij. *De elect. & c. cap. Nihil est.* Vide, *eligendus.* Vide, *Confirmare.*

Indignis non prosunt, sed nocent Sacramenta. 1. *qu. 1. cap. Per Isaiam.*

Inducia.

Inducia concedendæ sunt Episcopo accusato pro defensione. longæ debent esse; nec breuiores, quam sex mensium. *Felix 2. ep. 1. c. 21. Damasus ep. 4. 3. q. 2. c. Quanto tempore. q. 3. c. de inducijs. & c. inducia accusatis.*

Inducia non sunt negandæ restitutis. 3. *q. 2. c. Electis. c. Primo. c. Tamdiu, & q. 3. c. Cum accusatus.*

Inducia deliberatoria non dantur reo, si per literas citatorias potuit edoceri. *de dilat. c. Præterea.*

Inducia quando dandæ, & quando non. *de dilat. c. Literę tuæ.*

Indulgentia.

Indulgentiæ à Papa moderatè concedendæ. *concil. Latera. 4. cap. 62.*

Episcopus non potest concedere indulgentias superfluas, sed has tantum. In die dedicationis Ecclesiæ, indulgentias vnius anni. Pro anniuersario dedicationis Ecclesiæ, dies quadraginta. *Conc. Later. 4. c. 62. conc. Rauennaten. 4. sub Ioann. 22. c. 20.*

Non possunt Episcopi concedere maiorem indulgentiam, quam dierum 40. *de pœnit. & remiss. c. Cum ex eo. & sub eodem tit. in 6. c. 1. concil. Later. 4. c. 62. conc. Constant. in const. Martini 5.*

Archiepiscopi in Prouincia possunt concedere dies 40. indulgentiæ, iuxta canones. id est, dierum 40. *de pœnit. & remiss. c. Nostro.*

Indulgentias concedere non possunt Abbates, vel alij. *de excessibus Prælat. c. Accedentibus.*

Indulgentiæ à Prælatis conceduntur subditis tantum. *de pœnit. & remiss. c. Quod autem. conc. Later. 3. in append. tit. de pœnit. c. 4. Conc. constantiense in const. Martini 5.*

Indulgentiæ non sunt fraudes, sed legitimæ remissiones. *Leo 10. const. 40. Exurge.*

Indulgentiæ concessæ à Papa, prosunt etiam defunctis. *Ioannes 8. ep. 144.*

Indulgentiæ habent veram efficaciam, dum à Papa, vel Episcopis conceduntur. *Concil. constantien. contra art. 42. Vvicleff.*

Indulgentia plenaria concedi solet ijs, qui vadunt in Terram Sanctam contra Turcas; & eis, qui ipsos iuuant eleemosynis, si confessi, & contriti sunt. *conc. Later. 4. in decreto expeditionis pro Terra Sancta.*

Indulgentiæ anni Sancti à pœnitentibus confessis acquiruntur. *Extra, de pœnit. & c. c. Vnigenitus.*

Indulgentias anni Sancti, melius lucratur qui magis deuotè visitat Ecclesias. *Extra, de pœnit. & c. c. Antiquorum.*

Vide, *Annus Sanctus.*

Indulgentias lucrari non potest, qui habet casus Papæ reseruatos in Bulla Cœnæ. *Extra, de pœnit. & c. c. Etsi Dominici.*

Indul-

Indulgentiæ concessæ Populis à Papa, publicandæ sunt ab aliquo prouido viro cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij. *Concil. Turon. 4. c. vlt.*

Indulgentiæ sumuntur de thesauro Ecclesiæ, qui constat ex meritis Christi, & Sanctorum. *Leo X. const. 40. Exurge.*

Indulgentiæ non solum sunt licitè, sed salutares, vtiles, & expedientes. *ibid.*

Indulgentiæ valent ad remissionem pœnæ debitæ pro peccatis actualibus. *ibid.*

Indulgentiæ non dantur pro solis peccatis publicis, sed etiam pro alijs. *ibid.*

Indulgentiæ prosunt omnibus dignè accipientibus. *ibid.*

Indulgentiæ, quæ prius per Quæstores publicabantur, possunt, & debent per duos de Capitulo iussu Episcopi publicari. *Concil. Trident. sess. 21. de reform. c. vlt.*

Indulgentias publicantes, accipere possunt eleemosynas oblatas, nulla accepta mercede pro se. *Conc. Trid. ibid. c. vlt.*

Indulgentias concedendi potestas concessa est à Christo Ecclesiæ: contrarium dicens, est anathema. *Conc. Trident. sess. 25. in decr. de Indulgentijs.*

Indulgentiæ moderatè ab Episcopis concedendæ. *ibid.*

Indulgentiarum abusus ab Episcopis ad Papam referendus. *Conc. Trid. ibid.*

Indulgentiæ prosunt omnibus Christianis contritis, & confessis, quando eas concedit Papa, ex pia causa, peregrinatione, &c. *Concil. Constantiense sess. vlt. in constit. Martini V. circa medium.*

Indulgentia Plenaria solita concedi à Papa, semel in vita, & in articulo mortis, præuijs quibusdam pijs operibus, valida, & efficax est. *Concil. constantiense sess. vlt. in dissolutione concilij.*

Indulgentiæ, quas poterant quædam loca pia olim concedere, omnes reuocantur. *Pius IV. const. 62. de commisso.*

Indulgentiæ concessæ pro Quæstuationibus, ijs, qui porrigunt manus adiutrices pro quocumque hospitali, loco pio, fabrica, &c. omnes sunt reuocatæ. *Pius V. constit. 30. Etsi Dominici.*

Indulgentiæ datæ pro Quæstuationibus, vel confessionibus reseruatorum, omnes sunt annullatæ. *Pius V. constit. 99. Quam plenum.*

Indulgentiæ quibuscumque concessæ, tempore anni Sancti, sunt suspensæ. *Clem. 8. const. 58. in addit. seu declarat. sequenti. Vrbanus 8. constit. 16. Omnes, in declarat. seq.*

Indulgentiæ omnes, olim concessæ Regularibus, præter eas quas confirmat, & exprimit *Paulus V.* annullatæ sunt. *Paulus V. const. 21. Romanus. per §§. 19.*

Quænam sunt istæ indulgentiæ, quæ nunc sunt in vigore pro Regularibus. *ibid.* Sed Vide, *Regulares.*

Indulgentiæ à nullo Capitulo, vel Monasterio possunt communicari, nisi seruata forma *constit. Clemens 8. 15. Quacumque*, quæ comprehendit etiam Capitulum Lateranensis Ecclesiæ. *Paulus V. constit. 68. Quæ salubriter.*

Indulgentia plenaria solet à Papa concedi ijs, qui pro necessitatibus Ecclesiæ orationes, & determinata opera pia faciunt. *Vrbanus 8. constit. 82. Quod ab initio. in declarat. sequenti.*

Indulgentia Plenaria concedi solet à Papa iis, qui gratias agunt Deo pro præseruatione Vrbis à peste. *Vrban. 8. constit. 109. Pater misericordiarum.*

In literis indulgentiarum, quas Papa concedit, apponenda est illa clausula, quod si illi Ecclesiæ, vel Cappella alia indulgentia, de qua non fit mentio, per ipsum sit concessa, nulla est concessio. *Vrbanus 8. constit. 16. Omnes gentes, in declarat. seqq. c. 53.* Vide, *Iubilæum.*

Induratio hominis.

Induratio malorum, vnde prouenit. *23. q. 4. cap. Nabuchodonosor, & cap. Vasis iræ.*

Infamia. Infamis. Infamans.

Infamia ex his causis oritur, & istæ sunt species infamium. Fidem negantes, seu hæretici, statuta Ecclesiæ spernentes, fures, sacrilegi: omnes delinquentes criminaliter; patres persequentes, sepulchra Sanctorum violantes, incestuosi, homicidæ, periuri, raptores, malefici, venefici, adulteri, loca sibi non conuenientia tenentes: à bello fugientes, Ecclesiarum bona rapientes, calumniatores, accusantes, & non probantes, prouocantes Principum animos contra innocentes, anathematizati, pulsi ab Ecclesia ob sua scelera, & omnes alii, quos leges mundi declarant infames. *Stephanus I. in epist. decret. 6. q. 1. c. infames. & c. Omnes.*

Omnes quos sæculum iudicat infames, in lege Canonica sunt tales. *6. q. 1. c. Omnes. Adrianus I. in decr. c. 21.*

Infamis est, qui cum consanguinea contrahit matrimonium. *35. q. 2. cap. coniunctiones.*

Qui peccata quædam grauia publicè committunt, sunt infames. *6. q. 1. cap. Illi.*

Infamis fit clericus, accusans suum Episcopum. Vide, *Accusare.*

Infamis est periurus scienter. *6. q. 1. c. Quicumque.*

Infamis est fur publicus. *De furtis cap. fin.*

Infamia incurritur per actionem iniuriarum, iudicatam à iudice. *De sent. & re iudic. cap. cum te.*

Infamia non oritur ex dictis paucorum. *De accusat. &c. c. Inquisitionis. §. Quæsiuisti.*

Infamis non potest esse sacerdos, nec vllum gradum Ecclesiasticum obtinere. *Stephanus I. in epist. decr. 6. q. 1. cap. infames. Adrianus I. in decr. cap. 21. De regulis iuris in 6. reg. 87.* Imò, nec etiam infamatus tantum.

Vide, *Infamatus.*

Infamatus non potest esse iudex, aut Procurator. *Felix II. epist. 2. Adrianus I. in decr. c. 5. 3. q. 7. cap. infamis, & c. infames.*

Infamis non potest accusare alios bonæ famæ. *3. q. 4. c. Alieni, & cap. Nulli.*

Infamans aliquem malitiosè, excommunicetur. *conc. Oxon. 1. cap. 1.*

Infamis nullum actum legitimum contractus, accusationis, obligationis, &c. potest facere. *concil. Later. 4. c. 52. De testibus cap. Licet ex quadam.*

Infamis non potest accusare, nisi in causa propria. *concil. carthag. 7. c. 2.*

Infamis fit testis, qui propter vacillationem carceratur. *De pœnis cap. Super his.*

Infamibus non pateant portæ ad dignitates. *De regulis iuris in 6. reg. 87.*

Infamia actionis iniuriarum à Papa potest tolli. *De sent. & re iud. c. cum te.*

Infamia, quæ adducit purgationem, procedere debet ex coniecturis probabilibus, non ab æmulis. *De purgat. canonica. cap. cum in iuuentute.*

Infamiæ inquisitione relicta, si non reclamatur, valet processus. *De accus. &c. in 6. cap. fin.*

Infamia saltem constare debet, vt procedatur in aliquo crimine. *De accus. &c. c. cum oporteat. & cap. Inquisitionis. §. Tertiæ.*

Infamans aliquem. Vide, *Crimen.* Vide, *Calumnia.* Vide, *Detractio.*

Infamatus.

Infamatus de aliquo crimine, quando, & quomodo debet se purgare. *De purgat. canonica c. 1.*

Infamatus, tertio monitus, si non se purgat, suspenditur ab officio. *ibid. c. Si quis Presbyter.*

Infamatus de crimine, si non conuincitur, debet se purgare. & si deficit in purgatione, habetur vt reus. *concil. Later. 3. in append. tit. de simonia c. 13. & tit. de appellat. &c. c. 27. p. 50. c. 50. & 65.* Quomodo per alios compurgatores debet se purgare. *ibid.* Si se purgat, absoluitur à nota infamiæ. *ibid. & conc. Londin. 1. c. 12.*

Infamatus deficiens in purgatione, habetur vt conuictus. *De purgat. can. c. inter sollicitudines.*

Infamatus Prælatus, si crimen probari non potest, purget se iuramento *in veritate*; deinde alii pro eo iurent, se credere quod verum dicit. *De purgat. can. cap. Quotiens, & c. de testibus.* Vide, *Purgatio.*

Infama-

Infamatus de crimine graui, ſuſpenditur ab officio, & beneficio. *ibid. c. Inter ſollicitudines*. Donec ſe purget. *ibid.*

Infamato abſque probabili coniectura, non indicitur purgatio. *de purgat. can. c. Cum in iuuentute*.

Infamatus ſuper defectum natalium, non poteſt ordinari. *de purgat. can. c. Accedens*.

Infamato de aliquo crimine, ſi accuſatores non comparent, indicitur purgatio. *ibid. cap. Accedens*. A ſuo Prælato indicitur. *c. Nos inter*.

Infamatus de ſimonia, ſi non ſe purgat, habetur pro conuicto. *de ſimonia c. de hoc autem*.

Infamatus ſe purgans, ſi deficit priuatur officio, & beneficio. *De purgat. canonica c. Cum P. Manconella*.

Infamatus de vſura, licet non adſit accuſator, ſi conſtet per alia argumenta, habendus eſt pro reo, & puniendus. *De vſuris c. Cum in Diœceſi*.

Infamato ſe purgante, contradictores condemnantur in expenſis. *de accuſat. &c. c. Accedens*.

Infamatus de aliquo crimine, ſi eſt fide dignus, iurat ſe non feciſſe, & alij duodecim iurant, pro eo quod credant verum dicere. *Si vero in periurio, falſo teſtimonio, &c.* fuerit conuictus, non admittitur ad iurandum. *de purgat. canonica c. 1.* Vide, *Purgatio canonica*.

Infans.

Infantes, qui à parentibus clericatui adſcribebantur olim; & cum ad ætatem 18. annorum perueniebant explorandi erant, an vellent permanere. *Conc. Tolet. 2. c. 1. diſt. 28. c. De iis quos*. Vide, *Filij*. Vide, *Paruuli*.

Infantes educati in clericatu alicuius Eccleſiæ, non poſſunt tranſire ad aliam. *conc. Tolet. 2. c. 2.*

Infans occidens aliquem non fit irregularis. *Clement. de homicidio c. un.* Vide, *Impuber*.

Infantes contrahunt peccatum originale. *concil. Dioſpolit. c. 4. Mileuit. c. 2. Afric. c. 77. Concil. Trid. ſeſſ. 5. de peccato originali*. Vide, *Paruuli*.

Infantes nati non ſunt in ſtatu innocentiæ, ſicut Adam. *concil. Dioſpolit. c. 3.*

Infantes non baptizati, non habent vitam æternam. *Concil. Dioſpol. c. 5. Afric. c. 77.*

Inferior.

Inferior non poteſt iudicare ſuperiorem. *Iulius 1. ep. 1. Nicolaus 1. ep. 8. 9. & 10.* Neque poteſt eum ligare, aut ſoluere. *ibid.* Idem *in decretis tit. de iudicijs c. 1. 3. 4. & 5. Diſt. 21. c. Inferior. c. Nunc autem. c. Submittitur, & c. In tantum.*

Inferior non benedicit ſuperiori. *diſt. 21. c. Denique*.

Inferior non poteſt abrogare legem factam à ſuperiore. *Clement. de elect. c. Ne Romani*.

Inferior nequit cognoſcere de re confirmata à Papa, niſi ſit ſubreptitia. *de confirmat. vtili, &c. cap. 1. & cap. de confirmationibus*.

Inferiorum facta à maioribus cognoſcuntur, & iudicantur. *Diſt. 21. c. Inferior, & c. Nolite*.

Inferior in clero dicens iniuriam ſuperiori, quomodo puniendus. *conc. Narbonen. c. 5.* Vide, *Minor*.

Infernus.

Inferni metus, per quem à peccando abſtinemus, non eſt peccatum, nec facit homines peiores. *conc. Trident. ſeſſ. 6. can. 8.* Vide, *Damnatus*.

Infidelis.

Infideles non ſunt tradendi ad fidem cum violentia, ſed cum ſuauitate hortandi. *Nicolaus 1. ad conſulta Bulgar. c. 41. & c. 102.* Vide, *Baptiſmus*. Vide, *Iudæi*.

Infideles, & Iudæi in ſequentibus caſibus poſſunt ab Inquiſitore, & Epiſcopo puniri. *Ex Gregor. 13. conſt. 70. Antiqua.* Primò, negantes Deum Vnum Omnipotentem, &c. quæ nobis, & illis ſunt communia. Secundò, inuocantes Dæmones, vel alios id docentes. Tertiò, ſi ſacrificia, vel ſimilia dæmoni offerunt, vt reſponſa, &c. ab eis accipiant. Quartò, dicentes Chriſtum fuiſſe purum hominem, vel peccatorem, vel B. Mariam non fuiſſe Virginem, vel alias blaſphemias hæreticales. Quintò, ſi Chriſtianos ad ſuos ritus trahunt. Sextò, ſi retrahunt aliquem venientem ad fidem. Septimò, ſi receptant Apoſtatas, hæreticos, &c. Octauò, ſi libros prohibitos, vel hæreticos, tenent, legunt, vel transferunt. Nonò, ſi deridentes Chriſtum, vel Chriſtianos, vel in die Paraſceues aliquod animal crucifigunt. Decimò, ſi habentes nutrices Chriſtianas poſt Euchariſtiæ ſumptionem, lac in latrinas cogunt effundere.

Vide, *Iudæi*.

Cum infidelibus non eſt communicandum, neque manducandum. *Higinius epiſt. 2. Nicolaus I. ad conſulta Bulgaror. cap. 41. & cap. 102.*

Aliquando eorum colloquia, & conuiuia non ſunt vitanda. *23. q. 4. cap. Infideles*.

Infideles baptizati, etiam per vim cogendi ſunt ad obſeruandum legem Chriſtianam. *Conc. Tolet. 4. c. 59.*

Infidelium venientium ad fidem priuilegia. Vide, *Iudæi venientes ad fidem*.

Infidelium ritus fugiendi. *Higinius epiſt. 2. lib. 2. conſt. Apoſt. c. 61.* Eorum templa adire non licet, nec facta, aut ſolemnitates, aliaſve eorum ceremonias facere. *ibid. & c. 62.* Neque ſpectacula illorum videre. *ibid.* Vide, *Gentiles*. Vide, *Iudæi*.

Eorum ritus obſeruans, eſt anathema. *26. q. 7. c. Non licet. cap. Non obſeruetis, & cap. quis*.

Infideles non poſſunt accuſare Chriſtianos. *Caius ep. decr. 2. q. 7. cap. Pagani*.

Infideles non poſſunt occidi, niſi pacem oblatam reſpuant. *Conc. Vormat. 1. c. 27.*

Infideles non poſſunt eſſe teſtes. *Caliſtus I. ep. 2. 2. q. 7. cap. Quærendum. De hæret. c. 1.*

Non poſſunt præfici officijs publicis. *De Iudæis, &c. cap. cum ſit*. Vide, *Iudæi*.

Infideles poſſunt eſſe præſentes miſſæ Catechumenorum (id eſt vſque ad canonem.) *De conſecr. diſt. 1. cap. Epiſcopus nullum. Concil. Sabinenſe c. 22.* & ſtatim expellantur in Præfatione. *ibid.*

Infidelis coniugatus veniens ad fidem poteſt retinere, vel dimittere vxorem infidelem poſt baptiſmum. *28. q. 1. c. Simili modo. q. 2. c. fin. De diuortijs, cap. Gaudemus*.

Etiam ſi in gradu prohibito ſint, non ſeparantur. *De conſanguinit. & affinit. cap. de infidelibus*.

Infidelium filij. Vide, *Filij infidelium*.

Infidelis, qui ante baptiſmum dimiſerat vxorem, ſi poſt baptiſmum velit eam reaſſumere, poteſt facere. *28. q. 1. cap. Si quis Gentilis*. Vide, *Vxor*. Vide, *Matrim. de diuortijs cap. Gaudemus*.

Infidelis, qui plures habet vxores, poſt baptiſmum vnam tantum habere poteſt, & qualem. *De diuortijs c. Gaudemus*.

Cum infidelibus bellandum. Vide, *Bellum*.

Infidelium ritus. Vide, *Ritus*.

Infideles conuerſi, ſi ſacrificant poſtea, neque in fine accipiantur in communionem. *Concil. Elibert. c. 2.* Qui verò munus tantum dederunt pro ſacrificiis, quomodo recipiendi. *ibid.*

Infideles omnes Iudæi, Gentiles, & Hæretici poſſunt audire conciones in Eccleſia. *Concil. Carthag. 4. c. 84.*

Infideles habere non poſſunt officia publica inter Chriſtianos. *Conc. Lateran. 4. can. 69.*

Infideles Medici ad curam fidelium non vocandi. Vide, *Medici*.

Infideles infirmi venientes ad fidem, recipiendi ſunt. *Concil. Arelat. 1. c. 6.*

Vide, *Filii infidelium*. Vide, *Iudæi*. Vide, *Pagani*. Vide, *Hæretici*.

Infirmitas. Infirmus.

Infirmitas antiqua hominis per baptiſmum minuitur, ſed non tollitur totaliter. *De conſecr. diſt. 4. cap. Non ex eo.*

Infirmi, tam regionis, quam peregrini, per Episcopos in necessitatibus subleuandi sunt. *Concil. Aurelian. 5. c. 21.*

Infirmis *non est* negandum Sacramentum pœnitentiæ. *conc. Tolet. 11. c. 12.*

Parua pœnitentia eis imponenda est. si tamen conualescunt, faciant proportionatam. *Concil. Mogunt. sub Leone IV. c. 26. 26. q. 7. cap. Ab infirmis.* vel nullæ imponantur, sed manifestentur. *ibid. Concil. Nannetens. 1. cap. 15. Concil. Eboracen. 1.*

Infirmis venientibus ad fidem, imponenda est manus, id est, danda absolutio. *Concil. Arelaten. 1. cap. 6.*

Vide, *Manus impositio.*

Infirmi pauperes Romæ, sic tractandi. *Ex const. Alexandri 7.* quæ incipit. *Vt in hac alma, data 16. Nouembris 1657.* Habentes curam hospitalium, in quolibet hospitali Vrbis, in loco separato teneant certum lectorum numerum, in quibus recipiantur, qui scabie laborant. Parochi habeant lectum gestatorium factum ex Cameræ eleemosynis, vt in eo deferri curent pauperes infirmos, repertos in vijs, & stabulis ad hospitale nationis infirmorum, si adest; alias ad hospitale commune, in quo curari solet morbus. ægroti. Merces gestatorum ab Eleemosynario Papæ soluetur. Qui ægrotos in vijs, vel alibi viderit, ad Parochum referat. Non dimittantur ab hospitali ægroti, nisi prius bene sanati sint, & sine periculo recidiuæ. *ibid.*

Quomodo recipiendi, & in quo hospitali. Vide, *Hospitalia multa in Vrbe.*

Infirmis danda est Extrema Vnctio in salutem animæ, & corporis. *Concil. Cabilon. c. 48.* Vide, *Extrema Vnctio.*

Infirmo obmutescenti, si prius petijt Sacramentum Baptismi, vel Pœnitentiæ, ei dandum est. *Concil. Arausic. 1. c. 12.* Vide, *Ægrotus.*

Infirmis dandum est Viaticum, etiam si erant communicati, dummodo pœniteant. *Concil. Nicæn. 1. can. 12. Concil. Carthagin. 4. c. 77.* Vide, *Eucharistia.*

Infirmis non sunt faciendæ incantationes. *26. q. 7. cap. Admoneant.*

Infirmus clericus recipit fructus beneficij integrè. *De clerico ægrotante c. 1.*

Infirmi per Presbyteros visitandi, & disponendi ad confessionem. *Conc. Nannet. 1. c. 14.* Vide, *Medicus.*

Infirmus prius aduocet ad se medicum animæ, quam corporis. *Conc. Colon. 2. p. 11. c. 2.* Vide, *Medicus.*

Infirmorum Ministri.

Congregatio Clericorum Ministrantium infirmis erigitur, & approbatur. *Sixtus V. const. 25. Ex omnibus.* & *Cum nos.* Habitus, & forma viuendi, ac institutum præscribitur. *ibid.* Confirmatur *à Gregor. XIV. const. 17. illius.* Vbi eorum statuta, distinctè afferuntur, & approbantur per §§. 46.

Eorum reformatio, & aliarum Constitutionum assignatio. *Clemens 8. const. 75. Superna. per §§. 68.* Eadem confirmat.

Non possunt transire ad aliam Religionem, nec etiam Carthusianorum. *Paulus V. const. 20. Romanum.*

Isti Patres, donec ordinentur possunt degere, & viuere in domibus nouitiatuum in loco separato, ex redditibus illarum domorum. *Vrban. 8. const. 10. Sacrosanctæ.*

Generales, alijque superiores horum Patrum, quomodo eligendi. *Vrban. 8. const. 85. Romanus.*

Ingenuitas.

Ingenuitas, seu libertas, probari debet, non solum per testes, sed per iuramenta. *4. q. 2. cap. Si testes.*

Vide, *Libertas.* Vide, *Liberi.*

Inimicus. Inimicitia.

Inimici per Episcopum sunt conciliandi. *Concil. Carthag. 4. cap. 26.* & si nolunt conciliari, excommunicentur. *Concil. Agathense cap. 31. concil. Toletan. 11. cap. 4. conc. Vormatiense 1. cap. 41.*

Inimicorum oblationes non recipiendæ. *concil. carthagin. 4. cap. 93.*

Inimicus obstinatus per pœnam inediæ maceretur. *Post ep. 3. Fabiani.*

Inimici in causis omnibus, excipi possunt. *De accusat. &c. cap. Meminimus.*

Inimici non possunt esse iudices. *3. q. 5. c. Quod suspecti.*

Inimicis veritatis communicandum non est. *Concil. Vasense 2. cap. 6.*

Inimici, vel prodeuntes de illorum domo, non possunt esse accusatores inimicorum. *Ioannes I. ep. 1. dist. 90. c. Si quis. De accusatoribus. cap. cum P. Manconella, c. cum oporteat. & cap. Meminimus.*

Inimicis Papæ, omnes sint inimici. *11. q. 3. c. Si inimicus.*

Inimici in veteri lege, permittebantur odio haberi. *23. q. 4. cum in lege.* sed non in noua, imò diligendi.

Iniuriæ.

Iniuriarum actione per iudicem iudicata, infamia incurritur. *De sent. & re iudic. c. cum te.*

Iniuria non fit scienti, & consentienti. *De regulis iuris in 6. regul. 27.*

Iniuria non debet retrahere hominem à bono. *Dist. 47. cap. quod ad nos.*

Iniuria semel remissa, non potest reuocari. *23. q. 4. cap. Si illic.*

Iniuriam proximi non repellens, est socius facientis. *23. q. 3. cap. Non in inferenda, & cap. vlt.*

Iniustum.

Iniustè ligans, & soluens, priuat se illa potestate. *11. q. 3. c. Ipse ligandi. & c. Iudicare.*

Iniusta vincula, Deus disrumpit. *11. q. 3. cap. cœpisti.*

Innocens.

Innocens nulli nocet, & malos punit. *23. q. 5. cap. Non est innocentia.*

Innouatio.

Innouatio priuilegii, non concedit nouum ius. *De confirmatione vtili, &c. cap. cum dilecta.*

Inquieti.

Inquieti per Episcopos corripiendi. *Eleutherius in ep. decretali.*

Inquilinus.

Inquilinus potest ante tempus locationis à domo expelli, si adsit necessitas eam reficiendi, vel inhabitandi, vel inquilinus malè in ea conuersetur; vel canonem per biennium non soluat. Sed in his casibus remittendum est ei pretium pro rata. *De locato, & conducto cap. Propter. §. verum.*

Inquisitores hæreticæ prauitatis.

Inquisitores generales, sine acceptione personarum procedant. *De accusat. &c. cap. Qualiter.* Via regia procedant, se corrigant si errent. *ibid.*

Inquisitorum qualitates, ætas, officium, & potestas.

Inquisitorum ætas sit 40. annorum. *Clement. de hæret. c. Nolentes.* Sed *Paulus 3. const. 34. cap. Licet.* §. 8. statuit vt saltem sit 30. annorum.

Inquisitores, & Episcopi, vt delegati à Papa iudicant causas hæresis. *Clement. de hæret. c. 1.*

De aliis causis iudicare non possunt, nisi de iis, quæ sunt contra fidem. *ibid.*

Inquisitorum officium per mortem concedentis non expirat. *De hæret. in 6. cap. Ne aliqui.*

Inqui-

Inquisitor potest peritos sibi assumere, congregare clerum, vel populum Ciuitatis, quinternos, & libros ab eis expetere, in quibus continentur processus contra hæreticos, vel suspectos, &c. *de hæret. in 6. c. Vt commissi. Vrbanus 4. const. 2. Licet §. 2.*

Inquisitor potest priuare officio, beneficio, dignitate, &c. & priuatos declarare, cum consilio, & consensu Diœcesanorum, vel Vicariorum. Excepto si Episcopus, scienter contulit beneficium hæretico, quia tunc non est vocandus. *de hæret. in 6. c. Vt commissi. Innoc. 4. const. 15. cum negotium.*

Inquisitores sine acceptione personarum possunt procedere via regia. *de accusat. & c. c. Qualiter.*

Inquisitores possunt procedere in causis fidei contra quascumque personas, cuiuscuis gradus, conditionis, vel dignitatis; contra Magistratus, communitates, &c. Etiam si habeant priuilegium Sedis Apostolicæ, vt contra eos non procedatur. *de hæret. in 6. c. Vt officium. §. Compescendi. Vrban. 4. const. 2. Licet §. 16.*

Possunt contra omnes, etiam exemptos, procedere. *Alexander 4. const. 22. Ne commissæ. Clemens 7. const. 27. Cum sicut. Paulus 3. const. 30. in Apostolici.*

Petentes à quacumque persona, vel Prælato saluum conductum, statim eis est dandum, vt possint tutò in causis contra fidem procedere. *Alexander 4. const. 19. & 20. Ad extirpandam.*

Possunt constringere Magistratus omnes etiam seculares, vt obseruare faciant statuta contra hæreticos facta; siue contra fautores, ac receptatores. & cogere possunt eos ad iurandum de tali obseruantia. Quod si nolint iurare, fiunt infames, ac suspecti in Fide, & officio priuandi sunt. *de hæret. in 6. c. Vt officium. §. compescendi.*

Omnes Principes debent eis assistere, vt possint exequi. *Alexander 4. const. 15. Exortis.*

Possunt cogere omnes Magistratus, & iudices ad exequendum suas sententias. *Alexander 4. const. 17. ad audientiam.* & isti debent sub pœna excommunicationis obedire. *ibid.* & *Innoc. 8. const. 10. Dilectus.*

Inquisitoribus in causa fidei, tenentur obedire omnes Domini temporales; & si aliquem illi carcerari faciunt, isti tenentur fideliter custodire: & si illi sententiant, isti tenentur indilatè obedire, non obstante appellatione rei. *De hæret. in 6. c. Vt inquisitionis.*

Possunt omnes magistratus compellere, & alios, ad dandum eis scripturas pertinentes ad sanctum Officium. *Alexander 4. const. 18. Cupientes.*

Inquisitores in causis hæresis vti possunt brachio seculari. *de hæret. in 6. c. Vt officium §. Compescendi.*

Possunt cogere hæredes reorum mortuorum cum pœnitentia, ad complendam pœnitentiam consistentem in pœna pecuniaria. *Alexander 4. const. 12. Quod super §. 5. & 7.* Secus est si hæredes non succedunt, eò quod bona sunt confiscata. *ibid. & de hæreticis in 6. c. Accusatus §. Si verò.*

Possunt procedere irrequisitis diœcesanis. *Alexander 4. constit. 10. implacida.*

Possunt procedere contra delinquentes in Prouincia, etiam si aliò se transtulerint. *Alexander 4. const. 18. Cupientes.*

Possunt procedere in causis hæresis, quas etiam Episcopi cœperunt cognoscere. *Vrbanus 4. constitut. 2. Licet ex omnibus §. 3.*

Possunt absoluere iudicialiter hæreticos, qui pœnitent, & abiurant: sed caueant, nè hæretici dolosè hoc faciant. *de hæretic. in 6. c. Vt officium. Alexander 4. const. 18. Cupientes.*

Possunt assumere in notarios clericos, etiam in sacris. *Vrbanus 4. const. 2. Licet. §. 2.* Et quos vis, siue seculares, siue clericos, siue regulares. *Pius 4. constit. 26. Pastoralis. de hæret. in 6. c. Vt officium §. Verum.*

In ferendis sententijs quoslibet peritos possunt assumere. *Vrban. 4. const. 2. Licet. §. 10. De hæret. in 6. c. Vt commissi.* Et hi tenentur obedire. *ibid.*

Inquisitores debent discretè, & prudenter procedere, nè alicui imponant aliquid, idem tenentur cauere eorum substituti. *Clem. de hæret. c. 1. §. Verum.* Sub pœna excommunicationis reseruatę Papę, & suspensionis ab officio per triennium. *ibid.* Vide, *Decreta inquisitionis.*

Inquisitores in quibus causis possunt procedere.

Inquisitores procedere possunt in omnibus causis contra fidem, vt circa hæreticos, fautores, receptatores & suspectos de fide. *Clem. de hæret. c. 1.*

Possunt procedere contra impedientes suum officium, & contra non iuuantes, si requiruntur. *Vrbanus 4. const. 2. Licet §. 15. de hæret. in 6. c. Statutum.* Etiam si sit communitas, Princeps, magistratus, &c. *ibid.*

Item contra quæstuarios prædicantes, absque facultate appellandi. *Vrban. 4. const. 2. Licet. §. 14. de hæret. in 6. c. Vt officium §. Compescendi.*

Procedunt contra Saracenos, vel alios, qui facti Christiani, redeunt ad sectam. *Gregor. 11. const. 2. Admodum.*

Item contra Saracenos, qui Christianos ad sectam suam trahunt. *Gregor. 11. ibid.* Vide, infra.

Contra non ordinatos dicentes missas, vel Pœnitentiæ Sacramentum ministrantes. *Gregorius 13. constitut. 21. Officii nostri.*

Possunt contra omnes maleficos, & sortilegos, qui malum aliquod procurant. *Innocentius 8. const. 1. summi.*

Contra prædicantes doctrinam scandalosam, vel fidei contrariam, etiam regulares. *Paulus 3. constit. 30. In Apostolici.* Vide, *Doctrina, in fine.*

Contra eos, qui damnant vt hæreticam alterutram opinionem de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, vel dicunt mortaliter peccare. *Paulus 5. constit. 97. Regis pacifici.* Vide, *Conceptio.*

Contra impedientes neofitos, ne fidem complectantur. *Paulus 3. const. 32. Cupientes §. 8.*

Contra eos, qui vtuntur litanijs nouis non approbatis ab Ecclesia, vel S. Congregatione Rituum. *Clem. 8. const. 22. Sanctissimus.*

Contra astrologos, iudiciarios, & alios magos, sortilegos, diuinatores, & huiusmodi. *Sixtus 5. const. 17. Cœli & Terræ. Adrianus 6. const. 2. Dudum & reformatio cleri Germaniæ.* Vide, *Astrologia.* Vide, *Diuinatio.* Vide, *Sortilegia.*

Inquisitores possunt procedere contra sacerdotes sollicitantes mulieres ad turpia in actu sacramentalis confessionis. *Pius 4. const. 31. cum sicut nuper. Sed Gregor. 15. const. 34. Vniuersi*, hoc extendit ad sacerdotes sollicitantes quascumque personas ad inhonesta, siue inter se, siue cum alijs perpetranda, quomodolibet in actu confessionis sacramentalis, vel antea vel post immediatè, seù occasione, vel prætextu confessionis, etiam confessione non secuta, siue extra occasionem confessionis, in confessionario, aut in loco quocumque, vbi confessiones sacramentales audiuntur, seù ad confessionem electo. Item ad sollicitantes, prouocantes, tentantes, aut inhonestos, & illicitos sermones cum eis habentes, siuè tractatus.

Tales pro grauitate delicti priuantur officijs, etiamsi religiosi sint, inhabilitantur, carcere, exilio, triremibus, etiam tradendi curiæ sæculari præuia degradatione. *ibid.*

Item contra confessarios negligentes monere pœnitentes vt denuncient sollicitantes, aut docent eos non teneri. *ibid. §. 7.* Vide, *Sollicitans.*

Contra eos, qui dicunt vsuram non esse peccatum. *Clem. de vsuris.*

Contra Iudæos legentes, vel tenentes libros Talmud, vel alios damnatos continentes blasphemias in Deum, Beatam Virginem, vel Sanctos. *Clemens 8. const. 20. Cum Hebræorum.*

Inquisitores possunt contra Iudæos, & alios infideles Paganos in sequentibus casibus procedere. *Ex constitut. 70. Gregorij 13. Antiqua Iudæorum*, & eos punire. 1. Si Deum vnum, omnipotentem negant, &c. de Deo quæ nobis & illis sunt communia. 2. Si Dæmones inuocant vel alios id docent. 3. Si sacrificia vel alia Diabolo offerunt, vt responsa, &c. accipiant. 4. Si dicunt Christum purum hominem, vel peccatorem fuisse, vel Beatam Mariam Virginem non esse matrem Dei, aliasue blasphemias hæreticales in Christianorum ignominiam. 5. Si Christianos ad suos ritus, vel aliorum infidelium trahunt. 6. Si retrahunt aliquem ex suis vel alijs volentibus venire ad fidem. 7. Si hæreticos, vel Apostatas recipiunt, adiuuant, eis fauent, &c. 8. Si libros Talmu-

Talmudicos, vel alios prohibitos hæreticos tenent, legunt, vel transferunt. Si deridentes Christianos vel Christum, vel in die Parasceues ouem, aut aliud animal crucifigunt. 10. Si habentes nutrices Christianas, post sumptionem Eucharistiæ vno vel pluribus diebus lac in latrinas effundere cogunt. & priuilegia in contrarium abrogantur. Vide, *Iudæi.*

Inquisitor cum Episcopo, & sine eo.

Inquisitor, & Episcopus possunt coniunctim, & diuisim procedere in causis hæresis, sed communiter sententiant, & si non conueniunt referunt ad Papam. *de hæret. in 6. c. Per hoc.*

Debent communicare processus, quando diuisim procedunt. *De hæret. c. Extrau. &c.*

Cum Episcopi, vel Vicarij consensu, potest priuare officio, & beneficio, & priuatum declarare, excepto si Episcopus contulit beneficium hæretico, scienter, quia sunt sine eo sententiat. *De hæret. in 6. c. Vt commissi.*

Inquisitor cum Episcopo habeant carcerem communem, duos custodes, vnum assignatum ab Episcopo, alium ab Inquisitore: & dicti custodes habere possunt sub se alium fidum ministrum. duæ claues diuersæ sint in carcere, & quilibet custos habeat vnam ex illis, possuntq; illi custodes suas vices ministris suis committere. *Clem. de hæret. cap. 1. §. Sanè.*

Inquisitor cum Episcopo, & sine eo, & è contra, potest citare in causis hæresis. *Clem. de hæret. c. 1.*

Inquisitor sine Episcopo non potest carcerare duro vel arcto carcere, qui datur ad pœnam. *Clem. de hæret. c. 1.*

Inquisitor sine Episcopo, vel vicario, non potest dare tormenta, nec sententiare. Si verò intra octo dies, non possit inquisitor habere copiam Episcopi, vel Vicarij eius & è contra, potest alterutrer se solo id facere postquam se requisierint. *Clem. de hæret. c. 1. §. Propter quod. Vrbanus 4. constit. 2. Licet. §. 5.*

Potest tamen Episcopus, aut Vicarius, Inquisitori, & hic illis committere suas vices in dictis casibus, si nolint adesse, alias irritum est quod fit. *ibid. Clement.*

Vacante verò Sede Episcopali, loco Episcopi requirendus est officialis Capituli, seù Vicarius capitularis, eodem modo quo supra: alias nulla est sententia. *ibid. Clem.* Vide, *Capitulum.*

Inquisitores possunt procedere irrequisitis diœcesanis. *Alex. 4. const. 9. Ad capiendum.*

Non tenentur Inquisitores reddere rationem Episcopis de expensis factis in causis hæresis. *Extra, de hæret. c. Ex eo.*

Inquisitores non possunt procedere contra Episcopos. *De hæret. in 6. c. Inquisitores.* Nec è contra: sed Papæ, si accidit casus, significetur. *ibi. & Extra de hæret. Cum Matthæus.*

Inquisitores non possunt excommunicare Episcopos, nec è contra. *de hæret. in 6. c. fin.*

Vide, *Episcopus, circa inquisitores.* Vide, *Capitulum, circa medium.*

Inquisitores à quibus debent abstinere.

Inquisitores non se intromittant in alijs causis quam in delictis contra fidem. *Clem. de hæret. c. 1.*

Inquisitores ac eorum Vicarij, & substituti, nulli imponant crimina, sub pœna excommunic. Papæ reseruatæ, & obligationis ad satisfaciendum. *Clem. de hæret. c. 1. §. Verum.*

Inquisitores ratione officij non possunt sine causa vexari. *Clement. de hæret. c. 1. §. Verum.* sub pœna excommunic. Papę reseruatæ & satisfactionis. *ibid.*

Inquisitores non abutantur portatione armorum, nec multos habeant officiales, qui ijs vtantur, nisi qui sufficiant ad exequendum officium cum inquisitore. *Clem. de hæreticis c. Nolentes.* Possunt tamen concedere familiaribus suis, & quot sibi sunt necessarij in itinere, &c. licentiam ferendi arma. *Ioannes 22. const. 9. Exigit.*

Non possunt extorquere à reis pecuniam modo illicito, sub pœna excommunicationis Papalis ipso facto, à qua non possint absolui, donec satisfaciant. *Clement. de hæret. cap. Nolentes.*

Inquisitores non possunt clericorum bona confiscare, nec Ecclesiæ alicui applicare, sub pœna excommunicationis ipso facto reseruatæ Papæ, à qua non possint absolui, donec satisfecerint. *Clem. de hæreticis c. Nolentes.*

Inquisitores non poterant, olim se intromittere in causis sortilegiorum, & diuinationum, quæ non continent hæresim manifestam. *De hæret. in 6. c. Accusatus. §. Sanè. Alex. 4. const. 12. Quod super.*

Sed per *const. 17. Sixti 5. Cœli, & terræ*, possunt omnia diuinationum, & sortilegiorum genera iudicare.

Non possunt de causis vsurarum iudicare. *de hæret. in 6. cap. Accusatus. §. De quæstionibus. Alex. 4. const. 12. Quod super. §. 6.* Sed possunt procedere contra eos, qui dicunt vsuram non esse peccatum. *Clem. de vsuris.*

Non possunt, nec torquere, nec sententiare, nec duro carceri coarctare in pœnam aliquem reum sine Episcopi, vel Vicarij Generalis, aut Capitularis consensu. Vide, *inquisitor cum Episcopo.*

Non possunt procedere contra Episcopos, nisi habeant in commissis à Papa specialiter. Sed occurrente casu suspicionis, vel accusationis, aut denunciationis contra Episcopos, Papæ significare debent. *de hæret. in 6. cap. Inquisitores. Extra, de hæret. c. cum Matthæus.*

Neque possunt excommunicare Episcopos. *de hæret. in 6. c. fin. Statuta.* Nec è contra. *ibid.*

Non possunt procedere contra Legatos, vel Nuncios Papæ, sed occurrente casu, aut suspicione hæresis contra eos, Papæ debent significare. *Extra, de hæret. cap. Cum Matthæus.*

Non possunt excommunicare officiales Papæ, vel contra eos procedere. *ibid.*

Non possunt in iudicijs admittere laicos iudices ad iudicandum, sub pena (etiam Inquisitoribus) excommunicationis Papalis ipso facto. *Iulius 3. const. 11. Licet à diuersis.*

Inquisitores pro actis Sancti Officij, & processibus, nihil faciant soluere, nec sibi, nec aliis officialibus, sed omnia gratis faciant expediri. *Clemens 8. const. 76. Sanctissimus.*

Inquisitorum Officiales.

Inquisitorum Officiales, omnes etiam carcerum custodes, &c. iuramentum emittunt coram illo, de fidelitate seruanda. *Clem. de hæret. cap. 1. §. Porro. Innocent. 4. const. 10. Ad extirpandam.*

Officiales Inquisitorum, si sciunt Inquisitores extorquere pecunias à reis, modo illicito, si possunt probare, tenentur eos denunciare superioribus; qui probato delicto, priuant eos officio. Si vero superiores Inquisitoris in hoc sunt negligentes, significetur Ordinarijs, qui referant ad Papam. *Clement. de hæret. c. 1. §. Verum.*

Officiales, si damnum patiuntur in bonis, vel personis, à communitate restaurandi sunt. *Innocent. 4. const. 10. Ad extirpanda, leg. 10. §. 11.*

Officiales Inquisitorum pro ijs, quæ faciunt ratione officij, conueniri non possunt, nisi ita videatur Diœcesano, vel Inquisitori. *ibid. §. 12.*

Officialibus, & Ministris Cruce signatis, quas gratias, & indulgentias concedere potest Inquisitor. Vide, *Inquisitorum priuilegia.*

Pius 5. confirmat omnia priuilegia, indulta, & alias gratias concessas à Prædecessoribus, Ministris Sancti Officij, & Cruce signatis. *Const. 110. Sacrosanctæ.*

Officiales Inquisitorum de eorum licentia, possunt arma deferre, & quomodo. Vide, *Inquisitores à quibus debent abstinere.*

Inquisitorum obligationes.

Inquisitores, & Episcopi tenentur procedere in omnibus causis contra fidem. Omittentes id facere incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam. *Clement. de hæret. cap. 1. §. Verum.*

Tenentur dare iuramentum secreti Aduocato, & Procuratori reorum, & alijs quibuscumque manifestant dicta testium,

stium, & delicta, vt possit in causis procedi. *de hæret. in 6. cap. Statuta.*

Tenentur exigere iuramentum ab omnibus Officialibus sui tribunalis, de secreto, & fidelitate seruandis. *Clem. de hæret. cap. 1. §. Porrò. Innocent. 4. constitut. 10. Ad extirpanda.*

Curent, & præcipiant, vt Communitates describant in suis libris, leges, & statuta facta contra hæreticos. *Clem. 4. constit. 8. Ad extirpanda.*

Tenentur prohibere, nè sæculares in causis fidei se ingerant, & per censuras deterrere. *Leo 10. const. 43. Honestis.*

Tenentur procedere sine acceptione personarum. *de accusat. cap. Qualiter.*

Tenentur incedere via regia in processibus, & si errant se emendare, & corrigere. *ibid.*

Sixtus 4. constitut. 19. Sacri, statuit, vt inquisitores Ordinis Minorum, & Prædicatorum à suis Generalibus possint corripi, processari, puniri, & priuari. Sed modo non est in praxi.

Inquisitorum priuilegia, & facultates.

Inquisitores possunt interpretari statuta Ecclesiæ contra hæreticos facta. *Innoc. 4. const 15. cum negotium.*

Innocentius 4. const. 17. Vt nihil, concedit Inquisitoribus, vt possint absoluere Crucesignatos ab omnibus censuris, & dispensare super irregularitate, & commutare omnia eorum vota, excepto voto Terræ Sanctæ; & tempore interdicti permittere, vt diuinis intersint. idem confirmat in *const. 19. Malitia.*

Innocentius idem 4. concedit inquisitoribus, vt dum prædicant diuinum Verbum, concedere possint aliquas indulgentias. *const. 19. Malitia.*

Omnia statuta, & leges impedientia executionem officij Inquisitorum, abrogantur. *Alexander 4. const. 10. implacida.*

Idem *Alexander IV.* pro certis temporibus concedit Indulgentiam plenariam Inquisitoribus, & eorum Officialibus, ac Ministris alijs dicti Tribunalis. *const. 16. Firmissimè.*

Possunt absoluere iudicialiter omnes hæreticos, qui pœnitent, & ad fidem veniunt. *Alexander 4. const. 18. cupientes. de hæret. in 6. c. Vt officium.*

Item, & alios fautores, receptatores, credentes, infamatos, &c. *ibid.* & *Vrbanus 4. const. 2. Licet.*

Possunt procedere summariè, ac de plano sine strepitu, ac figura iudicij. *Alex. 4. const. 18. cupientes. Vrban. 4. const. 2. Licet. §. 11.*

Possunt creare Notarios, quos volunt, siue sæculares, siue clericos etiam in sacris, siue regulares (si tamen habere possint eos, qui in sæculo fuerunt Notarij, illos assumant.) *Vrbanus 4. const. 2. Licet. §. 8. de hæret. in 6. c. Vt officium. §. Verum. Pius 4. const. 26. Pastoralis.*

Possunt procedere etiam in causis hæresis, quas Episcopi cœperunt. *Vrbanus 4. const. 2. Licet. §. 2.*

Inquisitores possunt absoluere iudicialiter, etiam infamatos, seu suspectos de hæresi. *Vrbanus 4. const. 2. Licet. §. 4.*

Inquisitores Ordinum Prædicatorum, & Minorum non tenentur obedire suis Prælatis in causis officij inquisitionis. *Alexand. 4. const. 23. Catholicæ.*

Possunt non publicare (nec debent) nomina testium examinatorum in causa hæresis. *Vrb. 4. const. 2. Licet. §. 9. Pius 4. const. 26. Pastoralis.*

Possunt tamen illa publicare viris illis, de quorum consilio, sententia danda est, & hoc sub secreto. *ibid.* Idem de dictis testium statuit. *Pius 4. vbi supra.*

Possunt committere citationes, & examinationes testium. *Vrbanus 4. const. 2. Licet. §. 10.*

Possunt concedere indulgentias, ijs, qui suæ conuocationi intersunt pro exequendo officio. *Vrban. 4. ibid. §. 12. 40. dies tantum indulgentiæ concedere possunt. ibid.*

Idem Papa concedit Inquisitoribus indulgentiam Terræ Sanctæ. Socijs verò multos annos. *Vrban. 4. constitut. 2. Licet. §. 13.*

Inquisitores, & eorum officiales non possunt conueniri, excommunicari, suspendi, &c. neque ab Ordinarijs, neque à Legatis Papæ, sine licentia Papæ. *Vrbanus 4. const. 4. Ne Inquisitionis. Extra, de hæret. c. Cum Matthæus.*

Possunt concedere licentias portandi arma tot ministris, quot per viam sibi sunt necessarij, dum procedere debent in causa aliqua. *Ioannes 22. const. 9. Exigit. Clem. de hæret. c. Nolentes.* Sed caueant ne abutantur hac facultate. *Clem. ibidem.*

Inquisitores possunt procedere contra omnes personas, cuiuscumque gradus, & præeminentiæ in Prouincia (exceptis Ordinarijs, & Legatis, ac Nuncijs Papæ.) *De hæret. in 6. cap. Vt officium. §. Compescendi. Vrbanus 4. constitut. 2. Licet.*

Item possunt procedere contra omnes exemptos. *Alexander 4. const. 22. Ne commissa. Clem. 7. constit. 27. Cum sicut. Paulus 3. const. 30. In Apostolici. Pius 4. const. 51. Pastoris.* Olim statuit, vt si Superiores Regularium non præuenissent, Inquisitores procederent; secùs si præuenissent. Sed hæc præuentionis facultas reuocata est *à Paulo 5. constit. 26. Romanus Pontifex.* Vide, *Regul. Superiores.*

Sixtus 4. const. 19. Sacri, statuit, vt Inquisitores Ordinis Minorum non procederent contra fratres Ordinis Prædicatorum, & è contra, sed non est in praxi.

Inquisitoribus in omni loco, si eis placet, possunt prædicare (in sua prouincia.) *Innoc. 8. const. 1. Summi. §. 3.*

Inquisitoribus non aufertur iurisdictio, quando eis datur coniudex. *Leo 10. const. 43. Honestis.*

Inquisitoribus auxilium præstantes, lucrantur indulgentias. *Alexander 6. const. 2. Dudum.*

Inquisitores possunt procedere, *appellatione remota. Clem. 7. const. 22. Placuit.*

Inquisitorum amplissima facultas ad procedendum in causis hæreticorum, fautorum, suspectorum. *ibid.*

Inquisitores in causis fidei possunt delegare, & reuocare delegationes. *Clem. 7. const. 22. Placuit.*

Inquisitores non possunt in causis sui officij impediri à Gubernatoribus, aut alijs quibuscumque, sub pœnis excommunicationis, &c. *Paulus 3. const. 30. In Apostolici.* ipso facto excommunic. *Iulius 3. const. 11. Licèt à diuersis.*

Inquisitores non possunt sindicari ab alio, quam à Papa, vel Sacra Congregatione Romana, de processu male facto, & alijs. *Pius 4. const. 48. Dudum.*

Inquisitores Hispaniarum.

Inquisitores Hispaniarum in S. Officio sine Papæ licentia, nullam innouationem pati possunt. *Sixtus 5. const. 74. Immensa. §. 5.*

Inquisitores supremi in S. Congregatione Vrbis.

Inquisitores supremi in tota Ecclesia Catholica delegati à Papa, sunt Cardinales Congregationis S. Officij Romæ. Hæc Congregatio, & delegatio omnium primo fit *à Paulo 3. const. 34. Licet.* Forma procedendi in causis ibi præscribitur. Facultas huius Tribunalis est supra omnes alias Ciuitates Christianitatis, etiam vltra montes. *ibi. §. 2.* Habent omnem, & plenissimam facultatem, quam ex decretis, & Constitutionibus Pontificijs habent Inquisitores circa modum procedendi. *§. 3.* Possunt Officiales creare, vt Fiscalem, & Notarios publicos, alioque Officiales necessarios, etiam clericos, & Religiosos cuiuscumque Ordinis. *§. 4.* Si opus fuerit præcipere possunt degradationem reorum clericorum, qui damnandi sunt. *§. 5.* Vti possunt brachio sæculari. *§. 6.* Possunt priuare beneficijs, &c. impedientes eorum officium; & alijs inhabilitatibus afficere. *§. 6.*

Possunt Inquisitores nouos creare in terris, & locis, in quibus sibi videbitur esse necessarium, dummodo sint Doctores in Theologia, vel in altero Iurium, vel Licentiati, aut Baccalaurei, aut graduati in aliqua Vniuersitate Studij Generalis: sed debent esse Ecclesiastici, & annorum saltem 30. Possunt alios substituere, reuocare, &c. alioque qualificatos deputare. *§. 8.* In alijs quam hæresim sapientibus delictis se nequeunt ingerere. *ibidem. §. 8.* Ab alijs Inquisito-

quisitoribus per eos deputatis dantur ad ipsos appellationes; & de eis, ac de emergentibus, & annexis possunt iudicare. §.9. Ad hunc effectum possunt in partibus citare, etiam per edictum publicum; possunt absoluere appellantes, vel ad cautelam, vel simpliciter ab omnibus censuris, & pœnis. §. 10. Omnia à Cardinalibus Inquisitoribus decreta, firma sunt, & obseruari debent. *ibid.* §.10.

Reuocat omnes Constitutiones, & decreta Pontificum in contrarium, quæ impedire possunt executiones, edicta, citationes, &c. per dictos Inquisitores facienda.

Possunt procedere contra Episcopos hæreticos. *Pius 4. const. 67. Romanus.*

Quod à maiori parte horum Inquisitorum fuerit conclusum, ab omnibus factum censeatur. *Pius 4. const.79. Cum nos. Pius 5. const.23. Cum felicis.*

Si duo Cardinales tantum sint in Congregatione, quod ipsi decernunt est ratum. *Pius 5. const.23. cum felicis. Sixtus 5.* confirmat omnia. Vide, *Congregatio S. Officii.*

Inquisitores isti possunt tenere, & legere libros prohibitos. *Pius 4. const.82. cum inter.*

Possunt alijs concedere licentiam legendi libros prohibitos. *ibid.*§.3.

Inquisitoribus his supremis obedire debent omnes officiales status Ecclesiastici. *Pius 5. const.1. Sanctissimus.*

Cum inquisitores isti scribunt, aut præcipiunt aliquid Ordinarijs, Vicarijs, Inquisitoribus, &c. isti statim debent rescribere, & iniuncta exequi. *Clem.8. const.76. Sanctissimus.*

Vide, *Congregatio S. Officii.*

Inquisitio. Inquisitus. Inquirere.

Inquisitionis Officium impediens; testes in causis fidei, aut denunciantes, offendens; carceratos extrahens; capi reos prohibens, occultans, adiuuans, consulens; vel similia in fauorem reorum faciens, est reus læsæ maiestatis, omni dominio priuatus, vt hæreticus tractandus, infamis, ipse, & filij eius; pœnis hæreticorum subiacet, & curiæ sæculari est tradendus. *Pius 5. constitut.82. Si de protegendis.*

Inquiri nullus potest de crimine, nisi prius saltem constet de infamia. *de accusationibus c. cum oporteat. & c. Inquisitionis. §. Tertiæ. Concil. colon.2. p.13. c.7.* & infamia debet esse grauis. *ibid.*

Inquisitio facta super veritate criminis, relicta inquisitione infamiæ, valet, si non reclamatur. *De accusationib. in 6. c. Si is cui.*

Inquisitus iurans respondere ad interrogata, auditur, si dicit ea, quæ non destruunt confessionem. *de accusationib. c. Cum dilecti.*

Inquisitus de simonia, pendente inquisitione prohibetur à diuinis. *De simonia c. Quotiens.*

Vide, *Accusatus.* Vide, *Reus.* Vide, *Carceratus.*

Inquisitionis Sancti Officii confratres vouent de persequendis hæreticis. & multa habent priuilegia, & indulgentias. *Clem.7. const.27. cum sicut;* recitando quinque Pater, & Aue Maria, lucrantur omni die indulgentias quinque altarium. *ibid.*

Si pro inquisitis in causa fidei emanant gratiæ à Papa contra stylum Sancti officij, reducuntur ad terminos iuris, & non transeunt in rem iudicatam. *Pius 5. const.2. Inter multiplices.*

Insanus.

Insanorum, siue dementium Hospitale. Vide, *Hospitale insanorum.*

Insanus occidens aliquem, nullam meretur pœnitentiam: si tamen ad sanam mentem redierit, leuis pœnitentia est ei danda. *15. q.1. c. Si quis insaniens.*

Insani non possunt ordinari. *Conc. Nican.1. ex Arabico c.1.*

Insidia. Insidians.

Insidiæ in bellis iustis sunt licitæ. *23. q.2. c. Dominus.*

Insidias molientes Episcopis, priuentur omni honore, & exu-

lent. *3. q.5. c. Accusatoribus.* Qui eas manifestant, honore fruantur, & prœmio. *ibid.*

Insidiantes, per Episcopos puniendi, & extirpandi. *Zephyrinus ep.1.*

Vide, *Coniurantes.* Vide, *conspiratores.*

Inspiratio.

Inspirationes nouæ prædicari non possunt, nisi examinentur, & approbentur à Papa, vel Episcopo. *conc. Later.5. sess.11. const.1.* Sub pœna excommunicationis latæ sententiæ reseruatæ Papæ.

Instrumentum.

Instrumenta consignanda sunt cum die, anno, Principe, & Episcopo. *Post conc. Tolet.1. c.12.*

Instrumentum non authenticum, non facit fidem sine originali. *De fide instrumentor. c.1.*

Instrumentum non facit fidem, si testes sunt mortui, & non habet sigillum authenticum factum à Notario. *ibid. c. Scripta vero.*

Instrumentum publicum habens literas, quæ non possunt legi, non probat. *ibid. c. Inter dilectos.*

Instrumenta possunt produci vsque ad conclusionem. *de fide instrumentor. c. Cum dilectus.*

Instrumenti falsitas, vel defectus probari potest per testes. *ib. c. Cum Ioannes.*

Instrumenta debent à Iudice fieri communia partibus, alias appellari potest ab eo. *ibid. c. G. Perpetuus.*

Instrumentorum factorum à clericis, copiæ dandæ si petantur, intra decem dies; & Notarius non dans excommunicatur, & inhabilis est ad alia facienda. *conc. Rauenn.3. post Clem.5. c.7.*

Instrumento amisso, possunt per testes de visu probari ea quæ continebat. *de priuileg. c. Cum olim.*

Instrumentum exemplatum per tabellionem, authoritate Ordinarij, eamdem habet vim, quam originale. *de fide instrument. c. fin. Si instrumenta.*

Instrumentum habens falsum sigillum, seu de falso præsumptum, non probat. *ibid. c. Inter dilectos.*

Instrumenta antiqua, quæ pro vetustate incipiunt corrumpi, possunt cum licentia Papæ renouari manu Notarii, & habere eamdem fidem, & firmitatem, vt antiqua. *Honorius 3. ex Cirone, de fide instrum. c.3.*

Instrumentum, & quælibet scriptura, quot modis præsumi potest falsa. *ibid.* Item de sigillo.

Instrumentorum fides non semper præfertur dicto testium. *de fide instrumentor. c. Cum Ioannes.*

Instrumenta tabellionis mortui, possunt authoritate Ordinarii per suum Notarium reduci ad formam publicam, & habere firmitatem. *ibid. cap. Cum P. Tabellio.*

Vide, *Scripturæ.*

Instrumenta Musica.

Instrumenta Musica, vt tybiæ, cornua, &c. in Ecclesiis non permittantur. *conc. Mediolan.1. part.2. tit. De Musica.*

Vide, *Musica.*

Insula.

Insulæ Americæ, seu Mundi noui *ab Alexandro 6.* concedunter Ferdinando Hispaniarum Regi, tam acquisitæ, quam acquirendæ ab eo. *Constit.2. Inter cætera.* Ei tamen præcipitur, vt viros probos ad eas mittat ad erudiendos in fide populos illos. *ibid.* Et dat eidem facultatem, vt relinquere eas possit hæredibus. *ibid.*

Intentio.

Intentio faciendi, quod facit Ecclesia, requiritur in ministro, vt faciat Sacramentum. *conc. constantiense sess. vlt. in constit. Martini 5. circa medium. conc. Florent. in decr. Eugenii 4. §. Quinto Ecclesiasticorum.* Vide, *Minister Sacramentorum.*

Intentionem operantis hominis, magis respicit Deus, quam verba. 22. q.5. c. *Humanæ*.

Interdictum. Interdicere.

Interdictum nequit violari ex consuetudine. *de consuetud. c. Cum inter.*
Interdictum generale comprehendit, nè dum Prouinciam, sed Villas. *De verborum signif. c. Cum in partibus.*
Interdictum *vnde vi*, non competit ei, qui nec spoliauit, nec spoliari mandauit, nec ratificauit. *de restitut. spoliat. cap. Cum ad sedem.*
Interdictum non suspenditur etiam per appellationem sequentem. *De appellat. c. Ad hæc il 3. & in 6. de sent. excom. c. Is cui.*
Interdicere Ecclesiam non spectat ad Canonicos, sed ad Episcopum. *de his, quæ à maiori parte, &c. c. Quesiuit.*
Interdictum non seruans, ab omni beneficio, & iurisdictione suspenditur. *de excessib. Prælator. c. Tanta est.*
Interdictum ferri non potest in terra aliqua pro debitis domini. *Extra, de sent. excom. c. Prouidè.*
Interdictum non seruante eo, ob quem positum est, adhuc alij tenentur obseruare. *de priuil. c. Petijstis.*
Interdictum in loco aliquo, poni non potest ob clerici occisionem, nisi concursu populari fuerit occisus; sed persona punienda est. *Reformatio Cleri Germaniæ. c. 22.*
Interdicti sententia ferri non potest, nisi scripto, & cum expressione causæ. Intra mensem danda est copia authentica illius. Qui contrarium facit, tenetur ad expensas, per mensem est suspensus à diuinis; si celebrat, fit irregularis, & à Papa debet dispensari. *de sent. excom. c. 1. Conc. Lugd. 1.* & à Superiore auferetur interdictum. *ibid.* Vide, *Censura.*
Interdictum ferri non potest in aliquo loco, Terra, Ciuitate, &c. pro delicto, aut debito pecuniario, nisi de licentia Papæ. *Extra, de sent. excom. c. Prouidè.*
Interdictum positum ab Episcopo, à nullo potest relaxari (nisi à Papa. *) Concil. Later. 3. in append. tit. de excommunicatis. cap. 7.*
Interdicti sententia ferri non potest pro leui causa, neque pro causis pecuniarijs. & si pro his fiat, non tenet, nisi Vniuersitas deliquerit, & sui Rectores per tres menses fuerint in contumacia. *Concil. Rauenn. 3. post Clem. 5. c. 19.*
Interdictum generale. Vide, *Generale.*
Interdicto suppositus, si offert se ad iustitiam, data cautione de satisfaciendo, debet absolui, etiam parte reclamante, & appellante, *de appellat. & recusat. c. Qua fronte.*
Interdictus clericus, non potest contra voluntatem sui Prælati promoueri. *concil. Trid. sess. 14. de refor. c. 1.*
Interdictum violans non potest postulari. *de postulat. c. 1.*
Vide, *Ciuitas.* Vide, *Clerus.* Vide, *Censura.* Vide, *Celebrans.*

Interdicto loco, populo, vel Clero, qui sint interdicti.

Interdicto clero, populus non est interdictus, & è conuerso. *de sent. excom. in 6. c. Si sententia.*
Interdicta Ecclesia. Vide, *Cappella.* Vide, *Cappellani.*
Interdicta Ciuitate propter delictum Domini, populus non interdicitur, sed extra eam potest interesse diuinis; nisi ipse fuerit in causa. *De sent. excom. in 6. c. Si sententia.*
Interdicta Ciuitate, suburbia, & proxima ædificia sunt interdicta. *ibid. c. Si Ciuitas.*
Interdicti in vna Diœcesi, sunt etiam vitandi in alijs. *concil. Tolet. 22. c. 23.*
Interdicta terra ob excommunicationem domini, qui vsurpat res Ecclesiæ, quid agendum à sacerdotibus, & alijs. *conc. Later. 3. in append. tit. De excommunicatis c. 6.*
Interdicta Ecclesia, cappellæ, & cœmeterium contiguum sunt interdicta. *de sent. excommunic. in 6. c. Si ciuitas.*
Interdicto populo, singulares personæ sunt interdictæ. *de sent. excomm. in 6. c. Si sententia.*
Interdicta persona, ministrans in ordine est deponendus. *concil. Later. 3. de depositione c. 10.*
Interdicta Ecclesia, templarij, & hospitalarij, semel in anno possunt in ea diuina facere. *De priuilegijs c. Cum plantare.*
Vide, *Hospitalarij.*
In loco interdicto celebrans. Vide, *Celebrans.*
Interdictus vitandus non est nisi expressè & certè contra eum, vel collegium de quo est fuerit latum interdictum, vel notoriè sit talis, vt cekari non possit. *Conc. Mogunt. 4. c. 104.*
Vide. *Clerus.* Vide, *Ciuitas.*

Interdicti tempore, quid fieri potest, & quid non.

Interdicti tempore datur viaticum moribundis. *de Pœnit. & remiss. c. Quod in te.*
Potest prædicari verbum Dei. *de sentent. excommunic. cap. Responso.*
Potest confici Chrisma, & confirmatio ministrari. *ibid. & de sent. excomm. in 6. c. Quoniam.*
Possunt secreto diuina fieri. *De pœnit. & remiss. c. Quod in te.*
Interdicti tempore ad confessionem admittuntur, qui non sunt excommunicati. isti verò solum in morte admittuntur, data satisfactione, & cautione de parendo mandatis Ecclesiæ. *De sent. excomm. in 6. c. Alma mater.*
Qui causam dederunt interdicto, vel auxilium, fauorem, &c. non possunt neque sacramentum pœnitentiæ obtinere, nisi satisfecerint, si possunt, vel dederint cautionem de satisfaciendo cum primum possunt. *c. Alma mater de sent. excommunic. in 6.*
Interdicti tempore campanæ non pulsandæ nec Ecclesiæ aperiendæ, nisi ex priuilegio. *de priuilegiis c. Quod nonnullis. de sent. excomm. in 6. c. Alma mater.*
Interdicti tempore semel in hebdomada in aliquo loco, potest apertis ianuis celebrari exclusis interdictis. *De sent. excom. c. Permittimus.*
Interdicti tempore officia celebrantur, à clericis ianuis Ecclesiæ clausis, non pulsatis campanis, & submissa voce. *ibid. c. Alma mater.* Vide, *Officium.*
Sepeliri non possunt mortui in Ecclesijs tempore interdicti. sepelientes, etiamsi exempti sint, sunt excommunicati ipso facto. *Clem. de sepulturis c. 1. conc. Rauenn. 2. sub Clemen. 5. cap. 28.*
Interdicti tempore clerici seruantes interdictum possunt secreto sepeliri. *de pœnit. & remiss. c. Quod in te.*
Peregrinis & cruce signatis, interdicti tempore conceditur sacramentum Pœnitentiæ. *ibid. c. Quod in te.*
Interdicti tempore Episcopi, & Religiosi possunt clam celebrare, si ipsi non fuerunt causa interdicti. *de priuilegijs c. Quod nonnullis.*
Interdicti tempore priuilegiati possunt ianuis clausis celebrare. *de priuileg. in 6. c. Licet vobis.*
Non possunt eo tempore admittere suos familiares ad diuina, sed tantum priuilegiatos. *ibid.* Semel in hebdomada eo tempore, possunt in Ecclesijs sui Ordinis apertis ianuis celebrare, exclusis excommunicatis. *de priuil. c. Vt priuilegia.*
Interdicti tempore clerici, & religiosi celebrantes, & diuina facientes contra formam iuris, & priuilegiorum, interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ. *de priuilegijs in 6. c. Episcoporum.*
Qui excommunicatos, vel interdictos admittunt ad diuina, & sacramenta, vel ad sepulturam, eidem pœnæ subiacent. *ib.*
Interdicti tempore, fratres Minores possunt celebrare secretè ianuis clausis. *Clem. 4. const. 4. Virtute. §. 9.* Actuales seruitores fratrum Minorum, non subiacent interdicto, nisi causam dederunt. *ibid.*
Interdicti tempore, fratres Minores non possunt admittere ad diuina in suis Ecclesijs tertiarios, aut tertiarias de Ordine penitentium, sub pœna excommunicationis Papæ reseruatæ, à qua tamen potest aliquando Episcopus absoluere, satisfactione præstita, vt delegatus Papæ. *Clem. de sent. excom. c. Cum ex eo.*
Interdicti ministrantes in ordine deponendi sunt. *conc. Later. 3. in append. tit. de depositione c. 10.*
Fratres Ordinis Prædicatorum tempore interdicti possunt celebrare secretè ianuis clausis. *Gregor. 11. const. 7. Virtute.* Actuales seruitores Fratrum Prædicatorum non subiacent interdicto. *ibid. §. 10.* nisi causam dederint. *ibid.*

Interdicti tempore, sub quouis priuilegij prętextu, nullus potest admittere ad diuina eos, qui contrafecerunt interdicto, vel causam, aut auxilium dederunt. *De priuilegijs in 6. c. Licet.*

Interdicti tempore persona singularis habens priuilegium, vt possit eo tempore celebrare, vel audire diuina, potest secum admittere suos familiares domesticos. *De priuilegijs in 6. cap. Licet.*

Interdicti tempore non est abutendum priuilegijs circa sepulturas, & celebationem diuinorum. *conc. Later. 3. can. 9.*

Interdicti tempore Religiosi, qui habent priuilegium aperiendi Ecclesiam semel in anno ad diuina facienda, si plures sint Ecclesiæ talis religionis in ciuitate, vnam tantum possunt aperire. *conc. Later. 4. can. 57.*

Interdicti tempore dum conceditur licentia aperiendi Ecclesiam, & faciendi diuina ianuis apertis, intelligitur semper exclusis ijs, qui causam dederunt interdicto. *conc. Later. 4. cap. 58.*

Interdicti tempore Domini sæculares, qui cogunt, vt missæ, ac diuina celebrentur, vel alia fiant contra formam interdicti, in excommunicationem Papę reseruatam, ipso facto incidunt. *Clem. de sent. excommun. c. Grauis.*

Interdicto suppositus si moriens absoluitur, adhuc caret sepultura Ecclesiastica. *conc. Rauenn. 2. sub Clemente 5. c. 28.*

Interdicto suppositus si offert se ad iustitiam, cautione data, debet absolui etiam parte contradicente, & appellante. *de appellat. & c. c. Qua fronte.*

Interdicti tempore illud violantes, estò religiosi, & exempti, excommunic. incurrunt. *Clem. de sent. excommunic. cap. 1. Ex frequentibus.*

Interdicti tempore celebrantes in locis interdictis quomodo puniendi. Vide, *Celebrantes*. Vide, *Missa*.

Interdicti tempore quot incommoda patiuntur fideles. *Extra, de sent. excommunic. c. Prouide.*

Interdicti tempore Religiosi possunt suos oblatos sepelire, si Ecclesiæ non sint interdictæ. *de priuilegijs cap. Vt priuilegia.* Oblati intelliguntur, qui vel omnia sua religiosis dederunt manentes in sæculo, retenta sibi portione ad viuendum, vel qui mutato sæculi habitu, conuentibus sunt mancipati. *ibidem.*

Interdicti tempore, in festis Natiuitatis Domini, Paschæ resurrectionis, Pentecostes, & Assumptionis B. Mariæ Virginis possunt diuina celebrari, apertis ianuis, pulsatis campanis, & alta voce. Possunt in his festis admitti etiam interdicti, non verò excommunicati. Sed nec illi, nec qui causam dederunt, possunt ad altare accedere, id est, communicare. *de sent. excommunic. in 6. c. Alma mater.*

Interdicti tempore festum Corporis Christi, cum octaua celebrari potest ianuis apertis, & qui piè venerantur indulgentias consequuntur. *Mart. V. const. 12. Ineffabile.*

Vide, *Clericorum priuilegia*. Vide, *Confirmatio Sacram.* Vide, *Confratres in 1. tit.*

Interpretatio.

Interpretatio apertius facienda est contra eum, qui potuit legem dicere. *de regulis iuris in 6. reg. 57.*

Interrogatio. Interrogatus.

Interrogationes faciendæ sunt à iudice, siue ad instantiam partis, siue ex officio. *de verbor. signif. c. fin.*

Interrogatus an aliquis sit dignus aliquo gradu, vel dignitate, si sibi non constat de indignitate, potest asserere, quod sit dignus. *de scrutinio cap. vn.*

Interrogatus post iuramentum calumniæ, si non respondet, vel se absentat contumaciter, habetur pro confesso. Si verò se absentat, antequam iussus sit respondere. non habetur pro confesso, sed potest contra eum, vt contumacem procedi. *de confessis c. 1.*

Interrogationes faciendæ hæreticis, vel de hæresi suspectis, sunt numero 37. *Martinus V. constit. 1. Inter cunctas.*

Interstitia.

Interstitia, quæ & qualia inter ordinationes seruanda. *dist. 77. c. In singulis cap. Quicumque.*

Interstitia seruanda, cum de monacho, quis fit clericus. *ibid. c. Si quis, & c. Monachus verò.*

Interstitia temporum circa ordines minores, possunt ab Episcopo dispensari. *conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 11.*

Item interstitia inter Diaconatum, & Subdiaconatum, &c. possunt ab Episcopo dispensari. *ibid. c. 13.*

Vide, *Ordinatio. Ordinandi*. Vide, *Presbyteri qui ordinandi.*

Intestatus.

Intestatus non dicitur mori, qui in vltima voluntate alterius dispositioni se committit. *de testament. c. Cum tibi.*

Vide, *Testamentum*. Vide, *Voluntas vltima*. Vide, *Dispositio.*

Intimatio.

Intimatio vbi facienda, si agitur de beneficiato. *Clem. de elect. cap. Causam.*

Intimatio vbi facienda, si vrget timor intimandorum. *ibid.* vt in sequenti.

Intimatio appellationis factæ ad Sedem Apostolicam intra mensem, vel postquam cito facienda est appellato, vel Procuratori eius; à die appellationis numerando tempus. *Clement. de elect. cap. Causam.* Si in domo non reperitur, fiat intimatio, vbi communiter habitare solet. Si ibi non adsit, vel sit locus remotus, in Cathedrali, vel in Ecclesia, vbi habet beneficium appellatus, publicetur. Si autem timetur potentia appellati, & sic ad eum non possit fieri, fiat publicè, & solemniter, vt peruenire possit ad notitiam eius: alias nulla sit. *Clement. de elect. vbi supra.*

Intimatio in omni causa prædicto modo fiat, alias nulla sit. *ib.*

Vide, *Citatio.*

Intrudere. Intrusus.

Intrudens se in aliquo gradu Ecclesiæ Romanæ, excommunicatur. *dist. 79. c. Si quis ex Episcopis.*

Intrusus in Ecclesiam, si moritur principalis, quomodo tractandus. *conc. Lateran. 3. in append. tit. de spoliatis c. 9.*

Vide, *Beneficiorum inuasores*. Vide, *Eccl. inuasores.*

Inuadere. Inuasor.

Inuadens res alterius absque iudicis sententia, puniendus est, vt oppressor pauperum. *conc. Cabilon. 2. c. 6.*

Inuadens aliena, non remaneat impunitus. *Iulius 1. ep. 2. c. 1.*

Inuadens Ecclesias expulsorum, est infamis, & expellendus à clero. *3. q. 2. c. Audiuimus*. Vide, *Ecclesia.*

Inuasores Ecclesiarum sunt deponendi. *7. q. 1. cap. Eum qui contra.*

Repellendi sunt per auxilium sæculi. *11. q. 1. c. Petimus.*

Excommunicantur. *12. q. 2. cap. Quicumque.* Sunt sacrilegi. *ibid. cap. Prædia. & cap. Qui abstulerit.* Aliæ inuasorum pœnæ. *cap. Cum deuotissimum. cap. Si sæculi. & cap. de viro nefando.* Excommunicati sunt. *16. q. 1. c. Similiter. Concil. Valent. 2. cap. 8.* Vide, *Ecclesiarum bona non inuadenda.*

Inuasor rerum Ecclesiæ, statim tenetur restituere. *12. q. 2. c. In antiquis.* In decuplum restituere debet. *ibid. cap. In legibus.*

Inuasor Ecclesiæ non potest esse Episcopus illius. *Ioannes 8. ep. 223.*

Inuadentes Ecclesias, authoritate Principum sæcularium, excommunicantur. *12. q. 2. c. De rebus.*

Inuadens locum Episcopi viuentis, non est defendendus. *7. q. 1. cap. Non furem.*

Inuadentes locum aliquem alterius in statu Ecclesiæ, excommunicationem incurrunt, officijs priuantur, inhabiles ad omnia officia fiunt, & bona eorum confiscantur. *Alexander 6. const. 1. Inter. & Iulius 2. const. 2. Cum homines.*

Inuadentes, vel occupantes Terras Romanæ Ecclesiæ, dantes fauorem, aut accipiente stipendium, ad hoc, excommunicantur; & rei sunt læsæ maiestatis, infames, & alijs pœnis subiacent. *Leo X. const.13. Inter graues.* Vide, *Excommunic. in Bulla Cœnæ.* Vide, *Ecclesiasticus status.* Vide, *Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum bona non inuadenda.* & *Excommunic. Bullæ Cœnæ.* Vide, *Eiectus.* Vide, *Eijcere.*

Inualidum.

Inualidum ab initio, non firmatur tractu temporis. *De regulis iur. in 6. reg.18.*

Inuentio. Inuentum.

Inuentionis Sanctæ Crucis festum die 3. Maij celebrandum, & quare. *De consecr. dist.3. cap. Crucis.*

Inuenta non reddens, furtum committit. *14. q.5. c. Si quid, & cap. Multi sine.*

Inuentarium.

Inuentarium faciendum ab omni Ecclesia de bonis illius mobilibus, & immobilibus, per Notarium publicum; & duo debent esse, quorum vnum stet apud Episcopi, & Capituli Archiuium, aliud apud Metropolitanum. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. Quæ pertinent ad bonorum, &c.* Idem tenentur facere omnes aliæ Ecclesiæ, Collegiatæ, Hospitalia, & pia loca. *ibid.* Quæ duo habeant, vnum apud se, aliud in Ecclesia Cathedrali. *ibid.*

Inuentaria visitanda sunt, an aliquid desit, & an aliquid addendum. *ibid.*

Inuentarium faciendum in morte Episcopi. Vide, *Episcopo moriente.*

Inuerisimile.

Inuerisimile, maxima indiget probatione. *De præsumpt. cap. Quia verisimile.*

Inuestitura.

Inuestituram Ecclesiarum accipientes de manu laici, siue Regis, siue Imperatoris, siue alterius, excommunicantur. & est irrita. *Concil. Roman. 5. sub Greg.7. c.3.*

Dantes prædictam inuestituram, siue sit Rex, siue Imperator, siue alij, excommunicentur. *Concil. Roman. 7. sub Greg.7. c.2. Concil. Melphitanum c.8.*

Inuitus.

Inuitè baptizati, vel ordinati non recipiunt characterem. *De Baptismo c. Maiores. §. Item.*

Inuitus, nequit ordinari. *Dist.74. c. Episcopus, & cap. Gesta. Simplicius ep.2.*

Inuitus, nullus debet fieri Episcopus. *Dist.74. cap. Vbi ista, & cap. Honoratum.*

Inuiti teneri non possunt clerici ordinati in aliqua Ecclesia. *Dist.74. cap. Quorumdam.*

Inuitum ordinans, priuatur potestate ordinandi. *11. q.3. cap. Priuilegium.*

S. Ioachim.

S. Ioachim Beatæ Mariæ Virginis Patris, Festum sub ritu duplici celebrandum die 20. Martij instituit *Gregor. XV. constitut.39. Apostolatus.*

Ioannes.

S. Ioannes Baptista exiuit Sanctus ex vtero Matris. *Cyrillus in Concil. Ephesin.1. epist. ad Monachos Ægypti.* Eius corpus fuit combustum. *Gregor. I. lib.9. ex regest. ep. 39.*

S. Ioannis Baptistæ Natiuitas. Vide, *Natiuitas naturalis, &c.*

S. Ioannes Gualbertus canonizatur anno 1193. *à Cœlestino III. constit.2. Gloriosus.*

B. Ioannis Dei Congregatio pro curandis infirmis instituitur, sub Regula Sancti Augustini, cum forma, & instituto viuendi. *Pius 5. const.43. Licet ex debito.*

Ioannes Dei declaratur Beatus ab *Vrban.8. const.108. In sede.* Officium de illo fieri potest ab omnibus Fratribus illius Ordinis. Missa de illo dici potest ab omnibus confluentibus ad eorum Ecclesias. *ibid.*

S. Ioannis Ierosolymitani. Equites, seu Milites.

Vide, *Equites.* Vide, *Hospitalarij.* Vide, *Militia.* Vide, *Milites.*

Ioannes Vvicleff de Anglia, damnatur cum omnibus suis sequacibus, & articulis *in Concil. Constantiense. Martinus V. constitut.1. inter cunctas.* In ea continentur omnes articuli.

Ioannes Huss de Boemia cum sequacibus, & articulis damnatur in eodem loco. *ibid.*

Omnes eius articuli ibi continentur. Isti malè sentiebant de Sacramentis Ecclesiæ.

Iocalia.

Iocalia, & alia similia Sedis Apostolicæ occupantes. Vide, *Sedes Apostolica.*

Ioseph.

Sanctus Ioseph vocatur Pater Christi, non quia eum genuit; sed quia fuit verus coniux *B. Mariæ Virginis Matris Christi. 27. q.2. cap. coniux.*

Ira. Iratus.

Ira superiorum corrigenda est ratione. *11. q.3. c. Illa. c. Ira sæpè. cap. cum apud, & cap. Summopere.*

Ira Dei exercetur per homines, & per alia media. *23. q.5. cap. Non solum.*

Iratus obijciens crimen, non dicitur accusare. *Fabianus ep.3. 3. q.6. cap. Qui crimen.*

Vide, *Crimen, in fine.*

Irregularis. Irregularitas, quando incurritur.

Irregularis est homicida, & causa homicidii. *De homicidio. cap. Suscepimus.*

Irregularis est percutiens læthaliter aliquem, licet hic ab alijs sit extinctus. *ibid. cap. Significasti.*

Irregularis fit procurans abortum post animationem fœtus. *ibid. cap. Sicut ex litterarum.*

Irregularis fit clericus, dans pugilem ad pugnandum pro se. *De clericis pugnantibus cap. fin.*

Irregularis fit, qui mandat aliquem verberari, & ex ea verberatione sequitur mors, vel mutilatio. *De homicidio in 6. cap. fin.* Vide, *Mandans.*

Irregularis fit clericus etiam ob homicidium casuale, si causa sit illicita, seu sit ipse in culpa. *De homicid. volunt. cap. Presbyterum, & cap. Suscepimus.*

Irregularis est, qui potest euadere, tamen pro saluandis bonis, occidit fures. *ibid. cap. Suscepimus.*

Irregularis est, qui quouis modo casualiter, vel ad defensionem occidit. *Concil. Trid. sess.14. de refor. c.7. De homicid. volunt. cap. Presbyterum.* Licet ex *Clement. vnic. de homicid. volunt.* habeatur oppositum.

Irregularis est, qui quomodocumque scienter, dat causam homicidio. *De homicid. c. de cætero.*

Irregularis est, qui dans operam licitæ rei non adhibet diligentiam debitam, & ex ea sequitur mors. *De homic. cap. Ad audientiam.*

Irregularis est, qui percutit aliquem læthaliter, si ex eo ictu moritur. *De homic. c. Significasti il 2.*

Irregularis est clericus, qui potens aliter se defendere, occidit, hoc enim non fit cum moderamine inculpatæ tutelæ, sed ad vindictam. *De homic. volunt. cap. Significasti il 2.*

Irregularis fit clericus, qui in bello etiam pro fide facto occidit. *ibid. c. Petitio tua.*

Irregularis fit fur publicus, & sic diffamatus de furtis. Secus si est occultus. *De furtis c. fin.*

Irregu-

Irregularis sit diaconus, missam dicens. *de clerico non ordinato, c. fin.*

Irregularis sit clericus, vel Episcopus, dans authoritatem, seu consilium, siue directè, siue indirectè, ad occidendum. *de excess. Prælator. c. Ex literis.*

Irregularis sit, qui missam dicit in loco interdicto, nisi habeat priuilegium. *De sent. excomm. in 6. cap. Is qui.* §. *Is verò.*

Irregularis sit Acolithus, qui inseruit publicè Presbytero rebaptizanti, secus si secretò hoc fecit, (nisi fiat religiosus, non dispensatur.) *Conc. Lateran. 3. in append. tit. De depositione c. 1.*

Irregularis est ordinatus simoniacè. *ibid. c. 2.*

Irregularis est habens digitos truncos. *ibid. c. 15.*

Irregularis sit, qui suspensus à diuinis celebrat. *de sent. excom. c. 1.* Vide, *Celebrans.* Vide, *Clerici in causa sanguinis.* Vide, *Homicida.* Vide, *Occidens.* Vide, *Occisor.* Vide, *Dignitas.*

Irregularitas, quando non incurritur.

Irregularis non fit, qui dat iudici insignia furis, vt cultrum, calceos, &c. licet hic postea à iudice occidatur. *De homicidio volunt. c. Tua nos. §. Ad vltimum.*

Irregularis non fit clericus, qui ciuiliter contra aliquem agit, licet iudex veniat ad pœnam sanguinis. *ibid. cap. Postulasti.*

Irregularis non fit clericus, qui agens contra aliquem in causa, in qua danda est pœna sanguinis, si ipse protestatur, se nolle pœnam illam. *De homicid. volunt. in 6. c. Prælatis.*

Irregulares non efficiuntur pueri, vel furiosi occidentes, aut mutilantes. *Clement. de homicid. volunt. c. vn. Ioannes 8. epist. 146.* & nullus impuber eam incurrit. *ibid.* Vide, *impuber.*

Irregularis non efficiebatur, olim, qui occidebat aliquem, non potens aliter euadere, suam mortem. *Clem. ibid.* Sed ex *Trid. sess. 14. de refor. c. 7.* Efficitur irregularis, & Papæ dispensatione eget.

Irregularis non fit, qui sine culpa est causa vulnerationis alicuius. *de homicid. voluntar. c. Lator.*

Irregularis non fit, qui nec dat operam rei illicitæ, nec est negligens, licet sequatur mors alicuius. *de homicid. volunt. & c. Dilectus filius. c. Ex literis 1. & 2. c. Significasti. cap. Ioannes. & c. fin.*

Irregularis non fit, qui non impedit, ne quis occidatur à consanguineis suis, licet eos possit impedire, dummodò non impellat ad faciendum. *ibid. c. Petrus.*

Irregularis non fit, qui percutit aliquem non læthaliter, licet alij postea hunc occidant. *de homicid. volunt. c. Significasti il 2. Si tamen est dubium, an de illo vulnere fuisset ille mortuus, si alii non occidissent, ad cautelam est dispensandus. ibid.*

Irregularis non censetur, qui non fuit causa occisionis, licet pro bono pacis à parentibus mortui, &c. veniam petierit. *ibid. c. Exhibita.*

Irregularis non fit clericus, qui sumens arma contra prædones non occidit, nec consulit occisionem, licet aliquis occidatur. *de clerico percussore c. fin.*

Irregularis non est excommunicatus, qui ignorans suam excommunicationem exercet ordines. Secus est, si ignorantia sit crassa. *de clerico excommunic. & c. cap. Apostolicæ.*

Irregularis non fit Episcopus, vel alius Ecclesiasticus, qui habens iurisdictionem in causa criminali, præcipit balliuo, iudici, &c. vt procedat in ea, & isti exequuntur pœnam sanguinis. *Nè clerici, &c. in 6. c. fin.*

Irregularis non fit, qui dicit missam coram excommunicato. *De sent. excom. in 6. c. Is qui.*

Irregularis non fit, qui dicit missam in Ecclesia polluta. *ibid.* Vide, *Ecclesia polluta in fine.*

Irregularis non efficitur iudex, qui bannitos pœna capitali facit puniri. *Clemens 7. const. 10. in sancta.*

Irregularis efficitur, qui casualiter (quouis modo) occidit. *De homic. volunt. c. Presbyter. Conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 7.* Licet ex *Clem. vn. de homicid.* contrarium habeatur.

Irregularitas à quo dispensanda, & quando.

Irregularis à Papa est dispensandus, vt possit promoueri. *de homicid. volunt. cap. continebatur.*

Irregularitas omnis à Papa solo dispensari potest, non ab alio. *De sent. & re iud. in 6. c. 1.*

Irregularitas, quam incurrunt Prælati, & alij qui suspensi celebrant, vel alia faciunt, quæ sunt ordinis, à solo Papa dispensari potest. *ibid.*

Irregularis fieri non potest Abbas, sine dispensatione Papæ. *De ætate, qualit. &c. cap. Tuam in Domino.*

Irregularis dispensatus, vt eligatur Abbas, non est dispensatus ad ordines sacros. *ibid.*

Irregularitatum dispensatio actiua, concessa aliquibus locis Pijs, vel Monasteriis, aut etiam fabricæ Sancti Petri, &c. reuocatur. *Pius IV. constit. 62. de commisso.*

Irregularis ex homicidio, si sit sacerdos, post pœnitentiam duodecim annorum restituatur, seu dispensetur. *concil. Lateran. 3. in append. tit. de depositione c. 13.*

Irregularitas occulta dispensari potest ab Episcopo, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario. *concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 6.* & nisi fuerit deducta ad forum contentiosum. *ibid.*

Irridere.

Irridens mancum, mutum, claudum, &c. excommunicandus est. *concil. quod dicitur Apost. c. 7.*

Italus. Italia.

Italiæ Episcopi, quas, & à quibus possunt exigere procurationes. *Extra, de censib. cap. Vas electionis.*

Itali Episcopi non possunt ordinare Vltramontanos, nisi de licentia Papæ, vel Episcopi proprii, vel eius sub quo ordinandi habent beneficia. *De temporib. ordinat. cap. 1.* Alias ordinati sine dictis literis, remanent perpetuo suspensi, & aliis subiacent pœnis. Nec possunt à Summo Pœnitentiario dispensari. *ibid.*

Itali Episcopi non possunt ordinare ad sacros, vel minores ordines Hispanos, Gallos, & alios Vltramontanos, sine literis dimissoriis proprii Episcopi, recognitis à Notariis, vel Collectoribus Sedis Apostolicæ in eis partibus commorantibus, & deinde recognitis, & examinatis à Vicario Papæ. alias, ordinantes per annum suspenduntur ab exercitio Pontificalium; promoti vero pœnam perpetuæ suspensionis incurrunt, absque spe gratiæ. *Vrb. 8. const. 33. Secretis.*

Itali ordinati ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis ad ordines minores, secuta prius declaratione Iudicis Ecclesiastici, priuilegio fori priuantur, & sæculi iurisdictioni subduntur. *ibid.* §. 4. Vide, *Ordinare.* Vide, *Ordinati.*

Itali non possunt ex Italia discedere, vt eant ad loca, in quibus est prohibitus publicus cultus Catholicæ fidei, & ibi habitare, vel domicilium habere, siue sit mercator, siue alterius conditionis, *id est*, si in eis locis non potest publicè celebrari missa; vel non adest Parochus, aut Curatus cum Ecclesia Catholica; aut Sacramenta non possunt ministrari, nec corpora mortuorum sepeliri, & alia iuxta ritum Ecclesiæ Romanæ fieri. *Clemens 8. constit. 42. cum sicut.* Alias sunt suspecti de hæresi.

Itali non possunt in locis hæreticorum matrimonia facere cum hæreticis mulieribus.

Vide, *Matrimonia prohibita ratione cultus diuersi.*

Neque filios suos de fonte leuari faciant ab hæreticis, neque hæreticorum filios ipsi leuent, nisi catholico more baptizentur per ministrum Catholicum. *ibid.*

Neque possunt medico hæretico vti, si adsit copia medici catholici idonei. *ibid.*

Itali volentes ire ad præfatas partes, licentiam petant ab Ordinariis, qui eos moneant, vt catholicam vitam ducant. *ib.*

Itali ibi commorantes, tenentur transmittere ad Ordinarios, vel Inquisitores in Italia fidem confessionis, & communionis annuæ. *ibid.* §. 3.

Contra Italos, hæc transgredientes, possunt Inquisitores procedere, vt suspectos de hæresi. *ibid.* §. 4.

In

In Italia, & Insulis adiacentibus, non possunt hæretici habitare, morari, habere domum apertam, vel conductam. Receptantes incurrunt pœnas fautorum. *Gregor. XV. constit. 28. Romanus.*

Iubilæum.

Iubilæum anni Sancti, quolibet centesimo anno concedebatur. *Extra, de pœnit. & remiss. cap. Antiquorum*, & hoc *à Bonifacio 8. constitut. 7. Quæ est antiquorum.* Deinde ad quinquagesimum est reductum *à Clemente VI. ibid. cap. Vnigenitus.* Tandem *à Paulo 2. const. 7. Irrefragabilis*, & *à Sixto IV.* ad vigesimum quintum. vbi supra. *c. Quemadmodum.* Indulgentiæ, quæ in eo lucrantur, & opera facienda Romæ. *ibid.* Vide, *Annus Sanctus.*

Anno Sancto durante, omnes indulgentiæ, in alijs locis suspenduntur. Vide infra *in const. Clem. 8. & Vrban. 8.*

Iubilæum conceditur à Papa in principio Pontificatus ad implorandum diuinum auxilium, & assistentiam pro Papa. *Sixtus V. const. 1. Vnicum. Paulus V. const. 1. Quod in omni. Vrbanus 8. const. 16. Omnes gentes. Ab Innocent. X. constitut. 1. immensæ. Ab Alexandro 7. const. 1.*

Iubilæum sæpè indicitur pro alijs Ecclesiæ necessitatibus. *Paulus V. constit. 115. Dominus. Vrban. 8. constit. 22. Quod ab initio. const. 104. Irritatus.*

Vide, *Absolutio generalis.* Vide, *Indulgentia.*

Iudas.

Iudæ Pœnitentia fuit mala, quia animi violenti fuit, & indignationis internæ. *De pœnit. dist. 3. c. 36. Iudas.*

Iudæ pœnitentia eum adduxit in peccatum homicidij. *ibid. cap. 38. Nihil Iudæ.*

Iudæ pœnitentia fuit desperatio. *ibid. cap. 39. Sceleratior.*

Iudæorum ritus, & Synagogæ.

Iudæorum benedictiones accipientes., excommunicantur. *Concil. Elibert. c. 49.*

Eorum Synagogas venerans, & lucernas in eis accendens, vel oleum adducens pro illis, excommunicatur. *Concil. quod dicitur Apost. c. 7.*

Iudæorum Azima non comedenda, nec ritus obseruandi, alias excommunicentur, qui hoc faciunt. *Concil. Laodic. cap. 39. Lib. 2. constitut. Apostol. cap. 62.* Nec spectacula eorum videnda. *ibid.*

Iudæorum ritus obseruans in habitationibus, Balneis, Azimis, &c. Si laicus, excommunicatur; si clericus, deponitur. *28. q. 1. cap. Nullus eorum. & cap. Omnes. Concil. Vienn. Prouinc.*

Iudæorum festa, ritus, & alia fugienda. *Concil. Meldense c. 73. Lib. 2. const. Apost. c. 62.*

Iudæorum nuptiis, aut sepulchris non possunt interesse Christiani. *Concil. Sabin. c. 22.*

Iudæorum Synagogæ, si impediunt officia Ecclesiæ, transferendæ sunt. *Gregor. 1. lib. 12. ex regest. ep. 18.*

Synagogæ eorum non occupandæ. *Gregor. I. lib. 9. ex regest. epist. 59.*

Non possunt nouas Synagogas construere. *Concil. Meldense cap. 73.* & pœna. *ibid. De Iudæis, &c. cap. Iudæi. cap. consulunt. Conc. Later. 3. in append. p. 50. c. 36.*

Id permittentes, sunt excommunicati. *ibid.* & *Concil. Vienn. Prouinc.* & si faciunt, statim eas diruant. *ibid.*

Iudæorum conuiuia, & commercia.

Iudæorum commercia à clericis præsertim fugienda. *Conc. Venet. c. 12. 28. q. 1. c. Omnes. cap. Nullus eorum.*

Iudæos defendens per munera, est anathema. *Concil. Tolet. 4. cap. 58.*

Non possunt Christiani habitare cum eis. *Concil. Lateran. 3. cap. 26.*

Cum Iudæis non licet conuiuari (& pœna.) *Concil. Meldense cap. 73. Concil. Agathense cap. 40. Epaunense cap. 18. Aurelian. 3. cap. 12. Matisconense 1. cap. 15. Concil. Metense cap. 4.* Sub pœna excommunicationis. *ibid. 28. q. 1. c. Omnes. & concil. Vienn. Prouinc.*

Cum Iudæis manducans, excommunicatur. *Conc. Elibert. cap. 50.* Vide infra, *Iudæis prohibita.*

Iudæi percutientes clericos.

Iudæus percutiens clericum, temporaliter puniatur; & Episcopus donec ille puniatur, prohibeat Christianis sub pœna excommunicationis, ne cum eo conuersentur. *De Iudæis, &c. cap. Postulasti.*

Iudæis prohibita.

Iudæus non potest trahere, seu inducere Christianum ad suum ritum, id faciens pœna capitis puniatur, & bona eius confiscanda sunt. *Concil. Meldense c. 73. Concil. Tolet. 12. c. 9.* Sed non prohibet cum tanta pœna, *Concil. Vienn. Prouinc.* Vt hæreticus est tractandus. *Nicolaus 4. const. 1. Turbato.*

Non possunt in Quadragesima carnes publicè adferre. *Concil. Vienn. Prouinc.*

Non possunt cum Christianis habitare. *Conc. Later. 3. c. 26.*

Non possunt præfici superiores, aut iudices Christianorum. *concil. Later. 3. c. 11. & in append. tit. de Iudæis c. 2. & 3.* eos præficiens, excommunicatur. *ibid. concil. Toletan. 12. cap. 9. conc. Later. 4. cap. 69. conc. Auernens. c. 8. Aurel. 3. c. 29. Matisconense 1. c. 14. conc. Meldense c. 73. conc. Regiatic. cap. 20.* (id permittentes, excommunicantur. *ibid. conc. Sabin. c. 22. de Iudæis, &c. cap. Ex speciali. Greg. 7. lib. 9. ep. 2. conc. Vienn. Prouinc. conc. Mediol. 1. par. 3. tit. de Iudæis.*

Non possunt habere officia publica. *conc. Tolet. 3. c. 14. conc. Tolet. 4. c. 65. Tolet. 10. c. 7. conc. Meldense cap. 73. dist. 54. cap. Nulla officia. 17. q. 3. cap. constituit. De Iudæis cap. Ex speciali. conc. Later. 3. cap. 26. & in append. tit. de Iudæis cap. 2.*

Iudæum præficiens officiis publicis, quomodo puniendus. *de Iudæis, &c. cap. cum sit nimis.*

Non possunt habere seruos, vel mancipia Christiana. *Conc. Later. 3. c. 11. conc. Tolet. 3. c. 14. conc. Tolet. 4. c. 66. concil. Matiscon. 1. c. 16.* Sed statim redimenda sunt per Christianos. *ibid. Gregor. 1. lib. 3. ep. 21. lib. 7. ex regist. epist. 115. conc. Meldense c. 73. conc. Tolet. 12. c. 9. conc. Mediol. 1. p. 3. tit. de Iudæis. De Iudæis, &c. c. 1. cap. multorum. cap. ad hæc. & c. Et si iudæos.*

Iudæus non potest tenere seruum baptizatum, vel volentem baptizari. Sed hic à Christianis est redimendus, quod si ipse noluerit vendere, priuetur illo. *De iudæis c. fin. concil. Tolet. 4. c. 66.*

Non possunt impedire filios, vel vxores venientes ad fidem. *conc. Vienn. Prouinc.*

Iudæi non possunt tenere nutrices Christianas. *De iudæis, &c. c. Et si iudæos. cap. Ad hæc.* Et ipse nutrices excommunicantur. *ibid. cap. Ad hæc. conc. Later. 3. in append. tit. de iudæis c. 2. & 4.* Neque obstetrices. *ibid.* sub pœna excommunicationis Christianis. *ibid. & Innocent. 4. constitut. 2. impia.*

Non possunt conducere Ecclesias. *concil. Later. 3. in append. tit. de iudæis c. 3. conc. Mediol. 1. p. 3. tit. De iudæis.*

Non possunt cum Christiana fornicari, sub pœna pecuniaria. *conc. Vienn. Prouinc.*

Non possunt exigere vectigalia à Christianis, id permittentes excommunicantur. *conc. Regiaticinum c. 20.*

Iudæo præfecto ad regalia iura, Christianus est dandus, qui exigat. *De iudæis, &c. cap. Ex speciali.*

Non possunt à Christianis exigere vsuras. *De vsuris cap. Post. mirabilem, & cap. Quanto.* Tenentur ad restituendum, & Principes ad hoc eos cogant. *conc. Vienn. Prouinc.* alias priuentur commercio Christianorum. *ibid. concil. Later. 4. cap. 67.*

Non possunt accusare Christianos. *2. q. 7. c. Pagani.*

Non possunt scribere contractus, & suos libros lingua Hebraica. *conc. Mediol. 1. p. 3. tit. De iudæis.*

Vide, *iudæorum obligationes in statu Ecclesiæ.*

Iudæi non possunt laborare in diebus Dominicis, & festis Christianorum. *conc. Tolet. 12. c. 9.*

Non possunt legere libros vetitos à Christiana fide. *Conc. Tolet. 12. c. 9. Neque Talmud.* Vel alios damnatos ab Ecclesia, continentes blasphemias in Christum, Beatam Virginem, Angelos, & Sanctos. *Clem. 8. constitut. 20. cum Hebræorum.*

Iudæi à die Cœnæ Domini vsque ad Pascha, non possunt à suis locis exire, sed in eis maneant clausi. *Conc. Meldense c. 73. conc. Aurelian. 3. c. 29. Matiscon. 1. c. 14. De Iudæis, &c. c. in nonnullis.* Et per pœnas temporales ad hoc cogantur. *ibid.*

In die Veneris Sancti tenere non possunt, nec ostia, nec fenestras apertas. *ibid. c. Quia super.*

Non possunt vestes, aut vasa sacra eis vendi, nec oppignorari. *conc. Mediol. 1. p. 3. tit. De Iudæis.*

Iudæi non possunt sepelire suos mortuos psallendo. *concil. Narbon. cap. 9.*

Non possunt habitare cum Christianis. *conc. Later. 3. cap. 36. Mediol. 1. p. 3. tit. de iudæis.*

Non possunt escas dijudicare. *concil. Tolet. 12. c. 9.*

Non possunt circumcidere seruos paganos, alias priuandi sunt illis. *Greg. 1. lib. 5. ep. 32.*

Non possunt habere ædes proprias in locis, & ciuitatibus. *conc. Mediol. 1. p. 3. tit. de iudæis.*

Vide, *Accusare.* Vide, *Hebræi.* Vide, *Vsura.*

Iudæis quæ sunt permissa.

Iudæi possunt in Ecclesijs esse præsentes missæ Catechumenorum, id est, vsque ad Canonem. *De consecrat. dist. 1. cap. Episcopus nullum.*

Possunt in Ecclesijs audire concionem, sicut omnes alij infideles. Vide, *Concio.*

Possunt à Colonis Christianis fructus percipere. *Gregorius I. ep. 21. de Iudæis, &c. c. Et si Iudæos.*

Possunt tenere synagogas antiquas, sed non possunt ædificare nouas. *De iudæis. c. iudæi. cap. consuluit. conc. Later. 3. in append. p. 50. c. 36.*

Non possunt occidi, nec molestari, vel alia mala pati, sed iuridicè iudicandi. *Concil. Later. 3. in append. tit. de iudæis c. 2. de iudæis, &c. cap. Sicut iudæi.* Eorum cœmeteria non sunt violanda. *ibid.* sub pœna excommunicationis, Christianis.

In suis festis non debent molestari. *ibid. & Greg. I. lib. 1. ep. 34.*

Non debent spoliari, neque pro suis festis faciendis pecunias exigendæ. *concil. Later. vbi supra c. 2.* sub pœna excommunicationis. *De iudæis c. Sicut iudæi.*

Iudæis non est inferenda persecutio, sed saracenis. *23. q. 8. cap. dispar. Gregor. 1. lib. 7. ep. 26.*

Iudæorum inhabilitates.

Iudæus remanere non potest cum vxore Christiana. *28. q. 1. c. iudæi. concil. Tolet. 4. c. 63.* Alias separentur, nisi ipse velit ad fidem venire. *ibid.* & filij, matris conditionem sequuntur. *ibid.* Vide, *infidelis filij.*

Non possunt cum eis habitare Christiani. *conc. Later. 3. c. 26. conc. Mediol. 1. p. 3. tit. de iudæis.*

Iudæos defendens per munera, est anathema. *conc. Tolet. 4. cap. 58.*

Iudæus non potest esse testis in causis Christianorum. *concil. Tolet. 4. c. 64. 2. q. 7. c. Non potest.*

Non poterant eis locari domus, vltra duos menses, sub pœna excommunicationis. *concil. Rauennaten. sub Ioanne 22. cap. 14.*

In causis Iudæorum contra Christianos, non potest decidi, nisi per duos testes probatæ vitæ, & Christianos. *De testibus cap. Licet vniuersis.*

Non possunt præferri Christianis à nullo, sub pœna excommunicationis. *De testibus. c. iudæi.*

Medici Iudæi non possunt à Christianis vocari. *conc. Sabin. cap. 22.*

Vide, *Iudæis prohibita.*

Iudæi venientes ad fidem, quomodo tractandi.

Iudæi cum mansuetudine, trahendi sunt ad fidem. Vide, *Infideles. Greg. 1. lib. 11. ex reg. c. 15.*

Iudæi venientes ad fidem per octo menses sunt catechizandi. *De consecr. dist. 4. c. iudei. conc. Agathense cap. 34.* Si adsit periculum mortis, baptizentur ante. *ibid.*

Iudæi baptizandi per 40. dies ante baptismum, abstinere debent à vino, & carne. *ibid. de consecr. c. Ne quod absit.*

Iudæi dantes signa conuersionis, in separata domo sunt tenendi, nec baptizandi, nisi plenè instruantur. *concil. Mediol. 1. p. 3. tit. de iudæis.*

Iudæi conuersi non communicent cum non conuersis. *concil. Tolet. 4. c. 62.* (& pœnæ eorum) *28. q. 1. c. Sæpe malorum.*

Iudæi conuersi, & baptizati, etiam per vim, tenentur obseruare legem Christianam. *conc. Tolet. 4. c. 57. de consecrat. dist. 4. c. Plerique.*

Iudæi baptizati tradendi sunt custodiæ alicuius probi Christiani, qui per annum eos regat, faciat audire Missas, & alia opera similia facere, & cauere, nè conuersentur cum Iudeis, vel malis Christianis. *conc. Mediol. 1. p. 3. tit. de iudeis.*

Iudæi baptizati tenentur festiuitates Christianorum celebrare cum sacerdotibus in ciuitatibus, & locis publicis, qui secus fecerit, flagellis cædatur. *conc. Tolet. 4. c. 66.* vel alijs pœnis afficiatur. *ibid.*

A multis debitis fisci liberantur. *conc. Tolet. 16. c. 1. Greg. 1. lib. 4. epist. 7. ex regest. ep. 30.*

Si baptizati pauperes sunt, in aliquo hospitali tenendi, vbi artem aliquam discant. *conc. Sabin. c. 22.*

Iudæi venientes ad fidem, prouidendi sunt de victu. *Greg. 1. lib. 3. epist. 31.*

Non sunt spoliandi suis bonis, cum veniunt ad fidem, excommunicantur, qui eis spoliant. *De iudæis, &c. c. iudei 12. Extra, de iudæis cap. Dignum. conc. Later. 3. in append. tit. De iudæis c. 1.*

Iudæi venientes ad fidem, an possint vxores relinquere, vel tenere, & an dimissam ante, reconciliare. Vide, *infidelis.*

Iudæi venientes ad fidem, si sunt serui, euadunt ingenui. *conc. Tolet. 12. c. 9. Tolet. 16. c. 1. dist. 54. c. Et si iudæorum.*

Iudæus conuersus omnia bona sua habeat: si filius familias, à Patre viuente, sua pars detur: si fœmina dos à patre sibi detur, vel à marito: si nupta, restituatur. *conc. Mediolan. 1. par. 3. tit. de iudæis.*

Iudæi & alij infideles venientes ad fidem. *Ex const. Pauli 3. 32. Cupientes.* His gaudent priuilegijs. Filijs eorum volentibus conuerti ad fidem (etiam si sub patria potestate sint constituti) omnia bona immobilia, & mobilia eis illæsa, conseruanda sunt. Succedunt in bonis paternis, ac maternis, etiamsi contra eorum voluntatem sint conuersi, & bona illa eis debentur adhuc viuentibus parentibus.

Si bona illa illicitè, vel ex vsura sint acquisita, si notæ sunt personæ à quibus accepta sunt, sunt eis restituenda: si verò personæ illæ non extent, Sancta Ecclesia dictis conuersis ea concedit neque possunt ab vllo, quouis quæsito colore in hoc molestari, sub pœna anathematis.

Si conuersi sunt pauperes, omnes Christiani, siue Ecclesiastici, siue sæculares, eis auxilium conferant.

Gaudent priuilegijs, & libertatibus illarum ciuitatum, in quibus baptizantur, quibus gaudent ciues ratione natiuitatis, vel originis.

Parochi, &c. curent vt bene erudiantur in rebus fidei, & tam ipsi, quam Dioceſani curent, nè cum aliis Iudæis, vel Infidelibus, per longum tempus conuersentur.

Dioceſani curent Neofitos copulari cum Christianis originariis, si volunt matrimonia inire.

Eisdem prohibeant ne mortuos more Iudæorum sepeliant, aut Sabbatha aliasve solemnitates, vel ritus obseruent, sed solum ritus Ecclesiæ Catholicæ.

Contemptores prædictorum deferantur ad Inquisitores, qui eos seuerè puniant.

Qui Neofitis fauent, nè prædicta obseruent pœnas contra hæreticorum fautores promulgatas incurrunt. Neofiti verò iudæizantes, vt hæretici puniantur. *Paulus 3. vbi supra const. 32. Cupientes.*

Vide,

Vide, *Baptizati, in vltimo tit.* Vide, *Fides*. Vide, *Infideles*. Vide, *Iudæorum filij infra*. Vide, *Neofiti*.

Iudæi non baptizandi inuitè.

Iudæi cum manſuetudine, non cum ſeueritate trahendi ſunt ad fidem. *Greg. 1. lib. 11. ex regeſt. ep. 15.*

Non ſunt baptizandi inuitè. *conc. Tolet. 4. c. 57. Conc. Later. 3. c. 26. & in append. tit. de Iudæis c. 1. diſt. 45. c. de Iudæis. Gregor. 1. lib. 1. ep. 45. de Iudæis, &c. c. Sicut Iudæi.*

Iudæorum obligationes.

Iudæi, vt ab alijs diſtinguantur, tenentur portare in pannis ſuperioribus ſignum crocei coloris, & hoc tam mares, quam fœminæ. *Conc. Later. 4. c. 68. Conc. Rauennat. ſub Clem. 5. c. 23.* Tenentur portare ſignum illud croceum in pileo, alias pœna pecuniaria mulctandi. *Concil. Vienn. Prouinc. De Iudæis cap. In nonnullis. Conc. Mediol. 1. par. 3. tit. De Iudæis.*

Iudæi, quomodo ſe gerere debent cum Chriſtianis. Vide, *Chriſtiani circa Iudæos.*

Tenentur ſoluere decimas prędiales, & alias, vt domorum, &c. quia habitant in domibus Chriſtianorum. *conc. Viennen. Prouinc.* Debent etiam ſoluere decimas, de ijs bonis, quæ ſoluebant eas, antequam in manus Iudæorum venirent. *Conc. Later. 4. c. 67.*

Cum Sacramentum Euchariſtiæ tranſit ante eorum domos, tenentur domi ſe claudere. *Conc. Viennen. Prouinc.* Et per Prælatos ad id compellendi ſunt. *ibid. de decimis c. de terris. De vſuris. c. Quanto.*

A die feriæ quintæ in Cœna Domini, vſque ad Paſcha tenentur in ſuis locis clauſi ſtare ſub pœna. *conc. Later. 3. in append. tit. De Iudæis c. 1. & 2. De Iudæis, &c. c. in nonnullis. Conc. Meldenſe c. 73. conc. Aurelian. 3. c. 29. Conc. Matiſcon. 1. can. 14. conc. Vienn. Prouinc.* Et per Prælatos ad hoc compellantur. *ibid. Conc. Later. 4. c. 68.*

In die Veneris ſancti non poſſunt tenere feneſtras apertas. *de Iudæis, &c. cap. Quod ſuper. Concil. Mediol. 1. part. 3. tit. De Iudæis.*

Eorum bona acquiſita à Chriſtianis in pauperum Chriſtianorum vſus eroganda. *Conc. Later. 4. c. 69.*

Iudæi tenentur ire ad concionem ſibi faciendam determinatis temporibus à Chriſtiano concionatore. *Nicolaus 3. conſt. 1. Vineam Soret. Conc. Mediolan. 1. par. 3. tit. De Iudæis.* Semel in hebdomada eis fiat concio. *Greg. 13. conſt. 92. Sancta mater.* Quot, & qui tenentur ire ad concionem, & pœna non euntium. *ibid.* Impediens fieri concionem Chriſtianus excommunicatur. Prælati curent, vt fiat hæc concio, & deteſtetur eorum error.

Vide, *Chriſtiani erga Iudæos.*

Obligationes Iudæorum in ſtatu Eccleſiaſtico.

Paulus 4. conſt. 3. Cum nimis. Has leges obſeruandas Iudæis præſcripſit. In vno vico congregati omnes debent ſtare, tàm mares, quàm fœminæ. Signum aliquod diſtinctiuum patens debent portare, quod ſit glauci coloris. Nutrices Chriſtianas tenere non poſſunt. in feſtis non poſſunt, nec laborare, nec facere laborare. libros rationum cum Chriſtianis, Latinis literis, vel vulgaribus Italicis ſcribere debent, alias non faciant fidem. Solum ſtraccios, aut cencios poſſunt emere, vel vendere, non frumentum nec hordeum, &c. vſui humano neceſſaria. Medici eorum non poſſunt Chriſtianos medicare. Non poſſunt à Chriſtianis vocari *Domini*. In exigendis creditis, ſeruare debent menſes dierum 30. Statuta locorũ in quibus ſunt, debent ſeruare in fauorem Chriſtianorum facta. Singulis annis tenentur ſoluere Hoſpitali neofitorum Romę decem ducatos pro qualibet ſynagoga, etiam pro ſynagogis demolitis, ad quod tenentur Iudæi in ſolidum. & hoc confirmat idem Pontifex *in conſt. 9. Dudum.*

Pius 4. Moderatus eſt has leges *in conſt. 48. Dudum.* Sic, vt poſſint vti bireto nigro cum iter agunt, ſi verò pluſquam per vnum diem morentur *in* loco, vtantur flauo. poſſint poſſidere ſtabilia, ſiue in domibus, ſiue in villis vſque ad pretium 1500. ducatorum auri. Poſſint ſocietates cum Chriſtianis inire, & mercaturas exercere, etiam tritici, vini, olei, &c. Non poſſint tenere Chriſtianos *in* famulos. pro mutuato poſſint exigere intereſſe taxatum. circa venditionem pignorum Chriſtianorum, ſeruent ſtatura vrbis. De intereſſe non poſſunt exigere intereſſe. Pretium locationis domorum, *in* quibus ſtant, ſemel taxatum non poſſit alterari à Dominis. Quomodo procedendum ſit cum eis, quando accuſantur pro exactionibus quæ præſcriptio poteſt eis opponi pro creditis, & debitis. Extra Ghettum habere poſſint apothecas, & in eis manere ab Ortu Solis vſque ad Occaſum tantum. Libri rationum non probent contra Chriſtianos, niſi ſint ſcripti latina, vel vulgari Italica lingua. Camerarius, vel Vicarius Papæ, vel Auditor Cameræ curare debent, vt hæ leges obſeruentur.

Sed *Pius 5. conſt. 6. Romanus*, iterum renouat, & confirmat conſtitutionem *Pauli 4.* vt ſupra; & ſtatuit, vt ſignum flauum geſtent. *ibid.*

Iudæi ab omni loco ſtatus Eccleſiaſtici, olim fuerunt expulſi, excepta Roma, & Ancona. *Pius V. conſtitu. 80. Hebræorum.*

Clemens 8. renouat conſtitutiones *Pauli 4.* & leges *in* ea contentas obſeruari præcipit à Iudæis. *Conſt. 19. Cæca, & obdurata.* A ſtatu Eccleſiæ, expulſi ſunt *à Paulo 4.* excepta Roma, & Ancona, quia dolis, & fraudibus depauperabant Chriſtianos. *ibid. §. 3.* Priuilegia circa habitationem *in* alijs locis extra Ghettum, abrogantur. *ibid. §. 5.* Non poſſint habitare, niſi Romæ, Anconæ, & Auenioni. Contractus oneroſi facti cum Camera, &c. de habitatione in alijs locis diſſoluuntur. *§. 9.*

Priuilegia conceſſa Iudæis Orientalibus, dum Anconæ habitant ad mercaturam per *Paulum 3.* confirmantur *à Clemente 8. conſtitut. 26. §. 4.* quænam ſunt. Vide, *Portus.*

Iudæi habitantes in ſtatu Eccleſiaſtico, poſſunt per eum incedere ad exigenda credita, ſed cum fide teſtimoniali Epiſcopi, vel Gubernatoris Anconæ, ſi ſunt de illa Ciuitate. *ib. §. 5.*

Iudæi cum licentia Camerarij poſſunt fœnerari, & quomodo. *Clemens 8. conſt. 65. §. 14.* Vide, *Camerarius.*

Iudæi, Romæ non poſſunt ſubbaſtare pignora, niſi in Monte Pietatis, cum decreto Camerarij, relinquendo reſiduum in Monte Pietatis. *ibid. §. 36.*

Iudæorum cauſæ Romæ à quo iudicandæ, & quomodo *Paulus 5. conſt. 71. tit. de iuriſdictione in Hebræos.*

Iudæi carcerati etiam ad inſtantiam Chriſtianorum, ſi pauperes ſunt debent ali à Communitate Iudæorum, & Communitas ad hoc poteſt compelli manu regia per Viſitatores carcerum, & alios Iudices, ipſa tamen Communitas habet ius ad ſe reſarciendum de bonis eiuſdem carcerati. *Vrbanus 8. in append. conſt. 39. Cum ſicut.*

Iudæorum contractus etiam oneroſi circa habitationem in locis ſtatus Eccleſiæ à Papa diſſoluuntur. *Clemens 8. conſtit. 19. §. 9.*

Iudæorum filij, & ſerui.

Iudæorum filij fideles non excluduntur ab hæreditate, ſi patres eorum baptizati redeuntes ad Iudaiſmum, vel aliam hæreſim damnati ſunt. *conc. Tolet. 4. c. 61.*

Iudæorum filij, vel filiæ ſi baptizantur, auferantur à parentibus, & tradantur curæ bonorum Chriſtianorum. *Concil. Tolet. 4. cap. 60. 28. q. 1. cap. Iudæorum.* vel in Monaſterijs collocentur. *ibid.*

Filij Iudæorum mancipiorum à ſeptimo anno auferendi ſunt à parentibus per dominos Chriſtianos, & per eos educandi in doctrina Chriſtiana. *conc. Tolet. 17. c. 8.*

Filij Iudæorum cum Papæ diſpenſatione, fieri poſſunt canonici. *de reſcriptis c. Eam te.*

Filij Iudæorum venientes ad fidem, etiam ſi ſint ſub patria poteſtate conſtituti, omnia bona, tam mobilia, quam immobilia, quæ ad eos pertinerent, illis intacta, & illæſa permaneant. ſuccedunt in hæreditate, nec poſſunt vllo modo in his, & alijs fraudari. *Paulus 3. conſt. 32. Cupientes.* Alia de his. Vide, *Iudæi venientes ad fidem.*

Iudæo-

Iudæorum serui venientes ad fidem, euadunt liberi. *Concil. Tolet. 12. cap. 9. Tolet. 16. cap. 1. Dist. 54. cap. Et si Iudæorum.*

Iudæorum serui inducti ab eis ad Iudaismum, sine pretio sunt eis auferendi. *Conc. Toler. 3. c. 14.*

Iudæorum serui Christiani, confugientes ad Ecclesiam, causa fidei, sunt defendendi. *Gregorius 1. li. 3. ep. 9.*

Vide, *Ecclesiæ Immunitas*. Vide, *Ad Ecclesiam confugientes*. Vide, *Immunitas*.

Iudæi à quo iudicandi.

Iudæi per sacerdotes iudicandi sunt (id est, quo ad spiritualia.) *Conc. Toletan. 12. c. 9.*

Iudæi possunt ab Inquisitoribus iudicari in decem casibus. *Gregor. 13. const. 70. Antiqua Iudæorum.* Qui sunt hi casus. Vide, *Inquisitores in quibus causis possunt procedere.* Vide, *Infideles.*

Qui sunt isti casus. Vide, *Inquisitores in quibus causis possunt procedere.*

Iudæorum causæ in Vrbe à Cardinali Vicario sunt iudicandæ, & nullus alius potest in eis se ingerere. *Iulius 3. constitut. 2. Cum sicut.* Vide, *Obligationes Iudæorum in statu Ecclesiastico*, in præcedenti titulo. Vide, *Vicarius.*

Iudæi recidiui post baptismum.

Iudæi baptizati redeuntes ad suos ritus, per Episcopos puniendi. *Conc. Toletan. 4. c. 57. De consecr. dist. 4. cap. Plerique.* Vt hæretici puniendi. *Gregor. 9. const. 2. Admodum. Nicolaus 4. constit. 1. Turbato.* Vide, *Iudæi venientes ad fidem, circa finem.* Vide, *Hæretici.*

Iudaizantes. Vide, *Christiani.*

Iudices qui possint esse, & qui non.

Iudex dicitur à ius dicendo, & iustè iudicando. *22. q. 2. cap. 1. de verbor. signif. cap. Forus.*

Iudex non est, qui iustè non iudicat. *22. q. 2. c. 1.*

Iudex esse non potest suspectus parti. *Felix 2. ep. 1. c. 21. Nicolaus 1. ep. 8. & in decr. tit. De iudicijs cap. 7. 3. q. 5. cap. Quod suspecti. Concil. Later. 3. in append. tit. De appellationibus cap. 27.*

Iudex suspectus, potest alteri causam committere. *De appellat. & c. cap. Ad hæc il 3. de off. iud. deleg. in 6. c. Iudex.*

Iudex esse non potest inimicus, aut odiosus. *3. q. 5. c. Quod suspecti. Conc. Later. 3. in append. tit. de appellat. c. 27.*

Iudex, qui habet similem causam cum parte, non potest esse iudex. *de iudicijs c. Causam il 2.*

Iudex esse non potest criminosus. *3. q. 7. c. In grauibus.*

Iudex malus, priuandus est. *Conc. Mogunt. c. 50.*

Iudex esse non potest accusator, aut testis. *4. q. 4. c. Nullus umquam, & c. Nullus introducatur.*

Iudex fit suspectus, si de eius domo exit accusator, vel testis. *4. q. 4. cap. Contra ritum.*

Iudex esse non potest excommunicatus, aut hæreticus. *Nicolaus 1. ep. 8. in decr. tit. de iudicijs c. 7.* Vide, *Hæreticorum inhabilitates.* Vide, *Excommunicatus. De sent. & re iudicata cap. Ad probandum.* & sub eodem *tit. in 6. cap. 3.* Excommunicatus, excommunicatione minori non potest excommunicare. *ibid. Conc. Lugdun. 1. Gener.*

Iudex alterius fidei, non potest iudicare. *Nicolaus 1. ep. 8. 2. q. 6. cap. Catholicus.* & ad illum confugiens, excommunicatur. *ibidem.* Vide, *Iudicia.* Vide, *Iudicare.*

Iudicis obligationes.

Iudex tenetur sequi doctrinam Canonum Ecclesiæ. *Concil. Meldense cap. 34.*

Iudex tenetur discernere, quid iudicandum sit. *De pœnit. dist. 6. cap. Qui vult. in medio.*

Iudex bono animo, potest iudicare delicta. *23. q. 5. c. Officia.*

Iudex quomodo debet procedere in exequendis sententijs, excommunicationis, interdicti, &c. Vide, *Sententia.*

Iudex, quando lex non disponit de aliquo, debet sequi æquitatem, & iudicare secundum partem humaniorem. *Honorius 3. ex Cirone, de transact. c. 1.*

Iudex misericordiam cum seueritate miscere debet. *dist. 45. cap. Disciplina. cap. Omnis. cap. Et qui. & cap. Sunt namque.*

Iudex agere debet sine tumultu, passione, risu, &c. *5. q. 4. cap. In loco.*

Iudex requisitus ab Episcopo, vt expediat causas pupillorum, pauperum, &c. tenetur obedire: alias potest excommunicari. *23. q. 5. c. Administratores.*

Iudex tenetur prouidere parti de Aduocato, etiam dando domesticum. *de off. Iudicis c. 1.*

Iudex in dubio consulens superiorem, debet dare partibus copiam. *de appellat. & c. c. Intimasti.*

Iudex, ex officio curare debet, vt debitæ solemnitates obseruentur. *de iudicijs c. Causam quę.*

Iudex cum, adducitur decretalis, de cuius authoritate dubitat, si sit secundum ius commune, potest secundum eam iudicare; secus si contra. *De fide instrum. c. Pastoralis.*

Iudex procedens de plano, quid tenetur facere. Vide, *Procedere.*

Iudex, ex officio debet procedere in causa, si accusans, & accusatus pacificantur. *De collusione detegenda c. Crimina.*

Iudex ex tribus capitibus, & modis tantum debet moueri ad iudicandum, accusatione, denunciatione, & inquisitione. *concil. Later. 4. cap. 8.*

Iudex tenetur omnia acta facere per publicam personam, vel per duos viros idoneos, & notari faciat omnes citationes, dilationes, recusationes, appellationes, &c. alias processus est nullus. *Conc. Lateranen. 4. c. 38.*

Iudex cum patientia expectare tenetur, donec partes afferant suas rationes. *Gregorius 1. lib. 7. ep. 43.*

Tenetur disquirere merita accusantis. *lib. 2. const. Apost. c. 49.*

Tenetur in notorijs procedere sine accusatione. *De accusat. cap. Euidentia.*

Iudex ordinarius, tenetur obedire delegato Papæ. Vide, *Delegatus.*

Vide, *Appellans, quomodo tractandus.* Vide, *Iudicare.* Vide, *Iudicia.*

Iudex à quibus tenetur abstinere.

Iudex non potest iudicare, nisi audita vtraque parte. *Gregor. 1. l. 7. ep. 43.* & expectet cum patientia, donec partes producant suas rationes. *ibid. Adrianus 1. in decr. c. 26.*

Non debet esse acceptator personarum, nec vultum pauperis considerare. *Damasus ep. 4.*

Non potest iudicare sine accusatore. *23. q. 4. c. Si quis.* Sufficit tamen denunciator; imo quando procedit per inquisitionem, sine accusatore iudicat. *Concil. Later. 4. c. 8.*

Non potest dare tormenta sine inditijs. *de regulis iuris c. Cum in contemplatione.*

Non potest ferre sententiam contra absentem. *conc. carthag. 4. c. 30.* Vide, *Absens.* Vide, *Sententia.*

Non potest per pecuniam sententiare. & pœna. *1. q. 1. c. Concussionis. c. Lege Iulia, & cap. Eadem*, tenetur ad restituendum, & exilio mulctatur. *ibid.*

Non potest pro iustitia facienda accipere sportulas. *conc. Vernense c. 25.*

Non opprimat pauperes, alias excommunicetur. *conc. Turon. 2. c. 27. Sed Conc. Tolet. 4. c. 52.* statuit, vt prius corrigatur, deinde ad Regem deferatur.

Non potest iudicare de crimine, sibi soli noto. *2. q. 1. cap. Si peccauerit.*

Non potest cognoscere simul de principali, & exceptionibus, alias potest ab eo appellari. *de iudicijs c. Exhibita.*

Non debet acquiescere in vno genere probationis delicti, vel negotij; sed alia debet inquirere. *4. q. 2. cap. Si testes.*

Non debet admittere actorem ad litigandum, nisi in scriptis libellum dederit de causa. *de libellis c. 1. Ignarus.*

Non debet recipere exceptiones factas coram primo. *De testibus cap. Causam quæ.*

Non tenetur expectare accusationem in notorijs, seu euidentibus. *de accusat. cap. Euidentia.*

Iudex lædens partem in iudicando per fauores, vel pecuniam, tenetur ad restitutionem. & per annum suspenditur ab officio. *de sent. & re iudic. in 6. c. 1.*

Non tenetur ponere in sententia motiua ad sententiandum. *De sent. & re iud. cap. Sicut nobis.*

Non potest præuenire diem iudicij constitutum; alios appellari potest. *de appellat. & recusat. cap. Significante.*

Non potest procedere, lite non contestata, alias appellari potest. *ibid. c. Significante.*

Iudex non potest trahere fœminam ad personaliter comparendum pro testificatione, sed debet ad eam mittere personam idoneam ad eam examinandam; nisi forte exigat causa, vt ipse Iudex vadat. alias si fingit causam, excommunicandus est. *De iudicijs in 6. cap. Mulieres.* Vide, *Fœmina.* Vide, *Mulier.*

Non potest præcipere, vt verberetur clericus; neque iure disciplinæ (nec etiam Iudex Ecclesiasticus) alias ipse, & verberans sunt excommunicati, & à Papa absoluendi. *de sent. excomm. cap. Vniuersitatis.*

Iudex causæ beneficialis, seu concernentis priuationem beneficij, impetrare non potest illud. *Pius 4. const. 14. Cupientes.* Vide, *Iudicia.* Vide, *Iudicare.*

Iudex, quid potest facere.

Iudex ex officio, potest occidere, id est, ad mortem damnare, & per hoc non imputatur. 23. q. 4. *cap. Illud etiam. & cap. Si quos.* q. 5. *c. de occidendis, & c. Iudex.* Vide, *Occidere.* Vide, *Occidens.* Vide, *Sententia.*

Iudex Christianus dare potest tormenta, & supplicia. 23. q. 4. *cap. Quæsitum est.* q. 5. *cap. De occidendis, & c. Iudex non est.* Vide, *Sententia.*

Iudex occidens sacrilegos, & malefico, non dicitur effundere sanguinem. 23. q. 5. *cap. Homicidas.*

Iudex in notorijs, seu euidentibus potest procedere sine accusatore. *de accusat. c. Euidentia.*

Tribus modis potest moueri ad iudicandum, scilicet accusatione, denunciatione, & inquisitione. *conc. Later. 4. c. 8.*

Potest pronunciare sententiam, siue sedens, siue stans. *Clement. de verbor. signif. c. fin.* Vide, *Sententia.*

Potest concedere terminum partibus ad producendas petitiones. Vide, *Procedere.*

Iudex potest procedere in causa, quando quis obtinet à Papa confirmationem rei litigiosæ. Secus si pacificè possidebat. *conc. Later. in append. tit. De præeminentia, &c. c. 10.*

Vide, *Iudicare.* Vide, *Iudicia.*

Iudex recusatus.

Iudex recusari potest à partibus, sed probanda est causa recusationis per terminum dandum ab arbitris. *De off. Iud. delegati cap. Suspicionis.*

Iudex recusatus (si dantur arbitri, potest eos compellere, vt conueniant; & si discordes sunt, tertium aduocent. *ibid.*

Iudex recusatus, vel suspectus, potest alteri causam committere. *de appellat. &c. cap. Ad hæc il 3. De off. Iud. delegat. in 6. cap. Iudex.*

Iudex recusatus committere potest arbitris, qui si intra terminum non iudicant, ipse procedit in causa. *de appellat. in 6. cap. Legitima.*

Iudex non potest recusari, nisi causa coram eo assignetur. & quando causa illa recusationis probari debet coram arbitris. *De appellat. &c. c. Cum speciali.*

Iudex recusatus, vel contendens de iurisdictione, non potest prosequi causam, sub pœna excommunicationis, & reficiendi damna, & interesse. & absolui non potest, nisi ijs refectis. *Martinus 5. const. 3. in Apostolicæ.* §. 19.

Vide, *Iudicia.* Vide, *Iudicare.* Vide, *Appellatio.*

Iudex appellationis à quo, & ad quem.

Iudex à quo, nisi appellans prosequatur, procedit in causa, ac si non esset appellatum. *De appellat. cap. Ad hæc il 3. cap. Ad aures. & c. Cum speciali.* §. *Porrò.*

Iudex à quo fuit appellatum de grauamine, si reuocat grauamen, prosequitur. *ibid. cap. Cum cessante.*

Si Iudex à quo remisit totaliter ad appellationem, licet iniustè fuerit appellatum, non potest amplius iudicare in ea causa; neque potest ei remitti. *De appellat. &c. in 6. c. Cum appellationibus.*

Iudex à quo est appellatum in vna causa, potest iudicare reum in alia. *de appellat. & recusat. c. Ad hæc.*

Iudex à quo non potest præfigere terminum causæ finiendæ. *De appellat. & recusat. c. Ex insinuatione.*

Iudex à quo tenetur dare Apostolos appellanti, alias irritè procedit in posterum. Intra 30. dies tenetur appellans petere, & iudex dare. *De appellat. & recusat. in 6. cap. Vt super. & cap. Ab eo.*

Iudex à quo audita appellatione, non potest amplius agere in appellatum, nisi velit relaxare grauamina, si ab eis fuit appellatum. Quia tunc potest citare eum pro reuocando grauamine; & si non comparet, iudex potest prosequi. *de appellat. & recusat. in 6. c. Si à Iudice.*

Impediens ne dentur acta appellanti intra mensem, damnatur ad valorem litis. *Conc. Trident. sess. 24. de refor. c. 2.*

Iudex à quo est appellatum, non potest vocari in testem, in causa appellationis. 2. q. 6. *cap. Statutum.*

Iudex, si ab eo appellatur à sententia interlocutoria, & comminatoria, potest procedere in causa. *Conc. Later. 4. c. 36.*

Iudici à quo nihil officit, quod sententia ob appellationem reuocetur, nisi inique iudicauerit. 2. q. 6. *c. Hoc etiam.*

Iudex ad quem non tenetur obedire iudici à quo præfinienti terminum pro finienda causa. *De appellat. & recusat. c. Ex insinuatione.*

Iudex ad quem, parte contumaciter absente potest definire. *ibid. cap. Per tuas.*

Iudex ad quem acceptans appellationem ex causa probabili, prohibere potest iudici à quo, ne vlterius procedat. *de appellat. & recusat. in 6. c. Non solum.*

Iudex ad quem remittit causam ad priorem, si cognoscit non fuisse grauamen, nec iustam causam appellandi. *De appellat. c. Cum in Ecclesia. De appellat. in 6. c. Cum appellationibus.* & ad expensas damnat. *ibid.* Vide, *Appellatio.*

Iudex delegatus.

Iudex delegatus, nequit vltra duas dietas eligi, vel trahere, nisi ex consensu partis. *de rescript. c. Nonnulli.*

Impetrans electionem iudicis, non potest eligere eum extra Diœcesim, vltra duas dietas. *ibid.*

Iudex delegatus, quid potest à partibus accipere, & an expensas. Vide, *Delegatus.*

Iudex delegatus, si est necessarius in testem, alius iudex est à delegante subrogandus. *de testibus c. Dilecto filio.*

Iudex delegatus, etiam à Papa, non potest citare ad comparendum personaliter, nisi causa sit criminalis, vel pro dicenda veritate, vel pro iuramento calumniæ; vel ob alias iuris necessitates. *de iudicijs in 6. c. 1.*

Iudex delegatus à Papa, potest subdelegare. *De off. & potest. Iud. deleg. cap. vlt.* In quibus actionibus non potest subdelegare. *ibid.* Non in absolutione, dispensatione, pœnitentiæ, iniunctione, &c.

Iudex delegatus, commissionem non potest excedere. Vide, *Delegatus.*

Iudex delegatus potest prosequi causam, si quis impetrat à Papa confirmationem rei litigiosæ, secus si pacificè possidebat. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. De præeminentia, &c. cap. 10.*

Iudici delegato obediendum est ab ordinario. Vide, *Delegatus.*

Alia de iudice delegato. Vide, *Delegatus.*

Iudex Ecclesiasticus.

Iudex Ecclesiasticus potest etiam Reges corrigere ratione periurij, vel pacis fractæ. *de iudicij, c. Nouit ille.*

Iudex Ecclesiasticus canonum auctoritate debet vti. *De constit. cap. 1.*

Iudex

Iudex Ecclesiasticus gratis debet iudicare, nec aliquid exigere. *De vita, & honest. cleric. c.cum ab omni.*
Iudici Ecclesiastico non obtemperans, excommunicetur. 2. q.6. *cap. Quisquis.*
Iudex Ecclesiasticus faciens percutere clericum per laicum, etiam iure disciplinæ, est excommunicatus, ipse & etiam verberans, à Papa sunt absoluendi. *De sent. excommunic. cap. Vniuersitatis.*
Sacerdos esse non potest iudex in causa mortis. *Conc. Tolet. 4.c.21. 23. q.8. cap. Sæpe Principes.* Vide, *Clerici in causa sanguinis.*
Iudex Ecclesiasticus vti potest censuris, verum cautè eis vti debet. sed si videbitur solum eis vtatur, quando fieri non potest executio realis, vel personalis, & adest contumacia in iudicem. *Conc. Trid. sess. 25. de reform. c.3.*
Vide, *Censura.*
Iudices Ecclesiastici in causis ciuilibus, tàm Ecclesiasticorum, quàm laicorum, possunt vti pœnis pecuniarijs, pignorum captione, priuatione, & alijs. *ibid. c.3.*
Iudices Ecclesiastici non possunt impediri à sæcularibus, nè vtantur censuris. *ibid. c.3.*
Iudices Ecclesiastici non debent nimium differre causarum definitiones. *Conc. Trid. sess. 25. de refor. c.10.*
Iudice Ecclesiastico petente auxilium, magistratus sæcularis, seù Princeps tenetur illud præstare, etiam si fiat exceptio de nullitate. *Conc. Colon. 3. tit. de medio tertio c.2.*
Iudex Ecclesiasticus non debet assumi ad iudicandas causas, quæ spectant ad sæculares; nisi ex consuetudine sic fiat. *Conc. Mogunt. c.76.*
Vide, *Episcopalis dignitas.* Vide, *Episcopi iurisdictio.*

Iudex sæcularis.

Iudex sæcularis non potest Episcopos, aut alios clericos, vel eorum causas iudicare. 11. q.1. *cap. Nemo, & cap. Nullus. Gregor. 1. lib. 9. ex regist. ep.74.* Excommunicatus est, *De foro compet. c. Nullus iudicum. Conc. Sabin. c.4. Greg. XIV. const.7. cum alias.* Vide, *Excommun. Bullæ Cœnæ.*
Iudex sæcularis iudicans in causa Ecclesiastica, absque licentia Episcopi, excommunicatur. *Conc. Antiochen. c.43.*
Iudicem sæcularem adiens clericus, excommunicatur. 11. q.3. *c.Si quis à proprio, & c.Placuit.* Vide, *Clericus.*
Iudex sæcularis requisitus ab Episcopo, vt expediat causas pupillorum, pauperum, &c. tenetur obedire, alias excommunicetur. 23. q. 5. *c. Administratores.*
Iudex sæcularis condemnans clericum, iudicandus est à iudice Ecclesiastico, & condemnandus in expensis, & damnis. *De iniur. & damno dato cap. Olim.*
Iudex sæcularis compellens clericum ad soluenda debita, punitur à iudice Ecclesiastico per censuras. *De foro compet. in 6. cap. Sæculares.*
Iudex sæcularis compellendus est ab Ecclesiastico, ad obedientiam iuris canonici. *De iureiurando in 6. cap. Licet mulieres.*
Iudex sæcularis compellitur ab Ecclesiastico ad repellendos excommunicatos à iudicijs, & actiuis causis. *De sentent. excomm. in 6. c. Decernimus.*
Iudex sæcularis tenetur statim dimittere clericos. Vide, *Clericus.* Vide, *Excommun. in Bulla Cœnæ.* Vide, *Clerici quo ad forum.* Vide, *Clerici immunitas.* Vide, *Clerici priuilegia.*
Capiens clericum in delicto, vel cum armis, etiam sine habitu clericali, requisitus tenetur eum dare superiori, sub pœna excommunicationis Papæ reseruatæ. *Conc. Rauennat. 4. sub Ioanne 22. c.18.*
Iudex sæcularis tenetur statim recipere hæreticos ab Inquisitoribus relaxatos curiæ sæculari. *Conc. Constant. sess. vlt. in const. Martini V. Innocent. IV. const.9. Ad extirpanda.* Et statim exequi. *De hæreticis in 6. c. Vt commissi. Innocentius 8. const.10. Dilectus.* Sub pœna excommunicationis. *ibid.*
Iudex sæcularis admittens appellationem à iudice Sedis Apostolicæ, excommunicatur in Bulla Cœnæ, sic notarij, aut alij ministri. Vide, *Excommun. in Bulla Cœnæ.*
Iudex sæcularis auocans causam à iudice Ecclesiastico, sub quouis prætextu, excommunicatur in Bulla Cœnæ. *ibid.*
Iudex sæcularis, quomodo potest procedere contra nouitium, qui cum esset criminosus, ingressus est religionem. *Sixtus V. const. 71. §.17.*
Iudex laicus non cognoscit causas hæresis, neque Ecclesiasticorum, vel Militum Sancti Ioannis Ierosolymitani, nec regularium. *Greg. 14. const.7. cum alias.*
Iudex sæcularis iudicans causam clerici, etiam eo consentiente, excommunicationem ipso facto incurrit, & sententia est nulla. *Honorius 3. ex Cirone, tit. de iudicijs c.4. Conc. Mogunt. 4. c.76.*
Iudex sæcularis iudicans causam matrimonialem, vel alias spirituales, excommunicationem ipso facto incurrit. *Conc. Mogunt. 4. ibid.* Vide, *Matrim. causæ.*
Vide, *Clerici à quo iudicandi.*

Iudex quo ad alia.

Iudicis verbo credendum non est, licet magnæ auctoritatis sit, excepto Papa. *De testibus cap. cum à nobis.*
Iudicem verbis offendens, puniri debet à superiore. *de pœnis cap. dilectus.*
Iudex non tenetur appellantem recedentem citare, & validus est processus. *de dolo, & contumacia. cap. fin.*
Iudicis mandatum exequens, dolum non committit. *de regulis iuris in 6. reg.24.*
Iudicis officium implorari non potest, sine litis contestatione. *de officio iudicis c.2.*
Iudicis ordinarij decreto standum est, donec probetur contrarium. *de probationibus. cap. Post cessionem.*
Iudex contendens de iurisdictione. Vide, *Iudex recusatus.*
Iudex in causa mortis esse non potest sacerdos. *Concil. Tolet. 4.c.31. 23. q.8. cap. Sæpe Principes.*
Vide, *Laicus.* Vide, *Laicus iudex.*

Iudices conseruatores.

Iudices conseruatores concessi sunt Mendicantibus Regularibus, vt eorum priuilegia defendant in suis litibus, contra quoscumque. *Extra, de iudicijs cap. Frequentes. Conc. Trid. sess. 14. de reform. c.5.*
Iudices isti non possunt aliquem trahere, vltra duas dietas. & quænam sit auctoritas, ac potestas eorum. & quomodo debent causas terminare. *ibid. c. Frequentes, & de rescriptis in 6. cap. Statutum.*
Iudices conseruatores eligi non possunt à Regularibus, neque ab alijs, nisi illi qui habent qualitates, & conditiones præscriptas *à Bonif. 8. in c. Statutum. de rescriptis in 6. Gregor. 15. const.9. Sanctissimus.* Regulares qui aliter faciunt priuantur actiua, & passiua voce, & alijs pœnis subiacent, ac per annum careant iudice conseruatore. Episcopi in synodis debent eligere plures personas, quæ habeant conditiones præscriptas ibi *à Bonifacio 8.* Et si aliquis interim moritur ex electis, eligant alium, vt ex illis electis regulares eligant quem volunt. *ibid. §.5.* intra tempus determinatum debent illum eligere regulares. *ibid. §.6.*
Iudices conseruatores semel electi, & deputati, intra quinquennium non possunt remoueri, nisi ex causa, à Papa, vel ordinario, vel eisdem regularibus approbanda. *ibid. §.8.*
Iudices præfati, nihil possunt facere in causis, in quibus regulares, vel alij exempti, quibus patrocinantur, sunt actores, sed solum quando sunt rei, vel accusati. *ibid. §.9.*
Si inter iudices conseruatores, & ordinarios nascitur lis de iurisdictione, non procedatur, donec per arbitros terminetur, quid de iure. *ibid. §.10.*
Si iudices conseruatores excedunt limites suæ potestatis, per annum priuantur officio. pars verò, quæ id procurat incurrit excommunicationem. *ibid. §.11.*
Si iudices conseruatores non sint doctores, vti debent assessore doctore, & iuxta huius sententiam iudicent. *Leo X. const.10. Regimini.*
Iudices conseruatores, non possunt tenere tribunal erectum, nisi pro miserabilibus personis. *conc. Trid. sess. 14. de ref. c.5.*

Vide, *Conseruatores*. Vide, *Literæ conseruatoriæ*. Vide, *Regulares*.

Iudices Romæ.

Iudices Capitolij, Ripæ, & de Sabellis (olim) atque alij, quas causas possunt expedire. *Iulius 2. const.28. Decet. Pius 4. const.58. Cum ab ipso.*

Iudices criminales Romæ, quas facultates habent. *Paul. V. const.71. tit. de iudicibus criminalibus.*

Iudices ciuiles, quas causas iudicare possunt Romæ. *ibid. tit. de iudicibus ciuilibus.*

Iudices criminales, & ciuiles, quid habent commune Romæ. *ibid. tit. communia iudicum omnium.*

Iudex beneficialis confidentiæ, & simoniæ de nouo instituitur. *Sixtus V. const.47. Diuina.* Hoc officium est vacabile. *ib.*

Iudex hic habet facultatem in omnes causas, quæ habent connexionem cum simonia, & in omnes personas, etiam Episcopos, Patriarchas, & Cardinales. *ibid.* Forma cognoscendi causas. *ibid.*

Iudices, & ministri, seù officiales eorum, nihil possunt accipere, nec acceptare pro iustitia, pro defensione, vel redimenda vexatione, sub pœna excommunicationis Papalis.

Vide, *Sedes Apostolica, diffusè.*

Iudices Romæ quicumque non possunt concedere mandata de capiendam possessione beneficiorum vigore supplicationum, nisi literæ Apostolicæ sint expeditæ, sub pœna excommunicationis Papalis, & pecuniaria. Possessio est nulla, & fructus non sunt possidentis. *Paulus 3. constit.49. cum nobis.* Vide, *Beneficiorum possessio.*

Iudicia.

Iudicium ex quatuor constat, iudice, accusatore, reo, & testibus. *De verb. signif. cap. Forus.*

Iudicium fieri non potest præcipitanter. *Euarist. ep.2. Iulius 1. ep.2. c.31. 30. q.5. cap. iudicantem.* Sed cum deliberatione, & maturitate. *ibid.* Rationabiliter faciendum. *2. q.1. cap. in primis. conc. Tribur.1. c.22.*

Iudicium sine iracundia faciendum, alias malum est. *Greg.1. lib.8. ep.51. 11. q.3. c.Iudicare.*

Iudicium iniustum non faciendum ex iussu, vel metu alterius. *Calistus 1. ep.1. conc. Rom.6. sub Symmacho.* Alias est inualidum. *ibid. Adrian.1. in decr. c.79.*

Iudicium fieri non potest inaudita parte. *De causa possessionis, &c. c.1. Ioann.8. ep.2. & 34.*

Iudicium factum absente reo, est nullum. *Iulius 1. ep.2. c.9. & 24. Nicolaus 1. ep.8. in decr. tit. de iudicijs c.8.9. & 10. 3. q.9. cap.absens. cap.Omnia. cap.Habetur. cap.Nec extra. Conc. Nican.1. ex Iulio I. c.22.*

Iudicium fugiens vocatus, fit suspectus. *Iulius 1. epist.2. in proœmio.*

Iudicia non admittunt exceptionem personarum. *de regulis iuris reg.12. Ioannes 8. ep.152.*

Iudicium ferri non potest ante cognitionem, & intellectum causæ. *Ex libello Euodij pro Symmacho in Concil. Rom.4. dist.29. cap.Sciendum.*

Iudicium nequit fieri ex suspitione. *2. q.1. c. Primo semper.*

Iudicium fieri non potest in die Dominico, neque ab Episcopo. *Adrianus 1. in decr. c.64. Conc. Tarracon. c.4. Conc. Arelat.4. c.11. Nec in alio festo. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c.12. 15. q.4. c. Nullus.*

Iudicium fieri non potest in ferijs, neque ex consensu partium. *de ferijs c. fin.*

Iudicia magna cum magna deliberatione facienda. *Zosimus epist.10.*

Iudicium factum contra Ecclesiam, sede vacante, non tenet. *Ne sede vacante c. fin.*

Iudicium retractari potest melius examinata veritate. *Innocent.1. ep.7. 3. q.9. c. Graue.*

Iudicia sæcularium, nec in Ecclesijs, nec in atrijs earum fieri possunt. *Concil. Arelat.4. c.22. Concil. Moguntiac. c.40. Gregor.1. lib.9. ex reg. ep.1. de immun. Eccles. cap.cum Ecclesia. & in 6. c.decet. §.Ordinarij. c. cùm Ecclesia.* Neque in cœmeterio. *ibid.*

Iudicium mutans, quando est audiendus. *de alienat. iudicij mutandi causa facta. c.1. Omnes.*

Iudicia facienda vbi crimen est commissum. *Damasus ep.4. 3. q. 6. cap. ibi semper.* Numquam extra prouinciam. *Conc. Nicen.1. ex Iulio 1. c.15.*

Iudicia fieri non possunt extra prouinciam, sine licentia Papæ. *3. q.6. cap. Vnaquæque.*

Iudicium fieri non potest, nisi præcedente accusatione. *2.q.1. cap. Nihil contra.*

Iudicium fieri non potest ante examen. *11. q.3. c. Eorum.*

Iudicium fieri debet per productionem partium vtriusque partis. *de probat. c. Ex literis.*

Iudicium peruertens ex passione, damnatur. *11. q.3. c. Quicumque. cap.Quisquis. cap.Nemo, & cap.Vnicuique.*

Iudicium sanguinis fieri non potest in locis sacris. *Conc.Oxonien.1. cap.1.*

Iudicium factum contra statuta Apostolica, est nullum. *25. q.1. cap.Omne. q.2. cap. Tam Sacerdotes.*

Iudicium fieri non potest ex dicto vnius testis. *Ioannes 8. ep. 226.* Vide, *Testes.* Vide, *Sententia.*

Iudicium fieri nequit, nisi præcedant indicia. *30. q.5. cap. iudicantem.* Et debent esse certa. *11. q.3. c. Quamuis.*

Iudicium semel factum, retractari non potest, nisi per auctoritatem maiorem. *6. q.4. c. Quod benè.*

Iudicium nequit fieri ab alieno Episcopo. *6. q.3. c. Scriptum est.* Vide, *Episcopus.*

Iudicium fieri non potest de dubijs & incertis, nisi manifestis indicijs probentur. *Conc. Nican.1. ex Iulio 1. c.15. & 17. 2. q.1. c. Nomen. 30. q.5. c. iudicantem.*

Iudicium temerarium iudici nocet. *11. q.3. c. Temerarium.*

Iudicium fieri simpliciter, & de plano, aliud non est, nisi quod Iudex non exigit libellum contestationis litis; tempore feriarum potest procedere. potest dilationes inutiles amputare, abbreuiare litem, dilatorias appellationes, & alia similia omittere, quæ non pertinent ad substantiam iudicij. *Clement. de verbor. signif. c. fin.*

Iudicium non potest mutare clericus, accipiendo aliquid à laico, vt illud mutet, & trahat laicum ad Ecclesiasticum iudicem. *de alienat. iudicij, &c. cap. fin.*

Iudicium factum inter alios, nulli generat præiudicium. *de donat. cap. inter dilectos.*

Iudiciorum acta scribi debent omnia per Notarium, alias non creditur processui. Possunt etiam scribi per duos viros idoneos, simul. *de probationib. c. Quoniam contra.*

Iudicium nequit remitti ad Iudicem, à quo fuit appellatum. *Conc.Later.3. in append. tit. de sponsalib. c.20.*

Iudicium sanguinis, nequit fieri à clericis. *Conc. Toletan.4. c.31. 23. q.8. c.Sæpè. c.His à quibus.* Vide, *Clerici in causa sanguinis.* Vide, *Sacra persona.* Vide, *Ecclesiastici.*

Neque iudicium mutilationis. *ibid.*

In iudicium vocare proximum, non est malum, etiam si damna ex eo sequantur. *Conc. Senon. c.17. in fine.*

Iudicari, & iudicare.

Iudicare non licet in die festo. *de ferijs c.1. Omnes.* Vide, *iudicium.* Vide, *Festa.*

Iudicare benè non potest, qui furorem, vel odium habet. *11. q.3. c.iudicare, & c. Tunc vera.*

Iudicare possunt extra territorium, Episcopi, si sunt expulsi, & quomodo. *Clement. de foro compet. cap.vn.*

Iudicari possunt manifesta, absque accusatione. *2. q.1. cap. Manifesta. cap. Quæ Lotharius. cap. de manifestè, & cap. Scelus.*

Iudicari nequit absens. *3. q.9. c.Non oportet. cap.Omnia. cap. Habetur. c.Nec extra, c.Qui accusare. c. Dignum. c. Absente. cap.Re vera, & cap.Absens. Iulius 1. ep.2. cap.9. Adrian.1. in decr. c.22.* Vide, *Absens.*

Sed absens negligens adesse, potest iudicari. *3. q.9. c.decernimus. & cap. indicas.*

Iudicari nullus potest absque probationibus. *30. quæst.5. cap. Nullum.*

Iudicari non potest clericus alienæ Diœcesis. *9. q.2. c. Nullus alterius, & cap. Nullus primas.*

Iudicari

Iudicari non possunt dubia, & incerta. *Iulius 1. ep. 2. c. 28. Victor. 1. ep. 1. Zephyrinus ep. 1. Felix 1. ep. 1.* certis indicijs debent delicta probari, vt iudicentur. *Sixtus 2. ep. 2.* Vide, *Iudicium*. Vide, *Incerta*. Vide, *Dubia*.

Iudicari non potest maior à minore. *Iulius 1. ep. 1.* Vide, *Inferior*. Vide, *Minor*.

Iudicari non potest seruus alienus. *Telesphorus in ep. decret.*

Iudicari non potest Episcopus spoliatus rebus. *Concil. Nican. ex Iulio 1. c. 8.* Vide, *Episcopus, &c.*

Iudicare de iurisdictione, facta appellatione ad Papam, non pertinet ad Iudicem à quo, sed ad delegatum Papæ. *Honorius 3. ex Cirone, de offic. & potest. Iud. deleg. c. 3.*

Iudicatus.

Iudicatus in Prouincia, appellat ad Papam. *3. q. 6. cap. Accusatus. & cap. Discutere.*

Iudicata res inter alios, non nocet tertio. *De sent. & re iudic. cap. Quamuis.*

Vide, *Episcopus circa Papam*. Vide, *Episcopus à quo iudicandus*. Vide, *Papa*.

Iudicium Vniuersale futurum.

Iudicium Vniuersale faciendum est à Christo in fine Mundi. *De fide, & summa Trinit. cap. 1.*

Iudicij diem Christus nouit non ex natura humanitatis, sed per potestatem diuinitatis; ideoque dicitur non scire. *Gregorius 1. lib. 8. ep. 42.*

Iudicij Vniuersalis dies determinata non prædicenda, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ reseruatę Papæ. *concil. Lateran. 5. sess. 11. const. 1.* Vide, *Futura*.

Iuo.

S. Iuo Presbyter canonizatur. *Clemens VI. constitut. 4. Ad spiritualis.*

Iumentum.

Iumento damnificante agrum alterius, tenetur dominus ad restitutionem. *de iniurijs, & damno dato cap. Si læserit. & cap. fin.*

Iumento occidente aliud ex incuria domini, hic tenetur ad restitutionem. *ibid. c. Si bos, & cap. fin.*

Vide, *Animal*. Vide, *Bestia*.

Cum iumento habens rem mulier. Vide, *ibid.*

Iuramentum quid, quale, & quotuplex.

Iuramentum per Deum, & per Euangelium, idem est. *22. q. 1. cap. Si aliqua.*

Iuramentum, vt sit licitum, includere debet veritatem, iudicium, & iustitiam. *22. q. 2. c. Animaduertendum.*

Iuramentum datur per contactum Euangelij. *35. q. 6. c. De parentela. c. Illud Sacramentum, & c. Episcopus.*

Iuramentum aliud est veritatis, aliud calumniæ, aliud fidelitatis, aliud ad litem. Vide omnia infra in suis locis.

Iuramentum non est passim faciendum. *Concil. Turonen. 3. cap. 43.*

Iurans per capillum, aut caput Dei, vt blasphemus est puniendus. *Post ep. 4. Pij 1.* & si est clericus deponitur. *22. q. 1. c. Clericum. c. Si quis per capillum.* laicus excommunicetur. *ibidem.*

Iuramentum per falsos Deos, non est iuramentum. *Lib. 5. const. Apost. c. 10. & 11. 22. q. 1. c. Et iurabunt.*

Iuramentum quando est licitum, & quando non.

Iuramentum, vt sit licitum, debet includere veritatem, iudicium, & iustitiam. *22. q. 2. c. Animaduertendum.*

Iuramentum in necessarijs est licitum. *22. quæst. 1. cap. Omne. c. Vt noueritis. cap. Tu malum. c. Si peccatum esset. De iure iur. c. Et si Christus. Conc. Senon. c. 17.*

Iuramentum pro fœdere pacis, est licitum. *22. quæst. 1. cap. Omne.*

Iuramentum pro veritate dicenda, est licitum. *Concil. Constantiense in const. Martini 5. circa medium.*

Iurare non est malum, nec bonum, nisi ex occasione. *22. q. 1. c. Non est contra, c. Ita ergo. Conc. Senon. c. 17.*

Iuramenta facta pro confirmatione humanorum contractuum, sunt licita. *concil. Constantien. contra artic. 43. Vvicleff.*

Iuramentum non prohibetur in necessitate, sed periurium, *22. q. 1. c. Non est, & cap. Si peccatum.*

Iurare non præcipitur, sed permittitur. *22. qu. 1. cap. Considera.*

Iuramentum est permissum, etiam Religiosis. *de iure iur. c. Etsi Christus.* Sed illi, & clerici non possunt iurare sine licentia Prælati sui. *Concil. Later. 3. in append. tit. de iuram. calum. cap. 1.*

Iuramentum per creaturas est illicitum. *ibid.*

Iuramentum per idola, vel per aliquod Dei membrum (quia ea non habet) est illicitum. si laicus id faciat, excommunicatur. si clericus, deponitur. *22. q. 1. cap. Si quis per capillum.*

Iuramentum fieri non potest per aliquod instrumentum, vt gladium, vel aliud, sed per Euangelium. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. cap. 67.*

Iuramenta illicita non fiant à Capitulis Ecclesiarum. *Concil. Mogunt. 4. c. 87.*

Iuramentum de veritate dicenda. Vide, *Interrogatus*.

Iuramentum violari non potest, & pœnitentia. *Conc. Tolet. 8. cap. 2. 22. quæst. 4. cap. Necesse est.* Vide, *Alia de iuramentis*.

Iuramentum pro purificatione infamiæ, pro alio, in causa est licitum. *conc. Constantiense in const. Martini 5.*

Iuramentum fieri non debet sine necessitate. *Concil. Colon. 2. par. 3. cap. 19.*

Iuramentum exigens sine necessitate, eidem pœnæ subiacet, quibus iurans. *conc. Colon. 2. par. 13. c. 13.*

Iuramenta non exigantur passim in iudicijs Ecclesiasticis. *ibi.*

Iurare falsum, & Periurus.

Iuramentum falsum, est grauissimum peccatum. *22. q. 1. c. In nouo. c. Habemus. & cap. Si peccatum.*

Nulli licet iurare falsum. *ibid. c. Habemus.*

Iurans falsum, putans esse verum, non est periurus. *22. q. 2. cap. Homines. c. Is autem, & c. Beatus Paulus.*

Iuramentum non seruans est periurus. beneficio priuatur. *de iure iuran. cap. Debitores.*

Iurans facere, quod non intendit, periurus est. *22. q. 2. c. 1.*

Iurans defendere Ecclesiam, si requisitus non facit, est periurus. *de iure iuran. c. Breui.*

Iurans falsum, quocumque modo, est periurus. *22. q. 5. cap. Ecce dico.*

Iuramentum falsum pro quauis causa, etiam pro vita tuenda, est illicitum. *Martin. 5. in const. post conc. Constant.*

Iurare paratus contra conscientiam, est periurus. *22. q. 5. c. Qui peierare.*

Iuramentum factum contra Ecclesiæ vtilitatem, est periurium. *de iure iur. cap. Sicut nostris.*

Iurans falsum, puniendus est, & quomodo. *Post ep. 4. Pii 1. Concil. Tolet. 4. cap. 75. 22. q. 5. cap. Qui peierat.* Et si pœnitentiam non faciat, est excommunicandus. *22. q. 1. c. fin.* Pœnitentia erat, vt per septem annos ieiunet in pane, & aqua. *Post ep. 3. Fabiani.*

Etiam si intuitu domini sui, id faceret, sic puniendus erat. *Post ep. 4. Pii 1. 22. q. 5. c. Qui compulsus.*

Iurans falsum, fit infamis. *Post ep. 3. Fabiani.*

Inducens ad iurandum falsum, est infamis. *22. q. 5. cap. Si quis conuictus.*

Vide, *Periurus*. Vide, *Periurare*.

Iuramentum, quando non tenet.

Iuramentum de malo faciendo, non tenet. *Post ep. 2. Sotheris Papæ.*

Iuramentum de tacenda veritate non tenet, sed relaxandum est. *De accusationib. cap. Olim.*

Iuramentum de illicitis, non tenet. *Concil. Tolet. 8. c. 2. 22. qu. 4. cap. Si publicis. cap. Est etiam, cap. Si aliquid. cap. Quod Dauid. cap. Iurauit. cap. In malis. cap. Vnusquisque. cap. Non peierabis. cap. non est obseruandum. cap. si aliquid forte. cap. Actione quarta. cap. Si quis præuentus. cap. Inter cætera, & cap. Mulier.*

Puella iurante sine patris consensu, si hic contradicit, iuramentum non tenet. *Post Concil. Elibert.*

Iurans illicitum, scienter, non tenetur obseruare; sed nec eget absolutione. *De iure iur. cap. Quanto.*

Iuramentum de illicito non implere, tolerabilius est, quam implere. *22. qu. 4. cap. Vnusquisque. Concil. Colon. 2. par. 3. c. 19. Concil. Mogunt. 4. c. 87.*

Iuramentum factum cum conditione, non obligat, nisi impleta conditione. *De iure iur. cap. Peruenit il 2.*

Iuramentum Monachi abiurantis claustrum, non tenet. *De iure iur. cap. Sicut ex literis.*

Iuramentum de stando mandato, non obligat, si præcipitur contra illud. *ibid. cap. Veniens. & c. Quintauallis.*

Iuramentum præiudicans iuri superioris, non valet. *ibid. c. Venientes.*

Iuramentum contrarium iuri non tenet. *ibi. Ad nostram il 2.*

Coniuges in iracundia iurantes se inuicem non petituros, non tenentur obseruare iuramentum. *ibid. cap. tua nos.*

Iuramentum contra vtilitatem Ecclesiæ, non tenet. *ibid. cap. Sicut nostris. Concil. Later. 3. c. 16. Greg. XIII. const. 93. Inter Apostolicas.* Quomodo tales puniendi. *ibid.*

Idem de facientibus iuramenta damnosa, & contra libertatem Ecclesiæ. & pœnæ, *ibid.*

Iurans stare statutis editis, non tenetur ad edenda. *De iure iur. cap. Clericus qui.*

Iuramentum generale, non extenditur ad illicita. *De homicidio volunt. cap. Cum iuramento.*

Iurans de non repetendo damna, non ligatur. *De iniurijs, & damno, &c. cap. In nostra.*

Iuramentum de non manifestando superioribus statum Ecclesiæ, non tenet. *De offic. Ordinary in 6. cap. Quia plerique.*

Iurantes obedientiam, fidelitatem, &c. iuxta consuetudines, non tenentur ad illicita, vel impossibilia. *De iure iur. in 6. cap. 1.*

Iuramentum contra bonos mores, non obligat. *De regulis iuris in 6. reg. 58.*

Iurans non testificari contra aliquem, non tenetur stare iuratis. *De testibus cap. Constitutis.*

Iurans contraria rationi, non tenetur attendere. *De iure iur. cap. Cum quidam. §. Illi verò.*

Iurans ducere aliquam in vxorem, cum qua prius est fornicatus, non tenetur attendere, si ipsa post euadat fornicaria, vel accidat aliud impedimentum, quod est contrarium legi desponsationis, vt si fiat leprosa, vel paralytica, vel deformitatem notabilem habeat: si verò eam duxit, non potest dimittere. *De iure iur. cap. Quemadmodum.*

Iurans non accusare vmquam suam vxorem, non tenetur attendere, si hæc euadat hæretica. *ibid. §. Illud autem.*

Iurans non accusare vxorem adulteram, tutius est non teneri, accusare ad faciendum diuortium, sed potest eam denunciare ad pœnitentiam peragendam. *ibid. §. Illud autem, in fine.*

Iuramentum factum mouenti bellum iniustum, non tenet. *De iure iur. cap. Sicut, & infra.*

Iuramentum factum de assensu cum aliquo, non tenet, si ille alius negligit, quod iurauit. *ibid.*

Iuramentum factum ab alienante bona Ecclesiæ, non tenet. *De iure iur. cap. Intellecto.*

Iuramentum de non repetendis vsuris, non tenet. *De vsuris cap. Tuas.*

Iuramentum relinquendi maritum, non tenet. *Concil. Later. 3. par. 50. c. 25.*

Iuramentum coactè factum à spoliato de non repetendo bona sua, non tenet; sed adhuc est necessaria Papæ absolutio. *concil. Later. 3. in append. tit. De iuramentis c. 17.*

Iuramentum factum à Rege de non reuocandis alienationibus factis in præiudicium Regni, non tenet. *Honorius III. ex Cirone, de iure iuran. c. 2.*

Iuramentum prælati, de non repetendis bonis Ecclesiæ, est nullum. *De iure iuran. cap. Peruenit.*

Iurans illicitum, putans esse licitum, non tenetur obseruare. *ibid. cap. Quanto.*

Iurans non esse contra aliquem; potest in causa propria, & Ecclesiæ esse contra illum. *ibid. cap. Petitio vestra.*

Iurans se non dicturum testimonium, potest compelli ad dicendum. *De Testibus cap. Intimauit.*

Iuramentum factum de stando sub obedientia Papæ electi in schismate, non tenet si tollendum sit schisma per Concilium. *Concil. Constantiense sess. 35. circa finem.*

Iuramentum, quando tenet.

Iuramentum etiam factum in damnum proprium, dummodo non sit contra Dei legem, est seruandum. *concil. Later. 3. in append. tit. De iuramentis c. 1.*

Iuramenta ab omnibus seruanda clericis, & monachis, &c. *concil. Later. 3. in append. tit. de iuram. c. 3.*

Iuramentum factum de aliquibus humana lege infirmatis, præstari debet, si non sint contra legem Dei. *De iure iur. cap. cum contingat.*

Iurans coactè, se non repetiturum bona de quibus spoliatur, non tenetur obseruare. Sed adhuc indiget absolutione Papæ. *Conc. Later. 3. vbi supra c. 7.*

Iuramentum secreti datum ab Inquisitore, vel Episcopo, cum manifestatur alicui causa hæresis, est seruandum. alias incurritur excommunicatio ipso facto. *De hæret. in 6. cap. fin.*

Iurans soluere vsuras, tenetur implere. Sed postea debet repetere eas. *De iure iur. cap. Debitores. Conc. Later. 3. in append. tit. de vsuris c. 4. & 6.*

Iurans non repetere vsuram, potest repetere, nec officit iuramentum. *De iure iur. cap. Ad nostram.*

Iurans facere matrimonium cum aliqua, ob pacem, nisi adsit causa rationabilis non implendi, tenetur implere; secus è contra. *Conc. Later. 3. in append. tit. de sponsalibus c. 26.*

Sed talis tunc monendus, & inducendus est ad contrahendum. *ibi. c. 33. & c. Requisiuit. De sponsalibus, & matr. cap. Ex literis il 2.*

Iurans contrahere cum aliqua, si vult religionem ingredi, prius tenetur contrahere, deinde ingrediatur. *ibid. c. Commissum.*

Iuramentum, etiam sibi præiudiciale, faciens tenetur seruare; sed si non, vult petat absolui ab illo. *Conc. Later. 3. in append. tit. De iuramentis c. 1.*

Iurans stare mandato Ecclesiæ, non potest appellare: vel si appellat, intra 40. dies tenetur arripere iter ad Papam, vt prosequatur. *De appellat. & c. cap. Ad hæc il 2. & c. Quæsitum. concil. Later. 3. de appellat. c. 29.*

Iuramentum filiæ de non petendo aliud à patre, præter dotem, tenet. *De pactis in 6. cap. Quamuis.*

Iurans præsentanti augere pensionem, si contrarium iurat in manu instituentis, ad secundum iuramentum tenetur; sed est remouendus. *De iure iur. cap. Tua nos. concil. Later. 3. de iuramentis c. 4.*

Iuramentum vni debitum, si alteri fit, adhuc præstandum est, cui debetur. *ibid. cap. Ea te.*

Iuramentum extortum à populis in bellis iustis, præstari debet; secus si iniusta sint bella. *De iure iur. cap. Sicut nostris.* Sed solui potest, & debet. *ibid.*

Iuramentum extortum per metum, si non sit contra salutem animæ, est implendum. *De iure iur. cap. Si verò.*

Vide, *Census.*

Iuramentum calumniæ, quando, & cui dandum.

Iuramentum calumniæ (id est, de non calumniando in lite) præstari debet in principio litis ab omnibus, sed non à cleri-

clericis. *de iuram. calumniæ cap.* 1. Sed aliquando etiam clerici debent iurare de calumnia. *ibid. c. Cæterum. conc. Later. 3. in append. tit. de iuram. calumniæ c.* 1.

Iuramentum calumniæ, quando debet dari. *de iuram. calum. in 6. cap.* 1.

Iuramentum calumniæ, non dandum in causis spiritualibus. *de iuram. calum. c. Literas.*

Sed *in 6. sub eodem tit.* permittitur, vt etiam in his causis iurent. *cap.* 1. §. *fin. Conc. Londin.* 1. *c.* 25.

Iuramento calumniæ omisso, non annullatur processus. *ib. in 6. cap.* 1. §. *Propter.*

Iurandum de calumnia, & veritate, etiam in causa appellationis. *ibid. in 6. cap. In appellationis.*

Iuramentum calumniæ potest à iudice exigi, quoties sibi videtur. *ibidem.*

Dari potest in principio litis, in medio, & vltra. *de iuram. calumniæ in 6. cap.* 1.

Iuramentum calumniæ, potest per procuratorem fieri nomine principalis. *de iuram. calum. c. In pertractandis.* Sed cum speciali mandato domini. *ibid. in 6. c. fin.*

Iuramentum calumniæ præstari potest, etiam ab Vniuersitate, vel Oeconomo. *ibid. c. Imperatorum.*

Item præstari potest à Sindico, vel Procuratore Vniuersitatis, vel Ecclesiæ. *ibid. cap. Cum causam. concil. Later.* 3. *in append. tit. de iuram. calum. c.* 3. *&* 4.

Iuramentum calumniæ recusans, si est actor, cadit ab actione; si reus habetur, pro confesso. *de iuram. calumniæ c. fin.*

Iuramentum calumniæ dari debet debitori neganti. *de fideiussoribus cap. Constitutus.*

Iuramentum calumniæ dari non potest in causis decimarum. *Conc. Later.* 3. *in append. tit. de iuram. calumniæ c.* 2.

Non semper petendum iuramentum calumniæ, sed inspecta qualitate personarum. *conc. Later. ibid. c.* 3.

Potest ab vtraque parte exigi. *ibid. c.* 5.

A religiosis per Oeconomum præstari potest. *ibid. c.* 4.

Clericis, quando potest dari. Vide, *in seq. tit.*

Iuramentum, cui dari potest, & cui non.

Iuramentum dari potest cuilibet, siue particulari personæ, siue Vniuersitati, mediante Oeconomo, vel Procuratore, siue Ecclesiæ, siue Ciuitatis. *de iuram. calum. c. In pertractandis, cap. Imperatorum, & c. Cum causam.*

Etiam clericis dari potest iuramentum calumniæ, aliquando. *ibid. cap. Cæterum.*

Iuramentum ab Episcopo non exigendum. *Cornelius ep.* 2. 2. *q.* 5. *cap. Sacramentum. & cap. Nos Sacramentum.* Sed hoc intelligitur de iuramento dando, vt datur à laicis.

Etiam Episcopo dari potest iuramentum calumniæ, si vult litigare. *de iure cal. cap. Cum in causa.* Sed Euangelia illi ostenduntur tantum, absque tactu. *ibid.*

Iurare debent suspecti de hæresi, de relinquenda, &c. Vide, *Conuenticula, in fine.*

Iurare non tenetur Actor, si plenè probauit. *de probat. cap. Sicut consuetudo.*

A quocumque litigante potest iudex exigere iuramentum circa aliquod, si aliæ deficiant probationes. *de iure iuran. c. Ex literis.*

Iuramentum parti debitum à Iudice, non potest recusari, sed datum à parte potest. *ibid. cap. fin.*

Iuramentum de dicenda veritate in causis hæresis, potest ab Inquisitoribus dari omnibus, etiam clericis. *de accusat. c. Qualiter.*

Iuramentum dari non potest, si præsumptio stat pro reo, sed consideratio habeatur de persona. *de Testibus in 6. ca. fin.*

Iuramentum non est dandum testi falso, periuro, &c. ad se purgandum. *de purgat. Canonica c.* 1.

Iuramentum reo dandum est, quando actor deficit in probatione, nisi pensatis circumstantijs, Iudex putet dandum actori. *de iure iur. cap. fin.* §. *Sanè.*

Iuramentum in iudicio, dari non potest vtrique parti. dans excommunicatur. *conc. Valent.* 22. *c.* 11.

Iuramentum dandum non est pueris ante annum 14. *Post concil. Elibertinum* 22. *q.* 5. *cap. Pueri. & c. Paruuli.*

Iuramentum à clerico, non potest exigere laicus. 22. *q.* 5. *&. Nullus ex Ecclesiastico.*

Iuramentum à sacerdote non exigatur. 2. *q.* 5. *c. Sacramentum. c. Nos Sanctorum. & c. Nos Sacramentum.*

Iuramentum exigens ab eo, quem nescit iurare falsum, non peccat. 22. *q.* 5. *cap. Qui exigit.*

Iuramentum à ieiuno faciendum est. 22. *q.* 5. *c. Honestum.*

Iurare non possunt clerici, sine licentia sui Prælati. *conc. Later.* 3. *in append. tit. de iuram. calum. c.* 1.

Iuramentum fidelitatis.

Iuramentum fidelitatis factum erga Principes, ab omnibus obseruandum. *conc. Tolet.* 4. *c.* 75. *& Tolet.* 16. *c.* 9. 22. *q.* 5. *cap. de forma. cap. Si quis laicus.*

Iuramentum fidelitatis in Principe, violatur, non solum si iurantes, eum iudicant, sed etiam si alijs dant motiua ad iudicandum, id est, ad priuandum. *conc. Tolet.* 15.

Iuramentum fidelitatis in Reges, &c. à Papa absolui potest. 15. *q.* 6. *cap. Alius item.* Vide, *Papa.*

Iuramentum fidelitatis præuaricans, per totam vitam remanere debet excommunicatus. *conc. Tolet.* 4. *c.* 75. *& Tolet.* 16. *c.* 9. & aliæ pœnæ. 22. *q.* 5. *c. Si quis laicus.* Omni honore priuandi sunt, siue clerici sint, siue Monachi. *concil. Tolet.* 10. *c.* 2.

Iuramentum fidelitatis, non tenentur clerici præstare laicis, si nihil temporale ab eis habent. *de iure iur. c. Nimis de iure. conc. Claramont. c.* 17.

Iuramentum fidelitatis tenentur præstare Principes Christiani Romanæ Ecclesiæ. *Clement. de iure iur. c. vn.* Forma talis iuramenti. *ibid.* Multa iurant præstanda. *ibid.*

Idem iuramentum tenetur emittere Imperator erga Papam. *ibid.* Vide, *Papa.*

Iuramentum hoc, quod dare tenetur Imperator, & alij Principes erga Papam, emitti potest in manu alterius destinati à Papa. *Clement. ibid.*

Iuramentum replicare non tenetur successori vassallus, qui Papæ iurauit. *de iure iur. c. Veritatis.*

Iuramentum, quod tenentur facere Episcopi circa Papæ fidelitatem, ac subiectionem, & circa visitationem liminum Apostol. *De iure iur. c. Ego N.* Vide, *Episcopi erga Papam.*

Iuramentum de stando sub obedientia Papæ electi in schismate, non tenet, si per Concilium tollendum sit schisma. *Concil. Constantien. sess.* 35. *circa fin.*

Iuramentorum absolutio, & relaxatio.

Iuramenta per vim facta, vel illicitè, quando absoluenda per Papam. 15. *qu.* 6. *cap. Authoritatem. Greg. VII. lib.* 7. *ep.* 13. *Concil. Later.* 3. *tit. De iuramentis in appendice c.* 7.

Iuramentum fidelitatis in Reges, &c. à Papa potest absolui. 15. *qu.* 6. *cap. Alius item.*

Iurans illicitum, scienter, non indiget absolutione à iuramento, nec tenetur obseruare. *De iure iur. cap. Quanto.*

Iurans per metum, absoluitur, & non semper punitur. *ibid. cap. Verum.*

Iuramenta de illicitis, & turpibus agendis, sunt relaxanda. *De iure iur. cap.* 1.

Iuramentum excommunicati de stando mandatis Ecclesiæ, non est absolutio. *De sent. excom. cap. Quod in dubijs.*

Iuramentum extortum in bello à populis, debet relaxari, si bellum est iniustum. *De iure iur. cap. Sicut.*

Iurans de soluendo nouo censu pro Ecclesia, absolui debet. *De censib. cap. Significauit.*

Iuramentum extortum per metum, quando à Papa absoluitur. *De iure iur. cap. Si verò.*

Iuramentum de tacenda veritate, est relaxandum. *De accusat. cap. Olim.*

Spoliatus iurans non repetere bona, non tenetur attendere, sed adhuc indiget Papæ absolutione. *Concil. Later.* 3. *in append. tit. De iuramentis c.* 7.

Iurans falsum in damnum alicuius, non absoluitur, nisi ab Episcopo, & in casu mortis ab alio, cum obligatione comparendi coram Episcopo, si viuit. *Concil. Londin.* 1. *c.* 7.

Iuramentorum absolutio, non potest dari à Sacra Pœnitentiaria, nisi ad effectum agendi tantum. *Pius 4. constitut. 53. In sublimi.*

Alia de iuramentis.

Iuramentum dari non potest in Dominico, & festis. *De feriis cap. 1. 22. q. 5. cap. Decreuit.*
Iurans falsum, scienter, potest excommunicari. *Conc. Eboracense 1.*
Iurans malè, pœnitere debet. *22. q. 4. cap. Necesse est. & c. Non peierabis. De iure iur. cap. Cum quidam. §. Illi verò.* Per vnum annum ab Eucharistia abstineat, & pœnitentiam faciat. *22. q. 4. c. Qui Sacramento.*
Iurans per metum, si non attendit, non peccat mortaliter. *de iure iur. cap. Verum in ea.*
Iuramento potest infamatus se purgare. *De purgat. canonica cap. 1.*
Iuramenti exceptio, quando potest admitti. Vide, *Exceptio.*
Iuramentorum obseruandorum causæ, à iudice Ecclesiastico sunt iudicandæ. *De foro compet. in 6. cap. fin. De iure iur. in 6. cap. Licet.*

Iurisdictio.

Iurisdictio exerceri potest ab Episcopo in suo territorio tantum. *Conc. Paris. 3. cap. 1.* Non extenditur extra illud. *de constitut. in 6. cap. fin. Clement. de foro compet. c. vn.* Ab expulso tantum contra expulsores, potest exerceri extra. *ib.* & quomodo. Vide, *Episcopi iurisdictio.*
Iurisdictio Episcopi, à nullo est violanda. *Gregorius 1. lib. 9. ex regest. ep. 32.* Vide, *Episcopi iurisdictio.*
Iurisdictio Episcopi excommunicati, non deuoluitur ad Metropolitanum. *de supplenda neglig. c. 1.*
Iurisdictio non potest locari ab aliquo Ecclesiastico. *Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 11.* Vide, *Ecclesiastica iurisdictio.*
Iurisdictio Episcopalis non potest emi, aut vendi: Emens priuatur officio; Episcopus verò vendens, potestate conferendi hoc officium. *Ne prælati, &c. cap. 1. & cap. Quoniam. concil. Colon. 3. tit. De officiorum, &c. cap. 3.* Vide, *Ecclesiastica iurisdictio.*
Iurisdictio delegata expirat per mortem delegantis re integra. secus si non sit res integra, id est, si cœpit citare, &c. Vide, *Delegatio.* Vide, *Delegatus, &c.*
Iurisdictio non potest prorogari per Procuratorem, non habentem mandatum. *de off. Iud. deleg. c. Cum olim.*
Iurisdictio delegata ad personas non expressas in rescripto non potest prorogari, etiam de partium consensu. *ib. c. P. & G.*
Iurisdictio delegata tribus, aut pluribus, per mortem vnius expirat. *ibid. cap. Vno delegatorum.*
Iurisdictionis causa cum agitatur, nullus debet attentare in præiudicium eius, qui negat. *De maiorit. & obed. cap. Inter quatuor.*
Iurisdictio Ecclesiastica committi non potest laicis, aut leuibus clericis, sed probatis. *Concil. Colon. 3. tit. De officiorum, &c. cap. 2.*
Iurisdictio Ecclesiastica non concedenda pro pretio. Vide, *Episcopi iurisdictio, in fine.*
Vide, *Delegatio.* Vide, *Delegatus.* Vide, *Iudex.* Vide, *Episcopi iurisdictio.* Vide, *Ecclesiastica iurisdictio.*

Iurisdictio aliquorum Iudicum in vrbe Roma, &c.

Iurisdictio Camerarij Sanctæ Romanæ Ecclesiæ contra Piratas, contra ferentes arma Saracenis, & contra imponentes noua Pedagia. *Vrbanus 5. const. 1. Apostolatus.*
Iurisdictio, quæ dari solet Legatis in statu Ecclesiæ. *Innocentius 6. const. 1. Cum onus.*
Iurisdictio omnium Collegiorum, & Consulum artium in Vrbe, confirmatur, & ab authoritate Gubernatoris, & aliorum Iudicum eximitur. *Gregor. 13. constitu. 61. Vrbem, in capite seq.*
Vide, *Consules.* Vide, *Artes.*

Ius Patronatus.

Ius patronatus acquiritur, per fundationem Ecclesiæ. *de iure patronatus c. Nobis fuit.*
Ius Patronatus alicuius Vniuersitatis, transit cum illa, nisi excipiatur. *de iure patron. c. Ex literis.*
Cum ius patronatus transit ad exemptos, non læduntur Episcopalia. *ibid. cap. Cum sæculum.*
Ius patronatus non potest vendi, & irritus est contractus. *de iure patronat. c. De iure. Conc. Later. 3. in append. tit. de iure patron. c. 16. & 17.* Quia spirituale est.
Ius patronatus emens, vt præsentet aliquem ex suis, debet eo priuari. *ibid. cap. Quia clerici.*
Ius patronatus debet per Episcopum defendi illesum Patronis. *Conc. Later. 3. vbi supra c. 2.*
Ius patronatus non potest à patrono alienari. *ib. c. Præterea.*
Neque potest pro eo aliquid exigere, nisi in fundatione sit expressum. *ibidem.*
Ius patronatus non vacans, non potest promitti. *De conces. præbenda cap. Constitutus. cap. Ex tenore, & cap. Cum dilecta.*
Ius patronatus intelligitur dari monasterio, si Episcopo dante Ecclesiam, patronus dari consentit. *de donationib. cap. Pastoralis.*
Ius patronatus, quilibet potest fundare, si cappellam, vel Ecclesiam, dotet de suis bonis. tamen in fundatione, institutio reseruanda est Episcopo. *Conc. Trident. sess. 14. de reform. cap. 12.*
Ius patronatus, tolli non potest. *ibid. de refor. c. 9.*
Ius patronatus ostendi debet per instrumentum factum per multos præsentes; vel per longum tempus, quod excedit memoriam hominum. *ibid. c. 9.*
Iura patronatus, quæ prætendunt Vniuersitates, maiori indagine sunt inquirenda; nec iuuat immemorabilis probatio, nisi præsentationes continuatæ per 50. annos exhibeantur: & hæc ex authenticis scripturis, sunt probanda. *ib. c. 9.*
Ius patronatus non potest beneficio vniri, & nulla est vnio. Vide, *Beneficium.*
Iuris patronatus causa spectat ad forum Ecclesiæ. *de iudicijs cap. Quanto. Conc. Later. 3. in append. tit. de iure patron. Secundo c. 4.*
Iuris patronatus lis, si non terminetur intra sex menses (pro Ecclesiasticis, & quatuor pro laicis,) Episcopus prouidet sine præsentatione, citra præiudicium litigantium. *de iure patron. cap. Eam te, & cap. Cum propter.*
Iuris patronatus donatio facta Ecclesiæ à laico, etiam absque consensu Episcopi, tenet; sed non derogat iuri Episcopi. *de iure patron. in 6. cap. vn.*
Iuris patronus, quando debet præsentare. Vide, *Patronus.*
Ius patronatus præsentandi ad Regimen Monasterij, ad Præposituram, &c. similia, laico non potest competere; neque Papa id concedit, nisi vrgentissima de causa. *Innoc. 8. constit. 5. cap. Cum ab Apostolica.*
Ius patronatus, vel ius præsentandi ad beneficia, ob augmentum fructuum, non potest concedi à summo Pœnitentiario Romæ. *Pius 4. const. 53. In sublimi.*
Iuris patronatus laicorum literæ Apostolicæ non possunt expediri, nisi exprimatur, quod tanto tempore vacauit, & deuolutum est ad Sedem Apostolicam; vel quod tempus ad præsentandum præfixum lapsum est; vel quod patroni consensus accedit. *Vrbanus 8. const. 6. Sanctissimus c. 42.*
Si iuri patronatui derogandum sit, fiat dispositiuè, & determinatè, non autem conditionaliter, alioquin non censetur derogatum. *ibid.*
Ius patronatus potest transferri ad aliam Ecclesiam, si prima sit diruta. Vide, *Benefic. translat.* Vide, *Ecclesia.* Vide, *Parochia.*
Ius patronatus quando potest supprimi. Vide, *Canonici qui ad præbendam.*
Ius patronatus habens, auferre non potest Ecclesiam canonicè collatam. Vide, *Patronus, Concil. Later. 3. tit. De iure patron. c. 7.*
Ius patronatus vsurpans, per Episcopum expellendus, & priuandus officio, & beneficio, & si non desistit anathemate percel-

percellatur. *Concil. Later. 3. p. 50. c. 33. & tit. De Iure patron. c. 14.*

Iuris patronis non consentientibus intra tres menses Episcopus ordinat Ecclesiam. *conc. Later. 3. c. 17.*

Si patroni plures præsentant, melior est eligendus. *ibid.*

Ius patronatus non potest à laico dari domui Religiosæ, absque Episcopi consensu. *conc. Later. 3. in append. tit. De iure patron. c. 6.*

Iuris patronis litigantibus, Episcopus prouideat de persona, & hæc postea ab eo, qui vincit, præsentetur. *ibid. c. 12.*

Iuris patronatus iuuaso, interdicenda est Ecclesia. *ibid. c. 14.*

Iuris patronatu beneficium dari non potest ab Episcopo, sine patroni consensu. *ibid. c. 22.*

Sed est necessarius Patroni consensus, saltem sequens. *ibid. capit. 23.*

Iuris patroni debent præsentare vacante Ecclesia, *ibid. c. 24.*

Vide, *Beneficiorum creatio*. Vide, *Benefic. à quo conferenda*. Vide, *Canonici quo ad præbendam*. Vide, *Capella*. Vide, *Donatio*. Vide, *Ecclesia à quo conferenda*. Vide, *Patronus*. Vide, *præsentare*.

Ius ad aliqua.

Ius in re dicitur à iustè possidendo, & iustitia est iuris status. *de verborum significat. c. Forus.*

Iure suo vtens nulli facit iniuriam. *De electione cap. Cum Ecclesia.*

Ius habens eligendi aliquem, non potest eligere seipsum. *De institutionibus c. fin.*

Iuri alterius succedens, eo quo ille vti debet. *De regulis iuris in 6. reg. 46.*

Quæ à iure exorbitant, non sunt ad consequentiam trahenda. *ibid. reg. 28.*

Iure disceptare, est iustè iudicare. *De verbor. significat. cap. Forus.*

Ius quæsitum non tollitur alicui per expeditionem commissionis in causa. *Vrban. 8. const. 6. c. 18.*

Iuri suo cedens non potest repetere, quæ cessit. *7. q. 1. c. Quam periculosum.*

Ius diuinum, ius humanum, Quiritum, publicum, priuatum, militare, &c. *dist. 1. per totam. dist. 2. & 3.*

Iustitia.

Iustitia miseris compatitur. *dist. 45. c. Vera.*

Iustitia non est exercenda per lucrum. *Gregorius 1. l. 1. ep. 2.*

Iustitiam vel gratiam à sancta sede per pacta, vel promissiones obtinens, est excommunicatus. *Extra, de sent. excommunic. cap. Excommunicamus.* Siue pro se, siue pro alio obtineat.

Item non reuelans, incurrit excommunic. *ibid.* Et à multis Pontificibus est confirmatum. Vide. *Sedes Apostolica.*

Iustitiam contra alium, à se ipso nullus potest facere in statu Ecclesiæ, sub pœna excommunicationis, inhabilitatis ad officia, priuationis, &c. *Alex. 6. const. 1. Inter.* Eius bona confiscanda. *Iulius 2. const. 6. cum homines.*

Iustitiam denegantes personis Ecclesiasticis tertiò requisiti, seculares, iurisdictionem amittunt, & est lex Imperialis. *Honorius 3. ex Cirone de iudicijs c. 2.*

Iustitia, id est, sanctitas. Vide, *infra.*

Iustus.

Iusti, ex consortio malorum, non pereunt. *Lib. 2. constitut. Apost. c. 14.*

Iusti tribulati in hac vita, mitius in alia iudicium patientur. *23. q. 5. c. Quid ergo. dist. 3. de Pœnit. c. 49. Si quis.*

Iusti flagellantur in hac vita, nè damnentur in alia. *23. q. 5. c. Quid ergo.*

Iustis eo magis sunt possibilia Dei præcepta, quia maiorem habent gratiam. *conc. Mogunt. 4. c. 9.*

Iustorum opera bona à Deo habent originem. *Cœlestinus 1. ep. 1. c. 8.* Vide, *Gratia.*

Iusti, licet perfectissimi, non eximuntur à iurisdictione superiorum. *conc. Viennen. gener. Clem. de hæret. c. fin.* Vide, *Homo.* Vide, *Gratia.*

Iustus quantumcumque perfectus, non potest acquirere in hac vita impeccabilitatem. *Clement. ibid. concil. Trident. sess. 6. cap. 11.*

Neque est exemptus à ieiunio aliisque Dei, & Ecclesiæ præceptis, ob vitæ perfectionem. *ibid. Clem. & conc. Senon. c. 17.* Neque est exemptus à legibus humanis. *ibid.*

Neque est exemptus ab obseruantia mandatorum Dei. *conc. Trid. sess. 6. c. 11.*

Iustus non habet impossibilitatem ad seruanda Dei præcepta, sed cum Dei auxilio potest ea seruare. *ibid. & can. 17.* contrarium dicens, est hæreticus. *ibid.* Vide, *Præcepta*. Vide, *Deus*. Vide, *Auxilium*. Vide, *Adiutorium*. Vide, *Gratia*.

Iustus quantumuis sanctus in hac vita, cadit in peccata venialia, neque per hoc amittit statum iustitiæ. *Conc. Mileuit. cap. 7. concil. Afric. cap. 82. & conc. Trident. sess. 6. cap. 11. & can. 23.*

Iustus non peccat venialiter in omni opere bono. *ibid. cap. 11. Leo X. const. 40. Exurge.*

Iustorum bona opera antecedit virtus Christi, comitatur, & subsequitur. *conc. Trid. sess. 6. c. 16.* Vide, *Adiutorium*. Vide, *Auxilium*. Vide, *Deus*. Vide, *Gratia*. Vide, *Opera*.

Iustorum opera bona sunt meritoria vitæ æternæ. *ibid. c. 16. Trident.*

Iusti benè operando, expectare debent retributionem à Deo per eius misericordiam, & Christi meritum, si vsque in finem in gratia perseuerant. *conc. Trid. sess. 6. can. 26. & 32.*

Iustus iustificari dicitur Dei iustitia, quia à Deo eam habet, est tamen sibi propria, quia per eam iustificatur. *conc. Trid. sess. 6. c. 16.*

Iustus benè operans intuitu æternæ mercedis, non peccat. *sess. 6. can. 31.*

Iustus est membrum viuum Christi. *concil. Tridentin. sess. 6. can. 32.*

Iusti hominis opera, non solum sunt Dei dona, sed merita ipsius iusti. *ibid. can. 32.* Vide, *Opera*. Vide, *Homo*. Vide, *Liberum arbitrium*.

Iusti veraciter etiam pro se recitant illud, *Dimitte nobis debita nostra. Concil. Mileuit. cap. 7. & concil. Afric. cap. 82. & 83.*

Iustus per bona opera meretur augmentum gratiæ, vitam æternam, eius consecutionem, & gloriæ augumentum, si moritur in gratia. *ibid. can. 32.* Vide, *Gratia*.

Iustus fit homo gratia per Christum, id est, sibi data ex Christi merito. *Conc. Mogunt. 4. c. 7.*

Iustorum opera æstimanda sunt, secundum gratiam, quam in eis infert Christus. *Conc. Mogunt. 4. c. 8.*

Iustorum opera sunt effectus gratiæ Dei, mouente Spiritu sancto. *ibid. c. 8.*

Vide, *iustificatus*. Vide, *Gratia*.

Iustificatio.

Iustificatio animæ, non fit per fidem, sed per Christum. *concil. Senon. c. 17.*

Neque fit per vim naturæ aut legis. *conc. Trident. sess. 6. c. & can. 1.*

Iustificatio non fit per opera bona. *Conc. Senon. c. 17.*

Præparatio ad iustificationem, fit per gratiam excitantem & adiuuantem ad conuersionem, & per consensum, & cooperationem. *Conc. Trid. sess. 6. c. 5.*

Iustificationis initium est à gratia excitante, & adiuuante. *conc. Mogunt. 4. c. 7.*

Iustificatio hominis fieri non potest, nisi in Christo. *Concil. Trid. sess. 6. c. 6.*

Ad iustificationem disponitur homo consentiens, & cooperans gratiæ excitanti, & adiuuanti. *Conc. Mogunt. 4. c. 7. Concil. Trid. sess. 6. c. 5.*

Dispositio ad primam iustificationem, sic fit. Homo excitatus, & adiutus gratia Dei, concipiens fidem ex auditu, ac credens vera esse, quæ reuelata sunt, & promissa à Deo, &

in

in primis, quod iustificatio fit à Deo per gratiam eius, intelligitque se esse peccatorem, timore diuinæ iustitiæ concurritur ad considerandam Dei misericordiam, se conuertit, fidens per Christum sibi fore propitium, illum diligere incipit, & aliquod odium habet peccati. denique proponit suscipere baptismum, & vitam nouam inchoare, ac Dei mandata seruare. *Conc. Trid. sess.6. c.6.* Hanc dispositionem sequitur adulti iustificatio. *ibid. c.7.*

Iustificatio per gratiam multa requirit, & quæ. *De pœnitentia dist.1. c.38. vsque ad 49.*

Iustificatio fit per gratiam per Christum. *conc. Trid. sess.6. c. & can.1.*

Iustificatio non consistit in sola remissione peccatorum, vel sola imputatione iustitiæ, exclusa gratia, & charitate. *ibid. can.11.*

Per iustificationem homo reconciliatur Deo, absoluitur à reatu damnationis, & fit hæres secundum spem vitæ æternæ. *Conc. Mogunt.4. c.7.* Iustificatio renouat hominem causando in eo fidem, spem, & charitatem. *ibid. & canc. Trid. sess.6. c.7.*

Iustificatio est translatio à statu peccati, ad statum gratiæ. *conc. Trid. sess.6. c.4.*

Est remissio peccatorum, & renouatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum. *conc. Trid. ibid. c.7.*

Iustificatio gratis fit, quia absque merito proprio. *conc. Mogunt.4. c.7. & Trid. ibid. c.8.*

Non fit iustificatio sola fide, qua quis credit se esse iustificatum. *conc. Trid. ibid. c.9.*

Iustificatio dicitur fieri per fidem, quia per fidem credentibus Christi meritum fit. *conc. Mogunt.4. c.7.* Item quia fides est fundamentum omnis iustificationis, non quia formaliter iustificat. *conc. Trident. sess.6. c.8.*

Iustificatio prima hominis fit per baptismum, & fidem. *De consecrat. dist.4. c. Filius Dei.*

Neque potest aliter fieri, nisi baptismo, vel eius voto. *conc. Trid. sess.6. c.4.*

Iustificationis causæ istæ sunt. Finalis est gloria Dei, ac Christi, & vita æterna. Efficiens est Deus, qui sanctificat, & vngit Spiritu Sancto. Meritoria est Christus Dominus. Instrumentalis in prima iustificatione est Sacramentum baptismi. Causa formalis est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos facit iustos. *conc. Trid. sess.6. c.7. & can.10.*

Per hanc doctrinam iustificationis non præiudicatur gloriæ, & misericordiæ Dei. *conc. Trid. sess.6. can.vlt.*

Iustificatio augeri potest per augmentum gratiæ, fidei, spei, &c. per bona opera. *conc. Trid. sess.6. c.10.*

Iustificatio post lapsum baptizati fit per Sacramentum Pœnitentiæ. *ibid. c.14.*

Iustificationis gratia non datur solis prædestinatis, sed alijs, *ibid. can.17.*

Iustificatus.

Iustificatus non deseritur à Deo, nisi ipse Deum deserat. *conc. Trid. sess.6. cap.11.*

Iustificatus non redditur impeccabilis; neque potest sibi promittere resipiscentiam, si peccat. *ibid. cap.12.*

Iustificatus si labitur in peccatum, potest iterum iustificari per Sacramentum Pœnitentiæ. *ibid. cap.14.*

Iustificatus non tenetur credere, se esse de numero prædestinatorum. *ibid. can.15.*

Iustificatis non sunt impossibilia Dei præcepta. *ibid. can.18.*

Iustificatus, sine speciali Dei auxilio non potest perseuerare. *ibid. can.22.* Vide, *Gratia*. Vide, *Adiutorium*.

Iustificatus potest peccare. *ibid. can.23.* & venialiter peccare, absque amissione iustitiæ. *ib.* Non potest omnia venialia vitare sine speciali auxilio Dei. *ibid.*

Iustificatus à Deo frustra damnatur ab homine. *11. q.3. cap. Etsi ad tempus, & c. Custodi intus.*

Vide, *Homo*. Vide, *Gratia*. Vide, *Adiutorium*.

Iustificans. Iustum.

Iustificans malum, & damnans bonum, à Deo damnatur. *11. q.3. c. Si quis hominem, & c. Væ qui dicitis.*

Iustum esse nequit, quod quis de iure non potest exercere. *Extrau. Ioann.22. de verbor. significat. c. Quia quorumdam.*

K

Kalendarium.

KAlendarium Romanum nouum reformatum pro Paschate, & alijs festis totius anni, approbatum, & ordinatum, confirmatur *Gregor. 13. const.74. Inter grauissimas.* Cœpit obseruari ab anno 1582.

Kyrie eleison.

Kyrie eleison sæpè recitandum in Missa, & Officio. *Concil. Vasense 2. c.3.*

Kyrie eleison à Latinis diuerso modo dicitur, ac à Græcis. *Greg.1. l.7. ex regest. ep.64.*

Kyrie eleison replicatur, vt diutius fiat mora in deprecatione. *ibidem.*

L

Laborare.

LAborandum non est in die festo, & Dominico. *Lib.8. const. Apost. cap.33. conc. Antisiodor. cap.16. Aurelian. 3. cap.27. Narbon. c.4. Cabilon.2. c.18. Vernense cap.14. Gregor.1. lib.7. ex regest. ep.1. & 2. Leo 4. homil. de cura Pastorali. dist.86. c. Tanta.*

In necessitate potest laborari. *Conc. Narbon. cap.14.* Vide, *Dies Dominica*. Vide, *Festa*.

Laborantes in festis, non à sæculari, sed ab Ecclesiastico iudice, sunt puniendi. *Concil. Narbon. cap.4. concil. Vernense c.14.*

Laborantibus in Ecclesia, maior portio debetur. *Lib.2. const. Apost. c.28.*

Laicorum inhabilitas circa dignitates Ecclesiasticas.

Laicus non potest fieri Episcopus. *conc. Sardicense c.13. concil. Rom.4. sub Symmacho c.2. Conc. Claramont. c.5. concil. Roman. sub Nicolao 2. c.11. dist.61. cap. Sacerdotale. cap. In sacerdotibus. cap. Non negamus. & c. Miramur.*

Aliqui laici euecti immediatè in Episcopatum fuerunt tolerati ex misericordia, licet postea ordinati sint. *1. q.7. c. Exigunt. Nicolaus 1. ep.5. & 6.* Qui à Dei inspiratione facti sunt. *ibid.*

Laicus non potest fieri Episcopus, nisi per alios ordines transierit. *Celestinus 1. ep.2. & 3. Leo 1. epist.88. Gelasius ep.6.* Neque per Papæ potestatem, potest laicus esse Episcopus sine ordinibus. *Celestinus 1. ep.3. c.2. Nicolaus 1. epist.1. 7. 8. 9. & 10. Gregor.1. lib.3. ep.39. & 53. lib.7. ex regest. ep.26. 90. 112. 116. & lib.11. ep.19. Adrianus 1. ep.1. dist.59. c. Hoc ad nos. & c. Ordinatos.*

Laicus de repente factus Episcopus, non est Episcopus. *conc. constantinopolit.4. cap.4. & 5. Formosus epist.1. Adrianus 2. epist.5.*

Laicus immediatè non potest esse diaconus, vel sacerdos. Vide, *Ordinare*. *Vigilius ep.8. conc. Brachar.1. c.28.*

Laicus non potest fieri Episcopus ante annum à suo clericatu. *conc. Aurel.5. c.9.* Ordinans illum, per annum suspenditur à missa. *ibid.*

Laicus potest postulari Episcopus, deinde fieri diaconus, sacerdos, &c. *dist.61. cap. Osius.*

Laicus non potest de repente, promoueri ad vllum gradum Ecclesiasticum, nisi post multum tempus à conuersione seculi. *Conc. Rom. sub Nicol.2. c.11.*

Laicus non potest fieri canonicus. *De institut. c. In Ecclesia.*

Laici existentes in aulis Principum, non possunt in Episcopos promoueri. *conc. constantinop.4. c.16.*

Non

Non potest laicus vsurpare iurisdictionem Ecclesiasticam, sub pœna anathematis. *Conc. Later. 3. c. 19.* Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.* Vide, *Index.*

Laici circa dispositionem Ecclesiarum, ac bonorum Ecclesiæ.

Laici non possunt disponere de Pontificatu, vel alijs Ecclesiasticis negotijs. *16. q. 7. cap. Non placuit, c. Laicis, & c. Si quis Principum. dist. 96. cap. 1.*

Laici non possunt se ingerere in electione Episcoporum. *dist. 63. cap. Nullus.* Sub pœna anathematis. *ibid. Conc. Lucense 2. c. 1. Concil. Constantinopolit. 4. c. 22. Concil. Trid. sess. 23. c. 4.*

Laici non possunt disponere de rebus Ecclesiarum. *Conc. Roman. 4. sub Symmacho cap. 2. 16. q. 7. vbi supra. Concil. Constantinopol. 4. c. 22. Colonien. 1. cap. 4. De iure patronat. c. Præterea,* sub pœna anathematis, etiam si patroni sint. *ibid. Dist. 96. cap. Benè.*

Laici non possunt habere curam Parochiarum. *Conc. Cabil. 2. cap. 5.* Neque Ecclesias conducere. *Conc. Later. 3. in append. tit. Ne clericus cap. 3.*

Laici non possunt auferre Ecclesias Presbyteris. *Conc. Mogunt. c. 19. Conc. Vormatien. 1. c. 49. Salegunstadien. ca. 13. Conc. Later. 3. c. 9. Concil. Later. 4. c. 61.* Hoc faciens, cadit à iure. *Conc. Vienn. Prouinc. 10. q. 1. cap. Sanctorum. 16. q. 7. c. Laici, & c. Inuentum.*

Non possunt disponere de feudis Ecclesiæ, & irrita est dispositio. *Conc. Later. 4. c. 44.*

Laici non possunt beneficia sibi vsurpare, sub pœna excommunicationis. *Conc. Tolos. c. 8.*

Laici non possunt habere pensiones Ecclesiasticas. *Pius 5. constit. 73. Sacrosanctum.*

Laicus, siue Rex, siue Imperator, siue alius non potest dare inuestituram Ecclesiasticam Abbatissarum, & aliarum similium dignitatum, dans excommunicatur. *Conc. Rom. 7. sub Gregor. 7. cap. 2. Concil. Claramont. cap. 16. Concil. Melfit. c. 11.*

Laici non possunt sibi retinere Ecclesias, vel altaria. *Concil. claramont. cap. 20.*

Laici etiam patroni, non possunt conferre beneficia, aliasque Ecclesias, sed possunt ad ea præsentare, si habent ius. *conc. Later. 3. c. 9. & in append. tit. de iure patronat. cap. 3. & 9.* Et si concedunt sine licentia Episcopi, nulla est concessio. *ibid. cap. 3.*

Neque filijs dare ea possunt. *ibid. c. 15. & tit. De ordinatione filiorum, &c. c. 10. De iure patronatus c. Præterea.* Sub pœna anathematis. *Conc. Melfit. c. 5.*

Laici non possunt alicui domui Religiosæ, concedere ius patronatus sine licentia Episcopi. *Concil. Later. 3. in append. tit. De iure patronatus cap. 6. De iure patron. cap. Cum Pastoralis.*

Laicus concedens alicui beneficium sine Episcopi licentia, cadit à iure. *conc. Viennense Prouinc.*

Laici non possunt spoliare de Ecclesijs, beneficijs, &c. clericos delinquentes. *conc. constantiense contra art. 6. Vvicleff. de iure patron. c. Relatum. §. Ad hæc.* Excommunicati sunt. *ibidem.*

Laici spoliantes Ecclesias, sunt excommunicati. *De iure patron. cap. Relatum. §. Ad hæc, conc. Later. 3. p. 50. c. 34.*

Non possunt Ecclesiasticas res sibi vsurpare, sub pœna excommunicationis. *De immunit. Eccl. in 6. c. Clericis.*

Laici circa exercitia Ecclesiastica, Ordinum, &c.

Laici non possunt offerre oblationes in altaribus. *10. q. 1. cap. Sanctorum.*

Laici non possunt sacrificare, nec manus imponere. Id est confirmare, ac absoluere. *Lib. 3. const. Apost. c. 10.*

Non possunt inseruire ministris in altari. *conc. coton. 2. part. 3. cap. 31.*

Neque exercere ministerium ordinum minorum. *ibid. conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 17.*

Non possunt indui superpelliceis. *ibid. concil. colon. 2.*

Laici non possunt baptizare (intellige absque necessitate.) *Lib. 3. const. Apost. c. 10.*

In necessitate possunt baptizare. *de consecr. dist. 4. c. Constat. c. In necessitate. & cap. Sanctum est.*

Non possunt disputare de fide, nec publicè, nec occultè, sub pœna excommunicationis. *de hæreticis in 6. cap. Quicumque §. Inhibemus.*

Laici non possunt prædicare. *Agapetus ep. 1. conc. Carthag. 4. cap. 98. de hæret. c. Cum ex iniuncto. conc. Constant. in constit. Martini V.*

Laicus præsente clerico, docere non potest, nisi de eius iussu. *conc. Carthag. 4. c. 98. dist. 23. c. Mulier.*

Laici prædicantes, sunt excommunicati. *de hæret. cap. Excommunicamus. §. Quia verò.*

Laici non possunt soluere, aut ligare. *Lib. 3. const. Apost. c. 10. Nicolaus 1. ep. 9.*

Item ligatum ab Ecclesiastica potestate, soluere nequeunt. *Nicol. ibidem.*

Laicus non potest esse Vicarius Episcopi, vel Oeconomus Ecclesiæ. *conc. Hispal. 2. c. 9.*

Laici in necessitate non possunt imponere orationes, & iciunia. Vide, *Episcopi iurisdictio.*

Laici sub specie panis tantum possunt communicare. *concil. Constantien. sess. 13. c. 1.* Vide, *Eucharistia. conc. Trid. sess. 21. cap. & can. 1.*

Laici non à se, sed à sacerdote debent Eucharistiam accipere. *conc. Trid. sess. 13. c. 8.*

Laici circa pensiones. Vide, *Pensiones.* Vide, *Absoluere.*

Laici circa iudicia Clericorum, & Ecclesiarum.

Laici non possunt iudicare clericos. Siue sint iudices ordinarij, siue Principes, Reges, Imperatores, &c. *lib. 2. const. Apostol. c. 10. conc. Roman. 3. sub Siluestro c. 2.* Excommunicatus est de facto. Vide, *Excommunic. in Bulla Cœnæ. concil. Agathen. c. 8. & 32. Aurelian. 4. c. 20. Matisc. con. 2. c. 9. & 10. conc. cabilon. 2. c. 11. Adrianus 1. ep. 1. c. 15. conc. Meldense c. 10. Nicolaus 1. ep. 8. & ad Consulta Bulgar. c. 70. & 83. & in decret. tit. de Laicis c. 1. 11. q. 1. cap. Nemo vnquam. cap. Nullus iudicum. cap. Clericum. c. Fratris. dist. 28. cap. Consulendum. conc. Later. 3. cap. 14. concil. Sabin. cap. 4. conc. Rom. sub Nicol. 2. c. 11. de Iudicijs cap. Decernimus.*

Laici non possunt carcerare, nec detinere clericos. *Gregorius 1. lib. 9. ex regest. ep. 74.*

Excommunicatus est ipso facto, & à Papa absoluendus. *De sent. excommunic. cap. Nuper.*

Laici carcerantes clericos de mandato Prælati, non sunt excommunicati. *de sent. excom. c. Vt famę tuę.*

Laici non possunt inquirere contra clericos. *concil. Turon. 2. cap. 3.*

Laici nullum ius habent in clericos. *conc. Melfiran. cap. 11. conc. Sabinen. cap. 4.*

Laici in causis Ecclesiasticis, possunt à Papa delegari. Vide, *Papæ potestas.*

Laici non possunt opprimere clericos. *11. q. 1. c. Fratris.*

Non possunt iurisdictionem Ecclesiasticam vsurpare, sub pœna anathematis. *conc. Later. 3. cap. 19.* Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.*

Laici comprehendentes, verberantes, vel alio modo affligentes Episcopos, excommunicati sunt, & bona eorum Ecclesiæ sunt tradenda. *17. q. 3. cap. Si quis deinceps. & cap. De Presbyterorum.* Vide, *Excommunic. in Bulla Cœnæ.* Vide, *Episcopos persequentes.*

Laicus banniens clericum, excommunicatur; tenetur ad expensas, & damna; & à iudice Ecclesiastico est iudicandus. *de iniurijs, & damno dato cap. Olim.* Vide, *Bannum.* Vide, *Clericus.*

Laici non possunt clericos iudices impedire, nè vtantur censuris, vel alia facere circa hoc. *concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 3.*

Laici relegantes, bannientes, &c. clericos, quicumque sint, siue domini, siue officiales, sunt ipso facto excommunicati, à Papa absoluendi. *Vrbanus 6. const. 3. Quia sicut.*

Vide,

Vide, *Excommun. Bullæ Cœnæ*. Vide, *Clerici à quo iudicandi*. Vide, *Eccleſiarum immunitas*.

Laici circa grauamina clericorum.

Laicus non poteſt exigere à Presbytero propter commendatam Eccleſiam. *Conc. Moguntiacum c.30.* Vide; *Ius patronatus*. Vide, *Patronus. Pius V. conſt.73. Sacroſanctum*.

Laici grauantes clericos, excommunicati ſunt. *Conc. Vormat. 1. c.24.* Vide, *Excommun. Bullæ Cœnæ*.

Laici quicumque ſint, non poſſunt imponere collectas, &c. clericis. ſunt excommunicati ipſo facto. Vide, *Excommun. Bullæ Cœnæ. Cone. Later. 3. c.19. Conc. Later. 4. c.46. De immunit. Eccleſ. c. Non minus*. Etiam ſi facultates communitatum non ſuppetant. *ibid. & c. Aduerſus*. Et talia imponentes non ſolum excommunicati ſunt, dum in officio ſunt, ſed extra. *ibid. Item de immun. in 6. c.1.* Et Papæ reſeruata eſt excommunicatio. *ibid. & c. Clericis. Clement. de cenſib. c. fin.* Donec reſtituant accepta, & ſtatuta abrogent, non ſunt abſoluendi. *ibid. & Clement. de immun. Eccleſ. c.vn.*

Item dantes auxilium, fauorem, aut conſilium ad hoc faciendum. *Clem. ibid.* Vide, *Excommun. Bullæ Cœnæ*.

Laici non poſſunt gabellas, &c. nec à clericis, nec ab Eccleſijs exigere, ſub pœna excommunicationis Papalis. *De immun. Eccl. in 6. c.1. & c. clericis.* Vide, *Excomm. Bullæ Cœnæ. Extra, de immun. Eccl. c.vn.* & alijs locis vbi ſupra.

Laici negantes iuſtitiam facere clericis, tertiò requiſiti, perdunt iuriſdictionem. Et eſt lex Imperialis. *Honorius 3. ex Cirone, de iudicijs c.2.*

Laici non poſſunt cogere clericos, vt bona, quæ ad eos perueniunt relinquant. *De immun. Eccl. in 6. c.1. & c. clericis*. Eſt Papæ reſeruata. *ibid.* Vide, *Excommun. Bullæ Cœnæ*.

Laici prohibentes populis, &c. nè cum clericis contrahant, bladum, vel alia vendant, vel emant ab eis, vel eorum frumentum non molant, aut panem coquant, vel alia obſequia non præſtent, excommunicati ſunt ipſo facto. *De immun. Eccleſ. in 6. c. fin.* Vide, *Excommun. Bullæ Cœnæ*.

Laici non poſſunt facere ſtatuta præiudicialia libertati Eccleſiæ, ſub pœna excommunicationis ipſo facto, delere debent. bis in anno denunciandi ſunt excommunicati. *conc. Rauen. ſub Honorio IV. c.9.* Vide, *Excommun. Bullæ Cœnæ*.

Laici nihil poſſunt exigere à clericis pro Eccleſijs fundatis ex bonis, ſiuè paternis, ſiuè maternis (niſi talis ſit fundatio.) *conc. Melfitanum c.11.*

Laici non poſſunt compellere clericos ad præſtandum eis iuramentum fidelitatis, ſi nihil temporale eorum tenent. *conc. Later. 4. c.43.*

Vide, *clerici*. Vide, *Eccleſiaſtici*.

Laici circa decimas.

Laici non poſſunt cum cuiuſcumque licentia, niſi ſit Papæ, ſibi decimas vſurpare. *conc. Later. 3. c.14.* ſub pœna excommunicationis, & ſepulturæ Chriſtianæ priuationis. *ibid. conc. Rom. 5. ſub Greg. 7. c.7.* ſub pœna excommunicationis Papalis. *ibid. conc. Quintilinburgenſe c.6.*

Laicis non poſſunt concedi decimæ, iure hæreditario, nec alio modo. *De decimis, &c. cap. Ad hæc. & c. Quamuis*.

Laici non poſſunt ſine licentia Epiſcopi offerre monaſterijs decimas, vel aliud iuris Eccleſiaſtici. *conc. Later. 3. in append. tit. de ordinat. cleric. c.18. de decimis c. Dudum*.

Laicus, cui à Papa conceſſa eſt decima, non poteſt eam in alium transferre. *De decimis cap. Prohibemus*.

Laicus cui donata eſt decima, non poteſt præſcribere de illa. *ibid. cap. dudum*.

Laici frui non poſſunt oblationibus Eccleſiarum. *10. q.1. cap. Quia ſacerdotes. c. Hanc*. Vide, *decimæ*.

Laicis circa Eccleſiaſtica, &c. quæ ſunt permiſſa.

Laicus in neceſſitate, poteſt baptizare. *de conſecr. diſt.4. cap. conſtat. cap. in neceſſitate. cap. Sanctum eſt*.

Poſſunt in neceſſitate ſubſidia habere à clericis cum licentia Papæ. *de immun. Eccleſ. c. Non minus*.

Laici poſſunt à clericis ſponte dantibus accipere. *Extra, De immunit. Eccleſ. c.vn.*

Laici poſſunt eſſe procuratores in cauſis ſpiritualibus. *de procuratoribus in 6. c.1.*

Laicis poſſunt ab Ordinarijs, & Inquiſitoribus committi cauſæ contra hæreticos, licet ſint excommunicati. *De hæret. in 6. c. Præſiden.*

Laicus ex delegatione Papæ, cauſas Eccleſiaſticas iudicare poteſt. *Gregor. 7. lib. 5. ep. 23. & lib. 6. epiſt. 1.* Vide, *Papa Poteſtas*.

Laici poſſunt proponere tantum querelam criminalem contra clericum. *Concil. Epaun. c.24.* Poſſunt accuſare clericos pro iniuria ſua, & ſuorum, etiam criminaliter. *De teſtibus c. De cætero. Conc. Later. 3. in append. tit. De teſtibus cogendis cap.8.*

Laicis alia prohibita.

Laici non poſſunt ad Sanctuarium altaris accedere, dum fiunt diuina. *Conc. Brachar. 1. c.31. Concil. Turon. 2. c.4.*

Neque poſſunt cum clericis in choro manere, dum miſſa celebratur. *De conſecrat. diſt.2. c. Sacerdotum. De vita, & honeſt. cleric. c.1. Conc. Rom. ſub Ioanne 12.*

Non poſſunt prædicare. Vide, *Laici circa exercitia ordinum, &c.*

Non poſſunt diſputare publicè de fide, ſub pœna excommunicationis, nec etiam occultè. *De hæreticis in 6. c. Quicumque §. Inhibemus. Innocent. 4. conſt. 18. Nouerit*.

Non poſſunt facere conuenticula in materia Religionis. *De hæret. cap. Cum ex iniuncto*. pœna. *ibid.*

Laici poſt pœnitentiam publicam, non poſſunt fieri clerici. *Siricius epiſt. 1. cap. 14. diſt. 50. cap. Non confidat*. Vide, *Clerici*.

Laicus, cuius vxor fuit adultera, non poteſt fieri clericus. *diſt. 34. c. Si Laici*.

Laicus non poteſt accuſare Epiſcopum. *2. q.7. cap. Non eſt. c. Qualis. c. Maiorum. c. Sententia. c. Laici. cap. Oues. Euſebius ep. 1.*

Laici non poſſunt accuſare clericum. *2. q.7. cap. Nullus. c. Laico. c. Laicos. c. Sicut. & c. Sacerdotes*. Poſſunt tamen querelam proponere. *Conc. Epaunen. c.24. de accuſat. c. Cum P. Manconella. Conc. Later. 3. in append. tit. De teſtibus cogendis c.8.* Vide, *Accuſare cui permittitur*.

Laici non poſſunt teſtimonium facere contra clericum. *Adrianus 1. ep. 1. c.73. De teſtibus c. De cætero*, niſi in cauſis ſuis, & ſuorum, etiam criminalibus. *ibid. Conc. Later. 3. vbi ſupra c.8.*

Laicus iudex non poteſt iudicare cauſas hæreticorum. *Conc. Aurel. 3. cap.10. De hæreticis in 6. cap. Vt Inquiſitionis*. Sub pœna excommunicationis. *ibid.* Vide, *Hæreticorum cauſæ*.

Non poſſunt laici liberare hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos, carceratos. *ibid.*

Non poſſunt impedire Inquiſitores, ne ſuum munus proſequantur circa præfatos. *ibid.* Nec poſſunt recuſare executionem ſententiæ latæ ab Inquiſitoribus. *ibid.* Vide, *Hæreticorum cauſæ*. Vide, *Index ſæcularis*. Vide, *Inquiſitor.*

Laici magiſtratus nolentes iurare, quod facient obſeruare ſtatuta facta contra hæreticos, fautores, receptatores, &c. ſunt ſuſpecti de hæreſi, infames, & inhabiles ad omnia officia. *De hæret. in 6. c. Vt officium. §. fin.*

Laici non poſſunt facere iudicia in Eccleſijs. *Conc. Arelat. 4. c.22. De immunit. Eccl. c.1.*

Non poſſunt tractare negotia Eccleſiaſtica. *de iudicijs c. Decernimus*.

Laici induentes ſe veſtibus ſacris, quomodo ſunt puniendi. *Conc. conſtantinop. 4. can.16.*

Non poſſunt conuenire laicos in foro Eccleſiæ, niſi in negligentia Iudicis ſæcularis. *De foro compet. c. Licet ex ſuſcepta.*

Non poſſunt eligere in Eccleſiaſticis, neque per compoſitionem cum Epiſcopo, vel Capitulo. *De electione, &c. cap. Sacroſancta*.

Non poſſunt fieri arbitri de re ſpirituali; ſed aliquando poſſunt de licentia Epiſcopi, & quomodo. *de elect. & c. c. Per tres*. Vide, *Immunitas*.

Non

Non possunt præscribere spiritualia, per quodcumque tempus. *de præscript. c. Causam.*

Non possunt frequentare monasteria monialium, alias excommunicentur. *De vita, & honest. cleric. c. Monasteria.*

In Laico fieri non potest compromissum, de re spirituali. *Concil. Lateran. 4. cap. 40.* Vide, *Compromissum.* Vide, *Electio.*

Non possunt trahere clericos ad iudicium sæculare, sub pœna excommunicationis ipso facto. *conc. Later. 3. p. 50. c. 34.* Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.* Vide, *Clerici.* Vide, *Ecclesiastici.*

Laicorum concilia fieri non possunt in Ecclesijs, & domibus earum. *de immunitate Eccles. c. 1.*

Non possunt tangere pallas, vel vasa sacra. Vide, *Sacra.* Vide, *Vasa. Conc. colon. 2. p. 3. c. 31.*

Non possunt tangere sacras reliquias, neque illas, aut vasa sacra abluere. *conc. colon. 2. p. 3. c. 31.*

Non possunt Ecclesiasticam iurisdictionem vsurpare, sub pœna anathematis. *conc. later. 3. c. 19.* Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.* Vide, *Ecclesiastica iurisdictio.* Vide, *Iurisdictio.*

Laici circa subiectionem ad Ecclesiasticos.

Laici omnes, etiam Principes, & reges, in spiritualibus causis subditi sunt iudicio Ecclesiastico. *De iudicijs c. Nouit ille. Extra, de maiorit. & obed. c. vnam sanctam.* Vide, *Episcopalis dignitas.*

Laici vsurpantes res Ecclesiæ, coram Episcopo conueniuntur, & ad satisfactionem compelluntur. *De foro competenti c. Conquestus est. De priuileg. c. Sicut.* Vide, *Ecclesiarum bona, &c.*

Laici pro re Ecclesiæ conueniri possunt coram iudice Ecclesiastico. *De foro competenti c. Si clericus.* Vide, *Episcopi iurisdictio.*

Laici pro iuramentorum obseruantia conueniri debent coram iudice Ecclesiastico. *de foro compet. c. fin.*

Vide, *Episcopi iurisdictio.*

Laica communio.

Laica communio, clericis contumacibus danda. *conc. Agathen. c. 2. dist. 50. c. Contumaces.*

Lampas.

Lampades, & lanternæ per Ecclesiæ custodem iussu Archidiaconi accendendæ. *Post Conc. Tolet. 1. c. vlt.*

Lanæ Ars Romæ.

Lanæ Artis Consules instituuntur, & cum qua iurisdictione. *Martinus 5. const. 6. cum inter. Pius 5. const. 43. Vt ad artis.* Vide, *Consules.*

Lapsi à fide.

Lapsi à fide recipiendi sunt ad pœnitentiam, quando veniunt ad Ecclesiam, & pœnitent. *Conc. carthag. 1. sub Cornelio.* & *Conc. Italicum*, sub eodem. *Cornelius ep. ad Cyprianum l. 3. ep. 11.* Vide, *Hæretici.* Vide, *Fides.*

Lapsi à fide non sunt recipiendi, sine pœnitentia. *conc. carthag. 2. sub cornelio.*

Lapsi à fide ob timorem, per tres annos debent pœnitere, & quomodo probandi. *conc. Nican. 1. can. 11.*

Lapsi omnes, quomodo recipiendi, dum veniunt. *ibid.* Vide, *Infideles venientes ad fidem.*

Lapsi à fide, si sunt clerici, priuantur officio, & non possunt amplius ad illud redire. *Martinus 1. epist. vlt. dist. 50. cap. Si lapsus depositus est. cap. Qui semel. cap. Presbyterum. cap. Peruenit. cap. Accedens. cap. Ioannes, & c. Si post.* Possunt per pœnitentiam ad ordines reparari. *dist. 50. c. Ponderet. c. Et purgabit. c. Quia Sanctitas. c. Quid est. cap. cum exaudiero. c. Iesus filius. cap. contumaces. c. Si quis. c. Sacerdos. c. Bene valet. c. Absit. c. Qui sub gradu. & c. De his verò.*

Qui lapsi debent restitui in gradum, & qui non. *dist. 50. c. de his verò.*

Lapsi non possunt ad officia maiora ascendere. *dist. 50. c. Hi qui altario.*

Et tamen Petrus post lapsum, fuit promotus. *dist. 50. c. Considerandum, & c. Fidelior.*

Lapsi ordinati per ignorantiam, aut negligentiam ordinantis, sunt deponendi. *dist. 81. c. Si qui sine. c. Quæcumque.*

Vide, *Fides.* Vide, *Hæretici.* Vide, *Infideles venientes ad fidem.*

Lapicida.

Lapicidarum Confraternitas in Vrbe. Vide, *Sculptores.*

Lateranensis Ecclesia.

Lateranensis Ecclesia Romæ, est prima constructa in toto Mundo. *Nicolaus 1. ep. 7.*

Lateranensis Ecclesia Romæ, est propria Sedes Romani Pontificis. *Honorius 3. ex Cirone, de præscript. c. 1.*

Lateranensis Ecclesiæ dignitates, personatus, præbendæ, beneficia, & officia, Papæ sunt reseruata. *Vrbanus 8. const. 6. cap. 28.*

Lateranenses Capitulum in aggregandis Ecclesijs, & communicandis indulgentijs, tenetur obseruare constitutionem 115. *Clementis 8. Quæcumque. Paulus 5. constit. 68. Quæ salubriter.*

Lateranensis Ecclesia, Archipresbyter, Capitulum, Canonici, &c. Vide, *Basilica.* Vide, *Archipresbyter.* Vide, *canonici.* Vide, *Cardinales.* Vide, *S. Ioannes.* Vide, *Ecclesia S. Ioannis.*

Lateranensis Ecclesia gaudet præscriptione centenaria, vt Romana. *ibid.*

Latinus.

Latina lingua recitabatur, olim, Euangelium Constantinopoli. *Nicolaus 1. ep. 7.*

Latini libri Conciliorum veriores sunt, quam Græci. *Gregorius 1. l. 5. ep. 14.*

Latini à Græcis non possunt ordinari, si in ritu sunt diuersi. *De temporibus ordinat. c. cum secundum.*

Latini non possunt celebrare missas, nec alia diuina officia, ritu Græco, nec è contra. & omnes licentiæ in contrarium abrogantur. *Pius 5. const. 12. Prouidentia.* Vide, *Græci.*

Latini Episcopi confirmare debent baptizatos à Græcis, sed cum conditione, *si non es confirmatus*, &c. *Clemens 8. constit. 34. Sanctissimus.*

Latini in casu necessitatis absolui possunt à sacerdotibus Græcis catholicis. *ib. §. 3.*

Latro.

Latrones publici non gaudent immunitate Ecclesiæ. *De immunit. Eccles. c. Inter alia.* Vide, *Immunitas.*

Latrones maritimi incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ. *Gregor. 13. const. 81. consueuerunt.* Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

Latrones in statu Ecclesiæ per Barones, & Principes arcendi sunt, & commoditates auferendæ. *Leo X. const. 28. Romani.* & pœnæ contrafacientium. *ibid.* Vide, *Barones.* Vide, *Banniti.* Vide, *Ecclesiasticus status.*

Latrone moriente in actu furti Ecclesiæ, nullus pro eo oret. *Conc. Later. 3. in append. tit. de Raptoribus c. 2. Conc. Triburien. 1. c. 31.*

Latronibus vulneratis, (si pœniteant) communio non negetur. *Conc. Later. 3. ibid.*

Latrones tenens in suo seruitio ad faciendum latrocinium, excommunicandus est. *conc. Oxon. 1. c. 13.*

Latrones non ejcientes à suis terris, excommunicandi sunt sed prius monendi, monitione saltem generali. *conc. Londin. 2. c. 19.* Vide, *Fur.* Vide, *Raptor.*

Lauare.

Lauare se in die Dominico, vel alio festo, non est peccatum. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c.6.*

Lauari non debet simul cum viro, mulier. *Lib. 1. constitut. Apost. cap. 9.*

Laudare. Laus.

Laudari debet Deus, magis corde, quam voce. *Dist. 92. c. Cantantes.*

Laudes iniquorum, optari non debent. *Clemens 1. ep. 1. c. 4.*

Laurentius.

S. Laurentius Archiepiscopus Dublinensis canonizatur *ab Honorio 3. anno 1225. const. 7. Ineffabilis Prouidentia.*

S. Laurentij in Damaso clerici subduntur Cardinali titulari, & ab eo possunt censuris compelli. *Honorius 3. ex Cirone, tit. De maiorit. & obed. cap. 1.* Vide, *Cancellaria.* Vide, *Carcellarius.*

Lauretum.

Lauretanum Oppidum in Piceno, erigitur in Ciuitatem, & eius Collegiata in Cathedralem. *Sixtus V. constit. 24. Pro excellenti.*

Laureti erigitur Collegium pro adolescentibus Illyricis, qui aluntur sumptibus Sanctæ Domus Lauretanæ. *Vrbanus 8. const. 64. Zelo. per 22. §§.* Forma viuendi, & gubernij. *ib.* Hoc Collegium fuerat prius *à Greg. 12.* Institutum, sed postea demissum. §. 1. Quod Alumni debent in eo poni; & ex quibus Ecclesijs Dalmatiæ eligi. Quid debent studere, & alia ad eius regimen spectantia. *ibid.*

S. Lazari Militia. Vide, *Militia.* Vide, *Equites.* Vide, *Hospitale.*

Lector. Lectio.

Lector ordinari potest, etiam ab Abbate Monasterij, & olim ordinabatur à Corepiscopo cum licentia Episcopi. *concil. Nicæn. 2. cap. 14.* Vide, *Abbas circa ordinationes.* Vide, *Ordinatio.*

Lectoratus est ordo, minor in Ecclesia. *Conc. Trident. sess. 23. cap. 2.*

Lectores manus impositione, olim, fiebant. *concil. Nicæn. 2. cap. 14.* Per traditionem libri ordinantur. *concil. Aquisgran. 3. sub Ludouico Pio cap. 3. concil. Carthag. 4. cap. 8. Dist. 23. cap. Lector.*

Lectoris officium est lectiones legere Prophetarum, &c. & populis annunciare. Ex epistola Isidori Hispalensis, *post conc. Tolet. 8. Conc. Aquisgran. 3. sub Ludouico Pio c. 3.*

Olim, Præcones etiam dicebantur Lectores, & præcipuam curam vocis habebant, vt audiri possent in tumultu. *ibid. Dist. 25. cap. Perlectis. Concil. Mediolan. 1. par. 2. tit. de Lectore.*

Lectores non debent exequi suum officium, cum Orario (id est stola.) *conc. Laodicen. c. 23.*

Lectores non possunt vasa sacra tangere. *Concil. Rom. 3. sub Siluestro c. 9.*

Lectores puberes (olim) vel vxores ducere debebant, vel profiteri continentiam. *concil. Carthag. 3. cap. 19. conc. Vormatien. 1. cap. 68.*

Lector, qui viduam accipit in vxorem, non potest vlterius promoueri. *conc. Tolet. 1. can. 3.*

Sed in *conc. Lucense 2. c. 23.* statutum fuit, posse ad diaconatum tantum peruenire, non vltra ascendere.

Lectores per septem testes (olim) deponendi. *conc. Rom. 3. sub Siluestro cap. 3.*

Lectiones non possunt in Ecclesia legi à Tonsuratis, sed à Lectoribus. *conc. Nicen. 2. can. 14.*

Lectores scientiarum, &c.

Lectores Sacræ Scripturæ, debent semper esse in Collegijs, & Monasterijs. *Gregor. 1. lib. 12. ep. 25. concil. Trident. sess. 5. de reformat. c. 1.* Alias Episcopus, vt delegatus Papæ ad id compellat superiores regularium, vt in Monasterijs tales Lectores habeant. *ibid. Trid.*

Lector Sacræ Scripturæ, sit in omnibus Gymnasiis publicis. *ibid. cap. 1.*

Lector Sacræ Scripturæ in Gymnasiis publicis non potest legere, nisi ab Episcopo fuerit examinatus, & approbatus. *ib.*

Lector Sacræ Scripturæ pro Claustris fratrum, non eget approbatione Episcopi. *ibid.*

Lectio Sacræ Scripturæ bis in hebdomada facienda in Conuentibus Regularium. ad eam tenentur omnes conuenire, eaque absoluta fiat conferentia inter eos de auditis. *Vrbanus 8. const. 26. cap. Nullus num. 3.*

Lectores Sacræ Theologiæ, in quibus locis debent esse, & quales. Vide, *Theologia.*

Lectores Vniuersitatum, & Studiorum Generalium, tenentur in principio cuiuslibet anni emittere iuramentum de seruando decreta Concilii Tridentini. *Trident. sess. 25. de refor. cap. 2.*

Lectores casuum conscientiæ audiendi à clericis frequenter. *Concil. Mediol. 1. par. 2. tit. Quæ pertinent ad Sacramentum Pœnitentiæ.*

Lectores nouiter instituti tenentur facere professionem fidei. *Pius 4. constit. 88. in sacrosancta.* forma talis professionis. *ibidem.*

Lectores Studii Romani ex Gabella Vini Forensis, habent sua Salaria. *Leo 10. const. 1. Dum singularem.*

Lectorum Studii obligationes. *Leo X. const. 4. Dum suauissimos.*

In Studio Romano instituitur de nouo Lector Rhetoricæ *ab Vrbano 8. const. 85. Militantis.*

Lectus nuptialis.

Lectorum nuptialium pompæ, pro Statu Ecclesiæ, quæ debent esse. *Sixtus V. const. 52. Cum in vnaquaque.*

Legatus Papæ, eiusque potestas.

Legati Papæ sunt non solum, qui Romæ existunt, sed omnes quos mittit Papa. *Gregorius 7. lib. 6. ep. 2.*

Legatus Papæ institui potest etiam subdiaconus. *Dist. 94. c. Valde. Gregor. 1. lib. 1. ep. 1. & 3.*

Etiam simplices regulares, fieri possunt Legati Papę. *Gregor. 7. lib. 6. ep. 2.*

Legatus Papæ mitti potest ad præsidendum Conciliis. *conc. Sardicense c. 30. 2. q. 6. cap. Si quis Episcopus.*

Legatus in duobus locis, potest in alterutro iurisdictionem exercere de negotiis a terius. *de off. Legati. c. Nouit ille.*

Legato de latere præsente, minor legatus ex reuerentia cessat ab officio suo. *ibid. cap. Volentes.*

Legatus Papæ, in Prouincia, est iudex ordinarius. *de off. Legati in 6. cap. Legatos.*

Legatus Papæ, non expirat per mortem Papæ. *ibid.*

Legatus Papæ à latere causas appellationis iudicat. *2. q. 6. cap. De cætero.*

Legatus Papæ, potest etiam querelas simplices audire, omnium subditorum Episcoporum Prouinciæ. *de off. Legati c. 1.* & etiam per appellationem. *ibid. concil. Later. 3. in append. tit. de Præeminentia, &c. c. 3.* Vide, *Appellatio.*

Legatus si retulit Papæ, cessat esse iudex in illa causa. *de off. Legati cap. Licet Tranensis.*

Legatus Papæ, potest reseruare sibi collationem Ecclesiæ, cuius clericus sit patronus, vel alia Ecclesia sit patrona. Vide, *Beneficia à quo conferenda.*

Legato Papæ dante Ecclesiam, si à Papa confirmatur, ius Episcopi non læditur. *de confirmat. vtili, vel, &c. c. fin.*

Legatus Papæ, Cardinalis, potest conferre beneficia: non Cardinalis non potest. *de off. Legati in 6. c. 1.*

Legatus de latere potest conferre beneficium vacans, etiam si præsentatio spectet ad clericum. *de offic. legat. c. Dilectus.*

Legatus de latere, quid potest facere circa collationem beneficiorum. *de offic. legat. in 6. c. 1. cap. Legatos. & c. Præsenti.* Vide, *Beneficia à quo conferenda.*

Lega-

Legatus Papæ in statu Ecclesiæ, quam iurisdictionem habet. *Innocent.6. const.1. cum onus.*

Legato à latere dante beneficium, tacito priori, nulla est collatio. *De offic. legat. in 6. cap. fin.*

Legato Papæ dante beneficium ex mandato Papæ, censetur collatum à Papa. *De præbendis, &c. in 6. c. si Apostolicę.*

Legato Papæ conferente aliquid, licet à Papa confirmetur, non læditur ius diœcesani. *De confirmatione vtili, &c. c. fin.*

Legatus Papæ à latere faciens reseruationem beneficij in aliqua Ecclesia, non potest in ea facere aliam. *De off. legat. in 6. cap. Præsenti.*

Legati non missi à Papa, sed tales dicti ratione suorum Episcopatuum, non possunt beneficia dare, sicut legati de latere missi à Papa. *Conc. Lugdun.1. Gener. de off. legat. in 6.*

Legatus Papæ à latere potest confirmare electiones Episcoporum, & Archiepiscoporum. *de elect. &c. in 6. cap. Si Abbatem. §. Huiusmodi.* Simplex verò legatus non potest, nisi hoc habeat in commissis. *ibid.*

Legatus à latere potest concedere licentiam Abbati exempto, vt eligi possit in Episcopum. *de election. in 6. cap. Si Abbatem.*

Potest contra Episcopos depositionis sententiam iuridicè ferre. *Greg.7. lib.2. post ep.55.*

Legatus Papæ, siue de latere, siue non, potest absoluere excommunicatos ob clerici percussionem, in sua prouincia. *de off. legati cap. Quod translationes, &c. Excommunicatis. de sent. excommunic. cap. Ad eminentiam.*

Legati verò ratione suorum Episcopatuum, & non missi à Papa, non possunt tales excommunicatos absoluere. *de offic. legat. cap. Excommunicatis.*

Legatus Papæ non de latere (id est non Cardinalis) non potest extra prouinciam absoluere excommunicatos ob clerici percussionem. *de off. legati c. Excommunicatis.*

Legatus Papæ non de latere, in sua prouincia, non potest absoluere alios excommun. exteros venientes ad prouinciam propter hoc. *ibid.*

Legatis Papæ pro statu Ecclesiæ, quæ iurisdictio dari solebat. *Innocent.6. const.1. cum onus.*

Legatis vrbis, quæ iurisdictio solet concedi cum Papa ab vrbe discedit. *Paulus 3. constit.16. Licet potestatis. Clemens 8. constit.53. Licet.*

Legatorum Papæ statuta durant, finita etiam legatione. *de off. leg. c. fin. Nemini.*

Legatorum delegatio expirat, si ante discessum eius à prouincia, non est facta citatio. *ibid. c. Nemini.*

Legatorum officio completo, cessant reseruationes, inhibitiones, denunciationes, &c. in causis beneficialibus. *de offic. legat. in 6. cap. Præsenti.*

Legatos Papæ dispensare posse in ætate præsentandorum ad beneficia, statuit. *Conc. Vienn. Prouinc.*

Legati Papæ non possunt aggratiare, seù remittere bannitos, aut homicidas, nec facere compositionem cum eis. *Pius 4. const.27. in eminenti.*

Vide, *Beneficia à quo conferenda.*

Legati Papæ à quibus debent abstinere.

Legatus etiam de latere non potest vnam Ecclesiam Cathedralem alteri submittere. *de off. leg. cap. Nisi specialis & cap. Quod translationes.*

Legatus Papæ etiam de latere, non potest duos Episcopatus vnire. *de off. leg.* vbi supra.

Legatus etiam de latere non potest conferre Ecclesias Cathedrales, nec Collegiatas, nec Regulares. *de off. leg. in 6. cap. Deliberat.*

Legati etiam de latere non possunt conferre dignitates maiores in Ecclesijs. *de off. leg. in 6. c. deliberatione.*

Legatus non potest committere delegato, vt resignationem beneficij recipiat, & postea illud conferat. & factum est nullum. *de off. legat. c. Præsenti. §. Prohibemus.*

Legatus Papæ non potest se intromittere in causa alteri delegata ab ipso Papa, nisi specialiter hoc sibi committatur. *de off. leg. c. Studuisti.*

Legati Papæ quicumque non possunt aggrauare loca, vel personas in procurationibus, seù expensis. *de censib. c. Procuratores.* Vide, *Procurationes.*

Legatus Papæ etiam de latere, faciens reseruationem alicuius beneficij in aliqua Ecclesia, non potest facere aliam. *de off. leg. in 6. c. Præsenti.*

Legatus Papæ etiam de latere, non potest in sua prouincia, neque alibi se ingerere in ijs, quæ fiunt per electionem in Ecclesijs, disponendo de ijs, vel reseruando; & si facit, irritè facit. *de off. leg. in 6. c. Præsenti.*

Legatus Papæ etiam de latere non potest dare licentiam Fratribus Mendicantibus, vt transeant ad Religionem non Mendicantium. excepta Carthusianorum, ad quam potest concedere transitum. *Extra, de regular. transeuntibus, &c. cap. Viam.*

Legati non de latere (id est non Cardinales) non possunt in prouincia sua conferre beneficia: de latere verò possunt. *de off. leg. in 6. cap. 1.*

Non possunt impedire, aut turbare Episcopos in causis beneficialibus, matrimonialibus, & alijs Ecclesiasticis. *Concil. Trident. sess.24. de reform. c.20.*

Vide, *Matrimonium.* Vide, *Nuptiæ.*

Non possunt procedere contra clericos, nisi Episcopo prius requisito & negligente; alias acta, & processus nullius sunt valoris & tenentur ad restitutionem, & damna. *ib. c.20.*

Legati & Nuntij Papæ, non possunt pro se vel suis consanguineis procurare à Principibus fauores, vel eis vti ad consequendas dignitates, sub pena excommunicationis latæ sententiæ reseruatæ. *Pius IV. const.96. Et si.*

Vide, *Nuntius.*

Legati Papæ circa expensas, & procurationes.

Legatorum Papæ procurationes, seù expensæ, non possunt præscribi. *de præscriptionibus c. Accedentes.*

Legatus Papæ, quicumque sit, ab omnibus Ecclesijs accipere debet procurationes; seù expensas. *de censib. c. cum instantia.*

Quomodo dandæ, & exigendæ sunt procurationes, seù expensæ pro Legatis Papæ, & à quibus. *Conc. Later.4. c.33.*

Modus exigendi procurationes pro legatis Papæ. *de censibus cap. cum instantia. §. Sanè.*

Non excedatur debitus modus. *de immunit. Eccles. c. Quiæ plerique.*

Legati pro ijs tantum diebus per quos commorantur in loco recipiunt procurationes. *de censibus. cap. Procuratores.*

Legati Papæ non possunt à monasterijs exemptis accipere procurationes. *de censibus. c. cum instantia.*

Non possunt aggrauare loca, vel personas in procurationibus. *de censibus. cap. Procuratores.*

Si pro legatis Papæ plus debito exigitur, pauperibus est erogandum. *Conc. Later.4. c.34.*

Vide, *Ecclesię quò ad procurationes.* Vide, *Procurationes.*

Legati Papę, quomodo tractandi.

Legati Papæ in eundo & redeundo, cum honore ab Episcopis omnibus sunt recipiendi, & hoc iurent Episcopi dum eliguntur. *de iureiurando. cap. Ego N.*

Ab omnibus etiam principibus cum honore recipiendi, non obstante aliqua contraria consuetudine. *Extra, de consuetudine. cap. Super gentes.* Et contrarium facientes excommunicandi sunt. *Ioannes 8. epist.196. Gregor.7. lib.2. epist.40.*

Legatis Papæ obediendum est ab omnibus. *Gregor.7. lib.2. epist.40.*

Legati Papæ impediri non possunt, nè suum iter perficiant. *Ioann.8. epist.6.*

Impedientes excommunicandi sunt. *Gregor.7. lib.5. epist.15. dist.94. c. Si quis.*

Legatos Papæ capientes, vulnerantes, carcerantes, occidentes, auxilium ad hoc dantes, sunt excommunicati ipso facto. *Greg.13. const.81. consueuerunt §.11.*

Vide, *Excommunic. Bullę Cœnę.*

Legati Papę ab eo deponuntur, si eius mandata non obseruant. *Nicolaus I. epist.7.* Vide, *Nuntius.* Vide, *Papa.*

Legati Papæ priuilegia.

Legatus Papæ in Concilijs præsidet omnibus Episcopis. *Gregor. VII. lib. 2. post ep. 55.*

Legato citante aliquem, non potest appellari. *Conc. Later. 3. in append. tit. de appellat. c. 28.*

Legato Papæ celebrante solemniter, Episcopi prouinciæ, qui sunt præsentes in loco tenentur ei assistere cum mitris, baculis, cottis, pluuialibus, &c. sic etiam Abbates. *concil. Rauenn. 3. post Clem. 5. c. 6.*

Legati Papæ à nullo possunt excommunicari sine facultate Papæ, neque ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis. Sed si quis habetur contra eum, ad Papam deferendum. *Extra, de hæret. cap. cum Matthæus.*

Legati Papæ de latere possunt per alios gubernare prouincias legationis, sed pro maiori parte temporis per se ipsos debent id facere, alias priuantur emolumentis, &c. *Concil. Later. 5. sess. 9. de reform. curiæ c. 2.*

Legatorum morientium benefica vacant in curia. *Extra, de præbend. &c. cap. Ad regimen.* Vide, *Beneficia Papæ reseruata.*

Legati Papæ de latere simpliciter, & de plano, manu regia procedunt in ijs, quæ spectant ad bonum regimen communitatum status Ecclesiastici, non obstante quolibet decreto, indulto, &c. Camerarij, Thesaurarij, Auditoris Cameræ, &c. *Clemens 8. const. 10. Pro commissa §. 24.*

Legati Papæ non tenentur ostendere libellum fidei. *Nicol. I. in append. post ep. 16.* Vide, *Nuncius.*

Legata.

Legata pia pro defunctis non soluentes, vel tardantes soluere, vt infideles sunt reijciendi ab Ecclesia. *Conc. Vasense 2. c. 4.* Excommunicandi sunt. 13. *quæst. 2. cap. Clerici, vel Sæculares.*

Legata Ecclesiæ fraudans, aut rapiens, est excommunicandus. *Conc. Paris. 3. c. 1.*

Legata pia vsurpans, est sacrilegus. 17. *q. 3. c. Sacrilegium.*

Legata cælantes, grauiter puniendi. *Conc. Regiaticin. c. 15.*

Legatum soluendum est, etiam si nudis verbis à testatore sit factum. *De testam. cap. indicante.*

Legatum factum Episcopo, ratione personæ est suum. *Si* verò ratione Ecclesiæ, ei debetur sua portio. *ibid. c. Requisuisti.*

Legatum factum Episcopo ab extraneo, intelligitur factum nomine Ecclesiæ: si verò sit factum à propinquo, intelligitur factum, nomine proprio. *De testam. c. Requisuisti.*

Legata, in quibus non est soluenda canonica portio. *ib. c. fin.*

Legatum de re non sua, sed alterius factum à testatore non debet acceptari. *De testamentis c. Filius noster.*

Legatorum fraudatores, per Episcopos non per Laicos, puniendi sunt. *Conc. Paris. 3. cap. 1. de testamentis cap. Si hæredes.*

Legatum factum Episcopo cum conditione, vt sit ipsius, non diuiditur cum Ecclesia, nec portio canonica de eo est soluenda. *De testam. c. Requisuisti.*

Legatum factum Episcopo cum Cappella, intelligitur factum Ecclesiæ, & de eo soluitur canonica portio. *ibid.*

Legata relicta pro redemptione Captiuorum, danda sunt Religioni Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede. *Nicolaus IV. constit. 6. Ex parte.*

Legatum pro missis dicendis, si sit tenue, à Papa moderari petatur. Vide, *Missarum reductio.*

Legata relicta Ecclesijs, &c. si habent onera dandi aliquam dotem, cum postea reducuntur ad beneficia simplicia, non reducitur obligatio dandi dotem, sed remanet in beneficiato. *Vrban. 8. in append. 2. const. 45. Alias nos ex certis.*

Legata pauperibus relicta non possunt amplius, vt incerta accipi pro fabrica Sancti Petri. Sed pauperibus danda, & quomodo. *Alexander VII. const. Supremi, data 30. Augusti 1655.*

Vide, *Eleemosyna.* Vide, *Ecclesiarum oblationes.* Vide, *Episcopus quo ad legata.* Vide, *Testamenta.* Vide, *Vltima voluntas.* Vide, *Dispositio.*

Legere.

Legere de Pulpito in Ecclesia, nullus potest, nisi Lector. *Concil. Lucens. 1. c. 45. dist. 92. c. Non liceat.* Vide, *Lector.*

Legendæ sunt in Ecclesia scripturæ canonicæ. *Concil. Carthag. 3. cap. 47.*

Legendæ sunt in Ecclesia, in festis, Martyrum passiones. *Conc. Carthag. 3. c. 47.*

Legere libros prohibitos, est interdictum. Vide, *Libri.*

Legere non potest Lectiones in Choro, qui habet solam primam tonsuram. *Conc. Nican. 2. c. 14.*

Leges. Legum species, & vires.

Lex diuina in scripturis diuinis continetur. *Dist. 8. cap. Quo iure.*

Lex scripta commutata est à Christo in Euangelium. *Lib. 6. constit. Apost. c. 23.*

Lege diuina omnia erant communia, & lege humana facta sunt diuisiones. *Dist. 8. cap. Quo iure.*

Legis veteris multa præcepta prohibentur in noua. 23. 48. *cap. Occidit.*

Lex diuina est præponenda fauori humano. *Gregorius VII. lib. 1. epist. 9.*

Lex priuata est dignior, quam publica. 19. *quæst. 2. caput. Duæ sunt.*

Lex vel est præceptiua, vel prohibitiua, vel permissiua. *distinct. 3. cap. Omnis autem.*

Lex debet esse iusta, honesta, & possibilis secundum naturam, & loci consuetudinem. *Dist. 4. cap. Erit.*

Facta contra legem sunt irrita. 25. *q. 2. cap. Imperiali, cap. Rescripta, & cap. dicenti.*

Lex Ecclesiæ, seu canonica, ab omnibus obseruanda. *de constit. cap. Canonum.*

Lex canonica, quæ, & qualis. *dist. 3. per totam.*

Lex Christiana consistit in fide, & bonis operibus. *Nicol. I. ad consulta Bulgar. c. 1.*

Legum finis, & qualitas. *dist. 4.* Ad reformandam humanam audaciam factæ sunt leges. *dist. 4. c. Factæ.*

Leges non debent, fieri pro commodo priuato, sed pro publico. *dist. 4. c. Erit.*

Leges canonicæ dispensari non possunt, nisi cum magna maturitate, & discussione causæ; alias dispensatio censetur irrita. *Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 18.*

Vide, *decreta.* Vide, *Statuta.*

Leges Imperiales non sunt in vsu pro causis Ecclesiasticis. *Nicolaus I. epist. 32.*

Leges Imperiales non possunt soluere iura Ecclesiæ, nec inferre illi præiudicium; alias nullæ sunt. *Nicolaus 1. in decret. de constit. c. 1.*

Legibus Imperatoris vtendum, quoties non sunt contrariæ legi Ecclesiasticæ. *Nicol. I. ep. 32. dist. 10. c. Lege.*

Leges Imperatoris Romani, ab omnibus obseruandæ. *dist. 10. cap. certum est, & cap. Vestram il 2.*

Leges Principum non debent contemni. *distin. 10. cap. Quis autem.*

Leges Principum non præualent legi naturæ. *dist. 10. c. Leges.*

Leges Principum, assumi possunt in auxilium Ecclesiæ. *ibid.*

Leges humanæ obligant subditos etiam iustos, & existentes in charitate. *Conc. Senon. c. 17.*

Leges dum fiunt, respiciunt futura, nisi in eis caueatur, etiam de præteritis. *de constitut. cap. Cognoscentes, & caput. Quoniam.*

Leges laicorum non adstringunt bona Ecclesiæ. *ibid. cap. Quæ in Ecclesiarum. & c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ.*

Vide, *Ecclesiæ immunitas.*

Leges posteriores reuocant priores, licet de illis non fiat mentio. *de rescriptis, cap. Pastoralis. §. Quoniam.* Nisi in eis caueatur. *De constit. c. 1.*

Si leges deficiunt, instituta maiorum sunt leges. *dist. 11. cap. In his.*

Lex particularis reuocat vniuersalem, licet de ea non fiat mentio. *de rescript. vbi supra.*

Lex non ligat ignorantes. *de const. in 6. cap. Vt animarum.*

Leges

Leges promulgatæ sufficiunt, nec est necesse, vt ad aures omnium perueniant. *De postulat. capit. Ad hec.*
Lex diœcesana, & lex iurisdictionis, diuersæ sunt. *De off. Iud. ord. cap. Dilectus.*
Lex de damnis non repetendis, est nulla. *de iniurijs, & damno dato c. In nostra.*
Lex de soluenda tertia legatorum, intelligitur de futuris mortuis. *ibid. de verb. signif. c. Ex parte il 3.*
Legem violat, qui verba legis complectens, contra eam nititur. *De regulis iuris in 6. reg. vlt.*
Leges prohibent mala. *De const. cap. Nam concupiscentiam.*
Leges non ligant extra territorium legislatoris. *De const. in 6. cap. fin.*
Lex superioris non potest abrogari per inferiorem. *Clement. de elect. &c. cap. Nè Romani.*
Leges latæ ab aliquo obseruandæ sunt ab illo. *Dist. 9. c. Iustum est. De const. cap. Cum omnes.*
De lege iudex non debet iudicare, sed secundum legem. *dist. 4. c. In istis.*
Legum rigor relaxatur attenta qualitate personæ, & motiuo pietatis. *1. q. 7. c. Tanta. & c. Si qui, vel.*
Leges factæ contra hæreticos, describantur à Communitatibus locorum, & quomodo. *Clem. 4. const. 6. Ad extirpanda.*
Leges, temporum varietate variantur; nam Deus multa de lege veteri mutauit in noua. Vide, *Statuta.*
Legum humanarum obseruantia est bona. *Conc. Senon. c. 17.*

Legislator.

Legislator tenetur viuere suis legibus. *Dist. 9. c. Iustum est. & De const. c. Cum omnes.*

Legitimus.

Legitimi filij, qui sunt, & qui illegitimi. Vide, *Filij.* Vide, *Illegitimus.*
Legitimi etiam sunt, qui nati, vel concepti sunt ante diuortium, vel tempore diuortij. *Conc. Later. 3. in append. tit. Qui filij sint, &c. c. 5.* sub eodem titulo in textu, *c. cum inter.*
Filij legitimi succedunt in hæreditate, secus illegitimi. *ibid. capit. 1.*
Filij legitimi non sunt, qui ex muliere adultera nascuntur, siue mortuo, siue viuente proprio viro. *Qui filij sint legitimi. cap. Causam quæ.*
Legitimus est filius, qui nascitur à muliere separata per sententiam Ecclesiæ, & nupta secundo, si cum primo est conceptus. *ibid. c. Perlatum.*
Legitimi sunt filij nati ex matrimonio clandestino, si hoc matrimonium approbetur ab Ecclesia. *Qui filij sint, &c. cap. Quod nobis.*
Legitimi sunt filij nati ex Poligamo cum secunda, etiam viuente prima, si secunda ignorat eum esse Poligamum. *ib. c. ex tenore.*
Legitimi sunt filij infidelium conuersorum ad fidem, licet essent in gradu prohibito coniuncti. *ibid. cap. fin.*
Quod filius sit legitimus, standum est verbo viri, & vxoris, nisi aliud probetur in contrarium. *Qui filij sint. c. Transmissa.* Vide, *Filij nati.* Vide, *Vxoratus.*

Legitimatio. Legitimare.

Legitimationis causa in Ecclesia iudicanda. *Qui filij sint legitimi, cap. Lator, & c. causam il 2.*
Legitimatio, quomodo probanda, & quando non probatur sufficienter. *ibid. c. Peruenit.*
Legitimatio probatur per dicta testium, licet vicinia dicat oppositum. *ibid. cap. Per tuas.*
Legitimatio filiorum, fieri potest à Papa in suis terris. in terris verò aliorum, in certis casibus etiam fieri potest, & quando. *ibid. c. Per venerabilem, & c. fin.*
Legitimantur per sequens matrimonium, filij nati ex soluto, & soluta. *Qui filii sint legitimi. c. Tanta est. & c. Transmissa. Conc. Later. 3. sub hoc titulo c. 1. & 3.*
Sed filius natus à patre, & alia muliere viuente prima vxore, non legitimatur per sequens matrimonium cum hac secunda. *ibid. c. Tanta est. conc. Later. 3. vbi supra.*
Legitimatus à Papa quo ad dignitates, intelligitur legitimatus quo ad hæreditatem. *Qui filij, &c. c. Per venerabilem.*
Legitimandi facultas concessa fuit, pro statu Ecclesiæ Abbreuiatoribus. Vide, *Abbreuiatores.* Item Scriptoribus Archiuij Romani *à Paulo III. const. 14. Romana.* Vide, *Scriptores.* Sed *à Pio IV.* omnes istæ concessiones, etiam alijs factæ, reuocantur. *Const. 45. Quamuis.* Vide, *Notarij Romanæ curiæ.*
Sixtus V. const. 12. in cap. seq. Laudabilis, concessit facultatem legitimandi Collegio duodecim Notariorum Sedis Apostolicæ.
Vide, *Filij nati.* Vide, *Filiorum legitimatio.* Vide, *Natura, naturalis, &c.*

Legitimi actus.

Legitimè impeditus, non est in mora. *De regulis iuris in 6. regul. 60.*
Legitimi actus non recipiunt conditionem, neque diem. *de regulis iuris in 6. reg. 50.*
Legitimè facta non possunt retractari. *ibid. reg. 73.*
Legitimi testes. Vide, *Testes.*

Lenocinium. Lenones.

Lenocinium exercentes sunt infames, nec in fine recipiantur ad communionem. *Conc. Elibert. c. 12.*
Lenones, & Lenæ, qui masculos, vel fœminas ad prostitutionem inducunt, mortis pœna puniendi: aliquando verò fustigatione, vel relegatione, attenta enormitate. *Paulus IV. const. 18. Sanctissimus.*
Lenonibus domos scienter locantes, domos perdunt, & pœnam mille scutorum incurrunt. *ibid.*

S. Leopoldus Austriæ Princeps.

S. Leopoldus Princeps Austriæ canonizatur *ab Innoc. 8. const. 19. Sanctam.*

Leprosi. Lepra.

Leprosi ab alijs sunt separandi. *Zacharias ep. 12. Concil. Lateran. 3. cap. 23.*
Leprosi debent proprium Presbyterum habere. *de eccles. ædificandis c. Cum dicat. Conc. Later. 3. ibid.*
Leprosi non tenentur soluere decimas. *ib. Conc. Later. 3. c. 23.*
Leprosi sumere possunt Eucharistiam, sed post alios sanos. *Gregor. 2. ep. 14. Zacharias ep. 12. Conc. Vormatien. 1. c. 32.*
Leprosi non soluunt matrimonium. *De coniugio leprosorum capit. 1.*
Leprosi non possunt cum sanis conuiuia celebrare. *Zacharias ep. 12. Gregor. II. ep. 14. conc. Vormatien. 1. c. 32.*
Leprosi in quocumque loco sint, ab Episcopo sunt alendi. *conc. Lugdun. Prouinc. 2. cap. 6.*
Leprosi tenentur ad continentiam, si volunt cohabitare. *De coniugio Leprosorum c. 1. concil. Later. 3. in append. tit. De Leprosis c. 2. & 3.*
Leprosi possunt contrahere matrimonium. *ibid. cap. Quoniam.*
Leprosi, quando tenentur sibi soluere debitum. *ibid. cap. Quoniam.*
Lepra superueniente post sponsalia, possunt solui sponsalia, *ibid. cap. fin.*
Leproso Parocho dandus est coadiutor cum congrua portione. *concil. Later. 3. in append. tit. De Leprosis c. 4.*
Leprosi non tenentur ad decimas. Vide, *Decimæ, qui sunt exempti.*

Læsa maiestas.

Læsæ maiestatis reo confesso de se, in hoc crimine, potest ei credi contra alios. *De confessis c. 1.*

Leuitæ.

Leuitæ in lege veteri erant ministri inferiores ad sacerdotes. *De decimis, & primitijs c.1.*

Libellus.

Libellum famosum componens, est excommunicandus. *concil. Elibert. cap.52. Adrianus I. epist.1. cap.63. 5. q.1. cap. Quidam.*

Flagellari debet. *Adrianus 1. ep.1. c.50. 5. q.1. c. Qui in alterius. & c. Quidam maligni.*

Libellos famosos ponentes in Ecclesia, excommunicentur. 5. *q.1. cap. Si qui inuenti.*

Libellum famosum inueniens, & non rumpens, authoris pœnam incurrit. 5. *q.1. cap. Qui in alterius. Adrianus 1. ep. 1. cap.50.*

Libellos famosos legentes, vel cantantes, sunt excommunicandi. *Adrianus 1. ibid. c.63.*

Libellos famosos retinentes, facientes, dictantes, &c. in statu Ecclesiæ, grauibus pœnis puniendi, & bonorum confiscatione, & aliquando etiam vltimo supplicio. *Pius V. const. 147. Romani.* Idem statuit de facientibus, retinentibus, &c. literas *de Auisi. ibid.*

Libellus inscriptus De periculis nouissimorum temporum, damnatur. *Alexander IV. const.8. Romanus.*

Liberalis. Liberalitas.

Liberalis debet esse Episcopus. *Dist. 86. cap. Fratrem nostrum.*

Liberalitas seruanda ab omnibus, & quomodo. *dist.86. cap. Non satis. cap. Dominus. c. Est probanda. cap. Consideranda. cap. Pulchra. c. In singulis. cap. Cæterum, cap. Pasce, & c. Qui clementiam.* Vide, *Episcopus.*

Libertas.

Libertatem Ecclesiasticam violantes, vt statuta facientes contra eam, Rectores, Consules, &c. sunt excommunicati. *De sent. excom. c. Nouerit.* Statuta delenda de libris. *ib. c. Grauem.*

Statutarij præfati non possunt habere feudum Ecclesiæ. *ibid. cap. Grauem.* Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.*

Libertatis Ecclesiasticæ violatores absolui non possunt à Summo Pœnitentiario, nisi satisfacta parte, & refectis damnis. *Pius IV. const.53. In sublimi.*

Vide, *Immunitas.* Vide, *Ecclesiæ Immunitas.*

Libertas hominis. Vide, *Adæ peccatum.* Vide, *Liberum arbitrium.*

Libertus.

Liberti Ecclesiæ tenentur ei præstare perpetuum obsequium. *conc. Tolet.4. c.69. conc. Tolet. 6. c.9.*

Liberti Ecclesiæ, si alij adhærent, relicto Ecclesiæ patrocinio, reuocantur ad seruitutem. *Conc. Tolet.4. c.71. 12. quæst.2. cap. Liberti.*

Liberti Ecclesiæ, si bene viuunt, possunt promoueri ad gradus Ecclesiasticos: si vero male, sint in perpetua seruitute. *Conc. Tolet.9. c.11.*

Liberti Ecclesiarum, siue mares, siue fœminæ non possunt cum Græcis, aut Romanis ingenuis facere matrimonia. *Conc. Tolet.9. c.13. Si* verò faciant, filij eorum subditi sint Ecclesiæ. *ibid. c.14.*

Liberti Ecclesiæ præstare debent Ecclesiæ eadem obsequia, quæ ingenui. *Conc. Tolet.9. c.15.*

Non possunt disponere, vel vendere res, quas habent ab Ecclesia, sine licentia Episcopi. Possunt tamen eas dare suis filijs, vel alijs Ecclesiæ seruis. *conc. Tolet.9. c.16.*

Liberti Ecclesiæ manumissi ab Episcopo mortuo, tenentur ostendere successori cartam manumissionis, & nisi hoc faciant, redeunt ad seruitium Ecclesiæ. *conc. Cæsaraugust.3. c.4.*

Libertorum Ecclesiæ filij erudiantur per Ecclesiæ ministros. *Conc. Tolet.6. c.10.*

Liberti omnes, cuiuscumque sint, ab Ecclesia sunt protegendi. *Conc. Tolet.4. c.72. concil. Agathen. ca.29. dist.87. cap. Liberti.*

Liberti, quando absolutè liberi sunt facti, possunt fieri clerici. *Conc. Tolet.4. c.73. dist.54. cap. Quicumque.*

Liberti, absque assensu domini non fiunt clerici. *Conc. Elibertinum c.79. dist.54. cap. Prohibendum.*

Liberti promoti ad ordines, non discedant ab Ecclesiæ patrocinio. 12. *q.2. c. De Libertis. & c. Liberti.*

Liberti, quando reuocandi in seruitutem. 12. *quæst.2. cap. Octaua.*

Liberti tenentur suam conditionem profiteri coram Ecclesia. 12. *q.2. cap. Longinquitate.*

Liberti non sunt audiendi, contra tutores. Vide, *Manumissi.* Vide, *Serui.* Vide, *Manumissio.*

Liberum arbitrium.

Liberum arbitrium vere est in homine, licet ad operandum, egeat Dei adiutorio. *Clemens I. ep.3. conc. Diospolit.c.10. conc. Senon. c.15.*

Per peccatum Adæ est attenuatum, non extinctum. *Concil. Arausic.2. c.13. Trid. sess.6. c.1.*

Liberum arbitrium post peccatum, non est titulus sine re; sed est res. *Leo X. in constitut.40. Exurge. Trident. vbi supra can.5.*

Per liberum arbitrium, potest homo ad vtramque partem. *concil. Senon. c.15.*

Liberum arbitrium hominis non operatur, necessario, nec bonum, nec malum. *de pœnit. dist.2. c.40. Si enim. Conc. Mogunt.4. c.10. Senon. c.15.*

Libertas hominis. Vide, *Adæ peccatum.*

Liberi arbitrij, bonus vsus per gratiam habetur. *Cœlestinus I. epist.1. cap.7.*

Liberum arbitrium sine gratiæ, non potest implere mandata. *De consecr. dist.4. ca. fin. & c. Placuit est quicumque il 3.* Neque aliquod meritum vitæ æternę facere, aut iustè viuere. *Conc. Trid. sess.6. can.2. & 3.*

Non sufficit resistere peccatis, sine gratia Dei. *Innoc.1. epist. 24. & 25.*

Liberum arbitrium præuentum à gratia, & secreto afflatu tractum, se conuertit ad Deum. *Conc. Senon. c.15.*

Liberum arbitrium non destruitur, cum iuuatur à gratia. *Cælestinus I. ep.1. c.8.*

Libero arbitrio non infertur necessitas à gratia. sed potest ei resistere. *Conc. Senon. c.15. conc. Trid. sess.6. can.4.*

Liberum arbitrium impetratum à Deo, operatur ineuitabiliter, (ex multis scripturæ exemplis.) *ibid. Senon.*

Liberum arbitrium infirmatum per peccatum Adę non potest, nisi per gratiam baptismi reparari. *Conc. Arausic.2. c.13. Valent.2. c.6.*

Liberum arbitrium, dum facit, quod in se est, non peccat mortaliter. *Leo X. const.40. Exurge.*

Liberum arbitrium, maximè seruatur in obseruantia mandatorum Dei. *conc. Mogunt.4. c.10.*

Liberum arbitrium motum à gratia Dei, aliquid operatur, dum assentitur, & se præparat, ac disponit ad iustificationis gratiam. *Conc. Trid. sess.6. can.4.*

Liberum arbitrium sic motum non merè passiuè se habet, quia potest eam reijcere. *ibid.*

Liberum hominis arbitrium, potest facere vias suas malas. *Trid. sess.6. can.6.*

Doctrina de libero arbitrio in lib. Diui Augustini patet, maxime ad Hilarium, & hanc sequitur Romana, seu Catholica Ecclesia, & in scrinijs Ecclesiæ Romanæ habetur. *Hormisda epist.70. in fine.* Vide, *Homo.* Vide, *Gratia.*

Libri sacri.

Librorum sacrorum declaratio, pertinet ad Ecclesiam. *Conc. Senon. c.4.*

Libri canonici, & apocriphi, qui sint. *Innocentius I. ep.3. c. vlt. Gelasius in Conc. Rom. dist.15. c. Sancta Roman. Conc. Laodicen. c.59. Conc. Trid. sess.4.*

Libri

Libri sacri, & canonici in Ecclesia legendi sunt, & non alij. *Lib.1. const.Apost.c.5. & 6. Conc. Lucen.1. c.67.*
Libri passionum martyrum in Ecclesia, legi possunt.
Vide, *Legere*.
Libros canonicos à Tridentino enumeratos non recipiens, est anathema. *Conc.Trid.sess.4.*
Librorum sacrorum vulgata editio tenenda. *ibid.*
Libri sacri verti non possunt in prophanum idioma. *Innoc.3. const.Ea est. In collect.*

Libri Gentilium, hæreticorum, & apocriphi.

Libri gentilium à nullo, & præsertim Episcopo legendi. *Lib. 1. const. Apostol. c.6. Conc. Carthagin.4. c.16. dist.37. cap. Legimus.*
Libri Gentilium aliquando ex necessitate legi possunt ab Episcopo, & vt refellantur. *Dist.37. c.Legimus. c.Episcopus, & cap. Legimus il 2.*
Ex libris Gentilium, aliquando vtilia excipiuntur. *Dist.37. cap. Turbat, & cap. Qui de mensa.*
Libri Talmud, qui sint prohibiti. Vide, *Talmud*.
Libri apocriphi, quos non recipit Ecclesia. *Dist.15.c. Sancta Romana.*
Libri Hebræis prohibiti. Vide, *Hebræi*. Vide, *Iudæi*.
Libri Saracenorum comburendi sunt, non legendi. *Nicolaus I. ad consulta Bulgar. c.103.*
Libros hæreticos, vel de religione tenentes, excommunicantur in Bulla Cœnæ. Vide, *Excommun. Bullæ Cenæ.*
Libri hæreticorum à nullo legi possunt, neque ab Episcopo, nisi in necessitate. *Conc. Carthag.4. c.16. dist.37. c. Episcopus, & cap. Legimus.*
Libri prohibiti ob hæresim, &c. de licentia Papæ, vel Sacr. Congreg. Cardinalium Sancti Officij legi possunt. *Pius 4. constit.82. cum inter.* alia, quas pœnas incurrunt. *Greg. XV. const.40. Apostolatus.*
Libri vernacula lingua scripti, tractantes de fide, & moribus, legi non possunt, nisi fuerint approbati per Episcopos, sub pœna excommunicationis. *Conc. Senon. in decretis morum cap.* 34.
Libri Bellorum. Vide, *Bellum*.
Libri contagiosi, seu suspecti de hæresi, vel hæreticorum vel aliorum, legi non possunt. *Conc.Mogunt.4. c.51.* sub pœna anathem. *Concil. Colon.3. tit. Quo ad instituendam cap.3.* Excommunicat. Bullæ Cœnæ incurrunt legentes.
Vide, *Excommunicationes Bullæ Cenæ. Pius 4. constit.76. cum pro munere.* Excipiuntur Inquisitores hæreticæ prauitatis, & commissarij. *ibid.*
Libri de malis moribus tractantes, sub pœna anathem. non legendi. *Conc. Colon.3.* vbi supra.
Libros prohibitos in quacumque materia, sine licentia Papæ, nullus potest legere. cuiuscumque conditionis sit, & reuocantur licentiæ datæ. *Vrb.8. const.114. Apostolatus.*
Libri Mercatorum Vrbis quomodo obligant. Vide, *Mercatores*.

Librorum impressio, venditio, & prohibitio.

Libri imprimi non possunt, nisi prius reuideantur, & approbentur. *Conc. Colon.2. p.12. c.9.*
Libri de rebus sacris imprimi non possunt sine nomine auctoris, nec possunt retineri, aut vendi, sub pœna anathem. nisi prius ab ordinario fuerint approbati. *Concil. Senon. in decretis morum cap.33. Leo X. constitut.12. Inter sollicitudines. Concil.Trident. sess.4. in decret. de editione, & vsu Sanctorum Librorum.*
Regularium verò libri, præter licentiam ordinarij requirunt licentiam superiorum Religionis. *Conc.Trid. ibid.*
Librorum approbatio ab ordinarijs in scriptis, & gratis danda est. *ibid.*
Libri vendi non possunt sine licentia ordinarij. *Conc.Colon.2. par.12. cap.9.* Alias omnes confiscantur. *ibidem. Concil. Trident.* vbi supra.
Libri sine nomine typographi, vel loci impressionis, vendi non possunt sub eadem pœna. *Concil. Colonienſe 2. Conc. Mogunt.4. cap.99.*
Typographi, bibliopolæ, & geruli talium librorum, eidem pœnæ subiacent. *ibid.*
Libri, neque in scriptis euulgari possunt, absque nomine auctoris. & qui penes se habere reperiuntur, & auctores non produnt pro auctoribus habentur. non prodentes, anathem. pœnam incurrunt. *conc. Trid. sess.4. de editione, & vsu sacrorum librorum.*
Librorum approbatio in fronte libri est apponenda. *ibid.*
Librorum prohibitorum index, eorumque regulæ Concilio Tridentino annexæ, ab omnibus obseruandæ. *concil.Mediol.1. p.2. tit. de professione fidei.*
Libri imprimi non possunt Romæ absque licentia Vicarij Papæ, & Magistri Sacri Palatij. *Leo X. const.12. Inter sollicitudines*, quæ est *conc.Lateran.5. sess.10. const.3.*
Alibi verò imprimi non possunt absque licentia Ordinarij, & Inquisitoris hæreticæ prauitatis. *ibid. concil. Lateran. 5.* vbi supra.
Librarij imprimentes absque his licentijs, incurrunt excommunicationem, & pœnam amissionis librorum, & centum ducatorum applicandorum fabricæ Sancti Petri Romæ. *ibid. conc. Lateran.5.* vbi supra.
Libri auctorum degentium in statu Ecclesiæ imprimi non possunt extra statum sine licentia Cardinalis Vicarij, & Magistri Sacri Palatij (& extra) sine licentia Inquisitorum. aliter impressi, ipso facto sunt prohibiti, & aliæ pœnæ ab imprimente incurruntur. *Vrbanus 8. constitut.50. Sanctissimus.*
Libros prohibitos, & hæreticorum, &c. imprimentes, quas pœnas incurrunt. *Pius IV. const.76. cum pro munere.*
Libros prohibitos cognoscere spectat ad Sacram Congregationem Indicis Romæ. *Clemens 8. 36. Sacrosanctum.*
Libri de miraculis, gratijs, beneficijs, & alijs quæ dicuntur accepta ope alicuius defuncti cum opinione sanctitatis, sed à Sede Apostolica non canonizati, nec beatificati, imprimi non possunt sine licentia Sedis Apostolicæ. *Vrbanus 8. constit.37. Sanctissimus.*
Libri impressi, qui continent præiudicia aliqua contra Romanam Ecclesiam, vel alias Ecclesias, licet tolerati, & permissi, nullum inferunt præiudicium, nec aliquid probant contra immunitatem Ecclesiasticam. *Vrban.8. in append. const.47. Romanus.*
Libros prohibitos imprimentes. Vide, *Imprimere*.

Licentia. Licere.

Licentia administrandi temporalia concessa Regularibus à Papa, præsumitur falsa. *De confirmatione vtili, &c. cap. Ad nostram, & cap. Porrecta.*
Licentiæ ordinandi. Vide, *Literæ commendatitiæ*.
Licebant multa in veteri testamento, quæ prohibentur in nouo. *23. q.8. c. Occidit.*
Licet minus, si licet plus. *De regulis iur. in 6. reg. 53.*
Quod non licet alicui suo nomine, nec licet nomine alterius. *ibid. reg.67.*
Licentiæ ingrediendi monasteria monialium, mulieribus concessæ, reuocantur, & sub pœna excommunicationis Papæ reseruatæ prohibetur, ne eis vtantur. Abbatissæ vero, quæ eas recipiunt priuationem officij incurrunt. *Paulus V. constit.74. Monialium.*
Licentiæ ingrediendi monasteria monialium pro mulieribus, factæ cum consensu monialium, & superioris earum debent fieri capitulariter, alias ipse mulieres ingredientes incurrunt pœnas violantium clausuram. *Vrban.8. constit.29. Sacrosanctum.*
Vide, *Moniales*. Vide, *Monasteria*.

Ligare. Ligatus.

Ligandi, & soluendi potestas tradita est à Christo Ecclesiæ in Beato Petro. *24. q.1. c.Quodcumque*. Vide, *Ecclesia catholica*. Vide, *Papa*. Vide, *S. Petrus*.
Ligandi, & soluendi potestas quæ est in Episcopis. *concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c.37.*
Ligandi, & soluendi potestas quo ad culpam non extenditur

ad mortuos. 24. *q.2. c.Legatur ex quo. & c.Nec quisquam.* In excommunicationis verò declaratione, extenditur etiam ad mortuos. *De sent. excom. c. A nobis.*

Ligandi potestas quo ad pœnitentiæ impositionem, reperitur in sacerdote confessario, in quo reperitur etiam potestas soluendi à culpa (non reseruata.) *Conc.Trid.sess.14.can.15.*

Ligandi, & soluendi potestas, non est extra Ecclesiam. Vide, *Ecclesia catholica.* Vide, *Vnitas.*

Ligaturæ.

Ligaturæ, seu phylacteria in remedia sunt dæmoniaca. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c.79.*

Ligaturas incantationum faciens super infirmum, si est laicus, excommunicetur; si clericus degradetur. *26. q.7. c. Admoneant.*

Ligantes dæmones. Vide, *Dæmones.*

Vide, *Superstitiones.* Vide, *Sortilegia.* Vide, *Magia.*

Ligna.

Ligna consecrata Ecclesiæ non possunt conuerti in vsum laicorum. *de consecr. dist. 1. c. Ligna.*

Limina Apostolorum Romæ.

Limina Apostolorum visitanda esse ab Episcopis, statuit inter alios *Leo* 3. Sed absque præfinitione temporis. Ita *in ep. 1.* Zacharias vero in Concilio Romano *c.4.* statuit, à propinquis quolibet anno visitanda personaliter; à remotis verò per epistolas, ita *in dist.93. c.Iuxta.* Sed S. Anacletus statuerat esse visitanda, iuxta Papæ chirographum. *Dist.93. cap. Iuxta.* & *in tit. De iure iurando* Episcopus iurat, quolibet anno per se, vel suum Nuncium se visitaturum limina. Ita *in cap. Ego N.*

Nunc vero quando tenentur ea visitare. Vide, *Episcopi quo ad limina Apostolorum, diffusè.*

Limites.

Limites Parochiarum, quomodo præscribendi. Vide, *Parochiæ.*

Lingua.

Linguæ Græca, Arabica, Hebraica, & Caldaica, in scholis studiorum Generalium, per idoneos Magistros doceantur. *Clemen. de Magistris cap. vn. Paulus 5. constitut. 65. Apostolicæ.*

Idem obseruandum in studijs Regularium. *Paulus 5. ibid.* Regulares, qui linguarum studijs vacant, præferendi sunt aliis in gradibus Religionis. *ibid.*

S. Linus.

S. Linus cum à S. Petro fuit assumptus, ministrabat exteriora, & ex tunc non fuit Pontifex, sed postea. *8. q.1. cap. Si Petrus.*

Litaniæ.

Litaniæ Græcè, idem important, ac Latinè *rogationes*, ad impetrandam Dei misericordiam. *Conc. Mogunt. 1. c.32.*

Litaniæ, seu rogationes, in necessitatibus recitandæ. *Greg. 1. lib. 9. ex regest. epist. 45.* Tempore mortalitatis dicendæ. *Gregor. 1. l. 11. ex regest. ep. 2.*

Litaniæ maiores, suis temporibus dicendæ. *Leo 4. homilia de cura Pastorali.*

Litaniæ maiores, tribus diebus ante Ascensionem cantandæ. *Conc. Mogunt. 1. c.32.* (sed à Discalceatis olim, *ibid.*) *de consecrat. dist. 3. c. Rogationes.*

Litaniæ indici possunt ab Episcopis, tempore necessitatis. *Concil. Rauenn. 1. conc. colon. 2. p. 9. c. 7.*

Litaniæ, quæ non habentur in Missali, aut Breuiario, exceptis Litanijs Beatæ Virginis, prohibentur. *Clemens 8. const. 122. Sanctissimus.*

Litaniæ nouæ sub alia forma, non possunt recitari, nisi approbentur à S. Congregatione Rituum. *ibid.* alias ab Ordinario, vel Inquisitore contra recitantes procedatur. *ibid.*

Litanijs, qui debent interesse. Vide, *Clerici quo ad seruitium Ecclesiæ.*

Literæ formatæ, commendatitiæ, & dimissoriæ.

Literis sæcularibus abutens, vino inebriatur, & sicera. *dist. 37. cap. Vino.*

Literæ sæculares legendæ tantum, ne ignorentur. *dist. 37. cap. Legimus.* & *c. Qui de mensa.*

Literæ formatæ, olim, quomodo faciendæ. *Conc. calcedon. in fine. dist. 73. cap. In nomine, & c. Sanctissimo.*

Literæ communicatoriæ, olim, quomodo fiebant. *Concil. Elibert. c.58.*

Literas confessorum offerentes, habere debebant etiam communicantes. *Concil. Arelat. 1. c.9.*

Literæ commendatitiæ non dantur ab Archidiacono. *De off. Archidiaconi c. Significasti.*

Literæ commendatitiæ à quo possunt dari. *de temporibus ordinat. in 6. c. cum nullus.*

Literæ commendatitiæ, seu dimissoriæ ad ordines pro sæcularibus clericis, dari, seu concedi debent ab Episcopo, de cuius territorio est ordinandus, vel ab Episcopo, sub quo ille habet beneficium; vel ab Episcopo, sub quo habet domicilium, licet alibi fuerit natus, ordinandus. *ibid. cap. Cum nullus.*

Episcopo agente in remotis, licentiæ, seu dimissoriæ concedendæ sunt à Vicario eius: sede vacante, à Capitulo, vel alio ad quem spectat spiritualium administratio. *ibid.*

Literæ dimissoriæ non debent ab Episcopo concedi, nisi præuio examine, de titulo patrimonij (si sint ad sacros) vel beneficij. item examine de moribus, ætate, literis. & hoc examen de sufficientia remitti potest ad ordinantem: sed in literis dimissorijs, facienda est mentio de titulo patrimonii. *Conc. Senon. in decret. morum c. 5. Conc. Colon. 2. p. 1. cap. 29. Concil. Mogunt. 4. cap. 84.* Vide, *Ordinandi in sacris.*

Literæ dimissoriæ de ordinando à quocumque non possunt fieri, nisi ex legitima causa exprimenda ab Episcopo dimittente. & tunc ab Episcopo in Diœcesi residente, & præuio examine, potest talis admissus ordinari, & non ab alio. *Concil. Trident. sess. 7. de refor. c. 11.*

Literæ dimissoriæ non facilè concedendę, sed ex maxima causa. *Concil. colon. 3. tit. De altero medio c. 3. Conc. Moguntin. 4. cap. 84.*

Literæ dimissoriæ concedi non possunt ab Abbatibus, alijsque exemptis, vel Collegijs, clericis sæcularibus ad alios Episcopos, vt ab eis possint ordinari. *Concil. Trident. sess. 23. de refor. c. 10.*

Concedentes, per annum suspenduntur ab officio, & beneficio. *ibid. c. 10.*

Impetrantes verò tales literas à præfatis personis, incurrunt pœnas taxatas *à Paulo 3.* contra impetrantes dimissorias à Capitulo, sede vacante contra formam canonum. *Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 10.*

Literæ de promouendo ad ordines à quocumque, non possunt concedi à S. Pœnitentiario. Vide, *Ordines. Pius IV. constit. 53. In sublimi.* Nisi assignetur iusta causa, cur petens non vult ordinari à suo Ordinario. *ibid.*

Literæ Maioris Pœnitentiarij Papæ. Vide, *Pœnitentiarius.* Vide, *Dimissoriæ.* Vide, *Capitulum.* Vide, *Sede vacante.*

Literæ Apostolicæ.

Defectus alicuius literæ, in literis Apostolicis non officit. *de fide instrumentor. c. Ex parte.*

Literarum abrasio in narratiua non indicat falsitatem. *ibid. c. Ex literis.*

Literæ Apostolicæ carent vigore, si in petitione non fuit expressa veritas. *ibid. c. Quod super his.*

Literæ impetratæ à Papa de prouisione facienda, non intelliguntur de pensionibus, sed de beneficijs. *De præb. in 6. c. Quamuis.*

Literæ

Literæ impetratæ pro beneficio, &c. postquam alius impetrauit, nullius sunt roboris. *Conc. Later.3. in append. tit. De potest. Iudicis delegati cap.21.* Vide, *Beneficia.*

Literæ Papæ de dando beneficium vno modo, non includunt alios modos. *De præb. in 6. c.Cum in illis. §. Cum autem.*

Literæ de prouisione facienda, non intelliguntur de curatis. *ibid. cap.Cum in illis.*

Literæ Papæ, in quibus ipse Papa proprium factum narrat, plenè probant, si super illis gratia, vel intentio fundatur. *Clem. de probationibus c. vnico.*

Literæ Apostolicæ in curia recipi debent, vel de manu Papæ, vel de manu ministrorum eius. alias, si laicus, excommunicatur: si clericus, ab officio, & beneficio deponitur. *de crimine falsi cap. Dura sæpè.*

Literæ Apostolicæ expeditæ ante diuisionem diœcesis, habent eumdem vigorem post diuisionem, quem habebant ante, circa beneficia in tali Diœcesi. *Extra, De offic. deleg.c.vn. Sedes. Extrau. Ioannis 12. de concession. præb. c.Sedes.*

Literæ Apostolicæ expeditæ ante coronationem Papæ, sunt validæ. excommunicati sunt, qui docent contrarium. *Extra, De sent. excommunic. c.Quia nonnulli.* Vide, *Papa.*

Literarum Apostolicarum commodo priuatur, qui eas obtinens alteri tradit eiusdem nominis, vt eis vtatur, & qui eas accipit, & qui earum vigore alios vocat ad iudicium, cum quibus non habet controuersiam, & qui literas ad futuram trahit controuersiam, & qui ob plura negotia, plures obtinet cõmissiones, vt eumdem vexet coram pluribus iudicibus & locis simul: & qui citari curat partem in loco aliquo habente commune nomen cum alio, vt non comparente citato contumax declaretur. & hi omnes tenentur etiam ad expensarum solutionem. *de rescriptis in 6. c.3. Dispendia.*

Literarum Apostolicarum executor admittere potens exceptionem fraudis, non potest pronunciare super toto negotio. *De sent. & re iudic. cap.De cætero.* Vide, *Executor.*

Literas Apostolicas falsas habens, tenetur eas destruere, vel intra terminum dierum 20. eas resignare, sub pœna excommunicationis Papæ reseruatæ. *de crimine falsi c. Dura sæpè. §. Adjcientes.*

Literæ Apostolicæ nouem modis possunt discerni, quod sunt falsæ, quia totidem modis falsificari possunt. Primò, Si bulla falsis literis apponitur. Secundò, Si filum ex vera bulla extrahitur, & alteri falsæ apponitur. Tertiò, si filum insitum vbi carta plicatur, falsis literis apponitur, &c. *ibi. De crimine falsi. cap.Licet. Conc. Later. 3. in append. de interpretat. ver. c. 5.*

Literæ Apostolicæ, in quibus Episcopus vocatur filius, vel frater minor, vel in numero plurali scribitur vni personæ, sunt falsæ. *ibid. cap. Ad falsariorum.*

Literas falsas impetrantes eodem modo puniendi, quo falsarij, & quomodo. *ibid. cap. Ad falsariorum.*

Literas Apostolicas falsificantes, siue per se, siue per alium, excommunicati sunt eo ipso & curiæ sæculari tradendi: & si clerici, ante degradandi. *ibid.* Vide, *Excommunicatio in Bulla Cœnæ. & Nicolaus 1. ep. 47.*

Literis sub nomine Papæ vtentes, si clerici, officio, & beneficio priuandi: si laici, excommunicentur, donec debitè satisfaciant. *ibid. c. Ad falsariorum.*

Non præsumuntur falsę ob omissionem vnius characteris. *Honorius 3. ex Cirone de off. & potest. ind. deleg. c.3.*

Literæ Apostolicæ non possunt præsumi falsæ si sunt de simplici iustitia. *de crimine falsi c. Accedens.*

Literis iustitiæ falsis non vtens, dum aduertit esse falsas, non incurrit pœnas. *ibid.*

Literæ Apostolicæ non præsumuntur falsæ ob rasuram paucarum literarum in loco non suspecto. *de crimine falsi c. fin. Conc. Later. 3. par.49. c.3.*

Pro literis Apostolicis determinata taxa pretij soluenda. *Extrau. Ioannis 22. de sent. excommunic. cap. Cum à sacrosancta.* Prima vice (exigentes plus debito) per sex menses priuantur officio, secunda vice priuantur in perpetuum. & habenda est ratio de literarum multitudine. *ibid.*

Linea in literis Apostolicis continet dictiones 25. & literas 150. *ibidem.*

Literæ Apostolicæ, quibus fit commissio ad causas quasdam indefinitè, non derogant prioribus de causa particulari. *Conc.Later.3. in append. tit. de interpretationib. verborum cap. 6. & 7.* Nisi fiat mentio etiam de illa causa particulari, imò in tali casu consulendus est Papa. *ibid. c.9.* Et virtute earum non potest, quis conueniri. *ibid. c.9.*

Literas impetrans suppresso nomine dignitatis, quam habet, nulliter impetrat. *Conc. Later. 3. ibid. c.8.*

Literæ Apostolicæ impetrari non possunt super aliqua causa sine mandato domini, alias impetratio est nulla, & impetrans, vt falsarius punitur, nisi sit ex illis, qui non debent habere mandatum. *Conc. Lateran.4. c.37.*

Literarum Apostolicarum executio impediri non potest ab vllo Prælato sub quouis prætextu, aut priuilegio, sub pœna priuationis iurisdictionis per tres menses. *Martinus 5.constit.2. Quod antidota. const. 3. In Apostolicæ §. 8.*

Habentur pœnæ aliorum retardantium executionem literarum Apostolicarum. *Item in const. 29. Clemen. 7. Romanus.* pœnis excommunic. interdicti, &c. aliis subiacent impedientes, vel retardantes, *ibid. Leo X. constitut. 30. In supremo.*

Literæ Apostolicæ in Cancellaria Apostolica scribendæ, & ordo circa hoc seruandus. *Martinus V. const.3. In Apostolicæ §.3.* Rescribendæ ab eo, qui defectum aliquem in eis admisit. *ibid.* sine salario sub varijs pœnis, & priuatione distributionis, sub pœna excommunicationis Papæ reseruatæ. *ibid. §. 3.*

Literarum Apostolicarum scriptor in Cancellaria, debet per se ipsum immediatè exercere suum officium, nisi ab infirmitate impediatur, vel ab alia causa per Vicecancellarium cognoscenda. *ibid. §. 4.*

Literæ Apostolicæ à quibus signandæ. *ibid. §. 9.* Literæ iustitiæ, quomodo comprobandæ. *ibid. §. 10.* Earum regiſtratio, bullatio, ac salarium. *ibid. §. 34.*

Non possunt retardari quo ad executionem, & pœnæ retardantium. *ibid. §.8.*

Literæ Apostolicę non possunt arrestari ad prorogandum lites. *Martinus V. const. 5. Romani.*

Literæ Apostolicæ pro executione sententiæ, quomodo expediendæ, & quid pro eis soluendum. *ibid. §. 3.*

Literas Apostolicas impetrantes cum expositione, quod sint tales, quales non sunt, vt eas gratis recipiant excommunicantur, & literæ nullæ sunt. *Innoc. 8. const. 11. Cum sicut.*

Literæ Apostolicæ non subscriptæ ab Abbreuiatoribus, nullius sunt roboris. *Leo X. const. 14. Summi.*

Literas illas non subscriptas sollicitantes, vt falsarij sunt puniendi. *ibidem.*

Literæ Apostolicæ in fauorem Auditorum Romanæ Rotæ, gratis expediendæ. Idem pro eorum loca tenentibus faciendum concedit *Leo 10. const.3. Sedis.*

Literæ Apostolicæ super resignatione beneficiorum, quomodo expediendæ. *Pius 5. const. 32. Cogit.*

Literas indulgentiarum, & gratiarum gratis expediendas (excepto salario regiſtraturæ) statuit *Pius 5. const. 64. Decet.* Et quæ sunt hæ literæ gratiarum, seù indulgentiarum. *ibid.* Vide, *Indulgentiæ.*

Literæ expediendæ pro religioso obtinente beneficium, cum clausula, *Quod solo nutu Abbatis, vel Superioris amoueri non possit*, non expediantur, nisi auferatur clausula hæc, vel eas ex parte signet Papa. *Vrbanus 8. const.6. c.39.*

In literis Apostolicis exprimendum, si resignatio beneficiorum sit cum permutatione. *ibid. c.40.*

In literis Apostolicis non suppletur aliquis defectus, nisi hic exprimatur in petitione, & in signatura apponatur, *Fiat, vt petitur. ibid. c. 41.*

Literis pro iuris patronatus, expeditione in curia. Vide, *Ius-patron.*

Literæ resignantis, & resignatarii, si ab illo reseruetur pensio, expediri non possunt, nisi resignatarius acceptet soluere pensionem. *Vrbanus 8. const.6. c.45.*

Literæ beneficii vacaturi per ingressum religionis, quomodo expediendæ. *ibid. c. 46.*

Literæ executionis, debent exprimere nomen iudicis positi in signatura. *ibid. c. 48.*

Literæ dispensationum in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis,

nitatis, continere debent clausulas, *Si mulier rapta non fuerit, & si scienter, &c. ibid. c.49.*

Literæ dispensationum super defectu natalium, vt succedatur in bonis, quomodo expediendæ. *ibid.* Vide, *Dispensatio.*

Literæ expediendæ pro beneficijs vacaturis, aut per ingressum religionis, quid debent continere. *Vrb.8. const.6. c.58.*

In literis Apostolicis aliquid scribentes, corrigentes, vel delentes ignoranter, possunt absolui per Vicecancellarium, & Regentem Cancellariæ. *ibid. c.71.*

In literis Apostolicis potest Vicecancellarius, & regens corrigere nomina, & cognomina, non tamen personarum, quibus facta est gratia. *ibid.*

Literæ beneficiorum vacantium per priuationem, &c. vt in constitutione *Execrabilis* expediendæ cum clausula, *Si ita est. Vrb.8. const.6. c.61.*

Literæ Cancellariæ Apostolicæ faciunt fidem in omni iudicio. *Vrb.8. ibid. c.28.*

Literæ omnes Apostolicæ, quæ requirunt informationem facti, expediendæ sunt cum clausula, *Si ita est. ibid.*

Literæ Apostolicæ, siue gratiæ, siue iustitiæ, quando faciunt fidem. Vide, *Scripturæ.*

Literarum Apostolicarum Summator. Vide, *Summator.*

Literæ de promouendo ad ordines à quolibet antistite, non concedantur à Pœnitentiario Romæ, nisi iusta assignetur causa cur ab ordinariis nolunt petentes promoueri. *Pius 4. const.53. In sublimi.*

Literæ Apostolicæ, quomodo expediendæ, & quo sigillo. *Gregorius 13. const. 96. Quæ à Romano.*

Vide, *Impetratio.* Vide, *Commissio.* Vide, *Delegatio.* Vide, *Indulgentia.* Vide, *Falsitas.* Vide, *Scripturæ.* Vide, *Sedes Apostolica.* Vide, *Cancellaria.* Vide, *Papa. &c.*

Literæ Conseruatoriæ.

Literas conseruatorias obtinens non potest se tueri, quin ab Episcopo, seu alio Ordinario conueniatur in causis criminalibus, & mixtis. *Conc. Trid. sess. 14. de refor. c.5.* Excipiuntur, Regulares, eorum loca, & hospitalia, ac illorum personæ. *ibid.*

Literas conseruatorias obtinens, in ciuilibus, si est actor non potest trahere partem ad suum iudicem. *Si* verò est reus, & eius conseruator allegatur suspectus ab actore, vel oritur controuersia de iurisdictione inter Conseruatorem, & Ordinarium, non procedatur in causa, donec per arbitros dirimatur lis de competentia iudicis. excipiuntur prefatæ personæ, & loca. *ibid. c.5.*

Literæ conseruatoriæ non suffragantur, vltra quinquennium, non prosunt nisi habenti, & duobus eius familiaribus. Excipiuntur Regulares, Collegia, Hospitalium personæ, & præfatorum loca. *ibid.*

Literę conseruatoriæ semper prosunt pro miserabilibus personis. *ibid. c.5.* Vide, *Iudices Conseruatores.*

Literæ de Auisi, & aliæ.

Literas de *Auisi* facientes, dictantes, tenentes, quæ continent aliquid contra honorem, famam, &c. alicuius, quibus pœnis puniendi. *Pius V. const.147. Romani.* Bona eorum confiscantur. *ibid.*

Literas Bannitorum ferentes, per quas minantur partibus offensis, nisi ab eis pacem habeant, vel alia similia continentes, incurrunt crimen læsæ maiestatis. *Innoc. 8. const.114. Licet.*

Literatus.

Literatis viris maximè indiget Ecclesia. *De elect. &c. in 6. cap. Cum ex eo.*

Lis. Lites.

Lis dicitur à limitis contentione, quia prius limites diuidebant agros. *de verbor. signif. c. Forus.*

Lites, & iurgia non fiant temporibus ieiuniorum. *Post epist. 13. Liberij cap.1.*

Lites de rebus Ecclesiasticis per duos, vel tres testes sunt terminandæ. *Conc. Illerdense c.5.*

Lite vertente inter aliquos, res, quæ litigatur in nullius possessionem est transferenda. *11. q.1. cap. Quia res.*

Lite durante, nullus audeat rem litigatam sibi assumere. *11. q.1. cap. vlt.*

Lite pendente, nihil innouandum circa possessionem; & factum est nullum. *Vt lite pendente c.1. Clement. sub eodem tit. cap. fin.*

Lite pendente inter duos, nequit eligi tertius; imò neque si alter renunciet, vel moriatur. *Vt lite pendente in 6. cap.1. & cap. fin.*

Lite pendente, mortuo beneficiato, si alii ad defensionem velint admitti, admittantur in eo statu, in quo antea erat lis. *ibid. cap.fin.*

Lite pendente adulter accusatus non est priuandus possessione coniugis. *Vt lite pend. cap. Laudabilem.*

Lite pendente, nullus potest alienare rem litigiosam; alienans tenetur ad æquiualentem restitutionem. *ibid. cap. Ecclesia Sancta.* Vide, *Priuilegium.*

Lite pendente in curia de beneficio, si vterque litigans moritur, dispositio pertinet ad Papam. si extra, pertinet ad Ordinarium, vel alium ius habentem. *Si* verò vnus moritur in curia, alius extra, si moriens in curia possidebat, Papa confert; si qui extra, Ordinarius confert. *Si* neuter possideat, Papa confert. *Si* alter superstes litigare velit, interim nulli detur, sed ei detur post causam, *cui de iure.* Quod si declaretur beneficium pertinuisse ad defunctum, Papa confert, si in curia mortuus sit; Ordinarius verò si extra. si ad neutrum spectat, Ordinarius confert. *Clement. Vt lite pend. cap.1.*

Lis dicitur pendere, postquam à iudice competente facta est in ea citatio, & hæc peruenit ad partem, vel curatum est, vt ad eam peueniret, & in citatione expressa sunt illa, de quibus conuenitur citatus. *Clement. Vt lite pend. c.fin.*

Lis dicitur mota, quando est contestata. *de verbor. significat. cap. Ex parte vestra.*

Lites debent celeriter terminari. *De sent. & re iudic. cap. Iurgantium.*

Lites decidendæ secundum iura temporis controuersię, non secundum priuilegium impetratum lite pendente. *Vt lite pend. cap. Dilectus filius. & c. fin.*

Lite pendente coram Papa, de natali alicuius, nullus debet ferre iudicium de iure successionis in bonis. *Honorius 3. ex Cirone, de ordine cognitionum c.1.*

Si lis decidenda intra certum tempus comitatur, terminus incipit currere cum iudices habent literas. *de appellat. & recusat. cap. Super eo il 2.*

Lite ad Papam aduocata, acta quæ fiunt, sunt nulla. *ibid.c. Vt nostrum.*

Lite existente de beneficio, vel dignitate, quando fieri potest compromissio à ligantibus. Vide, *Beneficium datum duobus.* Vide, *Electio.*

Litigiosæ rei confirmatione facta à Papa, non impeditur Ordinarius, quin iudicet in lite. *de confirmatione vtili, & c.1.*

Lites plures personales contra eumdem moueri non possunt in locis distantibus. Literæ sic impetratæ sunt nullæ, & impetrans tenetur ad expensas. *Concil. Lugdun. 1. Gener. de rescript. in 6. c.1.*

Litis contestatio.

Lite non contestata, nihil valet processus in causa. *De litis contest. c.vn.*

Litis contestatio fit per petitionem in iure positam, & per responsionem factam. *De electione, &c. cap. Dudum Ecclesia Roth. §. Partibus.*

Lite non contestata, non possunt repeti testes. *Vt lite non contestata cap.1.*

Lite non contestata in causa restitutionis, sententia ferri non potest, nec etiam contra contumacem. *Vt lite non contestata, cap. Accedens.*

Lite non contestata, possunt repeti testes in his casibus. si timetur de morte testium, vel absentia diuturna; vel sunt senes,

ſenes, valetudinarij; & aduerſarius ſit contumax, vel abſens, vt non poſſit conueniri. Sed tunc intra annum actor debet aduerſarium conuenire, vel teſtium repetitionem ei denunciare; alias nulla eſt repetitio. *Vt lite non conteſtata c. Quoniam. De confirmat. vtili, &c. c. cum dilectæ.*

Lite non conteſtata in cauſa matrimoniali, poſſunt repeti teſtes contra contumacem, & terminari cauſa. *ibid. vt lite non conteſt. §. Porrò.*

Item poſſunt repeti teſtes, lite non conteſtata, quando imminet publicatio teſtium. *ibid. vt lite non conteſt. §. Sunt, & alij.*

Lite conteſtata, teſtes poſſunt produci, ſi actor eſt contumax. *De dolo, & contumacia cap. cauſam.*

Lite non conteſtata, ſi reus eſt contumax, poteſt actor mitti in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ. *Cap. Tuæ fraternitatis. Vt lite non conteſtata, &c.*

Lite non conteſtata, quid agi poſſit, & quid non. *ibid.*

Lite non conteſtata, ſi proceditur per viam Inquiſitionis, quando poteſt ferri ſententia depoſitionis. *De dolo, & contumacia cap. Veritatis.*

Lis non remanet conteſtata, ſi eadem die reſponſio Aduocati reuocatur. *de appell. & recuſat. cap. cum cauſam.*

Lite non conteſtata, ſi proceditur in cauſa, validè appellatur. *ibid. & cap. Significante.*

Lite non conteſtata in cauſa appellationis, ex contumacia partis abſentis, poteſt Iudex ad quem definire. *de appellat. & recuſat. c. interpoſita. §. finali.* Vide, *Abſens.*

Lis non conteſtatur per exceptionem peremptoriam. *de litis conteſtatione in 6. c. 1. & 2.* Vide, *Conteſtatio.*

Litigantes.

Litigans cum alio de beneficio, perſonatu, &c. ob contumaciam partis, quando poteſt mitti in poſſeſſionem, cauſa rei ſeruandæ. *Conc. Lugdun. Gener. 1. de reſcriptis in 6. c. 1.* Vide, *Beneficiales cauſæ.*

Litigantes, in principio litis tenentur dare iuramentum calumniæ (exceptis clericis,) & aliquando etiam iſti. *De iuram. calumniæ c. 1.* Vide, *Iuramentum calumniæ.*

Litigantes in curia Romana, non poſſunt ab Epiſcopis excommunicari, aut priuari beneficijs, vel aliter moleſtari, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto. *Extra, de priu. c. Diuina.*

Litigantes in curia Romana, non poſſunt ab aliquo offendi, neque immediatè, neque mediatè, ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruatæ. *Alexan. VI. conſt. 11. In eminenti.*

Litigare non debet Epiſcopus, pro rebus tranſitorijs. *14. q. 1. cap. 1.*

Litigantes Romæ. Vide, *Offendens.* Vide, *Roma.* Vide, *Curiales.*

Locus.

Locus non ſaluat, ſed gratia. *Diſt. 40. cap. Illud. cap. Qualibet. & cap. Adam.*

Locus non facit ſanctum, ſed meritum. *Greg. I. lib. 6. ep. 29.*

Locus dignitatis non facit ſanctum, ſed merita. *Diſt. 40. cap. Non eſt facilè, cap. Non loca. cap. Nos qui. cap. Ante. cap. Illud. cap. Qualibet. & cap. Adam.*

Loci primatum deſiderans in terra, inueniet confuſionem in Cœlo. *Diſt. 40. c. Multi.*

Locus deſertus, qui nam dicatur. *De verbor. ſignif. in 6. c. 1.*

Locus in quo fuit ſepultus hæreticus, perpetuo careat ſepultura. *De hæret. in 6. cap. Quicumque.*

Locus religioſus, debet à religioſis reformari. *De religioſis domibus cap. inter quatuor.* Vide, *Monaſteria.* Vide, *Regulares.*

Loca ſacra.

Loca ſacra non iuuant mortuum in peccatis mortalibus. *13. q. 2. cap. quibus.* Sed iuuant morientem ſine peccatis prædictis. *ibid. c. cum grauia.*

Loca ſacra fieri non poſſunt diuerſoria communia, ſub pœna excommunicationis. *19. q. 3. cap. Quoniam.*

Loca ſacra in Vrbe, ſi dilatanda ſint, poſſunt vicini compelli ad vendendum domos, loca, &c. Licet pro alijs ſit redactum ad ius commune. *Pius V. conſt. 126. Ad hoc.*

Loca pia.

Loca pia immunia ſunt à tributis. *23. q. 8. cap. in qualibet.* Vide, *Hoſpitalia.*

Loca pia omnia ſubſunt Epiſcopo. *De religioſis domibus c. de Xenodochijs.* Vide, *Epiſcopus.* & viſitantur ab eo, vt delegato Papæ. niſi ſint ſub poteſtate Regum, immediatè. *Conc. Trident. ſeſſ. 6. de reform. c. 9.*

Locus deputatus ad hoſpitale, non poteſt ab Epiſcopo ad profanum vſum conuerti. *de religioſis domib. cap. Ad hæc.*

Locus religioſus debet à religioſis reformari, non à ſæcularibus. *ibid. cap. inter quatuor.*

Loca pia non ſoluunt quartam pro legatis. *Extra, de priuil. cap. Inter cunctas.*

Locus in quo fuit ſepultus hæreticus, perpetuo careat ſepultura. *De hæret. in 6. cap. Quicumque.*

Loca, pia, monaſteria, &c. non tenentur hoſpitari Milites in ſtatu Eccleſiaſtico. *Pius V. conſt. 111. cum nil. & conſt. 148. cum ſicut.*

Loca pia non poſſunt alienare bona. *Pius IV. conſtitut. 53. In ſublimi.*

Neque eam à S. Pœnitentiario, poſſunt obtinere. *ibid.*

Vide, *Alienare.*

Locorum piorum bona, vel iura vſurpantes, ſi laici, excommunicantur, ſi moniti non deſiſtunt; & ipſi, ac ſucceſſores vſque ad 4. gradum priuantur beneficijs Eccleſiæ, & inhabiles ſunt ad ea. *Concil. Rauennat. 2. ſub Clem. V. cap. 26.* Vide, *Clerici.* Communitates verò, interdicto ſupponuntur, conſiliarij earum, rectores, &c. nominatim, excommunicantur, & perpetuò fiunt inhabiles ad obtinenda feuda Eccleſiæ. Filij verò, ac nepotes ad omnes Eccleſiaſticos honores ſint inhabiles. *ibid. c. 26.*

Locorum piorum adminiſtratores, tenentur omni anno reddere rationem Ordinario, non obſtante conſuetudine in contrarium, niſi in fundatione aliter ſit ſtatutum. *Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. c. 9.*

Quod ſi ex conſuetudine, priuilegio, &c. alijs reddenda ſit de eis ratio, inter eos primus ſit Epiſcopus. *ibid. c. 9.*

Locorum piorum bona, cenſus, aut iura vſurpans, vel impediens, nè ad loca pia perueniant, anathema eſt. quouſque loca in priſtinum reſtituantur. & ſi patronus id faciens eſt Eccleſiaſticus, præter dictam pœnam, priuatur iure patronatus, & beneficijs. ſi laicus, iure patronatus. *Conc. Trident. ſeſſ. 22. de reform. c. 11.*

Loca pia habentes in titulum, commendam, adminiſtrationem, &c. tenentur ad eorum reſtaurationem. tenentur recuperare amiſſa, malè vſurpata, tenentur ad hoſpitalitatem ex fructibus, quos inde percipiunt. compelli ad ſuum munus poſſunt ab Epiſcopo, & per hunc priuari officio in perpetuum. *Conc. Mediol. 1. p. 3. tit. de piorum locor. admin.*

Locorum piorum fructus, malè percepti ab aliquo, non poſſunt ei condonari, neque per Epiſcopum. *ib. Conc. Mediol.*

Locorum piorum debitores, non poſſunt ea adminiſtrare. *Concil. Mediol. ibid.*

Locorum piorum adminiſtratores, antequam munus ſuſcipiant, tenentur iurare de fidelitate gubernij. *ibid.*

Locorum piorum bona, poſſeſſiones, &c. non arbitrio miniſtrorum, ſed publicè locanda proponantur. & debitoribus eorum nihil locandum. *Concil. Mediol. ibid.*

Conducens ea bona det fideiuſſorem, alias nihil facit, & nullus eſt contractus. *ibid.*

Loca pia viſitari poſſunt ab Epiſcopis, & quomodo. Vide, *Epiſcopus quo ad viſitationem.*

Loca Montium.

Vide, *Montium loca.*

Locationes. Locare.

Locationes bonorum Eccleſiarum, vel piorum locorum, quomodo faciendæ. Vide, *Eccleſiæ bonorum locationes, &c.* Vide, *Alienatio.*

Tales locationes fieri non poſſunt anticipatis ſolutionibus in præiu-

præludicium ſucceſſorum, & ſi fiant nullæ ſunt. *Concil. Trid. ſeſſ.25. de refor. c.11.* non obſtante priuilegio, &c.

Locari non poſſunt iuriſdictiones Eccleſiaſticæ, nominandi Vicarios in ſpiritualibus, aut deputandi. *ibid.* Vide, *Eccleſiaſtica iuriſdictio*. Vide, *Iuriſdictio*.

Locante aliquo animalia, ſi pereunt locatori pereunt, niſi fuerit negligentia conducentis. *Conc. Mediol. 1. par. 2. tit. de vſuris*.

Locatores hoſpitiorum Bononiæ, à quibus debent abſtinere, & quomodo non poſſunt ante tempus locare hoſpitia ſcholarium, ſub pœna excommunicationis. *De locato, & conducto cap. 1.*

Locans domum alicui, quando poteſt expellere inquilinum ante tempus. Vide, *Inquilinus*.

Locationes bonorum Eccleſiæ, fieri non poſſunt vltra triennium. *Paulus 2. conſt.5. Ambitioſæ*. Vide, *Eccleſiæ bonorum locationes, &c.* Vide, *Alienare*. *Vrbanus 8. conſt. 51. Humanæ*, reuocat omnes facultates. neque confirmari poſſunt vltra triennium.

Locare decimas. Vide, *Decimæ*.

Locationes bonorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, locorum Piorum, &c. Romæ fieri non poſſunt conſanguineis, vel affinibus, vſque ad tertium graduin Rectorum, Gubernatorum, Superiorum, &c. curam habentium talium Eccleſiarum, nec directè, nec indirectè, ſub pœna nullitatis contractuum, amiſſionis fructuum, emolumentorum inde prouenientium, & excommunicationis latę ſententiæ, Papæ reſeruatæ. Si verò pro vtilitate dictorum locorum, &c. expediat eas locationes fieri conſanguineis, &c. præfatis, fieri debent de conſenſu Capituli, Congregationis, &c. reſpectiuè per ſecreta ſuffragia cum duabus (ex tribus partibus,) conſentientibus. Quo ad cappellanos verò beneficiatos, commendatarios, reſeruatarios, &c. de licentia Cardinalis Vicarii. & confirmatur conſtitutio *Pauli 2. Ambitioſæ*, circa alienationes bonorum dictarum Eccleſiarum. *Alexander 7. conſtitut.* incipiente *In ſuprema, data 23. April. 1657.*

Lombardia.

Lombardiæ Epiſcopi, quas, & à quibus exigere poſſunt procurationes, quando viſitant. *Extra. de cenſib. cap. Vas electionis*.

Loqui.

Loquens cum excommunicato, de rebus pertinentibus ad animam, etiam ſi alia interponat, non eſt excommunicatus. *De ſent. excomm. cap. Cum voluntate*.

Loquens, vel alio modo participans cum excommunicato, incurrit excommunicationem minorem. *de ſent. excommunic. in 6. cap. Conſtitutionem, & cap. Statutum*. Vide, *Excommunicato non communicandum*.

Locutio pluralis, duorum numero continetur. *De regulis iuris in 6. reg. 40.*

Loth.

Loth non de inceſtu cum filia, ſed de ebrietate culpatur. *15. q. 1. cap. Inebriauerunt*.

Lucifer.

Lucifer fuit de ordine Cherubinorum, & cunctis prę̃iuit ſcientia. *De pœnit. diſt. 2. cap. vlt. Principium*.

Lucrum.

Lucris temporalibus ſeruientes, non ſunt apti ad Dei ſeruitium. *Diſt. 86. cap. Peruenit*.

Lucrum turpe eſt vendere, pluſquam emptum eſt. *14. q. 4. cap. Quicumque*.

Lucrum fieri non poteſt de re pignorata. ſi tamen cedit in beneficium Eccleſiæ, poteſt. *de vſuris cap. 1. & 2.*

Lucro vacantes clerici. Vide, *Clericus circa negotia ſæculaxia*.

S. Ludouicus.

S. Ludouicus Rex Franciæ canonizatur *à Bonifacio 8. conſt. 6. Gloria laus*.

S. Ludouicus Epiſcopus Toloſanus Ord. Min. Filius Regis Siciliæ canonizatur *à Ioanne 22. conſt. 2. Sol Oriens*.

S. Ludouici Nationis Gallicanæ, Eccleſia Parochialis Romæ erigitur, extincta alia Parochia dicta S. Nicolai in Agone, & applicatis fructibus huius Eccleſiæ præfatæ S. Ludouici. *Gregor. 15. conſt. 38. Dum ad ſacram*.

In ea Eccleſia erigitur pariter Confraternitas ad pia opera exercenda. *ibid.*

Ludouicus Primus Rex Franciæ. Vide, *Clodoueus*.

Ludus. Ludicrum.

Ludi theatrales fieri non poſſunt per clericos. *De vita, & honeſt. cleric. cap. Cum decorem*. Neque poſſunt fieri in Eccleſijs per quoſcumque. *ibid.*

Ludicra ars non poteſt per Chriſtianos exerceri. *conc. Afric. can. 30.*

Ludi ſcandaloſi ſunt prohibiti clericis. *Conc. Turon. 4. cap. 5.* Vide, *Clerici à quibus tenentur abſtinere*.

Ludere taxillis prohibitum eſt clericis. *Conc. Tolet. 22. c. 11.* & pœna. *ibid.* Vide, *Clericus*.

Lugdunum.

Lugdunenſe Concilium 2. indicitur *à Gregorio X.* ad ſuccurrendum fidelibus Terræ ſanctæ. *Conſt. 1. Saluator*.

Lugere. Luctuoſum.

Lugere mortuos, eſt quid puſillanimè. *13. q. 2. cap. Vbicumque il 2.*

Luctuoſis veſtibus vti non poſſunt clerici, ſub pœna priuationis fructuum per tres menſes. & aliæ pœnæ Epiſcopo permittenti. *Concil. Tolet. 22. c. 8.*

Lumen. Luminaria.

Lumen gloriæ eſt neceſſarium animæ, vt eleuetur ad videndum Deum, & fruendum illo. *Clement. de hæret. cap. Ad noſtrum. Conc. Viennen. Gener. 15.* Vide, *Anima*.

Luminaria in Eccleſijs tenenda. *Conc. Brachar. 2. c. 5.*

Pro luminaribus Eccleſiæ, nihil eſt exigendum, ſed de Eccleſiæ redditibus foueantur. *Conc. Cabil. 3. c. 16.*

Luminaria ad Euangelium, portantur in ſignum lætitiæ. *diſt. 21. c. Cleros*. Quia dant intelligere lumen Euangelicum, quod illuminat omnem hominem. *ibid.*

Luminaria, quæ ſunt ad vſum ſacrificij miſſæ, per acolythos accendantur, & deferantur. *Diſt. 21. c. Cleros. Diſt. 25. c. Perlectis. Conc. Mediol. 1. par. 2. tit. De Acolytho.*

Vide, *Sacrificium*. Vide, *Miſſa*. Vide, *Acolythus*.

Luperchalia.

Luperchalia, id eſt, ſuperſtitiones, & ſacrificia, quæ Deo Februario fiebant, à Chriſtianis cauenda. *Gelaſius epiſt. ad Andromacum*.

Lutherus.

Lutherus cum ſuis erroribus damnatur. *Leo X. conſtitut. 40. Exurge Domine*. Errores ibi numerantur.

Lutheri fautores, & ipſemet iterum damnantur. *Leo X. conſtit. 41. Decet*.

Lutheri fautor Fridericus Dux Saxoniæ, monetur ne protegat Lutherum. *Adrian. 6. conſt. 4. Satis*.

Luxuria.

Luxuriam cauſat nimia vini potatio. *Diſt. 35. c. Luxuriam*.

Vide, *Fornicatio*. Vide, *Mœchia*. Vide, *Carnale peccatum*. Vide, *Peccatum*.

Macel-

M

Macellum. Macellarius.

MAcellum fieri non potest in cœmeterijs, sub pœna excommunicationis. *Conc. Sabinense c. 18.*

Macellarij in territorio Romano, non possunt macellare boues aptos ad arandum, sub pœnis, &c. *Clemens 8. constit. 72. Inter multiplices. Paulus V. const. 70. Pastoralis.*

Macerata.

Maceratæ instituitur Rota cum facultate iudiciaria. Vide, *Rota Maceratensis.*

In eadem Ciuitate erigitur Studium Generale. Vide, *Studium.*

Machomettani.

Machomettani à Dominis Christianis sunt refrenandi, ne in Mesquitis sua sacra faciant. *Clement. de Iudæis c. vn. Credit.*

Magdalena.

B. Magdalena de Pazzis Florentina, fuit Monialis Carmelitana. *Vrbanus 8. const. 63. In supremo.*

Officium de illa recitari potest ab omnibus religiosis Carmelitanis in statu Magni Ducis. *ibid.*

Magi. Magia. Magica Ars.

Magi dicti sunt, olim, interpretes stellarum, seu obseruationum ipsarum. 26. q. 3. *cap.* 1. Postea verò etiam, qui ope dæmonum aliqua enunciant, vel operantur.

Magi ope dæmonum, multa faciunt, quæ videntur mirabilia, sed apparentiæ sunt, non veritates. 26. q. 5. *cap. Episcopi, & cap. Nec mirum.*

Magi quid possunt per dæmones. Vide, *Dæmones.*

Magi, nihil possunt facere, nisi Dei permissu. 26. q. 5. *cap. Nec mirum.*

Magi in Ægypto coram Moyse apparere fecerunt draconés; sed verè, & realiter non erant. *ibid.*

Magi non possunt mortuos reuocare ad vitam. nec reuocauerunt vere, & realiter Samuelem, vt loqueretur cum Saule, sed per illusionem deceperunt Saulem. 26. q. 5. *c. Nec mirum.* Vide, *Samuel.*

Magiæ inuentores primi, qui fuerunt. *ibid.*

Magica facta, sunt apparentia, non vera, & realia. 26. q. 5. *cap. Nec mirum.*

Magica opera, incantationes, medelæ, &c. sunt fugienda. *Lib. 7. const. Apostol. c. 4. Conc. Turon. 3. c. 42.*

Magi non consulendi. 26. q. 5. *per totam. Lib. 7. const. Apost. c. 4.*

Magiæ vacantes, & pactum cum dæmone habentes, exterminandi per Episcopos, & Inquisitores. *Conc. Mediol. 1. tit. De Magicis artibus.* Vide, *Astrologia.* Vide, *Sortilegium.* Vide, *Dæmon.*

Magi persequendi. 26. q. 5. *cap. Peruenit. cap. Contra Idolorum, & cap. Episcopi.*

Magi prædicentes futura per media superstitiosa, ab Inquisitore puniendi. *Sixtus V. const. 17. Cœli, & Terræ.* Omnes species superstitionum, quibus vtuntur ad hoc Magi, ibi narrantur.

Magiæ arti vacantes, non possunt ordinari clerici. *Concil. Agathen. c. 68. 26. q. 5. cap. Non oportet.*

Magiæ siue diuinatricis, siue operatricis species omnes *à Sixto V. in constit. 17. Cœli, & Terræ* numeratæ cum medijs, seu instrumentis, quæ regulariter ponuntur in vsu, hic assignantur. Geomantia, Hidromantia, Aeromantia, Pitomantia, Onomantia, Chiromantia, & Necromantia, Sortilegia omnia facta per taxillorum, granorum, triticeorum, aut fabarum iactum. Item augurium, auspicium vana obseruatio, aliquando cum actu idolatriæ. Sortilegia ad inueniendos thesauros, vel sciendum occulta, vel alia facienda per incantationes, veneficia, circulos, & diabolicos characteres: per inuocationem dæmonum (quos consulunt, & à quibus responsa petunt, aut accipiunt) per precum effusionem, thuris, aut aliarum rerum suffimenta, aut fumigationes. vel per sacrificia, accensionem candelarum, eidem dæmoni facta. vel per rerum sacrarum, sacramentorum, vel sacramentalium abusum. vel per eiusdem dæmonis adorationem, genuflexionem, cultum, venerationem, obsequium. per fabricationem anuli, aut phialæ ad alligandos in eis (vt putant dæmones) vt responsa ab illis habeant, &c.

Item responsa petentes à corporibus obsessis, vel lymphaticis, aut phanaticis mulieribus. Vel in phialis aquæ plenis, aut in speculo cum candelis accensis, & benedictis, sub inuocatione Angeli Sancti, & albi, adorant dæmonem. vel in vnguibus, aut palma manus, aliquando oleo peruncta, ab eo petunt, vt spectra, & apparentes, seu fantasticas visiones, sibi ostendat. *ibid. §. 1.*

Hæc omnia cum expressa inuocatione, & pactione dæmonis, aliquando fiunt, aliquando verò cum tacita. *ibid. §. 1.*

Item diuinatio per Astrologiam iudiciariam, circa actus hominum liberos. *ibid. §. 2.*

Omnes præfatæ diuinatoriæ artes, & quæcumque aliæ similes, damnatæ sunt. *ibid. §. 3.*

Qui eas exercent, vel quouis modo in eis se intromittunt, iurisdictioni Inquisitorum sunt subiecti; licet illi protestentur se non affirmare certò ea, quæ prædicunt.

Vide, *Astrologi.* Vide, *Dæmones.* Vide, *Diuinatio.* Vide, *Malefici.* Vide, *Mulieres sagæ.* Vide, *Sortilegi.*

Magister.

Magister falsò appellatur ille, cuius doctrina non tenetur. *Hormisda ep. 7.*

Magister Theologiæ in qualibet Cathedrali constituatur, & de præbenda prouideatur. *de Magistris cap. Quia nonnulli, & cap. fin. Conc. Colon. 2. par. 12. c. 3.* Munus eius, & obligatio, qualis est. *ibid.* Vide, *Theologus.*

Magister constitui debet in qualibet Cathedrali, qui doceat pauperes, & clericos, & prouideatur de vna præbenda. *ibid. c. Quia nonnulli. Conc. Later. 3. c. 18.*

Magistri linguarum Hebraicæ, Arabicæ, & Caldaicæ, in Studijs generalibus tenendi, qui eas doceant. *Clement. de Magistris cap. 1.* Quomodo prouidendi de salario, *ib. concil. Colon. 2. par. 12. c. 3.*

Magistri Scholarum petentes licentiam docendi, nihil debent soluere, alias restituatur, si quid soluitur. *Conc. Later. 3. cap. 18. & in append. tit. de simonia c. 16. & 17.* & qui exigunt, priuantur beneficio. *ibid. De Magistris cap. Prohibens. & cap. Quantò.*

Magistri scholarum, quæ tenentur docere discipulos. *Leo X. const. 7. Supernæ.*

Magistri scholarum impediri non possunt, ne doceant. *Conc. Later. 3. vbi supra*, sub eadem pœna. *& de Magistris c. Quantò.* Vide, *Scholæ.*

Magisterij gradus, & ritus est Christianus, non gentilis. *concil. Constantien. contra art. 29. Vvicleff.*

Magistri scholarum admitti non possunt, nisi prius de fide, & moribus examinati reperiantur idonei: & hoc faciendum est, etiam si tales Magistri sint conducti à Magistratu Ciuitatis, &c. *Conc. Colon. 3. tit. Quo ad instituendum c. 1.*

Magistri, & Doctores in Theologia creari possunt in Studio Bononiensi. & modus, ac ritus examinandi, & dandi gradum. *Innoc. 6. const. 2. Quasi lignum.*

Magistri de Ordine Sancti Augustini in Capitulis Generalibus creandi, duo pro qualibet Prouincia. Quomodo examinandi, &c. *Gregorius 13. const. 83. Dominicum.* Vide, *Fratres S. Augustini.*

Magistri aliarum Religionum. Vide, *de singulis Religionibus.*

Magister Cæremoniarum. Vide, *Cæremoniarum Magister.*

Magister Militiæ.

Magister Magnus Equitum S. Ioannis Ierosolymitani, quomodo eligendus. *Vrbanus 8. const. 89. In specula. per §§. 13.*

Magistri præfati eligendi cæremoniale, approbat *Vrbanus 8. in ap-*

in append. conſtit.24. Militantis. cum formula eligendi. *ibid.* Vide, *Equites.*

Magiſtri Magni aliarum Militiarum, qui ſunt, & quomodo eliguntur. Vide, *Equites N. & N.*

Magiſter Cæremoniarum.

Magiſter Cęremoniarum Cappellę Papæ, qui ſeruiuit in Conclaui, gaudet priuilegio Conclauiſtarum. *Clemens 8. conſt. 16. Æquitati.* §. 4.

Magiſtro Cæremoniarum Papæ, quid dandum à Cardinalibus nouiter promotis, etiam ſi Romam non venerint. & in morte Cardinalium, quid eis ab hæredibus ſoluendum. *Paulus V. conſt.117. Fides, & diligentia.*

Vide, *Cæremoniarum Magiſter.* Vide, *Cappella Papalis.*

Magiſtri, & Præceptores hoſpitalium.

Magiſtri, & præceptores quicumque hoſpitalium, ſub nomine Sancti Spiritus ſubduntur Magno Magiſtro Sancti Spiritus in Saxia Vrbis Romæ. *Sixtus IV. conſt.12. Etſi Vniuerſis.* Vide, *Hoſpitalia.* Vide, *Equites.* Vide, *Militia.*

Magiſtri Viarum Vrbis Romæ.

Vide, *Roma.*

Magnus Dux. Magnus Magiſter.

Vide, *Dux Magnus.* Vide, *Magiſter.* Vide, *Equites N. & N.*

Magiſtratus.

Magiſtratus timendi, & honorandi. *Lib.7. conſt. Apoſt. c.17.*

Maieſtas.

Maieſtatis læſæ authores, quomodo puniendi. *6. q.1. cap. Si quis cum Militibus.* Vide, *Lædere.*

Maiores.

Maior non poteſt, nec iudicari, nec accuſari à minore. *6. q. 1. cap. Omnes vero, & c. Beatus. Nicolaus 1. ep.8. Sixtus II. ep.7. Marcellus ep.2. Iulius I. ep.1. & 2. c.28.* Vide, *Inferior.* Vide, *Minor.*

Maior non poteſt ab vllo accuſari, niſi accuſans probet ſe eſſe irreprehenſibilem. *Iulius I. ep.2. c.20. 2. q.7. cap. Criminationes.* Vide, *Accuſari quis non poteſt.*

Maior accuſari non poteſt à ſuſpectis. *Iul. I. ep.2. c.20.*

Maiorum inſtituta ſunt lex, deficiente lege. *Diſt.11. c. In his.* Vide, *Leges.*

Maior cenſetur, qui prius eſt ordinatus. *de Maiorit. & obed. capit.1.*

Maior pars.

Maior pars non intelligitur reſpectu minoris, ſed Capituli. *de elect. c. Ingeneſi.* Vide, *Electio.* Vide, *Capitulum.*

Maior pars debet eſſe ſanior; alias non ſufficit ad electionem. *De elect. & c. cap. Eccleſia veſtra.* Vide, *Electio.*

Maior pars Capituli, & Collegiatæ, concludit. *De his, quæ fiunt, & c. c.1.* Vide, *Capitulum.*

Maior circa alia.

Maior 25. annorum, fieri poteſt procurator ad iudicia. *De Procuratoribus in 6. c. Qui generaliter. §. Licet.*

Maior 14. annis per ſe, & per alios, poteſt defendere cauſam ſpiritualem. *De iudicijs in 6. c. fin.*

Maior circa matrimonia in maribus eſt 14. annorum, in fœminis eſt 12. minor vero, infra hanc ætatem. *de deſponſat. impuberum c. fin.*

Maior pro delicto homicidij in ſtatu Eccleſiæ reputatur, qui habet annos 20. *Iulius II. conſt.24. Fide digna.* Vide, *Homicida.*

Maior inuitus contrahens cum minori, non debet expectare minorem, vt perueniat ad ætatem. Sed poteſt cum alio contrahere. *De deſponſatione impuberum, cap. Ex literis.* Vide, *Matrimonia.*

Maius ſemper continet minus. *De regulis iuris in 6. reg.35.*

Maior cenſetur, qui prius eſt ordinatus. *De maiorit. & obed. capit. 1.*

Maiora cenſentur negata, cui negata ſunt minora. *de ſent. excomm. c. Cum illorum.*

Maior Eccleſia eſt Cathedralis. *de verbor. ſignif. c. Venerabilis.*

Maior domus Eccleſiæ.

Vide, *Vice-Dominus.*

Maioricæ Inſulæ.

Maioricarum Epiſcopi, quas, & à quibus accipere poſſint procurationes, ſeu expenſas in viſitatione. *Extra, de cenſibus cap. Vas electionis.*

Malum. Mala. Mali.

Malum difficilius credendum. *Zoſimus ep.3.*

Malum non impediens, exiſtimatur conſentire. *Poſt ep. Anaſtaſij II. Greg. 1. li.9. ex regeſt. ep. 64. Conc. Later. ſub Martino 1. conſultat.2. Fœlix 4. ep.3. Damaſus ep.4. diſt.83. c. Error. cap. Quid enim. c. Conſentire. cap. Nihil. Diſt.86. cap. Facientis. 2. q.7. c. Negligere, & cap. Sancta.*

Mala non corrigens, qui poteſt, committit. *23. q.8. cap. Præterea.*

Malum minus de duobus eligendum, ſi neceſſitas vrget. *concil. Tolet.8. cap.2. Diſt.13. cap. Duo ſunt. 22. q.4. c. Non ſolum.*

De malis glorians Epiſcopus, eſt miſerrimus. *Diſt.83. cap. Nihil illo.*

Malum ſibi inferre nemo poteſt; & faciens, quomodo eſt puniendus. *Conc. Toletan.16. cap.4.* Vide, *Deſperatus. 23. q.5. c. Tu dixiſti. c. Non eſt noſtrum. & cap. Si non licet.* Vbi multa de hoc argumento habes.

Mala nocentium non maculant innocentes. *23. q.4. c. Quam magnum.*

Mala ſunt punienda, licet bonis proficere videantur. *23. q.5. cap. Relegentes.*

Mali alterius cauſa, etiam mortis non ſemper eſt reus illius, ſed quando. *23. q.5. cap. Cum homo.*

Malum ſuadens eſt perſecutor. *ibid. cap. Non vos hominum.*

Malè acquiſita, aliquando poſſunt benè expendi. *14. q.5. cap. Non ſanè.*

Per malum miniſtrum, accipiuntur etiam dona, ſi fides habeatur. *1. q.1. c. Chriſtus.* Vide, *Miniſter.* Vide, *Sacerdos.* Vide, *Sacramentorum miniſtri.*

Malum ſibi inferre nemo poteſt, non mortem, &c. quocumque prætextu. *23. q.5. c. Si non licet. cap. Tu dixiſti. c. Non eſt noſtrum. c. Placuit.* Vide, *Occidere.*

Mali poſſunt lucrari bonos. *1. q.1. c. Spiritus Sanctus.*

Mali tolerandi ſunt, licet à Deo ſint damnati. *2. q.1. c. Vnus ex vobis.*

Mali à bonis non poſſunt totaliter in hac vita ſeparari. *11. q. 3. cap. Nolite recedere. 23. q.4. cap. Quantus, & cap. Hæc autem.*

Mali ab Eccleſia non debent defendi. *14. q.6. cap. Hi qui in furtis.*

Eccleſia pro malis poteſt intercedere. *ibid.*

Mali, pro pace, aliquando tolerandi ſunt. *23. q.4. cap. Tu bonus. cap. Tolerandi. cap. Quid ergo. & cap. Ecce inquiunt.*

Malis ſe ſociat, qui eis fauet, vel potens, eos non corrigit. *ibid. cap. Ita planè.*

Mali fugiendi. *23. q.4. cap. A malis.*

Mali, quos Eccleſia non expellit, tolerandi ſunt. *ibid. c. Forte in populo.*

Mali quidam puniendi, quidam tolerandi. *23. q.4. c. Quidam verò. c. Ipſa pietas, & c. Quod Chriſius.*

Mali

Mali ex Dei iudicio, obdurantur in flagellis. 23.q.4.c. *Nabuchdonosor, & cap. Vasis iræ.*
Mali cogendi ad bonum medicinali seueritate. 23.q.4.c.*Quid faciet, & cap.vlt. q.6. cap. Schismatici dicunt. & c. Quod erranerat.*
Mali per Ecclesiam debent pati persecutionem. 23. q. 4. *cap. Quis nos. & cap. Mali sunt. q.5. cap. Vnum, & c. Si vos contra.*
Mali ad bonum cogendi sunt. *ibid.*
Mali non occidendi, sed flagellis potius emendandi. 23. q. 5. *cap. Circumcelliones, & c. Pœna illorum.*
Mali à superioribus bonis corripiendi sunt. 23. q. 5. c. *Si vos contra.*
Mali pellendi sunt ab Ecclesia. 24. q.3. c. *Resecandæ.*
Mala reuocare, sapientis est. 22. q.4. *cap. Difinitio.*
Malis non resistens, fauet impietati. 23. q.3. c.*Qui potest, & cap. vlt.* Vide supra, *Malum non impediens.*
Malorum correctione, Deus placatur. 23.q.4.c.*Si quos igitur.*
Malorum delicta, licet prosint bonis, adhuc sunt punienda. 23. q.5. *cap.Relegentes.*
Malos puniens, est minister Dei. 23. q.5. c.*Qui malos.*
Mali, qui non possunt puniri per Ecclesiam, puniendi sunt per potestatem sæcularem. 23. q. 5. *cap. Principes. c. Res autem. & cap.Incestuosi.*
Mali habentes prosperitatem in hoc mundo, in alia vita grauius punientur. *De pœnit. dist.3. cap.48. Quid ergo.*
Mali patientes in hoc mundo, tolerabilius patientur in alio. *De pœnit. dist.3. cap. vlt.*
Mali etiam sunt ministri Sacramentorum validi; quia Deus per eos operatur. *de consecr. dist.4. per totam.* 1. q.1. *cap. Christus.* Vide, *Ministri.* Vide, *Sacramenta.*
Malorum societas, purgatio bonorum est. *Gregorius 1.lib.9. ex regest. ep. 39.*
Mali damnantur, non quia boni esse non potuerunt, sed quia boni esse noluerunt, & suo vitio in massa damnationis, vel in vitio originali, vel actuali permanserunt. *Concil. Valent. 2. cap.2.*
Malus semper, præsumitur malus. *de regulis iuris in 6.reg.8.*
Malum exemplum, seu scandalum nulli dandum. *Dist. 14.c. Quod ait.* Vide, *Scandalum.*
Malè ablata, quomodo, & cui restituenda. Vide, *Restitutio.*

Malitia. Mala fides.

Malitia, nulli debet patrocinari. *De dolo, & contumacia. cap. Ex literis.*
Malæ fidei possessor, numquam præscribit. *De regulis iuris in 6. reg. 2.*

Maledicere. Maledicens. Maledictio, &c.

Maledicunt aliquando Sancti, sed zelo iustitiæ. 24. q.3. *cap. Qui negligunt.*
Maledictio Dei est signum demeriti, non autem maledictio hominis. 24. q.3. *cap. Deus quando.*
Maledicentes solo ore, labiorum immunditia inquinantur. 24. q.3. cap. *Qui negligunt.*
Maledicta aliorum timenda non sunt, si adsit bona conscientia. 11. q.3. *cap. In cunctis. cap. Inter verba, & c. Non sunt.*
Maledictus iniustè, meretur premium. *ibid. c.Qui iustus.*
Maledicens Christum, vel Beatam Virginem, qua pœna puniendus, prima vice, & qua secunda, & tertia ex *Pij V. const.5. Cum primum.* Vide, *Blasphemia.* Vide, *Christus.*

Malefacta.

Malefacta à prædecessore corrigenda sunt à successore. 35. q. 9. *cap. Loci, & cap. Quod.*

Malefici. Maleficiati. Maleficium.

Malefici excommunicandi sunt. *Concil. Roman. 4. sub Damaso c.4. Leo 4. ep.2.*
Maleficia exercentes, per quinquennium pœnitere debent. *Conc. Ancir.c.23.*
Maleficus occidens aliquem maleficio, neque in fine recipiendus est ad communionem. *Conc. Elibert. c. 6.*
Malefici procurantes malum hominibus, animalibus, terris, frugibus, impedientes copulam inter coniuges, vel similia facientes per Inquisitores puniendi, & quomodo. *Innoc.8. const. 1. Summis.*
Malefici per Episcopos puniendi. *Gregor. 1. lib. 12. ep. 13.* & per Inquisitores. *Innocent. 8. const.1. Summis.*
Malefici pactum facientes cum diabolo, quomodo puniendi. Vide, *Pactum, &c.*
Maleficia, seu Magias exercentes vsque ad exitum, excommunicandi sunt. *Conc. Regiaticinum c. 25.* Ipso facto excommunicatos dixit. *Conc.Sabin. c.25.*
Maleficia exercentes per Episcopos à suis territorijs expellantur. *Post Conc. Anciranum.*
Malefici pactum facientes cum diabolo, apostatando à fide, si sequitur mors alicuius curiæ sæculari tradendi, etiam prima vice. Si mors non sequitur, sed vel infirmitas, vel diuortium, vel impotentia generandi, vel damnum in frugibus, vel alijs: muro perpetuo in carcere S. Officij sunt claudendi. *Gregorius 15. const. 46. Omnipotentis.*
Vide, *Dæmones.* Vide, *Incantatores.* Vide, *Magi.* Vide, *Sortilegi.*

Maleficiati.

Maleficiati coniuges, quando possunt separari, & cum alijs contrahere (ante consummatum matrimonium) & circa alias nuptias, quomodo debent se gerere. 33. q. 1. *cap. Si per sortiarias.*

Mancipia.

Mancipia Christiana, non possunt à Catholicis vendi Iudæis. *Concil. Tolet. 10. c.7.*
Mancipia Ecclesiæ non possunt permutari, nisi ab libertatem. *De rerum permutat. c. Mancipia, & c. Iniustum.*
Mancipia Christiana empta à Iudæis, redimenda per Catholicos. *Dist. 54. c. Mancipia.*
Mancipia in terris Christianorum degentia, tenentur soluere tributum. *Zacharias ep.12.*
Mancipia Christiana reperta inter Turcas, quomodo dimittenda à Christianis. Vide, *Christiani.* Vide, *Sclaui.* Vide, *Iudæi.* Vide, *Serui.*

Mandans. Mandatum. Mandatarius.

Mandans vulnerari aliquem, licet protestetur cum mandatario ne occidat, si hic excedit mandatum, occidendo, ille mandans fit irregularis. *de homicidio, &c. in 6. c. fin.*
Mandantes occidi, capi, vulnerari, &c. ecclesiasticos, qui sententiam excommunicationis, interdicti, &c. protulerunt, quas pœnas incurrunt. Vide, *Excommunicationes.* Vide, *Ecclesiasticos persequentes.* Vide, *Clericos persequentes.*
Mandatum Papæ, per eius mortem non expirat, si res non est integra. *Honorius 3. ex Cirone, de off. & potest. Iud. delegat. cap. 1.*
Mandatum de pedum ablutione, in Ecclesia obseruandum. Vide, *Ablutio pedum.*
Mandatum ad constituendum procuratorem, quomodo faciendum. Vide, *Procurator.*
Mandata de prouidendo, seu gratiæ expectatiuæ, nulli possunt concedi. *Conc. Triden. sess. 24. de refor. c. 19.* Vide, *Expectatiuæ.* Vide, *Gratiæ.* Vide, *Beneficia vacatura.*
Mandata Dei, non sunt impossibilia. Vide, *Deus.* Vide, *Præcepta.*
Mandata in Vrbe, non possunt à mandatarijs de nocte exequi, nisi sit suspitio de fuga, & pœna contrafacientium. *Sixtus V. const. 72. In sublimi. §. 35.*
Mandatarij Curiæ Gubernatoris Romæ, ad quid tenentur. *ibid.* Quomodo debent referre, & alia ad id spectantia. *Sixtus V. ibidem.*

Mandatariorum merces Romæ, quæ nam sit. *Pius IV. const.* 58. *cum ab ipso*. Eorum officium, obligationes, & mercedes in Vrbe. *Paulus V. const.*71. *tit. de Cursoribus, &c.*

Manducare.

Manducari, quomodo debet Christus. *de consecr. dist.*2. *cap. Quid est.*

Manducat Christum, qui credit in eum. *ibid. c. Vt quid paras.*

Manichæi.

Manichæi omni sollicitudine fugandi sunt. *Anast.I. ep.*1. *c.*3.

Manichæorum hæresim sequens, damnatur à *Conc. Gangren. dist.*30. *c.*17. *& Conc. Rom.*1. *sub Leone I.*

Manifestum. Manifestans.

Manifesta (id est euidentia) possunt iudicari sine accusatione. 2.*q.*1.*c.manifesta.c.quæ Lothar. c.scelus. & c. de manifesta.*

Manifestum crimen dicitur illud, quod, vel per confessionem, vel legitimam probationem, vel facti euidentiam, ita est notum, vt nulla possit tergiuersatione celari. *de verbor. signif. cap. cum olim.*

Manifesta peccata, non debent purgari occultè. *de pœnit. & remiss. cap.*1.

Manifestante aliquo suum crimen soli Episcopo, si ille non vult, alijs, vel in iudicio, illud manifestare, non potest Episcopus ab illo se separare; & si se separat, alij non communicent cum illo. 6. *q.*2. *cap. Si tantum, & cap. fin. concil. Vormatien.*1. *c.*8.

Manifesta, seu prouocatorij libelli, vt duellum, prohibentur. *Clem.*8. *const.*11. *Illius. §.* 6. Talia scribentes, dictantes, portantes, affligentes, diuulgantes, dantes ad id auxilium, fauorem, &c. etiam effectu non secuto, vel etiam ijs libellis non diuulgatis, eidem pœnæ subiacent. *ibid.*

Vide, *duellum*. Vide, *delictum, in fine.*

Manus impositio.

Manus impositio dicitur Sacramentum Confirmationis. *de consecr. dist.*5. *c. Omnes fideles. cap. de his verò. cap. Manus quoque. & c. Vt Episcopi. Concil. Aquisgranense* 3. *p.*3. *c.*5. *Eusebius epist.*3.

Manus impositio, quæ prius fiebat per Apostolos in confirmatione, modo fit per Vnctionem Chrismatis, factam ab Episcopo. *de sacra Vnct. c. vn. §. Per Frontis.*

Manus impositione, & Chrismatis Vnctione, recipiendos esse hæreticos, statuit *Sylvest. in Conc. Rom.*3. id est, *Absolutione.*

Manus impositio dicitur, etiam absolutio, & cum ea recipiendi sunt hæretici, & eam laici exercere non possunt. *Lib.* 2. *const. Apost. c.*41. *&* 43. *Lib.*3. *c.*10. *Syricius ep.*4. *cap.*8. *Innoc. I. ep.*2. *c.*8. *Conc. Laodic. c.*19. *de consecr. dist.*4. *cap. Ab antiqua.* 26. *q.*6. *c. Qui recedunt. Conc. Colon.*2. *p.*3. *c.*39. *Conc. Arelat.*2. *c.*17. *Conc. carthag.*3. *c.*32. *Carthag.* 4. *c.*78. *Conc. Afric. c.*24.

Manus impositione, danda est absolutio. *conc. Carthag.*4. *c.*78.

Manus impositio dicitur etiam oratio, quæ recitatur super infirmos, & energumenos, quia manus eis applicabantur. 1. *quæst.*1. *cap. manus impositio. concil. Carthagin.*4. *cap.*90. *Innoc. I. ep.*1. *c.*6.

Manuum impositione, ordinantur clerici. *conc. Laodic. c.*4.

Manuum impositio in ordinatione Diaconi, & Presbyteri fit, dum recitatur benedictio, seu forma. *De Sacrament. non iterandis cap. vlt.*

Si manuum impositio omittitur per errorem, non iteratur ordinatio, sed suppletur impositio tempore statuto ordinationum. *ibid.*

Mansus.

Mansus vnus (id est quædam terræ quantitas) cuilibet clerico assignandus. *de censib. c.*1. *conc. Vorm.* 1. *c.* 50. *metense* 1. *c.*2. 23. *q.*8. *c. Sancitum.*

Mansus est ager, duodecim iugerum. *conc. Vormat.*1. *c.*50.

Mansionarius.

Mansionarij in Choro, totum Chori pondus in seruitio subire debent. *Conc. Mediolanens.*1. *par.*2. *tit. de officio Mansionarij.* Ad Lectorile accedere debent, vt cantent Antiphonas, Responsoria, &c. alia. In Festis, & alijs diebus, quando est opus, indui debent pluuialibus, nisi alij sint notati pro hoc munere. Si deficiunt in suo officio, priuandi sunt distributione, & alij à Chori Præfecto substituantur in munere. *ibid.*

Mansionarij per Magistrum Cæremoniarum subleuandi sunt ab aliquibus oneribus. Non dicant Missam priuatam, dum in Choro fiunt officia, nisi ob necessitatem. *ibid.*

Mansionarij stipendium habeant honestum, & distributiones. *ibidem.*

Ex Mansionarijs duo per hebdomadam circulariter deligendi. Vnus eorum officium ordiatur, & prosequatur in medio Chori, vel vbi est Lectorile, quod in ea parte debet esse vbi est ipse mansionarius, & canat quando est necessarium. Alter verò Psalmorum, & Antiphonarum tonos instituat pro tempore & legat quando legendæ sunt Antiphonæ. In Festis Antiphonas Canonicis insinuet præcantando. ante ingressum aliorum ad Chorum libros præparet. missam inueniat, &c. alia. *ibid.*

Manumissio. Manumissi.

Manumissio seruorum, qui clerici futuri sunt facienda est in Ecclesia. *Conc. Tolet.*1. *c.*13.

Manumissio serui ab Episcopo, quando fieri potest. 12. *q.*2. *c. Episcopus, & c. quæstionem.*

Manumissio omnis fiat in Ecclesia, si fit pro remedio animæ. *Post Conc. Tolet.*1. *c.*14. *Conc. Afric. c.*31. *&* 49.

Manumissionis forma, quæ est. *Post Conc. Tolet.*1. *c.*15.

Manumissi, & Ecclesiæ commendati non possunt in seruitutem iterum redigi. & redigens, est excommunicandus. *Conc. Arausic.*1. *c.*7.

Aliquando manumissi ab Ecclesia, tenentur ad eam redire. 12. *quæst.*2. *cap. Liberti.*

Vide, *Liberti*. Vide, *Serui.*

S. Marcus.

Sanctus Marcus missus fuit in Alexandriam à Sancto Petro. *Gregor. I. lib.*5. *epist.*60.

Marescallus Romæ.

Marescialli Vrbis iurisdictio præscribitur *à Iulio II. const.*24. *Fide digna.* Potest præuenire Gubernatorem in causis. Deputare debet iudicem pro causis, qui iudex non possit vltra duos annos durare, & in fine cuiuslibet anni sindicari debet. à Maresciallo datur appellatio ad Auditorem Cameræ. *ibid.*

Margarita.

B. Margaritæ de Cortona Officium potest recitari ab omnibus Religiosis S. Francisci, vtriusque sexus. *Vrbanus 8. constitut.*8. *Cœlestis aquæ.*

Maria Virgo. Mater Dei.

Maria fuit Virgo ante, & post partum. *Concil. Ephesin. in ep. Cyrilli ad Ioannem Antiochen. Extra, de Reliquijs, & venerat. Sanctor. cap. cum præcelsa.*

Maria Virgo, dicitur Ancilla Domini, quia creatura est vnigeniti Dei. *Gregor. I. lib.*9. *ex regest. ep.*61. Dicitur Mater Domini, quia in eius visceribus ex Spiritu Sancto Filius Dei factus est homo. *ibid.*

Maria virgo est honoranda super omnem humanam creaturam. *Martin. I. epist.*14.

Maria virgo verum fecit matrimonium cum Sancto Ioseph. 27. *q.*2. *cap. Beata Maria. & cap. Coniux.* Sed sine animo coeundi. *ibid.*

Maria

Maria virgo etiò sponsa, tamen dicitur coniux, & quare. 27. q.2. c.Priusquam.
Maria virgo non fuit cognita à Sancto Ioseph. 27. q.2. cap.Si enim. & c.Sic quippe.
Maria virgo, vxor etiam S. Ioseph vocatur, & quare. ibid. cap.inuenta.
Maria virgo, Deipara fuit. Sic non credens, est anathema. Concil. Rom.3. sub Damaso. Conc. Ephesin.1. in epist. Cyrilli ad Monachos Ægypti.
Maria virgo non solum Deum genuit; nec solum hominem; sed Deum hominem. conc. Ephesin. in epist.Cyrilli ad Monachos Ægypti.
Maria virgo non fuit vt canalis,per quem descendit Christus. id asserens est anathema. conc. Roman.3. sub Damaso.
Maria virgo est verè Mater Dei. concil. Ephesin. in Anathematismo 1. Cyrilli, dicenda est Theotocos, id est Mater Dei. conc.calcedon. act.5. conc.constantinop.2. c.6. concil. Later. sub Martino I. consult.5. c.3.
Maria virgo non egebat legalibus sacrificijs, & expiationibus. conc.Ephesin. in ep. Cyrilli ad Reginas.
Maria virgo est aduocata peccatorum. Greg.7. lib.1. ep.47.
Mariæ Virginis Officium paruum reformatum approbatur à Pio V. const.122. Superni. Illud recitantes Indulgentias lucrantur. ibid.
Officium vulgare Beatæ Mariæ Virginis, non potest recitari. Pius V. ibid.
Beata Maria Virgo fuit immunis à peccatis omnibus actualibus, etiam venialibus. conc.Trid. sess.6. can.23.
Beatæ Mariæ Virginis Officium quolibet Sabbatho recitandum esse à fidelibus statuit. conc.claramont.
Mariæ Virginis Conceptio, & quomodo de ea loquendum. Vide, conceptio.
Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis Festum 21. Nouembris, sub ritu duplici celebrandum statuit Sixtus V. constitut.7. Intemeratæ.
Visitationis Festum instituit Bonifacius IX. const.1. Superni.
Mariæ virginitatem, aut maternitatem negantes, si non fuerint delati, vel inquisiti, & resipiscunt, possunt cùm abiuratione absolui ab Inquisitore. Obstinati vero, vel inquisiti, in posterum puniendi vt relapsi, & curiæ sæculari tradendi sunt. Paulus 4. const.4. cum quorumdam. & Clem. 8. const.97. Dominici. Vide, Negare.
Beatæ Mariæ Virginis Psalterium, quod constat ex 150. Aue Maria, recitari concessit Sixtus IV. ad instantiam Ducis Britanniæ. & concedit pro illo multas Indulgentias. constitut.18. Ea quæ.
Mariam Virginem blasphemantes. Vide, Blasphemare.

S. Mariæ Maioris Ecclesia Romæ.

S. Mariæ Maioris beneficia, præbendæ, dignitates, & canonicatus, Papæ sunt reseruata. Vrban.8. constit.6. Sanctissimus c.8.
Vide, cappella. Vide, canonici. Vide, capitulum. Vide, Archipresbyter. Vide, Basilica.

Maritus.

Maritus consentiens adulterio vxoris, nec in fine communicet. conc. Elibertin. c.70.
Maritus deprehendens vxorem in adulterio, consulendus ne ea viuente, aliam ducat. conc.Arelat.1. c.10.
Marito accusanti vxorem de adulterio magis credendum est, quàm alteri. De adulterijs. c. Maritis.
Maritus non potest ob adulterium accusare, vel dimittere vxorem, si ipse est adulter. ibid. c.Intelleximus.
Maritus circa vxorem adulteram. Vide, Vir.
Maritus vxoris adulteræ non potest fieri clericus. conc. Neocesarien. cap.8.
Maritus accipiens duas vxores, excommunicetur vsque ad mortem. Conc. Lucens.2. c.79.
Maritus inuita vxore non potest fieri religiosus. & si fit, redire debet ad vxorem. Greg.I. lib.9. ex regist. ep.44.
Maritus non potest concubere cum vxore, donec puer ablactetur. Gregor.I. lib.12. epist.31. c.10. dist.5. c. Ad eius.
Si maritus post matrimonium facit se seruum, non proinde vxor euadit serua. 29. q.2. c.Perlatum.
Maritus post mortem vxoris potest aliam ducere, sed non repudiatam. 27. q.2. cap.Additur.
Maritus qui probat, quod vxor ob adulterium tentauit illum occidere, potest eam dimittere. 31. q.1. c.Si qua mulier.
Maritus non potest prodigere bona vxoris. De consuetud. cap.Ex parte vestra.
Marito dicenti se cognouisse vxorem, non creditur, si hæc probat se esse virginem, ex inspectione corporis ipsius facta per matronas. De probationibus c. Proposuisti.
Maritus iurans non accusare vxorem, quando tenetur.
Vide, Iuramentum, iurare, &c.
Maritus donans vxori rem aliquam, domum,&c. propter nuptias, si vendit rem illam cum consensu vxoris, est valida venditio. De emptione, & venditione. c.Peruenit ad nos.
Mariti bona intelliguntur obligata pro dote vxoris. de pignoribus c.Ex literis. Vide, Dos.
Maritus fieri potest Episcopus, si vxor velamen monialium accipiat, & continentiam profiteatur. De conuers. coniugat. cap. Sanè.
Maritus potest ad sacros ordines promoueri, si vxor profitetur continentiam. ibid. cap. coniugatus.
Maritus religiosus reuocari non potest ab vxore adultera. ibid. cap.constitutus.
Maritus potest religionem intrare, dummodo vxor fiat monialis, vel profiteatur continentiam. Greg.I. lib.5. ep.49. de conuersione coniugatorum c.1. c.cum sis, & c.Vxoratus.
Maritus ingressus religionem ex vxoris consensu, & professus, non potest ab ea reuocari. ibid. cap.Veniens ad præsentiam.
Maritus, qui per metum extorsit consensum ab vxore, potest à religione reuocari, maximè si ad sæculum redijt. ibidem. cap.Accedens.
Maritus professus religionem inuita vxore,& ab ea reuocatus exiens, ipsa mortua, non tenetur iterum redire ad religionem. sed non potest alteram vxorem ducere, & si ducit non potest petere debitum, sed tenetur reddere. De conuers.coniugator. cap.Quidam.
Maritus separatus ab vxore per iudicis sententiam, si eam reassumit, vt concubinam, vltimo supplicio puniatur. Sixtus V. const.46. Ad compescendam.
Idem statuit de marito, qui facta separatione, cum scortis, vel alijs impudicè viuit.
Vide, Coniuges. Vide, Diuortium. Vide, Dos. Vide, Matrimonium. Vide, Torus. Vide, Vir.

Maronitæ.

Maronitarum collegium. Vide, Colleg. Maronitarum.
Maronitarum Patriarchæ Antiocheno conceditur facultas benedicendi populis Maronitis nomine Papæ. Paulus V. const.77. Quoniam.

S. Martha.

S. Marthæ monasterium in Vrbe, quam iurisdictionem habet. Greg.XIV. const.12. Salutem.

Martyr. Martyrium. Martyrologium.

Martyrum passiones, & gesta legi possunt in Ecclesia. Conc. Afric. cap.13.
Martyrum commemorationes, & solemnitates despiciens, est anathema. Conc.Gangrense c.20.
Martyr dicendus, qui pro Deo occiditur. Lib.5. const.Apost. c.1. Greg.I. lib.2. ep.36.
Martyr esse non potest, qui non est in Ecclesia, seù est hæreticus. Pelagius II. ep.6. de hæret. cap. Firmissimè.
Martyres omni honore colendi. Lib.5. const.Apost. c.7.
Martyrum cœmeteria Psalmis, & missis frequentanda. Lib. 6. constit.Apostol. c.vlt.
Martyrum sepulchra, & memoriæ honorari debent. concil. Carthag.1. cap.2.

Martyres venerandi, & super eorum corpora missæ sunt dicendæ. *Felix I. ep.2.*

Martyrium supplet baptismum fluminis. Vide, *Sanguis*.

Martyribus auxilium omne præstandum, etiam cum periculo vitæ. *Lib.5. const. Apostol. c.3.*

Martyrium non facit pœna, sed causa. *Greg. I. l.2. ep.36.*

Martyrium patiens, vt eius reliquiæ celebrentur, aut venerentur, perfidus est. 1. *q.1. c. Video quantum*.

Martyrum natalitia (olim) non celebranda in quadragesima. 33. *q.4. cap. Non licet*.

Martyrum vigiliæ ab omnibus, etiam priuilegiatis in necessitate communi obsidionis, &c. hæreticorum persequentium, obseruandæ sunt. *Gregor.1. l.3. ep.20.*

Martyrium hæretico non prodest, si in hæresi moritur. *De hæreticis c. Firmissimè*.

Martyrologium Romanum in Ecclesijs legendum est. *Greg. I. lib.7. ep.29.*

Mater.

Mater occidens Filium, 15. annis pœniteat. Si verò sit paupercula, & id fecit, quia non poterat eum alere, sex annis pœniteat. *Post Concil. Elibertinum cap.1.* Vide, *Vxor occidens*.

Matres occidentes pueros, quomodo puniendæ. *Conc. Moguntinum sub Leone IV. c.20.*

Mater occidens filium ex ira, quomodo punienda. *Concil. Later.3. in append. p.50. c.12.*

Matres procurantes abortum, & occidentes filios, vt homicidæ iudicandæ. *Conc. Vormatien. 1. c.35.* Vide, *Abortus*.

Matrem carnaliter cognoscens, anathema est. 33. *q. 2. c. Si quis cum matre*.

Idem de cognoscente matrem spiritualem. *ibid.* Vide, *Carnalis copula, &c.*

Matrem occidens, qua pœnitentia puniendus. 33. *qu.2. c. Latorem*. Vide, *Occidens*.

Matre, & filia concubente cum eodem viro ignoranter, possunt nubere cum alijs. Si verò scienter fecerint, numquam nubant. 34. *q.1. c. Si quis cum matre*. *Conc. Vormat. 1. c. 63.* Vide, *Carnalis copula*. Vide, *Matrimonia prohibita in pœnam*.

Mater appellare potest à sententia lata contra filium. 2. *q.6. c. Non solent*.

Matrem & filiam carnaliter cognoscens, non potest vllam aliam in coniugem accipere, nec aliquam illarum. si accepit dimittat, & sine vxore maneat. *Conc. Vormatien. 1. c. 63.* Vide, *Carnalis copula*.

Mater adultera nihil potest dare filijs conceptis ex adulterio, sed hæreditas est filiorum legitimorum. *Ioannes 8. ep.108. & 109.* Vide, *Filij illegitimi*.

Mater, cuius infans ex negligentia eius moritur, Episcopi arbitrio pœniteat. *conc. Triburien. 1. c. 37.*

Mater leuans filium de fonte, siue ex malitia, siue ex ignorantia, non debet separari à viro, nec debitum ei subtrahere, sed alia pœnitentia est ei imponenda. *Conc. Later.3. in append. tit. De corrigendis filijs. cap.2.* Vide, *Vxor*. Vide, *Matrimon.*

Mater in necessitate potest filium baptizare sine solutione matrimonij. *Conc. Londinen. 1. c.3.*

Mater vel pater prostituens filias, vltimo supplicio puniendi. *Sixtus V. const. 46. Ad compescendam*.

Matris testimonium est suspectum, quando filia petit in virum aliquem se minorem. *De testibus c. Super eo*.

Matris testimonium ad impediendum matrimonium ratum non consumatum, sufficit. *ibid. cap. Super eo il 2.* Secus si agitur de dirimendo consumato. *ibid.*

Mater non potest à filio in testamento priuari portione sibi debita iure naturæ. *De testamen. in 6. c.1.*

Vide, *Culpa*. Vide, *Patrinus*.

Materiæ Sacramentorum.

Materiæ Sacramentorum sunt res, quæ applicantur dum Sacramenta conficiuntur. *Eugenius IV. in decr. vnionis Armenorum. §. Quintò Ecclesiasticorum*.

Materia Sacramenti Baptismi est aqua naturalis vera, nec refert, an sit calida, vel frigida. *ibid. §. Primum*. Vide, *Baptismus*.

Materia Sacramenti Confirmationis est Chrisma confectum ex oleo, & balsamo, benedictum per Episcopum. *ibid. §. Secundum*. Vide, *Confirmatio*.

Materia Sacramenti Eucharistiæ est panis triticeus, & vinum de vite, cui ante consecrationem miscenda est modicissima aqua. *ibid. §. Tertium*. Vide, *Eucharistia*.

Materia, vel quasi materia Sacramenti pœnitentiæ sunt actus pœnitentis, scilicet, contritio, confessio, & satisfactio. *ibid. §. Quartum*. Vide, *Pœnitentia sacr.*

Materia Sacramenti Extremæ Vnctionis est oleum olivæ per Episcopum benedictum. *ibid. §. Quintum*. Vide, *Extrema vnctio*.

Materia Sacramenti Ordinis est illud, per cuius traditionem confertur ordo. *ibid. §. Sextum*. Vide, *Ordinatio*.

Matrimonij essentia, & institutio, & sacramentum.

Matrimonium est viri, & mulieris per consensum mutuum coniunctio, individuam vitæ consuetudinem retinens. 27. *q.2. c. Sufficiat. Concil. Mogunt.4. c.36. Concil. Trid. sess. 24. cap. vnico*.

Matrimonium contrahitur per verba de præsenti, sponsalia verò per verba de futuro. Vide, *In sequenti titulo*. Vide, *Sponsalia*.

Matrimonium fuit institutum in statu innocentiæ. *de voto in 6. cap. vn. Conc. Senonen. in decret. morum can.39. Conc. Colon. 2. part.7. cap.40. & 41. conc. Trident. sess.24. c. vn.*

Matrimonium prius fuit institutum in officium, postea à Christo in Sacramentum. *Conc. Mogunt.4. c.36.*

Matrimonium, vt Sacramentum, à Christo est institutum. *Conc. Lateran.3. in append. tit. De sponsalibus cap.31. & part.50. cap. 26. Conc. Senon. tit. De Matrim. cap.10. & in decretis mor. cap.39. conc. Londinen. 2. cap.3. conc. Mogunt.4. c.36. Conc. colon. 2. part.7. cap.40. Eugenius IV. in decr. vnionis Armenor. §. Quinto Ecclesiasticorum. conc. Trid. sess.7. de sacram. can.1. sess.24. cap. vn. & can.1. de sponsa duorum c.1.*

Matrimonium non factum secundum Christi leges, est adulterium. 32. *q.2. c. Sicut non omnis*.

Matrimonij essentia non requirit semper voluntatem coeundi, & sine ea fieri potest vt fecit B. Virgo Maria, sed fieri potest cum solo consensu perpetuæ cohabitationis. 27. *q.2. cap. Omnis res. c. Beata Maria. c. Omne itaque. c. Cum initiatur. c. Coniuges, & c. coniux*.

Matrimonium non consistit in sola mixtione maris, & fœminæ. 32. *q.1. c. Non enim*.

Matrimonium non consistit in solo bono partus. 32. *q.2. cap. Pudor est*.

Matrimonium desponsatione initiatur, & commixtione perficitur. 27. *q.2. c. cum initiatur. c. Quapropter. c. Si quis desponsata & c. In omni*.

Matrimonium per consensum est coniunctio spiritualis, per coitum est carnalis. 27. *q.2. c. In omni*.

Matrimonij vsus immoderatus, quando ignoscitur, & quando non. 32. *q.2. c. Quidquid*. Matrimonium damnans, seu execrans, est anathema. *conc. Gangren. c.1. 9. & 10. conc. Bracharen. c.11.*

Matrimonium à Deo in paradiso in statu innocentiæ fuit indissolubile institutum. *De voto in 6. c. vn.*

Matrimonialis status non est perfectior virginali, vel cælibatu, & contrarium dicens est hæreticus. *conc. Trid. sess.24. can. 10.* Vide, *Virginitas*.

Matrimonij actibus estò licitis, dicitur Spiritum Sanctum non esse præsentem; quare, & quomodo. 32. *q.2. c. connubia*. Vide, *contractus*.

Matrimonium quò consensu, & quibus verbis fieri debet, & per quem fieri potest.

Matrimonium requirit vtriusque contrahentis consensum, & sine isto numquam est validum, etiam si adsit copula. 10. *q. 2.*

q.2. c.1. 27. q.2. c. *Sufficiat*. cap. *Omnis res*. cap. *cum initiatur*. cap. *Coniuges* 29. q.2. c. vn. *Euaristus ep.1. Nicol. I. in decret. de matrim. c.3. de sponsalibus, &c. c. Tuæ fraternitati. Eugenius IV. in decret. vnionis Armen. in Concil. Florent. §. Quinto Ecclesiasticorum*.

Matrimonium fieri non potest cum inuito, & est nullum. 31. q.2. c. *Si verum*. c. *De neptis tuæ, & c. Tua sanctitas*.

Olim requirebatur consensus parentum (saltem ad licitè) 31. q.2. c.1. 32. q.2. c. *vlt.*

Præter consensum contrahentium, non requiritur consensus aliorum, neque parentum, vt validè fiat. *Nicolaus I. in decret. tit. de matrim. c.2. Concil. Turon.2. c.21. Concil. Mogunt.4. c.36. Conc. Trid. sess.24. de refor. matrim. c.1.* Etiam si sit filius familias. *ibid.*

Pater facere non potest matrimonium filij adulti, sine consensu huius. *Post ep.5. Hormisdæ* 31. q.2. cap. *Tua sanctitas*. Potest tamen, si filius non sit adultus, & hic tenetur obseruare quando venit ad perfectam ætatem, ibidem statuitur. *Et de desponsatione impuberum c.1.*

Licet patris consensus non requiratur ad validitatem, tamen requiri debet. *Concil. Mogunt.4. c.37.*

Vide, *Filij circa parentes*.

Ob patris iuramentum filius, vel filia non potest cogi ad nubendum. 31. q.2. c. *Tua sanctitas & cap. de neptis tuæ*.

Matrimonium legitimis verbis, vel alijs signis exprimentibus consensum, fieri debet. *de sponsalibus, &c. cap. Tuæ fraternitati. & cap. cum apud*.

Si verbis dubijs fiat ad decipiendum, & copula habeatur, in foro externo iudicatur validum, sed re vera non est tale. *ibidem*.

Matrimonium sic contractum, *ex hoc tempore habeo te in meam*, est verum matrimonium, & de præsenti. *ibid. cap. ex parte*.

Si verba contrahentium sint obscura, ad communem sensum est recurrendum. *ibid. c. Ex literis*.

Matrimonium potest contrahi per Procuratorem. *De Procuratoribus in 6. c. fin.* Sed talis Procurator debet habere speciale mandatum de hoc. *ibid.* Non potest alium delegare. Et si dum contrahit reuocatum erat mandatum, eo etiam inscio, nullus est contractus. *ibid.*

Matrimonia cum quibus solemnitatibus facienda.

Antequam fiat matrimonium, facienda sunt bandimenta, seu edicta, vel proclamationes, quibus manifestatur debere fieri, vt videatur, si adsunt impedimenta. Et si ista omittantur, coniuges suspendantur à carnali commercio. *Concil. Rauennat. 2. sub Clem.V. c.19.*

Ista bandimenta tria debent esse, & fieri in Ecclesia. *Concil. Lateran.4. c.51.* (denunciato autem impedimento, suspendatur celebratio matrimonij, donec decernatur, quid agendum sit. *ibid.*) *de clandestina desponsatione, cap. cum inhibitio. Conc. Londinen.1. c.11. Concil. Moguntin.4. cap.37. Concil. Colon.2. par.7. can.44. Conc. Colon.3. tit. Censuræ c.32. Conc. Trident. sess.24. de reform. matrim. c.1. Conc. Mediol.1. p.2. tit. Quæ ad Sacram. matrimon. pertinent*. Ex dispensatione Episcopi, quando possunt omitti istæ denunciationes. *Trident. ibid.*

Si necessitas vrgeat, vna proclamatio sufficit, cum dispensatione Episcopi. *Conc. Colon.2. & Trident. vbi supra*. Si Parochus procrastinat, & differt proclamationes, puniatur. *Conc. Mediol. vbi supra*.

Proclamationes faciendæ sunt in tribus diebus distantibus. *Concil. Colon.3. ibid. c.32. Mogunt.4. c.37. Tridentin. ibid. c.1.* Fieri debent inter missarum solemnia. *Trident. ibid.* in diebus festis. *Trident. ibid.* In missa, in qua populus est frequentior. *Conc. Mediol.1. vbi supra*.

Matrimonia per Ecclesiæ Rectorem coniungi debet. & si sponsi sint diuersarum Parochiarum, in vtraque facienda est proclamatio: & vnus cum licentia alterius Parochi coniungat. *Conc. Colon.3. tit. Censuræ c.32.*

Si alteri sacerdoti detur licentia coniungendi, fiat in scriptis. & notetur in libro. *Conc. Mediol.1. vbi supra*.

Matrimonium sic celebratur: præsentibus sponsis Parochus, vel alius de licentia eius, vel Ordinarij interrogat eos de mutuo consensu, quo audito, ait, *Ego vos coniungo in matrimonium in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Conc. Trid. sess.24. de reform. matrim. c.1.*

Matrimonia facienda sunt per nuptiale ministerium. 27. q.2. *cap. cum Societas. & c. Lex diuinæ*.

Matrimonia benedicenda sunt in Ecclesia. Vide, *matrimonia clandestina*. Vide, *Nuptiæ. Euaristus epist. vn. Nicolaus I. ad consulta Bulgar. c.3. in decret. de matrimon. cap.4*.

Matrimonia contracturi, & benedictionem accepturi, confessionem faciant peccatorum, & Eucharistiam accipiant. *Concil. Colon.2. par.7. cap.41. Concil. Trid. sess.24. de reform. matrim. cap.1*.

Matrimonium secundum etiam validum, & licitum, non benedicitur. *Nicolaus I. ad consulta Bulgar. c.3. Conc. Later.3. in append. tit. de secundis coniugys, c.1*.

Vide, *Nuptiæ*. Vide, *matrimonia clandestina*.

Matrimonio prohibito assistens Parochus, vel alius, siue sæcularis, siue regularis, per triennium suspenditur ab officio. *Concil. Later.4. c.51*.

In matrimonio celebrando omnia ludicra, & indecentia cauenda. *Conc. Senon. in decr. morum cap.39. Conc. Colon.2. par.7. cap.47*.

Matrimonium contrahentes ante benedictionem sacerdotis, non habitent in eadem domo. *Concil. Trident. sess.24. de reform. matrim. cap.1*.

Matrimonia contracta, in speciali aliquo libro scribenda sunt à Parocho. *Conc. Mediolan.1. par.2. tit. quæ pertinent ad Sacrament. matrimon.*

Vide, *Parochus*.

Matrimonij finis, bona, & effectus.

Matrimonij bona tria sunt: Proles suscipienda, & educanda ad cultum Dei. Fides, quam inter se coniuges seruant. Et indissolubilitas matrimonij. *Eugenius IV. in decr. Vnionis Armenorum, in conc. Florent. §. Quinto Ecclesiasticorum*.

In matrimonio attenditur fides coniugij, proles, & Sacramentum. *conc. Colon.2. p.7. c.42*.

Matrimonium non ad libidinem, sed ad prolem procreandam est institutum. *conc. Tolet.3. cap.17. Gregor. I. lib.12. ep.31. c.10. conc. colon.2. p.7. c.41*.

Matrimonium non faciendum ob diuitias, vel aliud simile: & qui ob id facit, peccat. *conc. colon.2. p.7. c.41*.

Per matrimonia Ecclesia multiplicatur spiritualiter. *Eugenius IV. in conc. Florent. in decr. Vnionis Armenorum*.

Matrimonij Sacramentum, gratiam confert. *conc. Senon. in decr. morum c.39. conc. colon.2. p.7. c.40. conc. Trid. sess.7. de Sacram. c.6. & sess.24. cap. vn. & can.1*.

Matrimoniæ ratione consanguinitatis prohibita; & inualida, quæ.

Matrimonia cum consanguineis in principio Mundi fuerunt licita, etiam cum sororibus. 35. q.1. c. *cum igitur*.

Matrimonia inter consanguineos sunt prohibita, diuina, & humana lege. *conc. Tolet.2. c.5. conc. Rom. sub Zacharia cap.14. Calistus I. ep.2*.

Matrimonia inter consanguineos, siue proprios, siue vxoris, olim fuerunt prohibita, vsque ad septimum gradum, seu generationem. *Post ep.3. Iulij I. Nicolaus I. in decr. de impedim. matrim. c.1. Ad consulta Bulgar. c.2. & 3. 35. q.2. c. de affinitate. c. de consanguinitate, c. Progeniem. c. Nullum. c. Nulli. c. In copulatione, & c. contradicimus*.

Vide, *Gradus*. Vide, *consanguinitas*.

In his gradibus potest Papa absolutè dispensare, vt inter sic coniunctos fiant matrimonia.

Vide, *Matrimonia quo ad dispensationes*.

Vt matrimonia fieri possent deinceps vltra 4. gradum, primus omnium dispensauit *Greg. I.* 35. q. 2. c. *Quædam lex terrena*. Anglis concessum fuit, vt in 4. gradu fierent. *ibid.*

Et sic alij prosecuti sunt deinceps dispensando, vt fiat vltra 4. gradum. *conc. Rom. sub Zacharia c.14. conc. Mogunt. sub*

Leone IV. Conc. Vormatien. 1. c. 78. Conc. Later. 4. cap. 50. De consanguinit. &c. cap. Non debet.

Matrimonia prohibita cum consanguineis citra 4. gradum sunt inualida, & separanda (nisi petatur dispensatio.) *ibid. & Post ep. 3. Fabiani. 32. q. 2. cap. De incestis. c. Coniunctiones. cap. Qui propinquam. q. 8. cap. Hæc salubriter. Conc. Vormatien. 1. c. 36. Concil. Foroiulien. cap. 8. Concil. Mogunt. sub Leone IV. cap. 29. Concil. Later. 3. in append. tit. De sponsalibus c. 32. Concil. Lateran. 4. cap. 50. Concil. Colon. 2. part. 7. cap. 46. Concil. Parisien. 3. c. 4. Concil. Roman. sub Gregor. 2. Conc. Roman. sub Zacharia c. 6. Calistus I. ep. 2. Gregor. VII. l. 1. ep. 5. Lib. 8. ep. 3. De consanguinit. &c. c. 1. c. Non debet.*

Etiam si sit ex copula illicita in 1. & 2. gradu. *Concil. Trid. sess. 24. de refor. matrim. cap. 4.*

Matrimonia facientes cum consanguineis, excommunicentur. *Conc. Rom. sub Gregor. II. Conc. Sabin. cap. 19.* Ipso iure sunt excommunicati. *Clem. de consanguin. cap. vnico.*

Matrimonia incestuosa contrahentibus, bona confiscantur. *De hæret. in 6. cap. Cum secundum.*

Filij mulieris in secundis nuptijs, non possunt copulari cum filijs primi viri, vsque ad 4. generationem, etiam olim, statutum est. *Post ep. 2. Hygini j. 35. q. 10. c. Si qua mulier il 2.*

Matrimonia inter consanguineos contracta, quomodo soluenda. Vide, *Matrim. rata, quando solui possunt.*

Matrimonia ratione affinitatis prohibita, vel inualida, quæ, & quæ non.

Matrimonia inter duos fratres, & sorores simul facta, sunt licita. *Gregor. I. l. 12. ep. 31. c. 5.*

Matrimonia inter affines prohibita sunt (sed non omnia inualida.) *27. q. 2. c. Lex diuina. 35. q. 10. c. Fraternitas. c. Si cuius. c. Si qua mulier 2. & 3.*

Matrimonia inter affines, olim, vsque ad septimum gradum erant prohibita. *Post ep. 3. Iulij I. 35. q. 2. cap. Sane. cap. Æqualiter, &c. & 35. q. 10. vbi supra,* eo prorsus modo sicut inter consanguineos. *ibid.* Vide, *Gradus.* Vide, *Affinitas.*

Aliquando fuerunt prohibita, solum vsque ad 5. gradum inclusiuè. *Post epist. 3. Fabiani.* alias exclusiuè, quo ad 5. *35. q. 2. c. De propinquis.* Aliquando vsque ad 4. *35. q. 2. c. Et hoc. quæst. 10. cap. Si qua mulier il 2. & Post epist. 3. Fabiani.*

Et in *Concilio Later. 4. can. 50.* declaratum fuit matrimonia esse prohibita vsque ad 4. gradum, tam in ordine consanguinitatis; quam affinitatis, non autem in vlterioribus. Idem habetur. *De consanguinit. & affinit. cap. Non debet.* Item *Innoc. IV. const. 14. Sub catholicæ,* pro 4. gradu dispensationem dicit esse necessariam. Affinitas verò, quę oritur ex copula illicita impedit, & dirimit contractum, solum vsque ad primum, & secundum gradum. *conc. Trid. sess. 24. de refor. matrim. c. 4.*

Idem confirmat *Pius V. const. 14. Sanctissimus.* Si verò affinitas ex copula illicita sit in gradibus vltra secundum, non impedit quin contrahatur, nec dirimit; neque prohibetur, contrahi. Idem *Pius 5. ibid. in cap. Ad Romanum.*

Matrimonia inter filios, & filias primarum, & secundarum nuptiarum, vsque ad 4. generationem, etiam olim erant prohibita. *Post ep. 2. Hygini j. 35. q. 10. c. Si qua mulier il 2.*

Matrimonia inter affines, prohibita inter cætera sunt ista.

Fieri non potest cum nouerca. *conc. Arelat. 2. cap. 10. concil. Rom. sub Zacharia c. 6. conc. Vormat. 1. c. 36. & 63.*

Fieri non potest cum filiastra. *conc. Vormat. 1. c. 36.* & pœnitentia. *ibid. & c. 63.*

Neque cum priuigna, vel relicta Auunculi, aut Patrui. *conc. Aruernen. c. 11. conc. Paris. 3. c. 4.*

Neque cum vxore fratris, nouerca, nutritia, vel vxore cognati. *conc. Rom. sub Gregor. II. conc. Rom. sub Zacharia c. 6. conc. Triburien. 1. c. 44.*

Neque cum duobus fratribus, aut sororibus successiuè. *conc. Neocæsar. c. 11. concil. Moguntiacum c. 56. conc. Mogunt. sub Leone IV.* & tale matrimonium facientes non possunt amplius nubere. *ibid.*

Neque inter virum, & cognatam sponsæ mortuæ, etiam si hanc non cognouit. *Post ep. 3. Julij I. Zacharias ep. 4.* Sed contrarium decreuit *conc. Later. 3. in append. tit. de sponsalibus c. 27.* Statuens fieri posse cum sorore sponsæ mortuæ.

Neque fieri potest inter prolem vxoris in secundis nuptijs, & filios primi viri. *Post ep. 2. Hygini.*

Neque inter marem, & fœminam, si vnus sit adoptatus, alter verus filius, quousque verus emancipetur. *30. q. 3. cap. Per adoptionem.*

Neque cum vxoribus sobrinorum. *35. q. 2. c. Porrò.*

Neque cum vxore fratris, aut sorore vxoris fratris, nisi dispensetur à Papa. *concil. Aurelian. 1. c. 20. De diuortijs cap. finali.*

Matrimonia fieri non possunt cum affinibus ex copula illicita. *35. q. 2. c. Nec eam. Conc. Later. 3. p. 50. c. 30. Concil. Vormat. 1. c. 36. Trid. de reform. matr. cap. 4.* Imò factum cum his etiam in secundo gradu, est inualidum. *ibid.* & *Pius V. const. 14. c. Ad Romanum.*

Licet cum puella non septenni, carnalis copula compleri non potuerit, matrimonium cum sobrina prohibetur. *Concil. Lateran. 3. part. 50. cap. 30. & tit. De eo, qui consanguineam cap. 8.*

Matrimonium facientes cum affinibus, excommunicandi sunt. *Conc. Rom. sub Gregor. II. Conc. Sabin. c. 19.* Ipso iure sunt excommunicati. *Clem. de consanguinit. c. vn.*

Matrimonium facientis cum filiastra, pœnitentia olim erat, vt per tres annos ieiunaret exceptis festis, & abstineret eo tempore ab Eucharistia. *Conc. Vormat. 1. c. 36.*

Matrimonium cum sorore sponsæ iam mortuæ (etiam si matrimonium ratum tantum fuerat cum ea) est validum. *Conc. Later. 3. tit. de sponsalibus c. 27. & tit. de sponsalibus secundo cap. 5.* Vide, *Affinitas.*

Matrimonia ratione cognationis spiritualis prohibita, vel inualida, quæ.

Vide, *Cognatio spiritualis.* Vide, *Compatres.* Vide, *Patrinus.*

Matrimonia fieri non possunt inter compatrem, & commatrem, aut cum eorum filijs, aut inter ipsos filios. *30. q. 1. cap. Peruenit, & cap. De eo. Deus dedit epist. 1. Zacharias epist. 7. cap. 22. Conc. Moguntiac. c. 55. Nicolaus I. in decr. de imped. matrim. c. 1. concil. Londin. 1. c. 11. De cognatione spirituali c. 1. c. Tua nos. & sub eodem titulo in 6. c. 1.*

Neque inter filios, & filias compatris, & commatris. *30. q. 3. c. Post susceptum, cap. Pitacium. & cap. Non oportet.* (Conceditur tamen fieri posse, si baptismus sit collatus in necessitate, excepta persona suscepta, per quam orta est compaternitas. *ibid. cap. Super quibus.*) *Concil. Londin. 1. cap. De cognatione spirituali cap. 1. cap. Super eo. & c. Tua nos.*

Matrimonia inter compatrem, & commatrem (siue in Baptismo, siue in confirmatione) ac inter suscipientem, & susceptum tantum est inualidum. *De cognatione spirituali cap. 1. c. Super eo. & c. Tua nos. Conc. Trid. sess. 24. de reform. matrim. cap. 2.*

Neque cum vxore compatris mortui, si ipsa erat commater. id est, si filius susceptus erat suus filius; secus si filius alterius. *Concil. Triburien. 1. c. 47.*

Neque cum relicta ex compatre vxoris suæ mortuo. *30. q. 4. cap. 1. cap. Quod autem. cap. Post vxoris. & cap. Qui spiritulem.*

Matrimonium fieri non potest inter compatres per Catechismum, sed factum non soluitur. *De cognatione spirituali in 6. c. Per Catechismum.*

Matrimonia prohibita ratione diuersi cultus, seu fidei.

Matrimonia cum infidelibus non possunt fieri, sub pœna excommunicationis, nisi promittant esse Christiani, ita olim. *Conc. Calcedon. c. 14. 28. q. 1. c. Caue. cap. Non oportet.*

Matrimonia fieri non possunt inter Iudæos, & Christianos, sub pœna excommunicationis. *Concil. Aurelian. 2. cap. 19.*

Conc.

Conc. Aruernen. c. 6. conc. Tolet. 3. c. 14. conc. Rom. sub Zacharia. Imò parentes contrahentium, consentientes, eidem pœnæ subiacent. *ibid. 28. q. 1. cap. Si quis Iudaicè.*

Matrimonia fieri non possunt cum hæreticis, nisi promittant esse Catholici. *conc. Laodicen. c. 31. Concil. Calcedonen. c. 14. concil. Agathen. c. 67. Post Toletan. 17. c. 20. Concil. Carthagin. 3. cap. 12. 28. q. 1. cap. Caue Christiane, & c. Non oportet.*

Matrimonia facere non potest Italus Catholicus, cum hæretica in loco hæreticorum. *Clemens 8. const. 42. Cum sicut.*

Vide, *Fideles.* Vide, *Hæretici. cum eis non facienda matrimonia.* Vide, *Hæreticorum Sacramenta.* Vide, *Infideles.* Vide, *Iudæi.* Vide, *Mulier.*

Matrimonia prohibita, vel inualida ratione honestatis publicæ.

Matrimonium fieri non potest cum consanguineis eorum, qui desponsarunt per verba de futuro, si valida fuerunt sponsalia, etiam si soluta sint. *conc. Later. 3. in append. tit. De sponsalibus c. 10.* Secus si inualida. *ibid.* & *conc. Trident. sess. 24. de refor. matrim. cap. 3. De sponsalibus, &c. cap. Iuuenis.*

Non potest fieri cum consanguineo sponsi, &c. etiam si sponsa non erat ætatis nubilis cum desponsauit. *concil. Later. 3. in append. tit. de sponsalibus c. 23.*

Neque cum ea, cuius consanguinea fuit cognita, etiam si fuit affidata in ætate nondum nubili, licet per famam tantum probetur. & est inualidum si fit. *conc. Later. 3. in append. tit. De eo, qui consanguineam c. 6.*

Neque cum muliere, cuius filia post septennium erat desponsata. Secus si ante septennium. *conc. Lateran. 3. in append. tit. de sponsalibus c. 7. & tit. De eo, qui consanguineam cap. 2.*

Non est prohibitum cum sorore simplicis sponsæ iam mortuæ. *ibid. De sponsalibus c. 27.*

Matrimonium contractum cum impedimento publicæ honestatis, in primo gradu tantum (dummodo sponsalia fuerint valida) est inualidum, & irritum. *conc. Trid. sess. 24. de refor. matrim. c. 3.*

Vide, *Honestas.* Vide, *Impedimentum publicæ honestatis.*

Matrimonia prohibita, vel inualida, ratione status spiritualis, aut voti.

Matrimonium fieri non potest cum Religioso, vel Religiosa, sub pœna excommunicationis (si sit professa) & est nullum. *conc. Rom. sub Gregorio 2. cap. 1. conc. Lateran. 3. in append. tit. de coniugatis c. 5. tit. De Monialibus c. 3. par. 50. c. 59. conc. colon. 3. tit. Censuræ c. 2. 27. q. 1. cap. Vt lex. Qui clerici, &c. c. Meminimus, cap. Consuluit. & c. Rursus. Extrau. Ioan. 22. de voto, & c. c. vn. conc. Trid. sess. 24. can. 9.*

Matrimonium fieri non potest ab vllo ordinato in sacris: & si fiat, est nullum. *Dist. 27. cap. Presbyteris. conc. Later. 3. in append. tit. De clericis coniugatis c. 6.* Item *par. 50. c. 59. De clericis coniugatis cap. 1. Qui clerici cap. 1. Extrau. Ioann. 22. de voto c. vn. conc. Trident. sess. 24. can. 9.* Vide, *Clerici quo ad vxores.* Vide, *Ordinatorum in sacris obligationes circa coniugia. Clement. vt infra.*

Ipso facto sunt excommunicati, & alias pœnas incurrunt. *Clement. de consanguinit. c. vnico.*

Matrimonium numquam potest facere subdiaconus, & est nullum. *Qui clerici cap. 1. & c. Ex literarum.*

Habens simplex votum castitatis, non potest facere matrimonium, sed si faciat est validum. *conc. Later. 3. in append. tit. De sponsalibus secundo c. 43. de coniugatis c. 5. dist. 27. c. Quidam. 27. q. 1. c. Nuptiarum. Qui clerici, c. Consuluit. cap. Veniens. & c. Rursus.* Vide, *Vouere.*

Matrimonium attentans facere cum virgine sacra, id est Moniali, pœna mortis est puniendus. *de pœnit. dist. 1. c. Si quis.* Vide, *Monialis.* Vide, *Virgo.*

Matrimonium non soluitur per susceptionem ordinis sacri. *Extrau. Ioann. 22. de voto cap. vn.*

Vide, *Moniales circa coniugia.* Vide, *Regulares matrimonium contrahentes.* Vide, *Vouere.* Vide, *Votum.*

Matrimonia ratione ætatis prohibita, vel inualida, quæ.

Matrimonium non potest à pueris contrahi, nec etiam per parentes. *30. q. 2. cap. Vbi non est. Conc. Foroiulien. cap. 9. De sponsalibus cap. Tuæ fraternitati.*

Matrimonium contrahi non potest à pueris minoribus, id est, ante pubertatem (quæ in maribus habetur in anno 14. in fœminis in 12.) Etiam si inter eos adsit intentio copulæ. *de desponsat. impub. c. De illis il 2. & c. Attestationes*, etiam si non adsit vis.

Matrimonium inter impuberes, si sint proximi pubertati, valet. *ibid. cap. De illis il 2.*

Si vero apti sunt ad generandum, valet. *ibid. c. Puberes.*

Matrimonia inter impuberes, aliquando permittuntur pro bono pacis. *ibid. cap. Vbi non est.*

Matrimonia inter impuberes contracta, sunt sponsalia. *ibid. cap. Tuæ nobis.*

Matrimonium contrahi non potest cum minori septennio. *de desponsat. impub. cap. Ad dissoluendum.*

Matrimonium fieri non potest inter adultam & puerum, & è contra. *Conc. Regiaticin. c. 24.*

Matrimonium factum à patre pro filio impubere, tenetur filius implere. *De desponsat. impub. c. 1.* Vide, *Impuber.*

Matrimonia ratione inuoluntarij, metus, vel coactionis prohibita, vel inualida.

Matrimonium fieri non potest cum coniuge inuito, & est nullum. *31. q. 2. cap. Si verum. cap. De neptis. & c. Tua Sanctitas. Conc. Aurelian. 4. c. 22. Conc. Later. 3. in append. tit. De sponsalibus secundo c. 1. & 2. De sponsalibus, &c. cap. Cum locum, & cap. De illis il 2. Conc. Trid. sess. 24. de refor. matrim. cap. 9.*

Si adest, vel timetur de violentia in contractu matrimonij, dandus est puellæ locus tutus, vt possit deliberare. *de sponsalibus, &c. cap. Cum locum.*

Violentia non dirimit, nec impedit, si postea datur consensus. *ibid. c. De muliere.* Item, si postea cohabitant spontaneè. *ibid. cap. Ad id.*

Matrimonia requirunt summam libertatem. *De sponsalibus, &c. cap. Gemma mulier.*

Si mulier matrimonio non consensit, licet verba proferat consensus, si ante consumationem matrimonij recedit, & petit audiri de metu illato, audienda est, & diligenter inquirendum est de metu illato. *Honorius 3. ex Cirone, de sponsalibus, & matrimonijs c. 2.*

Cogentes ad faciendum matrimonium, siue minis, siue factis, siue directè, siue indirectè, cuiuscumque gradus, & conditionis sint, excommunicationem ipso facto incurrunt. *Conc. Trident. sess. 24. de refor. matrim. c. 9.*

Metus inualidans, debet esse cadens in constantem virum. *Conc. Later. 3. in append. tit. de sponsalibus secundo c. 1. & 2.*

Matrimonia ratione valetudinis, vel impotentiæ, prohibita, vel inualida.

Matrimonium fieri non potest à furioso carente vsu rationis, & est nullum. *Post ep. 3. Fabiani. 23. q. 7. c. Neque furiosus. de sponsalibus, &c. c. Dilectus filius.*

Matrimonia fieri non possunt cum impotentibus coire, nisi ambo consentiant. *de frigidis, &c. c. Consultationi. cap. Quod sedem. & cap. Laudabilem.*

Matrimonium fieri non potest cum habente insanabile impedimentum ad coeundum: & soluitur, si copula non præcessit, & non consentiant de sic contrahendo. *De frigidis, &c. cap. Ex literis.*

Matrimonium cum frigido, fieri non potest, neque cum maleficiato. & si non sit consumatum, soluitur probata frigiditate. *Honorius 3. ex Cirone, tit. de frigidis, &c. c. 1.*

Matrimonia per eunucos, & spadones, contracta, sunt nulla, & inualida. *Sixtus V. const. 59. Cum frequenter.*

Matrimo-

Matrimonia conditionata, prohibita, vel inualida.

Matrimonia cum conditione fieri non possunt, & sunt inualida. 27. q. 2. c. *Quod conditio. c. quicumque. De conditionibus, &c. c. 1. Conc. Lateran. 3. in append. tit. de sponsalibus cap. 12.* (Sed aliquando cum conditione honesta, etiam non apposita, est validum. *ibid.*) *De conditionibus, &c. cap. 1. cap. Super eo, & c. de illis.*

Matrimonium contrahens cum conditione non turpi, potest non sequi, ea non impleta. *De conditionib. &c. c. Super eo.*

Matrimonium habens conditionem turpem, nisi hæc sit contra substantiam matrimonij, non vitiatur, sed habetur pro non apposita. *c. fin. de conditionibus & c. 1.*

Matrimonium factum cum conditione, si postea accedit copula, verum est, & solui non potest. *De conditionibus cap. Per tuas.* Vide, *Conditio.*

Matrimonia plura simul prohibita, & inualida; successiuè valida, & licita.

Matrimonia plura ab eadem persona, successiuè sunt valida, & licita, id est, mortuo primo coniuge. *Lib. 3. const. Apostolic. cap. 2.*

Gregorius 3. in ep. 1. Cum duobus tantum successiuè dixit licitè fieri posse. Sed declaratum est nullum esse præfixum numerum circa pluralitatem matrimonij successiuè, sed posse cum 2. 3. 4. &c. deinceps mortuis primis. 24. q. 3. *cap. An non.* 31. q. 1. *cap. Quomodo. cap. Deus. cap. Aperiant. cap. Quod si dormierit.*

Matrimonia plura simul in veteri lege aliquando fuerunt à Deo permissa multis, etiam iustis, ex Dei reuelatione. *de diuortijs cap. Gaudemus.*

Matrimonia plura simul ab eodem fieri non possunt, viuente prima, & semper sequentia ad primum sunt inualida. *Siricius ep. 1. Innocent. I. ep. 9. Nicolaus I. ad consulta Bulgar. c. 51. Conc. Lucens. 2. c. 80. Concil. Later. 3. in append. tit. De sponsalibus c. 8. 11. 17. 18. 22. & 29.* (etiam si primum erat solum ratum, secundum verò consummatum. *ibid.*) *Conc. Trid. sess. 24. can. 2.* Et diuina lege hoc est prohibitum. Vide, *Poligamia. Poliuria. De sponsa duorum c. 1. & primæ adherendum. ibid.*

Matrimonium faciens cum vxore alterius, quomodo puniendus. *De sponsa duorum cap. Accepisti.*

Matrimonium secundum, viuente prima, fieri non potest, & est inualidum, etiamsi prima fuit dimissa propter fornicationem, siue propter aliud. 28. q. 2. *c. Si quis.* 30. q. 5. *cap. Qualis debeat.* 31. q. 1. in textu ipso. 32. q. 7. *c. Licite. cap. Apostolus. cap. Fieri. cap. Dominus. cap. Fidelis. c. Tantum. cap. Vsque adeo. cap. Omnes. Conc. Florent. in fine in decr. Eugenij IV. de vnione Armenorum. Concil. Colon. 2. par. 7. c. 42. Conc. Mileuit. c. 17. Conc. Afric. cap. 6. Concil. Mogunt. 4. 36. Conc. Trid. sess. 24. cap. vnic. & can. 2. & 7.* Et hoc ex doctrina Christi, & Ecclesiæ. *ibid.* Et dicens Ecclesiam errare, dum hoc docet, est anathema. *ibid. De eo qui duxit, cap. Ex literarum.* Si faciat, nec etiam prima mortua, potest validari. *ibid.*

Matrimonium factum cum secunda post sponsalia, & copulam cum prima, est inualidum, neque illa prima mortua fieri potest nouum cum hac secunda. *Conc. Lateran. 3. de sponsalibus c. 2. & 13. item de sponsalibus secundò c. 1. & 3.*

Matrimonium secundum fieri non potest pendente lite cum prima, & est nullum. *Concil. Later. 3. in append. p. 50. c. 41. de sponsa duorum. c. Tua fraternitas. De sent. & re iudic. c. Tenor literarum. De sponsalibus cap. cum in Apostolica.*

Matrimonium secundum fieri non potest, nisi probata inualiditate primi. *De sent. & re iudic. c. Tenor literarum. de regularibus c. Veniens.*

Matrimonium secundum fieri non potest quandiu quis est incertus de morte primi coniugis, neque vllus annorum numerus in hoc valet præscribi. *de sponsalib. & c. c. In præsentia. de secundis nuptijs. c. Dominus.* Vide, *Præscriptio.*

Si facto matrimonio secundo, reperitur primus coniux, illi redditur vxor. *de sponsalibus, &c. c. cum in Apostolica.* Vide, *in sequenti titulo.*

Matrimonium secundum factum viuente prima, est nullum, sed si hæc non est machinata in mortem primæ, & illam nesciebat, potest ea mortua cum nouo consensu fieri matrimonium. *de eo qui duxit. cap. Veniens.*

Vide, *Vir circa plures vxores.* Vide, *Vxorum pluralitas.* Vide, *Poligamia.* Vide, *Præscriptio.*

Matrimonia facta cum errore, quando prohibita, & quando inualida.

Matrimonium factum cum errore personæ, est inualidum. 29. q. 1. *cap. vn.*

Matrimonium factum cum errore libertatis coniugis ignoranter, est inualidum, secus si scienter. 29. *quæst. 2. cap. Si fœmina. De coniugio seruorum c. fin. & c. Proposuit.* Si verò probetur libertas est validum. *ibid. cap. cuius rei.*

Si fingitur seruitus, non iuuat. 29. q. 2. *c. Perlatum est.*

Si post notitiam seruitutis consentiunt, vel habent copulam, conualidatur. *de coniugio seruorum. cap. Proposuit.*

Matrimonium factum cum errore, eo quod alter coniux putabatur mortuus illo redeunte relinquitur secundus, & per censuram cogitur redire ad primum. 34. q. 1. *cap. cum per bellicam, & c. cum in captiuitate.*

In hoc casu neque mulier est adultera, neque secundus vir inuasor. *ibid.*

Matrimonium factum cum errore qualitatum, vt si coniux putatur virgo, casta, nobilis, diues, &c. & non sit talis, non redditur inualidum per hoc. 29. q. 1. *c. vnico.*

Vide, *Errans.* Vide, *Errare.* Vide, *Vxor nubens alteri putans, &c.*

Matrimonia clandestina, quando prohibita, vel inualida.

Matrimonia clandestina, licet semper fuerint prohibita, non tamen semper inualida; sed quando Ecclesia cœpit ea inualidare. *Conc. Later. 3. p. 50. c. 17. Ex quo* verò ab Ecclesia fuerunt irritata, cœperunt esse inualida. *Conc. Triden. sess. 24. de reform. matrim. c. 1.*

Matrimonia tàm nobilium, quàm ignobilium publicè sunt facienda in facie Ecclesiæ, non clandestinæ, sed coram Sacerdote. *Post ep. Hormisdæ cap. 2. Leo IV. de cura pastorali in homilia. 30. q. 5. c. Nullus fidelis. cap. Aliter. c. Nostrates. cap. Qualis debeat, &c. Concil. Foroiulien. c. 8. Concil. Vernense c. 15. Concil. Later. 3. in append. de sponsalib. cap. 28. par. 49. c. 10. Concil. Later. 4. c. 51. conc. Londin. 1. c. 11. concil. Tolet. 22. c. 17. conc. colon. 2. par. 7. c. 43. & 44. colonien. 3. tit. censuræ c. 31. Conc. Mogunt. 4. c. 37. Conc. Trident. sess. 24. de reform. matrim. c. 1. Nicolaus I. ad consulta Bulgar. c. 3. & in decr. de matrimon. c. 4. de clandestina desponsatione, c. cum inhibitio.*

Matrimonia clandestinè facta, sunt inualida. *Conc. Trident. sess. 24. de refor. matrim. c. 1.*

Præsumens clandestino, vel alias prohibito matrimonio copulari, excommunicandus est, & pecuniaria pœna mulctandus. *Concil. Lateran. 4. c. 51. concil. Tolet. 22. cap. 17. concil. colon. 2. par. 7. cap. 43. concil. Senonens. in decr. morum cap. 39.*

Præsentes, iuuantes, vel consilium dantes pro matrim. clandestino, ipso facto sunt excommunicati. *conc. Senon. ibid. conc. colon. 2. p. 7. cap. 43.*

Sacerdos aliter faciens suspenditur ab officio. *conc. colon. 3. tit. censuræ c. 33.*

Publicitas matrimonij consistit in hoc, vt scilicet fiat in facie Ecclesiæ coram Parocho, vel alio de licentia Parochi, vel Ordinarij: prius autem tribus vicibus faciendæ sunt proclamationes (vel si vrget necessitas, cum dispensatione Episcopi saltem vna) in tribus festis distantibus, vt sciri possint impedimenta. Si reuelentur impedimenta, non fiat coniunctio, & separentur sponsi, alias deferantur ad Episcopum, qui per censuras, &c. cogit eos ad hoc. Si reuelentur impedimenta post factum coniugium & reuelantes aderant, quando proclamationes fiebant, non admittantur, nisi, &c. *conc. Mogunt. 4. c. 37. conc. Trid. sess. 24. de refor. matrim.*

matrim. c.1. Si non celebretur coram Parocho, vel alio de eius licentia, vel Ordinarij, & coram duobus testibus, non est publicum, sed clandestinum, & inualidum. *ibid.*
Parochus autem, vel alius Sacerdos de eius licentia, præsens matrimonio sine testibus, quomodo puniendus. *Concil. Trid. ibid.* Item si differant proclamationes. *Conc. Mediol. 1. par. 2. tit. Quæ ad sacram. matrim. pertinent.*
Si alteri detur licentia coniungendi, à Parocho vel Episcopo, fiat in scriptis & notetur in libro. *Conc. Mediol. ibid.*
Aliæ solemnitates obseruandæ in celebratione matrimonij, quæ. Vide, *Matrimon. quibus solemnitatibus, &c.*
Matrimonio clandestino, vel aliàs prohibito assistens Parochus, vel alius, siue sæcularis, siue regularis, per triennium suspenditur ab officio. *Conc. Later. 4. c. 51.*
Præter Parochum, vel alium de licentia Parochi, vel Ordinarij, nullus potest matrim. coniungere sub pœna suspensionis ab officio, arbitrio Episcopi Parochię, siue sit regularis, siue sæcularis. *Conc. Trid. de refor. matrim. sess. 24. c. 1.*
Vide, *Parochus*. Vide, *Coniugium*. Vide, *Consanguinei*.

Matrimonia prohibita ratione criminis, & quæ inualida.

Matrimonia cum adultera, quę promisit contrahere post mortem primi, non potest fieri, & est inualidum. *Conc. Triburien. 1. cap. 40. & 51.*
Matrimonium non potest contrahi ab eo, qui mortem coniugis machinatus est. *de diuortijs. c. 1. de conuersione infidelium cap. 1. De eo qui duxit. c. Super hoc.*
Matrimonium cum adultera, quæ fuit causa mortis primæ, vel fidem dedit de contrahendo mortua illa prima, est prohibitum, & si fiat, inualidum. *Conc. Later. 3. in append. tit. de sponsalibus c. 16. & tit. De sponsalibus secundo c. 2. Nicolaus 1. ep. 28.* Etiam si tales personæ sint Reges. *ibid. De conuersione infidelium c. 1. de eo qui duxit c. Super hoc.*
Matrimonium est inualidum, si fiat cum aliqua coniugata, cum qua priùs habita est res, si ille, vel hęc machinata est in mortem primi viri, vel dedit fidem de accipiendo eum post mortem primi. *Conc. Later. 3. De sponsalibus secundo c. 2. De eo qui duxit cap. Super hoc.* Etiam si per decennium cum ea habitauit. *ibid. c. Cum haberet.* Secus est si fidem non dedit, quia tunc est validum. *ibid. c. Significauit.*
Matrim. fieri non potest ab adultero cum ea quam cognouit. sed instantiam mulieris, non viri, potest separari. *De eo qui duxit c. 1.* Vide, *Mulier*.

Matrimonia ratione raptus prohibita, & quæ inualida.

Matrimonium fieri non potest inter raptorem, & raptam per vim, & est nullum, & prohibitum est tale matrimonium, quandiu rapta est in possessione raptoris. Si verò separetur, & ponatur in loco tuto, & consentit accipere raptorem in virum, est validum. *concil. Trident. sess. 24. de reform. matrim. cap. 6.* Vide, *Rapta*. Vide, *Raptor*.

Matrimonia ex alijs rationibus prohibita.

Matrimonium fieri non potest cum Presbytera, vel Diacona, id est relicta à Presbytero, vel Diacono, sub pœna anathematis. *conc. Rom. sub Gregorio 2. c. 1.*
Matrimonium fieri non potest cum filijs adoptiuis, durante adoptione. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 2. & 3. & in decr. de impedim. matrim. c. 3. de cognatione legali c. vn.*
Neque inter duos filios, quorum vnus sit adoptiuus, altera vera, donec adoptiuus emancipetur. 30. *q. 3. c. Per adoptionem. De cognatione legali cap. vn.*
Matrimonium fieri non potest inter mulierem, & interfectorem primi viri. *Gregor. 7. lib. 7. epist. 9.* Si ex causa matrimonij interfecit. Vide, *Matrimonia prohibita ratione criminis.*
Sed potest fieri si in bello, vel alio casu occidit. *De conuersione infidelium cap. 1.*
Matrimonium fieri non potest cum coniuge non habente certam sedem, nisi facta diligenti inquisitione, & delata ad ordinarium iste concedat, vt fiat. *concil. Tridentin. de refor. matrim. sess. 24. cap. 4.*
Matrimonium fieri non potest cum compatribus catechismi, sed factum non soluitur. *de cognatione spirituali in 6. cap. Per catechismum.* Vide, *Compatres*. Vide, *Cognatio spiritualis*.
Matrimonium fieri non potest cum aliqua cognita viuente prima, si fidem dedit de faciendo matrimonium cum ea. *De eo, qui duxit. cap. cum haberet. & c. Super hoc.*
Si vero fidem non dedit, tenet matrimonium, si fiat. *ibid. c. Significauit.*

Matrimonia, quibus prohibentur in pœnam.

Matrimonium faciens in gradu prohibito, vel clandestinè, eo separato, per totam vitam, etiam mortua illa prima, est inhabilis ad contrahendum matrimonium cum quacumque. *Post ep. 3. Fabiani. Calistus 1. ep. 2. 35. q. 2. cap. Quædam. cap. Qui propinquam, & cap. De propinquis. concil. Foroiulien se c. 8. conc. Mogunt. sub Leone 4. cap. 29. concil. Vormatien. 1. c. 63. conc. Lateran. 3. in append. tit. De eo, qui consanguineam c. 1. 4. & 5.*
Si verò inaduertenter, seu ignoranter fecit tale matrimonium, eo separato, potest ad secundas nuptias transire. *Post ep. 3. Fabiani.*
Matrimonium adultero prohibetur cum ea, quam cognouit. *De eo qui duxit cap. 1.*
Matrimonium adulteri, si muliere inscia de adulterio factum fuit, non potest separari ad instantiam viri, sed vxoris. *de eo, qui duxit cap. 1.*
Matrimonium facere non possunt isti. Qui rem habuit cum filiastra. Qui cum sorore vxoris. Qui cum nuru. cum cognita à duobus fratribus. cum ea, quæ à patre, & filio. qui cum relicta auunculi, vel patrui. qui cum priuigna. qui cum alijs in gradu prohibito. 32. *q. 7. c. Si quis viduam.* Qui cum nouerca. *ibid. c. Si quis cum Nouerca.*
Neque mulier, quæ scienter à patre, & filio est cognita. 34. *q. 1. cap. vlt.*
Matrimonium facere non potest, occidens vxorem. Vide, *Occidens vxorem*.
Matrimonium numquam facere potest, qui cum Moniali rem habuit. 27. *q. 1. cap. Hi ergo.*
Matrimonium numquam facere potest, qui rem habuit cum desponsata à fratre. 27. *q. 2. c. Quidam.*
Matrimonium facere numquam potest, qui duas fœminas matrem, & filiam cognouit. Vide, *Carnalis copula*.
Pœnitentes publici non possunt facere matrimonium, tempore pœnitentiæ. 33. *q. 2. cap. De his. & cap. Audiuimus.* At si non possint continere, dispensentur. *ibid. c. In adolescentia, & cap. Si quis.*
Matrimonium faciens cum secunda, viuente prima, nec etiam prima mortua, potest eum ducere secunda. *De eo qui duxit cap. Significauit.*
Matrimonium facere non potest, qui duas sorores cognouit: neque ipsę mulieres, si vna sciebat de altera. *conc. Vormat. 1. cap. 63.* Sed *Nicolaus 1. in decret. tit. De pœnitentia c. 5.* dicit post pœnitentiam posse cum alia muliere contrahere. Vide, *Soror*.
Matrimonium numquam facere potest, ducens in vxorem relictam fratris, nec etiam hoc separato. *concil. Tribur. 1. cap. 44.*
Matrimonium numquam facere potest, qui matrem, sororem, vel filiam vxoris cognouit. *conc. Later. 3. in append. tit. De eo, qui consanguineam c. 1. & 4.* Si matrem cognouit ante vxorem, hac mortua potest alteri nubere. *ibid. c. 4.* Secus si post.
Neque qui consobrinam vxoris cognouit, si id sit publicum. *concil. Later. 3. vbi supra cap. 5.* Secus vero si sit occultum. *ibidem.*
Neque adultera dimissa ob hoc, vmquam potest nubere. 32. *q. 7. cap. Hi verò.*
Si quis post matrimonium ratum cum puella intra annos nubiles, contrahit cum matre, & postea carnaliter etiam cognoscit

gnoscit puellam, & ista scit copulam matris, omnes remanent perpetuò inhabiles ad faciendum matrimonium. *De eo, qui cognouit. c. Ex literis, & cap. fin.*

Vide, *Vir carnaliter, &c.* Vide, *Matrim. quo ad torum, in fine.* Vide, *Vxoratus, in fine.*

Matrimonia quo ad torum, quibus ex causis separanda, & quando non.

Matrimonium quo ad torum separari potest ex mutuo coniugum consensu, ex causa diuini amoris. *Nicol. 1. in decr. tit. de matrim. c. 2. 27. q. 2. c. Scripsit.*

Matrimonium quo ad torum separari potest ex causa fornicationis, seu adulterij alterius coniugis. *Gregorius 1. lib. 9. ex regest. ep. 39. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 96. 30. q. 5. cap. Qualis debeat. 32. q. 7. cap. Licitè. cap. Apostolus. cap. Fieri. cap. Dominus. cap. Omnes. cap. Fidelis. cap. Tantum. & cap. Vsque adeo. 33. q. 1.* in textus initio. *q. 2. c. An quod.* (& in his casibus dimittitur coniux, & sic etiam quo ad cohabitationem separatur.) *De diuortijs cap. Ex literis.* Sed si vir etiam est fornicatus, reintegratur matrimonium. *ibid. & de adulterijs cap. Intellexi-mus. & cap. fin.*

Matrimonium separandum quo ad torum, si fit cum consanguineis, quandiu constet de veritate. *conc. Later. 3. in append. tit. De sponsalibus c. 19.* & sic dicendum de omni contracto cum impedimento, donec constet non adesse. *concil. Trident. vt infra.*

Matrimonium quo ad torum separatur, si habens vxorem, habet rem cum filiastra, cum matre, vel sorore vxoris; cum nuru, cum filia auunculi, vel relicta ab eo; si cum priuigna; si cum nouerca. *32. q. 7. cap. Si quis viduam. cap. Concubuisti. cap. Si quis cum nouerca. conc. Later. 3. in append. tit. de eo, qui consanguineam c. 1. & 4. par. 50. c. 4.*

Item separatur, si vxor habet rem cum fratre viri, vel si cum patre viri. *ibidem.*

Si vir cognoscit vxoris consanguineam in 3. gradu, non separatur, sed pœnitentia ei imponitur. *conc. Later. 3. ibid. c. 4. & par. 50. c. 5.*

Si vir cognoscit matrem vxoris, antequam cognouerit vxorem, hac mortua potest alteri nubere, sed non potest vxori copulari (sine dispensatione) si postquam vxorem cognouit, numquam potest amplius nubere. Si verò sit occultum, & vxor eius non possit induci ad continendum se, potest debitum reddere, sed non potest petere. *conc. Later. 3. de eo, qui consanguineam cap. 4. & 7.* item *par. 50. c. 4. De eo, qui cognouit. c. Tuæ fraternitatis. c. fin.*

Idem existimo dicendum de alijs copulatis cum consanguineis illicitè: quod scilicet, si vxores non volunt continere, viri sic maculati, si delictum sit occultum, tenentur reddere debitum; sed non possunt petere.

Idem de viro cognoscente sororem vxoris. *de eo, qui cognouit c. Veniens, & c. Tuæ fraternitatis.* Dummodo vxor ignoret talem copulam cum matre, vel sorore.

Item separatur quo ad torum, si accipitur consobrina mulieris carnaliter cognitæ, si sit publicum hoc crimen; si verò sit occultum, permittitur cum ea permanere. *conc. Later. 3. ibid. De eo, qui consanguineam c. 5.*

Interdum viro cognoscenti sororem vxoris, imponitur peregrinatio Terræ Sanctæ, & matrimonium non separatur. *conc. Later. 3. par. 50. c. 5.*

Matrimonium separandum est quo ad torum ex causa hæresis, sed Ecclesiæ iudicio. Quod si separatio facta sit absque spe redintegrandi matrimonij, etiam si lapsus ad fidem veniat, non tenetur coniux ad eum redire. Secus si separatio facta sit ad emendationem, quia tunc tenetur. *conc. Later. 3. par. 50. c. 60. De diuortijs cap. De illa.*

Matrimonium contrahens in gradibus prohibitis, si consummauit, separetur, & spe gratiæ careat. etiam si ignoranter hoc acciderit negligens ptoclamationes requisitas. *concil. Trident. sess. 24. de refor. matrim. cap. 5.*

Si verò factæ sunt proclamationes, & impedimentum latens non fuit cognitum, facilius postea dispensetur, si innotescat. *conc. Trident. ibid.*

Matrimonium non est separandum, ob leues causas. *De rere iuran. c. Tua nos il 2. & cap. consanguinei de sent. & re iud.*

Matrimonij separationem affectans. Vide, *Vxoris obligationes.*

Matrimonia solui, & separari possunt quo ad torum ob multas causas ab Ecclesia cognoscendas. & contrarium dicens, est anathema. *conc. Trid. sess. 24. can. 8.*

Matrimonia separata ex fornicatione, quando possunt reconciliari. Vide, *Vxor dimissa.*

Nota quod in præfatis separationibus tori ob copulam cum consanguineis, aliquando iudicatum est, quod coniux innocens potest cum alio contrahere (& sic etiam vinculum solui) sed semper fuit in vsu, & praxi Ecclesiæ oppositum, scilicet vinculum numquam solui. & prima resolutio habetur in *32. q. 7. c. Si quis cum Nouerca. & c. Vxor.*

Matrimonio separato, quando potest alia duci. Vide, *Vir circa dimissionem.* Vide, *Vxor repetens virum.*

Matrimonium contractum contra decretum iudicis ob consanguinitatem, separatur, donec de causa cognoscatur. *De matrim. contracto contra, &c. c. De muliere.*

Matrimonium factum cum patre puellæ (cum qua erat contractum intra annos nubiles, aliud matrimonium) separatur & soluitur; at si puella fuit cognita carnaliter post matris cognitionem, separatur perpetuo, & omnes, scilicet vir, mater, & puella remanent inhabiles ad faciendum aliud matrimonium, etiam mortuo viro. *De eo, qui cognouit. cap. Ex literis, c. fin.*

Matrimonio separato, quid faciendum de dote. Vide, *Do.* Vide, *Matrimonium cum dote.*

Vide, *Diuortium.* Vide, *Parentela.* Vide, *Torus.* Vide, *Vir carnaliter.* Vide, *Vir circa vxorem infidelem.* Vide, *Vir circa dimissionem.* Vide, *Vxoris dimissio.*

Matrimonia rata, vel consumata, quando solui possunt quo ad vinculum, & quando non.

Matrimonia omnia inualida (cum sint nulla, & non ligent) ex ipso soluta intelliguntur. imo multi ex taliter contrahentibus fiunt etiam inhabiles ad contrahendum cum alijs. Vide, *in præcedentib. titulis, Matrimonia prohibita.*

Matrimonium ratum soluitur quo ad vinculum per ingressum Religionis, etiam alterius coniugis, & professionem in ea, etiam sine consensu alterius. Et qui remanet potest cum alio contrahere. *Conc. Later. 3. in append. tit. De coniugatis c. 1. 8. & 9. p. 50. c. 30.* (si tales contrahentes nolunt intrare in Religionem, tenentur consumare matrimonium. *ibi.*) *De conuersione coniugatorum c. Verum post, & c. Ex parte. conc. Trid. sess. 24. c. 6.*

Matrimonium quodcumque separatur quo ad vinculum, si vterque coniux vouet, & profitetur Religionem. si verò alter tantum vouet Religionem, post copulam non separatur, neque quoad torum, neque quo ad vinculum. *Greg. I. l. 12. ex regest. ep. 39. Nicolaus 1. epist. 48. & 51. in decr. de impedim. matrim. c. 1. 27. q. 2. c. Scripsit.* & *c. Sunt qui dicunt. De conuersione coniugatorum c. Ex parte.*

Matrimonium ratum potest quo ad vinculum, solui ob impotentiam coeundi; si probatur, numquam inter eos præcessisse copulam. *27. q. 2. c. Quod autem. 31. q. 1.* in textu. *33. q. 1. c. Si quis accepit.* Qui verò coniux potest coire, cum alio nubit. *32. q. 7. c. Quod proposuisti,* & alijs. *ibid. conc. Lateran. 3. in append. p. 50. cap. 28. de frigidis, & maleficiatis cap. fin.* & alijs, vt infra.

Vide, *Frigiditas.*

Alia matrimonia rata, quando separari possunt. *27. q. 2. cap. Desponsatam, & c. Decreta.*

Matrimonium ratum tantum solui potest, si probetur, alterum coniugem esse maleficiatum, ita vt coire non possit, & numquam inter eos præcessisse copulam. & coniux libera, eo separato potest cum alio contrahere. *33. q. 1. c. Requisisti. & cap. Si per sortiarias.* Et si primus post sententiam separationis conualescat, nullum habet ius ad separatam. *ibid.* Si autem primus separatus cum alia copulatam habeat cogitur redire ad primam, & pœnitentia ei, &c. iis qui iurauerunt eum non posse, quomodo imponenda. *ibid. c. Re-*

c. Requisisti. De frigidis, &c. c.1. c. Quod sedem. c. Consultationi. c. Laudabilem. & c. fin.

Matrimonium ratum, aliquando propter frigiditatem solui potest; & aliquando non. *Conc. Later.3.p.50. c.28. 33.q. 1. c. Requisisti.*

Matrimonium contractum post votum solemne, soluitur, quia nullum. *Qui clerici, &c. c. Meminimus. c. Consuluit, & c. Rursus.*

Matrimonia inter cognatos in gradu prohibito (ideſt vsque ad 4.) separanda per Episcopum, requirunt, vt impedimentum parentelæ probetur. *35.q.6.c.Notificamus, & c.Si duo. Conc. Later.3. in append. p.50. c.29.* Quomodo probanda est parentela. Vide, *Parentela.*

Matrimonia in gradu prohibito non omnia soluenda, sed aliqua dispensanda. *Gregor. l. l.12. ep.31. c.7.*

Matrimonia inter consanguineos, ex superueniente impedimento non semper soluenda, sed aliquando dispensanda. *de eo, qui cognouit. c. Discretionem.*

Matrimonio soluto, ex licita causa, quando, & quomodo, vterque coniux post annum, potest cum alio contrahere. *Conc. Later.3. in append. p.50. ca.46.* Sed hoc cautè intelligendum, est, cum scilicet fuit nullum. si enim validum; non potest per hominem solui vt ait *Adria.II. ep.6.* & idem *Conc. Lateran.3. in append. tit. de sponsalibus cap.8. 11. 17. 18. 22. & 29.*

Matrimonium ratum factum ab aliquo habente insanabile impedimentum, potest solui. *De frigidis, &c. cap. Ex literis.* Vide, *Frigiditas.*

Matrimonium solui potest per conuersionem alterius infidelis ad fidem, altero remanente infideli. *28. quæst.2. cap. Si infidelis. De diuortijs cap. Quanto te.* & cum alio potest contrahi. *ibid.*

Matrimonium ratum soluitur propter arctationem mulieris. Sed si per artem, aut miraculum dilatatur, reintegratur. *De frigidis, &c. c. Fraternitatis & c. Literæ.*

Matrimonio soluto, quid fit de dote. Vide, *Matrimonia cum dote.*

Matrimonia consumata, vel rata tantum, in alijs casibus, solui non possunt quo ad vinculum.

Matrimonium legitimum factum coram Parocho, &c. etiam ratum tantum, solui non potest quo ad vinculum, etiam si fiat secundum. & in hoc habeatur copula. *Concil. Later. 3. in append. tit. de sponsalibus c.11.17. 18. 22. & 29. 27. q. 2. c.Scripsit. 31. q.2. c. Lotharius. De sponsa duorum c. Licet. & c. fin.* Vbi nota, quod ibi dicit *Alex.III.* Licet aliquando aliter fuerit iudicatum à præcessoribus, id est, vt priuatis doctoribus, non per decretum generale factum à Papa.

Neque à Papa potest solui (præsertim consummatum) sit est legitimum. *Adrian.II. ep.6.*

Matrimonium à Deo institutum est indissolubile in statu innocentiæ. *De voto in 6. c.vn.*

Matrimonij vinculum, nec inter Græcos potest solui. *Clemens 8. const.34. Sanctissimus. §.5.*

Matrimonia omnia inualida soluuntur (nisi dispensentur) sed impropriè dicuntur solui, quia numquam fuit contractum ligamen.

Vide, *Matrim. prohibita, per omnes titulos præced.*

Matrimonium consumatum, ex consensu coniugum solui potest, quo ad hoc tantum, vt si voueant, vel profiteantur Religionem. aut continentiam, non possint se exigere de debito. (At neuter alio viuente, potest aliud matrimonium facere.) *Conc. Lateran.3. in append. part.50. c.24. & 41.*

Matrimonij vinculum non soluitur per hoc quod alter coniugum vouet Religionem, etiam si id faciat cum consensu alterius, si erat consumatum. *Greg. I. l.12. ep.39. Nicolaus 1. epist. 48. & 51. in decret. tit. De imped. matrim. cap.1. Conc. Later.3. in append. tit. de coniugatis c.9. tit. De Monialib. c.3. p.50. c.41. de conuers. coniug. c. Ex parte.*

Matrimonium separatum ob aliquod crimen, non soluitur quo ad vinculum. *De diuortijs c. Quæsiuit.*

Matrimonij vinculum solui non potest ob sterilitatem alterius coniugis. *32.q.7. c. Tantum valet. conc. Lateran.3. tit. De sponsalibus c.24.*

Matrimonij vinculum solui non potest ob dementiam, si sani erant coniuges, quando contraxerunt. *30. q.1. cap. Nosse. 32. q.7. cap. Hi qui matrimonium. Nicolaus 1. in decr. de matrim. c.1.*

Matrimonium leprosorum non soluitur quo ad vinculum. *De coniugio leprosorum c.1.* Vide, *Leprosi.*

Matrimonium non semper soluitur ob frigiditatem. *conc. Later.3.p.50. c.28. 33.q.1. c.Requisisti.* Vide, *Frigiditas.* Vide, *in præced. tit.*

Matrimonij vinculum non soluitur propter fornicationem, seu adulterium coniugum. *30. q.5. c.Qualis debeat. 32. q.7. c. Licitè. c. Apostolus. c. Fieri. c. Dominus. c. Omnes. c. Fidelis. cap. Tantum. c. Vsque adeo.* (Et ideo si quo ad torum diuidantur, altero viuente non possunt cum alio nubere. *Conc. Mileuit. c.17. conc. Afric. c.69. conc. Foroiulien. c.1. ex Hier. in c.19. Matthæi. Conc. Tribur.1, c.46. Conc. Later.3. in append. p.50. cap.22. 27.q.2. cap. Scripsit. Conc. Florent. in decr. Eugen.IV. de vnione Arm. conc. colon.2. part.7. c.42. Conc. Mogunt.4. c.36. Conc. Trid. sess. 24. c.7.* Et dicens quod Ecclesia non possit ita declarare, aut erret, anathema est. *ibid. de eo, qui duxit. c. Ex literarum.* Et si facit secundum viuente prima, non potest validari, etiam si prima moriatur. *ibid.*

Et ideo facta illa dimissione, non potest alteruter alio viuente, nubere cum alio. *ibid.*

Matrimonium consumatum, per superuenientem infirmitatē, non potest solui quo ad vinculum. *Conc. Aurel.2. c.11.*

Matrimonij vinculum non soluitur, etiam si superueniens infirmitas reddat coniugem deformem, vel horrendum. *32. q.5. c. Horrendus, c. Si vxorem, & cap. Quidquid. Conc. Trid. sess.24. can.5.*

Matrimonij vinculum non soluitur per hoc, quod pater tenuit filium in fonte, sed grauis pœnitentia est illi imponenda. *Nicolaus I. in decret. de impedim. matrim. c.2. de cognatione spirituali c. Si vir.* (Licet Deus-dedit in epist. vnica, dixerit posse solui post annum.)

Matrimonia seruorum legitima, solui non possunt quo ad vinculum. *29. q.2. c.vltimo. q.3. c. Dictum est. Conc. Turon. 3. cap.30. Concil. Later.3. tit. De sponsalibus secundo c.7.* etiam facta inuitis dominis. *ibi. de coniugibus seruorum,* sed non liberantur à seruitute. *ibid.* Vide, *Serui.*

Matrimonio facto, si alter coniux fingit se seruum, non soluitur vinculum matrimonij. *29. q.2. c. Perlatum est.*

Matrimonium factum cum altero, habente simplex votum castitatis, non soluitur. *Dist.27. c. Quidam. 27.q.1. cap. Nuptiarum. Conc. Lateran.3. in append. tit. De coniugatis cap.5.* etiam si sit nouitius. *ibid. De sponsalibus secundo capit.3.*

Matrimonium inter filios compatris, & commatris inaduertenter factum non soluitur. *30. q.3. c. vlt.* Sed dispensatio Papæ petitur. Vide, *Matrimonia prohibita ratione cognationis spiritualis.*

Matrimonij vinculum non soluitur ob errorem qualitatum naturæ, vel fortunæ coniugis, vt si putatur virgo, casta, diues, nobilis, &c. & non sit. *29. q.1. c.vn.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione erroris.*

Matrimonium non soluitur per compaternitatem Catechismi, licet impediatur, ne fiat. *De cognatione spirituali c. Contracto. & c. Per Catechismum,* & sub eodem *titulo in 6.c. Per Catechismum.*

Matrimonium solui non potest per hoc, quod sponsalia cum alio coniuge facta erant, nisi copula etiam fuerit, (sed pœnitentia est imponenda.) *Conc. Later.3. in append. tit. De sponsalib. c.2. & tit. de sponsalib. secundo c.1. & 3.* & si fuit copula, ad primam redire tenetur, & soluitur secundum.

Matrimonium non soluitur per hoc, quod factum à filijs sine parentum consensu. *Concil. Mogunt.4. cap.36.* Sed debet peti consensus parentum, vt licitè fiat. *ibid. cap. 37.* Vide, *Matrimonia quo consensu, &c.*

Matrimonium non soluitur de necessitate per baptismum susceptum. *28. quæst.2. cap.1. & c.Si quis habuerit. Concil. Meldense c.51. Conc. Triburiense 1. cap.39.* Sed in eadem

28. q.2. c.*Si infidelis*, habetur, quod si infidelis venit ad baptismum, & coniux remanens obstinatur in infidelitate, soluitur matrimonium: & aliud potest à fideli contrahi. Aduerte: quod hoc dictum asseritur esse S.Gregorij,& tamen apud eum non reperitur, sed apud S. Ambrosium in caput 7. primæ Corinth. vt in eodem textu in notis habetur. Idem habetur. *De diuortijs cap. Quanto te. & cap. Gaudemus*.

Matrimonium non soluitur per hoc,quod quis cum alia(etiam desponsata) habuit extraordinariam pollutionem,si non habuit copulam. 35. q.2. c. *Extraordinaria*.

Matrimonium factum cum matre puellæ desponsatæ ante septennium, quæ postea noluit consentire, non soluitur ex publica honestate. Secus si septennis fuit desponsata. & in hoc est necessaria dispensatio Papæ. *Conc. Later.3. tit. De sponsalibus c.7.*

Matrimonium factum cum puella proxima ætati nubili, si adsit copula, & postea hæc non vult consentire; si parentes fatentur tempore matrimonij, eam fuisse ætatis nubilis, & vir iurat cognouisse eam, ei creditur, & matrimonium non soluitur. 33. q.1. *cap. Si quis accepit. Conc. Later.3. in append. tit. de sponsalibus c.10.*

Matrimonium factum cum conditione honesta, si copula intercedit, etiam si conditio non opponitur, non soluitur. *Conc.Lateran.3. in append. tit. de sponsalibus c.12.* Vide, *Matrimonia conditionata*.

Matrimonium inter consanguineos etiam in 4. gradu consumatum inscienter, si per 18. vel 20. annos adfuit cohabitatio, non soluitur. *Concil.Lateran.3. de sponsalibus c.30.p. 50. c.26. & tit. de testibus cogendis c.23.* etiam si vxor cogitur iurare parentelam. *ibid. p.50. c.26.*

Matrimonia cum sorore simplicis sponsæ iam mortuæ, non soluitur. *Conc. Later.3. in append. tit.De sponsalibus c.27.*

Matrimonium factum cum sorore alicuius (cum qua intercesserat matrimonium ratum tantum, & est iam mortua) non soluitur. *Conc. Later.3. in append. tit. De sponsalibus secundò c.5.*

Matrimonium factum ex metu cadente in constantem virum, si est ratum tantum, soluitur. *Conc. Later.3. in append. de sponsalibus secundo c.1. & 2.* Si postea consentiunt, est validum. *De sponsalibus. &c. c. De muliere.*

Item conualidatur, si postea spontaneè cohabitant. *De sponsalibus, &c. c. Ad id.* Vide, *Matrimonia ratione inuoluntarij, &c.*

Matrimonium non soluitur,per hoc, quod vir cognoscit vxoris consanguineam in 3. gradu: sed pœnitentia est ei imponenda. *Conc. Later.3. tit. De eo, qui consanguineam c.1.*

Matrimonium de præsenti non soluitur ob sponsalia de futuro facta cum alio. *Conc. Later.3. tit. De sponsalibus secundò. c.41.*

Matrimonium non soluitur per hoc, quod dos promissa non fuit data. *Conc. Later.3. de sponsalibus secundò c.8.*

Matrimonium solui non potest ex absentia viri. Vide, *Vxor absente viro*. Vide, *Præscriptio. Conc. Trid. sess.24.can.5.* Vide, *Matrimonia plura*.

Matrimonium non soluitur, si vxore contradicente, vir probet esse sibi nuptam, & semper tractatam vt vxorem, & id probat per vicinos. *Conc. Later.3. p.50. c.42.*

Matrimonium non separatur, si factis sponsalibus mulier fuit cognita carnaliter, & ante annum non reclamauit. *Qui matrim. accusare, &c. c. Insuper.*

Iurans facere matrimonium cum aliqua, si postea facit cum alia, hoc secundum tenet & non soluitur. *Conc. Later.3. part.50. cap.43.*

Matrimonium non soluitur si vxor fuit cognita à fratre viri, & hoc sit occultum. *conc. Later.3. p.50. c.49.* Vide, *Matrimon. prohibita ratione affinitatis*.

Matrimonium in gradu secundo, vel tertio,affinitatis non soluitur. *Conc. Lateran.4. cap.50.* Vide, *Matrimon. prohibita ratione affinitatis*. Vide, *Affinitas*.

Matrimonium inter filios secundæ vxoris, & cognatos viri, non soluitur. *Conc. Later.4. c.50.* Vide, *Affinitas*.

Matrimonium separatū iudicio Ecclesiæ ob hæresim, non soluitur. Imò si separatio facta est sine spe redintegrandi matrimonium, etiamsi coniux fiat Catholicus, alter non tenetur redire ad illum. si verò separatio facta sit ad emendationem, tenetur. *de diuortijs c. quanto te. & cap. De illa. Conc. Later.3. p.50. c.63. conc. Trid. sess.24. can.5.*

Matrimonium non soluitur per hoc, quod non obseruatur consuetudo patriæ, seù regionis circa aliqua externa. *De sponsal. &c. c.1.*

Matrimonium non potest solui per molestam cohabitationem coniugis. *conc. Trid. sess. 24. can.4.*

Matrimonium non soluitur per affinitatem superuenientem. *De eo qui cognouit c.Veniens. c. Tuæ fraternitati, & c.fin.* Vide, *Affinitas*. Vide, *Matr. prohibita ratione affinitatis*.

Matrimonia infidelium facta in gradu prohibito, dum veniunt ad fidem. *De consanguinit. & affinit. c. De infidelibus. De diuortijs c. Gaudemus*. Vide, *Matrim. prohibita ratione diuersi cultus*.

Matrimonium ad confessionem coniugum non soluitur, si dicunt affinitatem præcessisse. *de eo qui cognouit. c.Super eo.*

Matrimonium non soluitur per dictum vnius testificantis de consanguinitate. *De sponsalibus, c. Præterea.*

Matrimonium non soluitur, nec separatur ad dictum vnius testantis affinitatem. *de eo qui cognouit, &c. c. de illo.*

Matrimonium contractum contra interdictum Ecclesiæ, vel iudicis sententiam, non soluitur, sed separatur, donec causa interdicti, &c. cognoscatur; & pœnitentia imponitur. *de matrimonio contracto contra, &c. c.1. c. Ex literis.*

Matrimonium factum cum conditione, etiam si hæc non, impletur si adsit copula non potest solui. *de conditionibus ca. Per tuas*. Vide, *Matrimonia conditionata*.

Matrimonium siue consumatum, siue ratum, non soluitur per susceptionem ordinis sacri. *Extrau. Ioannis XXII. de voto c. vn. Antiquæ*.

Matrimonium non soluitur per hoc, quod coniuges confitentur postea consanguinitatem, nec etiam si vicini. Sed soluitur si personæ dignæ id testentur. *de eo qui cognouit. cap. Super eo.*

Matrimonio soluto, quid faciendum circa dotem. Vide, *Matrim. cum dote*. Vide, *donatio* circa finem. Vide. *Dos.* Vide, *Coniuges 1. & 2.* Vide, *Diuortium*. Vide, *Torus*. Vide, *Vir circa vxorem infidelem*. Vide, *Vxor repetens virum* in fine. Vide, *Vxor circa alia*. Vide, *Vxoris dimissio*. Vide, *Vxore dimissa*. Vide, *Vxoratus*.

Matrimonia cuius auctoritate separanda, quando oportet separari.

Matrimonia (quando adest causa sufficiens) non propria, sed ordinarij auctoritate separanda sunt, vel soluenda. 33. q. 2. c. *Sæculares*. 35. q.6. *cap. Multorum*. *Concil. Later.3. p.50. c.29. Conc. Agathen. cap.25.* Aliter facientes sunt excommunicandi. *ibid. De diuortijs c. Porrò*. Etiam si impedimentum sit publicum. *ibid.*

Matrimonia omnia propter impedimenta dirimentia, à solo ordinario solui, vel separari possunt non ab alijs, sed impedimentum debet esse publicum, seù probatum. *conc. Later. 3. p.50. c.29. De diuortijs c.Porrò*. Etiam si parentela sit publica. *ibid.*

Matrimonium separari, vel solui non potest auctoritate propria, si coniux in hæresim labitur, & compelli potest ad redeundum. *Si* verò auctoritate Ecclesiæ separetur, non potest ad id cogi. *De diuortiis c. De diuortiis. c. De illa. Qui filii sint legitimi. c. Per venerabilem*.

Matrimonij lite pendente, quid agendum de vxore. Vide, *Torus*. Vide, *Lite pendente*. Vide, *Vir circa dimissionem*. Vide in sequenti titulo *Matrimoniales causæ*.

Matrimoniales causæ à quò iudicandæ, & quomodo tractandæ.

Matrimoniales causæ non à sæcularibus, sed ab Ordinarijs Ecclesiasticis iudicandæ sunt. *conc. Later.3. in append. tit. Qui filii sint c.4. conc. Leptinense c.3. Conc. colon.3. tit. De medio sexto. c.3. de excessibus Prælatorum. c. Accedentibus. Conc. Trid. sess.24. can. vlt.*

Matri-

Matrimoniales causæ non per Decanos, vel Archidiaconos, sed per Episcopos iudicandæ. *Conc. Trid. sess. 24. de refor. matrim. cap. 20.*

Non pertinet ad Abbates, vel alios eas cognoscere, sed ad Episcopos tantum, eorumque delegatos. *ibid.*

Matrimoniales causæ fieri possunt simpliciter, & de plano. *Clement. de iudicijs cap. fin.*

Matrimoniales causæ committendæ sunt viris prudentibus, & peritis in iure canonico. *Conc. Oxoniense 1. c. 12. Londinen. 2. c. 3. De consanguinit. & affinit. cap. 1.*

Matrimonialis causa non potest fieri coram arbitro. *De in integrum restitut. cap. Causa.*

Si in causa matrimoniali data sententia, aduocatus contra sententiam facit, vt causam protrahat, priuatur officio aduocati per vnum annum. *Conc. Oxonien. 2. c. 35.*

Dum causa matrimonialis agitur per procuratorem, mulier potest sibi eligere locum securum. *De procuratoribus cap. Accedens.*

In matrimoniali causa si agitur de morte primi, quamdiù expectandum, & quid agendum. *Vt lite non contestata cap. Quoniam §. Si autem.*

In matrimoniali causa si opponitur de consanguinitate, priùs hæc exceptio probanda est, quam ad definitionem causæ procedatur. *De ordine cognitionum cap. 1.*

In matrimoniali causa quando vxor recedit à viro, & opponit de consanguinitate quid agendum. *de restitut. spoliat. cap. Literas tuas.* Vide, *Vxor.*

Matrimoniales causæ non possunt agi, seù tractari extra prouinciam, nec in prima, nec in secunda, vel tertia instantia si pars probet suam paupertatem; nisi pars contraria alimenta, & expensas litis velit submininistrare, & ad hoc se obliget. *Conc. Trid. sess. 24. de reform. matrim. cap. 20.*

In matrimonialibus causis non est recedendum à canonum seueritate. *Honor. 3. ex Cirone, de transactionibus c. 1.*

In matrimonialibus causis non fit compositio. Vide, *Cõpositio.*

Matrimonij causa pendente, quid faciendum de vxore. Vide, *Torus.*

Matrimoniales causæ quo ad restitutionem dotis à iudice Ecclesiastico sunt iudicandæ. *De donationibus inter virum, & vxorem c. Deprudentia.* Vide, *Dos.*

Si matrimonium soluitur, pœna imposita (si matrimonium soluatur) solui non debet, si cum metu, vel vi fuit factum. *De sponsalibus, &c. cap. Gemma.*

Sed aliquando sola matre testificante impeditur, & separatur: *De testibus c. Super eo il 2.* Si sit ratum, si verò consumatum, plura requiruntur. *ibid.*

Vide, *Accusator.* Vide, *Arbitri.* Vide, *Causæ matrimoniales.* Vide, *Matrimonia cuius auctoritate, &c.* Vide, *Sententia.*

Matrimonia inter quas personas fieri possunt valide.

Matrimonium inter seruum, & libertam, vel liberam scienter factum, est validum. *29. q. 2. cap. Omnibus. cap. Si quis liber. Post ep. 3. Iulij I. c. 10. Conc. Triburien. 1. c. 36.*

Matrimonium inter dominum, & libertam est validum. *29. q. 2. cap. Si quis ancillam.*

Matrimonium inter seruos factum, est validum, etiam si sint diuersorum dominorum. *29. q. 2. cap. Omnibus, & cap. vlt. q. 3. cap. Dictum est. Conc. Turon. 3. c. 30.* (ait fit intercessit dominorum voluntas.) *Post epist. 3. Iulij 1. c. 10.* Etiam dominis inuitis fieri potest. *Concil. Later. 3. in append. tit. De sponsalibus secundo cap. 7. De coniugio seruorum.* Sed non liberantur à seruitute. *ibid.*

Matrimonium fieri potest etiam inter eos, qui nolunt habere copulam, sed solam cohabitationem perpetuam, vt fuit matrimonium B. Mariæ Virginis & S. Ioseph. *27. q. 2. cap. B. Maria, & cap. Omne itaque.*

Matrimonium fieri potest valide ab habente simplex votum castitatis, sed prohibetur fieri. *Conc. Later. 3. in append. de sponsalibus secundo cap. 4.*

Matrimonium fieri potest cum eo, qui vouit religionem, vel est nouitius; secus tamen si professus. *Conc. Later. 3. in appendice tit. De coniugatis c. 5.* & habens votum indiget Papæ dispensatione. *ibid. cap. 10. & tit. De monachis cap. 3.*

Matrimonium fieri potest cum surdo, & muto per signa. *De sponsalibus, &c. c. Cum apud sedem, & c. Tuæ fraternitatis.*

Matrimonia validè fieri possunt cum gentibus diuersarum nationum, vel regnorum. *Conc. Tribur. 1. c. 30. Concil. Lateran. 3. in append. de sponsal. secundo c. 8.*

Matrimonium etiam cum leprosis potest fieri. *de coniugio leprosorum cap. 1.* Vide, *Leprosi.*

Matrimonium fieri potest ab aliquo, qui cum alia habuit extraordinariam pollutionem, sine copula (etiam si desponsata) *35. q. 2. cap. Extraordinaria.*

Matrimonia fieri possunt inter duos fratres, & duas sorores simul. *Greg. 1. lib. 12. ep. 31. c. 5.*

Matrimonium fieri potest cum matre puellæ desponsatæ ante ætatem septennij, quæ postea noluit consentire, secus si erat septennis. *Conc. Later. 3. in append. tit. De sponsal. c. 7. & tit. De eo qui consang. c. 2.*

Matrimonium fieri potest cum sorore simplicis sponsæ, iam mortuæ. *Conc. Later. 3. de sponsalibus c. 27.*

Matrimonium fieri non potest validè cum secunda, si cum prima facta sunt sponsalia cum copula. Secus verò si sine copula, & in primo casu cogitur adherere primæ. *Concil. Later. 3. in append. tit. De sponsalibus secundo c. 1. & 3.*

Matrimonia fieri possunt validè, &c. vltra quartum gradum consanguinitatis. *de consanguinitate, &c. c. Non debet.*

Matrimonium validè fieri potest inter quoscumque non habentes impedimenta notata in præcedentibus titulis.

Matrimonium etiam cum meretrice potest fieri, & sic faciens consequitur remissionem peccatorum. *De sponsal. &c. c. Inter opera.*

Matrimonia fieri possunt inter sobolem ex secundis nuptijs, & cognatos primi viri. *De consang. & affinit. c. Non debet.*

Matrimonia fieri possunt inter affines secundi, & tertij generis. *de consanguinit. &c. c. Non debet. & c. Quod super his.*

Matrimonium fieri potest cum interfectore primi viri, si hoc accidit in bello, vel in alio casu. *De conuersione infidel. c. 1.*

Matrimonium potest contrahere, vidua statim post mortem primi. *De secundis nuptijs ca. Super illa, & c. fin. Concil. Later. 3. in append. tit. De secundis coniug. c. 2.*

Matrimonia in quo tempore fieri possunt, & in quo prohibentur.

Matrimonia in Quadragesima fieri non possunt. *Conc. Laodic. cap. 52. Concil. Bracharen. c. 48. 33. qu. 4. c. Non oportet, & c. Non licet. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 48. In decret. de matrim. c. 9.*

Matrimonia fieri non possunt à Septuagesima, vsque ad Pascha. *33. q. 4. cap. Non oportet. Conc. Salegunstadiense c. 3.* Neque ab Aduentu, vsque ad Natiuitatem Domini. *ib. & Concil. Rauenn. 2. sub Clem. V. c. 19.* Vsque ad octauam Paschæ. *De feriis cap. Cappellanus.*

Ab Aduentu vsque ad Epiphaniam, & à feria quarta Cinerum, vsque ad octauam Paschæ fieri non possunt. *Concil. Trident. sess. 24. de reform. matrim. c. 10.*

Matrimonium solemne prohiberi potest pro certis anni temporibus. contrarium dicens est anathema. *Concil. Trid. sess. 24. can. 11.*

Matrimonium statim post mortem primi potest à coniuge contrahi. *De secundis nuptijs. c. super illa, & c. fin. Conc. Later. 3. in append. tit. de secundis coniug. c. 2.*

Vide, *Nuptiæ.*

Matrimonia cum dote facienda, & quid agendum soluto matrimonio.

Matrimonia sine dote fieri non debent. *Conc. Arelat. 3. cap. vlt. 30. q. 5. c. Nullum. Euaristus ep. vn. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 3.*

Matrimonio soluto vel separato licitè per Ecclesiam, dos ad mulierem redit, & donatio ad virum. *de donationibus inter virum, &c. c. Donatio, & c. Significauit. Conc. Later. 3. par. 50. cap. 46. Honorius 3. ex Cirone tit. De dote restituenda cap. 1.*

Matrimonio separato per adulterium vxoris, perditur dos. *De donationibus inter virum c. Plerumque.*
Matrimonio illicito separato, debet mulier reddere viro, quæ ab eo habuit dono. *ibid. Et si necesse.*
Matrimonio separato, dotis sententia fit à iudice diuortij. *ibid. c. de prudentia.*
Matrimonio separato, bona communiter acquisita diuiduntur. *ibid. c. Significauit.*
Vide, *Diuortium*. Vide, *Donatio*. Vide, *Dos*.

Matrimonium iurans facere ad quid tenetur.

Matrimonium iurans facere cum aliqua, si postea vult ingredi religionem, tenetur prius Matrimonium facere, deinde ingrediatur, dummodo non adsit copula antecedenter. *de sponsal. & c. Commissum.*
Matrimonium iurans facere cum aliqua, monendus est, vt faciat, non cogendus. *De sponsal. & c. c. Requisiuit, & c. Ex literis il 2. Conc. Later. 3. in append. p. 50. c. 43.* At si contrahit cum alia, hoc secundum tenet. *ibid.*
Matrimonium iurans facere, si dentur v. gr. centum, ijs non datis non tenetur eam accipere, nisi eam cognouerit carnaliter, vel nisi consensus de præsenti fuerit. *De conditionibus, & c. c. 1. c. De illis, & c. Super eo.*
Vide, *Iurans*. Vide, *Iurare*. Vide, *Iuramentum*.

Matrimonij impedimenta, quæ, & qualia, & quomodo impediunt.

Matrimonium impeditur, & irritatur per consanguinitatem vsque ad 4. gradum. *De consanguinit. & affinit. c. 1.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione consanguinitatis.*
Matrimonium impeditur, & dirimitur per affinitatem in primo gradu. *ibid.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione affinitatis.*
Matrimonium impeditur, & dirimitur per cognationem spiritualem ortam inter baptizantem, ac baptizatum, vel inter susciptentem, & susceptum, siue de fonte, siue in confirmatione; vel inter patrem, & matrem baptizati. *de cognatione spirituali c. 1. c. Super eo. cap. Martinus. & cap. Veniens.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione cognationis spiritualis.*
Matrimonium impeditur, & dirimitur ob impedimentum publicæ honestatis, id est, ob sponsalia præcedentia cum consanguineis contrahentis: sed non excedit primum gradum talis cognationis. *de sponsalibus, & c. c. Iuuenis.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione publicæ honestatis.*
Matrimonium cum errore personæ impeditur, & dirimitur. *de coniugio seruorum c. Proposuit. 29. q. 1. c. vnico.* Vide, *Matrim. facta cum errore, & c.*
Matrimonium factum à Religioso, vel Religiosa, vel cum illis, dirimitur. *Qui clerici, & c. c. Meminimus.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione status spiritualis.*
Matrimonium factum cum ordinato in sacris etiam subdiacono, dirimitur. Vide, *ibid.*
Matrimonium factum à coniugato, dirimitur. *de sponsa duorum c. 1.* Vide, *Matrimonia plura, & c.*
Matrimonium factum per vim, vel metum, dirimitur. *de sponsalibus, & c. c. Cum locum, & c. de illis.* Vide, *Matrim. ratione inuoluntarij, & c.*
Matrimonium factum ab impotente coire, si coniux vult, dirimitur. *de frigidis, & c. c. Consultationi.* Vide, *Matrim. prohibita ratione valetudinis, & c.*
Matrimonia cum machinante in mortem coniugis, vel cum adultera cognita ab aliquo, & dante fidem de contrahendo cum eo, &c. dirimuntur. Vide, *Matrim. prohibita ratione criminis.*
Matrimonia cum rapta per vim, donec ponatur in loco tuto, dirimitur. Vide, *Matrim. ratione raptus, & c.*
Matrimonium conditionatum, dirimitur. Vide, *matrimonia conditionata.*
Matrimonium cum infideli volente manere in infidelitate, dirimitur. Vide, *matrim. prohibita ratione cultus diuersi.*
Matrimonium clandestinū, dirimitur. Vide, *matr. clandestina.*
Matrimonium impediri, & dirimi potest non solum per gradus affinitatis, & consanguinitatis declaratos Leuitici cap. secundo, sed per alios ab Ecclesia declarandos. *ibid. Conc. Trid. sess. 24. can. 3.* contrarium dicens, est anathema.
Ecclesia instituens impedimenta dirimentia matrimonia non errauit. *ibid. can. 4.* contrarium dicens, est anathema. *ibid. & Conc. Senon. c. 11.*
Vide, *Impedimentum*. Vide, *Illegitimare.*

Matrimonij impedimenta, quæ prohibent tantum, sed non dirimunt.

Matrimonium impeditur, sed non dirimitur per compaternitatem Catechismi. *de cognatione spirituali c. Contracto. & sub eodem tit. in 6. ca. Per catechismum.* Vide, *matrim. consumata, vel rata.*
Matrimonium impeditur, sed non dirimitur factum per votum castitatis, siue religionis. *Qui clerici cap. Consuluit.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione status spiritualis.*
Matrimonium impeditur, sed non dirimitur per sponsalia facta cum alia, dummodo non interceserit copula. *Conc. Later. 3. in append. p. 50. c. 41.*
Matrimonij impedimenta instituti potuerunt ab Ecclesia: contrarium dicens, est anathema. *Conc. Senon. cap. 17. Conc. Trid. sess. 24. can. 3. & 4.*
Vide, *Impedimentum*. Vide, *Illegitimare.*

Matrimonij impedimenta probanda, & accusatio, &c.

Matrimonium accusare non potest, qui tempore denunciationis tacuit, nisi ignorauerit. *Qui matrim. accusare, & c. c. fin.*
Matrimonium impeditur per denunciationem vnius honesti, & tunc iuramentum parentum in contrarium non recipitur. *de sponsalib. & matrim. & c. c. Cum in tua.*
Matrimonium accusans propter quæstum, id est pecuniam, puniendus est, & quomodo. *Qui matrimonium accusare. c. Significante.*
Matrimonium accusari debet præsentialiter. *ibid. c. à nobis.*
Vide, *Accusare.*
Matrimonium impeditur ex dicto matris attestantis impedimentum, & contractum dissoluitur. *de Testibus, c. Super eo.*
Matrimonium contractum si negetur, probandum est ab asserente. *De clandestina desponsatione c. 1. & 2.*
Matrimonij impedimento probato, & publicatis attestationibus, alij testes non sunt admittendi. *de probationib. c. Iurauit.*
Matris testimonium est suspectum, vbi filia petit in virum aliquem se minorem. *de Testibus c. Super eo.*
Matris testimonium de consanguinitate, si sit ratum matrimonium, impedit nè consumetur. si consumatum, alia requiruntur, & plura. *De testibus c. Super eo il 2.*
Matrimonij impedimenta probari possunt per testes absentes, & quomodo. *Qui matrimonium accusare, & c. c. 1.*

Matrimoniales dispensationes.

Matrimoniales dispensationes à Papa concedi possunt in quouis gradu consanguinitatis, & affinitatis. *Conc. Trid. sess. 24. can. 3. & de refor. matrim. c. 5.*
Matrimonij dispensatio obtenta à Papa, est nulla, si falsitas fuit exposita. *De consanguinit. & c. c. Quia circa.*
Matrimoniales dispensationes rarò dentur, & magna ex causa. *Conc. Trid. sess. 24. de refor. matrim. c. 5.*
Dispensatio in secundo gradu, numquam danda, nisi inter magnos Principes, & hoc ob causam publicam. *Conc. Trid. sess. 24. de refor. matrim. c. 5.*
Olim pro 4. gradu non solum consanguinitatis, sed etiam affinitatis, erat necessaria dispensatio. *Innocentius IV. cons. 14. Sub catholicæ.*
Dispensatio est necessaria in habente votum simplex castitatis, vt faciat matrimonium. *Conc. Lateran. 3. in append. tit. de coniugatis c. 10.*
Dispensationes matrimoniales obtinentes in curia, debent exponere

ponere factum, sicut illud habent à partibus, sub pœna falsi. Culpabiles puniendi, & à quo. *Pius V. const.* 21. *Cum sicut*.

Dispensationes matrimoniales in forma gratiosa, non possunt concedi à Sac. Pœnitentiaria; sed remittendæ ordinario. *Pius* 4. *const.* 53. *In sublimi*. Vide, *Dispensatio*.

Matrimonium præsumptum.

Matrimonium censentur contraxisse sponsi, qui simul cohabitant, & filios procreant. *conc. Later.* 3. *in append. tit. De sponsalibus cap.* 25. & cogendi sunt simul viuere, vt vir, & vxor. *ibid. de præsumptionibus c. Illud quoque*.

Matutinum.

Matutinum, quomodo, & vbi recitandum. Vide, *Horæ canonicæ*. Vide, *Officium*.

Matutinum vel media nocte, vel ante auroram, vel tempore ab Episcopo præscripto recitandum est, sed ea hora recitetur, vt post illud sit omnibus commodum audire missam. *Concil. Mediol.* 1. *par.* 2. *tit. De Matutino*. Numquam recitetur in Vesperis, nisi in Octauis Corporis Christi, vel alijs iuxta Ecclesiam Romanam. In Choro Ecclesiæ semper est celebrandum: tempore verò frigido in Sacristia, vel alio honesto loco de licentia Episcopi. *ibid.*

S. Mauritius.

S. Mauritij Equites, & Militia. Vide, *Equites*. Vide, *Militia*.

Meccus. Mecchia. Meccans.

Meccus si post pœnitentiam fornicatur, nec in fine recipiendus est in communionem. *Conc. Elibert. c.* 7.

Mecchia, & fornicatio, idem sunt. 32. *q.* 4. *c. Meretrices*.

Mecchia est quælibet carnalis copula cum aliena. *ibid. & q.* 5. *cap. Non mœchaberis*.

Meccus Episcopus, Presbyter, vel Diaconus, nec in fine communicet. *Concil. Elibert. c.* 19. Vide, *Episcopus*. Vide, *Diaconus*. Vide, *Clerici*.

Meccantes in adolescentia, cum ducunt vxorem recipiendi sunt in communionem. *Conc. Elibert. c.* 31.

Meccans vsque ad mortem cum alieno viro, neque in fine communicet. *conc. Elibert. c.* 64. At si relinquit mecchiam, post decem annos recipienda. *ibid.*

Meccans cum Iudæa, vel Gentili excommunicetur, & si ab alio detectus fuerit, post quinquennij pœnitentiam reconcilietur. *conc. Elibert. c.* 78. Vide, *Fornicatio*. Vide, *Luxuria*.

Mediator.

Mediator non potest causas componere in absentia alterius. *Nicolaus* 1. *in decretis tit. De iudicys c.* 8. 3. *q.* 9. *c. Reuera*.

Mediator in ordinatione simoniaca. Vide, *Simonia*. Vide, *Ordinati*.

Mediatores in crimine simoniæ, admittuntur ad dicendum testimonium, si agatur ciuiliter, & nullum habuerunt emolumentum. *De testibus in* 6. *cap.* 1.

Mediatores ad obtinendam gratiam, vel iustitiam à Sede Apostolica. Vide, *Sedes Apostolica*. vbi habes omnes casus huius materiæ.

Mediatores in simonia. Vide, *Simonia*. Vide, *Dare*. Vide, *Sedes Apostolica*.

Medicus. Medicina. Medicamenta.

Medicus tenetur suadere infirmis confessionem peccatorum prius omnibus. *De pœnitentijs, & remiss. cap. Cum infirmitas. Concil. Later.* 4. *c.* 22. alias ipse medicus ab Ecclesia arceatur. *ibid.*

Medicus non potest secunda vice visitare infirmum, nisi hic sacerdotem pro confessione vocauerit. *Concil. Rauennat.* 2. *sub Clem. V. can.* 15. Vltra diem 3. eum non visiter, nisi confessorem vocet, sub pœna infamiæ, & priuationis graduus, nisi rationabilis causa excuset. *Pius V. const.* 3. *Supra*.

Medicus tenetur monere Parochum de infirmo. & si hic non confitetur intra 4. diem, non potest ad eum accedere sub pœna excommunicationis, nisi sciat esse confessum ante morbum. *concil. Mediol.* 1. *par.* 2. *tit. Quæ pertinent ad Sacramentum Pœnitentiæ*.

Medicus non potest suadere infirmo, aliquid contra salutem animæ, licet sit pro salute corporis. *conc. Later.* 4. *c.* 22.

Medicus peritus promoueri potest ad ordines sacros, si conscientiam habet, quod ex sua causa aliquis non sit mortuus. *De ætate, qualitate, &c. c. Ad aures*.

Medicinæ præcepta (contra ieiunium) sunt contraria cognitioni Dei, sic etiam contraria alteri virtuti. *De consecrat. dist.* 5. *cap. Contrariæ*.

Medici Iudæi non possunt à Christianis vocari in suis infirmitatibus. *conc. Sabinense c.* 22. *Gregorius* 13. *constit.* 68. *Alias*. (Nisi nullus alius adsit, vel excellens sit aliquis in eis.) Et hoc præceptum à Parochis curandum est obseruari. Et quolibet anno decretum hoc est publicandum. *ibid.*

Medicorum Collegium Romæ potest in Medicina, & Philosophia doctorare. & alijs hoc prohibetur. *Iulius* 3. *constit.* 19. *Meritis*. Gratiæ, & priuilegia alia. *ibid.*

Protomedici authoritas, & iurisdictio Romæ. Vide, *Protomedicus*.

Medicus nullus potest doctoratum accipere, nisi iuret se obseruaturum, quod vltra tertium diem non visitabit infirmum, nisi hic vocet ad se confessarium, nisi rationabilis causa excuset. *Pius* 5. *const.* 3. *Supra gregem*.

Medici, quid tenentur obseruare Romæ. *Gregorius* 13. *constit.* 29. *Cum officio*.

Tenentur recognoscere medicamenta, sub pœna. *ibid.*

Medici, siue Physici, siue Chirurgi, non possunt inire societatem cum Aromatarijs. *Gregorius* 13. *ibid.* §. 13.

Medici Romæ non possunt vendere medicamenta, nisi de licentia Protomedici. *ibid.*

Medicinarum causæ à Collegio Medicorum Romæ iudicandæ sunt. Licet litigantes sint Ecclesiastici. *Gregorius XIII. const.* 29. *Cum officio*. §. 18.

Medicinarum solutiones, seu debita non possunt differri. *ib.* §. 19.

Medicorum Collegij Romani gratiæ, & priuilegia confirmantur *à Clemente* 8. *const.* 120. *Quo viri*.

Possunt approbare Medicos, Physicos, & Chirurgos, ac Aromatarios Romæ, & status Ecclesiastici. Possunt examinare medicinalia. Possunt Doctoratum conferre, & cum Protomedico possunt cognoscere, & iudicare causas Chirurgorum, Medicorum, Aromatariorum, & aliorum, qui medicinalia tractant, faciunt, vel vendunt; & quomodo. *Clem.* 8. *ibid. per* §§. 8.

Medici, qui in conclaui seruierunt, gaudent priuilegio Conclauistarum. *Clem.* 8. *const.* 16. *Æquitate*. §. 14.

Medicamenta euacuantia, oppiata, &c. vendi non possunt ab Aromatariis sine licentia Medici. *Gregor.* 13. *constitut.* 29. *Cum officio*. §. 7.

Medicamentorum pretium Romæ à Protomedico, & Consulibus Artis taxandum. *ibid.* §. 12.

Medicamenta per ligaturas, & filacteria fugienda sunt, quia dæmoniaca. *Nicolaus* 1. *ad consulta Bulgar. c.* 79.

Melior.

Melior semper est eligendus. 8. *q.* 1. *cap. Qualis enim*, & *c. Licet ergo*.

Vide, *Dignus*. Vide, *Electio*, *&c.* Vide, *Idoneus*.

Membrum.

Membrorum mutilatores, excommunicandi sunt. 23. *q.* 8. *c. Si quis membrorum*.

Menantes Romæ.

Menantes, seu scriptores de Auisi Romæ, si conuincuntur, ad triremes damnantur. *Gregor.* 13. *const.* 3. *Ea est*.

Mendacium. Mendax.

Mendacium admitti non potest in Sacra Scriptura: alioquin tota vacillaret. *Dist.9. cap. Ego solis.*

Mendacium à Papa dictum, est sacrilegium. *Gregor.VII.lib. 1. ep.39.*

Mendacia iocosa leuia sunt, & non existimantur mendacia. 22. *q.2. cap. Quod autem.*

Mendacium dici non potest etiam pro vita alterius. 22. *q.2. cap. Ne quis arbitretur. Concil. Later.3. in append. tit. de vsuris cap.* 1.

Mendacium aliquando fuit præmio dignum. 22. *q.* 2. *cap. Si quælibet.*

Mendacium Abrahæ de vxore, quomodo excusatur. *ibid. c. Quæritur.*

Mendaciorum multa genera sunt, sed præcipuè octo. 22. *q.* 2. *cap. Primum est.*

Mendax veritatem prodit. 11. *q.3. c. Nolite.*

Vide, *Abraham.* Vide, *Mentiri.*

Mendicus.

Mendicorum Hospitale. Vide, *Hospitale mendicorum.*

Mendici in Ecclesia non petant eleemosynas in Ecclesia, sed extra ianuam eius. *conc. Mediol.1. par.2. tit. de Ecclesijs, &c.*

Mendicantes.

Vide, *Fratres Mendicantes.* Vide, *Regulares.* Vide, *Fratres.*

Mendicantes Religiosi non possunt domos, vel alia stabilia vendere, alienare, permutare, &c. sine Papæ licentia. *de excessib. Prælat. in 6. cap. vn.*

Mendicantes fratres, olim, vnam tantum campanam tenere poterant in suo campanili; & si plures habebant, vnam tantum poterant pulsare. alias vero in Monasterio pro suis vsibus habere licebat. *Extra, de officio custodis c. vn.*

Mendicantes fratres illuminarunt, & illustrarunt Ecclesiam Dei. *Extra, de tregua, & pace c. Vices.*

Mendicantium concordata cum Parochis fuerunt ista: id est, quod non prædicent publicè, Parochianos non teneri audire missam in Parochia. Secundò, quod non inducant laicos ad eligendam sepulturam in suis Ecclesijs. Tertiò, vt non prædicent, quod Parochiani non tenentur, saltem in Paschate, confiteri proprio sacerdoti. Quartò, quod seruetur antiqua consuetudo circa horam prædicandi, cantandi, campanas pulsandi, &c. & si ista mutanda sint, fiat de consensu partium. Quintò, quod fratres non detrahant Prælatis in suis sermonibus. Sextò, quod non retrahant personas ab Ecclesijs Parochorum. Et è contra, quod Parochi, & Prælati non detrahant fratribus, sed benignè eos tractent, & adiuuent, &c. *Extra, de tregua, & pace c. Vices.*

Mendicantes fratres transire non possunt ad ordines non mendicantium, excepto Ordine Carthusianorum, sub pœna excommunicationis ipso facto, tam receptis, quam recipientibus, Papæ reseruatæ; & factum non tenet. Neque si fiat de licentia Legati, Nuncij, &c. *Extra, de Regularibus transeuntibus, &c. cap. Viam.*

Mendicantes non sunt impediendi per Principes, vel Prælatos, &c. in suis negotijs. *Leo X. in Bulla contra Lutherum constitut.* 40. *Exurge.*

Mendicantes fratres, quid possunt extrahere extra Statum Ecclesiasticum. Vide, *Ecclesiasticus status.* Vide, *Status.*

Mensa.

Mensa benedicenda ante comestionem. *Nicolaus* 1. *ad consulta Bulgar. cap.* 53.

In mensis sacerdotum, legenda est Sacra Scriptura. *Concil. Tolet. 3. c.* 7.

Menses.

Menses reseruati Papæ pro collatione beneficiorum. Vide, *Papa.*

Mensura.

Mensuræ, & pondera iusta tenenda, & seruanda. & pœnæ. *Conc. Arelat. 4. c. 15. Concil. Turon. 3. c.45.*

Mentiri.

Mentiri non dicitur, qui putat se verum dicere. 22. *q.2. cap. Hominis. cap. Is autem, & c. Beatus Paulus.*

Mentiri non licet humilitatis causa. 22. *q.* 2. *cap. Cum humilitatis, & cap. Incaute.*

Mentiri non licet ad cauendam arrogantiam. 22. *q.2. c. Non ita, & cap. Mihi autem.*

Mentiri numquam licet. 22. *q.2. c. Nec artificioso.*

Mentiri non potest homo pro temporali vita alicuius. 22. *q.2. c. Ne quis arbitretur. conc. Later.3. tit. de vsuris c.* 1.

Mentiri nullus potest ad exemplum veterum Patrum. 22. *q.2. cap. Si quis per vetus.*

Mentiri dicitur, qui suam professionem non ostendit operibus. 22. *q.* 5. *cap. Cauetè.*

Mentiri in Papa est sacrilegium. *Greg.7. lib.1. ep.39.*

Vide, *Mendacium.*

Mercatores.

Mercatores molestandi non sunt cum nouis pedagijs; quid faciunt, excommunicandi sunt. 24. *q.3. cap. Si quis.* Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.*

Mercatorum Vrbis Romæ Consules. *Vide, Consules.*

Mercatorum Vrbis Romæ Consules Artis pannorum, quas causas possunt cognoscere. possunt de summa ducatorum 30. iudicare. *Pius 4. const. 46. Volentes.*

Mercatorum Vrbis Romæ libri concordare debent cum libris Proxenetarum, vt probent. & habent paratam executionem, sicut obligationes camerales. contra omnes probant, etiam contra mulieres, & coniugatas. *Gregorius 13. constit.88. Cum alias.*

Mercatores appellantes ad Portum Anconæ, sunt immunes à datijs, & gabellis. sic etiam exteri mercatores ibi commorantes. *Clemens 8. const.26. Ex Apostolicæ.*

Mercatorum Consules in Ciuitate Anconę, quomodo eligendi. quomodo debent iudicare. nihil possunt à mercatoribus accipere, nec multum, nec parum. *ib. §.12.* Vide, *Portus.*

Mercatorum Ripæ debitores. Vide, *Debitores.*

Mercedes. Mercenarius. Merces.

Mercedes Iudicum, Officialium, Mandatariorum, & omnium tribunalium Romanæ Curiæ, quæ sunt. *Pius 4. const. 58. Cum ab ipso.* Diffusè, & distinctè.

Mercenarius tolerandus est aliquando. 23. *quæst. 4. cap. Tres personas.*

Merces, quæ ab Oriente per Mare Adriaticum, deferuntur ad Portum Anconæ ad Statum Ecclesiasticum, quomodo possunt emi, & vendi sine gabellis, &c. *Clemens 8. constit. 26. Ex Apostolicæ. §. 6.*

Meretrix.

Meretrix est mulier, quæ multorum libidini paret. *Dist. 34. cap. Vidua.*

Meretricem in vxorem ducere, non est peccatum. 32. *q.1. c. Non est culpandum.* Imo qui ducit, peccatorum remissionem consequitur. *de sponsalibus, &c. cap. Inter opera.*

Meretrices discernendæ sunt ab honestis fœminis, aliquo amictu particulari. *Concil. Mediol.1. par.2. tit. De meretricibus, &c.*

Meretrices in loco aliquo segregato Ciuitatum ponendæ sunt. *ibid.* & qui eis locat domos in alijs locis Ciuitatis, puniatur. *ibidem.*

Meretrices habitare non possunt in cauponis, & tabernis, nisi itineris causa, & per vnam noctem. *ibid.*

Meretricibus per Principes sæculares interdici debent gemmæ, aurum, pompæ, &c. *Conc. Mediol. ibid.*

Meretricum Romæ spolia, pertinent ad Monasterium Con-

uertitarum Sanctæ Mariæ Magdalenæ. *Leo X. constit.* 39. *Saluator.* Vide, *Conuertitæ.*

Sed *Clemens VII. const.*14. *Cum ex corpore.* statuit, vt meretrices, siue Romæ, siue extra, in statu Ecclesiæ, testamentum facientes, nisi habeant filios legitimos, teneantur relinquere quartam, vel quintam præfatis Conuertitis, alias testamentum sit nullum. Omnes scripturæ, &c. dicto Monasterio debent consignari.

Filij verò illegitimi ali debent à Monasterio Conuertitarum, quando succedit in hæreditate. *ibid.* Vide, *Conuertitæ.*

Meretrices si coniugatæ sunt (in statu Ecclesiæ) pœna mortis puniendæ sunt. *Sixtus V. const.*46. *Ad compescendam.*

Item si facta separatione à viro id faciunt. *ibid.*

Merita. Meritoria opera.

Merita, quæ sunt in homine antequam peccet, deleto peccato à Deo remunerantur. *De pœnitentia dist.*3. *c.*45. *Pium est.* & *c.*46. *Si quando.*

Merita bona præterita peccanti non prosunt, (nisi deleto peccato) *ibid.* & *dist.*4. *de pœnit. c.*15. *Si auerterit.*

Meritoria opera sunt adultis necessaria præter fidem. *Conc. Senon. c.*16.

Meritoria opera non sunt omnia æqualia apud Deum. *Conc. Senon. cap.*17.

Meritoria opera necessaria sunt, sed per ea non iustificatur homo. *ibid.*

Vide, *Bona.* Vide, *Homo.* Vide, *Opera.*

Metropolis.

Metropolis idem est ac mater ciuitas in prouincia. *Leo X. ep.*4.

Metropolitanæ Ecclesiæ ritus circa officia, & missas obseruandi sunt in diœcesibus. *De consecr. dist.*2. *c. Institutio.*

Metropolitana sedes primum locum tenet in prouincia. *conc. Colon.*2. *p.*3. *c.*1.

Metropolitanæ Ecclesiæ dedicatio ab omnibus suffraganeis est celebranda. *Conc. colon.*2. *p.*9. *c.*11. Vide, *Consecratio.* Vide, *Dedicatio.*

Metropolitanus.

Metropolitanus à mensura ciuitatum dicitur talis. *Dist.*21. *c. Cleros.*

Metropolitani dignitas iure humano est instituta. *Leo IX. epist.*4.

Metropolitani (olim) fuerunt instituti, vbi erant Metropoles sæculi, vel ob sanctitatem, & reuerentiam alicuius loci. *Leo IX. epist.*4.

Metropolitanus est superior omnibus Episcopis prouinciæ. *Conc. Nicænum* 1. *c.*6. *conc. Antioch. c.*9.

Metropolitanus (olim) ab omnibus Episcopis prouinciæ erat eligendus. *Conc. Aurel.*3. *c.*3.

Metropolitanus (olim) ab omnibus prouinciæ Episcopis erat ordinandus. *conc. Aurelian.*2. *c.*7. *De temporibus ordinat. c. Si Archiepiscopus.*

Metropolitani non omnes sunt primates. *Anacletus ep.*3. *concil. Nicæn.*1. *ex Iulio I. cap.*12. Neque omnes Patriarchæ. *Stephanus I. ep.*2. (sed sunt Archiepiscopi. *ibid.*)

Metropolitani antiqui iura seruanda. *conc. Melden. c.*51. 25. *q.*2. *c. Seruatis. c. Igitur*, & *c. Secundum.*

Metropolitanus vnus habere non potest, nisi vnam prouinciam. *Cœlestinus I. ep.*2. *c.*4. *Dist.*101. *c. Peruenit.*

Metropolitani non multiplicandi in prouincia, etiam si per seculares prouinciæ multiplicentur. *Innocentius I. ep.*18.

Metropolitanus habere potest sub se 12. Episcopos. *Gregor. I. lib.*12. *ep.*15.

Metropolitanus ab omnibus Episcopis est honorandus. *conc. quod dicitur Apostolor. ca.*37. *conc. Meldense c.*51. *Zacharias ep.*7. *c.*1. *Nicolaus* 1. *in append. ep.*5.

Metropolitano omnes Episcopi prouinciæ tenentur obedire. *Nicolaus I. in append. ep.*5.

Metropolitanus ad instantiam Episcoporum potest causas iudicare. *Conc. Nicæn.*1. *ex Iulio I. c.*14. 9. *q.*3. *c. Salus. c. Archiepiscopus. c. Si autem*, & *c. Nullus Primas. Adrianus I. in decr. c.*14.

Metropolitanus extra suam diœcesim nihil potest facere, nisi de consensu Episcoporum. *Iulius I. ep.*2. *c.*23. *Lucius I. ep. vn. Conc. Lucen.*2. *c.*4. 9. *q.*3. *c. Per singulas. c. conquestus*, & *c. Episcopo. Adrianus I. in decr. c.*46. *Zachar. ep.*7. *c.*1.

Metropolitanus in diœcesi suffraganei non potest, nec ordinare, nec iudicare. *Post ep.*14. *Cœlestini* 1. 9. *q.*3. *cap. Nullus primas.*

Metropolitanus non potest grauare suffraganeos occasione visitationis. *Conc. constantinopol.*4. *c.*9. & 19.

Metropolitano denunciandum est quando vacant beneficia pertinentia ad eum, intra mensem, per clericos Ecclesiæ, in qua vacat. *Conc. Rauenn.*4. *sub Ioan. XXII. c.*7.

Metropolitanus non cognoscit de causis subditorum suffraganei, nisi per appellationem vel querelam. *De foro compet. in 6. c.*1. Vide, *Archiepisc.*

Metropolitanus non potest cogere subditos suffraganeorum, vt suam delegationem accipiant, vel sententias exequantur. *De foro compet. in 6. c.*1. §. *Neque.*

Metropolitanus non est iudex competens pro salarijs aduocatorum, & procuratorum, sui fori contra subditos suffraganeorum. *De foro compet. in 6. c.*1. §. *Nec etiam.*

Metropolitanus non potest cogere contrahentes in aliena diœcesi, vt respondeant coram se, nisi ibi reperiantur. *ibid.* §. *Contrahentes.* Quomodo procedendum est contra eos. *ibidem.*

Metropolitanus non potest ferre censuram contra officiales diœcesani, qui citati noluerunt comparere coram eo. *De foro compet. in 6.* §. *fin.*

Metropolitanus in causa appellationis ab Episcopo non potest citare, nisi causa appellandi fuit sufficiens. *de appellatione in 6. c. Romana* §. *Cum autem.*

Metropolitanus non potest eximere ab Episcopo in alijs causis eum qui appellauit. *ibid.* §. *Cum verò.*

Metropolitanus aliquando potest audire, & absoluere subditum Episcopi appellantem ad Papam, si post appellationem ad eum recurrit. *De app.* & *recusat. c. Sollicitudinem.*

Metropolitanus non potest facere officiales suos foraneos in diœcesi suffraganeorum. *de officio ordin. in 6. c.*1.

Non potest disponere in ea diœcesi. *ibid.*

Neque potest in dictis diœcesibus officiales constituere, vt cum fuerit ad se appellatum, faciant citationes, inhibitiones, &c. *ibid.*

Sed quando facta est appellatio à subditis Episcoporum suffrag. ad eum, & causa est deuoluta, potest officiales in causa facere, quia habet tunc iurisdictionem. *ibid.*

Metropolitani officiales non possunt contra suffraganeos subditos censuras ferre. *ibid.* §. *Officiales.*

Metropolitanus non potest alibi, quam in sua ciuitate, vel loco suæ diœcesis, vel vbi causæ consistunt, causas appellationis, vel alias sui iuris audire; nec alias, nisi pro talibus locis committere. *de officio ordinarij in 6. c. Vt litigantes.* Nisi aliter de consuetudine fieri soleat, vel sibi competat. *ib.*

Metropolitanus causas appellationis tantum de subditis suffraganeis potest iudicare. *Conc. Later.*3. *p.*50. *c.*66.

Si verò est Papæ Legatus, potest omnes audire, & iudicare. *ib.*

Metropolitanus in causis appellationis à suffraganeis, potest absoluere excommunicatum ab illis, ad effectum comparendi, etiam si ante appellationem fuerat excommunicatus. vel potest deferre Episcopo, & ad eum remittere, vt absoluat. *Conc. Later.*3. *in append. tit. De excommunic. c.*4.

Metropolitanus non potest per suffraganeos, vel alios sua munera Episcopalia exercere, sed per se ipsum; alias deponatur. *Conc. constantinop.*4. *c.*24.

Metropolitanus circa pallium. Vide, *Pallium.* Vide, *Archiepiscopus.*

Metropolitanus ante receptionem pallij non potest Episcopos consecrare. *Ioann. VIII. ep.*93. *Greg. VII. lib.*9. *ep.*1. Neque Ecclesias potest consecrare. *ibid.*

Metropolitanus confirmatus licet pallium non acceperit, & non possit consecrare suffraganeos, potest facere consecrare per alios. *De electione c. Suffraganeis.*

Metropolitani circa consecrationem Episcoporum.

Vide, *Episcopi à quibus consecrandi*. Vide, *Consecratio Episc.*
Metropolitanus per prouinciam incedens crucem ante se fecit deferri. *Alexand. 2. ep. 4.*
Vide, *Crux*. Vide, *Archiepiscopus*.
Metropolitano celebrante solemniter, Episcopi suffraganei, qui sunt præsentes, tenentur ei assistere cum cottis, amittis, pluuialibus, baculis, mitris, &c. sic etiam Abbates. *Conc. Rauenn. 3. post Clementem V. c. 6.*
Metropolitanus quò ad visitationem. Vide, *Visitatio*. Vide, *Episcopus quo ad visitationem*.
Metropolitanus visitans quot personas secum deferre possit, equos, &c. neque excedat numerum 50. *conc. Later. 3. c. 4.*
Tallias, & exactiones imponere non possunt. *ib.* Vide, *Visitatio.*
Metropolitanus quo ad celebrationem Concil. Vide, *Concilia Prouincialia, &c.* Vide, *Archiepiscopus*. *De accusat. &c. sicut olim*. Quolibet anno tenebatur olim Concilium celebrare. *ibid.* Quæ debent præcedere inter eum, & suffraganeos ante Concilium. *ibid.* & *Conc. Aurelian. 4. c. 38. dist. 18. c. Quoniam*. Si negligit celebrare, est puniendus. *ib.*
Metropolitanus non potest cogere suffraganeos ad conficiendum secum Chrisma in feria 5. Cœnæ Domini. *Honorius 3. ex Cirone de offic. iudicis ordinarij c. 3.*
Metropolitanus licet grauiter sit accusatus, ante sententiam non potest vitari à subditis. eum vitantes honore priuandi sunt. *Conc. Constantinopol. 4. c. 10.*
Metropolitanus in causa fornicationis potest iudicari ab Episcopis subditis. *Conc. Aurelian. 3. c. 4.*
In Metropolitani causis, & delictis, tot testes requiruntur, quot in delictis Episcoporum. *Nicolaus 1. ep. 42.*
Metropolitano moriente, nullus Episcopus, vel alius vsurpet aliquid de bonis eius, vel Ecclesiæ; alias puniatur. *Concil. Tolet. 9. cap. 7.*
Vide, *Archiepiscopus*. Vide, *Episcopus per omnia*.

Metus.

Metus excusans, ille est, qui cadit in virum constantem, & hic est qui prouenit ex periculo mortis, cruciatuum, &c. *De his quæ vi & metu, &c. c. Cum dilectus*.
Metus non excusat à peccato mortali. *ibid. cap. Sacris*.
Metu faciens, quod non debet, non dicitur facere. *De regulis iuris in 6. reg. 53.*
Metum incutiens in electione Papæ, siue sit Rex, siue Imperator, siue alius, afficitur pœnis taxatis in constitutione *Bonif. VIII. Fœlicis*. *Concil. Constant. sess. 39.* Communitas verò supponitur interdicto. *ibid.* Vide, *Papæ electio*. Vide, *Electio*.

Miles. Militans. Militare.

Milites (olim) fieri non poterant clerici, aut monachi. *Dist. 50. c. Si quis post, & c. Quamuis*. *Dist. 51. cap. Aliquantos. 19. q. 3. cap. Monasteriis*. cum Papæ consensu possunt. *ibid. Conc. Tolet. 1. c. 8.*
Sed S. Gregorius decreuit posse Milites fieri monachos, nec posse hoc eis prohiberi. *Lib. 2. ex regest. ep. 62. & 65.* & in *lib. 8. ep. 23.* Dicit faciendum esse cum Papæ consensu: & per tres annos esse probandos, antequam monachi fiant. *ibid.* & *Gregorius 7. lib. 6. ep. 17.*
Miles fugiens puniendus est cum misericordia. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgarorum c. 2.*
Milites in bellis, possunt Deo placere. *23. q. 1. cap. Noli existimare*.
Miles subditus bellans pro Domino, qui dicit sibi iustè bellare, non peccat (etiam si bellum non sit iustum) quia nescit subditus. *23. q. 1. cap. Quid culpatur*.
Miles occidens in bello, vt pareat potestati sub qua militat, non est reus homicidij. *23. q. 5. c. Miles*.
Milites hospitari non possunt in monasterijs virginum. *Gregorius 1. lib. 7. ex regest. ep. 109.*
Milites præliaturi, debent orationi, & alijs bonis operibus vacare. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 35. & 38.*
Milites (id est Equites) habentes beneficium, in suo habitu tenentur incedere, alias priuantur. *Sixtus V. const. 92. Cum Sacrosancta*. §. 3. & 4. quis eorum habitus §. 5. Quando tenentur gestare in effectu. §. 6.
Militare iustè, non est peccatum. *23. q. 1. Militare*.
Militare non possunt clerici, aut monachi. *Concil. Calced. cap. 7.*
Militantes Dei præcepto non sunt homicidæ, cum occidunt. *23. q. 5. cap. Si non licet*.
Militans post baptismum nequit ordinari diaconus. *Concil. Tolet. 1. cap. 8.*
Militantes sub ijs qui diripiunt, vel occupant terras, aut bona Ecclesiæ, quas pœnas incurrunt. Vide, *Inuasores*. Vide, *Ecclesiæ*. Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ*.
Vide, *Bellum*.

Milites. Equites. Militiæ eorum.

Vide, *Equites. S. N. & N.*
Militiarum seruientes, subduntur Episcopis. Vide, *Seruientes*.

Minister.

Ministri altaris post oblationem tenentur communicare, vel excusationem legitimam adducere, si non possunt. *Conc. quod dicitur Apost. c. 9.*
Qui possunt, vel non possunt esse ministri altaris. Vide, *Altare*. Vide, *Missa*. Vide, *Mulieribus prohibita*.
Ministri altaris tenentur seruare continentiam. *Clemens 1. ep. 2.* alias ad altare non accedant. *ibid. Dist. 84. c. Cum in præterito, & cap. Cum de quorumdam*.
Ministri non sacri, non possunt tangere vasa sacra. *Dist. 23. cap. Non liceat*. Vide, *Sacra*. Vide, *Vasa*.
Ministri Ecclesiæ, nihil facere possunt sine Episcopi licentia. *Clemens 1. ep. 3. 16. q. 1. cap. Cunctis fidelibus*.
Ministrorum Ecclesiæ nomina, & officia, quę. *Dist. 21. c. Cleros.*

Ministri Sacramentorum.

Minister Sacramentorum, siue bonus, siue malus, gratiam confert. *1. q. 1. cap. Si iustus. c. Ex catholica, cap. Si autem. cap. Nec foris ergo. & c. Neque in homine*.
Ministri Sacramentorum debent puri, & mundi ministrare. *Conc. Turonicum 1. c. 1.*
Minister inuocat, Deus autem præstat benedictionem. *1. q. 1. cap. Dictum est*.
Ministri mali Sacramenta ministrare possunt, sed virtutem Spiritus Sancti habere non possunt (id est, pro se ipsis.) *1. q. 1. cap. Multa autem*.
Ministri mali, quomodo possunt ministrare Sacramenta, sed non remissionem peccatorum. *1. q. 1. cap. Remissionem*. Intelligitur de hæreticis, & excommunicatis, qui carent iurisdictione, quæ requiritur ad absoluendum, siue à peccatis, siue à censuris.
Minister malus signum sensibile facit, Deus autem gratiam causat. *de consecrat. dist. 2. c. Sacrificium*. §. *Sacramentum*.
Minister Sacramentorum debet habere intentionem faciendi Sacramenta, dum ea facit; vel faciendi, quod facit Ecclesia. *Concil. Constantiense in constit. Martini V.* circa medium. *Conc. Florent. in decr. vnionis*. *Eugen. 4.* Vide, *Intentio*. *Conc. Trident. sess. 7. de Sacram. can. 11.*
Minister Sacramentorum, si in mortali peccato facit, dummodo apponat alia necessaria ad Sacramenta, validè facit. *Trid. ibid. can. 12.*
Minister Sacramentorum non est omnis Christianus. *ibid. can. 10.*
Minister Baptismi. Vide, *Baptismus*.
Minister Sacramenti Confirmationis. Vide, *Confirmatio*.
Minister Sacramenti Pœnitentiæ. Vide, *Pœnitentia*.
Minister Sacramenti Ordinis. Vide, *Ordinatio*. Vide, *Ordo*.
Minister Sacramenti Extremæ Vnctionis. Vide, *Extrema*. Vide, *Vnctio*.
Minister Secramenti Eucharistiæ. Vide, *Eucharistia*.
Vide, *Sacramentorum efficiens, seu Minister*.

Ministri Infirmorum.

Vide, *Clerici Regulares ministrantes infirmis.*
Vide, *Infirmi.*

Minor.

Minor tenetur obedire maiori. *dist.8. cap. quæ contra.*
Minor non potest iudicare maiorem. *dist.21. c. inferior. cap. Nolite. cap. denique. cap. Submittitur, & cap. in tantum. Adrianus I. in decr. c.21.*
Minor non benedicit maiori. *dist.21. c. denique. Nicolaus I. in decr. de consuetud. c.3.*
Minor non potest accusare maiorem (id est superiorem.) 2. *q.7. c. Clericus, c. maiorum, c. Sententia, & cap. Oues.*
Minor non potest ligare, vel soluere maiorem, vel æqualem. *Nicolaus I. ep.9. & 10.* Vide, *Inferior.* Vide, *Superior.*

Minor Legalis.

Minor dupliciter sumitur: primo pro matrimonijs, & est ille, qui est infra annos 14. loquendo de masculis. Secundò, pro alijs actibus legalibus, & contractibus, &c. estque ille, qui est infra ætatem 25. annorum. *de probat. cap. in præsentia.*
Minor restitui debet in integrum, si probat se læsum. *de in integrum restitut. c. constitutus.*
Minor 14. annorum potest esse Procurator ad negotia, non tamen ad iudicia. *de Procuratorib. in 6. c. qui generaliter. §. licet.*
Minori 14. annorum non potest conferri Ecclesia, & si fit, irritè fit. *de ætate, qualitate, &c. c. Indecorum est.*
Si verò ex dispensatione Papæ concedatur, regenda est per Ecclesiasticos idoneos, non per laicos. *ibid. c. Ex ratione.*
Minor mulier (id est infra ætatem 12. annorum) potest per Procuratorem agere. *de restit. spoliat. c. ex parte M.*
Minor si 14. annos habet, in causis beneficialibus, & alijs eiusmodi potest per se, & per Procuratorem agere. *de iudicijs in 6. c. finali.*
Minor infra 14. in dictis causis, potest agere per Procuratorem. *ibid.*
Minori infra 14. ab Episcopo, vel officiali curator dandus. Si verò causa coram Papæ delegato fiat, ab isto dandus est ei curator. *ibid.*
Minor infra 14. estò sit in patria potestate, in causis tamen spiritualibus, vt beneficialibus, &c. non indiget patris assensu. *ibid.*
Minor infra 25. potest donationem facere, & iuramento firmare. *de probat. c. in præsentia.*
Minoritas in homicidio, quando non suffragatur in statu Ecclesiæ. Vide, *Homicida.*

Minores fratres.

Minorum Fratrum Reformatio prima fit in *Concilio Constantiensi sess.19.* & assignatur modus, quo reformati, seu obseruantes dicti regi debeant. Vide, *Fratres Minores.*

Minus.

Minus licet illi, cui licet maius. *de regulis iuris in 6. reg.53.*

Miracula.

Miracula operari non possunt per hæreticos. *Conc. Constantinop.3. act. 15. in fine.*
Miracula facit Deus per homines ad infidelium conuersionem. *Lib.8. const. Apost. c.1.*
De Miraculis non est gloriandum. *Gregor. I. lib.9. ex regest. ep.58.* & quare. *ibid.*
Miraculum nouum non potest prædicari, aut teneri, nisi per Episcopum approbetur. *Conc. Senon. in decr. mor. cap.40. Conc. Trid. sess.25. decr. de Inuocat. Sanctorum.*
Miracula illa tantum prædicari possunt, quæ ex Sacris Scripturis; vel à grauibus scriptoribus traduntur. *conc. Colon. 2. par. 6. cap.23.*

Miracula, gratiæ, beneficia, &c. quæ præsumuntur accepta à Deo ad intercessionem alicuius mortui cum opinione Sanctitatis, non possunt imprimi sine licentia Sedis Apostolicæ. *Vrban.8. constit.37. Sanctissimus.* Nisi fuerit canonizatus, vel beatificatus. Pœnæ. *ibid.*
Miracula, gratiæ, &c. talis mortui non canonizati, nec beatificati publicari non possunt sine præfata licentia, sub pœnis, clericis sæcularibus priuationis Officiorum, suspensionis à diuinis, & administrationis Sacramentorum; Regularibus verò, omnium Officiorum, nec non actiuæ, & passiuæ vocis, &c. *ibid. §.6.*
Inquisitores, vel Ordinarij in hoc negotio procedant. *ib. §.5.*
Miraculorum processus, quomodo fabricandi.
Vide, *Processus.*
Vide, *Gloria, in fine.* Vide, *Reuelationes.* vbi multa circa hæc inuenies.

Misericordia.

Misericordia potius quam seueritas tenenda in qualibet causa, etiam fidei, & superstitionum. *Concil. Later.3. in append. par. 50. cap.6.*
Misericordiæ operibus, peccata redimuntur. Vide, *Peccata.*
Misericordia, quando est iusta, & quando iniusta. 23. *q.4. c. Est iniusta.*

Miserabilis persona.

Miserabilis persona potest laicum conuenire coram iudice Ecclesiastico. *De foro compet. c. ex parte.*
Miserabiles personæ præferendæ sunt in discussione debitorum, licet non sint priores, seu anteriores alijs (vsque ad summam scutorum 50.) in Vrbe Roma. *Pius V. const.27. Accepimus.*

Missæ institutio, ac ritus.

Missæ sacrificium à Christo est institutum. *Conc. Senon. c.11.* est Deo gratissimum. *ibid. Conc. Constantiense contra art. 5. Vvicleff. Conc. Trident. sess.22. c.1.*
Missæ sacrificium in pane, & vino consecrato obtulit Christus Dominus Patri, ante mortem. *Conc. Senon. c.11.*
Missam esse institutam à Christo, fundatur in Euangelio. *concil. Constantiense contra art. 5. Ioannis Vvicleff.*
Missæ Canon. Vide, *Canon Missæ.* Vide, *Sacrificij ritus.*
Missa est sacrificium repræsentatiuum mortis Christi. *Concil. Colon. 2. p.7. c.27.*
In missa offertur verum, ac proprium sacrificium. *Concil. Trident. sess.22. can.1.*
Missa non est nuda commemoratio sacrificij facti in cruce. neque solius laudis, aut actionis gratiarum, sed propitiationis, pro peccatis, & alijs necessitatibus. *Conc. Trident. sess.22. cap.2. & can.3.*
Missarum celebrationis ritus traditus est per Beatum Iacobum Apostolum. *de consecrat. dist.1. cap. Iacobus. Lib.8. const. Apost. cap.12.*
Missæ in honorem etiam Sanctorum dici possunt. *Conc. Trident. sess.22. can.5.*
Missa per Prouinciam dicatur, sicut in Metropolitana. *Concil. Gerundense c.1. de consecr. dist.2. c. institutio.*
Missa, olim, sic dicebatur, vt post Orationem Dominicam, Apostoli aliquando consecrarent. *Gregorius I. lib.7. ex regest. epist.64.*
Missarum ritus vniformis esse debet in omni Ecclesia. *Conc. Toletan.4. cap.3.*
Iuxta formam præscriptam ab Ecclesia Romana dicenda est. *Concil. Brachar. c.22. Conc. Trid. sess.22. in decr. de obseruandis, &c. in celebr. Missæ.*
Missæ Canon non continet errores. *Conc. Trid. sess.22. can.6.*
Missæ cæremoniæ, vestes, &c. sunt in officium pietatis. *Trident. ibid. can.7.*
Vide, *Sacrificij ritus.* Vide, *Oblata.* Vide, *Græci.*

In Missa, quid offerendum.

In Missa offerri debent à sacerdote panis, & vinum, aqua mixtum. *Post epist.3. Iulij I. de consecr. dist.2. cap. in Sacramen-*

cramentorum. est illicitum offerri vinum sine aqua. *ibid. cap. Sic in sanctificando. c. Non oportet. Conc. Tribur. 1. c. 19. Conc. Vormat. 1. c. 4. Conc. Lucense 2. cap. 55. Concil. Aurelian. 4. c. 4. Conc. Trident. sess. 22. cap. 7.* Hæc mixtio ex Christi facto habetur. *ibid. c. 7.*

Plus de vino, quam de aqua, ponendum. *de celebrat. missar. cap. Pernicioſus.*

Vinum miscendum cum aqua, debet esse saltem quo ad duas partes. *Conc. Tribur. 1. c. 19.*

Non potest offerri vinum mellitum, vel mulsum, vel aliud. *Conc. Antisiodor. c. 8.*

Vinum si fieri potest, sit album. *Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad celebr. missa.*

Non potest offerri lac pro vino. *Conc. Brachar. cap. 2.* neque vuæ. *ibid. de consecr. dist. 2. cap. cum omne crimen. c. Didicimus.*

Panis offerendus debet esse integer, nitidus, & mundus in quantitate proportionata, iuxta Ecclesiæ consuetudinem. *conc. Tolet. 16. c. 6.*

Missam dicens Latinus in pane fermentato, priuatur officio, & beneficio. *De celebrat. Missar. c. fin. Honorius 3. ex Cirone, sub eod. tit. c. 2.*

Missa in quo idiomate dicenda.

Missa dicenda est in Lingua Latina, vel Græca à Græcis; numquam & à nullo in Sclauonica. *Ioann. 8. ep. 195.*

Missa non potest dici in Lingua Vulgari. *concil. Senon. c. 17. conc. Trident. sess. 22. c. 8.* Nec passim hoc concedendum. *Trident. ibid.* Vide, *Sacrificij ritus*. Vide, *Græci*.

Missa à quo dicenda, & à quo non; & pœnæ.

Missa à solo Sacerdote ritè ordinato dici potest. Vide, *Sacerdos*. Vide, *Sacrificium*.

Missam dicentes non ordinati, per Inquisitores iudicandi, & puniendi. *Gregor. 13. const. 21. Officij nostri.* Sed *Clem. 8. const. 81. Et si alias*, pœnam degradationis iniungit, & tradi curiæ sæculari statuit, etiam pro prima vice. Idem confirmat *Vrban. 8. const. 79. Apostolatus*.

Missam dicens non ordinatus Sacerdos, etiam si sit minor 25. annorum, dummodo compleuerit 20. tradendus per Inquisitores brachio sæculari; & si est clericus, degradandus est. *Vrban. 8. const. 79. Apostolatus*.

Diaconus celebrans Missam fit irregularis, & ad sacerdotium inhabilis, & (olim) per duos annos à Diaconatu erat suspendendus, non beneficio priuandus, & ad Religionis ingressum consulendus. *concil. Later. 3. p. 50. c. 62. de clerico non ordinato celebr. c. fin.* Sed *Clemens 8. vbi supra*, præfatas pœnas addidit, mortis scilicet. idem *Vrban. 8. ibid.*

Missa non est dicenda à Sacerdote malæ vitæ. *conc. Mogunt. 4. cap. 55.*

Missa non permittatur dici à Sacerdote vago, & ignaro. *concil. Trident. sess. 22. in decretis de obseruandis in celebrat. Missæ.*

Non dicenda à notoriè, vel publico criminoso. *ibid.*

Missa non permittatur dici ab aliquo extero sine literis dimissorijs sui Episcopi, quæ sint datæ non ante duos menses, si in Italia: si extra, non ante sex. quod si antiquiores sint, præter literas habeatur testimonium, de vita, & moribus ab Episcopo in cuius Diœcesi manet. *concil. Mediol. 1. p. 2. tit. quæ pertinent ad celebrat. Missæ.*

Missam dicentis dispositiones.

Missam dicens caueat, ne in peccato mortali dicat, sed præuia confessione, & absolutione. & hæc est probatio, quam requirit Apostolus. 1. Cor. 13. *conc. Mogunt. 4. c. 56.*

Sacerdos Missam dicturus, confiteatur saltem semel in hebdomada, nisi sæpius sit necessarium ob mortale peccatum. *concil. Mediol. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad celebrat. missæ.*

Ante Missam in Sacristia se præparet. *ibid.*

Missam dicturus, in Sacristia cum nullo fabuletur. *conc. Treuer. cap. 9.* Præsertim indutus vestibus Sacerdotalibus. *conc. Mediol. vbi supra.* Neque è Sacristia exeat ob aliquid negotium. *ibid.* Ante missam omnia præparentur in Altari: alias non incipiatur. *ibid.*

Missam dicturus debet esse ieiunus. *concil. Afric. c. 14. Post ep. 2. Sotheris.* Sub pœna depositionis. *concil. Brachar. 2. c. 10. matisc on. 2. c. 6. conc. Antisiodor. c. 19. de consecrat. dist. 1. cap. Sacramenta. Leo IV. homil. de cura Pastorali.*

Vide, *Ieiunus*.

Olim missa in feria 5. Cœnæ Domini non à ieiuno, sed à pranso erat dicenda. *conc. matisc on. 2. c. 6.*

Missa dici non potest ab eo, qui post galli cantum, idest mediam noctem, edit, vel bibit. *conc. Salegunstadiense cap. 4.* (Additur ibi nisi necessitas cogat.) *dist. 6. c. 1.*

Missam dicere non debet, qui in nocte passus est pollutionem causatam ex ingluuie, vel turpi cogitatione præcedente somnum (nisi necessitas vrgeat.) *dist. 6. c. 1.*

Missam celebranti, Angeli assistunt. *conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 132.* Vide, *celebrans*. Vide, *Sacerdos*.

Missam dicentis obligationes.

Missam incipiens tenetur eam prosequi, vsque in finem. alias excommunicetur. *Post epist. 2. Sotheris. conc. Roman. 3. sub Zacharia c. 14. de consecr. dist. 1. cap. Vt illud.* nisi aliquis casus accidat. *ibid. Si* accidit casus impediens, alter sacerdos debet eam complere. *concil. Toletan. 7. cap. 2. Sother. ep. 2.*

Tenetur dicere Missam iuxta Missale Romanum ex forma, & iussu Concilij Tridentini institutum. *Pius V. const. 106. Quo primum.*

Missam dicens tenetur communicare recipiendo corpus, & sanguinem Christi. *conc. Tolet. 12. c. 5. de consecr. dist. 2. c. Relatum est. Leo IV. homil. de cura Pastorali.*

Vno tantum calice vti debet sacerdos in missa. *Greg. 2. ep. 14.*

Missam dicens, omnia debet legere, & nihil memoriter recitare. *conc. mediol. 1. p. 2. tit. quæ pertinet ad celebrat. missa.*

Missa, neque celerius, neque tardius, quam par est, recitetur à celebrante. *conc. mediol. 1. ibid.*

Missam tenetur quilibet dicere iuxta formam traditam à Romana Ecclesia. *conc. Bracharen. cap. 22. conc. mediolan. 1. par. 2. tit. quæ pertinent ad celebrat. missæ.*

Vide, *Sacrificij ritus*.

Missam dicens, non dicat plures collectas, quam tres aut quinque. *conc. mediol. ibid.*

Quoties dicitur missa, toties dicens tenetur communicare. *De consecr. dist. 2. c. Relatum.*

Missa dicenda non est in die Passionis Domini. *conc. Toletan. 16. cap. 8.*

Missa dicenda cum calice, & patena aureis, vel argenteis. *conc. Tribur. 1. c. 18. de celebrat. missæ c. fin.* Pœna. *ibidem.* Dicens cum calice ligneo, &c. priuatur beneficijs, & supponitur interdicto. *Honorius 3. ex cirone, de missarum celebrat. cap. 2.*

Missa dicenda clarè, & distinctè vsque ad Canonem. *concil. colon. 2. par. 2. c. 13.*

In Missa aliqua dicenda sunt clara voce, aliqua submissa voce. *conc. Trid. sess. 22. can. vlt. conc. mediol. 1. p. 2. vbi supra.*

Missam dicens tenetur vti alba, stola, & casula. *Leo IV. hom. de cura pastorali.* Vide, *Sacerdotis vestes*. Vide, *vestes*.

Confessio quæ fit in principio missæ, deuotè facienda est. *conc. colon. 2. p. 7. c. 17.*

Missam dicens, tenetur generaliter, & specialiter orare, etiam pro defunctis. *De consecr. dist. 1. c. Visum præterea. concil. cabilon. 3. c. 39.*

Missa publicè dicenda est, etiam ab Episcopis non in cappellis, nisi ex necessitate graui. *conc. Sabinen. 1. c. 7.*

Vide, *Prælatis prohibita*. Vide, *Oratorium*.

Missam legere debet Sacerdos antequam ad Altare accedat, & signa præparare, ne erret. *conc. mediol. 1. par. 2. tit. quæ pertinent ad celebrat. missæ.*

Ad Altare accedens, modestè, & grauiter incedat. *ibid.*

Missa dicta, gratiæ agendæ sunt à celebrante. *conc. mediol. 1. vbi supra.*

In fine Missæ sacerdos non colligat biretum, vasa, &c. nec alicui

alicui rei manum admoueat. *Concil. Mediolan. ibidem.*
Candelæ extinguendæ non sunt, antequam vltimum Euangelium, id est, Sancti Ioannis, sit completum. *Conc. Mediolan. 1. ibid.*

Missam dicens à quibus debet abstinere.

Missa dici non potest capite velato. *Conc. Rom. sub Zacharia c. 13. De consecrat. dist. 1. cap. Nullus Episcopus. Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad celebrationem missæ.*
Missa dici non potest sine ministro. *Leo IV. homilia de cura pastorali. Conc. Moguntiacum c. 43.* Et hoc ex Apostolica traditione. *Conc. Paris. 6. l. 1. c. 48. & l. 2. c. 11.*
Missa dici non potest sine luminibus. *Leo IV. homilia de cura pastorali. De celebratione missarum. c. fin. & Honorius 3. ex Cirone, sub eodem tit. c. 2.*
Missa dici non potest cum calice vitreo, plumbeo, ligneo, &c. *Leo IV. homilia de cura pastorali.* Vide, *Calix.* Vide, *in titulo præceden.*
Abstinere debet celebrans ab omni motu indecenti oris, vultus, capitis, &c. *Conc. Mediol. 1. p. 1. tit. Quæ pertinent ad celebrat. missæ.*
Missa dici non potest à sacerdote cum baculo accedente ad altare. *conc. Rom. sub Zacharia c. 13.*
In missa non potest Sacerdos reconciliare, seù absoluere aliquem. *conc. carthag. 2. c. 3.*
Aliam missam nullus dicere potest, nisi quæ à Concilijs est approbata. *conc. Mileuit. c. 12. conc. Afric. c. 70.* Vide, *Sacrificij ritus.*
Missa dicenda non est in die passionis Domini. *Conc. Tolet. 16. cap. 8.*
Missam incipiens ad nihil aliud debet attendere. *conc. Trevereu. c. 9.*
Missam celebrans sine aqua, & igne, vel in pane fermentato (si sit Latinus) vel in vasco ligneo, deponitur ab officio, & beneficio. *De celebrat. missarum c. fin.*
Missa dicenda non est præsente excommunicato: sed si dicitur, dicens non fit irregularis. *De sent. excommun. in 6. c. Is qui.*
Sacerdos ad altare non ferat pileum, chirotecas, sudariolum, biretum, &c. *conc. Mediol. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad celebrationem missæ.*
Sacerdos in altari nullum expectet, neque introitum missæ vnquam pro aliquo repetat. *ibid.*
Vide, *Celebrans.* Vide, *Sacerdos.* Vide, *Sacrificium.*

Quot missæ dici possunt in vna die.

Missæ plures in vna die ab eodem poterant olim celebrari. *Conc. Salegunstadien. c. 4. Conc. Londinense 1. c. 2. Concil. Oxonien. 1. c. 1.*
Missa vna ab eodem in vna die celebrari potest, non plures. *De consecr. dist. 1. c. Sufficit. conc. Rauenn. 2. sub Clemente V. c. 9. Conc. Tolet. 18. c. 8.* Excepta die Natiuitatis Domini. *ibid. De celebrat. missarum c. Consuluisti.* Vbi additur (excepto casu necessitatis) id est, in hoc potest dispensari à Papa. *Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad celebrat. missæ.*
Missæ plures, id est, tres dici possunt in die Natiuitatis Domini. *Conc. Tolet. 18. c. 8. De celebrat. missarum cap. Consuluisti.*
Priuilegium dicendi duas missas concessum fratribus B. Ioannis Dei reuocatur. *Vrbanus VIII. const. 84. Circumspecta.*
Cum plures missæ dicuntur, ablutio sumenda est in vltima. *Conc. Londinense 1. c. 2. Conc. Oxonien. 1. c. 1.*

Qua hora diei dicenda est missa.

Missa in nocte Natiuitatis celebranda est in ipsa nocte. *De consecr. dist. 1. c. Nocte ex Theleſphori ep. decr.*
Alijs temporibus non potest celebrari, nisi dies illucescat. *Conc. Senon. in decretis morum c. 15.*
Missæ priuatæ celebrari possunt prima hora dici. *De consecr. dist. 1. c. Necesse est.*

In Ecclesijs, in quibus plures sunt missæ, vna celebretur diluculo, aliæ postea successiuè, & vna tandem tardius. *Concil. Mediol. 1. part. 2. tit. Quæ pertinent ad celebrat. missæ.*
Nec ante auroram, nec post meridiem, missæ celebrandæ, nisi in casibus à iure permissis. *Conc. Mediol. ibid.*
Missa solemnis non est celebranda ante horam tertiam dici. *De consecratione dist. 1. c. Nocte sancta. ex Telesphoro ep. decr. Conc. Aurel. 3. c. 14.*
Missa dici non potest post horam nonam. *Innocentius IV. constit. 14. Sub Catholicæ.*
In terris infidelium dici potest vna hora ante auroram, & vna post meridiem, seù nonam. *Paulus V. const. 40. Ex omnibus. §. 6.*
Missa non potest celebrari tempore vespertino. & reuocantur omnia priuilegia. *Pius V. const. 4. Sanctissimus.*
Missa non est celebranda, dum fit concio. *conc. Mogunt. 4. c. 57.* Vide, *concio.* Vide, *Prædicatio.*
Missa non anticipanda, nec postponenda eo quod expectatur aliquis licet magnus, sed hora commoda populo dicenda, neque ob idem omittenda est concio. Si quis minis, &c. ad hoc cogit: si clericus, beneficio priuetur, & si non habet, per quinque annos non possit habere. si laicus, excommunicetur, &c. *conc. Mediol. 1. vbi supra.*

Missa in quibus locis celebranda, & in quibus non.

Missa dici non potest, nisi in Ecclesijs & locis consecratis ab Episcopo. *Clemen. I. ep. 3. Felix IV. ep. 1. conc. Paris. 6. l. 1. c. 47.* In itinere vero, vel necessitate dici potest in alijs locis. *ibid. & Leo IV. de cura pastorali. De consecr. dist. 1. cap. 1. & 2. cap. Missarum. c. Hic ergo. c. Nullus. conc. Moguntinum 3. cap. 9. Conc. Metense 1. c. 5. Conc. Londin. 2. cap. 1. conc. Turon. 4. c. 6. conc. Triden. session. 22. in decr. de obseruandis, & euitandis in celebrat. missæ. conc. Mediol. 1. part. 2. tit. Quæ pertinent ad celebrat. missæ.*
Missæ in cœmeterijs pro defunctis dici possunt. *Lib. 6. const. Apostolic. c. vlt.*
Missa non dicenda in Ecclesia polluta. sed si quis dicit in ea, non fit irregularis. *De sent. excommun. in 6. c. Is qui.*
Missa dici non potest in loco, in quo sepultus est paganus. *de consecr. dist. 1. c. Ecclesiam, in qua.*
Poterit dici, si eripiantur cadauere infidelium, & consecretur. *ibid. c. Ecclesiam in qua il 2.*
Missa non dicenda in loco interdicto: dicens fit irregularis. & aliæ pœnæ, siue sit sæcularis, siue regularis. *de clerico excommun. & c. cap. Quæsiuistis. de sent. excommun. in 6. c. Is qui §. Is vero.*
Missa dici non potest in domibus; & qui ibi eam dicit, priuatur suo gradu. *conc. Paris. 6. lib. 1. cap. 47. Leo IV. de cura pastorali.* Sed de licentia Episcopi dici potest. *ib. conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 84. conc. cabilon. 3. cap. 49. de consecrat. dist. 1. c. Vnicuique. Conc. Senonen. in decr. morum c. 14.* Sub pœna suspensionis à diuinis. *conc. Trident. sess. 22. in decr. de obseruandis, & vitandis in celebrat. missæ.*
Missæ in oratorijs quando dici possunt. Vide, *Oratoria. de consecr. dist. 1. c. Vnicuique.*
Missæ non dicendæ in cappellis domorum sæcularium, nisi cum licentia Episcopi; & hæc ad solum semestre duret; & poterit confirmari ad aliud, & sic deinceps, si placet. *conc. Mediolan. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad celebrat. missæ.*
Cappellani requisiti ab ijs Dominis sint nominati, alias Episcopus non concedat. *ibid.*
In terris infidelium dici potest etiam in loco profano commodo. *Paulus V. constit. 40. Ex omnibus. §. 6.*
Missa dici non potest, nisi super altare. *De consecr. dist. 1. c. Sicut non aliy.* Vide, *Altare.*
In partibus verò infidelium dici potest super altari portatili. *Paulus V. const. 40. Ex omnibus. §. 6.*
Missa dici potest in Ecclesijs dirutis ab inimicis, si adsint tabulæ consecratæ. *De consecrat. dist. 1. c. concedimus.*
Missa in necessitate dici potest sub dio, dummodo adsit tabula consecrata, & paramenta. *de consecrat. dist. 1. cap. concedimus.*

mus. conc.moguntin.3. c.9. vel in tenitorijs. *ibid.*

Missa non est dicenda in eo altari, in quo ea die Episcopus eam dixit. *De consecr. dist.2. cap.in altari. conc. Antisiodoren. cap.10.*

Missæ duæ in eodem altari in eadem die dici, olim, non poterant. *conc.Antisiodoren. c.10.*

Vide, *cappella priuata*. Vide, *Oratorium*. Vide, *Prælati*. Vide, *Ecclesia polluta*.

Missa à christianis audienda in Festis.

Missa in qualibet Dominica, vel Festo audienda est à populis. *Post ep.3. Fabiani. De consecr. dist.1. c.missas. conc. matisconen.2. c.4. conc. Agathense c.47. conc. coiacense cap.6. conc.colon.2. par.7. c.24. Conc. mediol.1. p.2. tit. quę pertinent ad celebr. missę.*

Missa in festis audienda est, etiam à rusticis. *Leo IV. hom.de cura Pastorali. Conc. mediol. vbi supra.* Et de hoc monendi sunt Patres familias. *ibid.*

Etiam à mulieribus viduis audienda in festis, neque permittatur, vt viduæ vltra vnum mensem à morte viri, non audiant Missam in Festis. alias, pœnis, & censuris ad id compellantur. *conc.mediol.1. vbi supra.* Vide, *Vidua*.

Missa qua compositione audienda à populis.

Missa vsque ad finem audienda est, & benedictio sacerdotis expectanda. *conc. Aurelian.1. can.28. de consecrat. dist.1. cap.Omnes. cap. missas die Dominico. c. cum ad celebrandas. conc.colon. 2. p.7. c.26. conc. colon.3. tit. censurę c.18.*

Exeunte Sacerdote è Sacrario, & accedente ad Altare, omnes tenentur assurgere. *concil.Treuerense c.9.*

Missa non audienda cum armis. *concil. Aurelian.3. cap.28.* Transgressores puniendi sunt à iudice Ecclesiastico. *ibid.*

Cum fit confessio, & alia grauiora missæ dicuntur, omnes genuflexi maneant, nec accedant prope altare. *conc.mediol. 1. p.2. tit. Quæ pertinent ad celebrationem missę.*

Cum missa celebratur, omnes stent modesti, & sine confabulatione, vel tumultu. *concil.Turon.4. c.38. conc. Lateran. 4. cap.17.*

Non discedant à missa, nisi post vltimum Euangelium S.Ioannis. *conc.mediol. vbi supra.*

Missæ attendere debent auscultantes, & voto agere in ea, quod sacerdos agit ministerio. *conc.mogunt.4. c.58. & 59.*

Missa audienda aperto capite, & vultu ad altare conuerso. non est sedendum à principio Canonis, sed corpore humi demisso meditanda Christi passio. *conc. mogunt.4. cap.59. concil. mediolan. 1. p.2. tit.quę pertinent ad celebrat.missę.*

Missa audienda cum vestitu decenti, quo quis vtitur in publico. *conc. mediolan.1. ibid.*

Missa in quo loco audienda à populis.

Missas, olim, audire non licebat in aliena Parochia, in festis. *9. q.2. c.in Dominicis, & c. Nullus Presbyter.*

Missa à Parochianis audienda in sua Parochia in Festis, excepto si sint in itinere. *conc. Nannetense 1. cap.1. & 2. conc. Trid. sess.22. in decr. de obseruandis, & vitandis in celebrat. missę.*

Missam audientes in Ecclesijs fratrum, seu Regularium, satisfaciunt præcepto Ecclesiæ. *Leo X. constit.25. intellexi-mus.* Vide, *Regulares*.

Missa in certis diebus solemnibus in Ciuitatibus audienda est, non in villis, aut campis. *De consecrat. dist.1. cap. Si quis etiam.*

Missam audientes in cappellis domorum Prælatorum, Episcoporum, vel Assistentium Papæ, &c. qui cappellam habere possunt, si non sunt familiares necessarij eorum, non satisfaciunt præcepto. *Gregorius XV. const.32. Circumspecta. §.8.* Vide, *Assistentes Cappellæ Papalis*. Vide, *Oratorium*. Vide, *Cappella*. Vide, *Missa in quibus locis celebranda*.

Missæ pro quibus possunt dici, & pro quibus non.

Missæ dici non possunt pro hæreticis defunctis. *Gregorius 3. ep.1. Conc. Later.3. can.27.*

Missæ dici non possunt pro Catechumenis. *Concil. Brachar. cap.35.*

Missæ dici non possunt pro occidentibus se ipsos. *Nicolaus I. ad consulta Bulgaror. c.98. 23. q.5. cap.Placuit.*

Missæ dici non possunt pro excommunicatis mortuis. *Leo 4. homil.de cura Pastorali. 11. q.3. c. Si quis Episcopus, aut Abbas.* Episcopo autem id præcipienti non est obediendum. *ibid.*

Missa dici potest pro excommunicato, qui veniens ad sacerdotem pro absolutione moritur in via. *26. q.6. cap. Si aliquis.*

Missæ dici possunt pro suspensis in patibulis, si Sacramentum Pœnitentiæ habuerunt. *Conc. Vormat.1. c.80.*

Missæ quorumdam sacerdotum non audiendæ.

Missa presbyteri concubinarij non audienda. *concil.Roman. sub Alexandro 2. Conc.Roman. sub Nicolao 2. can.3. dist. 32. c. Nullus, & c. Præter.*

Non audienda publici, & notoriè criminosi. *Conc. Trident. sess.22. in decr. de obseruandis, & vitandis in celebr. missę.*

Missa presbyteri fornicarij tolerati, si delictum non est euidens, licitè potest audiri. *Conc. Lateran.3. in append. par. 50. c.38. de cohabit. cleric. &c. c. Vestra duxit.*

Missa presbyteri illiterati non audienda. *Post ep.3. Fabiani Papæ.* Vide, *Clerici fornicarij*.

Missa cum ministro dicenda; cum quo, & obligationes eius.

Missa dici non potest sine ministro. *Leo IV. hom. de cura Pastorali. Conc.Paris.6. lib.1. c.48. & lib.2. c.11. Conc.Mogunt.4. c.54. Conc.Treuer. c.9. Concil.Colon.2. par.2. c.18. Conc.Mediol.1. p.2. tit. Quæ pertinent ad celebr. missę.*

Minister inseruiens missæ debet esse indutus superpelliceo. *Conc. Mediol.1. ibid.*

Minister in missa Patris esse non potest filius illegitimus. *concil.Treuer. cap.9.*

Minister missæ non potest esse fœmina. *Leo IV. homilia de cura Pastorali. Innocent. IV. const.14. Sub catholicę.*

Vide, *Mulier*. Vide, *Altare*.

Ministri in missa solemni debent esse ieiuni. *Concil.Treuer. cap.9.*

Missæ inseruire non possunt Epileptici; nec Arreptitij.

Vide, *Altari inseruientes*.

Missam incipiente sacerdote, minister ad aliud non attendat, nisi ad suum munus, & ad orandum cum eo. *concil. Treuerens. cap.9.*

Minister non potest assistere missæ velato capite. *conc. Rom. sub Zacharia c.13.* sub pœna excommunicationis. *De consecr. dist.1. cap.Nullus Episcopus. Conc. Treuerense c.9.*

Missę, pro defunctis etiam dicendę.

Missæ pro defunctis dicendæ sunt, etiam in cæmeterijs. *Lib. 6. const. Apost. c.vlt.*

Missa dicenda pro mortuis ad remissionem peccatorum (id est pœnarum.) *Ioann.8. ep.204. concil. Senon. c.12. & 17. concil.Florent. sess.vlt. in literis vnionis Armenorum. concil. Salegunstadiense c.10. conc. Treueren. c.9. conc. Colon. 2. p.7. c.27.* Vide, *Sacrificium*. Vide, *Defuncti*.

Missæ defunctorum relictæ pro legatis, omnino celebrentur. *conc.Trid. sess.25. de reform. c.4.* Vide, *missarum obligationes*. Vide, *Legata*.

In omni missa facienda est commemoratio pro Defunctis. *conc. cabilonen.3. c.39.* Vide, *Defuncti*.

In missis generaliter, & specialiter orandum est pro defunctis. *De consecr. dist.1. c.Visum.*

Missæ defunctorum celebrari non possunt in die Dominica. *conc.colon.2. p.7. c.28.* Vide, *Sacrificium*.

Mul-

Multa obseruanda in celebratione missæ solemnis, vel aliarum.

Dum missa solemnis celebratur, nec Presbyter, nec Diaconus exeant de altario. *conc. Narbonen. c.12.*

Dum missa solemnis celebratur, nullus clericus se exuat alba, alias stipendio priuetur. *Conc. Narbon. c.12.*

Missa solemnis hora 3. dicatur. *Conc. Aurel.3. c.14.*

Cantanda cum Diacono, & Subdiacono. *Conc. Mediolan.1. p.2. tit. de Missa solemni.*

Dum missa solemnis celebratur, laici non ingrediantur Presbyterium. *De consecr. dist.2. c. Sacerdotum.*

Dum solemnis missa celebratur, aliæ non dicendæ. *Concil. Rauen.4. sub Ioan.22. c.12. conc. Treu.c.9. conc. Senon.c.15.*

Missa in solemnibus festis cantanda est per Episcopum, nisi hic sit impeditus. *Conc. Mediol.1. p.2. tit. de missa solemni.*

In alijs diebus festis per dignitates, Canonicos, vel hebdomadarium iuxta locorum consuetudinem cantetur, vel per Mansionarios aliosque sacerdotes. *ibid.*

Missam cantante Episcopo, (vel Canonico iuxta consuetudinem) præter diaconum, & subdiaconum assistere debet solitus Assistens pluuiali indutus. *ibid.*

Missam solemnem celebraturus, si desit absque licentia Præsidentis Chori, vel absque legitimo impedimento, tenetur soluere pœnam pecuniariam Sacristiæ. impeditus autem tenetur hoc significare Sacristæ, vt alium possit vocare pro illo. *Conc. Mediol. ibid.*

Missæ non potest diaconus, vel minister assistere velato capite, sub pena excommunicationis. *conc. Rom. sub Zach. c.13.*

Missa (olim) dici non poterat, nisi saltem duo essent præsentes. *Post ep.2. Sotheris. De consecr. dist.1. c. Hoc quoque.*

In missa dicitur *Sursum corda*, vt nil aliud, nisi Dominum cogitemus. *De consecr. dist.1. c. Quando.*

In missa post eleuationem Eucharistiæ, nihil est canendum, sed silendum vsque ad Agnus Dei; imo & organa tunc silere debent. *Conc. Treuer. c.9. conc. Colon.2. p.2. c.14.*

In missa denuncianda sunt festa, & ieiunia. *De consecr. dist.3. cap. Pronunciandum.*

In missa (olim) semper aliquid erat offerendum à fidelibus. *De consecr. dist.1. c. Omnis christianus. Concil. Roman.5. sub Gregor.7. c. vlt.*

Missa publicè dicenda est, etiam ab Episcopis; non in cappellis, nisi in graui necessitate. *Conc. Sabin.1. c.7.*

Vide, *Prælatis prohibita*. Vide, *Oratorium*. Vide, *Missa in quibus locis dicenda.*

Missæ quæ dici debent ex fundatione in cappellis, die Dominico non dicantur, nisi post Parochialem. *Conc. Senonen. c.15. Conc. Colon.2. p.7. c.24.*

Missæ pro Defunctis celebrari non possunt in die Dominica. *conc. Colon.2. p.7. c.28.*

Missa de B. Virgine celebranda est in Sabbatho, nisi aliæ impediant festiuitates. *conc. Mediol. 1. p.2. tit. Quæ pertinent ad celebrationem missæ.* Et fit commemoratio de B. V.

Exeunte Sacerdote, & eunte ad altare, omnes debent assurgere. *Conc. Treuer. c.9.*

Missa de feria omitti non potest propter aliam specialem. *De celebrat. missæ c. quidam.*

Missæ duæ celebrandæ in die à Collegiatis, vna de die, alia pro defunctis. *ibid. c. cum creatura.*

In Missa B. Mariæ non solemni, nec hymnus Angelicus, nec symbolum recitatur. *De celebrat. missar. c. consilium.* in alia solemni dicitur. *ibid.* Vide, *Sacrificy ritus.*

Missa quoties de necessitate, dicenda in hebdomada.

Missa dicenda in qualibet die Dominica, & audienda à Populo. *Post ep.3. Fabiani.*

De necessitate dicenda omni Dominica in Parochijs. *Conc. Emeritense c.19.*

Missæ abusus fugiendi, & pœnæ.

Missa defunctorum, seu de Requie celebrari non potest pro viuis, ad procurandum mortem istorum, qui eam dicit, gradu priuetur, & qui incitauit ad hoc, exilio, vel ergastulo perpetuo deputetur. & communione priuetur vterque vsque ad exitum. *conc. Tolet. 17. c.5. 26. q.5. c. quicumque.*

Per missam (olim) se purgabat sacerdos, vel Episcopus de aliquo crimine accusatus. (nunc autem est prohibitum.) *2. quæst.5. cap. vlt.*

Per missam etiam se purgabant monachi, quando in monasterio fiebat aliquod furtum. Superior enim missam dicebat, & omnes in ea communicabant. *conc. Vormat.1. cap.15. 2. q.5. c. Sæpè contingit.* Sed nunc est prohibitum.

Pro missæ pretio non fiat pactum. *conc. Londin.1. c.4.* Accipiatur quod sponte datur. *conc. Tolet.18. c.7. concil. Trid. sess.22. in decr. de obseruand. in celebr. missæ.*

Missæ non dandæ in pœnitentiam à confessore. *conc. Londin. 1. cap.4.*

Pro prima missa Sacerdotis nouelli non fiant conuiuia, commessationes, &c. nisi inter paucos amicos, sobrie, & sine luxu. *conc. Mogunt.4. c.60.*

Alij ritus, preces, candelarum numerus, &c. ab Ecclesia Romana non recepta apponi non possunt in celebratione missæ. *conc. Trident. sess.22. in decret. de obseruandis, & euitandis in celebrat. missæ.*

Missæ fructus, & effectus.

Missa prodest pro viuis, & defunctis, qui sunt in Purgatorio. *conc. Senon. c.12. concil. Florent. sess. vlt. in literis vnionis Armenorum. conc. Trident. sess.25. in decr. de Purgatorio.*

Missa prodest pro satisfactionibus, & alijs necessitatibus. *conc. Senon. c.17.*

Missa offertur pro viuis, & defunctis pro pœnis, pro peccatis, pro satisfactionibus, & alijs necessitatibus. *conc. Trident. sess.22. c.2. & can.3.*

Vide, *Defuncti*. Vide, *Purgatorium*. Vide, *Sacrificium.*

Missa priuata.

Missa priuata, in qua solus sacerdos communicat, est approbata, & licita. *conc. Trid. sess.22. c.6.*

Hæc missa adhuc dicitur communis, quia offertur pro omnibus fidelibus. *ibid.*

Missæ priuatæ non dicendæ in publico, ne impediatur missa publica. *de consecr. dist.1. c. Et hoc.*

Missale.

Missale Romanum iuxta formam Concilij Tridentini institutum est, & iuxta illud celebrandæ sunt missæ. *Pius V. constit.106. Quo primum.* Idem confirmat *Clem. 8. const.108. cum sanctissimum.*

Missæ, qui possunt esse præsentes, etiam in partibus infidelium.

Missæ Catechumenorum (id est, vsque ad Canonem) possunt esse præsentes omnes, etiam Iudæi, infideles, & hæretici. *De consecr. dist.1. cap. Episcopus nullum.*

Missa in partibus infidelium, si non adsit periculum irrisionis, celebrari potest in altari portatili, etiam præsentibus Turcis, vel alijs paganis, &c. ab Ecclesia separatis, & in loco prophano, si sit commodus. *Paul.V. const.40. Ex omnibus. §.6.*

Missarum onera, reductiones, satisfactiones, & eleemosynæ, &c.

Missa vna celebrari non potest pro pluribus stipendijs, seu eleemosynis: sed tot sunt dicendæ, quot sunt eleemosynæ (iuxta loci consuetudinem.) *Vrb. 8. const.43. cum sapè. §.2.*

Priuilegia verò concessa aliquibus, vt per tot collectas, seu orationes satisfieri possit pro alijs, qui dant eleemosynam, reuocantur. *Vrban.8. ibid. §.3.*

Missam recipiens pro eleemosyna, non potest eam alteri dicendam committere retenta sibi parte eleemosynæ. *Vrbanus 8. ibid. §.4.*

Missam

Missam vnam dicturus pro multis simul, non potest exigere eleemosynam maiorem, quam si diceret pro vno. *De consecrat. dist. 5. cap. Non mediocriter.*

Missarum reductio non potest à Generalibus Religionum, vel ab Episcopis fieri; sed recurrendum est ad Sedem Apostolicam. *Vrbanus 8. const. 43. Cum sæpè. §. 1.*

Missarum onera perpetua, dum relinquuntur; sic faciendum. Pecuniæ, & mobilia pro ijs missis relicta deponantur penes personam idoneam, vel penes Ædem sacram, donec inueniatur occasio inuestiendi illa. *ibid.*

Si autem bona illa alienari contingat, pretium illorum in alia bona stabilia, & fructifera inuestienda sunt. *ibid. §.6.*

Missæ perpetuæ de nouo acceptari non possunt à clericis secularibus sine licentia Episcopi. à Regularibus verò, sine licentia Generalis, vel Prouincialis in scriptis, & gratis danda. Alias, acceptantes, Regulares priuationem omnium officiorum, & actiuæ, ac passiuæ vocis incurrunt perpetuam: sæculares vero clerici ab ingressu Ecclesiæ sunt interdicti. *Vrbanus 8. ibid. §. 7.*

Missarum quotidianarum eleemosynæ manuales accipi non possunt, nisi prius satisfactum sit pro præteritis: & auferendæ sunt capsulæ pro hoc institutæ. *ibid. §. 8.* Si autem intra tempus modicum possit omnibus satisfieri, accipi possunt. Vide infra *in resp. ad 11.*

Missarum perpetuarum onera acceptari non permittant Episcopi, Generales, ac Prouinciales, nisi in Ecclesijs tot sint sacerdotes, quot sufficiunt ad satisfaciendum pro nouis, & antiquis oneribus: ideoque pro hoc facta est præscriptio Religiosorum pro quolibet Conuentu. *Vrban. 8. const. 43. Cum sæpè. §. 9. 10. & 11.* & alterari non potest talis fratrum numerus. *ibid.*

Missæ nullatenus accipiendæ supra onera. *Conc. Trident. sess. 25. de reform. cap. 4.*

Si legatum sit tenue, non potest ab Episcopis, vel Generalibus, aut Prouincialibus fieri missarum reductio, sed ad Papam est recurrendum. *Vrbanus 8. const. 43. in declarat. ad primum dubium.*

Missarum numerus celebrari debet iuxta præscriptionem offerentis. Si verò non præscripsit, iuxta præscriptionem Ordinarij. *ibid. ad 2.*

Missæ celebrandæ pro eleemosyna, iuxta taxam loci factam ab Episcopo. *ibid. in respons. ad 3.*

Missa vna non sufficit ad satisfaciendum pro obligatione legati, & eleemosynæ. *ibid. in resp. ad 4.*

Si testator relinquit legatum, vt pro eo celebrentur missæ, absque taxatione numeri, tunc non ab hæredibus, sed ab Episcopo præscribendus est numerus. *ib. in respons. ad 5.*

Missæ plures non possunt satisfieri per tot collectas, nec etiam in futurum. *ibid. in resp. ad 6.*

Missam celebraturi, seu loca pia, non possunt de eleemosyna missæ aliquid retinere pro expensis in celebranda missa, quam debent, nisi loca illa alios redditus non habeant. *ib. in resp. ad 7.*

Missam celebraturus si sit beneficiatus, potest per se celebrare, vel per alium dando ei congruam eleemosynam, iuxta loci consuetudinem, nisi in fundatione beneficii, aliter sit cautum. *ibid. in resp. ad 8.*

Missæ eleemosynam habens, si per alium celebrat tenetur ei dare totam eleemosynam, & non potest retinere sibi partem. *ibid. in resp. ad 10.*

Missæ manuales, & earum eleemosynæ accipi possunt, etsi alia onera quis habeat, dummodo intra modicum tempus possit omnibus satisfacere. *ibid. in resp. ad 11.*

Si dans eleemosynas consentiat: secus si non consentiat. *ib. in resp. ad 12.*

Missas perpetuas acceptans sine licentia Episcopi, si clericus sæcularis, vel sine licentia Generalis, aut Prouincialis, si regularis, incurrit pœnas taxatas in Bulla *Vrbani 8. constit. 43. Cum sæpè.* Non autem si acceptet alias manuales eleemosynas. *ibid. in resp. ad 13.*

Missarum recipiendarum capsulas non auferens (si satisfieri non possit) etiam pro die mortuorum, incurrit pœnas præfatæ Bullæ. *Cum sæpè. in resp. ad 14.*

Missæ manuales accipi non possunt (si breui non possit satisfieri) nec etiam prætextu concursus, & magnæ deuotionis Ecclesiæ, ne hæc minuantur. *ibid. in resp. ad 15.*

Missarum capiendarum, vel non capiendarum obligatio, supra onera, comprehendit non solum capitula, monasteria, collegia, loca pia, &c. sed etiam priuatos sacerdotes. *Vrbanus 8. const. 43. Cum sæpè. in declarat. ad 16.*

Mysterium.

Mysteria diuina in hac vita ænigmaticè videntur. *Conc. Ephesin. in ep. Cyrilli ad Nestorium.*

Mitra.

Mitris vti possunt Abbates exempti. *De priuilegijs in 6. cap. Vt Apostolicæ.*

Dum Abbates conueniunt ad Concilia, vti possunt mitris aurificatis, non tamen aureis, vel habentibus laminas aureas, vel argenteas, vel gemmas. *ibid.*

Non exempti vero vti possunt mitris simplicibus, & planis, dum sunt in Concilijs. *ibid.*

Abbates, tam exempti, quam non exempti, in alijs locis extra Concilia, vti possunt mitris sibi concessis per Sedem Apostolicam. *ibid.* Vide, *Abbas.*

Moderatio. Moderari.

Moderatio importat diminutionem. *De verbor. signif. cap. Transmissæ.*

Moderandæ sunt aliquando constitutiones, & decreta: & quando. *Dist. 14. cap. Sicut quædam.*

Moguntia.

Moguntia Ciuitas sublimatur in Metropolim. *Zachar. ep. 13.*

Molestantes.

Molestantes clericos, monachos, oratores, peregrinos, &c. excommunicantur. *24. q. 3. c. Paternarum. & c. Illi qui peregrinos.* Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

Molestantes famulos Ecclesiarum, Monachorum, &c. excommunicantur. *ibid. c. Paternarum.*

Vide, *Ecclesiarum, &c. Immunitas.*

Molineus.

Molinei (Caroli) opera prohibentur. *Clemens 8. constit. 89. Apostolicæ.*

Libri tamen Iuris Canonici Auctorum, qui habent postillas Caroli Molinei, non prohibentur. *ibid.*

Monachorum status, & vita.

Monasticus ordo ab Apostolis est institutus, & fundatus. *Conc. Meldense c. 9.*

Monachus potest quis fieri, vel ex proprio, vel ex parentis voto. *20. q. 1. cap. Quicumque.* Sed factus ex voto parentis, quando potest extrahi è monasterio. *20. quæst. 2. cap. Si in qualibet.*

Vt obligetur manere, ex propria voluntate debet fieri. *20. q. 1. c. Sicut qui, & cap. Illud autem.*

Monachi debent viuere separati ab aliis hominibus. *16. q. 1. cap. Placuit communi.*

Monachari potest clericus sine Episcopi licentia, & eo inuito. *19. q. 1. cap. vnico. & q. 2. cap. Duæ.*

Monachari, olim, nullus poterat ante ætatem 18. annorum. *20. q. 1. c. Quia autem.* Sed postea reuocatum fuit. Vide, *Nouitius.* Vide, *Regulares. De Regularib. c. Quę in insulis.*

Nullus debet fieri Monachus cum spe, vt fiat Abbas. *Concil. Rom. sub Alexandro 2.*

Monasticam vitam eligens, per biennium est probandus. *16. q. 3. cap. Monasteria.* Per vnum annum, olim, stabat cum laico habitu. *Gregor. 1. lib. 4. ep. 44.*

Non

Non monachus non potest eligi in Prælatum monachorum. *de elect. c. Cum ad nostram.*
Non professus non potest in Abbatem postulari. *ibid. c. Cum Monasterium.*
Vide, *Regulares.* Vide, *Monachos in particulari, infra.*

Monachorum obligationes.

Monachi omnes Monasterij Abbati sunt subiecti. *conc. Aurelian. 1. c. 21. 16. q. 2. c. Abbates.*
Olim tenebantur facere opus manuale. *De consecr. dist. 5. c. Numquam.*
Cum ad monasterium vadunt, tenentur omnia sua bona illi consignare. *19. q. 3. c. Perlatum est. & c. Si qua mulier.*
Cum monachus fit Episcopus, tenetur relinquere monasterio omnia, quæ acquisiuit. Sed paternam hæreditatem reassumit. *18. q. 1. c. Statutum est.* Vide *Regulares facti Episcopi.*
Monachus factus ex dolo Abbatis, vel Episcopi, tenetur persequare. Sed illi sunt puniendi. & bona monachi pertinent ad hæredes. *16. q. 7. c. Constituit. & 20. quæst. 2. cap. Constituit.*
Monachi officium est non docere, sed lugere. *16. q. 1. c. Monachus non docentis.*
Monachi tenentur seruare iuramentum. *de iure iurando, cap. Ex rescripto.*
Tenentur soluere decimas de prædijs nouiter habitis. *de decimis c. Commissum.* Vide, *Regulares.* Vide, *Monachos in particulari, infra.*

Monachi circa Episcopos.

Monachi, olim, Episcopis erant subiecti. *16. q. 1. c. Qui vere. & q. 2. cap. Statuendum.*
Sed postea ab eorum iurisdictione fuerunt exempti. *18. q. 2. cap. Quam sit necessarium.*
Non possunt ab Episcopis vexari per interdicta, neque eorum Ecclesiæ. *Gregor. 1. l. 1. ep. 12.*
Sine Episcopi licentia non possunt soluere, & ligare, id est absoluere, & pœnitentias imponere. *16. q. 1. c. Peruenit. & c. Interdicimus.* Vide, *Regulares circa confessiones.*
Vide, *Regulares circa Episcopos.*

Monachi circa Superiores.

Monachi sine licentia Abbatis, non possunt ordinari in aliquo ordine. *Conc. Agath. c. 27. Gregorius 1. l. 7. ep. 18. Dist. 58. cap. Nullus, & cap. Si quis de alterius. 16. qu. 1. c. Monachi, & c. Si quis. q. 2. c. Visis literis. 20. q. 4. cap. Monachum.*
Non possunt sine superioris licentia exercere officia Ecclesiastica. *16. q. 1. c. monachi à monasterio.*
Monachi omnes Abbati sunt subiecti. *Conc. Aurel. 1. cap. 21. 16. q. 2. cap. Abbates.*
Sine licentia Abbatis nullum officium Ecclesiasticum possunt exercere extra monasterium. *Conc. Tarracon. c. 11.*
Non possunt sine Abbatis licentia cellas nouas construere. *18. q. 2. c. Nullus, & c. Cellas.*
Si monachus fit Abbas alicuius monasterij, non habet vocem electiuam in electione Abbatis prioris monasterij, neque potest eam sibi reseruare. *de elect. c. Constitutis.*
Monachus non professus nequit eligi in Abbatem. *ibid. cap. Cum in magistrum. de electione in 6. c. Nullus.*
Vide, *Regularibus prohibita.* Vide, *monachos in particulari, infra.*

Monachi à quibus tenentur abstinere.

Monachus sine licentia Abbatis non potest ire ad aliud monasterium. *Conc. Agathen. cap. 27. & 38. 20. q. 4. c. Monachum.*
Non possunt vagari: vagantes per Episcopum retrahendi sunt. *16. q. 1. c. Quidam. Greg. 1. l. 2. ep. 40. l. 12. ep. 20.*
Non possunt frequentare conuersationes sæculares. *16. q. 1. c. Si cupis.*
Non possunt ad aliud monasterium temere transire. *De regularibus cap. Ioannes.*
Cogendi sunt redire ad primum. *ibid. c. Non est vobis.*
Non potest habere cellas separatas ab alijs, nisi necessitas vrgeat, & sint viri probati. *Conc. Agathen. cap. 28. Conc. Aurelian. 1. c. 24. 18. q. 2. c. Nullus.*
Monachi non possunt habere aliquid de proprio, alias ab Abbate eis auferatur, & monasterio incorporetur. *Conc. Aurelian. 1. cap. 21. Gregor. 1. l. 1. epist. 40. lib. 10. ep. 42. de regularibus cap. Ioannes.* Morientes cum proprietate sepeliuntur in sterquilinio. *de statu monachorum. c. Cum ad monasterium.*
Non possunt facere negotia sæcularia. *De negotijs sæcularibus cap. 1.*
Non possunt forense negotium facere sine Abbatis licentia. *Conc. Tarracon. c. 11.*
Non possunt manere dispersi, sed in monasterio debent vniri. *Gregor. 1. l. 1. ep. 39.*
Non possunt habitum dimittere, & dimittentes ad monasterium sunt retrahendi. *Greg. 1. l. 1. ep. 53. 20. q. 3. c. Propositum, & c. Procliuis.*
Monachi fugientes à Monasterijs per dæmones vexantur. *Gregor. 1. l. 9. ex regist. ep. 38.*
Monachi non possunt facere sibi commatres mulieres. *Greg. 1. l. 3. ep. 40. 18. q. 2. c. Peruenit ad nos.*
Non possunt introducere mulieres in monasterium. *Greg. 1. l. 3. ep. 40.* Vide, *monasteria.*
Non possunt prædicare, nisi sint sacerdotes. *16. quæst. 1. cap. Adycimus.*
Monacho iuranti de non standō in claustro, quæ pœna danda est. *de iureiurando. c. Sicut ex literis.*
Monachi non possunt esse defensores, seù aduocati. *16. q. 1. c. De præsentium.*
Neque possunt esse tutores. *ibid. c. Generaliter.*
Non possunt ambire officia Ecclesiastica. *16. quæst. 1. cap. Vos autem.*
Non possunt accusare sacerdotes. *2. q. 7. cap. Placuit eorum, & c. Nullus monachus.*
Non possunt esse testes in causis. *ibid. c. Placuit eorum.*
Non possunt habitare cum monialibus. *18. q. 2. c. Diffinimus. Conc. Nican. 2. c. 10.*
Monachus, & monacha numquam possunt simul habitare. *ibid. c. In nullo loco.*
Monachi non possunt facere testamentum. *19. q. 3. c. Quiuingredientibus.*
Non possunt redire ad militiam. *20. q. 3. c. Eos qui semel.*
Non possunt facere vota sine Abbatis licentia, alias sunt nulla. *20. q. 4. cap. Monacho.*
Non possunt nubere. nubentes sunt excommunicati. *27. q. 1. c. Virginem. Conc. calced. cap. 15.* (sed ab Episcopo possunt absolui. *ibid.*) *& c. Si qua virgo.*
Si pellici iungantur sunt, inhabiles perpetuò ad officia Ecclesiastica. *Conc. Aurelian. 1. c. 23.*
Monachus ducens vxorem, fit incapax sacrorum ordinum. *27. q. 1. cap. monacho.*
Retrudendus est in monasterio. *ibid. c. Et quia.*
Non possunt comedere carnes nisi ægroti. *de consecrat. dist. 5. cap. Carnem. de statu monachorum. cap. Cum ad monasterium.* In infirmaria possunt. *ibid. capit. Ex necessitate.*
Non possunt à laicis decimas accipere sine Episcopi licentia. *16. q. 7. cap. Decimas.*
Non possunt Ecclesias recipere, sine Episcopi licentia. *ibid.*
Monachatum deserens, fieri non potest clericus. *16. q. 1. c. Legi epistolam.*
Monachi fornicantes, vel matrimonium contrahentes, perpetuò in ergastulis recludantur. *Siricius ep. 16. 27. q. 1. cap. Impudicas.*
Monachus in monasterio non potest tenere orarium (id est stolam.) *Conc. Aurelian. 1. cap. 22. 27. q. 1. cap. Monacho orarium.*
Vide, *Regularibus prohibita.* Vide, *monachi in particulari. infra.*

Monachorum priuilegia.

Monachi presbyteri possunt soluere, & ligare. *16. q.1. cap. sunt nonnulli. cap. Ex auctoritate, & c. Doctos.* Item possunt prædicare, baptizare, &c. *ibid.*

Sed sine Episcopi licentia non possunt soluere, & ligare, &c. *16. q.1. cap. Peruenit, & c. Interdicimus.*

Vide, *Regulares circa confessiones.*

Ex presbyterorum consilio possunt aliqua Ecclesiastica munera exercere. *16. q.1. c. Ecclesia habet.*

Monachi, vel monachæ non possunt repelli ab hæreditate. *19. q.3. c. Non liceat.*

Non tenentur manere in monasterio, nisi fecerint professionem. *17. q.2. c. Consaldus.*

Monachi possunt missas celebrare, & mortuos sepelire. *16. q.1. cap. Agapitus.*

Possunt clericorum officia celebrare. *16. q.1. c. ex auctoritate.*

Possunt frui beneficiis Ecclesiasticis. *16. q.1. c. Si monachus, & c. moderamini.*

Monachus factus ex clerico potest promoueri ad alios ordines. *16. q.1. c. Si quem.*

Monachi non tenentur publicis ciuitatum ministeriis deseruire. *16. q.1. c. Nemo, & c. iuxta.*

Possunt fieri clerici, diaconi, presbyteri, & Episcopi. *Siricius ep.1. c.13. Gregor. I. lib.5. ep.27. Conc. meldense cap.3. 16. q.1. c. Sic viue, & c. Si clericatus.*

Monachi in ætate matura fiant clerici. *16. q.1. c. monachos. c. monachi. & c. cum pro vtilitate.*

Monachi cum fiunt clerici, non absoluuntur à monachatu. *Innocent. I. ep.2. c.10. 16. q.1. c. De monachis.*

Monachi quo ordine debent ad clericatum & ad alios gradus ascendere. *Gelas. ep.9.*

Monachis dispensari debent interstitia. *Gelasius. ibid.*

Monachi sine licentia Abbatis non possunt aliquem ordinem clericalem accipere. *Conc. Agathen. c.27. Gregor. I. lib.7. ep.18. dist.58. c. Nullus, & c. Si quis de alterius. 16. q.1. cap. monachi, & c. Si quis. q.2. cap. Visis literis. 20. quæst.4. cap. monachum.*

Monachus potest accusare Abbatem. *De accusationibus, & c. cap. Ex parte tua.*

Monacho accusante Abbatem, expensæ fiant à monasterio. *ibid. c. Olim.*

Monachus etiam non professus eligi potest Episcopus. *De electione in 6. cap. Nullus.*

Monachi possunt in infirmaria comedere carnes. *De statu monach. c. Ex necessitate.*

Vide, *Regulares.* Vide, *monachi in particulari, infra.* Vide, *monasteriorum priuilegia.*

Monachi Sancti Basilij.

Monasterium monachorum S. Basilij Messanæ in Sicilia sub protectione Papæ recipitur *ab Alexandro 3. const.6. Apostolicæ.* Anno 1175. obtinet priuilegium non soluendi decimas. *ibid.* §.8.

Monachi S. Basilij dicti, in Prouincia Siciliæ, Calabriæ, & Apuliæ reformantur à Papa. eorum constitutiones approbantur. forma gubernij, seù regiminis circa superiorum electiones, & reliqua, præscribitur. *Eugenius IV. constit. 26. Inter cunctas.*

Præfati Monachi in Messanæ ciuitate Siciliæ eximuntur à iurisdictione Archiepiscopi, & ab omnibus collectis, taxis, solutionibus, &c. *Calistus 3. const.4. Vrget.* Et alia priuilegia, atque gratias obtinent. *ibid.*

Horum Religioni, seù Congregationi vnitum fuit Eremitorium dictum *del Tordon*, & alia similia. & forma gubernandi illa cum Religiosis in eis existentibus, decernitur. *Gregor.13. const.46. Cogit. per §§. 24.*

Monachi omnes S. Basilij ad vnam tantum Congregationem reducuntur sub vno Abbate, & forma gubernij ei præscribitur. *Gregor.13. const.58. Benedictus.* Hoc iterum fiat *à Clem.8. const.14. Quæ ad recipiendos.* In qua sub vno Generali Abbate omnes constituuntur, & iurisdictio istius declaratur. Modus recipiendi nouitios præfinitur. *§.5.*

Obtinent licentiam habendi in Hispania duo monasteria pro reformatis, & recipiendi in eis nouitios, & propriæ constitutiones pro his eduntur. *Clemens 8. constitut.103. Altissimi.* Vide, *Basiliani.*

Monachi S. Benedicti, seù Benedictini.

Monachi S. Benedicti tenentur celebrare capitulum omni anno pro reformatione. *Concil. Rauenn.2. sub Clem.V. cap. 14.* sed *Sabinense cap.13.* Statuit vt fiat de triennio in triennium.

Tenentur abstinere ab esu carnium, exceptis infirmis. *Conc. Londinen.2. c.20.*

Monachi Benedictini, seù nigri tenentur portare vestes nigri, seù bruni coloris desuper. non excedant modestiam in qualitate panni, neque in subtilitate. Vestis superior debet esse rotunda, non scissa, habens manichas latas & longas, vsque ad pugnum, non botonatas. Caputijs iuxta Abbatis dispositionem vti debent. *Clement. de statu. Monachorum cap.1. §. Statuimus.* Calceamenta eorum modesta esse debent, non ornata cum zona, non vtantur cultellis, calcaribus, aut sellis superfluitate ornatis. *ibid.* Quali veste vti debent in monasterijs, in quibus est Congregatio 12. Monachorum. quando vti debent cappa, cuculla, & scapulari. *ibid.*

Cuculla est habitus monachalis longus, & latus sine manicis. Floccus vero est habitus monachalis longus, & amplus cum manicis. *Clem. ibid.*

Monachi præfati semel in mense tenentur ad confessionem peccatorum faciendam, & in prima Dominica mensis omnes Eucharistiam sumere, nisi ex causa legitima superiori nota abstinere aliquis debeat. Iunioribus declaranda est regula in Lingua vulgarij. *ibid.*

Nouitijs dandus est fidelis instructor, qui eos de diuinis officijs, & regulari disciplina instruat. *ibid. §. Sanè.*

Monachi isti non possunt vacare venationibus, aucupijs, &c. nec canes habere ad hoc, neque alios secum morantes, tales canes habere permittant, nisi saltus proprios, vel lacus habeant, & tunc canes domi non teneant. *ibid. §. Porro.*

Pœnitentiæ dandæ sunt transgressoribus. *ib. §. Si quis autem.*

Ad Principum curias non accedant, & pœnæ. §. *Quia verò.*

In prioratibus non habitent soli, sed saltem duo sint. *ibid. §. Ad hæc.*

Habere non possunt prioratum conuentualem, nisi habeant ætatem 25. annorum.

Alii prioratus habentes curam animarum, per presbyteros secularis exercendam dari non possunt, nisi habenti saltem ætatem 20. annorum, & ordinari debeat intra annum alias nulla est collatio. *ibid. §. Cæterum.*

Priores tenentur residere in prioratu, excepta causa studiorum. *ibid.*

Prioratus, aliæque administrationes dari non possunt monachis, nisi expresè professis.

Monachi non possint ad ordines promoueri, nisi ex Abbatis licentia. §. *Ad ampliationem.*

In monasterio adsit magister, qui monachos scientias doceat. *ibidem.*

Circa vsum camisiarum, esum carnium, celebrationem capituli de triennio in triennium, seruare tenentur constitutionem *Innocentij IV.* super his editam. *Clement. de statu monachorum c.1. in fine.*

Monachi Benedictini reformantur quò ad omnia *à Benedicto 12. const.5. Summi per* 38. *capitæ* distinctè.

Monachis Benedictinis confirmat omnia priuilegia *Paulus 3. const.15. Benignitas*, eosque eximit à gabellis, datiis, decimis, taxis, &c.

Vide, *Monachos omnes S. Benedicti, in sequentibus titulis.*

Monachi S. Benedicti Cassinenses, seù Congregationis S. Iustinæ.

Monachi isti nigri dicti Cassinenses, quia monasterium Metropolitanum habent in monte Casino in Regno Neapolis, reformantur, & vniuntur sub vna Congregat. dicta S. Iustinæ,

stinæ, & eorum vnio approbatur *ab Eug. 4. const. 5. Et si.* In qua forma regiminis præscribitur, nec non electionis Superiorum, Abbatum, Visitatorum, &c. eorumque iurisdictio taxatur. *ibid.*

Priuilegia multa, & gratias obtinent *ab Eugenio IV. const. 9. Regularem.*

Cassinense monasterium vnitur congregationi S. Iustinæ. *Iulius 2. const. 1. Super cathedram.* Quomodo debet gubernari. *ibid.*

Monachorum istorum conseruatores, quam iurisdictionem habent. *Eugenius 4. const. 10. Militanti.*

Monachi isti possunt eligere in conseruatores eas omnes personas, quibus ex dispositione iuris à Papa possunt causæ committi. *Innocent. 8. const. 8. Deuotionis.*

Monachi S. Iustinæ possunt legata accipere. *Eugenius 4. constit. 2. dispositioni.*

Monachi, & moniales S. Benedicti vti debent vestibus nigri coloris, non grisei. *Sixtus 4. const. 9. Et si cunctis.*

Iurisdictio diffinitorum, & visitatorum iterum declaratur, & reformatur. *Greg. 13. const. 16. Nihil.*

Monachi isti non possunt appellare à Prælatis sui ordinis ad exteros iudices. *ib.* Prohibetur etiam ambitus: & pœnæ. *ib.*

Abbates eorum possunt vti pontificalibus, benedicere populo, & lapides altarium consecrare. *Pius 4. constit. 97. Sedis.* Vide, *Abbas circa pontificalia.*

Abbates isti obtinuerunt, vt possent absoluere à multis reseruatis, etiam Papæ eos, qui in religionem ingrediuntur. *Pius 5. const. 129. Dum ad congregationem.*

Abbates isti in tribus anni solemnitatibus, vti possunt baldacchino sine auro, & pompa. hos ministros habere possunt assistentes, vnium presbyterum, duos diaconos, (præter diaconum, & subdiaconum ordinarios) sex alios monachos sacris vestibus indutos. *Vrbanus 8. const. 101. Exponi nobis.* Vide, *Abbas quo ad vsum baldacchini.*

Non possunt tenere sedem Abbatialem fixam, vt Episcopi, sed solum quando celebrare debent, ea vtantur. Assistentes in hac functione sedere debent in scabellis. *ibid.*

Monachorum Cassinensium congregatio diuisa fuit in septem prouincias, & cuilibet assignata propria, & nominata monasteria. *Paulus V. const. 33. Cum sicut.* Assignatur numerus Diffinitorum, qualitates eorum, & forma eligendi. *ib.* §. 9. & 10. Quomodo eligendi Cellararij, Conseruatores, & alia pertinentia ad regimen, & reformationem dictę congregationis Sanctæ Iustinæ. *per §§. 53.*

Diffinitores non possunt esse perpetui, nec possunt durare vltra biennium. *Vrban. 8. const. 87. Commissi.*

Quomodo in hac Congregatione, & ex qua causa Abbates possunt priuari, vel suspendi. *ibid.* Non potest loco priuatorum succedere aliquis de dicta. Non potest aliquis Abbas in pœnam mutari, absque causæ cognitione. nec noui decani creari. *ibid.*

Monachi Benedictini obtinent Romæ vnum hospitium pro exteris, quod dicitur *Gregorianum*, in quo degendum est sub vno Superiore, & quomodo. *Gregorius XV. const. 6. Saluatoris nostri.* Exemptiones, gratiæ, & priuilegia dicti hospitii. *ibid.*

Paulus 3. confirmat omnia eorum priuilegia. Eos eximit à decimis, gabellis, taxis, datiis, collectis, &c. *Constit. 15. Benignitas.*

Alia de his monachis. Vide, *Cassinenses.* Vide in Verbo *Monasteria Cassinensium.* Vide, *Monachi.* Vide, *Regulares.*

Monachi Camaldulenses.

Monachorum Camaldulensium Congregatio approbatur *ab Alex. 2. const. vnic. Nulli.*

Camaldulenses possunt alios recipere in suo monasterio. *Gregor. 9. const. 1.*

Monachi isti omnes vniuntur sub priore Eremi Camaldulensium. *Alex. 4. const. 11. Officy nostri.* Multa priuilegia, & gratias eis concedit. *ibid.*

Obtinent, vt alios monachos in Eremo Camaldulensium possint acceptare. *Eugenius 4. const. 8. Illa.* Idem confirmat *Gregor. 13. const. 99. Ea est Eremi.*

Camaldulensium Eremi, & Congregatio Sancti Michaelis de Morano vniuntur. forma gubernii eorum præscribitur; nec non pro Prælatis eligendis, & alia ad eam Congregationem spectantia. *per §§. 143.* disposita. *Leo X. const. 2. Et si à summo.*

Vicarius Generalis dicti Eremi, & Congregationis S. Michaelis, quomodo est eligendus. *Paulus 3. const. 47. Exponi.*

Camaldulenses Eremitæ dicti non possunt transire ad alios ordines, nec etiam ad Eremitorium Montis Coronæ. *Greg. 13. Const. 99. Ea est Eremi.*

Superior Camaldulensium in Eremo potest conferre Ordines minores. *Gregor. 13. const. 96. Cum interna.*

Camaldulenses Eremitæ S. Michaelis de Morano obtinent confirmationem omnium gratiarum, priuilegiorum, & exemptionum, quæ habent omnes Religiones etiam Mendicantium. *Gregor. 14. const. 18. Ex iniuncto.*

Ambientes, vel procurantes honores, gradus, vel dignitates in suo ordine per fauores, siue sæcularium, siue Ecclesiasticorum, fiunt inhabiles ad ea. priuantur voce actiua, & passiua, & Papæ reseruatur reintegratio. Ijsdem pœnis subiacent superiores, qui ea conferunt, vel remittunt pœnas ad instantiam Principum, &c. *Clem. 8. const. 43. Ambitiosam.*

Abbates monachorum Camaldulensium in tribus anni solemnitatibus possunt vti Baldacchino, sine auro, & sine pompa. hos habere possunt assistentes in vsu Pontificalium in dictis festis: vnum presbyterum, & duos diaconos, diaconum præterea, ac subdiaconum solitos; sex monachos indutos sacris vestibus, duos, scilicet cum pluuiali, duos cum planetis, & duos cum tunicellis, coloris pro tempore. Sedem fixam, vt Episcopi habere non possunt, sed vti possunt in dictis solemnitatibus. Præfati assistentes sedere non debent in sedibus choralibus, sed in scabellis panno laneo opertis. *Vrbanus 8. in append. const. 14. Nuper.*

Commendatarij monasteriorũ Ordinis Camaldulensium, non possunt se ingerere in negotiis Religiosorum huius Ordinis. non possunt instituere, neque destituere Priores, aliosvè Superiores; neque visitare, aut aliud circa eorum institutum facere. Iudices executore huius decreti sunt Conseruatores illius Ordinis, qui per censuras, & alia iuris remedia possunt impedire commendatarios id præsumentes; etiam cum inuocatione brachij sæcularis. *Alexander 7. const. Sacrosancti, data 20. Marty 1657.*

Monachi Camaldulenses Eremitæ S. Romualdi Montis Coronæ.

Camaldulenses Montis Coronæ separantur à Congregatione Eremi Camaldulensis, & à Congregatione S. Michaelis de Morano. Statuta propria pro eis fiunt; & distinctè omnia ab eis præstanda assignantur. *Paulus 3. const. 1. Rationi.* Omnia priuilegia, gratiæ, exemptiones, &c. aliarum Congregationum, & Religiosorum eis concedit. *ibid.*

Abbates montis Coronæ, vti possunt baculo, & mitra, sicut Abbates Benedictini. *Clemens 7. const. 23. Vestrum.* Monachi illius monasterii eximuntur à gabellis, taxis, &c. *ibid.*

Monachi isti Eremitæ Montis Coronæ, non possunt transire ad alios Ordines, nec etiam Eremi Camaldulensium. *Sixtus V. const. 35. Ea est.*

Monachi præfati possunt alios ad se venientes recipere. *ibid.*

Monachi Carthusiani.

Carthusianorum regula approbatur *ab Alexandro 3. const. 7. Cum vos. anno 1176.*

Priuilegia, exemptiones, &c. dicti Ordinis. *ibid.*

Non possunt cogi ad testificandum, vel iurandum de calumnia. *Honorius 3. const. 3. Cum dilecti.*

Obtinuerunt, vt altari portatili possent vti in missa. *Vrban. 5. const. 2. Sinceræ.*

Exempti sunt à visitatione, & omni iurisdictione Episcoporum. *Bonifacius 9. const. 3. Sacrosancta.*

Eximuntur à solutione decimarum. *Martinus 5. const. 4. Fons paruulus.* Vide, *Decimæ.*

Carthusianorum ordo subditur Priori Generali Magnæ Car-

thusiæ, & Diffinitoribus Capituli. *Iulius II. constitut. 17. Dum ad fructus.*

Carthusianorum Oblati gaudent priuilegijs monachorum. *Gregorius IX. const. 3. Quoties.*

Carthusianis communicantur omnia priuilegia Ordinum etiam Mendicantium. *Gregorius XV. const. 42. ad vberes.*

Monachi Cistercienses.

Cisterciense Monasterium Cabilonensis Diœcesis, sub potestate Papæ recipitur. *Paschalis II. const. 1. Desiderium.*

Cistercienſium Monachorum Constitutiones confirmantur *ab Eugenio III. const. 2. Sacrosancta; anno 1152.*

Constitutiones ibi sunt insertæ, quæ appellantur *charta charitatis.*

Priuilegia multa eis concedit *Clemens 4. const. 3. Paruus fons.*

Cistercienses monachi, quomodo debent emittere professionem. *de simonia cap. Nè Dei Ecclesia.*

Sunt exempti à decimis. *de rescriptis c. Cum ordinum. de decimis. c. Ex parte tua. Martinus V. const. 8. Militanti.* Vide, *Decimæ.*

Cistercienses non sunt solemniter installandi. *de simonia cap. Nè Dei Ecclesia.*

Cistercienses Abbates, si rogato Episcopo Diœcesano, hic nolit benedicere Abbates nouos, ex se ipsis possunt eos benedicere. *de supplenda negligentia, &c. c. 1.*

Cistercienses discedentes à Monasterio sine licentia Abbatis, compelluntur ad illud regredi. *de regularibus cap. Non est vobis.*

Non tenentur aliquid soluere Principibus, pro quouis motiuo. *Gregorius IX. const. 7. Quia refrigescente.*

Abbates succedunt in hæreditatibus monachorum, ac si isti essent in sæculo. *Innocentius IV. const. 4. Deuotionis.*

Monachi præfati eximuntur à iurisdictione Ordinariorum. *Innoc. VIII. const. 9. Ad Romani.* Item ab onere soluendi taxas, exactiones, & subsidium charitatiuum eisdem. *ib.* Idem priuilegium habent moniales, vassalli, & serui eorum. Sedi Apostolicæ immediatè fiunt subditi. *ibid.*

Reformantur *à Benedicto XII.* & forma viuendi, & gubernij præscribitur. diffusè omnia tractantur. *Benedictus XII. const. 3. Fulgens.*

Abbates eorum non sunt exempti à Visitatoribus, & Reformatoribus. *Eugenius IV. const. 14. Ad vniuersalis.*

Monachi Cistercienses non possunt transire ad aliam Religionem, nisi Carthusianam. *Eugen. 4. const. 16. Regularem.*

Vestes eorum externæ non debent esse coloris grisei, sed nigri. *Sixtus 4. const. 9. Et si.*

Cistercienses in Lombardia, & Tuscia vnam constant Prouinciam dictam S. Bernardi. *Alexander 6. const. 7. Plantatus.* Forma gubernij dictæ Prouinciæ. *ib. per 24. capita.*

Confirmatur hæc reintegratio, & assignantur munera, ac officia Prælatis eorum. *Iulius 2. const. 26. Ex paternæ.*

Monachis Cistercienſibus reuocantur omnia indulta, gratiæ, & priuilegia, quæ sunt contraria eorum regulæ, ac instituto. *Pius 4. const. 70. per §§. 20.*

Monachorum morientium spolia spectant ad Conuentum, in quo emiserunt professionem. *Pius V. const. 46. Decet.*

Cistercienſium Congregatio reformatur quo ad omnia. *Pius 5. const. 102. Ex innumeris.*

Obtinent noua priuilegia, & gratias multas *à Gregorio 13. const. 18. Superna.*

Cistercienſium Monachorum de Obseruantia dictorum Superiores, quomodo eligendi, & quam iurisdictionem habent. *Gregor. 13. const. 54. Romanus.* Forma gubernij, & substitutionum. *ibid. per §§. 38.*

Monachis præfatis, Abbatibus, & congregationi confirmantur gratiæ, & priuilegia concessa. *Sixtus V. constit. 34. Pontifex.*

In Regnis Aragoniæ, Valentiæ, Cataloniæ, Maioricæ, & Banariæ, erigitur vna Congregatio Cistercienſium, sub potestate, ac iurisdictione Abbatis Cistercij. *Paulus V. const. 96. Pastoralis. per §§. 26.*

Vide, *Abbates.* Vide, *Cistercienses.*

Monachi Cistercienses S. Bernardi, Reformati, & Sanctæ Mariæ Fulienſis.

Cistercienſium Reformatorum S. Bernardi superiores quomodo eligendi, & quænam est eorum iurisdictio. *Gregor. 13. const. 54. Romanus.*

Qui, & quomodo eligi debent in Italia superiores huius Congregationis, & quæ officia debent prius exercere, antequam eligantur. *Sixtus V. const. 10. Nuper.*

Istius Congregationis monachi in Italia obtinent omnia priuilegia monachorum eiusdem instituti. *Gregorius 14. constit. 16. Romanus.*

Congregatio Cistercienſium Sanctæ Mariæ Fulienſis confirmatur. *Sixtus V. const. 32. Religiosos.*

Congregatio Beatæ Mariæ Fulienſis strictę Obseruantiæ obtinet, vt possit erigere nouos Conuentus fratrum, & mulierum in locis, sine licentia Ordinarij, & alia multa priuilegia. *Sixtus V. const. 70. Super specula.*

Sed *Paulus V. const. 51. Ministerio*, concedit, vt sine consensu aliorum Regularium possint nouos conuentus erigere; at petere debent licentiam ab Ordinarijs. *ibid.*

Monachi isti si ad aliam Religionem transierunt, etiam cum licentia Superioris, non possunt iterum regredi ad suam Congregationem, nec recipi sine licentia Papæ. *Clemens 8. const. 107. Pro nostro.*

Monachi huius Congregationis Beatæ Mariæ Fulienſis recipiuntur sub immediata protectione Papę, & alia multa obtinent priuilegia. *Paulus V. const. 23. Diuina, & in c. seq.*

Monachi Congregationis Beatæ Mariæ Fulienſis tantum, possunt Agnos Dei in cera facere, & fractos renouare. *Paulus V. const. 43. Romanum.* Vide, *Agnus Dei.*

Vide, *Congregationes quędam.*

Monachi Cœlestini.

Cœlestinorum Monachorum Congregatio, seu Religio approbatur *à Cœlestino V. const. 1. Et si cunctos.* & confirmatur *à Benedicto 11. const. 1. Religiosam.*

Priuilegia, exemptiones, & gratiæ huius Religionis habentur *in const. 1. Cœlestini V.* & *in const. 10. Gregorij XI. Sacra.* Exempti sunt à solutione decimarum. *Greg. XI. ibid.* Vide, *Decimæ.*

Obtinent priuilegia, exemptiones, & gratias omnium Ordinum, siue Mendicantium, siue non, quæ reuocata non sunt, nec contraria Concilio Tridentino. *Paulus V. const. 19. Iniuncti.* & multa digna consideratione. *ibid.*

Generales huius Religionis possunt visitare omnia Monasteria Italiæ, Galliæ, &c. *ibid. §. 2.*

Monachi præfati non possunt recurrere ad tribunalia extra Religionem, sub pœna excommunicationis reseruatæ Papæ. *ibid. §. 3.* & alia. *ibid.*

Monachorum Cœlestinorum monasteria, quæ possunt alere 12. personas, computatis professis, & oblatis, per Abbatem sunt regenda, dummodo sex ex ijs sint sacerdotes. Excepto monasterio S. Spiritus de Maiella, quod est primum Religionis, in quo sufficiunt decem personæ. Alia verò, quæ pauciores habent personas, per Priores gubernanda sunt. In domibus tandem minoribus, seu membris, aut Grangijs Monasteriorum, vnus Monachus maior 40. annorum cum oblato, seu conuerso adsit. *Paulus V. const. 95. Ad sacram B. Petri.*

Abbates, & priores in monasterijs, quomodo subrogandi. *ib.*

Monachis Cœlestinis interdicitur procurare dignitates, gradus, &c. in Religione per fauores Principum, Regum, &c. etiam Cardinalium. Sub pœna (procurantibus) excommunicationis latæ sententiæ Papæ reseruatæ, priuationis ipso facto ab obtentis, & inhabilitatis perpetuæ ad futura, & actiuæ, ac passiuæ vocis. Superioribus item, qui ea concedunt, vel pœnas remittunt ad instantiam fauorum prædictorum, eadem pœna imminet. *Paul. 5. const. 98. Quoniam.*

Congregationi huic conceduntur omnia priuilegia, & gratiæ Monachorum Cassinensium, & omnium aliarum Congregationum Monachorum. *Vrbanus 8. const. 24. Sacrosanctæ.*

Abbas Generalis Cœlestinorum, potest exercere omnes functiones,

ctiones, quas alij aliarum Congregationum exercent: potest vti Mozzetta, Mantelletto, Bireto quadro, & Pileo, vt Prælati faciunt. In Ecclesijs sui Ordinis potest vti Cappa, Mitra, Baculo, & alijs Pontificijs indumentis, & Pontificalia celebrare, & solemnem benedictionem dare populo, si Cardinales ibi non sint præsentes. *Vrbanus 8. constit. 24. in seq. cap. Ex iniuncto.*

Cœlestini obtinent confirmationem nouarum Constitutionum pro Reformatione Ordinis. *Vrbanus VIII. const. 56. Sacrosanctum. per §§. 8.*

Abbates possunt celebrare solemniter cum baldacchino in tribus anni festis solemnibus: sed baldacchinum sit sine auro, & sine pompa. hos assistentes habere potest, vnum presbyterum, & duos diaconos, præter diaconum, & subdiaconum ordinarios. Sex alios monachos indutos sacris vestibus; duos, scilicet cum pluuialibus, duos cum planetis, & duos cum tunicellis. Non possunt habere sedem fixam, vt Episcopi. Dicti sex monachi sedent non in choralibus sedibus, sed in scabellis opertis panno laneo. *Vrbanus 8. in append. const. 4. Exponi nobis.* Vide, *Abbas.*

Monachi Cluniacenses.

Congregatio Monachorum Cluniacensium reformatur *à Gregorio IX. anno 1235. const. 5. Behemot.*

Rursus reformatur sub *Nicolao 4. const. 3. Regis Pacifici.*

Monachi S. Hieronymi.

Vide, *Fratres S. Hieronymi.*

Monachi Eremitæ S. Hieronymi de Obseruantia reformantur. & multa de hac Religione. *Clemens 8. const. 21. Quæ ad prosperam.*

Monachi Montis Virginis.

Congregatio Monachorum Montis Virginis approbatur *à Cœlestino 3. anno 1197. const. 3. Religiosam.* Eorum priuilegia, & gratiæ. *ibid.* Alia concedit *Vrban. IV. constit. 5. Cum à nobis.*

Abbas Montis Virginis, multa obtinet priuilegia *ab Vrbano 4. constitut. 6. Ecclesia Romana.* Habet vsum Baculi, Mitræ, Anuli, Chirotecharum, Sandalium, & aliorum Pontificalium. Eidem concessit, vt 40. dies indulgentiæ posset concedere cum Pontificalia exercet. *ibidem.* Monachi isti exempti sunt à taxis, collectis, præstationibus, subsidijs, &c. quæ exigunt à populis Episcopi. item ab ijs quæ Principes sæculares exigunt. *ibid.* Potest conferre Ordines minores Abbas Montis Virginis. *ibid. §. 2.*

Monachi eximuntur à subiectione Sacristę Hospitalis Sanctissimæ Annunciatæ Ciuitatis Neapolis. *Sixtus V. constitut. 85. Dudum.*

Monachi isti reformantur, & nouas accipiunt Constitutiones. *Paulus V. const. 89. Postulat. per §§. 28.* Quomodo eligendi eorum Superiores. *ibid.* Qui monachorum numerus in monasterijs tenendus. *ibid.* Vide, *Abbas.*

Monachi Oliuetani.

Monachorum Oliuetanorum Congregatio instituitur; & approbatur *Ioannis XXII.* tempore. à præfato Papa recipitur sub protectione immediata Sedis Apostolicæ. *const. 15. Cum a nobis. anno 1324.*

Obtinent Abbates, vt possint monasteria in Italia ædificare, legata recipere, & suis monachis sacramenta ministrare. *Clemens 6. const. 1. Sollicitudinis.*

Pius 2. const. 9. Licet. Concessit his monachis omnia priuilegia, gratias, exemptiones, &c. concessa monachis Cassinensibus. & multa alia. *ibid.*

Possunt Iudices Conseruatores sibi eligere pro defensione suorum Priuilegiorum. & quę sit iurisdictio talium Conseruatorum. *Iulius 2. const. 5. Militanti.*

Iulius 2. const. 11. Ex iniuncto, concessit eorum superioribus facultatem alienandi, & permutandi, dummodo hoc cedat in euidentem vtilitatem monasteriorum. Sed hæc per *const. 51. Vrbani 8. Humanæ.* est abrogata.

Alia multa, & notabilia priuilegia eis concedit *Iulius 2. const. 12. Et si ad vniuersos.*

Conuisitatores huius Congregationis, id est, subrogati in auxilium Visitatorum, habent potestatem concedendi facultatem alienandi, permutandi, &c. vt concessum fuit *à Iulio 2. Leo X. const. 18. Ex debito.* Sed *ex const. Vrbani 8.* vbi supra abrogata est.

Pius 4. const. 7. Votis. concessit superioribus, vt dispensare possent in multis irregularitatibus occultis, in foro conscientiæ, exceptis ijs, quæ proueniunt ex bigamia, mutilatione membrorum, & homicidio voluntario. Et ipsimet superiores, si in eas incurrunt, à suis confessarijs secum faciant dispensare. *ibid.*

Abbates Oliuetani in tribus anni solemnitatibus, vti possunt baldacchino sine auro, & pompa. Possunt habere hos assistentes, vnum presbyterum, duos diaconos, (præter diaconum, & subdiaconum solitos in missa) sex alios monachos indutos sacris vestibus, duos cum pluuialibus, duos cum planetis, & duos cum tunicellis: Non possunt tenere sedem fixam, vt Episcopi, sed solum dum sic solemniter celebrant. Assistentes sedere debent non in sedibus choralibus, sed in scabellis panno laneo coopertis. *Vrbanus VIII. const. 97. Exponi nobis.* Vide, *Abbas.*

Monachi Sylvestrini.

Monachorum S. Sylvestri Congregatio approbatur, & confirmatur *ab Innoc. 4. const. 5. Religiosam, anno 1247.*

Generalis huius congregationis, quomodo eligendus, & quantum duret. *Paulus 3. const. 38. Exponit.*

Obtinent priuilegia, exemptiones, & gratias aliarum Religionum, siue Mendicantium, siue non. *Paulus V. constit. 106. Sanctorum, in cap. seq.*

Obtinent, vt possint erigere Monasterium in Ciuitate Auximana. *ibid. const. 106. Sanctorum.*

Monachi Vallis vmbrosæ.

Congregatio Monachorum Vallis Vmbrosę à B. Ioanne Gualberto instituta, approbatur *ab Vrbano 2. constit. vn. Cum vniuersis, anno 1090.*

Monachi, & Monasteria horum monachorum vniuntur sub vno Abbate Generali, qui dicendus sit Generalis Vallis Vmbrosæ. *Innoc. 8. const. 2. Alto.*

Constitutiones huius Congregationis, & authoritas, seu iurisdictio Generalis. *ibid. per §§. 41.*

Obtinent gratias, & priuilegia concessa monachis Cassinensibus. *Iulius 2. const. 13. Militantis.*

Monachi Cruciferi.

Vide, *Cruciferi.*

Monarchia.

Monarchicum gubernium est omnibus præstantius. *Pius 2. in Bulla Retractationum.*

Monasteria Monachorum, seu Regularium.

Monasteria ædificari non possunt sine consensu Episcopi. *18. q. 2. cap. Quidam, & cap. De monachis. Conc. Agathen. c. 27. Concil. Trident. sess. 25. de reform. regul. cap. 3.* Quando autem illi debent licentiam negare, vel concedere. Vide, *Monasteria noua.*

Monasterium fundans non peccat, sed meretur. *Conc. Constant. contra ar. 31. Vvicleff.*

Monasteria firmis muris sint munita. habeant dormitoria, refectoria, cellaria, & habitationes necessarias. *Concil. Aquisgr. sub Ludouico Pio c. 117.*

Monasteria duplicata in eodem situ facienda non sunt de viris, & fœminis. *18. q. 2. cap. Diffinimus.*

Monasteria virorum sint longinqua à monasterijs mulierum. *18. q. 2. cap. Monasteria.*

Monasterijs præfici non possunt clerici sæculares, vel alij extranei. 18. q. 2. cap. *Dudum*.

Monasterijs duobus nullus potest præfici. 21. q. 1. c. *Vnum*.

Monasteria, olim, poterant visitari ab Episcopis (quia illis erant subiecta.) 18. q. 2. c. *Visitandi*. & frequenter debebant visitare. *ibid. c. Non semel*.

Monasteriorum nomine conueniri possunt superiores eorum. *de const. c. doceri postulastis*.

Tenebantur soluere (olim) Episcopo consueta seruitia; at nihil pro visitatione. 18. q. 2. c. *Eleutherius*.

Monasteria tot Religioso tenere debent, quot possunt sustentare; & non plures. *Conc. Arelat. 4. c. 8. Conc. Turonen. 3. c. 31. Conc. Mogunt. 1. c. 19. Conc. Rhemense cap. 27. Conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 118. Conc. Trid. sess. 25. de refor. regul. c. 3*.

Monasteria (olim) tenere non poterant baptisterium. *Greg. I. l. 2. ex regest. ep. 52.* 18. q. 2. c. *Pridem*.

Monasteriorum Monachorum, seu Regularium priuilegia, & administratio.

Monasterijs concedi possunt bona Ecclesiæ, iure proprietatis. 12. q. 2. c. *Religiosam q. 5. c. Quia Ioannes*.

Monasterium fundans, non peccat, sed meretur. *Conc. constant. contra a. 31. Vvicleff*.

Monasterium non est grauandum ex Abbatis, vel monachi promotione. 16. q. 1. c. *Ne pro cuiuslibet*.

Monasterium, neque à Principe, neque à Rege conuerti potest in ius proprium, neque ab eis vendi, & irrita est venditio. 16. q. 7. c. *Nemini*. *conc. Aquisgran. 3. p. 4. c. 18*.

Monasterij bona non possunt alienari. 17. q. 3. cap. *Quæsti nobis*.

Monasteria, quæ tenues habent redditus, vniri possunt cum alijs vicinis. *Conc. Senonense tit. Quid agendum c. 27*.

Monasteria non sunt subiecta angarijs sæcularium. 17. q. 3. c. *Hanc ergo*. 23. q. 8. c. *In qualibet*.

Monasteria non sunt grauanda per milites, & Episcopi id compescant. *de statu Monachorum cap. In singulis, in fine*.

Monasteriorum bona, & officia non possunt alij disponere, quam ipsimet fratres. 18. q. 2. c. *Quam sit necessarium*.

Monasteria possunt commendari Cardinalibus, personis qualificatis, & benemeritis Ecclesiæ. *Conc. Lateran. 5. sess. 9. Bulla de reform. curiæ*. Vide, *Commendæ*. Vide, *commendatarij*.

Monasteria, quæ sunt capita Religionum, dari non possunt in commendam. Vide, *Commendare*.

Dum monasteria dantur in commendam, fieri debet mentio qualitatis monasterij, alias nulla est concessio. Vide, *Commendare*.

Monasterijs semel data, perpetuò sunt sua. *Conc. Calcedon. c. 24.* 18. q. 3. c. *Quæ semel*.

Monasteria à sæcularibus fundata, non possunt in dotem dari. *Conc. Meldense c. 41*.

Monasteria non possunt fieri habitacula, seu diuersoria laicorum, vel clericorum sæcularium. *Conc. Calcedonense c. 24. Conc. Cæsaragust. 3. ca. 3.* Extra claustra possunt recipi. *ibid.* 18. q. 2. *cap. Peruenit*.

Monasteria non possunt à laicis gubernari. *Conc. Meldense cap. 10*.

Monasteria virorum ingredi non possunt mulieres. *Concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 144. Conc. Turonen. c. 17. Pius V. const. 20. Regularium*. Prohibet mulieribus ingressum in monasteria regularium, sub pœna excommunicationis ipso facto Papæ reseruatæ. Excipit tempora processionum; & etiam claustra in quibus celebrantur missæ. & quando in eo sepelitur aliquis. *ibid.* Vide, *Moniales*.

In monasterijs non possunt teneri pueri ante ætatem 18. annorum. *Gregorius 1. l. 1. ep. 48*.

Monasteria relinquere non possunt Religiosi Tempore pestis. *Gregor. II. ep. 14*.

Monasteria in statu Ecclesiæ, & vbique exempta sunt ab onere hospitandi milites. *Pius V. const. 148. Cum sicut*.

Monasteria prophanantes sunt excommunicati, & tenentur ad restitutionem in pristinum. *Conc. Nican. 2. c. 13*.

Monasteria læsa ex negligentia Procuratoris, qui non produxit iura, & scripturas, restituenda sunt in integrum. *de in integrum restitut. c. Cum venissent*.

Monasterio instituto hærede à decedente sine liberis, euanescit fideicommissum. *De probat. c. In presentia*.

Monasteria, quæ solita sunt à regularibus gubernari, non possunt transferri ad clericos sæculares. *de religiosis domibus c. Inter quatuor*.

Monasterium obligatus alere, si crescunt Religiosi, adhuc tenetur ad eos alendos. *de censibus c. Quanto*.

Monasteria post completorium claudenda, & claues ad superiorem deferendæ. *concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio* 143.

Monasterij iura inuadentes, ab Episcopo sunt excommunicandi. *Ioannes VIII. ep. 47. & 48*.

Monasteria per Episcopum defendi debent à sæcularium grauamine. *Conc. Later. 3. c. 12*.

Monasteria, eorum grangiæ, & bona non possunt per laicos quoscumque grauari, oppignorari, &c. neque eorum vassalli, sub pœna excommunicationis. *conc. Sabin. c. 13*.

Monasteria visitanda à superioribus regularibus, & quando. Vide, *Superiores Regular*.

Monasteria etiam commendata, visitari debent à Superiori Regulari. Vide, *ibid*.

Vide, *Monachorum priuilegia*. Vide, *Regularium priuilegia*.

Monasteriorum obligationes.

Monasterio citato, tenetur superior respondere, &c. *de rescriptis c. Edoceri*.

Monasteria concurrebant ad solutionem pro Magistris Linguarum Arabicæ, Hebraicæ, & Caldaicæ. *Clement. de Magistris cap. 1*.

Monasteria tenere debent Religiosos, iuxta quantitatem reddituum, & non plures. *conc. Arelaten. 4. cap. 8. concil. Turon. 3. cap. 31. Moguntin. 1. cap. 19. Rhemense cap. 27. Aquisgran. sub Ludouico Pio ca. 118. conc. Trid. sess. 25. de reform. regul. cap. 3*. Vide, *Regularium numerus*. *Paulus V. const. 9. Sanctissimus*.

In monasterio adesse debet magister. qui Religiosos doceat de lege, ac Doctrina Dei. *concil. colon. 2. part. 10. cap. 5*.

In monasterio adesse debet Concionator, qui Verbum Dei prædicet. *conc. colon. 2. p. 10. c. 6*. Vide, *Sacra Scriptura*. Vide, *Lector*. Vide, *Prædicator*. Vide, *concionator*.

In monasterio adesse debet Lector Sacræ Scripturæ. *concil. Trid. sess. 5. de refor. c. 1*. Vide, *Lector*. Vide, *Scriptura Sacra*. Vide, *Regul*.

In monasterijs maioribus adesse debent Lectores Theologiæ, qui docere debent semper; & ad ea mittendi sunt iuuenes ex alijs monasteriis ad studia. *conc. Moguntin. 4. cap. 66*. & superiores negligentes debent ad hoc compelli per Ordinarium. *ibid*.

Monasteria habentia Parochias incorporatas, tenentur prouidere Vicario de congrua sustentatione, etiam de redditibus monasterii, si decimæ non sufficiunt. *conc. colon. 3. tit. de officiorum, &c. c. 10*.

Monasteria, quæ non subduntur Episcopis, aut Capitulis, nec suos habent superiores, sed immediatè subsunt Papæ, redigantur in Congregationes; alias Metropolitanus eorum religiosos conuocet pro dictis causis. & si in ea Prouincia non sunt tot monasteria, quæ vnam possunt facere Congregationem, possunt alia de aliis Prouinciis aggregari; & talis Congregatio suos superiores habeat, cum facultate, & iurisdictione, quam habent alii aliarum Congregationum Prælati. & frequenter ab illis visitetur. *concil. Trident. sess. 25. de reform. regular. cap. 8*. Et si Metropolitanus id non exequitur, Diœcesanus, vt Papæ delegatus id faciat. *ibid*.

Monasteria, quæ tenentur soluere quindennium Cameræ Apostolicæ. *Pius V. const. 38. Apostolicæ*.

Monasteria non exempta tenentur ad expensas pro Legatis, & Nunciis Papæ. *de censibus, &c. cap. cum instantia*.

Monasteria noua, quomodo erigenda.

Monasteria de nouo erigi non possunt in aliqua Ciuitate, vel loco, præsertim Mendicantium; neque Ordinarij possunt ad hoc dare licentiam, cuicumque Religioni, nisi auditis superioribus Conuentuum, qui sunt in dictis Ciuitatibus, vel locis, & alijs ad id interesse habentibus, constiterit, quod commodè, sine aliorum detrimento, inibi alij noui Religiosi possunt sustentari. & alijs seruatis de iure seruandis, alioquin irrita sit erectio. *Clemens VIII. constitut.99. Quoniam.*

Gregorius XV. const.31. cum alias. statuit erigi non posse in Ciuitatibus, vel locis noua monasteria, nisi ex redditibus, & eleemosynis, duodecim Religiosi possint in eis viuere. habito prius assensu aliarum Religionum, quæ ibi sunt, superiorum, etiam per quatuor milliaria distantium, vel iudicio Episcopi, quod præter Religiosos antiquitus existentes, alij in eis locis possunt viuere. Episcopus verò requirat etiam consensum incolarum loci, in quo monasterium debet erigi. *ibid.*

Vrbanus 8. const.25. Romanus. rursus statuit recipi non posse de nouo monasteria in Ciuitatibus, & locis, nisi seruatis Constitutionibus. *Conc.Trid. Clem.8. & Gregorij XV.*

Monasteria noua, nec etiam extra Italiam recipi possint à quacumque Religione, nisi in eis ali, seu viuere possint duodecim fratres. *Vrban.8. const.43. cum sapè*, in declaratione ad vltimum dubium.

Vide, *Ecclesia noua.* Vide, *Regulares circa noua monasteria.*

Monasteria quo ad Episcopos.

Monasteria monachorum (olim) sub Episcopi erant potestate. *Adrian.2. ep.30. 18. q.2. c.Visitandi.*

Nunc autem ab Episcopis visitari non possunt, nec aliquo modo molestari. *Gregor.I. lib.7. epist.18. De statu Monachorum cap.1.*

Ab Episcoporum iurisdictione sunt exempta, & immediatè Sedi Apostolicæ subiecta. *Greg.7. lib.2. ep.69. lib.7. ep.8.*

Non possunt ab Episcopis per interdicta molestari. *Gregor.I. lib.1. epist.12.*

Monasteria, & eorum bona non possunt ab Episcopis vsurpari. *Gregor.I. lib.7. ep.33.*

Monasteria non possunt ab Episcopo cum censu aliquo nouo grauari. *De censib. c.Scientes.*

Monasteria, nihil tenentur soluere Episcopo visitanti. *18. q.2. cap. Eleutherius.*

Monasteria non exempta, subiacent Episcopo Diœcesano. *De Religiosis domibus, &c. cap. Cum dilectus.*

Monasteriorum, siue virorum, siue mulierum personæ, tam sæculares, quam regulares exercentes curam animarum (præter eos qui sunt de familia monasteriorum, seu locorum) in ijs quæ pertinent ad curam animarum, & administrationem Sacramentorum, subduntur iurisdictioni, & correctioni Episcoporum. Neque possunt aliqui deputari in curam, nisi de consensu Episcopi, præuio examine per eum, aut eius Vicarium faciendo. Excepto Monasterio Cluniacensi cum suis limitibus; & exceptis monasterijs, in quibus Generales Religionum habent sedem principalem. Item exceptis alijs, in quibus Abbates, seu Superiores habent iurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos. *Concil. Trid. sess.25. de refor. regul. cap.11.*

Monasteria Regularium, in quibus non viuunt duodecim Religiosi, subiecta fuerunt Ordinario quo ad correctionem, visitationem, & iurisdictionem. & comprehendit etiam eos religiosos, qui onera missarum non recipiunt. *Vrb.8. const.43. cum sapè §.14. & in seq. c.ad dubium 19.*

Vide, *Regulares circa Episcopos.* Vide, *Census.* Vide, *Episc. circa Regul.*

Monasteria Monialium.

Vide, *Moniales. Monialium Monasteria.*

Moneta. Monetarius. Monetæ tonsores.

Monetam falsificantes in Regno Franciæ, & in locis vicinis, tempore *Ioan.22.* incurrebant excommunicationem ipso facto. *Extrau. Ioann.22. de crimine falsi. c.vn.*

Monetam ex alchimia fabricantes, id est, ex auro, vel argento falso, sunt perpetuo infames. si sunt clerici, priuantur beneficiis perpetuò, & fiunt ad ea inhabiles. *Extra, de crimine falsi cap. Spondent. & Extra, de dilationibus cap.vn.* aliæ pœnæ taxantur.

Monetarum argentearum tonsores, sicut & aurearum, in statu Ecclesiastico, pœnam mortis incurrunt. *Pius V. constit.111. cum nil magis.*

Idem confirmat *Vrban.8. const.75. In suprema.* vbi comprehendit tonsores, & adulteratores monetarum cuiuscumque conditionis sint, eamque pœnam, & legem extendit per totam Italiam pro quocumque statu. Ecclesiastici præuia degradatione tradendi sunt curiæ sæculari. *ibid.* Pecunias verò sic adulteratas tenentes scienter, pœnas triremium incurrunt. In statu Ecclesiæ delictum hoc à Legatis Papæ iudicandum est, in aliis statibus Italiæ ab Ordinariis, priuatiuè quò ad alios. *ibid.*

Monialium ingressus, status, vita, numerus, velatio.

Monialis tunc poterat, olim, profiteri virginitatem, quando potest nubere. *20. q.1. cap. Firma.*

Monialis fieri non potest puella aliquâ, nisi annum 12. compleuerit, nec ante potest habitum suscipere. *Concil. Trid. sess.25. de refor.reg. c.17.* Non potest emittere professionem nisi expleuerit annum 16. & nisi annum probationis compleuerit. *ibid.* ante professionem, ab Episcopo, vel Vicario, vel alio, loco Episcopi, exploretur eius voluntas; & si vult, liberè profiteatur. *ibid.* Per mensem ante professionem Præfecta debet significare Episcopo tempus professionis eius. alias officio priuetur arbitrio Episcopi. *ibid. c.17.*

Pro ingressu in monasterium, nihil est soluendum; & pœna Præfectæ. *Conc. Nicæn.2. c.19.* Dari tamen potest aliquid pro dote, siue monialis remaneat, siue exeat. *ibid. Conc. Lateran.4. c.64. Conc. Senon. tit. De numero Monialium c.28.* Vide, *Regulares.* Vide, *Religionem ingrediens.*

Moniales velari non possunt ante 40. annum ætatis. *Concil. Agathense cap.19. 20. quæst.1. cap. Sanctimoniales.* Vide, *Velare.*

Moniales ab Episcopo consecrandæ. Vide, *Consecratio virginum.* Vide, *Virginum consecratio.* Vide, *Sanctimonialis.*

Monialis facta ante annum 12. ex parentum iussu, si postea facta maior velatur, tenet professio. *De Regularibus cap. cum virum.*

Puella, vel alia cogi non potest ad intrandum in Religionem, vel profitendum. cogentes, dantes auxilium, fauorem, consilium, authoritatem, &c. sunt excommunicati. *Conc. Trident. sess.25. de refor. regul. c.18.*

Item impedientes, ne puellæ, mulieres, &c. ingrediantur, vel emittant professionem sine iusta causa, sunt excommunicati. *ibid.*

Si 12. Moniales manere non posunt in aliquo monasterio, debet hoc vniri per Episcopum cum alio monasterio, siue eiusdem, siue alterius Ordinis. Si verò hoc fieri non expediat, permittatur, vt sic maneant, donec omnes intereant. Redditus verò illius, alteri applicentur. *Conc.mediolan.1. p.3. tit.de Monialium numero.*

Vide, *mulier circa castitatem.* Vide, *Vouere.* Vide, *Votum.*

Moniales, quæ sunt in monasterio paupere non potenti eos alere, transmitti debent ad aliud, & redditus illius applicentur isti; in primo verò constituatur ab Episcopo, Presbyter sæcularis cum sufficienti redditu. *Conc. Senonen. tit. quid agendum c.27.*

Monialium numerus in monasterio debet esse constitutus, nec potest augeri. *Conc.Oxonien.1. c.39.* Tantus esse debet numerus, vt possit de redditibus ali, seductis expensis reparationis, &c. *Concil. Senonen. tit. de numero monialium cap.28. Concil. Colonien.2. par.10. cap.12.* Ab Episcopo est

taxan-

taxandus numerus. *De institutionibus cap.1.*

Iuxta quantitatem reddituum esse debet numerus. non maior. *De institutionibus cap.1. De statu Regularium in 6. cap.1. §. Sanè. Conc.mediol.1.par.3. tit. de Monialium numero. Pius V. const.8. circa Pastoralis.*

Moniales pauperes monasterij non possunt augeri. *Gregor. 13. const.8. Deo Sacris.*

Vide, *Regular. Religionem ingrediens.* Vide, *Sanctimonialis.* Vide, *Velare.* Vide, *Virgo.* Vide, *Virginum consecratio.* Vide, *Nouitiæ Monialium.*

Monialium obligationes.

Moniales tenentur ad perpetuam clausuram. *Gregor. 1. lib.3. ep.9. lib.7. ep.9. Conc. Senonens. tit. de numero monialium c.28. Conc.Cabilon.3. c.62.*

Tenentur recitare in choro horas Canonicas. *Conc. mogunt. sub Leone IV. c.17. Conc.Colonien.3. tit.de officiorum, &c. Conc. Cabilon.3. c.59.*

Tenentur singulis mensibus confessionem sacramentalem facere, & Sanctissimam Eucharistiam sumere. *Conc. Trid. sess.25. de reform. regul. c.10.*

Non possunt redire ad sæculum. & si quæ id fecerit redigatur ab Episcopo in monasterium, & in eo detrudatur. *Greg.1. lib.7. ep.9. & 10. lib.8. ep.9.*

Moniales tenentur simul in dormitorio eodem habitare. singulæ tamen singulos habeant lectos. *Conc.Oxon.1. c.36.*

Tenentur in eodem refectorio omnes comedere. *Conc.Oxoniens.1. c.36. & 38.* (& de eodem cibo nisi infirmitas excusset. *ibid.*) *Conc. Nican.2. c.20. Conc.Colon.2. p.10. & 12. Conc.Cabilon.3. c.61. 18. q.2. cap.Pernicioſam.*

Tenentur ad obseruandum silentium. *Conc. Oxon.1. c.36.*

Monialis infamata de aliquo delicto, tenetur ad se purgandum secundum formam iuris. *De purgatione canonica. cap. moniales.*

Moniales à quibus debent abstinere.

Monialis non potest matrimonium contrahere.

Vide, *moniales circa coniugia, &c.*

Monialis non potest redire ad sæculum. *Gregor.1. lib.7. ep.9. & 10. lib.8. ep.9.* Si hoc faciat detrudatur in monasterio. *ibid. lib.7. ep.9.*

Non potest de vno ad aliud monasterium migrare. & si fugiat reuocanda est ad primum. *Greg.1. lib.4. ep.4. Conc.Nican. 2. c.21. Conc.Vernense c.6.*

Non possunt exire de monasterio, neque vt eant ad loca deuotionum. *Conc.Foroiulien.c.12.*

Vide, *moniales circa egressionem à monasterio.*

Non possunt simul stare cum viris, etiam religiosis, neque ad hoc diuidi possunt monasteria. *Conc.Nican.2. c.10. & 20. 18. q.2. c. Diffinimus.*

Non possunt seorsim comedere. *Conc.Nican.2. c.20.*

Non possunt tangere vasa sacra. *Soter. ep.2. dist.23. cap.Sacratas. Conc. Colon.2. p.3. cap.31.* Nec ea aut vela abluere. *ibid.*

Moniales impudicæ in ergastulis monasterij recludendæ sunt. *27. q.1. c.Impudicas. cap.Virginibus. cap.Si qua monacharum. cap. Vt lex.*

Monialis cadens in carnale peccatum, non educatur de monasterio. sed in illo pœnitentia ei imponatur. *Conc. Vernen. c.6.* Vide infra, *moniales quo ad coniugia, &c.*

Non possunt comedere carnes in refectorio, si in ea religione non comeduntur. *Conc.Oxon.1. c.38.*

Non possunt eis dari pecuniæ ad vestes, & alia necessaria emenda; sed de illis prouideantur à Præfecta. *conc.Oxon. 1. c.36.* & pœnæ inobseruantium. *ibid.*

Non possunt comœdias in monasterio admittere. *concil. Colon.3. tit.censuræ c.17.*

Nec etiam repræsentationes sacras. *ibid.*

Non possunt scribere, aut recipere literas, absque licentia Abbatissæ. *concil.colon. 2. p.10. c.18.*

Non possunt ire ad consilia publica, nisi maxima vrget necessitas. *conc.Nannetense 1. c.19.*

Non possunt simul cum clericis in vno choro psallere. *18. q.2. cap. Pernicioſam.*

Non possunt in choro, vel in monasterio conseruare Sanctissimam Eucharistiam, non obstantibus priuilegijs, &c. *concil. Trident. sess.25. de reform. Regul. c.10.* Et ad hoc inuigilent Episcopi, vel alij eorum superiores. *ibid.*

Moniales circa coniugia, vel fornicationem.

Monialis contrahens matrimonium est excommunicata. ab Episcopo potest absolui. *concil. calcedon. c.15. 27.q.1. cap. Virginem, quæ se Deo. cap. Si qua virgo. concil.colon.1. c.5. conc. mogunt. 3. c.26.* Nullum est matrimonium. *conc. colon.3. tit. censuræ c.2.*

Monialis nubens, si filios procreat, à monasterio expellatur, & in ergastulo detrudatur. *27. q.1. cap.Si quis ſacro. & c. Si qua monacharum.* Filii sunt spurii, & hæredes esse non possunt in nullo. *conc. colon.3. tit. censuræ c.2.*

Matrimonium faciens, in ergastulo conuentus est detrudenda. *conc.Tribur.1. c.23.*

Monialem matrimonio accipiens excommunicatur. sed ab Episcopo absoluitur. *conc.Triburien. 1. c.23. conc. calced. c.16. 27. q.1. c.Virginem, & c. Si quis ſacro.*

Monialis accusata de libidine tenetur se purgare coram Episcopo. *Concil. melden. c.70.*

Monialis impudica in ergastulo monasterii detrudatur. *27. q.1. cap. impudicas. cap.Virginibus. c.Si qua monacharum. cap.Vt lex.* Carnis peccatum committens non educatur de monasterio, sed in eo ipsi imponenda est pœnitentia. *concil. Vernen. c.6. Metense 1. c.6.*

In fine accipere potest communionem. *27. q.1. cap. Virgines quæ se Deo. conc.colon.1. c.5. mogunt.3. c.26.*

Vltimum locum semper habeat in monasterio. *conc. Germanicum c.13.* Ad officia est inhabilis. *ibid.*

Monialem carnaliter cognoscens, ipso facto est excommunicatus. *conc. Germanic.1. c.13.*

Monialem violans, post pœnitentiam potest recipi. *27. q.1. cap. Eos autem.*

Monialem è monasterio rapiens est excommunicatus. *Ioannes 8. ep.165.*

Monialem rapiens in aliquo monasterio detrudatur. *27. q.1. c. Peruenit ad nos. cap. Si qua monacharum. c. Eos.*

Si rapit è monasterio, vt matrimonium cum ea faciat, pœna mortis damnetur. *36. q.2. c. Si quis non dicam.*

Vide, *Velata.*

Cum moniali contrahens matrimonium, anathema sit. *27. q.1. cap. Si quis ſacro. cap. Si qua monacharum, & cap. Virginibus.*

Cum moniali fornicans excommunicatur, & si clericus deponitur. *27. q.1. c.Si quis Episcopus. c.Virginibus. cap.Si qua. conc. German.1. c.13.*

Cum moniali fornicatus, non potest amplius matrimonium cum aliqua facere. *27.q.1. c.Hi ergo.*

Monialem corrumpens in carcere detrudendus. *conc. metense 1. cap.6.*

Vide, *Regul. matrim. facientes.* Vide, *mulier professa, &c.*

Moniales circa collocutiones cum alijs extra monasterium.

Non pose loqui cum aliquo, nihil parentibus, vel consanguineis, statuit *conc. Arelat.4. c.7.*

Non possunt cum vllo loqui aut tractare, siue clerico, siue monacho, siue sæculari, sine licentia Episcopi. *concil. Paris.6. lib.1. c.46. conc.matisc on.1. c.2. conc.Nicæn.2. c.20.*

Moniales dum loquuntur cum cognatis, præsente præfecta id faciant. *conc. Nicæn.2. c.20.* Et breui se expediant. *ibid.*

Non possunt cum aliis extra loqui à vespera, vsque ad primam. *conc. cabilon.3. c.56.*

Moniales circa vestes.

Moniales non possunt vti veste sæculari, vel alia sed propria religionis. *Greg.I. lib.7. ex regist. ep.7.* Non

Non possunt alia veste indui, quam suæ religionis. *Conc.Colon.3. tit.Censuræ, &c. c. 5.*

Monialium vestes, cum ipsæ consecrantur, non debent esse diuersæ ab ijs, quibus semper vsuræ sunt. *Dist.23. c.Sanctimonialis.*

Non possunt portare velum sericum; non acus argenteas, vel aureas. *Conc.Oxonien.1. c.31.*

Non possunt deferre anulos, nisi vnum tantum dum sunt consecratæ. *ibid.*

Non possunt vti zonis aureis, vel argenteis, vel sericis. *Conc. Oxon.1. cap.31.*

Non possunt vti pannis extra colorem propriæ religionis. *ibidem.*

Moniales nigræ non possunt cappis alterius coloris vti. *Conc. Londinen.1. c.14.*

Non possunt vti comis, vestibus sericis, calceis vanis, & alijs huiusmodi luxuosis, & illecebris sæcularium. *Clement. de statu monach. cap. Attendentes.*

Moniales tertiariæ, & conuersæ.

Moniales tertiariæ professæ manere debent in clausura, & aliæ mulieres non possunt ad eas ingredi. *Pius V. constit.8. Circa pastoral.*

Moniales conuersæ non professæ quando posunt domum remitti. *Greg.13. const.8. Deo sacris.*

Moniales circa egressionem à monasterio.

Monialis exire non potest de monasterio, sine Episcopi licentia: neque vt eat ad aliud monasterium. *Greg.I. lib.4. ep. 4. Conc. Nicæn.2. c.21. Conc.Vernense c.6. Concil. Oxon.1. c.36. Conc.Senonense. tit. De numero monialium c.28.*

Non potest exire à monasterio, neque vt eat ad loca deuotionum. *Conc.Foroiul. c.12.*

Exiens à loco deputato, etiam intra claustrum, per mensem carceretur. exiens vero extra claustrum carceretur multo tempore, & semper habeat vltimum locum in monasterio. *Concil. Rauennat.3. post Clemens V. cap.11. Concil. Cabilon.3.cap.62.*

Neque ad ferendum testimonium in aliqua causa. *De iudicijs in 6. cap. mulieres.*

Neque ad breue tempus possunt exire sub quouis prætextu, nisi ex causa legitima ab Episcopo approbanda. *Conc.Trid. sess.25. de reform.regul. c.5. Pius V. const.8. circa.*

Exeuntes sine licentia, & necessitate, vt ibi, excommunicantur, & Papæ reseruata est excommunicatio. *Pius V. constitut.8. circa.*

Abbatissa, seù præfecta, ex causa necessaria, quando potest exire à monasterio. *De statu regul. in 6. c.1.*

Ob nullam causam, nisi necessitatem ineuitabilem, vt pestem, incendium, lepram, &c. possunt exire à monasterio. *Concil. Mogunt.4. cap.79. Concil.Treuerens. cap.11.* (& tunc de licentia habentis potestatem. *ibid. Pius V.constitut.8. circa Pastoralis.*) & tunc manere potest foris durante necessitate. *ibid.*

Licentia standi extra claustra non potest concedi monialibus à S. Pœnitentiario. *Pius IV. const.53. in sublimi.*

Recipiens monialem fugientem à monasterio, est excommunicatus. *Ioan.8. ep.237. Conc.matisc on.1. c.19.*

Nullus præter Papam potest dare licentiam moniali exeundi de monasterio exceptis casibus, vbi supra. *Pius V. constit. 8. circa.*

Monialium monasteria non frequentanda, & qui possunt in ea ingredi.

Ad moniales nullus potest accedere sine licentia Episcopi, sub pœna excommunicationis. Si Religiosus, bis in hebdomada per vnum mensem ieiunet in pane, & aqua in refectorio coram aliis. & si intra claustrum ingreditur, sit excommunicatus. *Conc.Rauennat.3. post Clement.V. c.11.*

Nullus introduci potest in monasterium monialium, nec etiam mulier, sine Episcopi licentia. *concil. Foroiulien. cap.12. conc.Turonen.3. c.29. conc.mogunt.4. c.79.* Sub pœna excommunicationis ipso facto. *conc.Trident. sess.25.de reform. regul. c.5. de statu Regularium in 6. c.1.* Papæ reseruatæ. *Pius V. const.8. circa.*

Monialium monasteria frequentans clericus sine necessitate, arceatur. & si non desistit, beneficio priuetur. *concil.Later.3. c.11.* Vide, *clericus.*

Monasteria monialium frequentans, si est clericus deponatur. si laicus, excommunicetur. *De vita, & honest. clericorum cap. monasteria.*

Nec Episcopus potest in ea ingredi solus sine alijs sacerdotibus. *conc.Foroiulien se c.12.* & pœna. *ibid.*

Nulla mulier potest ingredi monasteria monialium. quando vero licentia conceditur, quomodo ea sit vtendum. *Gregor.13. constit.28. vbi gratiæ.* & pœnæ. *ibid.* Reuocantur concessæ, & alia circa hoc. *Pius V. const.8. circa.*

Nullus, nec seruus, vel famulus, potest in ea, nisi in necessitate intrare. *conc.Cabil.1. c.63. conc. Nicæn.2. c.20.*

Necessaria ferentes ante portam sistant. *conc. Nicæn.2. c.20.*

In monasteria monialium, olim, pro sacro faciendo ingredi poterant presbyteri. *conc.mogunt.1. c.26.conc.Epaunen.c.38.*

Religiosi, &c. qui ea gubernant, ad vestibulum tantum monasterij possunt accedere. *conc. Hispal.2. cap.11.*

Vide, *Regular. circa monial.*

Nulli concedatur ab Episcopo intrandi licentia, nisi ex maxima necessitate, & manifesta. *conc.Treuer. c.11.*

Superiores Regularium, quando, & quomodo possunt concedere mulieribus, vel aliis licentiam ingrediendi monasteria monialium. *Gregor.13. const.28. vbi gratiæ.*

Superiores ipsi, & Episcopi, ex qua causa, & quomodo, ac cum quibus, possunt intrare in monasterium. *ibid.*

Abbatissæ, Priorissæ, &c. introducentes mulieres in monasterium quouis prætextu, incurrunt priuationem actiuæ, & passiuæ vocis. *Paulus 5. const.74. monialium.*

Vide, *Abbatissa introducens.* Vide, *mulier.*

Mulieres habentes licentiam ingrediendi monasteria monialium pluribus vicibus, non possunt singula monasteria tot vicibus ingredi; sed intelligitur de omnibus in vniuersali; alias incurrunt pœnas statutas contra ingredientes septa monialium. *Paulus 5. const.52. Facultatum.*

Idem Pontifex reuocauit omnes licentias concessas mulieribus. *Constit.74. monialium.*

Monasteria monialium, qua cura ædificanda, & regenda.

Monasteria monialium non fabricanda dupla pro viris, & fœminis. *18. q.2. cap. Diffinimus.*

Monasteria monialium debent esse distantia à monasteriis virorum. *Conc.Agath. c.28. 18. q.2. c.monasteria il 2. cap. Diffinimus.*

Monasteria quæ sunt extra mœnia Ciuitatum, reducantur intra. Et Episcopus in hoc vtatur brachio sæculari, si sit opus. Inobedientes, & impedientes, censuris compellantur. *Conc. Trident. sess.25. de refor. regul. c.5.*

In monasteriis non sint loca remota, & secreta. *Conc.Aquisgran.3. par.3. c.14.*

Curandum, ne monasteria monialium necessariis careant. *Conc. Rhemense c.33. Conc.Arelat.4. c.26. Vernense cap.6. Aquisgran.3. p.2. c.13.*

Monasterii portaria, seu ianitrix, sit bonæ vitæ, & ætatis maturæ. *conc. Cabilon.1. c.64.*

Monialium monasteria circa Episcopos.

Monasteria subduntur Episcopis, in quorum territorio sunt. *Post conc. Arelat.3. c.4. 18. q.2. c.monasteria vel. De statu regul. in 6. cap.1. §.fin.* (si non sunt exempta.) *ibid. & Clement. de statu monach. c. fin.*

Episcopus taxare potest numerum monialium in monasteriis, iuxta quantitatem redditiuum. *De Institut. c.1.*

Episcopus, vt delegatus Papæ, curare potest, & præcipere, vt clausuræ monasteriorum, etiam exemptorum custodiantur, & compellere, vt ita fiat. *De statu regul. in 6.c.1. §.fi.*

& Cle-

& *Clement. de ſtatu Monachorum c. fin. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de refor. regul. cap. 5.*

Epiſcopi quo ad alia non habent iuriſdictionem in monaſteria exempta monialium. *ibid. §. fin. de ſtatu regul. in 6.*

Epiſcopi habent iuriſdictionem in monaſteria non exempta, eaque viſitare poſſunt. *Clement. de ſtatu monach. cap. fin.* Ex authoritate ordinaria. quas perſonas ſecum adducit in viſitationem. *ibidem.*

Impediens Epiſcopum viſitantem, ipſo facto eſt excommunicatus. *ibidem.*

Epiſcopus poteſt compellere adminiſtratores bonorum monialium, ſiue ſæculares, ſiue regulares, vt rationes reddant, vocatis ſuperioribus regularibus, ſi regulares ſint. *Gregorius XV. conſt. 18. Inſcrutabili §. 5.*

Sine Epiſcopi licentia, nullus poteſt in ea ingredi. Vide, *Monialium monaſteria non frequentanda.*

Epiſcopus, ſiue per ſe, ſiue per alium, poteſt eſſe præſens electioni Præfectarum, etiam ſi ſubditæ ſint regularibus, cum ſuperiori regulari, & ſine expenſis. *Gregorius XV. conſtit. 18. Inſcrutabili. §. 5.* Vide, *Monial. electiones.* Vide, *Regular. circa Moniales.*

Epiſcopus non poteſt ſolus ſine alijs ſacerdotibus, ingredi prefata monaſteria. & pœna. *Conc. Foroiulien. c. 12.*

Monaſteria Sedi Apoſtolicæ ſubiecta, immediatè, ſemel in anno poſſunt ab Epiſcopo viſitari. *Conc. Later. 5. ſeſſ. 10. conſt. 2. Clement. de ſtatu Monach. cap. fin. conc. Trident. ſeſſ. 25. de refor. regul. c. 9.* Idem de alijs, cuicumque Capitulo, etiam S. Petri, &c. ſubiectis. *ibid.*

Monialis percutiens aliam, vel clericum, ab Epiſcopo abſolui poteſt. *De ſent. excom. cap. De Monialibus.*

Moniales, quæ dicuntur Canoniſſæ ſæculares, ab Epiſcopo ſunt viſitandæ omni anno, ſi ſunt exemptæ, vt à delegato Papæ. ſi non exemptæ, authoritate ordinaria. *Clement. de ſtatu Monachorum c. fin.*

Epiſcopus circa electionem Abbatiſſæ, &c. Vide infra *Monialium electiones.*

Epiſcopus approbare debet confeſſarios, etiam regulares monialium, etiam ſi ſubditæ ſint regularibus. *Gregorius XV. conſtitut. 18. Inſcrutabili. §. 5.* Vide, *Regul. circa moniales.* Vide, *Monialium confeſſarij.*

Vide, *Monialium electiones.*

Monaſteria monialium, per quos debent regi.

Non poſſunt gubernari per laicos. & olim, neque per clericos ſæculares. *Gregorius 1. lib. 4. ep. 1. lib. 6. ep. 40.* Sed à Religioſis, ſeu monachis. *Conc. Hiſpal. 2. c. 11.*

Rectores monialium per ſolos Epiſcopos (olim) eligendi erant. *Conc. Carthag. 4. c. 97.*

Monialium curæ præficiendi ſunt viri probi, & prouecti, & ſi fieri poteſt de eadem Religione. *Concil. Sabinenſe cap. 13.* & per Epiſcopum approbandi. *ibid. 18. q. 2. cap. Qui Religioſis.*

Monaſteria monialium, quæ à regularibus gubernantur, quia ipſis ſubiecta, ſub eorumdem cura relicta ſunt. *conc. Trident. ſeſſ. 25. de refor. regul. c. 9.*

Monialium Nouitiatus.

Vide, *Nouitiæ monialium.*

Monialium monaſteriorum priuilegia.

Monialium monaſteria habere poſſunt poſſeſſiones. *Gregorius 1. lib. 12. ep. 19.*

Poſſunt moniales tranſire ad ſtrictius monaſterium. *20. q. 4. cap. Virgines.*

Poſſunt per Procuratores litigare, & iudices per cenſuras cogendi ſunt ab Epiſcopis, vt admittant tales procuratores in lite. *De ſtatu regul. in 6. cap. 1. §. Porrò.*

Moniales eximuntur ab onere ſoluendi decimas, vectigalia, ſubſidia, & alia onera, & reuocatur Conſtitutio *Bonifacij 8. Pius 4. conſt. 5. De ſtatu.*

Monaſterijs pauperum monialium, applicatur medietas omnium eleemoſynarum, quæ fieri ſolent ab Epiſcopis, Archiepiſcopis, Beneficiatis, Monaſterijs, &c. *Gregor. 13. conſtit. 8. Deo.*

Monaſteria, & omnia alia loca pia in ſtatu Eccleſię ſunt exempta ab onere hoſpitandi, vel ſoluendi pro hoſpitio Militum. *Pius V. conſt. 148. Cum ſicut.*

Moniales non poſſunt à monaſterio extrahi ad ferendum teſtimonium in aliqua cauſa, vel negotio, etiam ſi ipſæ velint. *De Iudicijs in 6. cap. Mulieres.* Vide, *Regul. Priuilegia.* Vide, *Priuilegia.*

Monialium Præfectæ, ætas, &c.

Monialium Præfectæ non poſſunt eſſe iuuenculæ. *Conc. Pariſien. 6. lib. 1. c. 39.*

Olim eſſe debebant ætatis 60. annorum, & hæ erant mulieres diaconiſſæ. *Conc. Nican. ex Arabico c. 74.*

Præfecta, ſeu Abbatiſſa, &c. eligi non poteſt, niſi ſit annorum 30. *De electione in 6. cap. Indemnitatibus. Conc. vero Tridentin. ſeſſ. 25. de refor. regul. c. 7.* ſtatuit, vt ſit annorum 40. ſaltem, & octo annis poſt profeſſionem vixerit laudabiliter. Si verò hoc ſit incommodum, ſit ſaltem ſupra 30. & 5. annos habeat profeſſionis, conſentiente Epiſcopo, vel alio earum ſuperiore. *ibid.* & *Conc. Mediol. 1. par. 3. tit. De Præfectis monialium, &c.*

Quomodo eligenda præfecta, ſeu ſuperior monialium. Vide, infra. *Monialium electiones.*

Si vna ſoror ſit præfecta, aliæ non poſſunt habere officia, vicariæ, ſcribæ, cancellariæ, &c. *Concil. Mediol. 1. par. 3. vbi ſupra.*

Præfectæ tenentur prouidere moniales de omnibus neceſſarijs. *conc. Aquiſgranen. 3. par. 2. c. 13.*

Vna Præfecta, &c. non poteſt præfici duobus monaſterijs. *21. quæſt. 1. ca. Vnum.* Vide, *Abbatiſſa.* Vnum reſignet intra ſex menſes, aliàs vtroque ſit priuata. *concil. Trident. ſeſſ. 25. de refor. regul. cap. 7.*

Monialium Præfectæ, vicariæ, &c. Superiores non poſſunt durare vltra tres annos, & poſtea vacant officio. *concil. medial. 1. par. 3. tit. De Præfectis, &c. monialium. Gregorius 13. conſtit. 80. Expoſuit.* Loquitur de Abbatiſſis, & alijs Præfectis Italiæ. *ibid.*

Præfectæ non poſſunt audire confeſſiones, vel benedicere publicè, aut prædicare. *De pœnitentijs, &c. c. Noua quædam.*

Abbatiſſa, vel alia Præfecta ſubdita regularibus, cum eligitur non eget confirmatione Epiſcopi. *Gregorius 15. conſt. 18. Inſcrutabili.* in ſolutione dubiorum.

Vide, *Abbatiſſa.* vbi multa habes.

Monialium electiones actiuæ, & paſſiuæ.

Vide, *Abbatiſſæ electio.*

Electio Præfectarum, vt Abbatiſſarum, &c. monialium fieri debet per duas partes votorum, & ſic electa confirmatur non obſtante appellatione, niſi aliud obſtet. *De electione in 6. cap. Indemnitatibus. §. Sanè.*

Si nulla fiat electio cum duabus partibus, licet ſcrutinium ſit publicatum, poſſunt eligentes in aliam accedere, quę habet plura vota; & ſi hoc acceſſu peruenitur ad duas partes, illa eſt electa, & confirmari debet. *ibid.* Si aliqua velit opponere contra electam, poteſt id facere.

Si cum prefato acceſſu fieri non poſſit electio, Superior earum informatur, ſine ſtrepitu, & figura iudicij: interim verò quę plura habet vota, gubernet. *ibid.*

Accedi non poteſt ad eam, quę habet pauciora vota. *ibid.*

Si electio fiat per compromiſſum, & pars minor opponat, adhuc confirmatur electa, licet pars minor poſſit accuſare, denunciare, &c. contra electionem. Si pars maior opponit, differatur confirmatio, vt in ſcrutinio dictum eſt, & interim quę plura habuit vota gubernet. *ibid.*

Si in electionibus appelletur ad Papam, obſeruetur Conſtitutio *Gregorij X. Vt circa*, & per Procuratores agant. *De elect. in 6. cap. Indemnitatibus §. Porrò.*

Cauere debent ab ijs, quę cauſant diſcordias inter eas, ſub pœna excommunicationis ipſo facto. *ibid. §. Poſtremò.*

Electa

Electa in Abbatissam, &c. intra annum à die confirmationis debet benedici, alias cadit à iure suo. *Clement. de statu monachorum cap. fin.*

Eligi non potest in Præfectam, Abbatissam, vel Priorissam (si per Priorissam regitur monasterium) quæ non peregit annum 30. & sit professa expressè. *De elect. in 6. c. Indemnitatibus.* Sed *Concil. Trid.* statuit esse debere annorum saltem 40. *sess. 25. de refor. regul. c. 7.* Sed si hoc sit incommodum, sit supra 30. & 5. annos professionis habeat, & laudabiliter vixerit, & Episcopus, vel Superior consentit.

Si moniales electionem Præfectæ, seu Abbatissæ, &c. conferant in Episcopum (per compromissum) Episcopus potest eligere, & illa est Abbatissa, &c. *De electione c. Causam.*

Præfecta, quæ eligitur, si est subdita regularibus, non eget confirmatione Episcopi. *Gregorius XV. const. 18. Inscrutabili*, in solutione dubiorum.

Monialis non habet vocem actiuam, nisi annum 12. expleuerit, sitque professa. *De elect. in 6. cap. Indemnitatibus.*

Electiones istæ Præfectarum, Abbatissarum, &c. fieri debent per vota secreta, & nomina eligentium non possunt publicari, alias electio est nulla; & electa est inhabilis ad alia officia. *Conc. Trident. sess. 25. de refor. regul. c. 6.*

Non possunt subrogari vocales titulares, neque aliæ vocales, sub eadem inhabilitate. *ibid.*

Episcopus, vel alius Superior, (cui subdita sunt monasteria,) qui electioni præfatæ præest, non debet ingredi in monasterium, sed extra per cancellorum fenestellam excipiat vota, & audiat moniales. *Concil. Trident. sess. 25. de reformat. regul. cap. 7. Concil. Mediol. 1. part. 3. de Præfectis, &c. Monialium.*

Moniales tenentur eligere magis idoneam. *Conc. Mediol. 1. part. 3. tit. De Præfectis, &c. Monialium.*

Moniales ambientes, & procurantes officia in monasterijs per tres sextas ferias ieiunent, osculentur pedes omnium monialium, & culpam dicant de illa ambitione, & si officium habeant, priuentur. *Conc. Mediol. 1. ibid.*

Vicaria per medietatem vocalium potest eligi. *ibid.*

Dum fiunt electiones monialium, quæ subiectæ sunt regularibus, potest Episcopus esse eis præsens cum superiore regulari, siue per se, siue per alium, sine impensis. *Gregorius 15. constitut. 18. Inscrutabili. §. 5.*

Vide, *Electio.* Vide, *Electus, in fine.* Vide, *Regul. superiores.* Vide, *Regulares circa moniales.*

Monialium Confessarii.

Moniales habere debent proprium, ac determinatum confessarium. *Conc. Colon. 2. par. 10. c. 8.*

Confessor monialium sit eiusdem ordinis, & regulæ. *Concil. Treuerense cap. 11.*

Confessarij monialium, etiam si sint regulares; & ipsis sint subiectæ moniales; non possunt hoc munus exercere, nisi ab Episcopo sint approbati, & iudicati idonei. *Gregor. 15. constit. 18. Inscrutabili. §. 5. Conc. Colon. 3. tit. Censuræ c. 37.*

Confessarij monialium regulares, etiam si sint superiores, ad quid tenentur. Vide, *Regular. superiores.*

Confessor extraordinarius bis, vel ter in anno eis dandus est, diuersus. *Conc. Colon. 2. part. 10. c. 8. conc. colon. 3. tit. Censuræ cap. 37. conc. Trident. sess. 25. de refor. regul. c. 10.* & iste tenetur omnium confessiones audire. *ibid.*

Monialis percutiens aliam, à quo debet absolui. Vide, *Absolutio.*

Confessor monasterij non audiat confessiones priuatim, sed in conspectu aliarum. neque interroget eas de peccatis non confessis, ne discant ea committere. *Conc. Colon. 2. part. 10. cap. 8.*

Moniales virtute Bullæ Cruciatæ non possunt eligere sibi confessarium, qui absoluat à reseruatis. *Vrbanus 8. const. 105. In suprema.*

Vide, *Regulares circa monasteria monialium.* Vide, *Confessor.*

Monialium regimen, iuxta Sancti Caroli decreta.

S. Carolus *in Conc. Mediol. 1. part. 3.* in diuersis titulis citandis, hæc statuit de Monialibus.

Monialium numerus augeri non potest supra præscriptionem in aliquo Conuentu, nisi redditus augeantur. *ibid. tit. De Monialium numero.*

Si moniales velatæ etiam professæ, in aliquo monasterio stare non possunt, hoc monasterium per Episcopum vniatur alijs monasterijs, vel eiusdem, vel alterius ordinis. si verò hæc vnio non sit expediens, permittantur sic manere quousque omnes intereant: bona verò & fructus istius monasterij, alteri applicentur. *ibid.*

Moniales non possunt ambire, & petere officia in monasterijs, alias per tres sextas ferias ieiunare tenentur, pedes omnium osculari, culpam dicere de illa ambitione; & si habet officium, eo priuetur. *Concil. Mediol. 1. par. 3. tit. De Præfectis, &c.*

Moniales tenentur eligere magis idoneas ad officia. *ibid.*

Monialis Præfecta non sit minor 40. annis, quæ habeat 8. annos professionis, & honestè vixerit. Si talis non inueniatur; ex alio monasterio aliqua accipi possit cum eisdem qualitatibus. Si verò hoc sit incommodum, eligi possit alia, quæ sit 30. annorum, & quinque annos habeat professionis. *ibidem.*

Moniales discretæ, seu Matres consilii, si consuetudo sit, sic eligendi, per suffragia secreta coram superiore eligi debent. *ibidem.*

Monialium Præfecta, & Vicaria eligi debet per secreta suffragia coram superiore, vel eius ministro, extra monasterium ad cancellos stante. *ibid.*

Per duas partes ex tribus vocalium eligi debet Præfecta. Vicaria vero per vota supra medietatem. *ib. de Præfectis, &c.*

Si vna ex pluribus sororibus sit Præfecta, aliæ non possunt esse, nec Vicariæ, nec Scribæ, nec Cellerariæ, nec Ianitrices. *ibidem.*

Monialium ministræ, vt ianitrix, depositaria, scriba, magistra nouitiarum, eligendæ sunt per Præfectam, Vicariam, Discretas, & Confessorem, excepto si sit vsus eligendi per suffragia. *ibidem.*

Monialium Præfectæ, Vicariæ, & alia officia habentes non possunt durare vltra tres annos, & tantumdem postea careat officio, nisi necessitas approbanda ab eorum superiore aliud exigat. *conc. Mediol. 1. par. 3. tit. De Præfectis, &c.*

Moniales electæ ad officium, debent illud suscipere, alias priuantur voce actiua, & passiua pro omni alia electione. *ib.*

Monialium Vicariæ in absentia Abbatissæ obediendum, contrafacientes puniantur. *ibid.*

Præfecta omni hebdomada capitulum congreget pro culpis audiendis, & pœnitentijs imponendis. subditæ verò tenentur humiliter acceptare; alias disciplinis, alijsque pœnis puniantur. *ibidem.*

In electionibus, non possunt vota, seù suffragia sibi inuicem in manu tradere, sub pœna priuationis actiuæ, & passiuæ vocis. Vocem actiuam illæ habent, quæ per triennium post professionem manserunt in eo monasterio. *ibid.*

Discretæ debent esse quatuor, si moniales sunt infra 40. si supra, sint sex. *ibid.*

Discretæ debent esse presentes monialium colloquijs, ne extra, vel intus aliquid indecorem dicatur. *ibid.*

Nouitiarum magistra in loco separato cum nouitijs habitare debet. nulla præter eam potest nouitias erudire. alias talis erudiens, actiua, & passiua voce sit priuata. *ibid.*

Moniales non accedant ad portam quando aperitur; neque cum vllo siue mare, siue fœmina loquantur. alias & ipsa & ianitrix in cella includantur superioris arbitrio. *ibid.*

Monialium laboribus duæ sunt præficiendæ. istæ recipiant in rota, quæ laboranda sunt, & dent elaboranda iis, quæ callent artem. finitis laboribus reddantur dominis, etiam per rotam. recepta debita mercede, semper tamen presente præfecta rotæ. *ibid.*

Nulla monialis potest accipere aliquid laborandum, nec etiam à cognatis, sub pœna disciplinæ in loco, vbi aliæ laborant. *ibid.* Quæ sunt negligentes in laboribus, priuandæ sunt obsonio.

sonio. In loco laborum lectio sancta quotidiè habeatur, & de auditis fiat collatio expleto labore. nec ibi fiant cantus, aut sermones prophani. *ibid.*

Monialium præfectæ, scribæ, omni trimestri rationem reddant capitulo monialium de rebus monasteriis, & omni anno superiori aut vicario. *ibid.*

In omni monasterio adsit capsa communis cum duabus clauibus: in ea communis pecunia ponatur. Vna clauis sit apud Præfectam, alia apud maiorem discretam. non possit aperiri, nisi his præsentibus, & scriba, quæ de rebus rationem est redditura. *ibid.*

In aliis officinis, horrei, farinæ, &c. duæ claues sint, diuersis monialibus assignatæ. *ibid.*

Alienari non possunt res monasterii, nisi seruatis de iure seruandis. Non possunt locare, permutare, &c. nisi superiore consentiente. *ibid.*

Non possunt moniales ædificare, & fabricari, nisi consentientibus superiore, & curatoribus fabricæ. *ibid.*

Monialibus ægrotis dentur cibi, & medicinæ necessariæ, pro monasterii facultate, & à præfecta quotidie visitentur. *ibidem.*

Moniale moriente confessor cum socio à superiore approbato ingredi potest in monasterium, dum corpus est sepeliendum, & cito exeant. *ibidem.*

Monasteria semper clausa sint clauibus, nec possint aperiri, nisi præsentibus duabus ianitricibus. de die vna claue, de nocte duabus claudantur ianuæ. vna clauis sit apud Præfectam, alia apud ianitricem seniorem. *Conc. Mediol. 1. p. 3. tit. de Præfectis, &c. Monialium.*

Nouitiæ monialium hoc modo recipi debent, *ex Conc. Mediol. 1. p. 3. tit. de puellis ad relig. admittendis.* Prius per Episcopum, aut alium eius arbitrio, examinanda est puella, inquirendum est de vita, & ætate eius, vt sit maior 12. annis, de libera voluntate eius, & de proposito religionis, & hoc fiat per vnum annum antequam examinetur. in illo anno semel singulis mensibus confiteatur confessori monialium, vel alteri cui Episcopus id commiserit, & Eucharistiam sumat. sæpè cum monialibus in locis collocutionum loquatur, vt sciat onera religionis. *ibid.*

Nouitia per moniales acceptanda est ad religionem (cum licentia Episcopi in scriptis.) Ex tribus partibus, duæ debent consentire, vt acceptatio sit valida. Præfecta aliter faciens, per sex menses priuatur officio, & velo. De acceptatione fiat certior superior, qui scribat factum, eiusque nomen in aliquo libro ad hoc deputato. *ibid.*

In monasterio in quo sunt pauciores, quam 50. possunt recipi duæ, vel tres tantum germanæ sorores. si vero fuerint plusquam quinquaginta, recipi possunt etiam quatuor. *ibidem.*

Statim, ac acceptata est à capitulo monialium, indui debet veste, fusca, nigra, vel alba, donec ingrediatur monasterium. *ibid.*

Cum intratura est in monasterium, ad tumultum vitandum, ducatur de mane sine inuitatione aliorum, & sine pompa, & in Ecclesia interiori monasterij introducatur; & audita missa, accepta Eucharistia, aliisque adhibitis ceremoniis à superiore, vel confessore coram monialibus vestiatur, & ab eodem fiat sermo super hac actione. nomina imponenda nouitiis non sint Gentilium, sed Sanctarum. *ibid.*

Si hæc puella semel exierit à monasterio ante professionem, nunquam potest amplius ad illud ingredi. *ibid.*

Nouitia, nihil debet dare monasterio ante professionem, nisi ex causa, victus, & vestitus. *ibid.*

Nouitia non potest admitti ad professionem ante annum decimum sextum expletum. neque admitti ante integrum annum probationis. *Conc. Mediolan. 1. p. 3. tit. de Nouitijs ad professionem recipiendis.*

Ante diem professionis per triginta dies Præfecta significet Episcopo, quo tempore nouitia est professura, vt ipse, vel alius pro eo exploret nouitiæ voluntatem, & declaret onera subeunda. Præfecta id negligens ab Episcopo puniatur. *ibid.* In Ecclesia extra monasterium exploranda est.

Nouitia de licentia Episcopi potest renunciare, iuxta decretum Concilii Tridentini. *ibid.*

Nouitia non potest admitti ad religionem, nisi sciat congruè legere. *ibid.*

Nouitiæ professio, nomen, &c. in aliquo peculiari libro describantur. *ibid.*

Professionis die non sunt facienda conuiuia in ædibus, vel foresteriis monialium; neque danda bellaria, dulciora, &c. *ib.*

Potest nouitia dare monasterio eleemosynas ad sui substentationem. *ibid.*

Moniales tenentur recitare officium in choro, die, ac nocte. *Conc. Mediol. 1. p. 3. tit. de diuinis officijs, &c. monialium.*

Decenter vestitæ debent incedere, nec inde discedere sine licentia. soni & cantus, qui non sunt spirituales, non admittantur ab eis. neque colloquia, risus, &c. *ibid.*

Moniales omnes etiam conuersæ ad orationem mentalem in choro faciendam conueniant. media hora duret post matutinum, & media post nonam, vel post completorium. *ibid.* In die festo consumere debent in lectione librorum spiritualium totum tempus, quod supereſt expletis officiis diuinis. *ibid.*

Non teneant libros prophanos. ideo superior, & confessor requirant videre quos libros tenent, & id præcipiant in virtute obedientiæ. *ibid.*

Moniales in omni monasterio debent viuere in communi. *Concil. mediol. 1. p. 3. tit. commun. vitæ, &c. monialium.* Nihil habere possunt de proprio. omnia bona eis relicta siue mobilia, siue immobilia, monasterio sunt applicanda, sed de iis maximè prouidendum est ei ad quam pertinent. Vestes etiam in communi loco tenere debent, *ijs exceptis*, quæ ad vsum quotidianum inseruiunt. nulla apud se teneat pecuniam. dona quæ ad eas mittuntur, Præfectæ offerantur. imò nec accipere, neque ad vsum suum applicare potest, Præfecta nesciente, & non consentiente. si quæ aliquid proprium tenet, biennio priuetur actiua, & passiua voce; & eo magis si sibi appropriet, quod est applicatum vsui communi. *ibid.*

Moniales tenere non possunt catellos, vnguenta, suffimenta, & cætera vana. statim auferenda, foras mittenda; & ipsæ tenentes sunt puniendæ. *ibid.*

Moniales non possunt donare, nec eleemosynam facere, neque esculenta dare, neque legatum facere sine licentia Præfectæ; quæ concedere potest, vt aliquid deuotionis, vel aliud exiguum concedat propinquis., &c. alijs benemerentibus. *ibid.*

Ad mensam communem omnes debent conuenire, & Præfecta, vel vicaria benedictionem facere, & non discedant, nisi actis gratijs. & spiritualis liber legatur in mensa. omnes in dormitorio clauso dormiant, sed quælibet in suo lecto. cellæ die, ac nocte sint ita apertæ, vt Præfecta, siue Vicaria videre possit quid agitur. *ibid.*

Monialium clausura. *Conc. Mediolan. 1. p. 3. tit. De clausura, &c. monialium.*

In fenestellis, vbi loqui debent, sint duo ferrei cancelli, quorum vnus ab altero distet per palmum. virgæ ferreæ per vnciam vnam distent vna ab alia, & sint solidæ. à parte interiori sit vna lamina ferrea perforata, ad audiendum tantum apta. in ea fiat vna fenestella, claue clausa, quæ non aperiatur, nisi dum loquendum est cum Episcopo, superiore, vel parentibus monialium, & alijs propinquis. *ibid.*

In loco collocutionis sint duo ostia, intus scilicet, & foris semper clausa, nec aperienda, nisi cum longius est colloquendum; alijs verò vicibus per rotam audiant quod sibi est dicendum. Non adsit porta, quæ ex monasterio ducat ad Ecclesiam exteriorem. omnes fenestræ pariter, per quas potest prospici intra Ecclesiam, clausæ sint vna excepta, per quam videri potest Hostia, & Calix cum eleuantur, ita tamen hæc fenestra sit dispositа, vt sacerdos ex altari videre non possit moniales, & panno sit semper clausa vsque ad eleuationem. *ibid.*

Cauendum est nè per ædes vicinorum introspici possint moniales, hoc curet Episcopus: ad quod exequendum, si fuerit opus, imploret auxilium Principum sæcularium. *ibid.*

Monialium monasteria non sunt ædificanda propè monasteria Regularium, ita quod ex istis ipsæ possint videri, neque prope habitent mulieres famosæ. *ibid. tit. De clausura.*

Circa

Circa monasteria fieri non possunt cantus, ludi, iocì, &c. *ibid.*

Moniales egredi non possunt à monasterio, nisi ex causa legitima ab Episcopo probata.

Apostatæ cogantur redire ad monasteria. Si superiores iudicauerint, non debere in monasterium recipi, mittant eas ad monasterium Conuertitarum cum suis bonis, quę illis mortuis redeant ad priora monasteria. *ibid.*

Monialis introducens in monasterium fœminas cuiuscumque conditionis, etiam matrem, per tres menses carceretur, per sextas ferias illorum mensium in pane, & aqua ieiunet, & per annum velo priuetur. Eadem pœna plectendæ, ianitrix, rotaria, & Præfecta consentientes. *ib. tit. de clausura.*

Clericus regularis, vel sæcularis monasterium ingrediens, incurrit excommunicationem. potestque ab Episcopo puniri alijs pœnis, etiam cum priuatione beneficij. *ibid.* Excipiuntur ij, qui ex necessitate monasterij habent licentiam ab Episcopo ingrediendi: sed hæc licentia quolibet anno debet renouari. In monasterio non possunt pernoctare matres, vel aliæ fęminæ, etiam seruientes, sub pęna excommunicationis, tam ipsi, quam Præfectæ. In monasterijs ali non possunt equi, boues, vel alia iumenta. *ibid.*

Moniales non possunt loqui cum aliquo externo sine licentia scripta superioris monasterij, & in Cancellaria Episcopali notata; & pęnæ contrafacientium. *ibid.* Talis licentia à rotaria accipiatur, Præfectæ denuncietur, & cum huius benedictione monialis potest loqui. Hæ locutiones fieri non debent in diebus festis, neque in diebus communionis. Non tempore Aduentus, Quadragesimæ, aut vigiliarum, nisi necessitas postulet. Quæ præpositæ sunt locutionibus, nemini dicant quod audierunt, nisi soli Præfectæ, si sit opus.

Loquentes cum monialibus sine licentia sui superioris, grauiter puniantur, exceptis patribus, matribus, & fratribus, ac sororibus.

Quomodo possunt moniales doceri de sono, & cantu. *ib. tit. De clausura.*

Moniales non possunt alijs instrumentis vti, nisi organo, & harpicordio. *ibidem.*

Tenere non possunt in monasterio loco depositi vestes, gemmas, aliavæ pretiosa. & pęnæ contrafacientium. Vti non possunt sæculari vestitu, neque recreationis gratia. *ibid.*

Non possunt facere cibaria, vel offulas, donandi gratia. alias ipsæ & Præfecta puniantur.

Non possunt scribere literas secretò, nisi ad superiorem, vel Episcopum; neque recipere ad se missas, nisi coram Præfecta, vel Vicaria. & pęnæ. *ibid.*

Si literę suspicionem afferunt, pręter alias pęnas, per sex menses collocutione, & velo priuentur. Omnes literæ à rotaria accipiantur, & ad Præfectam ferantur.

Si quis intrat in monasterium ex causa, & cum licentia, siue Visitator, siue Confessor, duæ vel tres moniales illum comitentur quocumque vadit: sed campana prius pulsanda est, vt omnes se recipiant, alias Præfecta officio priuetur. *ibidem.*

Moniales Conuersæ, 40. annorum ætatis sint. *Concil. Mediol. 1. par. 3. tit. De Conuersis.* Poterant olim è claustro cum licentia Præfectæ exire ob negotia monasterij (sed si fieri potest hoc non permittatur.) Ad funera ire non possunt, nisi sint Ordinis Mendicantium, & binæ debent incedere. si extra Vrbem vadunt, redeant vt semper dormiant in eodem lecto. in domos famosarum, vel inhonestarum mulierum, non ingrediantur. literas non ferant clam, neque alia referant nuncia. delinquentes carcere, & alijs pęnis puniantur.

Monialium Concionatores vocandi ab ijs, qui præsunt eis. Prædicare debent in loco collocutionis, vel fenestellis Ecclesiæ. *conc. Mediol. 1. par. 3. tit. De concionatoribus, &c.*

Concionatores non possunt seperatim cum monialibus loqui, nisi cum licentia superioris. bis saltem in mense prædicent. *ibidem.*

Monialium confessores sint prouecti, prudentes, &c. Semel saltem in mense confessiones audire debent, & Eucharistiam ministrare. *ibid.*

Confessores regulares à Capitulo Generali, vel Generali, aut Vicario eius debent esse approbati. & hoc testimonium ostendere debent Episcopo, aut Vicario.

Confessor monialium per biennium duret; & ad summum per triennium, nisi causa aliqua cogat prorogare tempus; & hoc per Episcopum, vel superiorem regularem, cui subijcitur monasterium. *ibid.*

Confessores monialium non possunt ingredi septa monasterij, nisi cum licentia superioris, excepta graui monialium infirmitate. Dum intra Conuentum morantur, duę vel tres moniales ætate prouectæ illos comitentur. & sic faciant cum reliquis qui ingrediuntur monasterium, etiam cum licentia; ante ingressum tamen pulsanda est campana, vt omnes se recipiant.

Confessarij non morentur in foreſtarijs ad cibum capiendum, nisi tempore confessionis, neque ibi de nocte cubent, nisi monialis esset moribunda, aut conuentum remotum habeat. *ibidem.*

Ad locum foreſtariæ, vbi habitat, aut dormit confessor, nullæ feneſtra, neque rota, vel aliud correspondeat, vt audiri, vel videri possit, quod ibi agitur. *ibid.*

Feneſtellæ, & clatri, vbi audiuntur confessiones, ità fixa sint, vt non possint remoueri, neque quis videri, sed tantum audiri. *ibidem.*

Confessores, qui delinquunt in præfatis, statim priuandi sunt, & etiam facultate adeundi ad illud monasterium, & dicendi missam in eius Ecclesia. *ibid.*

Moniales accipientes, vel dantes munera alijs, nisi cognati sint, eamdem pœnam incurrunt, sic etiam qui in eorum forasterijs comedunt, nisi sint cognati. *ibid.*

Superiores, & Visitatores possunt in ijs locis vesci, dum visitant. *ibidem.*

Superiores, & Visitatores, neque pecuniam, neque munera possunt accipere à monialibus, dum visitant. *ibid.* Medici, furnarij, &c. monialium à superiore debent probari. *ibid.*

Superiores, Visitatores, & inseruientes monialibus, possunt eorum impensis ali. *ibid.* Moniales, Procuratores, & famuli debent à superiore probari. *ibid.*

Confessorum regularium socij sint prouecti, & à superiore probati. Non possunt loqui cum monialibus, sed cum Præfecta, aut cum Vicaria quando opus est, quo tempore Confessor audit confessiones. *ibid.*

Confessor extraordinarius, concedendus est monialibus. *ib.*

Religiosi, qui sunt fratres monialium, ex licentia superioris monasterij, semel in anno possunt loqui cum monialibus, præsentibus tamen Præfectis locutionum. Socij vero eorum non possunt cum eis loqui. *ibid.*

Qui monialibus in dicendis missis inseruiunt sint bonæ famæ, & probati ab ijs, qui monasterijs præsunt. *ibid.* Non possunt loqui cum monialibus, nisi ex licentia superioris. possunt solum loqui ad breue tempus de necessarijs pro missa, ei quæ Sacristiæ habet curam. *ibid.*

In festis Ecclesiæ monialiũ non fiant sumptuosi apparatus, sed pii, ac modesti. non admittantur musici, aut instrumenta, nec cantus figuratus. *ibid.*

Procuratores monialium debent bonam fideiussionem dare coram Cancellarijs Episcoporum, quod fideliter ministrabunt, alias priuentur. *Conc. Mediol. 1. p. 3. tit. de Conciona-toribus.*

Moniales quotidie legere debent vnum saltem caput suarum Constitutionum. Vna legat, alię verò audiant. incipiendo à primo capite, & sic prosequendo; deinde redeundo. *conc. Mediol. 1. par. 3. tit. De propria regula, &c.*

Moniales quædam in specie.

Moniales Carmelitanæ, quomodo possint alienare bona Conuentus in necessitate. *Gregorius 13. const. 34. Ex incumbenti.* Sed nunc *ex const. 51. Vrbani 8. Humanæ*, est abrogatum.

Alia earum priuilegia sunt eadem, quæ habent fratres dicti Ordinis. Vide, *Fratres, &c.*

Carmelitanæ Discalceatæ in Regnis Hispaniæ instituuntur, & quomodo sunt regendæ. *Gregorius 13. constitut. 64. Pro consideratione.*

Moniales omnes Romæ, quid tenentur obseruare circa

confessarios, &c. Vide, *Regul. circa monasteria monialium*.

Moniales Cassinenses, quomodo debent eligere Abbatissam. *Gregorius* 13. *const.*15. *Ex nostri*. Vide, *Abbatissa*.

Moniales nigræ, vt Cistercienses, &c. tenentur portare vestes nigri coloris, non grisei. *Sixtus IV. const.*9. *Et si cunctis*.

Vide, *Monachi Sancti Benedicti*. Vide, *Cistercienses*. Vide, *Abbatissa*.

Gaudent omnibus priuilegiis monachorum dicti Ordinis. *Innoc.*8. *const.*9. *Ad Romani*.

Moniales B. Mariæ Fulienſis, gaudent omnibus priuilegiis monachorum illius Congregationis. *Paulus V. const.*29. *Quæ regulares*.

Moniales Sanctæ Claræ.

Moniales S. Claræ institutæ à S. Francisco obtinent approbationem Regulæ *ab Innocentio IV. constitut.*12. *Solet*. anno 1253. tota Regula. *ibid.*

Earum regulam moderatus est *Vrbanus IV. constitut.*7. *Beata Clara*.

Earum monasteria habent priuilegium, vt intra spatium 300. cannarum non possint propè ea ædificari alia monasteria. *Iulius* 2. *const.*21. *Exponi*.

Moniales istæ *ab Eugenio IV.* subditæ fuerunt regimini Fratrum Minorum. *const.*28. *Ordinis tui*. Ibidem declaratur, quæ ieiunia debeant obseruare; quod possint calceatæ incedere: quænam regulæ præcepta obligent sub mortali, & dispensantur ab onere perpetui silentij. *ibid.*

Exemptæ fuerunt à iurisdictione Ordinariorum *ab Eugenio IV. const.*18. *Licet*.

Obtinent omnia priuilegia Fratrum Minorum. *Sixtus IV. const.*19. *Sacri*.

Tenentur recitare officium sicuti Fratres Minores, quæ vero nesciunt legere, tenentur ad recitandum Orationes Dominicales. *Leo X. const.*9. *cum sicut*.

Habent priuilegium lucrandi indulgentias Sanctæ Mariæ Angelorum, & Stationum Vrbis Romæ, cum quibusdam pijs operibus. *ibid.* Item possunt in certis Festis absolui plenariè. *ibid.* Possunt recitare Officium B. Agnetis. & Officium vndecim millium Virginum. *ibid.*

Earum Sindici, Procuratores, ac seruientes gaudent priuilegijs fori ipsarum, & Indulgentiis, quibus ipsæmet moniales. *Clemens* 7. *const.*19. *Dum consideramus*.

Obtinent confirmationem omnium priuilegiorum, & gratiarum, quæ Concilio Tridentino non sunt contraria. *Clem.* 8. *const.*51. *Pastoralis*.

Moniales S. Claræ, quæ sunt sub cura Fratrum Minorum de Obseruantia, possunt facere celebrari Missas suarum obligationum in Ecclesiis ipsorum Fratrum, dato eis pretio eleemosynæ iuxta locorum consuetudinem. *Clemens* 8. *const.*105. *ex debito*. In Ecclesiis tamen monialium Missæ duæ dicendæ sunt in diebus feriatis, tres verò in festiuis, in monasteriis quæ habent 80. moniales. Pro illis vero monasteriis, quæ habent minus 50. moniales, vna Missa dicatur in diebus feriatis, & in Festis duæ. *ibid.* §.4. Eleemosyna detur iuxta consuetudinem, licet legata aliter sint dispositа, quia Papa in hoc ea commutat. *ibid.*

Fratres dicti in aliis temporibus sub quouis prætextu non possunt ad earum monasteria accedere, nisi pro dictis Missis, in Ecclesia, sub pœna priuationis actiuæ, & passiuæ vocis. neque prætextu recipiendarum nouitiarum, neque prætextu funeralium. Sine licentia speciali S. Congregationis non possunt Fratres ad earum Monasteria accedere. §.5. Qui verò ad Missas dicendas in earum Ecclesiis mittuntur, debent esse probatæ, & prouectæ ætatis. *ibid.*

Moniales S. Dominici, & sorores de Pœnitentia.

Moniales S. Dominici in articulo mortis, si sunt nouitiæ, & habent ætatem legitimam, possunt emittere professionem. *Pius V. const.*109. *Summi*.

Moniales S. Dominici gaudent omnibus gratiis, & priuilegiis Fratrum dicti Ordinis. *Sixtus IV. const.*19. *Sacri*.

Sorores de Pœnitentia S. Dominici habent propriam Regulam. *Innoc.*7. *const.*1. *Sedis*. Vide, *Tertiariæ*.

Monasteria quædam monialium particularia.

Monasteria S. Catharinæ de Rota Romæ, est sub iurisdictione Cardinalis Protectoris; & causæ ipsius ab eo iudicantur. *Pius V. const.*54. *cupientes*.

In hoc monasterio Virgines miserabiles receptantur. quomodo alimenta eis præstantur, & alia pertinentia ad eius gubernium. *Clemens* 8. *const.*93. *Apostolici*.

Monasterium Sanctæ Marthæ Romæ, est sub iurisdictione Cardinalis Protectoris, qui eius causas iudicat, & alia spectantia ad ipsum. *Gregor. XIV. const.*12. *Salutem*.

Monasterium pauperum puellarum Virginum erigitur in Ecclesia SS. Viti, Modesti, &c. cum forma regiminis, Cardinalis Protectoris, &c. *Sixtus V. constit.*60. *Sacrosanctæ*.

Monasteria puellarum dispersarum. Vide, *Puellæ*.

Monasterium Refugii. Vide, *Refugium*.

Alia monasteria particularia. Vide in suis locis, & verbis.

Monomachia.

Monomachia (id est duellum) est prohibita. *Nicol. I. in decr. de Bellis c.*1. 2. *q.*5. *c. Monomachiam*. Vide, *Duellum*.

Monitio canonica.

Monitio canonica per tres vices *facienda: potest fieri* per vnam tantum, sed per plures dies, & plura interualla; nisi necessitas aliud petat. *De sentent. excom. in* 6. *cap. constitutionem*. Vide, *Canonica monitio*.

Mons Altus.

Mons Altus in Marchia sublimatur in Ciuitatem. *Sixtus V. const.*48. *Super*.

Montes Pietatis.

Montes Pietatis *licitè* mutuant pecuniam, aliquid accipientes pro mutuo, pro ministris qui inseruiunt in ipsis. & quantum debent accipere. *Leo X. const.*11. *Inter multiplices. Conc. Mediol.*1. *p.*3. *tit. de piorum locorum, &c.*

Docentes contrarium, quod scilicet non possint aliquid accipere, excommunicantur. *ibd. Leo X.*

Montes Pietatis in Christianorum Ciuitatibus, licitè erigi possunt, & accipere aliquid vltra sortem principalem pro ministris, vt supra, & tale mutuum non est vsurarium. Sed quod datur debet esse honestum, & moderatum. *Concil. Later.*5. *sess.*10. *const.*1. Vide, *Vsura*, *in fine*.

Montes Pietatis de nouo possunt erigi, sed cum licentia Sedis Apostolicæ. *ibid. Concil. Mediolan.*1. *par.*3. *tit. De piorum locorum, &c.*

Montis Pietatis Administratores tenentur ad reddendas rationes Episcopo. Vide, *Loca pia*.

Mons Pietatis Romæ mutuare potest cum pignore, accipiendo duo pro quolibet centenario. *Paulus V. constit.*70. *Pastoralis*. §.11.

Montium Pietatis pecuniæ in Statu Ecclesiastico, non possunt conuerti in alios vsus, quam ad commodum pauperum, iuxta formam erectionis ipsorum Montium. *Paulus V. const.*82. *Onerosa*. Vide, *Depositа*. Vide, *Loca*.

Montes Baronales Romæ.

Montes isti quomodo debent gubernari, & extingui. & quomodo in his negotiis est procedendum. *Clemens* 8. *const.* 41. *Iustitiæ. per* §§.16. Vide, *Barones*.

Montium loca vacabilia, vel non.

Montium loca vacabilia non censentur vacare per Assumptionem alicuius ad Episcopatum, commendam, &c. Sed

istí ea retinent,& reuocatur Constitut. Sixti V. quo ad hoc. *Vrbanus 8. in append. const.* 38. *Decet Romanum*.

Montium loca vacabilia vacare censentur per assumptionem ad Cardinalatum. *ibid.*

Montium loca, siue vacabilia, siue non, cuiuscumque personæ, siue Principum, siue Ducum, &c. non afficiuntur per obligationes, pacta,& alia eiusmodi talium personarum sine licentia Papæ. *Vrban.8. constitut.44. in append.2. Decet nos*. Vide, *Vacatio*.

Mora.

Mora propria cuilibet nocet. *De regulis iuris in 6. reg.* 25.

In mora non est, qui legitima excusatione non potest se tueri. *ibid. reg.* 60.

Moræ purgatio admittenda est, si ex impedimento, votum, vel iuramentum non habent effectum in tempore determinato. *Iulius 2. in Bulla Indictionis conc. Lateranen. 5.*

Morbus caducus.

Morbo caduco laborans non potest esse Presbyter, Episcopus, &c. Vide, *Caducus morbus*. Vide, *Epilepticus*.

Mores.

Mores diuturni pro lege habendi sunt. *dist.12. ca. Diuturni.*

Morum nobilitas, illustrat sacerdotes. *Distinct.* 40. *cap. Nos qui præsumus. & cap. Non loca*.

Moribundus.

Moribundo non negatur absolutio, neque in tempore interdicti. nec etiam Eucharistia. *de pœnit. & remiss. cap. Quod in te. Cœlestinus 1. ep. 2. c. 2. 26. q. 6. ca. Agnouimus*. & est maxima crudelitas, sic facere. *ibid.*

Moribundus à quouis potest absolui, etiam ab hæretico (nisi adsit alius sacerdos.) 24. *q.1. c. Si quem forte*.

Moribundo in patibulis danda est communio, si fecit Sacramentalem confessionem. *13. q.2. cap. Quæsitum, cap. Fures, & cap. Si fur*.

Moribundis non est imponenda multa pœnitentia, sed solum notificanda. 26. *q.7. cap. Ab infirmis*.

Moriens.

Moriente Episcopo intestato, Ecclesia succedit in omnibus. *12. quæst.5. cap. Sicubi. cap. Quicumque*. Vide, *Episcopo moriente*.

Moriente Episcopo, res eius, vel Ecclesiæ non auferendæ. *12. q.2. c.Hæc huius placito, & cap.Non liceat*. Neque à Metropolitano. *ibid. c. Non liceat Metropolit.*

Moriente aliquo mancipato Ecclesiæ ab intestato, Ecclesia succedit. *12. q.5. c. Quicumque*. Vide, *Testamentum*.

Moriente clerico intestato, Ecclesia succedit. *de successionibus ab intestato c.1.* Vide, *Clerici quo ad testamenta*.

Moriente clerico intestato, qui prius fuerat seruus, quatuor partes fiunt de bonis eius, scilicet Episcopo, Ecclesiæ, pauperibus, & parentibus. *ibid. c.Sancto Concilio*. Vide, *Ecclesia*. Vide, *Sacerdos*.

Moriens ab intestato, sepelitur in sepultura maiorum. *de sepulturis c.* 1. Vide, *Sepultura*.

Moriens casualiter, non potest priuari Ecclesiastica sepultura propter hoc. *de sepulturis cap. Ex parte.*

Moriens ex improuiso inconfessus, si præceptum annuæ confessionis adimpleuit, non priuatur sepultura Ecclesiæ. *Reformatio Cleri Germaniæ c.* 28.

Moriens in villa, vbi sepeliendus. *de sepulturis in 6. cap. Is qui.*

Moriens excommunicatus non potest absolui post mortem. *Post ep. Gelasij.* 24. *q.2. cap. Nec quisquam*.

Moriens in excommunicatione, si pœnitens decessit post mortem, potest absolui (id est declarari absolutus.) *de sent.excommunic. cap. A nobis. cap. Sacris*.

Hæredes tamen tenentur ad satisfactionem pro eo, & in quibus. *ibidem*.

Moriens cum sola pœnitentia, sine Eucharistia, tractatur, vt alij fideles. *conc. Vasense 1. c.2.*

Moriens in torneamentis, caret Ecclesiæ sepultura. *Concil. Later.3. cap.20.*

Moriens in peccato vsuræ, caret Ecclesiæ sepultura. *concil. Later. 3. c.25.*

Moriens in domo Religiosorum, si ad eam iuit sanus, non tenetur relinquere Ecclesiæ Parochiali portionem. si verò iuit infirmus, tenetur. *conc.Later.3. in app.par.49. c.6.*

Moriens pro defensione Christianorum, saluatur. 23. *q.* 8. *c. Omni timore*.

Moriens in certamine infidelium, si pro fide, saluatur. 23. *q.* 5. *cap. Omnium*.

Moriens in charitate, ratione timoris non impeditur ab ingressu regni Cœlorum. *Leo X. Bulla const.40. Exurge*.

Moriens post baptismum, antequam aliquod peccatum committat, statim intrat in Cœlum, & videt Deum. *Eugenius IV. in decr. Vnionis Armenorum §. Primum. Innocent.* 4. *const.* 14. *Sub catholicæ*. Idem de pueris dicendum. *ib.* Vide, *Animæ*. Vide, *Defunctus*.

Moriens in mortali peccato, sine pœnitentia, damnatur. *Innocentius IV. const.14. Sub catholicæ*.

Morientium ab intestato (Romæ) bona ad quos pertinent. *Iulius* 3. *const.* 5. *Cupientes*.

Morientes Romæ, possunt testari. *ibid.* Vide, *Curiales*.

Morientium Curialium, Episcoporum, Cardinalium, & aliorum beneficiatorum (Romæ)ornamenta Cappellæ, Cruces, Calices, iocalia, &c. similia pertinent ad Cappellam Papæ. *Iulius* 3. *const.* 7. *Cum sicut*.

Morientium beneficiatorum, &c. fructus, & redditus inexacti, pertinent non ad hæredes; sed ad successorem. *Si* tamen bona morientis non sufficiunt ad legata pia soluenda, de illis fructibus est accipiendum, vt soluantur. *Iulius* 3. *const.* 7. *Cum sicut*.

Morientis successor tenetur implere ea legata pia, quæ moriens fecit sanus, & ea debita, quæ contraxit ratione beneficij. *ibid. in cap. seq. Dudum*.

Morientium extra residentiam, spolia,si illi non habuerunt facultatem testandi, pertinent ad Cameram Apostolicam. *Pius 4. const. 91. In suprema*.

Morientibus Prælatis, Cardinalibus, &c. in curia, qui ordo seruandus est in solutione debitorum, quæ habebat moriens. *Pius V. const.* 15. *Sanctissimus, in seq. cap.*

Morientium beneficiatorum, spolia à Thesaurario Cameræ colligenda. quæ, & quomodo. *Sixtus V. const.* 100. *In conferendis*.

Moriente Conclauista ab intestato, succedunt hæredes. Vide, *Conclauista*.

Moriente clerico, siue Romano, siue curiali, ab intestato, si Romæ, vel intra spatium decem milliariorum moritur, succedunt hæredes. *Paulus V. const.* 18. *In eminenti*. §. 4. *Alexander 7. const. Nos volentes, data sub die 19. Augusti* 1657. Vide, *Bellum*. Vide, *Sepelire*. Vide, *Sepultura*. Vide, *Romæ morientes*. Vide, *Spolia*. Vide, *Cardinales*. Vide, *Beneficiati*. Vide, *Defunctus*.

Mortui.

Mortui non possunt baptizari. *conc.Carthagin.3. c.6.*

Mortuorum contactus non polluit. *Lib.6. const. Apost.c.vlt.*

Mortui non possunt solui, aut ligari. 24. *q.* 2. *c. Legatur*.

Mortuis dari non potest Eucharistia. *conc.Carthag.* 3. *c.* 6.

Mortui nesciunt, quid hic agatur à viuis à decedentibus ex hac vita: sciunt tamen quæ Deus permittit eis dici. 13. *q.* 2. *cap. Fatendum*.

Mortui in excommunicatione, denunciandi sunt. *conc. Afric, sub Stephanus* 1. Et possunt declarari excommunicati. 24. *q.2. c.Sanè profertur*. Vide, *Excommunicatus*.

Si mortuus sit de Ecclesia Cathedrali, & alibi sepelitur, soluitur quarta Ecclesiæ illi. *de sepulturis c. Cum super*.

Mortui non sunt operiendi vestibus altaris. *de consecrat. dist.* 1. *cap. Nemo per ignorantiam*.

Mortui non resuscitantur per Magos. Vide, *Dæmones*.
Mortui pœnitentes, post mortem etiam ab excommunicatione absoluuntur. *De sent. excom. c. A nobis, & cap. Sacris.* Vide, *Absolutio post mortem*.
Mortuo excommunicato, quando est ei communicandum. Vide, *Communicare*.
Mortui catholicè non sunt damnandi, licet eorum doctrina inueniatur hæretica. *Vigilius Papa in const. Concil. Gener. 5. Pelagius 2. ep. 7.*
Mortuorum imagines, quando non possunt depingi. Vide, *Imagines*. Vide, *Defuncti*. Vide, *Orare*.

Mors.

Mortem animæ incurrit Adam cum peccauit. *Gregorius 1. lib. 5. ep. 14.* Vide, *Adam*. Vide, *Anima*.
Mors Christi efficaciter ab eo oblata est pro prædestinatis. *de consecr. dist. 2. cap. Semel il 2.*
De morte amicorum, &c. dolendum non est à Christianis, sed ab alijs, qui in aliam vitam non credunt. *Anastasius 1. ep. 2. 13. q. 2. cap. Habent. cap. Qui diuina.* Et quid pusillanime, *cap. Vbicumque sepeliamur*.
Neque de propria morte tristandum, & quare. *ibid. c. Quam præposterum*.
Pusillanime est hoc. *ibid. cap. Vbicumque*.
Mortem nullus potest sibi inferre. *23. q. 5. c. Non est nostrum, & cap. si non licet. c. Tu dixisti, & cap. Placuit*.
Mors potius ex famæ sufferenda, quam aliquid ab inimicis Dei accipiendum (si adsit Dei offensa) *lib. 4. const. Apost. c. 7.*
Mortis alicuius causa non semper est reus talis mortis, sed quando. *23. q. 5. cap. Cum homo*.

Motecta cantanda.

Vide, *Musica*.

Mulier.

Mulier ex costa Adæ facta est, vt vnum cognoscatur esse principium vitæ humanæ. *23. q. 5. cap. vlt.*
Mulier prætextu continentiæ virilem habitum sumens, est anathema. *Conc. Gangrense c. 13.*
Mulier relinquens virum, & nuptias execrans, est anathema. *Concil. Gangrense c. 14. dist. 30. c. Si qua*.
Mulieres prauæ fugiendæ. *Lib. 2. const. Apostolic. c. 7.*
Mulier tondens crines ob superstitionem cultus, est anathema. *Concil. Gangren. c. 17. dist. 30. cap. Quæcumque, & c. Si qua mulier*.
Mulier relicta à Catechumeno potest ad baptismum recipi, etiam si alium duxerit. *Conc. Elibert. c. 10.*
Mulier velat caput, ratione imaginis Dei, (& quare hoc.) *33. q. 5. c. Mulier, & c. Nec illud*.
Mulier verberans ancillam, si hæc moriatur, post quinque annos acta pœnitentia, recipiatur ad communionem. *Conc. Elibert. cap. 5.*
Mulier eiecta dicitur, quæ à viro viuente dimittitur. *Dist. 34. cap. Vidua*.
Mulier nubens cum gentili per aliquod tempus, priuanda est communione. *Conc. Arelat. 1. c. 11.*
Mulieres illuduntur à dæmone. Vide, *Saga*.
Mulieres in Ecclesijs debent à viris separatæ stare. *Conc. Cæsaragust. cap. 1.* etiam dum fit concio. *Conc. Mediolan. 1. tit. De Prædicatione Verbi Dei*.
Mulier quolibet sensu corporis patitur corruptionem. *17. q. 1. cap. Nec aliqua, & c. Quod si pœnitentiam*.
Mulier propter peccatum subiecta est viro. *33. quæst. 5. cap. Mulier*.
Mulier patiens menstrua potest ad Ecclesiam ire, & Eucharistiam sumere. *Gregor. 1. lib. 12. ep. 31. c. 10. dist. 5. c. Ad eius*.
Mulier si tempore menstrui ex deuotione non vult communicare, potest omittere. *dist. 5. c. Ad eius*. Item si post partum vult abstinere ab ingressu Ecclesiæ. *de purificat. & ca. Vnico*.
Mulier pariens, si vult potest statim ad Ecclesiam intrare. *Gregorius 1. ibid. Nicolaus 1. ad consulta Bulgarorum cap. 68. dist. 5. cap. Si mulier. De purificatione, & c. c. vn.*

Mulier prægnans potest baptizari. *Gregor. 1. lib. 12. ep. 31. c. 10. Conc. Lucense 2. c. 54. De consecrat. dist. 4. cap. Si qua mulier. Conc. Neocæsar. c. 6.*
Mulier absque parentum voluntate, potest nubere. *Post concil. Arelat. 3. cap. 11.*
Mulierum ornamenta in Vrbe, moderata *à Pio V. const. 39. Quoniam*.
Mulier coactè corrupta non perdit pudicitiam. *22. q. 5. cap. Proposito. c. Non si fidelibus. cap. De pudicitia. cap. Ad Deum. cap. Non potest, & cap. Magis*.
Mulieris accusatione tantum, nullus potest condemnari. *15. q. 3. cap. De crimine. c. Ex eo, & cap. Certis*.
Mulieres concubinæ. Vide, *Concubinæ*. Vide, *Fœmina*.

Mulieribus prohibita.

Mulier non potest ingredi cubiculum Episcopi sine duobus presbyteris. *Conc. Matiscon. 1. c. 3.*
Non potest ingredi in sacrarium. *conc. Lucense 2. c. 42.*
Mulier non potest duos fratres in viros accipere, alias excommunicetur vsque ad mortem. *conc. Lucen. 2. c. 79.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione affinitatis*.
Non potest nubere cum adultero, maximè, si causam dedit morti viri. *concil. Meldense c. 69. 31. q. 1. cap. Nullus. c. Illud verò. cap. Relatum. c. Si quis, & cap. Si qua mulier*. Aliquando potest pœnitentiam conceditur. *ib. c. Denique, & c. Relatum. 24. q. 4. c. mulier. de diuortijs c. 1.*
Mulier in Ecclesia docere non potest, nec prædicare. *Lib. 1. const. Apostol. c. 6. conc. Carthag. 4. c. 99. dist. 23. c. mulier. De consecr. distin. 4. c. mulier. conc. Constant. in const. Martini V. circa finem*. Vide, *Prædicare*.
Non potest baptizare sicut sacerdos; quia neque cognatis mulieribus Christus id concessit. *Lib. 1. const. Apostol. c. 9. de consecr. dist. 4. c. mulier. conc. Carthag. 4. c. 100.*
Mulier fornicata cum clerico, à ciuitate illa repellatur. *concil. Aurel. 4. cap. 29.*
Mulieres habitare non possunt prope monasteria monialium. *Greg. 1. lib. 1. ep. 48.*
Non possunt ingredi septa monasterij; introducens eam excommunicatur. *conc. Turon. 2. c. 17.* Vide, *Monialium monasteria non frequentanda*. Vide, *Monasteria*.
Non possunt altari inseruire, neque lectiones legere, &c. *concil. Laodicen. c. 44. Zacharias ep. 7. c. 5. conc. Parisien. 6. lib. 1. c. 45. de cohabit. cleric. c. 1.* Vide, *Altare*.
Non possunt manere, nec esse præsentes in domibus Episcoporum, nec in eis, ad quas accedunt Episcopi. *Conc. Nican. 2. cap. 18.*
Non possunt in choro sedere. *de cohabitat. cleric. c. 1.*
Non possunt mulieres Eucharistiam dispensare. *Conc. Parisiense 6. lib. 1. cap. 43.*
Non possunt altari inseruire. Vide, *Altare*.
Non possunt tangere vasa sacra. *Conc. Paris. 6. lib. 1. cap. 45. dist. 25. cap. Sacratas*. Etiam si moniales sint. Vide, *Sacra*. Vide, *Virgines*.
Non possunt vti femoralibus. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgarorum cap. 59.*
Non possunt vti fucis, & coloribus. *de consecr. dist. 5. cap. Fucare*.
Non possunt negotia publica tractare, nec ad Concilia accedere. *Conc. Nanneten. 1. c. 18.*
Non potest mulier tenere filium in confirmatione (vt separetur à viro.) si tenet, non separatur, sed per totam vitam pœniteat. *conc. Cabilon. 3. c. 31. 30. q. 1. c. dictum est*.
Non potest procurare abortum, nec infantem occidere, alias per decem annos pœnitere debet. *conc. Lucense 2. cap. 77. dist. 50. c. Si quis voluntariè. conc. Ancyr. cap. 21.*
Vide, *Abortus*. Vide, *Mater*. Vide, *Occidens*.
Mulier occidens filium, in monasterium est detrudenda. Si verò dubitatur de incontinentia potest nubere. *de his qui filios, & c. cap. 1.*
Talis mulier non est separanda à viro, sed pœnitentia ei imponenda. *cap. Intelleximus*.
In multis causis non potest mulier accusare. *15. q. 3. cap. de crimine cap. Ex eo, & cap. Certis de causis*.

Mulieri solæ accusanti sacerdotem de adulterio, non creditur. *de adulterijs, & stupro c. Significasti.*

Mulier quantumuis docta, non potest viros docere. *Concil. carthag.4. c.99.* Vide, *Prædicare.*

Ob mariti mortem non possunt differre adire ad Ecclesiam vltra mensem. Vide, *Vidua.*

Mulier non potest prædicare, nec benedicere publicè, neque absoluere, aut confessiones audire, etiam si sit Abbatissa. *De pœnitentijs, &c. c. Noua quædam.*

Mulieres non possunt habitum Beguinarum habere, nisi honestè, & religiosè viuant. *Extra, De religiosis domibus. c. Ratio recta.* alias excommunicantur. *ibid. c.1.*

Mulieres non possunt in congregationibus Iesuitissarum degere. & iste supprimuntur. *Vrbanus 8. const.110. Pastoralis.* Vide, *Iesuitissæ.* Vide, *Fœmina.*

Mulierum obligationes.

Mulier velata orare debet in Ecclesia, & quare. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 58. 33. q.5. c. Mulier il 2. & c. Nec illud.*

Velat in signum subiectionis, quia fuit initium peccati. *ibid.* & quomodo Dei imago non est. *ibid. c. Mulier il 2.*

Promittens Deo castitatem, tenetur obseruare. *Innoc.1. ep.2. c.13. 27. q.1. c. Ha vero.* Vide, *Vouere votum.*

Mulier adultera, quam maritus non vult reconciliare, tenetur intrare in monasterium. *de conuersione coniugator. c.Gaudeamus.*

Mulier, quæ plures habuit viros, debet cum vltimo sepeliri. *de sepulturis in 6. c. Is qui.* Vide, *Sepelire.*

Mulier iurans non repetere à domo paterna aliud præter dotem, tenetur seruare. *De pactis in 6. c. Quamuis.* Vide, *Dos.*

Mulieres etiam coniugatæ tenentur ad solutionem mercatorum creditorum Romæ, promptæ & sine dilatione. *Gregor. 13. const.88. Cum alias.*

Mulieres (decoctis viris) pro rebus medicinalibus tenentur soluere creditoribus vsque ad summam 25. scutorum. *Clem. 8. const.44. Laudabilis §.13.*

Mulieres pro rebus medicinalibus pro se, filijs & reliqua familia possunt se obligare vsque ad summam scutorum 25. *ibid. §.14.* Vide, *Fœmina.*

Mulier quo ad coniugium, & fornicationem.

Mulier spondens in ætate puellari, si pater contradicit, non tenetur attendere: si consensit, tenetur. *32. q.2. c. mulier.*

Mulier propria voluntate debet eligere sibi maritum, si nubere vult. *32. q.2. c. Hoc sanctum.* Vide, *Matrim. quo consensu, matrim. prohibita ratione inuoluntary.*

Per vim contrahens nullum facit matrimonium. *De sponsalibus, &c. c. Veniens.*

Si inuitè desponsata consensit copulæ, tenet. *Qui matrimonium accusare. c. Insuper.*

Mulier nupta, aliquando dicitur virgo, & quando. *32. q. 2. c. merito hic.*

Mulier iurans nubere cum aliquo, suadenda est, vt faciat, non cogenda. *Conc. Later.3. in append. de sponsalibus secundo cap.6.*

Mulier dormiens cum aliquo non potest accipere fratrem eius in matrimonium. *32. q.7. c. Quædam.* Vide, *matrimon. prohibita ratione affinitatis.* Vide, *Affinitas.*

Duobus fratribus etiam successiuè nupta, excommunicetur vsque ad mortem. *conc. Neocæs. c. 2.* Et soluitur matrimonium. *ib.* Non potest amplius nubere. *conc. Tribur.1. c.43.*

Mulier relicta à Diacono, vel Presbytero, non potest alteri nubere. *dist.28. c. Si se cuiquam. c. Si qua vidua.* Sub pœna excommunicationis vsque ad mortem. *ibid.*

Mulier iurans aliquem esse suum maritum, si non est, potest cum aliquo nubere. *de iureiurando c. mulieri.*

Mulieri dicenti, non consensisse matrimonio, non creditur, sed tenetur probare. *de sponsalibus, &c. c.Consultationi.*

Mulier impubes facta pubes, si vult alteri nubere, non auditur, si vir dicit eam cognouisse, & firmat iuramento. *de desponsat. impuber. c.Continebatur.*

Mulier fornicata cum patre, & filio, ijs nescientibus, numquam potest nubere, illi autem possunt. *34. q.1. c.vlt. conc. Triburien.1. c.43.* Idem si cum fratribus.

Mulier fornicata cum clerico, à ciuitate illa est repellenda. *Conc. Aurelian.4. c.29.*

Mulier suspecta de concubinatu clerici, longè à vicinia expellenda; & in hoc inuocandum est brachium sæculare. *conc. mogunt.4. c.102.*

Mulier fornicata cum Saraceno, per Episcopum grauiter puniatur, & etiam Saracenus. *Conc. Later.3. in append. part. 50. cap.49.*

Mulieres concubinæ. Vide, *Concubina.*

Habens rem cum consanguineo viri, hoc mortuo non potest amplius nubere. *De præsumptionib. c. Literis fraternitatis.*

Mulieris sola confessio non sufficit, vt recedatur à sententia lata ab Ecclesia in causa matrimoniali. *de sent. & re iudic. c. Consanguinei.*

Mulier scienter cognoscens virum, cum quo mater, filia, vel soror habuit rem, pœna mortis est punienda. *Sixtus V. const.54. Volentes.*

Mulier copulata carnaliter, & scienter cum duobus patre, & filio, pœna mortis est punienda. *Sixtus V. ibid.*

Mulieres coniugatæ meretricium facientes, pœna mortis puniuntur. *Sixtus 5. const.46. Ad compescendam.*

Etiam si separatæ à viris id faciunt. *ibid.*

Mulier supponens partum, an absoluenda, &c. Vide, *Absoluenda.* Vide, *Fœmina.* Vide, *meretrix.*

Mulier circa castitatem professam vel profitendam.

Mulier castitatem professa si nubit, excommunicatur ipsa, & coniux si id sciat. *conc. Barcinon.1. c.4.* Graui pœnitentia punienda. *Innoc.1. ep.2. c.12.17. q.1. c. Quæ Christo. conc. Aurelian.5. cap.19. Concil. Parisien.3. c.5. Conc. Arelat. 2. cap.33. post conc. Tolet.1. c.1.*

Mulier ante annum 12. ætatis non potest vouere virginitatem inuitis parentibus. *20. q.2. c. Puella.* Si infans datur à patre religioni, & adulta liberè velatur, non potest amplius exire. *de regularibus. c. Cum virum.*

Mulier cogenda non est ad vouendam continentiam, seu castitatem. *33. q.5. c.Notificasti.*

Non compellenda, nec retrahenda à religione. *Conc. colon.2. p.10.c.1. Ioannes 8. ep.226.* & si per vim profitetur, non tenetur ad vota. *ibid.*

Si mariti timore (quia minatur ei mortem) mulier intrat in monasterium: eo mortuo potest exire, & alium ducere. Secus si absque timore. *Conc. Lateran.3. in append. part. 50. cap.13.*

Cogens mulierem, puellam, ad intrandum, & profitendum Religionem, & dantes auxilium, consilium, fauorem, interuentum, authoritatem, &c. sunt excommunicati. *Conc. Trid. sess.25. de refor. regul. c.18.*

Impedientes, ne ingrediantur, vel professionem emittant, sine iusta causa, sunt excommunicati. *ibid.*

Mulier vouens religionem, non potest amplius ad sæculum redire, & cogenda est ad Conuentum regredi, alias excommunicetur. *Concil. Tolet.10. cap.5. 27. quæst.1. cap. Omnes fœminæ. 20. qu.1. cap. Puellæ.* Vide, *Vouere.* Vide, *Votum.*

Mulier sponsata volens intrare in Religionem, cogitur intra certum tempus, vel intrare, vel prosequi matrimonium. *de conuersione coniugatorum. c. Ex publico.*

Mulieres Deo dicatæ non possunt zonis aureis, vel argenteis vti, nec velo serico, anulis, &c. *Conc. Oxon.1. c.1.* Vide, *Moniales.* Vide, *Virgines.*

Mulier manens in fide, & separata à viro infideli, hoc reuertente etiam nolente potest intrare in Religionem, & profiteri. *de conuers. coniugat. c. fin.*

Mulier vouens castitatem in religione, si fornicatur, grauissimè punienda. *Innoc.1. ep.2. c.12. 17. q.1. c. Quæ Christo.* Vide, *Moniales circa coniugia, &c.*

Vide, *Virgo.*

Mulierum priuilegia.

Mulier excommunicata ob percussionem clerici, ab Episcopo potest absolui. *Conc. Later. 3. in append. part. 50. cap. 67.* Vide, *Absolutio.*

Non potest mulier personaliter trahi ad iudicium, nisi in causis à lege expressis. *De Iudicijs in 6. c. Mulieres.* Examinandæ sunt domi expensis producentis. *ibid.*

Mulier in crimine cum clerico potest contra eum esse testis. *De testibus, & attest. cap. Quoniam, & cap. Iam literis M. mulieris.*

Mulier in casu necessitatis, potest baptizare. *Eugenius 4. constit. 19. Exultate.* §. 10.

Agere potest pro dote contra omnes detinentes bona mariti. *De pignoribus cap. Ex literis.*

Mulier nupta, liberè potest eligere sibi sepulturam. *De sepulturis, cap. De vxore vero.* Si in viri sepultura; sepeliri debet in sepultura secundi viri, si duos habuit. *De sepulturis in 6. c. Is qui.*

Mulier, quæ mansit in fide, & separata fuit à viro infideli, hoc reuertente, etiam nolente, potest intrare in Religionem. *De conuers. coniugat. c. fin.*

Mulier potest absque infamia nubere intra annum lugubrem. *De secundis nuptijs cap. Super illa, & c. fin.*

Mulieres honestè, & religiosè viuentes, possunt in domibus vti habitu Beguinarum. *Extra, de religiosis domibus cap. Ratio recta.*

Mulier supponens partum alienum, vel ex adulterio concipiens; si non vult reuelare viro ob metum, potest absolui à confessario. *De pœnit. & c. c. Officij.*

Mulieres possunt vitam pœnitentialem in suis domibus facere. *Extra, de religiosis domibus c. 1.*

Pro rebus medicinalibus pro se, filijs, & reliqua familia (in statu Ecclesiæ possunt se obligare, vsque ad summam scutorum 15. *Clemens 8. const. 47. Laudabilis.* §. 14.

Vide, *Fœmina.* Vide, *Clerici percussor.*

Mulieres circa cohabitationem cum clericis.

Vide, *Clerici circa cohabitationem cum mulieribus.*

Mulieres non possunt habitare cum sacerdotibus, exceptis matre, &c. consanguineis proximis. *conc. Nicæn. 1. c. 3. concil. Tolet. 1. c. 6. Tolet. 2. c. 3. conc. Tolet. 8. c. 5. conc. Hispal. 1. cap. 3. Aurelian. 3. c. 4. Aurelian. 5. c. 3. Lucense 2. c. 22. Auern. c. 16. Arelat. 2. c. 3. conc. Turonen. c. 11. Clemens 1. ep. 2. conc. Mogunt. 3. c. 10. conc. Nannetense 1. c. 3. concil. Claramont. c. 10. De cohabitat. cleric. c. 1.*

Mulier senex potest habitare in domo clerici. *De cohabitat. cleric. cap. A nobis.*

Mulieres suspectæ habitare non possunt cum clericis, etiam si sorores, vel matres sint. *De cohabitat. cleric. cap. 1.* Neque cum eis confabulari. *ibid. c. Si quisquam.* Vide, *Fœmina.*

Mulieres cohabitantes cum monialibus.

Mulieres, quæ habitu religiosarum sunt indutæ, & cum illis cohabitant, tenentur sicut illæ viuere. *conc. Tolet. 10. c. 5.*

Si nolunt regulariter viuere, puniendę sunt. *conc. Vernense c. 6.*

Mulier intrans in monasterium infans, facta pubes, si vult potest exire. *20. q. 1. cap. Addidistis.*

Mulier desponsata tantum potest intrare in monasterium, & profiteri. *27. q. 2. c. Desponsatam. cap. Decreta.* Vide, *Mulier circa castitatem.*

Mulier nupta intrans in monasterium absque viri consensu, tenetur exire, & ad virum redire. *27. q. 2. c. Multorum.*

Mulier viuere volens inter moniales, ferre tenetur secum debitam pensionem, ex qua cum illis alatur. *conc. Senon. de numero monial. c. 28.* Vide, *Fœmina.* Vide, *Moniales.*

Mulieres saga, seu strigæ.

Mulieres illuduntur à dæmone cum putant se per aerem ferri, ac volare, *conc. Rom. sub Damaso cap. 5. conc. Ancir. in appendice.*

Mulieres istæ, excommunicentur. *Conc. 4. sub Damas. c. 5.*

Mulieres dantes viris potiones menstrui, seminis, &c. medicamenta, vt arioli puniendæ sunt. *Post Conc. Tolet. 1. c. 24.*

Vide, *Saga. Strix.* Vide, *Dæmon.*

Multitudo.

Vide, *Populus.*

Mundus.

Mundus non fuit æternus, sed ab initio temporis fuit creatus. *Concil. Later. 4. cap. 1. Concil. Later. 5. sess. 8. in constit. 1. Leonis X.*

Mundus creatus fuit tempore verno. *Concil. Palæst. sub Victore.*

Mundus die Dominico fuit creatus. *conc. Palæst. sub Victore.* Vide, *Creatio.*

Mundus regitur authoritate sacerdotali Summi Pontificis, & Regum. *Dist. 96. cap. Duo sunt.*

Munera.

Munera accipi non possunt ab excommunicatis. *concil. Elibert. cap. 28.*

Muneribus procurans Ecclesiam, ejciendus est à clero. *7. q. 1. cap. Sancitum est.* Vide, *Simonia.*

In munerum datione attenditur qualitas donantis, quantitas rei donatæ, & tempus donationis; & sic mensuratur prohibitio munerum. *conc. Later. 3. par. 50. c. 1.*

Munera dare prohibitum est regularibus, & pœnæ. Vide, *Regulares circa munera.*

Munera accipientes à regularibus, à quo absolui debent. Vide, *ibid.* Vide, *Dare.* Vide, *Donare.*

Muri.

Murorum custodia æqualiter facienda ab omnibus tempore obsidionis (etiam à clericis.) *De Immunit. Eccles. cap. Peruenit.*

Muri Ciuitatis Romæ sic custodiendi. Circa muros, & propugnacula nouiter extructa à porta equitum leuis armaturę, vsque ad Tyberim, nullus potest propius accedere, sed relinqui debet spatium illud vacuum, sicut nunc est. Ex parte vero interna, nullus potest ædificare, aut sepes, vel aliud facere: sed relinquendum semper spatium quatuor cannarum distans à muris. Domini verò terratum prope dictos muros, tenentur ęquare in planitiem, terram prope muros, & separare se à muris. Omnes porticulæ, quæ in eis muris sunt, claudantur. & pœna contrafacientium. *Innoc. X. const. 6. Ad curam.* Vide, *Roma.*

Murmurare.

Murmuratores ejciendi sunt à fratrum communitate. *Dist. 90. cap. Alienus.*

Murmurans de Papa, vel ei maledicens, puniendus est. *de Maledictis cap. 1.*

Musica. Musicalia.

Musica, quæ in Ecclesijs adhibetur, debet esse honesta. *Extra, de vita, & honestate clericor. c. Docta.* Lasciua explodenda. *concil. Trident. sess. 22. in decr. de observandis, & vitandis, &c.*

Non debet deformare cantum planum. *ib. Extra, de vita, &c.*

Non debet esse de Morectis vulgaribus. *ib. Extra, de vita, &c.*

Musicalia instrumenta, vt tibiæ, cornua, non adhibenda in Ecclesia. *conc. mediol. 1. par. 2. tit. de Musica.*

Musicorum Confraternitas Romæ erecta, approbatur ab *Vrbano VIII.* pro Ecclesia Sancti Ioannis Decollati sub Inuocatione Visitationis Beatæ Mariæ Virginis, Sancti Geotgij, & Sanctæ Ceciliæ. Indulgentiæ, gratiæ, & priuilegia eorum, quæ sunt. *Vrbanus 8. const. 32. Pietatis.*

Musicalia, Motecta, &c. Romæ prius imprimi non poterunt, nisi recognita, & approbata à deputatis prædictæ Congrega-

tem-

ternitatis. Sed reuocatur postea hæc facultas. *ibid. in cap. seq.*

Musicam docere volentes in Vrbe, à prædictis deputatis debent licentiam habere. *ibid.* Siue clerici, siue laici sint.

In Ecclesijs Vrbis Romæ, siue Basilicis, siue alijs Hospitalium, Regularium, Oratoriorum, dum diuina officia celebrantur, vel SS. Eucharistia exponitur, cantari non possunt alia verba, nisi, quæ in Breuiario, vel Missali Romano, in officio de proprio, vel de Communi sunt notata, vel in Sacra Scriptura sunt posita, aut à SS. Patribus accepta, quæ tamen à Sac. Congregatione Rituum sint approbata, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis fructuum vnius mensis, & officij respectiuè. excludantur omnino moduli musici, qui Choræas, & prophanam melodiam imitantur. Præfecti musicarum non sunt recipiendi ad id munus, nisi in manu Cardinalis Vicarij iurent hanc Constitutionem seruare, sub præfatis pœnis, & alijs corporalibus, ac priuatione exercitii, & officii istius; reseruata Papæ reintegratione. recipientes verò Præfectos, qui hæc non iurarunt, incurrunt excommunicationem latæ sententiæ, & alias, vt supra. *Alexander 7. constitut.* quæ incipit *Piæ sollicitudinis, data* 23. *Aprilis* 1657.

Mutare. Mutatio.

Mutanda est interdum voluntas. 22. *q.*4. *c. Incommutabilis, & cap. Magnę.*

Mutat Deus aliquando sententiam. 22. *q.*4. *c. Incommutabilis. c. Magnæ.* Si homo emendat delictum, Deus mutat sententiam; & quomodo hoc sit. *De pœnit. dist.*1. *cap.* 64. *Conc. Tolet.*8. *c.*2.

Mutari non debent à successore, quæ decreta sunt rationabiliter ab antecessore. alias ordo Ecclesiæ confunditur. 35.*q.*9. *c. Loci nostri.*

Mutari non potest consilium in damnum alterius. *de regulis iuris in* 6. *reg.*33.

Mutare non potest Episcopus res Ecclesiæ, nisi cum melioratione. 12. *q.*2. *c. Sine exceptione.*

Mutare potest Episcopus res paruas Ecclesiæ. *ibid. cap. Terrulas.*

Mutatio loci aliquando iuuat ad pœnitentiam conuersis. *dist.* 81. *cap. Valet.*

Mutationes Episcopatuum fieri possunt ex necessitate, vel vtilitate. 7. *q.*1. *c. mutationes, c. Scias. c. Temporis.*

Qua authoritate faciendæ (Papæ.) 7. *q.*1. *Episcopus de loco.* Vide, *Translatio.* Vide, *Episcopi.* Vide, *Papa.*

Mutantes sedem Episcopalem, &c. cum eodem gradu transeunt. 7. *q.*1. *c. Episcopi, vel Presbyteri.*

Mutationes præbendarum, &c. cum pacto, sunt simoniacæ. *de rerum permutat. c. Quæsitum.*

Mutationes præbendarum, quomodo possunt ab Episcopo, ex Ecclesiæ vtilitate fieri. *ibid.*

Mutilans. Mutilatus.

Mutilans aliquem in membris, excommunicandus est. 23. *q.* 8. *c. Si quis membrorum.*

Mutilans se in digito, non potest ordinari, si ex consilio id facit. *dist.*55. *c. Qui partem.* Si casu accidit, potest. *ibid. c. Lator.*

Mutilatus in manu, non potest ad sacros ordines promoueri. *de corpore vitiatis cap. Exposuisti.*

Mutilatus in manu, si est Abbas, deponatur. *ibid.*

Mutuare. Mutuans. Mutuum.

Mutuans pecuniam, potest pro illa res alias accipere. 14. *q.* 4. *c. Si quis.* Vide, *Vsura.*

Mutuans cum pignore, si exigit sortem, & expensas, non facit vsuram. *Concil. Lateran.*3. *in append. tit. De vsuris cap.*7.

Mutuans cum pignore, si exigit vltra sortem, & expensas, facit vsuram. *ibid. cap.*8. 9. *&c.* Si clericus, priuatur beneficio. *ibid.*

Mutuum vsurarium, specie venditionis, quale est; & nullum est. *De emptione, & vendit. c. Ad nostram.*

Non potest dari mutuo res corrupta, vt frumentum, vinum, &c. & exigi integra. *Conc. mediol.*1. *p.*2. *tit. De vsuris.*

Mutuo dans, nihil potest accipere pro mutuo. *ib.* Vide, *Vsura.*

Vide, *montes Pietatis.*

Mutus.

Vide, *Surdus.*

N

Narratio.

NArratio facti, licet diuerso modo fiat, non variat factum, si idem dicatur in substantia. *de verbor. significat. cap. Nihil obstat.*

Natalitia.

Natalitia Sanctorum, martyrum, vel aliorum, non esse celebranda in quadragesima statuit *Conc. Laodicenum c.* 52. 33. *q.*4. *c. Non oportet. & c. Non licet.*

Naturæ. Naturalis. Natus. Natiuitas.

Naturæ diuina, & humana in Christo non sunt confusæ, sed distinctæ, & vnitæ. *Conc. calced. act.*5.

Naturalis filius est, qui ex soluto, & soluta nascitur. *Qui filij sint legitimi c.*1. *& c. Tanta.*

Naturalis filius legitimatur per sequens matrimonium. *ibid.* Vide, *Filij.*

Naturales defectus, seu actiones non polluunt hominem, sed impietas. *Lib.*6. *const. Apost. c.*26.

Natus ex Deo non peccat, nec potest peccare. quomodo intelligitur. *De pœnitentia dist.*2. *c.*40. *Si enim.*

Natiuitatis exceptio in causa hæreditatis, prius est probanda. *de ordine cognitionum, c. Tuam.*

Natiuitatis causa in Ecclesia facienda. *Qui filij sint legitimi. c. Lator, c. Causam il* 2.

Natiuitatis Christi Domini festum ab omnibus celebrandum est *die* 25. *Decembris. Eugenius* 4. *in decr. vnionis Armenor.* §. *Octauo cum.*

Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ festum *die* 24. *Iunij*, ab omnibus est celebrandum. *ibid.*

Natus ex parentibus Christianis, & versatus inter Christianos, præsumitur baptizatus, & est violenta præsumptio, (id est maxima) & certitudo. *De Presbytero non baptizato, &c. c. Veniens, & c. Apostolicam.*

Natus non dicitur, qui statim decedit. *De verbor. significat. cap. Nam, & ego.*

Natinæi.

Natinęi apud Hebræos portabant oblationes ad altare, vt nunc subdiaconi. *dist.*21. *cap. Cleros.*

Nauarra.

Nauarræ Episcopi, quas, & à quibus exigere possunt procurationes, dum visitant. *Extra, de censibus c. Vas electionis.*

Naufragantes. Nauigantes.

Naufragantium bona inuenta sibi assumentes, excommunicati sunt. *Conc. Later.*3. *c.*24. *Honor.*2. *const. vn. Carissimus. Iulius* 2. *const.*20. *Rom.* (bona illa confiscantur. *ibid. de raptoribus c. Excommunicationi. Paulus* 3. *const.*42. *Accepimus. Pius V. const.*7. *cum nobis. Greg.*13. *constit.*81. *Consueuerunt.* (quæ est Bulla Cęnæ,) excommunicati sunt in Bulla Cęnæ. *ibid.*

Naufragantes non perdunt bonorum dominium. *Honorius* 2. *vbi supra.* §.2.

Naufragantibus dantes auxilium consequuntur indulgentiam decem annorum. *Iulius* 2. *constit.*20. *Romanus.* (participare possunt de bonis eorum, si accidit naufragium. *ibid.) Pius* 5. *const.*7. *cum nobis.*

Non

Non dantes auxilium naufragantibus in ſtatu Eccleſiæ, incurrunt crimen læſæ maieſtatis. *Pius V. conſt.7. Cum nobis.*

Accipientes ſcienter bona ab ijs, qui naufragantium bona acceperunt, ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ. *Gregor.13. conſt.81. Conſueuerunt.* Vide, *Excommun. Bullæ Cœnæ.*

Nauigantium ſpoliatores, excommunicati ſunt. *De raptoribus c.Excommunicationi.* Quomodo puniendi. *ib. c.In Archiepiſcopatu.*

Neapolis.

Neapolitani Regni beneficijs vacantibus in quocumque menſe, fructus pendentes pertinent ad Cameram Apoſtolicam. *Sixtus V. conſt.90. cum ſicut.*

Neapolitani Regni, & terræ Laboris, Epiſcopi, quas & à quibus accipere poſſunt procurationes, dum viſitant. *Extra, de cenſibus, cap. Vas electionis.*

Neceſſitas.

Neceſſitatis tempore, omnes tenentur ſubuenire indigentibus. *Conc. Arelat.4. c. 14.*

Neceſſitas extrema excludit omnem legem. *De verborum ſignif. in 6. cap.Exijt.*

Neceſſitas facit licitum, quod prius erat illicitum. *De regulis iuris c. Quod non eſt licitum. De conſecrat. diſt.5. cap. Diſcipulos.*

In neceſſitate facta non trahunt in exemplum. *De regul.iuris in 6. regul.78.*

Neceſſitate ceſſante, ceſſat, quod ob neceſſitatem fuit conceſſum. *Innoc.I. ep.22. c.5. 1. q.7. cap. Quod pro remedio. Ioannes 8. ep.14.* Vide, *Conceſsio.*

Neceſſitatis cauſa quædam tolerantur in Eccleſia. *1. q.7. cap. Quoniam, & cap.Quoties il 2.*

Neceſſitas excuſat furem, vel raptorem. *De conſecr. diſt.5. cap. Diſcipulos.*

Neceſſitate vrgente moderantur decreta Sedis Apoſtolicæ. *1. q.7. cap. Neceſſaria.*

Neceſſitas abſoluta non debet admitti in actibus humanis, *Conc. Conſtant. contra ar.27. Ioannis Vvicleff.*

Necromantia.

Necromantiæ ars, eſt illa, qua aliquis oſtendit ſe mortuos ſuſcitare, vt cum alijs loquantur. *26. q.5. cap. Nec mirum.*

Necromantiæ ars à dæmone inuenta. *26. q.2. c.Qui ſine.*

Necromantiæ, & incantationes fugiendæ. *Lib. 2. conſt. Apoſt. c.62.*

Negans. Negare, &c.

Negans fidem ore tantum, vel geſtu ob metum tormentorum, mortis, &c. non ita errat, ſicut qui voluntariè id facit. *De pœnit. diſt.1. c. 52. Poteſt fieri.* Negans virginitatem B. Mariæ. Vide, *Maria.*

Negantes Chriſtum, quomodo puniendi. *Felix 3. ep.7.*

Vide, *Hæretici.* Vide, *Apoſtata. Conc. quod dicitur Apoſtol. c.62.* Vide, *Chriſtum negantes.*

Negantes Trinitatem perſonarum diuinarum in vnitate ſubſtantiæ ſimplicis, aut negantes Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum eſſe verum Deum eiuſdem ſubſtantię cum Patre, & Spiritu Sancto; aut dicentes eumdem ſecundum carnem non eſſe conceptum in Vtero Beatæ Mariæ Virginis de Spiritu Sancto; ſed natum ſicut cæteri homines ex Ioſeph, & Maria. aut dicentes Chriſtum non eſſe mortuum pro redemptione hominum, aut dicentes B. Mariam Virginem non eſſe veram Dei Matrem, nec perſtitiſſe ſemper Virginem, ante, & poſt partum, ac perpetuò; pœnam relapſorum incurrunt, & brachio ſæculari tradendi ſunt. *Paulus IV. conſtitut.4. cum quorumdam. & Clemens 8. conſt.97. Dominici.*

Negans ſuum Prælatum, contra iuramentum, deponendus eſt. *De exceſſibus Prælator. cap.Grauem.*

Negans vnum ex duobus obiectis, aliud affirmare præſumitur. *De præſumptionib. cap. Nonne.*

Negans in facto proprio, ſi poſtea affirmat, eius teſtimonium non recipitur. *Concil. Later.3. in append. par.49. cap.17.* Vide, *Factum.*

Negatiuæ poſitiones, quæ nequeunt probari, niſi ex confeſſione aduerſarij, poſſunt omitti aliquando. *De confeſſis in 6. c. 1,* (ſi æquitas ſic ſuadet.) & *Conc.Gener. Lugdun.1.*

Negligens.

Negligens Epiſcopus eſt corripiendus. *Diſt.84. c. Peruenit, & c. Nunciatum eſt.* Vide, *Epiſcop.*

Negligens emendare, vel reſiſtere, dum poteſt, eſt in culpa, niſi faciat. *Diſt.86. c.Facientis. 2. q.7. c.Negligere.* Author eius dicitur. *23. q.8. c. Præterea.* Vide, *Errare.*

Negligens impedire malum, fauet facienti. *23. q.3. c.Qui poteſt.* Vide, *Errare.* Vide, *Malum.*

Negligens liberari à malo, non eſt immunis ab eo. *23.q.3. cap.Oſtendit,*

Negligens Paſtor, Deum non amat. *25. q.1. c.Diuinis.*

Negligente Epiſcopo res pertinentes ad ſuam Cathedram, Epiſcopi vicini poſſunt ſibi ea lucrari. & quo ordine. *16. q.3. c.Placuit, vt quicumque.*

Negotiari. Negotia, &c.

Negotium multa ſignificat. *De verbor. ſignif. cap. Forus.*

Negotiari eſt vilius comparare, & carius diſtrahere. *Diſtin. 88. cap. Quid eſt aliud.*

Negotia cum periculo peccandi ſunt abijcienda. *De pœnit. diſt.5. cap.2. Qualitas.*

Negotijs ſæcularibus non poteſt vacare clericus, vel Epiſcopus. *11. q.1. c.Te quidem. 14. q.4. c.Clerici.*

Vide, *Clerici quo ad negotia, &c.*

Negotia ſæcularia ſunt, conducere aliorum poſſeſſiones; turpia lucra; & habere ſub ſua cura negotia ſæculi. *Epiſtola quæ dicitur Melchiadis, de primitiua Eccleſia.*

Item negotia ſæcularia ſunt, munera *iniuſta accipere*, vel etiam dare; pro aliquo quæſtu conducere; lites, & rixas amare; in plateis ſæcularibus diſputare, exceptis cauſis orphanorum, & viduarum. Eſſe conductor, aut procurator ſæcularium; eſſe ioculator, iocum ſæcularem diligere; aleas amare; ornamentum improportionatum quærere; in delitijs viuere velle; gulam, & ebrietatem ſequi; pondera, vel menſuras iniuſtas habere; negotium iniuſtum exercere; canes, vel aues ad venandum tenere. *Nè Clerici, vel Monachi, &c. cap.1.*

Item negotia ſæcularia ſunt eſſe aduocatum, vel procuratorem ſæcularium (niſi fiat pro Eccleſia, vel miſerabili perſona) eſſe procuratorem villarum; iuſtitiarium, &c. *Concil. Later.3. c.12.*

Item negotia ſæcularia ſunt officium tabellionis *in prophanis negotijs*, ars medendi, mercatura, officium *interpretis*, ſeu mediatoris: conducere aliena prædia lucri gratia; cura, ſeu tutela aliorum; fideiubere pro alijs. Procurare pro Principe, ſeù aliis, abſque Epiſcopi licentia in ſcriptis: famulari Principi in munere indecenti ſacerdoti, præcurſor, aut aſſecla fœminarum; aſſiſtere, ſeu ancillari fœminis. *Conc.Mediol. 1. p.2. tit. de negotijs ſæcularibus, &c.*

Delinquens in his, Epiſcopi arbitrio eſt puniendus. & ſi quis reſcindit, duplicetur pœna. *ibid.* Sed *ex Conc.Aurelian.3. c.26.* Ordinatus debet degradari.

Negotiantium clericorum illicitè bona acquiſita, pertinent ad Cameram Apoſtolicam. *Pius IV. conſt.19. Decens.* reuocantur omnia priuilegia. *ibid.*

Negotiantium illicitæ cauſæ (Clericorum) agitandæ ſunt, cum citatione Commiſſarii Cameræ. *Pius V. conſtitut.51. Attendentes.*

Negotia ſæcularia ſcire debent Epiſcopi (ſed non facere.) *Diſtinct.39. cap.Petrus.*

Negotiator clericus fugiendus. *Diſt.88. c. Negotiatorem. c. Fornicari, cap. Eyciens, cap. Quoniam, cap. Quid eſt aliud.*

Vide, *Clerici quo ad negotia ſæcularia.*

Neophytus.

Neophytus dicitur, qui est nouus in fide; & qui est nouus in sancta conuersatione, id est in vita Ecclesiastica. *Gregor. I. lib.4. ep.50. lib.7. ex regest. ep.112. Nicolaus I. epist. 10. & 12. Dist.48. cap. Sicut.*

Neophytus non potest ordinari Episcopus, Presbyter, vel Diaconus. *Conc. quod dicitur Apost. c.80. Conc. Nicæn.1. c.2. Conc. Laodicenum c.3. Conc. Sardicense cap.13. Concil. Arelat.2. c.1. Zosimus ep.9. dist. 48. cap. Quoniam.*

Neophyti à multis debent abstinere (& quæ sint.) *De consecrat. dist.5. cap. Neophyti, cap. Conuenit, & c. Id semper.*

Neophyti à coniugibus, & epulis, per aliquot dies debent abstinere. *Conc. Arelat.2. c.9.* Quomodo tractandi Neophyti venientes ad fidem. Vide, *Fides venientes ad Fidem.*

Neophytorum Hospitale Romæ. Vide, *Hospitale Neophytorum.*

Vide, *Fides. Ad fidem venientes.* Vide, *Infideles.* Vide, *Iudæi venientes ad fidem.*

Nestorius.

Nestorius Archiepiscopus Constantinopolitanus, docens duas personas esse in Christo, diuinam, scilicet, & humanam; & Beatam Virginem Mariam non genuisse Deum, nec dicendam esse Matrem Dei, damnatur *in Concilio Ephesino, & Calcedonensi act.5.*

Nicænum Concilium.

Nicænum Concilium confirmari oportuit à Papa Syluestro, vt robur haberet, & ita factum est. *Epist. Syluestri ad Concil. Gaudeo.*

Nicæni Concilij Canones 80. fuerunt prima vice; deinde ab eiusdem Concilij Patribus redacti fuerunt ad 70. in honorem 70. Discipulorum, eosque Athanasius attulit ad Marcum Papam. *Epistola Athanasij ad Marcum Papam, ex lib.3. in Concil. Nicænum. Marcus Papa in ep. ad Episcopos Ægypti. Dist.16. c. Septuaginta.* Vide, *Concilia.*

Postea verò solum viginti apparere cœperunt, & nescitur quare alij 50. non sint eis vniti; forte quia in Sardicensi Concilio inueniuntur, distinctè, vel quia ex Concilio Antiocheno fuerant accepti. *Stephanus Papa I. epist. ad Episcopum Moguntinum dist.16. c. Viginti.*

Nicolaus.

S. Nicolaus de Tolentino Ordin. Eremitarum S. Augustini canonizatur *ab Eugenio IV. const.27. Licet.*

Eius festum sub ritu duplici celebrandum præcipit *Sixtus V. const.16. Sancta.*

Nomen.

Nomina ministrorum Ecclesiæ vnde sunt desumpta, & eorum Ethymologiæ. *Dist.21. cap. Cleros.*

Nomen Papæ recitandum est in missa, & alijs functionibus Ecclesiæ. Vide, *Papa.*

Nomen Episcopi recitandum est in missa. *Gregorius I. lib.3. epist.37.*

Nomina cognatorum, & affinium propria, vsque ad septimum gradum in linea, seu arbore, quæ sint. *Dist.35. q.5. cap. Primo. & cap. Quod autem.*

Nomina excommunicatorum, omnibus sunt manifestanda. *11. q.3. cap. Curæ.*

Nomina testium danda sunt inquisitis (sed non in causis fidei.) Vide, *Testes.*

Nomina gentilium non sunt imponenda Christianis in Baptismo. *Conc. Nicæn.1. ex Arabico c.30.*

Nomina offerentium recitanda sunt inter sacra mysteria, non ante. *Innocent. I. ep.1. cap.2. De consecrat. dist.1. cap. De Nominibus.*

Nomina fundatorum Ecclesiarum recitanda sunt ante altare in die Dominico, siue cum viuis, siue cum mortuis, si sint mortui. *Conc. Emerit. c.19.*

Noruergia.

Noruergiæ Episcopi, quas, & à quibus possunt exigere procurationes, dum visitant. *Extra, de censibus c. Vas electionis.*

Notarius.

Notarius, tabellionis mortui, authoritate Ordinarij, potest instrumenta, & scripturas factas ab eo redigere in publicam formam. *De fide instrumentorum cap. cum P. Tabellio.*

Notarij à quocumque facti, siue à Rege, siue Imperatore, possunt ab Episcopo, vt delegato Papæ examinari, & si non reperti idonei, suspendi ab officio, vel perpetuò, vel ad tempus. Sic etiam delinquentes in causa spirituali. *Conc. Trident. sess.22. de reform. c.10.*

Notarius intra mensem tenetur referre Episcopo, legata testamentorum ad pias causas, sub pœna excommunicationis, & deinceps eius instrumenta careant fide, si non exequitur. *Conc. Rauenn.2. sub Clem.V. c.31.*

Sed *Concil. Mediol.1. p.3. tit. de bonorum piorum administratione*, hoc extendit ad tres menses. vt scilicet intra tres menses à die mortis testatoris, sub pœna excommunicationis teneatur manifestare Episcopo; legata, codicilla, &c. facta ad pias causas, & debita mercede accepta, teneatur particulam illam legati, descriptam, & sigillo munitam, Episcopo tradere. *ibid.*

Notarij scribentes instrumenta, vel testamenta Clericorum intra decem dies tenetur eis dare copiam eorum, si petant; quod si intra alios decem dies non dent, excommunicentur, & eorum scripturæ deinceps careant fide. *Conc. Rauenn. post Clem.V. c.7.*

Notarij cælantes scripturas, vel instrumenta Ecclesiarum, similes pœnas incurrunt. *ibid.*

Notarius fori Ecclesiæ tenetur intra mensem dare copiam appellanti, si petit; soluta mercede congrua. si differt, priuandus est officio, & condemnandus ad penam dupli valoris litis, dandi pauperibus. *Concil. Tridentin. sess.24. de reform. cap.20.*

Notarij propalantes dicta testium, quali pena puniendi sunt in statu Ecclesiæ. *Pius V. constit.67. Licet.*

Notarius faciens instrumenta vsurarij, seu quorumcumque tales contractus, subiacet penis vsurarij ipso facto. *Conc. Rauenn.4. sub Ioanne 22. c.15.* Vide, *Vsura.*

Notarii Episcoporum in Diœcesi Collegium faciant, & habeant statuta propria obseruanda, & eorum causæ, ac lites per Episcopum terminentur. sic & aliæ, quæ inter eos, & alios vertunt. *Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de Notarijs.*

Notarii Episcoporum, nihil possunt exigere, præter id, quod ab Episcopis fuit taxatum, tam pro carta, cera, sigillo, &c. spectantibus ad ordinationem, quam pro causis, citationibus, & aliis, sub pena priuationis officii in ea curia. *Concil. Rauennaten.2. sub Clem.V. c.32.*

Vide, *Ordinatio nulla per pretium.*

Nihil possunt vlterius accipere, nisi sponte datum. *1. q.2. c. Sicut Episcopum.* Vide, *Ordo.*

Notariis Episcoporum præscribenda est taxa emolumentorum. Et si delinquunt, puniantur per Episcopum. *Conc. Mediol. vbi supra.*

Notarius non potest ab Episcopo in Collegium Notariorum Ecclesiasticorum recipi, si sit excommunicatus; vel infamis; vel talis, qui à iure dicendo repellitur. neque qui annum 25. non attingit; neque qui per annos quatuor officium Notarii non exercuerit. *Concil. Mediol.1. par.2. tit. de Notarijs, &c.*

Notarius de nouo receptus in tali Collegio, tenetur iuramentum emittere in manu Episcopi de multis obseruandis. Primò, quòd nihil soluit pro officio obtinendo. Secundò, quod munus fideliter exequetur. Tertiò, quod à litigantibus nihil accipiet præter taxam. Quartò, quod non operabitur, vt aliqua causa sibi scribenda committatur. Quintò, quod non erit procurator in causis. Sextò, quod omnia acta substantialiter adnotabit, & coram litigantibus, si velint expectare, conscribet. Septimò, ex Episcopi licentia

copiam

copiam actorum dabit cum requirentur, contentus taxata mercede. Octauò, quod secreta causarum, & testium dicta nulli patefaciet, nec sententias, donec publicatæ sint. Nonò, quod officij statuta seruabit sine dolo, fraude, &c. & alia. *Conc. Mediol. vbi supra.*

Notarius non potest deferre acta originalia arbitris, vel iudici delegato, sed exempla, & in exemplis nihil addat. non scribat litera, quæ legi non potest, alias suis impensis sunt rescribenda. *Conc. Mediol. vbi supra.*

Notarius non potest facere testamentum vsurarij, nisi præsente Parocho, sub pœna excommunicationis. *Conc. Rauennat. 1. sub Honorio 4. c. 6.*

Notarii in causis hæresis possunt esse clerici ordinati in sacris, & etiam sæculares. *De hæret. in 6. c. Vt officium.*

Notariorum delegati salaria, & expensæ, taxandæ sunt à delegato. *de rescriptis in 6. c. Statutum. §. Notarium.*

Cum talibus notarijs non possunt participare delegati. *ibid.*

Notarij possunt à fabrica S. Petri cogi ad dandum instrumentum legati, post obitum testatoris, etiam si clausum fuerit, data debita mercede. *Pius 4. const. 6. Etsi.*

Notarij in iudicijs publicis esse non possunt religiosi, excepto Tribunali Inquisitionis contra hæreticam prauitatem. *Extra, de officio Iud. ordin. c. 1.* Vide, *Inquisitor.*

Notarij tenentur intra mensem reuelare legata facta Fabricæ S. Petri. *Clem. 7. constit. 3. Admonet.* Vide, *Fabrica S. Petri.*

Vide, *Appellans, quomodo tractandus.* Vide, *Crimen.* Vide, *Delictum, in fine.*

Notarij Romanæ Curiæ.

Notarii, & Abbreuiatores Cancellariæ, quam summã debent exigere pro literis, & bullis. & si excedunt, quomodo puniendi. *Martinus 5. const. 3. In Apostolicę. §. 2.*

Quæ tenentur obseruare Notarii Auditorum Rotæ Romæ, & causarum Palatii Apostolici. *ibid.* & sunt sequentia.

Notarii Auditorum Rotæ, nihil possunt Auditori soluere pro illo officio; & quam pœnam incurrunt, si id faciunt. *Martinus V. ibid. §. 20.* Vide, *Auditor Rotæ.*

Dicti Notarii habere debent ætatem 25. annorum, esse probi, & idonei. *ibid. §. 21.*

Idem statuitur de Notarijs causarum Palatii Apostolici. *ibid.*

Dicti notarii tenentur per se exercere Officium, vel per Substitutum, cum licentia tamen Vicecancellarii.

Tenentur hi notarii habitu decenti, sæcularis clerici incedere. caueant à frequentatione tabernarum, &c. *Martinus V. ibid. §. 23.*

Si notarii isti fiant Canonici, Presbyteri, aut Parochi, non possunt amplius officium illud exercere. *§. 24.*

Notarius diffamatus de delicto sui officii, vel quod sit acceptor personarum, facta de hoc inquisitione per Auditorem Cameræ ex commissione Vicecancellarii, si inuenitur culpabilis, punitur, & priuatur. *ibid. §. 25.*

Prædicti notarii non possunt pro salario exigere vltra taxam determinatam, alias fiat recursus ad Vicecancellarium, vel Locumtenentem. *ibid. §. 26.*

Si notarii isti bis scribant in processu citationes, instrumenta, compulsorias, &c. semel tantum accipiunt pretium taxatum. *§. 27.* Vide, *Auditor Rotæ.*

Notarii omnes in Vrbe à quo approbandi, & obligationes eorum deferendi omnes scripturas, & instrumenta authentica ad Archiuium Romanum. *Iulius 2. const. 15. Sicut prudens.* Aliæ obligationes notariorum Romæ. *ibid.*

Notarii creati à Legatis à Latere, vel Nunciis, non gaudent, vt Papæ commensales, neque eorum priuilegiis. *Paulus 3. const. 3. Sanctissimus, in seq. cap. §. 6.*

Notarii Gubernatoris Romæ per se ipsos, & non per Substitutos, suum Officium exequi debent, & scripturas facere. *Iulius 2. const. 28. Decet.*

Notarii Gubernatoris Romæ, ad quid tenentur in suo officio post Constitutionem *Sixti V. constitut. 72. In sublimi.* Non possunt ex se conficere decreta. quando possunt recipere mandata suspicionis fugæ, & iuramenta, &c. Pœnæ. *ibid.*

Notarij R. Cameræ Apostolicæ, quando, & quomodo debent notare resignationes beneficiorum, & referre in libris authenticis, & ordo, qui seruari debet in hoc cum datarijs, & pœnæ contrafacientium. *Clemens 7. const. 17. Sanctissimus, & in duobus capp. seqq.*

Notarii creandi per Referendarios vtriusque Signaturæ, quas conditiones habere debent, & quod iuramentum facere. *Paulus 3. const. 23. Debita. §. 29.*

Notarii, qui in instrumentis pacis, seu de non offendendo, ex malitia, vel inscitia, apponunt particulas illas, pro se, loco per se, vel è contra, incurrunt pœnam mille ducatorum auri. *Pius 4. const. 52. Licet.*

Notariorum obligationes omnes diffusè. *Pius 4. const. 58. Cum ab ipso. Paulus 5. const. 71. tit. De notarijs.*

Notarij Capitolini, quas taxas sequi debent. *ibid.*

Notarij possunt cogi à fabrica S. Petri ad dandum instrumentum legati post obitum testatoris, data debita mercede, etiam si clausum fuerit. *Pius 4. const. 65. Et si.*

Notariorum omnium mercedes, Vicarij, Gubernatoris Romæ, &c. *Pius 4. const. 105. Cum nuper.*

Notarij sub pœna excommunicationis tenentur reuelare hospitali S. Spiritus Romæ legata facta ad eius fauorem, quando, & quomodo. Vide, *Hospitale sancti Spiritus.*

Tenentur reuelare legata, & donationes factas hospitali Incurabilium Romæ, quando, & quomodo, sub quibus pœnis. Vide, *Hospitale S. Iacobi.*

Notarij omnes Romæ tenentur ferre ad Archiuium omnes scripturas authenticas, quas faciunt. Vide, *Archiuium.*

Tenentur reuelare testamenta meretricum Romæ, an fecerint legata ad fauorem Conuertitarum, nec ne, & quibus, ac pœnæ. *Clemens 7. const. 14. Cum ex corpore.*

Tenentur reuelare legata facta sanctæ Domui Lauretanæ, ac pœna. si accusantur, de negligentia pars pœnæ danda est accusatori. *Pius V. const. 56. Ad Romani.*

Notariorum Sedis Apostolicæ collegium ampliatur in duodecim. *Sixtus 5. const. 12. Romanus.* Officia eorum ibidem, & omnia ad eos spectantia. septem ex eis sunt participantes. *ibid.*

Priuilegia eorum, quæ non sunt contraria Concilio Trid entino, omnia confirmantur. *Sixtus V. ibid.* Hoc collegium habet facultatem doctorandi in omni facultate, omnes personas (exceptis regularibus) potest legitimare spurios, cum aliqua præseruatione. Notarij isti sunt familiares Papæ. habent panem ex Palatio, habent vestes in coronatione, & morte Papæ. literæ Apostolicæ pro eis gratis expediendæ. eorum seruitores, familiares, & consanguinei arma possunt deferre (dummodo non sint breuia) per vrbem, & totum statum. possunt testari de bonis Ecclesiæ, acquisitis. locus vni eorum datur in Signatura gratiæ, estque Referendarius. acta consistorii, & alia instrumenta vnus ex eis debet facere. in formatione processus pro canonizatione Sanctorum, vnus ex eis interuenire debet. intimari eis debent capellæ, & consistoria. monetæ dari solitæ in die coronationis Papæ eis dandæ. si sunt presbyteri, vti possunt mitra in missis solemnibus, & etiam aliis Pontificalibus. si post decennium relinquunt officium, adhuc notarii dicuntur. non sunt subditi ordinariis, sed Papæ immediate. Priuilegia ista, & alia ibi septem notarijs participantibus sunt concessa. *Sixtus V. const. 12. Romanus.*

Notarii causarum Palatii Apostolici fiunt à Vicecancellario, & sunt 12. *Sixtus V. const. 106. Cum pro sanctæ.* Quale officium sit, & quomodo obtinendum. *ibid.*

Notarius contradictoriarum fit à Vicecancellario. *Sixtus V. const. 106. cum pro sanctæ.* Quale officium sit, & quomodo obtinendum. *ibid.*

Notarii non possunt recipere pœnas pecuniarias rerum status Ecclesiastici. sed istæ dandæ sunt depositario. *Clemens 8. const. 5. inter cæteras §. 7. 8. & 9.*

Notarii tenentur intra mensem denunciare Cameræ dispositiones, & alienationes de rebus stabilibus status Ecclesiæ factas ad exteros, & pœnæ. *Clemens 8. const. 78. Romanum. Paulus V. const. 108. Pastorale.* Prohibet nè faciant similia instrumenta contractum vltra triennium, nisi reuelent, & pœna.

Nota-

Notariorum omnium Romæ obligationes *à Paulo V.* declarantur *const.71. tit. de notarijs tribunalium Vrbis.*
Notariorum præfatorum taxæ & mercedes. *ibid.*
Notarij Reuerendæ Cameræ. *Paulus V. const.71. tit. De notarijs Reuerendæ Cameræ.*
Notarii ciuiles, Vicarii, Gubernatoris, Burgi, & aliorum tribunalium. *ibid.*
Notarii Auditoris Cameræ. *ibid.* Sub hoc titulo.
Notarii Auditoris Rotæ. *ibid.* Sub hoc titulo.
Notarii curiæ Capitolinæ. *ibid.* Sub hoc titulo. Notarii Senatoris. Iudicis Burgi, &c. *ibid.*
Notarii Magistri Viarum Vrbis. Notarii Ripæ, Notarij Ripettæ, &c. *ibid.*
Notarius pro promouendis ad Episcopatus, Ecclesias,& Monasteria Consistorialia, est officium vacabile perpetuum institutum per *Gregorium XV. const.7. consueuit.* Eius munus est conficere processus pro dictis promotionibus. *ibid.* Emolumenta illius. *ibid.*
Iste notarius conseruat processus formatos, pro iis negotijs in partibus. *ibid. in c. seq.*
Notarii, qui extra Vrbem Romæ creantur, (in statu Ecclesiæ) antequam exerceant officium notarii, examinandi sunt sub pœna nullitatis, & falsi; & forma examinandi. *Vrb.8. in append. const.10. Ratio pastoralis.*
Notarii fieri non possunt in statu Ecclesiæ per Prætores, vel Gubernatores Ciuitatum, seu Terrarum. *ibid.* §.2. & 3.
Quomodo creandi in statu Ecclesiæ Notarij, extra vrbem.§.3.
Notarii creati extra Vrbem Romę per Protonotarios, & scriptores Romanæ Curiæ, vel per Communitates, Archiuia, Collegia, vel alias personas quacumque dignitate fulgentes, non possunt in statu Ecclesiæ exercere officium, nisi examinentur præscripto modo, & literas patentes obtinuerint per Legatum, Gubernatorem, &c. alios præfatos, vt ibi. *Vrban.8. ibid.* §.5.
Notarii alio modo creati in statu Ecclesiæ, quam præfato, annullantur. & scripturæ factæ per eos reualidantur. *Vrbanus 8. const.11. in append. In suprema.*
Notarii Archiconfraternitatis Charitatis de Vrbe, assignari debent Commissariis, qui per statum Ecclesiæ transmittuntur. *Gregor.XV. const.37. Exigit.*
Notariorum Papæ beneficia vacantia, à Papa prouidentur. Vide, *Beneficia Papæ reseruata. Extra, de elect. c. Ex debito.*

Notorius. Notum.

Notorius excessus, non eget examinatione. *de elect. c. Bonæ memoriæ.*
Notorium est crimen, quando quis pro eo condemnatus est. *De cohabitatione clericorum, & mulierum cap. Vestra duxit.*
Notorium fit crimen, vel per sententiam, vel per confessionem ipsius rei, vel est ita euidens, vt non possit cælari. *ibid. cap. fin.*
In Notorio potest procedere iudex, nullo accusante. *de accusationib. cap. euidentia.*
In notorio crimine non indicitur purgatio. sed ad sententiam proceditur. *De purgat. canonica, c. Cum dilectis.*
Notorium est crimen, quod vicinis notum est. *ibid.*
Notorii criminosi non possunt in gradu restitui. *dist.50. cap. Sacerdotes.*
Notum in loco remoto, præsumitur notum in vicino. *de præsumpt. c. Quanto.*

Nouale.

Nouale est terra, nouiter ad culturam redacta. *de verbor. significat. cap.1. & cap. Quid per nouale.*
Nouale exemptum à solutione decimæ, semper est exemptum. *de priuilegijs c. fin.* Vide, *Decimæ de quibus soluendæ.*

Nouatianus.

Nouatiani hæretici sine pœnitentia, & detestatione erroris præteriti non possunt recipi in Ecclesia. *Concil. Arelat. 2. cap.9.*

Nouerca.

Nouerca non potest matrimonium contrahere cum filiastro. *concil. Aurel.2. c.20.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione affinitatis.*

Nouitas.

Nouitates circa explanationem fidei, damnantur ab Ecclesia Catholica. *Conc. Later. sub Martino 1. consult.5. c.20. & ep.* eiusdem *in fine Concilij ad omnes Christi-fideles.*
Nouitates condemnatæ à Sede Apostolica, fugiendæ sunt. *Martinus 1. ep.13.*
Nouitates in Ecclesia circa vestes, & habitus fugiendæ sunt. *Cœlestinus 1. ep.2. c.1.*
Nouæ quæstiunculæ cauendæ. *Concil. Francfordien. in decr. circa finem.*
Nouitates mouens circa Principem, excommunicandus est. *Conc. Tolet.5. c.4.*

Nouitii. Nouitiatus.

Nouitii in Religione, per annum integrum probandi sunt. *Gregorius 1. l.4. ep.44. Gregor.7. l.6. ep.17. Conc. Later.3. in append. tit. Ne Monachus c.5. Conc. Trident. sess.25. de reform. regul. c.15.*
Nouitius potest redire ad sæculum. *de Regularibus, &c. cap. Consulti.*
Non potest redire, si infra annum sit professus. *ibid.*
Nouitius non potest eligi superior. *de elect. in 6. cap. Nullus.*
Nouitius potest eligi Episcopus. *de elect. in 6. c. Nullus.*
Nouitius potest ducere vxorem. *conc. Later.3. in append. tit. de Monachis c.1.*
Nouitius, qui habebat curam animarum, potest ad eam redire. *ibid. cap.2.*
Nouitius, olim, recipi non poterat, nisi in ætate annorum 18. nisi necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ aliter exigat. *Conc. Oxoniense 1. c.36.* Vide, *Monachi.* Vide, *Regul. Religionem ingrediens.*
Nouitium verberans, vel alio modo manus violentas in eum injciens, est excommunicatus. *De sent. excom. in 6. c. Religioso.* §. *Quamuis.*
Nouitius, vel nouitia pro ingressu Religionis, nihil soluere debet, nisi ex liberalitate id faciat. *Conc. Trid. sess.25. de refor. regul. c.16.* Vide, *Religionem ingrediens.* Dantes & recipientes sunt excommunicati. *ibid.*
Nouitii quomodo recipiendi ad habitum regularem. *Sixtus V. const.71. Cum de omnibus.*
Nouitii fratrum Minorum de obseruantia, quomodo recipiendi. *Pius V. const.128. Pastoralis.*
Nouitio siue nouitia volente discedere à religione, omnia sua, quæ attulit, ei restituenda sunt sub pœna anathem. & Episcopus potest compellere religiosos vt restituant. *Concil. Trid. sess.23. de refor. regul. c.16.*
Nouitius professionem faciens per vim & metum. Vide, *Regular. Religionem per vim.*
Nouitii omnium regularium teneri non possunt, nisi in domibus designatis à Papa, exceptis aliquibus Religionibus reformatis. *Clem.8. const.83. In suprema, & c. seq.*
Nouitiorum qualitates, forma recipiendi, & educandi illos. *ibid.*
Nouitij, quomodo ad professionem admittendi, & tota disciplina regularis pro nouitijs. *ibid. & Vrban.8. const.36. cum ad regularem.*
Nouitii non possunt ad religionem recipi, nisi in locis in religione designatis pro nouitiatu. *Vrban.8. const.26. Sacra. in cap. seq. Sanctissimus.*
Superior aliter faciens, actiua & passiua voce priuatus est. *ibid.* Et fit inhabilis ad omnia officia. *ibid.*
Nouitij clerici non possunt professionem emittere, nisi completo anno 16. ætatis. *Conc. Trid. sess.25. de refor. regular. c.15. Vrbanus 8. const.26. in seq. c. Cum ad regularem.* Conuersi vero post annum 21. *Vrbanus 8. ibid.*
Nouitius conuersus, etiam durante anno probationis, non potest transire ad clericatum. *ibid.*

Nouitiorum nomina scribenda sunt in libro aliquo particulari, item & professiones eorum, & ab ipsismet ac testibus subscribi debent. Conuersi verò, qui scribere nesciunt, signum crucis faciant. *ibid.*

Alia de nouitijs plura. Vide, *Regulares quo ad ingressum religionis, & nouitiarum.*

Nouitij Reformatorum S. Augustini, quomodo recipiendi. *Clem.8. const.63. Decet Romanum.*

Vide, *Regul. Religionem quis ingredi, &c.* & alios tit. *ibid.*

Nouitiæ Monialium.

Nouitiæ Monialium *ex Conc. Mediolan. 1. p.3. tit. de puellis ad religionem admittendis.* Sequenti modo sunt recipiendæ. Per Episcopum, vel alium eius arbitrio examinanda est puella, & licentiam in scriptis pro aliquo monasterio habeat, consentiente superiore illius monasterij. Inquirendum est de vita & ætate eius, vt sit maior 12. annorum, de libera voluntate, an per vnum annum antequam examinetur habuerit propositum religionis, &c.

Nouitia acceptanda est à monialibus, ita quod duæ partes ex eis consentiant, alias nulla est receptio eius; & Præfecta eam admittens alio modo, per sex menses priuatur officio, & velo. *Concil. Mediolan. ibid.*

De admissione fiat certus superior, & admissarum nomina in aliquo peculiari libro scribenda, & admissiones ipsæ.

Nomina nouitijs imponenda, non sint nomina gentilium, & alia de his. *ibid.*

Alia omnia quæ seruari debent in admissione nouitiarum, distinctè habentur. *ibid.*

Nouitia, quæ se ingerit in actibus professarum, censetur professa. *De regularibus, &c. cap. Vidua.* Vide, *Moniales.*

Nouum opus.

Nouum opus quomodo potest impediri, & quando cessandum est ab eo. *De nunciatione noui operis. cap. Significantibus, & cap. finali.*

Nubere. Nubentes.

Nubere inter se, olim, non poterant consanguinei intra septimam generationem. 35. *q.2. cap. Nullum. cap. de consanguinit. cap. Progeniem. cap. Et hoc. c. De incestis.*

Vide, *Matrimonia prohibita.* &c. Nunc vero solum vsque ad quartam prohibetur. Vide, *Matrimon. prohibita ratione consanguinitatis.*

Nubentes post votum castitatis non sunt separandi. *Dist.27. cap. Quidam. & cap. Si vir.* Intellige de voto simplici.

Nubentes cum sanctimonialibus separandi sunt, quia nulliter fecerunt. 27. *q.1. cap. Quæ Christo.*

Et qui cum illis nubunt, non possunt amplius nubere. *cap. Hi ergo.* Et excommunicentur. *ibid. cap. Si quis sacro.*

Nubentes sæpè examinandi sunt de fide, & conuersatione. 31. *q.1. cap. De his.*

Nubentes non secundum præceptum Christi, non sunt coniuges. 32. *q.2. cap. Sicut non omnis.*

Nubente fratre cum aliqua cognita à fratre suo, iste qui celauit crimen, per septem annos pœnitere debet, & mulier perpetuo sit sine marito. 35. *q.2. cap. Si homo.*

Nubens cum consanguineis, nulliter facit. 35. *q.2. cap. de incestis.* Et numquam potest nubere. 35. *q.8. c. Incestuosi.*

Nubens adulter cum adultera nulliter facit. 31. *q.1. cap. Nullus. cap. Illud verò.*

Nubentes secunda vice non benedicuntur. *concil. Neocæsar. c.7.* Vide, *Matrimonia plura.*

Nubentibus secunda vice aliqua pœnitentia est imponenda. *Concil. Neocæsar. c.3. & 7.* Ob incontinentiam.

Vide infra *Nuptiæ.* Vide, *Matrimon. per totum.*

Nullitas.

Nullitates quæ attenduntur in statu Ecclesiæ, pro iudicijs, sunt quia procedunt ex defectu iurisdictionis, citationis, vel mandati. *Clemens 8. const.18. Litium dispendijs.*

Numerus.

Numerus clericorum in Ecclesiis debet esse iuxta quantitatem reddituum. *De institutionibus cap. Non amplius.* Et numerus debet per Episcopum taxari. *ibid. c.1.* Vide, *Clerici.* Vide, *Clerus.*

Numerus puellarum in monasterijs, eodem modo iuxta quantitatem reddituum per Episcopum est taxandus. *De institutionibus cap. 1.*

Numismata.

Numismata quædam cum imaginibus Imperatorum benemeritorum de Ecclesia portantibus, concessit indulgentias *Sixtus V. const.73. Laudemus.* Nomina istorum ibi exprimuntur distinctè.

Nuncius Papæ.

Nuncijs Papæ à quibus faciendæ sunt expensæ. *Conc. Later. 4. cap.33.* Ab omnibus Ecclesijs non exemptis.

Vide, *Legatus Papæ.* Vide, *Procuratio.*

Nuncius vel Legatus Papæ non potest regularibus Mendicantibus concedere licentiam transeundi ad non Mendicantes, exceptis Carthusianis. *Extra, De regularibus transeuntibus cap. Viam.*

Nuncius seu Legatus Papæ, non potest ab aliquo excommunicari, nec etiam ab Inquisitore siue Legato Papæ; nec contra eum procedi potest, sed ad Papam referatur. *Extra, De hæret. c. cum Matthæus.*

Nuncius Papæ in appellationibus ad se factis, *quid tenetur facere.* Vide, *Appellationes.*

Nuncius Papæ quid potest facere circa Episcopos, eorumque subditos. Vide, *Legatus.*

Nuncij missi ad Principes non possunt pro se, vel pro consanguineis procurare fauores ab eis; neque ijs vti ad obtinendas dignitates, &c. à Papa, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. *Pius IV. const.96. Et si.*

Nuncios Papæ occidens, vulnerans, carcerans, mandans, auxilium ad hoc dans, *incidit in excommunicat. Bullæ Cœnæ. Gregor. XIII. const.81. Consueuerunt.* §. 11.

Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.*

Nuncius non potest dispensare super matrimonio in gradu prohibito, neque in natalibus, vel ætatis defectu, neque notarios creare, neque dispensare circa retentionem beneficiorum incompossibilium, neque dare licentiam dispensandi de beneficiis Ecclesiasticis. *Vrban.8. const.6. c.14*

Nuncio Neapolis subduntur in suis causis omnes eius commissarii, collectores, & subcollectores. Et prohibitum est ordinariis, se intromittere in causis illorum. *Gregorius 13. const.25. Cupientes pro nostri.* Idem confirmat *Vrban.8. in appendice const.35. Alias.* Addens, quod etiam post expletum eorum officium, Nuncius causas ipsorum *iudicat.* Imò etiam de delictis, quæ tales commissarii, &c. committunt post expletum officium (nè iudices ordinarii fiant contra eos crudeliores) Nuncius tamen hoc imponat dictis commissarijs subcollectoribus, &c. quod si prætextu talis priuilegij delinquunt, ab ordinariis permittet eos puniri. *Vrban.8. ibid.* §.4. Vide, *Legatus.*

Nuptiæ.

Vide, *Matrimonia.*

Nuptiæ à nubendo dicuntur, quia fœminæ in nuptijs caput obnubunt. 30. *q.5. c. Nec illud.*

Nuptiæ non consistunt in mixione maris, & fœminæ. 32. *q.1. cap. Non enim.* Vide, *Matrimon.*

Nuptias damnans non ob pietatem, sed ob superstitionem, ab Ecclesia eiiciatur. *Concil. quod dicitur Apostolorum c.51. Concil. Gangren. c.1. dist.30. per totam. Dist.31. c.Si quis, & cap. Quicumque.*

Nuptiæ cum filiastris, consanguineis omnibus, nouerca, &c. affinibus sunt prohibitæ. 32. *quæst.7. cap. Si quis viduam. cap. Si quis cum nouerca.* 35. *quæst.10. cap. Si cuius. cap. Si qua mulier il 2.*

Vide, *Matrimonia prohibita ratione consanguinitatis*. Vide, *Matrimonia prohibita ratione affinitatis*.
Nuptiæ debent fieri publicè in facie Ecclesiæ, alias sunt irritè. Vide, *Matrimonia clandestina*.
Nuptiæ fieri possunt etiam, si dos non detur. 30. *q.* 5. *c. Si quis*.
Nuptiarum finis est proles. 32. *q.* 2. *c. Pudor*.
Nuptiæ aliquando improbantur, & quare. 32. *q.* 1. *cap. Nuptia terram*.
Nuptiæ à sacerdote benedicendæ sunt. *Post Conc. Arelat.* 3. *c. vlt. Conc. Lateran.* 3. *in append. tit. De secundis coniugijs c.* 1. *De secundis nuptijs c.* 1. *& cap. Vir autem*.
Nuptiæ secundæ permittuntur. 31. *q.* 1. *c. Hac ratione, & c. Quomodo*.
Sunt licitæ. 31. *q.* 1. *c. Aperiant. c. Deus, & cap. Quod si dormierit. Innocentius* 4. *const.* 14. *Sub Catholicæ*.
Pro nuptiarum benedictione, nihil potest exigi. *Concil. Lateran.* 3. *c.* 7. *De simonia c. Suam*.
Nuptiæ non possunt celebrari ab Aduentu, vsque ad Epiphaniam, & à Septuagesima, vsque ad Pascha, (& olim neque per tres hebdomadas ante festum Sancti Ioannis Baptistæ.) *Concil. Illerdense c.* 1. *Conc. Laodic.* in Quadragesima tantum fieri prohibet, *c.* 52. idem habetur *in* 33. *q.* 4. *capp. Non oportet*, 1. *&* 2. *cap. Non licet il* 2. *& c. Nec vxorem*.
Vide, *Matrimonia in quo tempore fieri possunt*.
In nuptijs non debent Christiani saltare, ballare, & alia similia facere. *Conc. Laodicen. c.* 53. *Conc. Turonen.* 4. *c.* 13. hoc prohibet in secundis nuptijs.
Nuptias occultè benedicens sacerdos, per tres annos suspenditur ab officio. *Conc. Lateran.* 3. *in append. par.* 49. *c.* 10. Vide, *Matrimonia clandestina*.
Nuptijs Iudæorum, aut Saracenorum non possunt interesse Christiani. *Conc. Sabinense c.* 22.
Nuptiæ possunt prohiberi pro aliquo tempore anni. contrarium dicens est anathema. *Conc. Trid. sess.* 24. *can.* 11.
Nuptiarum cæremoniæ, & benedictiones non sunt damnandæ. contrarium dicens est anathema. *ibid.*
Nuptiarum immoderata voluptas. Vide, *Voluptas*.
Nuptiæ sine pompa, & donis in statu Ecclesiæ facienda. & quæ permittuntur. *Sixtus* 5. *const.* 52. *Cum in vnaquaque*.
Vide, *Matr. per totum*.

Nurus.

Nurus dicit eumdem gradum consanguinitatis, quem filia. 35. *q.* 2. *c. Si vir*. & sic, vt filia computatur. *ibid.*

Nutrix.

Nutrices Christianæ non possunt lactare filios Iudæorum in suis domibus, sub pœna excommunicationis. *de Iudæis, c. Adhæc. & c. Et si Iudæos*. Vide, *Iudæi, diffusè*.

O

Obedientia. Obedire.

OBedientia maioribus præstanda est. *Gregorius* 1. *lib.* 4. *epist.* 10. *Dist.* 93. *c. A Subdiacono, cap. Diaconi, & ca. Sacerdotes*. 2. *q.* 6. *cap. Qui scit*.
Obedientia, quando facienda est in acceptanda dignitate. 8. *q.* 1. *cap. Sciendum*.
Per obedientiam potest aliquando bonum deseri, sed numquam licet facere malum. 11. *q.* 3. *c. Quid ergo*.
Obediendum est Episcopis à clericis, & laicis. non obedientes sunt infames. 11. *q.* 3. *cap. Si autem, & cap. Si quis verò*. Vide, *Episcopis obediendum est, &c.*
Non obediens Episcopo, à dæmone aliquando corripitur. 11. *q.* 3. *cap. Absit*.
Clerici non obedientes Episcopis, spoliandi sunt beneficijs. 21. *q.* 4. *cap. Præcipimus*.
Obedire nolens iudici, excommunicari potest. 2. *q.* 6. *c. Quisquis*.
Obediendum non est præcipienti contra Dei legem. 11. *q.* 3. *c. Iulianus, cap. Qui resistit. cap. Imperatores, cap. Si is qui præst. c. Non semper. cap. Si Dominus*.
Obediendum non est superiori præcipienti contra priuilegium subditi. *de excessibus Prælatorum cap. Sanè*. Vide, *Superior*. Vide, *Prælatus*.
Obedire nolentes canonibus, inobedientiæ notam incurrunt. *De maiorit. & obed. c. Illud*.
In obedientia non currit præscriptio subditi contra Prælatum. *de præscript. c. Cum non liceat*. Vide, *Prælatus*.
Obedientia, quæ debetur Ecclesiæ, non est humana inuentio, sed ex sacra Scriptura habetur. *Concil. Constantiense contra art.* 15. *Ioannis Huss*.
Obedientia Papæ præstanda est. Impedientes eam sunt excommunicati. *Iulius* 2. *const.* 22. *Suscepti*. Vide, *Papa*.
Obedientia Regularium. Vide, *Regulares*.

Obduratio.

Obduratio malorum, vnde oritur. 23. *q.* 4. *cap. Nabucdonosor. & cap. Vasis iræ*.

Oblata. Oblationes.

Oblata Deo, pertinent ad ius sacerdotum. 12. *q.* 2. *cap. Nulli liceat. Post ep.* 3. *Bonifacy* 1. *c.* 3.
Oblationes dicuntur omnia, quę de proprijs offeruntur Ecclesiæ. *de verbor. significat. c. Causa, & c. Cum inter*.
Non possunt à laicis possideri. *ibid.* Vide, *Eleemosyna*.
Oblatio maior dari non potest, quam corporis, & sanguinis Christi. *De consecratione dist.* 2. *c. Nihil*.
Oblationes in domibus fieri non possunt. *Conc. Laodic. c.* 58.
Oblationes in altari fieri non possunt de alijs, quam de pane, & vino aqua mixto. *Conc. Afric. c.* 4.
Oblationes aliæ fieri possunt à Christianis in altari, sed non per modum Sacrificij. *Concil. Afric. cap.* 4. Vt nouæ spicæ, oleum, incensum, &c. *ibid.*
Oblationes in Quadragesima fiebant in Sabbatho, & Dominica tantum. *Conc. Laodic. c.* 49.
Oblationes in missa faciendæ sunt à Christianis. *de consecrat. dist.* 1. *cap. Omnis christianus. Conc. Rom.* 5. *sub Gregor.* 7. *c. vlt. Conc. Colon.* 3. *tit. Censuræ c.* 20.
Oblationes fidelium dissidentium non recipiantur. *Conc. Carthag.* 4. *c.* 93.
Oblationes accipi non possunt pro moriente in peccato. *concil. Later.* 3. *c.* 25. Accipiens tenetur reddere; & suspensus sit ab officio arbitrio Episcopi. *ibid.*
Oblationes factæ ex raptis, Deo non placent. 14. *q.* 5. *c. Immolans, cap. Scriptum est. & c. Qui habetis*.
Oblationes cauponum, scortorum, prædatorum, &c. non sunt accipiendæ. *Lib.* 4. *const. Apost. c.* 5.
Item oblationes falsariorum, iniustorum aduocatorum, Iudicis iniqui, homicidarum, incendiariorum, fœneratorum, & aliorum similium sceleratorum, non sunt accipiendæ. *ibid. cap.* 4.
Oblationes impiorum Deum non placant, sed eum irritant. *Lib.* 4. *const. Apostol. c.* 6.
Oblata in pauperum vsum sunt distribuenda. *Conc. Aquisgr. sub Ludouico Pio c.* 66.
Vide, *Eleemosyna*. Vide, *Missa*. Vide, *Sacrificium*.

Oblati Regularium.

Oblati exemptorum si manent in suis proprietatibus, possunt ab Ordinario iudicari. *de priuil. c. Cum plantare*. §. *fin.*
Oblati isti viuentes in suis domi bus, tenentur soluere decimas. *ibid. cap. Quidam*.
Oblati regularium, siue qui manent in sæculo mutato habitu, siue qui omnia sua inter viuos eis donarunt, aliquo sibi relicto, tempore interdicti, possunt à regularibus in suis Ecclesijs non interdictis sepeliri; dummodo nominatim non sint excommunicati, vel interdicti. *de priuil. cap. Vt Priuilegia*. Vide, *Interdicti tempore*.
Oblati fratrum qui sunt, & quibus gaudent. Vide, *Interdicti tempore*.
Vide, *Regularium oblati*. Vide, *Regul. circa sepulturas*. Vide, *Regul. in specie cuiuslibet religionis*. Vide, *Confratres*. Vide, *Tertiarij*.

Obligatio. Obligatus, &c.

Obligatio ad impossibile non datur. *de regulis iuris in 6.reg.6.*
Obligationes Camerales à nullo iudice possunt in statu Ecclesiæ cognosci, ac iudicari, nisi ab Auditore Cameræ. *Paulus V. const.28. Eximiæ.*
Obligationes factæ à Vassallis Sedis Apostolicæ, &c. pro dominis, non tenent, & fieri prohibentur. *Pius IV. constit. 18. Quia.*
Obligatus ad reddenda ratiocinia non potest ordinari; secus postea. *de obligatis ad reddenda, &c. c.vn. Magnus.*
Obligatus ad reddenda ratiocinia non potest recipi ad habitum regularium. *Sixtus 5. const.71. Cum de omnibus.*
Obligatus soluere certam quantitatem pecuniæ, intra certum diem sub pœna; si in termino soluit partem, non incurrit pœnam. *de pœnis c. Suam.*
Obligatus ad alendum fratres alicuius monasterij, si postea creuerint fratres, adhuc tenetur eos alere. *de censibus c. Quanto.*
Obligans Ecclesiam pro débitis alienis, suspenditur ab officio, & beneficio; & nulla est obligatio. *de solutionibus cap. Si quorumdam.*
Obligans Ecclesiam ad aliquem censum, irritè facit. *de censibus, cap. Prohibemus, cap. Ecclesiis, cap. Cum clerici.* Talis autem obligans, ea priuatur sine appellatione. *ibid. cap. Cum clerici.*

Obmutescens.

Obmutescens, si petierat baptismum, vel pœnitentiam, & testes fideles id testificantur, potest baptizari, & absolui. 26. *quæst.6. cap. Qui recedunt. cap. His qui, & cap. Agnouimus.* Vide, *Baptismus.* Vide, *Pœnitentia.* Vide, *Absolutio in articulo mortis.*

Obscurum.

In obscuris, id est sequendum, quod Euangelio, & Patrum decretis non est contrarium. *dist.14. c. Sicut quædam.*
In obscuris tenendum, quod verisimilius est. *De regulis iuris in 6. reg.45.*
In obscuris circa doctrinam Ecclesiæ, videndum prius est, an in Sacra Scriptura reperiri potest, deinde in Concilijs, & Pontificum decretis, postea in SS. Patribus, Ambrosio, Augustino, Gregorio, & Hieronymo Ecclesiæ Doctoribus. *De Reliquijs, & venerat. c. vnica.* Vide, *Doctrina.*

Obseruatio. Obseruare.

Obseruationes vanæ Planetarum, &c. huiusmodi à Christianis sunt fugiendæ. 26. *q. 5. cap. Non liceat.* Omnia Magorum genera ibi numerantur.
Obseruationes cum verbis Sacræ Scripturæ, symboli. &c. fugiendæ. *conc. Lucense c.74. 26. q.5. c.Non liceat.*
Obseruationes rituum Iudæorum, Paganorum, &c. fugiendæ à Christianis. *Lib.6. const.Apost.c.26. lib.7. c.7.*
Obseruari non debent dies, anni, vel menses cum Paganis. 26. *q.7. cap. Non obseruetis, & c. Quis æstimaret.*
Obseruantes sydera, motum cælorum, astrorum ad diuinandum, vel prædicendum futura contingentia, à voluntate humana pendentia; siue has scientias, & artes exerceant, siue doceant, discant, vel quomodocumque se intromittant, ab Inquisitoribus iudicandi sunt. eorum libri damnantur, & eos retinentes ab ijsdem Inquisitoribus iudicandi. *Sixtus V. const.17. Cæli, & terræ.* Vide, *Diuinatio.*

Obseruantes fratres.

Obseruantes fratres de Ordine Minorum S. Francisci, insurgunt primò ex Concilio *Constantiensi sess.* 19. ibique modus, & forma eos regendi per superiores ordinis assignantur.
Alia de his. Vide, *Fratres S. Francisci Obseruantes.*

Obsidio.

Obsidionis tempore, murorum custodia ab omnibus æquiter, etiam clericis, est facienda. *de immunitate Eccles.c. Peruenit.*
Obsidione durante, clerici qui effuderunt sanguinem, post duos annos pœnitentiæ restitui possunt. *dist. 50. c. de his.*

Occasio.

Occasionem mortis præbens, peccat, vt occidens. 23. *q. 5. cap. Cum homo.*

Occidere, quando licitum.

Occidere ex officio non est illicitum. 23. *q. 4. cap. Quæsitum est, & cap. Illud etiam. q.5. cap. de occidendis, cap. Miles. c.Si homicidium. & cap. Homicidas.* Vide, *Iudex.*
Occidendi potestas, licita, data est superioribus, & quomodo. 23. *q.4. cap. Quæsitum est.*
Occidere in bello facto ex Dei iussu, non est malum. 23.*q. 5. cap. Si non licet.*
Occidere licitum est, cum moderamine inculpatæ tutelæ, id est, quando aggressus nequit aliter euadere vitam. Secus si potest euadere. *De homicidio volunt. cap. Significasti il 2. & cap. Suscepimus.* Vide, *Occidens ad defensionem.* Vide, *Defendere.* Vide, *Bellum.* Vide, *Homicida.* Vide, *Miles.*

Occidere, quando est malum.

Occidere nemo potest se ipsum. *conc. Tolet. 16. c.4. 23. q. 5. cap. Tu dixisti. & cap. Non est.* Vide, *Desperatus.* Et talis non potest sepeliri more Ecclesiastico. 23.*quæst.5. cap. Placuit.*
Occidere nemo potest aliquem priuata potestate. 23. *q.5.cap. Si non licet.*
Neque se ipsum occidere potest. *ibid. Vbi* multa de illatione mali facta contra se. Vide, *Malum.* Vide, *Mors.*
Occidere infideles, etiam in bello, non est licitum sacerdotibus. *Zacharias ep.3.* Vide, *Clerici in causa sanguinis.*
Occidere aliquem, qui scitur esse occidendus à iudice, est malum, & illicitum. 23. *q.5. cap. Cum minister.*
Occidere se, vel alium ob vitam æternam, vel alio prætextu, nemo potest. & multa de hoc argumento. 23. *q. 5. cap. Si non licet.*
Occidere fures fugientes, qui non possunt capi, est illicitum, & qua pœna isti plectuntur. 13. *q. 2. cap. Si fur.*
Occidere non licet rapientem bona, si vita potest euadi. *De homicidio volunt. c.Suscepimus.*
Occidi non potest fur diurnus, sed nocturnus potest (si aliter nequit vitari mors) *de homicidio volunt.c.Si perfodiens.*
Occidi non potest tyrannus à subditis. est illicitum. doctrina contraria est hæretica. *conc. Constant. sess.15. circa finem.*
Occidi non possunt infideles, & pagani, nisi in casu, quo respuant pacem oblatam. *conc. Vormatien. 1. c.27.*
Occidere non licet aliquem pro conseruatione rerum temporalium. *conc. Later. 3. in append. par. 50. c.27.*
Vide, *Homicida.* Vide, *Mater.* Vide, *Vxor occidens.*

Occidens, Occisor, &c.

Occidens se ipsum non potest sepeliri more Ecclesiastico. 23. *q.5. c. Placuit. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c.98.* Non est capax suffragiorum missæ (quocumque modo se occidat) *conc. Bracharen. 1. cap. 34.* Pro isto non accipiuntur oblata. *conc. Antisiodoren. c. 17.*
Occidere, nullus potest se ipsum. 23. *q.5. c. Si non licet.*
Occidens patrem, vel matrem, fratrem, vel sororem, priuatur Eucharistia per totam vitam. Item abstinere debet a comestione carnis perpetuo, & 2. 4. ac 6. feria perpetuo tenetur ieiunare. *Gregor.3. ep.1.* Vide, *Patricida. Nicol. 1.in decr. de pœnit.c.4.* Grauiorem imponit. 33. *q.2. c.Latorem.* Vide infra, *Occisorum pœnæ.* vbi aliæ sunt pœnitentiæ.

Occi-

Occidens proprios filios, qua pœnitentia plecti debet. Vide, *Pater. de Pœnitentia dist. 1. c. Si quis necandi*. Occidens filios natos ex adulterio. Vide, *Adulterinus*. Vide, *Mater*. Vide, *Vxor occidens*.

Occidens seruum propria auctoritate, per biennium excommunicetur. *Conc. Toletan. 17. c. 15.* Alijs etiam grauioribus macerandus est. *Conc. Agathen. c. 62.*

Occidens vxorem qua pœnitentia plecti debet, siue ex adulterio id faciat, siue ex alio. *Nicolaus 1. in decr. de pœnit. c. 3.* Et non potest amplius nubere. *ibid.*

Occidens presbyterum, excommunicatus est. *Nicolaus 1. in decr. tit. de presbyteris c. 6.*

Occidens presbyterum alicuius Ecclesiæ, vel mandans occidi, si est patronus, perdit ius patronatus; si aduocans, aduocatoriam; si feudatarius, feudum; si beneficiatus, beneficium, & ista dari non possunt consanguineis eius, vsque ad quartam generationem, nisi Papa dispenset. *De pœnis. c. In quibusdam. Conc. Later. 4. c. 45.* Vide, *Presbyt. percussores.*

Occidens presbyterum, per 12. annos pœniteat, careat perpetuò spe coniugij, & cingulo militiæ. *de pœnitent. & remiss. cap. Qui presbyterum*. Vide, *Clericorum percussores*. Vide, *Percussor*.

Occidens clericum, qui se immiscuit in delictis enormibus, si sit repertus sine habitu clericali, non est excommunicatus. *de sent. excommunic. c. Cum non ab homine. Si* id nescit.

Occidens in bello, non est reus homicidij. *23. q. 5. cap. Miles*. Vide, *Bellum*. Vide, *Miles*. Vide, *Occidere*.

Occidentes Episcopum in aliqua ciuitate, perpetuo careant Episcopo. *23. q. 2. c. vlt.*

Occidentes Prælatum, spoliandi sunt officijs, & beneficijs, quæ nec ipsis, nec eorum hæredibus reddantur, vsque ad quartam generationẽ. *de pœnis c. Ad aures. c. In quibusdam.*

Occidentes in duello. Vide, *Duellum*.

Occidens ex officio, non est reus homicidij. *23. q. 5. cap. De occidendis. cap. Miles. cap. Si homicidium. cap. Homicidas*. Vide, *Iudex*.

Occidens Deo iubente, laudatur. *23. q. 5. cap. Si non licet. cap. Lex æterna*. Vide, *Iudex*.

Occidens si est impuber, non fit irregularis. Vide, *Impuber*.

Occidens infantem, capitali pœna punitur. *de pœnitentia dist. 1. cap. 10. Si quis necandi*. Vide, *Mater*. Vide, *Vxor ducens*. Vide, *Adulterium*. Vide, *Homicidæ*.

Occidens ex casu, vel inuoluntariè, aut in furore.

Occidens ex casu, est innocens quantum ad gratiam, sed quantum ad legem est reus. *dist. 50. c. Hi qui arborem. 15. q. 1. c. Si quis non iratus. Nicolaus 1. in decr. tit. de clericis c. 3. Conc. Vormatien. 1. c. 29.*

Occidens casu adhuc pœnitentiam facere debet. *Concil. Mogunt. sub Leone 4. c. 23.*

Occidens casualiter dici non potest homicida. *dist. 50. c. Sæpè contingit. Conc. Vormatien. 1. c. 29.*

Occidens casu aliter, vel ex defensione, adhuc eget dispensatione Papæ. Vide, *Ordines sacri quibus prohibentur*.

Occidens in insania, seù furore, dum ad sensum reuertitur, agat pœnitentiam. *15. q. 1. cap. Si quis*. Sed leuis sit pœnitentia. *Conc. Vormat. 1. c. 28. Clement. de homicid. volunt. cap. vnico*. Vide, *Homicida*.

Occidens ad sui defensionem.

Occidere quis potest, si taliter nequit euitare mortem ab aggressore, & hic non fit irregularis. *Clement. de homicid. volunt. cap. vn.*

Aggressus potest occidere, si aliter non potest se defendere ab aggressore, & hoc est, *Vi repellere vim, cum moderamine inculpatæ tutelæ. de homicid. volunt. c. Significasti il 2.*

Aggressus non potest occidere aggressorem ad vindictam; si aliter potest se defendere. *de homic. volunt. c. Significasti il 2.*

Occidens ad defensionem adhuc eget dispensatione Papæ, vt in sacris ordinetur. Vide, *Ordines sacri quibus prohibentur.*

Non potest quis occidere furem, si potest vitam euadere. *de homicid. volunt. cap. Suscepimus*. Vide, *defendere*.

Vide, *Homicida*. Vide, *Occidere quando est malum*.

Occidentium pœnæ corporales, & spirituales canonicæ.

Occisor pœna mortis est puniendus. *de pœnitentia dist. 1. cap. 10. Si quis necandi. de homicid. voluntario cap. 1. 23. q. 5. cap. Homicidas*.

Occidens aliquem in conuersatione, si laicus est, excommunicetur; si clericus, deponatur. *conc. quod dicitur Apostol. c. 65.*

Occidentes, vel offendentes superiores in statu Ecclesiæ, quomodo puniendi. *Extrau. Ioann. XXII. de pœnis cap. vn. dierum*.

Occidens voluntariè fit irregularis. *Conc. Nanneten. 1. cap. 17. Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 7.* Vide, *Irregularitas, diffusè*. Etiam si delictum non sit probatum ordine iudiciario. *Conc. Trid. ibid.*

Occidens casualiter, fit irregularis. *de homicidio volunt. c. Presbyterum. Conc. Trid. ibid.* (Sed *ex Clement. de homicidio volunt. c. vn.* Olim non erat irregularis.)

Occidens ad se defendendum. *Ex Clement. vnica de homicid. volunt.* Non fiebat irregularis. Sed *ex Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 7.* fit irregularis.

Occidens casualiter, siue ad sui defensionem, siue aliter, indiget dispensatione Papæ, qui eam committit Episcopo, vel ex causa, Metropolitano, vel viciniori, qui causa cognita dispenset. *conc. Trid. sess. 14.* vbi supra.

Occidens in amentia, furia, vel somno, non fit irregularis. *Clement. de homicid. volunt. c. vn.*

Occidens, si est impuber, non fit irregularis. *Clement. ibid. Ioannes 8. ep. 146.* Vide, *Impuber*.

Occidens voluntariè non potest habere beneficia, neque curata, neque non curata. *Conc. Trid. sess. 14. de refor. cap. 7.* Etiam si delictum non sit probatum ordine iudiciario. *ibid.*

Occidentis patrem, vel matrem, vel fratrem, hæc erat pœnitentia. Per vnum annum, oret ante fores Ecclesiæ: per alium annum intret Ecclesiam, & stet cum audientibus. post hos annos, si fructum faciat pœnitentiæ, potest communicare. Per totam vitam carnem non manducet, ieiunet quotidie exceptis festis, & Dominicis. per tres dies in hebdomada abstineat à vino, ceruisia, & medone arma non ferat, nisi contra Paganos. pedester semper ambulet. & si ante duos annos primos moriatur, habeat Viaticum. *conc. Vormatien. 1. c. 30.* Alia mitior pœnitentia. Vide, *Occidens*. Vide, *Occisor*, *&c.*

Occidentis Sacerdotem hæc est pœnitentia. Per totam vitam non manducet carnem, nec bibat vinum. pedester semper ambulet. tota vita ieiunet, exceptis Dominicis. arma non sumat. Ecclesiam per quinque annos non intret, &c. *Concil. Vormat. 1. cap. 26. Conc. Mogunt. 3. cap. 16. concil. Triburien. 1. cap. 5.*

Occidentis alios voluntariè hæc est pœnitentia. Per dies 40. Ecclesiam non intret. veste vtatur lanea. abstineat ab esceis, & potu consuetis, à toro, gladio, & equitatu. in feria 3. 5. & Sabbato legumina comedat. ceruisiam mediocrem bibat. & alia. *de homicid. volunt. c. Interfecisti.*

Alia grauior taxatur in *Conc. Triburien. 1. c. 55. 56. 57. & 58.* Et si sit infirmus, reseruatur vsque ad sanitatis tempus. *ib. & Conc. Nanneten. 1. c. 18.*

Occidere mandantes per assassinos, sunt excommunicati. *de homicidio in 6. c. 1.* Vide, *Assassinium*.

Occidens seruum, absque iudicis sententia, licet iste morte esset dignus, per biennium facit pœnitentiam. *Concil. Vormat. 1. c. 38.* vel excommunicetur. *ibid.*

Occidens seruum ex zelo, per septem annos pœniteat: si ex casu, per quinque. *Conc. Vormatien. 1. c. 39.*

Occidens aliquem ad se defendendum, si aliter non potest euadere, facere debet pœnitentiam ad cautelam. *de homicid. volunt. cap. Interfecisti*.

Occidentes voluntariè, pœnitentiam vsque in finem facere debent. *Zachar. ep. 7. c. 23.*

Occidentium clericos pœnæ. Vide, *Clerici percussor*. Vide, *Percussor*.

Occidere paratus, aliquando ordinari non debet. *dist. 51. cap. Si quis*.

Occidentes inuoluntariè, adhuc pœnitentiam debent facere. *Zacharias ep.7.c.23. Conc.Mogunt. sub Leone 4. c.23.*
Occidens alium post pœnitentiam primi homicidij, adhuc cum pietate suscipiatur. *Ioannes 8. ep. 62.*
Occidens fratrem, ante peractam pœnitentiam non potest vxorem ducere. *Gregorius 7.lib.2.ep.48.* Vide, *Homicida.*

Occisores, quinam debent dici.

Occisor etiam dicitur, qui medicamentum dat, vel accipit, ne proles nascatur, vel vt moriatur. *De homicidio voluntario cap. Si aliquis.*
Occisor dicitur, qui armata manu, vel aliter assumitur ad capturam alicuius, si ex ea postea sequatur mors. *ibid. cap. Sicut dignum. §. Illi autem.*
Occisor etiam dicitur, qui occisorem impellit ad occidendum. *ibid. §. Qui verò.*
Item occisor dicitur, qui occisorem sociat non ad feriendum, sed ad opem ei ferendam. *ibid. §. Illi etiam. Concil. Later.3.tit. de pœnitentia c. 1.*
Occisor etiam dicitur, qui sarcinas occisorum custodit. *ibid. §. Hi quoque.*
Occisor est, qui consulit mortem, vel mandat. *De pœnitentia dist.1.c.23. Perniciosè.*
Occidere etiam dicitur, qui potens impedire occisorem, non impedit. *Conc. Later.3. tit. De pœnitentia c. 1.*
Occisor dicitur solum intentionaliter, qui odit ad mortem. *de pœnitentia dist.1. c.24. Homicidiorum.*
Occidens hæreticos, & excommunicatos ex zelo Sanctæ Matris Ecclesiæ, non tractatur, vt homicida. *23. q.5. c. Excommunicatorum.* Sed est talis quo ad irregularitatem, &c.
Occisorem associans clericus, occisor dicitur, & deponitur, ac in monasterio clauditur. *De homicidio volunt. c. Sicut dignum §. fin.* Vide, *Clericus percussor.*
Vide, *Clericus in causa sanguinis.*

Occisus.

Occisus in torneamentis, caret Ecclesiastica sepultura. *De torneamentis cap. 1.* Vide, *Torneamentum.*
Occisus in duello. Vide, *Duellum.*

Oculus.

Oculum habens maculatum non potest fieri Episcopus, sed à Papa dispensatur, vt fiat. *Conc. Lateran. 3. in append. tit. De electionibus c.3.* Si sit sine deformitate potest promoueri. *de corpore vitiatis cap. Cum de tua.*
Vide, *Episcopus.* Vide, *Irregularis.* Vide, *Sacerdos.*

Occultum.

Occulta delicta non possunt puniri. *Innocentius 1.epist.3. c.4. Zosimus ep. 2.*
Occulta delicta ab Ecclesia non iudicantur. *De simonia cap. Sicut tuis.*
Occultè nocens non potest excusari, quod fecit ex ioco. *De præsumptionibus cap. 1.*

Occupans.

Occupans locum, in quo quis iura possidet, si per occupationem non potest sua iura possidere, conueniri potest. *de restitut. spoliat. c. Pisanis.*
Occupans bona occisi, non est reus homicidij. *de homicid. & c. cap. Sicut.*
Occupans bona alterius non satisfacit, si dat ea pauperibus, sed debet dare domino. *ibid.*
Occupans bona Ecclesiæ vacantis, suspenditur ab officio, & beneficio. *de elect. in 6. c. Quia sæpe.* Vide, *Ecclesia.*
Occupantes terras Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.
Vide, *Inuasores.* Vide, *Ecclesia.* Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

Odium.

Odia publica inter se ferentes fideles, ab Ecclesia sunt remouendi, donec reconcilientur. *Conc. Arelat. 2. c.31.*
Odio habenda sunt peccata, non homines peccatores. *dist. 86. cap. Odio.*
Odia sunt restringenda, & fauores ampliandi. *de regulis iuris in 6. reg. 15.*
Odio alterius non debet quis prægrauari. *ibid. reg. 22.*

Offendere.

Offendentes, vel offendere facientes eos, qui proferunt sententiam excommunicationis, vel suos consanguineos, vel bona eorum, quomodo tractandi, ac puniendi. *De sententia excommunicationis in 6. c. Quicumque.* Vide, *Excommunicatio.*
Offendens, interficiens, vel capiens, aut carcerans nuncium ferentem sententiam excommunicationis, incurrit excommunicationem. *Conc. Turonen.4. c. 15.*
Offendentes eos, qui in Curia Romana litigant, siue per se, siue per alios offendant, sunt excommunicati, & alijs subiacent pœnis. *Alexander 6. constit. 11. In eminenti.* Vide, *Roma.* Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

Offerre. Offerens.

Offerri possunt in missa panis, & vinum, aqua mixtum. *De consecrat.dist.2.c. In Sacramentorum.* Vide, *Missa.* Vide, *Oblatio.*
Præter ista, nihil aliud in missa offerendum est. *ibid.* & *cap. Non oportet. cap. Cum omne.*
Offerentium nomina in missa sunt recitanda, & pro eis est orandum. *de consecr. dist.1. cap. De nominibus. Innocent. 1. ep. 1. c. 2.* Sed non recitentur ante missam. *ibid.*
Offerendum est aliquid à Christianis in missa. *de consecrat. dist.1. cap. Omnis christianus. Conc. Rom.5. sub Gregorio 7. c. vlt.* Vide, *Oblata. Oblationes.*

Officia, seu munera.

Officia omnium Ecclesiasticorum, quænam sint in Ecclesia. *Dist. 25. cap. Perlectis.* vbi omnia distinctè.
Officia duo perpetuò ab eodem teneri non possunt sine dispensatione Papæ. *de consuetud. in 6. c.1.*
Officia duo non danda vni in Ecclesia. *dist.89. c. Singula.*
Officium Ecclesiasticum per pecuniam obtinens, est excommunicatus, ita & dans. *Conc. quod dicitur Apost. c. 30.*
Officia Ecclesiastica ambientes. Vide, *Ambiens.* Vide, *Sedes Apostolica.*
Officia procurantes apud S. Sedem per promissa, vel dona, & mediatores, incurrunt excommunicationem Papalem. Vide, *Sedes Apostolica*, circa omnes casus.
Officium, quod sine peccato non potest exerceri, relinquendum est. *de pœnit. dist.5. c. 6. & 7.*
Officium ambitiosè petens, est repellendus. *Gregorius 1.lib. 7. ex regest. ep.112. & 116. 1. q.6. c.vlt.*
Officium Ecclesiasticum dari non potest per munera. *ib.* Vide, *Simonia.*
Officium Episcopale non administrans, vt debet, non est Episcopus, sed canis impudicus. *2. q. 7. cap. Qui nec.*
Officia Ecclesiastica non possunt dari ad firmam, id est locari. Sed redditus eorum de licentia superioris possunt dari. *concil. Oxonien.1. c.15.* Vide, *Circulationes.*

Officialis.

Officialis manum inijciens in clericum, est excommunicatus. *De sent. excomm. cap. Si verò.*
Officialis, seu Lictor verberans clericum, etiam iussu iudicis, est excommunicatus. *ibid. c. Vniuersitatis.*
Officiales Vniuersitatis, qui leges, aut statuta faciunt contra Ecclesiasticam libertatem, sunt excommunicati. *ibid. cap. Grauem.*

Officia-

Officialis alicuius excommunicati, non est excommunicatus. *De officio Vicarij in 6. c.1.*

Officialis Episcopi, potest habere delegatum. *Clement. de rescriptis cap. Etsi.*

Officiales Ciuitatum facientes instrumenta de vsuris, sunt excommunicati. *Clement. de vsuris cap.vn.*

Officiales S. Officij iurare tenentur de fidelitate, &c. *Clement. de hæret. c.1. §. Porrò. Innocentius IV. constitut.10. Ad extirpanda §.8.*

Officialium Papæ morientium beneficia, prouidentur à Papa. *Extra, de elect. cap. Ex debito.*

Vide, *Beneficia Papæ reseruata.*

Officialis excommunicatus, post Officium, etiam remanet excommunicatus. *Conc. Later.4. c.46.*

Officiali excommunicato succedens (si ob exactionem indebitam à clericis fuit excommunicatus,) nisi intra mensem satisfaciat reuocando, &c. incurrit in eamdem excommunicationem. *Conc. Later.4. c.46.*

Officiales status Ecclesiæ non possunt aliquem grauare ad portandum ligna, frumentum, vel alia, ex nullo capite, nisi soluto debito pretio. *Gregor.XI. const.5. Releuationi.*

Officiales Laici relegantes, proscribentes, vel bannientes clericos, excommunicati sunt, & Papæ reseruatur absolutio. *Vrban.6. const.3. Quia sicut.*

Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.*

Officialium mercedes in causis, pro Vrbe, & statu Ecclesiæ, quænam sint. *Pius IV. const.58. cum ab ipso.*

Officiales Cancellariæ Romæ, Datariæ, &c. non possunt vltra taxam emolumenti, aliquid vltra accipere, prætextu celerioris expeditionis: neque ex hoc motiuo differre expeditionem, sub pœna excommunicationis, & priuationis emolumentorum per semestre pro prima vice; per annum, pro secunda vice; & pro tertia priuationis officii. *Vrbanus VIII. constitut.6. Sanctissimus c.67.*

S. Officij Congregatio Romæ.

S. Officii Congregatio Eminentiss. Cardin. Romæ instituta est *à Paulo III. constit.34. Licet.* Potestas eius est iudicare in causis fidei, processare, carcerare, degradare, bona confiscare, instituere officiales, & alios Inquisitores in Ciuitatibus, sibi benè visis deputare cum simili, vel limitata facultate. & alia. *ibid.*

S. Officii processus, & acta. Vide, *Processus.*

Vide, *Congreg. Card. S. Officij.* Vide, *Inquisitores supremi.*

Officium diuinum, quando, quomodo, & quale recitandum.

Officium diuinum cum Psalmis, Hymnis, Antiphonis, omni die in Ecclesia est recitandum ab Ecclesiasticis. *Concil. Agathense c.30. Concil. Tarraconense c.7. Conc. Aurelian. 3. cap.14. Concil. Lucense 2. cap.63. de consecr. dist.5. cap. Conuenit.* Numquam prætermittendum recitari in Choro. *Concil. Mediolan.1. par.2. tit. Communia de ratione officiorum.*

Officium in Choro etiam à monialibus recitandum est. *Concil. Cabilon.3. c.59.*

Officiorum Ecclesiæ ritus, qui olim seruabantur. *Conc. Turonens.2. cap.19.*

Officium Ecclesiasticum, tam in psallendo, quam in Missa, eodem ritu recitandum est ab omnibus Ecclesiis. *Concil. Toletan.11. c.3. concil. Brachar.1. c.19. de consecrat. dist.5. cap. conuenit.*

Officium Ecclesiasticum, tam in Ecclesiis, quam in monasteriis, sub eodem ritu est celebrandum: eædem lectiones, in missis, & aliis recitandæ. *concil. Bracharen.1. cap.19. 20. & 21.* Et iuxta ordinem Calendarii recitandum est. *Conc. Mediol.1. p.2. tit. communia de ratione officiorum.*

Officia diuina ritu Romano per Hispanias, sunt recitanda. *Gregor.7. lib.1. ep.63. & 64.*

Officia diuina recitanda in Ecclesiis, iuxta obligationem fundationis. *conc. Senon. in decr. morum c.13.*

Officia recitanda sunt in Ecclesiis, vt recitantur in Metropoli, iuxta statutum Metropolitani. *Conc. Tolet.11. c.3. Concil. Epaunen. c.27.*

In alijs inferioribus recitari debet, sicut in Cathedrali, exceptis priuilegiis, quæ habentur per Sedem Apostolicam. *Conc. Mediol.1. p.2. tit. Communia de ratione officiorum.*

Officijs diuinis se subtrahentes, puniendi sunt, & deponendi. *Conc. Lucense 2. c.63. dist.91. cap. Eleutherius, & cap. Presbyter.*

Qui in Matutino, & Vesperis, non est præsens, antequam dicatur *Gloria Patri* primi Psalmi, excepto casu necessitatis, distributionem diei pro Matutino, & Vesperis amittit. ita in alijs horis. sic qui vsque ad finem Officij, vel horæ non est præsens. Sic in Missa, si antequam finiatur Epistola non est præsens; vel vsque ad finem non permanet. Sic fiat cum ijs, qui à principio vsque ad finem processionum non sunt præsentes. *Conc. Senon. in decret. morum cap.20.* Vnus deputandus ad notandum præsentes, absentes, &c. & iste iuret de fidelitate seruanda. *ibid.*

Vide, *Chorus.* Vide, *Distributiones.*

Officium Paschæ, & Pentecostes. ac per Octauas, cum vno tantum Nocturno, tribus Psalmis, & tribus Lectionibus, ex antiquo more recitetur. *De consecrat. dist.5. cap. In die Resurrectionis.*

Officium per annum in aliis festis cum nouem Psalmis, & nouem Lectionibus est recitandum. *De consecr. dist.5. cap. In die Resurrectionis.*

Officium de Dominica, exceptis Paschatis, & Pentecostes, cum 18. Psalmis recitetur. *ibid. de consecr. dist.5. c.In die.*

Officium aliorum dierum non Festorum, cum 12. Psalmis, & tribus Lectionibus recitandum. *ibid.*

Officium, quod in quotidianis diebus aliqui recitant, cum tribus Psalmis, & totidem Lectionibus, non est ex Patribus, sed ex negligentia. *De consecrat. dist.5. c.In die, &c.*

Officium recitandum est à quolibet Presbytero in Ecclesia, cui præest. *Concil. Nanneten.1. c.8.*

Officium diuinum recitaturi canonici, dignitates, &c. clerici, è Sacristia ordinatè exeuntes ad Chorum accedant ad suum quisque locum post inclinationem factam altari. & alia obseruanda. *Concil. Mediol.1. par.2. tit. communia de ratione officiorum.*

Qui absque hoc ordine ad Chorum accedit (excepta causa probanda à Præfecto Chori) dimidia parte distributionum illius horæ priuandus est. Qui officium incœperit absque eo, quod isto ordine ad Chorum accedatur, amittit distributionem illius horæ. *Conc. Mediol. ibid.*

Qui ad locum non accedit ante finem primi Psalmi *Venite exultemus*, pro absente habetur, & distributione illius horæ priuatur. Sic etiam, qui in Missa non accedit ad locum ante vltimum Kyrie eleyson, eodem tractetur. Si quis ex industria differt conuenire ante principium Officij, pro absente habetur. *ibid.*

Versus, Antiphonæ, &c. dum organa pulsantur, distinctè in choro recitentur. *Conc. Mediol.1. p.2. tit. de musica.*

Officio debet esse præsentes, qui volunt habere distributiones. *Concil. Rauenn.1. sub Honorio IV. cap.5.* Quando debent accedere, & quantum debent manere in choro, vt dicantur esse præsentes, & quomodo propter hoc diuidendæ sunt distributiones. *ibid.*

Vide, *Horæ canonicæ.*

Præsens dicitur, qui ab infirmitate impeditur, nè sit præsens. *ibidem.*

Vide, *Beneficiatorum obligationes.* Vide, *Distributiones.*

Officium recitandi hora per campanam significetur, neque incipiat recitari, nisi campana cesset pulsari. *Concil. Rauenn.1. sub Honorio IV. c.5. Conc. Mediol.1. p.2. tit. Communia de ratione officiorum.*

Vide, *Chorus.* Vide, *Psallere.* Vide, *Punctator.*

Officium diuinum cum quibus cæremonijs, ac solemnitatibus recitandum.

Officium diuinum in omnibus Ecclesijs horis debitis recitandum est, debito ritu, & cultu, non sincopando verba, neque alia miscendo. *Clement. de celebrat. missarum c.1.*

Dum officium recitatur clerici non possunt in choro confabulari, mussitare, vel in angulo chori se recipere, & ibi nugari. *Conc. colon. 2. p. 3. c. 6. Conc. Mogunt. 4. cap. 53. Conc. Turon. 1. c. 7. & Turon. 4. c. 4.*

Officium deuotè, & cum attentione est celebrandum, sub pœna suspensionis, &c. *De celebrat. missarum c. Dolentes. Conc. Londin. 1. c. 1.* Non recitandum festinanter. *ibid. & Conc. Later. 4. c. 17. Conc. colon. 2. p. 3. c. 5.* Cum attentione recitandum. *conc. Mogunt. 4. c. 53. Conc. Treuer. cap. 6. Conc. Senonense in decr. morum c. 17.*

Officium diuinum ore tantum, & non mente, seù attente recitans inter hipocritas est reputandus. *Conc. colon. 2. p. 2. c. 7. Conc. Mogunt. 4. c. 53. Conc. Treuer. c. 6.*

Officium recitans tenetur eleuatam habere mentem ad Deum. *Conc. Colon. ibid. & p. 7. c. 13.*

Officium diuinum non cursim, sed tractim, seruatis interuallis est recitandum. *Conc. Treueren. cap. 6. Conc. Senon. in decr. morum c. 17.* Cum puncto in medio. *ibid. c. 18.*

Officium ore tantum recitans, & mente forum, vel domum circumit, Deum fallit, & à Deo contemnitur. *ibid. cap. 6. Conc. Treuer. ibid.*

In recitando officio seruetur differentias inter dies festos, & prophanos, &c. *ibid. c. 6.*

Non recitandũ truncatis verbis, vel intra fauces murmurando, sed articulatè, & distinctè. *Conc. Senon. de horis canonicis c. 19. Conc. Treueren. c. 6.*

Non recitandum deambulando, ne mens euagetur. *ibid. c. 6.*

Dum officium recitatur in choro, nullus potest priuatum, vel cum alio recitare illud; & ita faciens vt absens habeatur. *conc. Treuer. c. 6. Conc. Turon. 4. c. 4.*

Si dum officium recitatur, beneficiatus deambulat per Ecclesiam, vel foris, vt absens habetur, & priuatur distributionibus. *Conc. Mogunt. 4. c. 73. conc. Turon. c. 7. conc. Senon. in decr. morum. c. 19.*

Officium quolibet anni tempore à clero in choro Ecclesiæ celebrandum. si tempora sint frigida, recitetur in sacristia, vel alio loco commodo, de licentia Episcopi. *Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. De matutino, & prima.*

Matutinum, vel media nocte, vel ante auroram, vel alio tempore ab Episcopo præscripto recitandum est. *ibidem.* Numquam recitetur vesperi, nisi in octauis Corporis Christi, & alijs, iuxta Romanæ Ecclesiæ Rubricas. *ibid.*

Officium primæ oriente sole, vel paulo post, dicatur. *Conc. Mediol. ibid.*

Vt rite officia diuina celebrentur, fieri debet tabella, in qua notetur, quid quilibet in Ecclesia per hebdomadam facere debet. & qui deest per se, vel per alium facere suam functionem, careat distributione illius diei. *Concil. Senon. in decr. morum. c. 20.* Vide, *Chorus.*

Diuina officia non perturbanda à populis in Ecclesia existentibus, sed cohibeantur perturbatores. *Concil. Sabinen. capit. 18.*

Officio diuino præsentes habere non possunt vestes cum manicis longis ex cubito vsque ad pedes, & desuper ipsis cottas, sub pœnas priuationis fructuum beneficij per mensem pro qualibet vice. *Conc. constant. sess. 43.*

Vide, *Chorus.* Vide, *Psallere.*

Officia diuina in qua lingua recitari possunt.

Officia diuina in linguis diuersis recitare permittuntur ab Ecclesia Romana in regionibus diuersi. *Conc. Lateran. 4. c. 9.*

Officia diuina non possunt recitari in lingua Sclauonica. *Gregor. 7. l. 7. ep. 11.*

Officium B. V. paruum lingua vulgari compositum, est prohibitum. *Pius V. const. 122. Superni.*

Officium, quomodo recitandum tempore interdicti.

Officium tempore interdicti (in Ecclesia non interdicta) recitari potest submissa voce ianuis clausis. *De pœnit. & remiss. c. Quod in te. De sent. excommunicat. in 6. c. Alma mater.* Sed campanæ non pulsentur. *ibid.*

In diebus verò Paschæ, Pentecostes, Natiuitatis Domini, & Assumptionis Beatæ Mariæ, omnia officia diuina possunt recitari, & fieri apertis ianuis Ecclesiæ, pulsatis campanis, & alta voce, excommunicatis tantum exclusis: interdicti verò admitti possunt. Sed qui causam dederunt interdicto, ad altare non possunt accedere (id est communicare.) *de sent. excom. in 6. cap. Alma mater.*

Vide, *Interdictum.*

Officium non recitans.

Officium non recitans beneficiatus non impeditus, si per sex menses à collatione beneficii hoc faciat, priuatur fructibus beneficii pro illo tempore perceptis. si vltra sex menses non reciter, priuatur beneficio. Dicitur autem non recitare, si pro quolibet quindecim dierum spatio bis in dicto tempore non recitat. Fructus autem, quibus priuatur, pauperibus, vel Ecclesiæ beneficiati erogandi sunt. *Concil. Lateran. 5. sess. 9. in Bulla de reform. cap. 3.* & est *Leonis X. const. 7. Supernæ.* §. 38. *Reformatio cleri Germaniæ c. 27.*

Qui est in sacris, licet beneficia non habeat peccat mortaliter, si non recitat officium, & ab Episcopo punitur. *conc. Mediol. 1. part. 2. tit. De horis, &c.*

Vide, *Beneficiatorum obligationes.*

Officia quædam diuina, particularia.

Officia Apostolorum, & Euangelistarum, & quatuor Doctorum Ecclesiæ, sub ritu duplici facienda iussit *Bonifacius 8. Reliquiis, & venerat. Sanctorum in 6. c. vn.*

Officio Corporis Christi præsentes, etiam laici, has indulgentias lucrantur, si confessi & penitentes sunt. qui Matutino assistunt centum dies; qui missæ totidem; sic qui primis, vel secundis vesperis. Qui horis canonicis, vt primæ, tertiæ, sextæ, & nonæ, in festo 40. pro qualibet; qui per octauas sunt præsentes matutinis, centum. *Clement. de reliquiis, & venerat. Sanctorum c. vn.*

Vide, *Christi corporis, &c.* Vide, *Festum.* Vide, *Chorus.*

Officium B. Mariæ, olim, quolibet Sabbatho erat recitandum. *Post. conc. claramon.* Nunc verò quando non accidit in Sabbatho, aliud officium 9. Lectionum.

Officio Conceptionis B. Mariæ Virginis à Leonardo de Nugarolis præsentes in festo, & per octauas lucrantur indulgentias, sicut qui sunt præsentes officio Corporis Christi. *Extra, de reliquiis, & venerat. Sanctor. c. cum præexcelsa.* Quænam sint indulgentiæ. Vide infra, *Officium Corporis Christi.*

Officium paruum B. Mariæ Virginis reformatum approbatur. *Pius V. const. 122. Superni.* Prohibetur nè aliud recitetur, vel officium vulgari lingua compositum. *ibid.*

Officium istud paruum recitantes multas indulgentias consequuntur. *ibid. §. 8.*

Officium defunctorum cum tribus Lectionibus, olim, in quibusdam prouinciis, quolibet die non solemni, erat recitandum à sacerdote, maximè quando missam pro Defunctis erat celebraturus. *conc. Treueren. 4. c. 1.*

Officium Defunctorum, quod in Breuiario apponitur aliquando recitandum, non obligat sub peccato mortali. (intellige priuatas personas.) *Pius V. const. 64. Quod à nobis. §. 9.*

Officia Romanæ Curiæ.

Officia Cancellariæ venalia facta ex necessitate sub *Innocentio 8.* & quare. *constitut. 12. Non debet.* Vide, *cancellaria.*

Officia, quæ à Sede Apostolica Romæ conceduntur, & eorum emolumenta, & iura, vt Pœnitentiariæ, Vicecancellarii, Auditoris Generalis Cameræ, &c. non possunt alienari, compensari, commutari, &c. tales contractus rescinduntur, & transgressores ijs priuantur. *Sixtus 5. const. 106. cum pro suprema.*

Officia vacabilia Romæ à Papa prouidentur, & conferuntur. *Vrbanus 8. const. 20. Sanctissimus.* & reuocatur omnis facultas disponendi de illis, cuicumque concessa. Idem confirmat *Innocentius X. const. 7. Etsi ea.*

Officia

Officia vacabilia Romæ per mortem habentium illa, non intelliguntur vacare per assumptionem ad Episcopatum, vel Commendam, sed per assumptionem ad Cardinalatum; & in hoc reuocatur Constitutio *Sixti V. Vrbanus 8. in append. const. 38. Decet Romanum.*

Officia Romanæ Curiæ concessa alicui, cum facultate substituendi coadiutorem, qui succedat, redeunt in pristinum; & reuocatur illa facultas. *Innocentius X. constitut. 7. Etsi a.* & confirmat *constitutionem Vrbani VIII. vt supra. Decet.*

Officiorum vacantium Romę pretium non potest ab vllo percipi in toto, vel in parte. & reuocantur concessiones hucusque adhuc factæ. *Vrbanus 8. const. 6. Sanctissimus c. 64.*

Oleum sanctum, &c.

Oleum ad fugandos dæmones ab Episcopo benedicendum; eo tamen absente, etiam à diacono potest benedici. *Lib. 8. constit. Apost. cap. 29.*

Oleum infirmorum ab Episcopo benedicendum, & infirmis dandum. *Conc. Cabilon. 3. c. 48. Conc. Vormatien. 1. c. 72.* Fit ex Chrismate etiam. *conc. Vormatien. vbi supra.*

Oleo isto vngendi sunt infirmi per Presbyteros. *Innocentius 1. ep. 1. cap. 8. Dist. 95. cap. Illud superfluum.* Et ipsemet Episcopus potest vngere. *ibid.* Vide, *Extrema vnctio.*

Oleum Sanctum sub clauibus custodiendum. *Conc. Rauenn. 2. sub Clemente V. c. 7. Conc. Oxonien. 1. c. 17.*

Oleum Sanctum, Græci Presbyteri non cogantur accipere à Latinis, quia ipsi habent alio modo confectum. Sed Chrisma tenentur à Latinis accipere. *Clemens 8. const. 34. §. 4.*

Oleum non consecratum misceri potest consecrato, & vtrumque est consecratum. *De consecrat. c. Quod in dubijs.*

Oleum Sanctum, Episcopi tenentur dare fratribus, vt suos fratres infirmos possint vngere. *Clemens 8. const. 57. Exponi.* Vide, *Extrema vnctio.*

Oliuetani.

Vide, *Monachi Oliuetani.*

Onera.

Onus sentiens, sentire debet commodum; & è contra. *De regulis iuris in 6. reg. 55.*

Oneri succedit, qui succedit in honore. *ibid. reg. 77.* Vide, *Successor.*

Opera humana.

Opera bona præterita peccanti non prosunt, dum est in peccato. *de penit. dist. 4. c. 15. Si auerterit.*

In opere bono Deus est, qui incipit. & falsum est dicere, quod homo incipit, & postea Deus adiuuat. *conc. Arausican. 2. cap. vlt.*

In opere bono gratia præcedit, vt fiat. *Concil. Arausican. 2. cap. 18.* & semper ea præcedit Christi virtus. *Concil. Trid. sess. 6. cap. 16.*

Opera humana omnia non diuiduntur immediatè in virtuosa, & vitiosa. *Concil. Constantiense contra art. 16. Ioannis Huss.*

Opus bonum non est veniale peccatum. *Leo X. constitut. 40. Exurge*, contra Lutherum, neque semper cum eo coniunctum. *Conc. Trident. sess. 6. cap. 11. & can. 25.*

In omni opere bono iustus non peccat. *Leo X. ibid. Concil. Senon. cap. 17.*

Opera bona (præter fidem) sunt adultis necessaria ad salutem. *Conc. Senonense c. 16.*

Opera bona facta ante peccatum, eo deleto prosunt. Vide, *Penitens.*

Opera meritoria, apud Deum non sunt æqualia. *Concil. Senon. cap. 17.*

Opera bona iusti sunt etiam Dei dona. *Concil. Trident. sess. 6. cap. 16. & can. 32.*

Opera bona iustorum sunt effectus gratiæ Dei, mouente, & adiuuante Spiritu Sancto, & sunt digna vita æterna. *concil. Mogunt. 4. cap. 8. Conc. Arausic. 2 cap. 18. conc. Trid. sess. 6. cap. 16.*

Opera bona iustorum non sunt æstimanda secundum vires humanas, sed secundum gratiam, quam in eos influit Christus. *conc. moguntin. 4. c. 8. conc. Trident. sess. 6. c. 16.*

In opere bono gratia Dei est extollenda. *Concil. Mogunt. 4. cap. 8.*

Opera facta per vires naturæ, vel ex legis doctrina, sine gratia Dei, non possunt iustificare. *Conc. Trid. sess. 6. can. 1.*

Opera bona facta ante iustificationem, non omnia sunt peccata. *ibid. can. 7.*

Opera bona iustificati, possunt augere gratiam. *Concil. Trid. sess. 6. can. 24.*

Opera bona iustificati non sunt solum signa iustificationis, sed etiam causa agentes iustificationem. *ibid. cn. 24.*

Opera bona iusti non dicuntur talia eò quod Dus non imputat ad malum. *ibid. can. 25.*

Opera bona iusti merentur retributionem ex lsi misericordia, & Christi merito, si iustus perseuerat vsque in finem. *Conc. Arausican. 2. c. 18. conc. Trident. sess. 6. cn. 26.*

Operans benè ex intuitu mercedis vitæ æternæ, on peccat. *conc. Trid. sess. 6. c. 11. & can. 31.*

Opera omnia bona hominis fiunt ex gratiæ adiutor. Vide, *Adiutorium.* Vide, *Auxilium.* Vide, *Gratia.*

Operibus bonis iustus meretur augmẽtum gratię, vitam æternam, & eius consecutionem, si moritur in gratia. *concil. Tridentin. ibid. can. 32.*

Vide, *Bona.* Vide, *Gratia.* Vide, *Homo.*

Opera diaboli.

Opera diaboli, quibus renunciat Christianus in baptio, quæ sunt. Vide, *Baptizatus.*

Opponere. Opponens.

Opponens, non probans, condemnatur in expensis, & p triennium suspenditur à beneficio; quod si in eo se ingeri perpetuò est eo priuatus. *de elect. in 6. c. 1. §. finali.*

Opponens de scientia, vel persona, si non probat, non prosequitur; & cadit à iure suo. *ibid. cap. Si fortè.* Vide, *Electio.* Vide, *Electus.*

Opponens de scientia, vel ætate contra eligendum, non potest pœnitere. *ibid. c. Ab eo.*

Opponens tenetur probare, quod opponitur; non autem is cui opponitur. *De sententia excommunic. in 6. c. Si Iudex.*

Opponens exceptiones, crimina, &c. contra electum, debet in appellatione ea afferre. nisi enim afferat, licet postea afferat, vel iuret ea de nouo habere, non est ei credendum; neque admittendus. *Clement. de elect. cap. Constitutionem.* Vide, *Electio.* Vide, *Electus.* Vide, *Exceptio.*

Oppressus.

Oppressi à quocumque per Episcopos sunt releuandi. *Eleutherius in ep. decret.*

Oracula.

Oracula viuæ vocis à Papa concessa vsque ad sua tempora, reuocat *Gregorius XV.* ijs exceptis, quę data sunt Cardinalibus. *const. 27. Romanus.*

Oracula viuæ vocis, per quæ concessum est aliquid Regularium Generalibus, Prouincialibus, & personis cuiuscumque Religionis, & instituti, etiam data intuitu Principum, vel Regum, vel aliorum, reuocat *Vrbanus 8. in append. const. 9. Alias.*

Oracula viuæ vocis non censentur reuocata pro illis officialibus, qui ea obtinuerunt ratione munerum suorum. *Vrban. 8. in append. const. 29. Alias.*

Orare.

Orandum non est cum clericis excommunicatis, sub eadem pœna. *Conc. quod dicitur Apostol. c. 12. & 64.* Vide, *Excommunicati.*

Orandum non est cum hæreticis, aut schismaticis, sub pœna excommunicationis. *concil. quod dicitur Apostol. c. 64. concil. Laodicen. c. 9 & 33. conc. Lucense 2. c. 70. 1. q. 1. cap. Non liceat.* Vide, *Hæretici.* Vide, *Schismatici.*

Orandum non est cum Catechumenis. *Concil. Laodic. c. 19.*

Orandum sæpè est in qualibet die, etiam à laicis. *conc. Laodic. c. 18. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 61. conc. Paris. 6. l. 2. c. 11.* Vide, *Preces.*

Orandum est cum simplicitate, non cum venustate. *dist. 38. c. Sedulò, & Indignum.*

Orandum est pro mortuis. *Lib. 8. const. Apostol. c. 41.* Vide, *Defuncti.* Vide, *Mortui. concil. Florent. sess. vlt. in literis vnionis.*

Orandum non est pro occidente se ipsum. *23. q. 5. c. Placuit.* Vide, *Occidens.* Vide, *Occidere.*

Orare non est pro infidelibus mortuis in peccato, etiam si sint parentes. *Nicol. 1. ad consulta Bulgar. c. 88. 13. q. 2. c. In præsti.*

Orandum non est flexis genibus in Dominicis, & in festis Pentecostes. *conc. Nican. 1. cap. 20. concil. Lucen. 2. c. 57. conc. Aquisgranen. 3. c. 37.*

Idem orandum à Paschate, vsque ad Pentecostem. *dist. 30. c. Sacris Presbyter.*

Orare potest in Ecclesia, & in aliis locis. *conc. Paris. 6. l. 2. c. 13.*

Orare non potest masculus capite velato, vel ligato. *Nicolaus 1. consulta Bulgar. c. 66.*

Orandum non est pro furibus, & latronibus in peccato occisis. Secus verò si comprehensi pœnitentiam egerunt, & ea occisi sunt. *De furtis, c. Fures.* Vide, *Furtum.*

Orandum est pro dominis, & magistratibus. *conc. colon. 2. p. cap. 18.*

Orandum non est pro excommunicato etiam contrito, nisi absoluatur. (intellige de oratione publica Ecclesiæ.) *de sent. excommunic. c. A nobis.*

Orantes pro alijs, estò faciant pro eleemosyna, & subuentione temporali, non sunt simoniaci. *conc. constantiense contra art. 25. Vvicleff.* Vide, *Oratio.*

Orarium, seu stola.

Orario, seu stola, alij ministri altaris (excepto diacono) vti non possunt. *conc. Laodicen. c. 22.*

Orarium tenere non potest monachus in monasterio. *concil. Aurel. 1. c. 22. 27. q. 1. c. Monacho.*

Orario vti debent Presbyteri. *conc. Mogunt. 1. c. 28.* Olim semper illud portabant. *ibid.*

Orarium super scapulas ferendum est à Presbyteris. *conc. Brachar. 1. c. 27.*

Orario vti possunt diaconi. *conc. Bracharense 1. c. 27. dist. 25. c. Vnum orarium. conc. Tolet. 4. c. 40.* In humero sinistro debet ferri à diacono. *ibid.*

Vide, *Diaconi vestes.* Vide, *Stola.*

Oratio.

Orationes quotidianæ faciendæ. *conc. Laodicen. c. 18.*

Orationes diuersæ, quæ fiebant in primitiua Ecclesia. *Lib. 8. const. Apost. c. 36. 37. 38. 39. & 40.*

Orationes mentales, vocales, & ad osculum pacis, faciendæ sunt. *conc. Laodicenum c. 19.*

Oratio ad Deum facienda cum simplicitate, non cum venustate. *dist. 38. c. Sedulo, c. Indignum.*

Oratio latina recitari potest ab idiotis, & mulieribus, licet non intelligant. *conc. Senon. c. 17.*

Oratio facienda est frequenter in Ecclesia. *conc. Paris. 6. lib. 2. c. 11. conc. Laodic. c. 18. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 61.* Vide, *Preces.*

Oratio fieri potest non solum in Ecclesia, sed in omnibus locis. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 74.*

Oratio est semper necessaria homini cuilibet, etiam perfectissimo. *conc. Vienn. Gener.* Vide, *Homo.*

Oratio non est necessarium, vt fiat manibus iunctis ante pectus. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 54.*

Oratio præsciti potest esse bona. *conc. constantiense contra art. 26. Vvicleff.*

Oratio facta à multis pro vno, maximè placet Deo. *de pœnitentia dist. 1. c. 79. Fleat.*

Orationes prosunt defunctis. *Lib. 8. const. Apostol. c. 41. concil. Florent. in literis vnionis.* Vide, *Defuncti.* Vide, *Purgatorium.* Vide, *Anima.*

Orationes non prosunt mortuis damnatis, id est, in peccato defunctis. *13. q. 2. c. In præsenti.*

Orationes, seu collectæ, quæ in missa dicuntur, sint ad summum tres, vel quinque. *conc. Mediol. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad celebrat. missæ.*

Orationes, & ieiunia imponi possunt ab Episcopo in necessitate, non autem à sæculo. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 56.*

Orationes applicatæ alicui à Prælatis, vel Religiosis, cæteris paribus, plus prosunt, quam aliæ. *concil. constantiense contra art.... Vvicleff.*

Orationes funerales. Vide, *Funeralia.*

Oratio. Vide, *Preces.*

Oratio Dominica, seu Pater noster.

Oratio Dominica (seu Pater noster) ab omnibus scienda. *conc. Rhemense cap. 2. concil. Foroiulience. conc. Mogunt. 1. cap. 45.*

Parentes tenentur eam docere filios in ea lingua qua possunt. *conc. Mogunt. 1. c. 45.*

Oratio Dominica, omni die recitanda. *conc. Tolet. 4. c. 10. conc. Moguntin. 1. cap. 45.* Negligentes ieiunijs puniantur. *ibidem.*

Oratio Dominica dicenda est in missa. *Gregorius 1. lib. 7. ex regest. ep. 64.*

Post solam orationem Dominicam Apostoli consecrabant. *ib.*

Oratio Dominica post Matutinum, & Vesperas, semper dicenda est. *conc. Gerundense 1. c. 10. de consecrat. dist. 5. c. Id semper.*

Oratione Dominica, dimittuntur peccata leuia, (id est venialia.) *conc. Tolet. 4. c. 10.*

Orationes 40. Horarum.

Orationes 40. Horarum sic faciendæ sunt. Sanctiss. Sacram. in altari decenter ornato est ponendum tempore missæ, & Litaniæ statim cantandæ, & extra Ecclesiam non feratur Sanctissimum, nisi Episcopus aliter iudicet. *conc. Mediol. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad Sacram. Euchar.*

Dum fiunt istæ orationes, clerici non confabulentur, nec deambulent per Ecclesiam, sed stent in Choro. *conc. colon. 3. tit. Censuræ c. 23.*

Dum fiunt orationes 40. horarum in Ecclesia, nullus maneat præter orantes, & custodes. *conc. Mediol. vbi supra.*

Mares separati à fœminis orent. *ibd.*

Orationes 40. horarum per totum annum faciendæ sunt in Vrbe. sic distributæ sint Ecclesiæ, & dies, vt semper diu noctuque expositum teneatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. *Clemens 8. const. 17. Graues.*

Orationi præfatæ præsentes, si confessi, & contriti sunt, plenariam indulgentiam consequuntur. *ibid. §. 4.*

Oratorium.

Oratoria sine missis publicis consecranda sunt. *Gregorius 1. l. 7. ep. 6. l. 8. ep. 3. & ex regest. l. 7. ep. 3.*

In oratorijs præter orationes, nihil aliud fieri potest. *dist. 42. cap. vlt.*

In oratorijs non potest esse baptisterium. *Gregor. 1. l. 2. ep. 19. l. 8. ep. 3. Zacharias ep. 3. c. 15.* Vide, *Baptisterium.*

In oratoriis etiam de Papæ licentia dedicatis fieri non possunt processiones. *De consecr. dist. 1. c. Certum.*

In

In oratorijs non possunt esse sepulturæ. *Gregor. I. lib. 2. ep. 9.* Vide, *Sepulturæ*.

In oratoriis priuatis non possunt teneri campanæ. *De priuil. cap. Patentibus*.

In oratoriis non possunt ministrari Sacramenta. *De consecr. dist. 1. cap. Clericos*.

Oratoria in villis permitti possunt, vt in eis missæ dicantur, exceptis multis diebus solemnibus. *Concil. Agathen. c. 21. De consecrat. dist. 1. cap. Si quis etiam*.

Episcopus potest dispensare, vt in eis quolibet die dicantur Missæ. *conc. Agathen. c. 21.*

In oratoriis domorum, sine licentia Episcopi, nullum Sacramentum ministrari potest. Clericus ministrans deponatur. *De consecrat. dist. 1. cap. clericos*.

Oratoria, vel Cappellæ non possunt construi in locis non exemptis, sine licentia Ordinarii. *De priuil. in 6. c. Authoritate*. Non facilè concedatur licentia. *concil. Mediolan. vt infra*. Vide, *Capella in 2. tit.*

In locis exemptis construi non possunt sine licentia Papæ. *ibid. Mediol.*

In oratoriis tempore interdicti celebrari non potest Missa. *ib.*

Oratoria priuata non tenentur soluere pensionem. *De censibus cap. fin.*

In oratoriis, nullus potest missam dicere sine licentia Episcopi, etiam si sint iuris patronatus. *concil. Mediolan. 1. p. 2. tit. quæ pertinent ad celebrat. Missæ*.

In oratoriis Confraternitatum, quæ continentur intra fines Parochialis Ecclesiæ, non possunt dici Missæ in Festis, nisi absoluta concione, quæ in Ecclesia Parochialis fit. *ibid.*

Oratoria sæcularium dominorum, &c. fieri non possunt in loco, vbi frequenter conuersantur domestici. Sed in loco honesto segregato ab aliis partibus, & officinis. Non sit ita augustum, vt qui Missam audiunt, cogantur stare ad ostium, vel fenestram, vel in aliquo loco, vbi prophanum aliquid fit. *conc. Mediolan. ibid.*

Oratoriis priuatis raro vtendum pro missa. *conc. Med. 1. ibid.*

In oratoriis, domini non possunt obtinere licentiam pro quolibet presbytero in genere ibi celebraturo, sed debent nominare eum, quo volunt vti. *ibid.*

In oratorio, quo Prælati assistentes Papæ Cappellæ in suis domibus vtuntur, vna tantum missa in die celebrari potest. *Greg. XV. const. 32. Circumspecta*. Visitari debet per Cardinalem Vicarium. *ibid.*

Audientes Missam in eis non satisfaciunt præcepto, nisi sint eorum familiares necessarii. *ibid.*

Vide, *Missa, vbi audienda, vbi dicenda*.

Oratorii Congregatio. Vide, *congregatio Oratorij*.

Ordinare clericos, cui competit, & cui non.

Ordinare omnes clericos Ecclesiæ, competit Episcopo proprio illius. *concil. quod dicitur Apost. cap. 2. Lib. 3. constit. Apostolic. c. 11. Dist. 67. cap. Reliqui, cap. Episcopus. conc. Trid. sess. 23. cap. 4.*

Ordinare clericos, est proprium Episcoporum, non aliorum. *concil. constantiense contra ar. 28. Vvicleff. conc. Florent. in decret. Eugen. IV. de vnione Armenor. concil. Tridentin. vbi supra*.

Episcopus Ciuitatis tantum ordinare potest clericos, & alios. *Dist. 71. cap. Illud, cap. De aliena, & cap. Si quis*.

Episcopus ad ordinandum ministros, clericos, &c. non eget consensu populi, vel magistratus sæcularis. *concil. Trid. sess. 23. cap. 4. & can. 7.*

Episcopo Diœcesano suspenso, possunt clerici ordinari à vicinis, & quomodo. Vide, *Episcopus suspensus*.

Corepiscopus (id est Vicarius) non potest ordinare clericos. *concil. Ancir. c. 13.*

Presbyter non potest ordinare clericos. *Lib. 3. const. Apostol. c. 11. & lib. 8. c. vlt.*

Ordines clericales minores à non Episcopis, ex priuilegio tantum Papæ possunt conferri. *De ordinatis ab eo, qui renunciauit. cap. 1.*

Ordinare clericos ex priuilegio, competit Abbatibus. Vide, *Abbas*.

Abbates possunt suos subditos regulares ordinare in tonsura, & minoribus. *conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 10. Vrban. IV. const. 6. Ecclesia*. id explicuit *pro Abbatibus Montis Virginis*. Vide, *Corepiscopus*.

Ordinare in sacris, cui competit, & cui non.

Ordinare in sacris, competit soli Episcopo. *Concil. quod dicitur Apostol. c. 2. Lib. 3. const. Apost. c. 11. conc. Toletan. 8. c. 7. concil. Florent. in decr. Eugenij IV. de vnione Armenor. §. Quinto Ecclesiasticorum. Concil. Tridentin. sess. 23. c. 4.*

Ordinatio sacerdotum diaconorum, clericorum, &c. ab vno Episcopo est facienda. *dist. 67. cap. Reliqui, & c. Episcopus*.

Episcopus propriæ Ciuitatis ordinare potest, & non alius. *Dist. 71. c. Illud, cap. de aliena, & cap. Si quis*.

Corepiscopus non potest ordinare in sacris, nec Presbyteros, nec diaconos. *Lib. 3. const. Apost. c. 11. Concil. Ancir. c. 13.*

Ordinare Episcopos, cui competit.

Episcopus ordinandus est à tribus saltem. Vide, *Episcopi consecratio. concil. quod dicitur Apostolor. can. 1. Clemens I. lib. 3. const. Apost. c. 20. conc. carthag. 3. cap. 39. dist. 64. cap. Episcopi. cap. Ordinationes. cap. comprouinciales. c. quia. cap. Episcopum. Gregor. VII. lib. 3. ep. 19.*

Ab omnibus Prouinciæ Episcopis facienda erat, olim, ordinatio Episcopi, & præsente Metropolitano. *Anacletus ep. 2. dist. 64. cap. Ordinationes. dist. 66. cap. 1.* Alias nulla erat, id est, impediebat executionem. *ibid.*

Aliquando potest fieri ordinatio ab Episcopis vicinæ Prouinciæ. *conc. Sardicense c. 5. dist. 65. cap. si forte*. Si in Prouincia non adsint.

Episcopus ab vno solo non potest ordinari. *Gregorius I. lib. 12. epist. 31. c. 8. Syricius ep. 4. c. 2. dist. 64. cap. Extra*.

Ordinatio Episcopi dicitur aliquando potuisse ab vno fieri, si hic ab aliis habuit commissionem. *Lib. 8. constit. Apostol. c. 27. Anaclet. I. ep. 2. dist. 64. cap. Ordinationes*.

Ordinatio Archiepiscopi, olim, ab omnibus suffraganeis erat facienda, alias erat nulla (id est impedita quoad executionem officii.) *Dist. 66. cap. 1.*

Ordinari, olim, non poterat Episcopus sine consensu Metropolitani.

Vide, *Episcopi electio, consecratio, confirmatio, &c.*

Ordinari non potest Episcopus inuitè; alias succedat in locum ordinantis. *conc. Arausic. c. 21.*

Vide, *consecratio Episcoporum*. Vide, *Episcopi consecratio*.

Ordines clericales, quibus possunt dari.

Vide, *clerici, quinam sunt habiles ad clericatum*.

Ordinari possunt, qui ante baptismum immolauerunt. *concil. Ancir. cap. 12.*

Ordinari possunt homines irreprehensibiles, id est, qui carent crimine. *Gregor. I. lib. 3. ep. 12.*

Docti tantum, & probati ordinandi sunt. *Zephyrin. ep. 2.*

Qui tempore baptismi habent vxorem, poterant olim ordinari. *dist. 33. cap. Laici*.

Ordinari potest medicus, si non habet conscientiam homicidii. *De ætate, qualit. &c. cap. Ad aures*.

Ordinari possunt, qui in infantia baptizati sunt ab hæreticis. *concil. Afric. c. 24.*

Ordines clericales, quibus prohibentur.

Vide, *clerici, quinam sunt inhabiles ad clericatum*.

Ordinari non potest in clericum, qui venit de hæresi. *concil. Elibert. cap. 51.*

Non baptizatus non potest ordinari. alias iterum ordinetur post baptismum. *1. q. 1. cap. Si Presbyter. & conc. Later. 3. par. 50. cap. 45.*

Neque non baptizati solemniter, sed prius solemnitates illæ fiant. *conc. Mogunt. 4. c. 83.*

Neque, qui non bene sentit de fide. *Gregor. I. lib. 7. ex regest. epist. 43.*

Ordi-

Ordinari non potest baptizatus peregrè, nisi nota sit eius vita. *Conc. Elibert. c.24.*
Ordinari non potest persona ignota. *Syricius ep.3. c.2.*
Neque infamati de natalibus, donec se purgent. *de purgatione canonica c. Accedens.*
Ordinari non possunt Neophyti, statim. *Syricius ep.3. c.2.*
Ordinari non possunt, qui fuerunt insani, vel energumeni. *Conc. Nicæn.1. ex Arabico c.1.*
Ordinari non possunt serui. *conc. Melfit. c.11. conc. Later.3. tit. de depositione c.19.* Vide, *Serui*. Vide, *Clerici tit. Qui sunt inhabiles ad clericatum.*
Neque filii concubinarum, seu illegitimi, nisi fiant religiosi. *Conc. claramont. c.11. & 25. Conc. Later.3. tit. de depositione c.19.*
Neque in prima tonsura potest ordinari infans, & illiteratus. *De temporibus ordinationum in 6. c. fin. Conc. colon.2. p.1. c.28. conc. Trid. sess.23. de refor. c.4.*
Neque coniugatus, si vult ad sacros ascendere. *ibid.*
Hæretici non possunt ordinari. Ordinantes præter excommunicationem decem auri libras soluant. *concil. Afric. capit.60.*
Non possunt neque prima tonsura ordinari, qui fugiunt iudicia sæcularia, vel nesciunt legere, & scribere. *Conc. Trid. sess.23. de refor. c.4.*
Neque qui non habent Sacramentum Confirmationis. *ibid. capit. 4.*
Non possunt ordinari in minoribus, qui Latinam Linguam non callent. *Conc. Trid. sess.23. de refor. c.11.*

Ordines sacri, quibus prohibentur.

Ordinari non possunt hæretici; ordinans præter excommunicationem decem libras auri soluat. *Conc. Afric. c.60.*
Neque habitantes cum hæreticis possunt ordinari. *Concil. Arausic. 1. cap.8.*
Ordinari non potest quis in Diaconum, Presbyterum, vel Episcopum, nisi omnes de domo sua sint Christiani. *conc. carthag.3. c.18.*
Ordinari in sacris non potest Neophytus, statim. *Zosimus ep.9.* (qui dicit irritam esse ordinationem, id est, eius exercitium est suspensum.) *Conc. Laodic. c.3.*
Neque qui habuit vxorem non virginem. *Conc. Roman. sub Hilario cap.2. dist.34. c. Curandum ergo.* Vide, *Bigamus.*
Neque illiterati, aut pœnitentes. *conc. Rom. sub Hilario c.3. Gelasius 1. ep.2. & 9. dist.55. c. Pœnitentes. conc. Narbonen. cap.11.* & ordinati cogantur eas discere. *ibid.* alias non promoueantur vlterius. *Gelasius ep.9. Gregorius 1. l.3. epist. 26.*
Neque castrati; aut criminosi; arreptitij; neque corpore vitiati; & si qui sunt remoueantur à Clero. *Gelasius epist.9. dist.55. Priscis.*
Neque laici, nisi post annum conuersionis. *Conc. Arelat.3. c.3. dist.77. cap. vlt.*
Neque inuitus, & eum ordinans priuatur potestate ordinandi. *Simplicius ep.2.11. q.3. c. Priuilegium.* Per annum priuandus missa. *conc. Aurelian.4. c.7. dist.74. cap. Gesta.* Vide, *Inuitus.* & non recipit characterem. *ibid.*
Neque, qui non habet titulum, scilicet beneficium, vel patrimonium. *conc. calcedonense c.6.* alias irrita est ordinatio (id est suspenditur ab executione.) *Dist.70. c. Neminem. c. Sanctorum. conc. Meldense c.53. conc. Later.3. c.5. de præbendis c. Non liceat. De ætate, & qualit. &c. c. Accepimus. conc. Trid. sess.21. de reform. c.2.* & illud non potest alienare, nisi de alio viuere possit, & quomodo. *ibid.*
Neque qui non bene sentit de fide. *Gregor.1. lib.7. ex regest. epist. 54.*
Neque qui plures habuit vxores. *Lib.6. const. Apostol. c.19. Gregor.1. l.3. ep.26. dist.34. c. Si quis de laicis.*
Neque etiam qui vnam habet vxorem (in Latinis.) *De temporibus ordinat. c. finali. Extrau. Ioann.22. de voto cap.vn.* etiam si matrimonium sit ratum tantum.
Si coniugatus ordinatur, non soluitur matrimonium, etiam si sit tantum ratum. *Extrau. Ioann.22. de voto c.vn.* & talis non potest ministrare in ordine, nec promoueri vlterius. si vult ingredi religionem, potest Episcopus dispensare, & promouere. si non vult, tenetur consumare matrimonium: & ad hoc est compellendus. *ibid.*
Neque qui per vnum annum non habitauit in aliqua Ciuitate. *conc. Meldense c.12.*
Neque pueri. *Gregor.1. l.2. ex regest. ep.47. & 48. 1. q.1. c. Pueri ad Sacros.*
Neque qui vxorem habet vacantem spectaculis; ancillam; vel electam. *Dist.34. c. Si quis viduam il 2.*
Neque bigamus, pœnitens, aut curiæ obnoxius. *dist.34. c. Præcipimus. dist.50. cap. Quicumque.* Neque miles. *ibid. dist.51. cap.1. de bigamis non ordinandis c. de bigamis.*
Si tamen desponsatam alteri duxit, non est bigamus, & potest ordinari. *ibid. c. debitum.*
Neque vitiosus, aut sectans lucra. *dist.49. c. Sacerdotes.*
Neque qui oculum habet maculatum, nisi à Papa dispensetur. *Honorius 3. ex Cirone, tit. De corpore vitiatis c.2.*
Neque seditiosi. *dist.46. c. Seditionarios.*
Neque infamati de natalibus, donec se purgent. *De purgatione canonica c. Accedens.*
Neque homicida pagani, vel alterius. *dist.50. c. Clericum. conc. Trid. sess.14. de refor. c.7.*
Homicida casualis, vel ad defensionem, cum dispensatione potest ordinari. *conc. Trid. ibid.* Vide, *Occidens.* Vide, *Irregularis.* Vide, *Homicida.*
Ordinari non potest in sacris, nisi qui est virgo, vel vxorem habuit virginem. *conc. Melfitan. c.3.*
Ordinari non possunt in sacerdotes, ignari, & rudes. *concil. Lateran.4. cap.27. de ætate, & qualitate, &c. cap. Cum sit ars.*
Neque qui nesciunt Latinè loqui. *conc. Sabinense c.10. conc. Tolet. 22. c.3.*
Neque criminosi, etiam occulti. *de temporibus ordinat. c.Ex tenore.*
Neque regulares contra voluntatem sui Prælati. *ibid. c. Ad aures.*
Neque medici, qui conscientiam habent homicidij à se facti; secus si non habent. *De ætate, qualitate, &c. cap. Ad aures.*
Neque illegitimi, nisi fiant religiosi. *de filijs Presbyterorum, &c. c.1. Vt filij.* Vide, *Illegitimus.*
Neque castrati. Vide, *castratus.*
Neque is, cui pars digiti deest. *de corpore vitiatis c.1.* Si hoc sit cum scandalo; secus è contra. Vide, *digitus.*
Carens vngula pollicis, si pollex sit fortis, potest ordinari. *ibid. cap. fin.*
Accusatus criminaliter, pendente accusatione, non potest ordinari. *de testibus c. Non debet.*
Alia quæ requiruntur in ordinando ad sacros ordines. *Vide, clerici, qui inhabiles sunt, &c.* Vide, *Subdiaconus.* Vide, *Diaconus.* Vide, *Sacerdos.* Vide, *Episcopi qualitates.*

Ordo Episcopalis, quibus est prohibitus.

Ordinari non potest Episcopus, qui vxorem habet impudicam. *Lib.2. const. Apost. c.2.* Intelligitur etiam de Græcis, qui actu habent vxorem.
Ordinari non potest Episcopus, qui in gradibus inferioribus non est exercitatus. *cœlestinus 1. ep.2. c.3. dist.59. c. Ordinatos.*
Neque illiteratus. *ibid.*
Neque laicus, bigamus, vel maritus viduæ. *cœlestinus 1. ep.2. c.3. conc. Agathense c.43.*
Laicus non potest ordinari Episcopus, neque per Papæ potestatem. *cœlestinus 1. ep.2. c.3.*
Vide, *Episcopi eligendi qualitates naturales, & morales.*

Ordinandorum examen.

Ordinandi præuio examine ordinentur, vel populi testimonio præuio. *conc. carthaginen.3. c.22.*
Ab Episcopo examinandi. *concil. Senon. in decr. morum cap. 3. conc. colon.3. tit. De altero medio cap.2.* Vel ab alijs vitæ doctis de commissione Episcopi. *ibid. concil. Tridentin. sess.*

sess.7. de reform. c.11. & 13. & sess.23. c.3. 5. 7. 12. & 14.
Ordinandi, feria 4. ad examen accedere debent. *dist. 24. cap. Quando. Conc. colon.2. p.1.c.24.* & per duos sequentes dies habeatur examen. *ibid.*
Ordinandorum examen, & lista legantur antequam fiat ordinatio. *Conc. Londin.2. c.7.*
Examen faciendum, de vita, moribus, ac scientia. *Conc. colon.2.p.1. c.17. 18. 19. & 20.*
Examinari pariter debet de intentione, quare vult ordinari. *ibid.c.21. & 22.* an propter Christi seruitium, vel alium finem. *conc. colon.3. tit. de altero medio c.5.*
Examinari etiam debent ordinandi, quid sentiant de fide, & an teneant, quod tenet Ecclesia Romana. *Conc. Augustanum c.5. conc. colon.3. tit. de altero medio c.1.*
Examinari debet à proprio, qui cum dimissorijs ordinandus est ab alieno. *conc. Trid. sess.7. de refor. c.11. ac 13. sess. 23. de refor. c.3.*
Ordinandorum examinatorum nomina in charta notentur; & non fiat ordinatio, nisi charta illa perlegatur. *concil. Londin.2. c.7.*
Examen de quibus faciendum à quibus, & quomodo. Vide, *Examen.*

Ordinandorum obligationes, & præcipuè in sacris.

Ordinandi prius debent approbari. *dist.24. c. Nullus.* Quomodo examinandi. *dist.77. cap.vlt.* Vide, *Examen.* Vide, *Ordinandorum examen, in præced.*
Ordinari non potest subdiaconus, nisi promittat obseruare castitatem. *Gregor.1. l.1. ep.42.* (Græci vero promittere debent coniugalem, si habent vxorem, alias absolutè, quia post ordinem non possunt eam accipere *ex l.6. const. Apost. c. 17.*) *Syricius ep.4. c.9. dist.28. c. Priusquam. c. de ijs. c. Quando. c. Præterea. dist.31. c.1. c. Sacerdotibus. c. Episcopos. c. Tenere. c. Si laicus. conc. Trid. sess.23. de refor. c.13.* Vide, *Diaconus.*
Ordinandi in Ecclesia Latina carere debent vxore. *Dist. 31. cap. Aliter. dist. 32. cap. Multorum.* Vide seq. tit. Vide, *Vxoratus.*
Dicens, se non posse castitatem obseruare, non potest ordinari in sacris. *dist.27. c. Diaconus. dist.28. c. Diaconi. dist.31. c. Ante triennium.* & alijs. *ibid.*
Tenetur facere professionem fidei, & iurare de præstando obedientiam maioribus. *conc. Tolet.11. c.10.*
Ordinandi debent esse ieiuni. *dist.75. cap. Quod à Patribus.*
Debent esse instructi in officio suo. *conc. Arelaten.4. c.4.*
Ordinandus habere debet literas testimoniales Parochi de vita, & moribus. *Concil. Senonense c. in decret. morum c.3. Conc. Trid. sess.23. de refor. c.5. &c.*
Tenentur pro aliquo tempore se exercere in ordinibus habitis. *Innoc. I. ep.4. c.5. Conc. Rom. sub Silvest. c.3. & c.11.*
Ordinandi in sacris, debent saltem per vnum annum distare ab vltimo ordine. *Concil. Trid. sess.23. de ref. c.11.* Nisi necessitas aliter exigat. *ibid.* Vide, *Interstitia.*
Quod ordinandi carerent vxoribus, dissuasum est à Paphnutio in Concilio Nicæno. *Dist.31. cap. Nicænæ.*
Olim ordinati in sacris si non promiserant castitatem, non separabantur ab vxore. *dist.31. c. Ante triennium.*
Ferre debet ordinandus testimonium iudicis, in cuius loco viuit, an sit inquisitus, vel criminosus. *conc. colon.2. p.1. c. 23.* Vel alia via id probet, si non potest habere fidem illius. *ibid. & colon.3. tit. De altero medio c.5.*
Item fidem primi sacerdotis loci in quo habitat, de vita, &c. *ibid. & conc. Mogunt.4. cap.82. conc. Trid. sess.23. de reform. c.5.*
Ordinandis notificanda sunt decreta Conciliorum. *conc. carthag.3. c.2. dist.38. c. Placuit.*
Ordinandus in sacris debet esse confessus, & Eucharistiam sumere. *conc. colon.2. p.1. c.26.*
Ordinandus debet esse baptizatus, alias si non erat baptizatus, baptizetur, & iterum ordinetur. *1. q.1. c. Si presbyter. conc. Later.3. p.50. c.45.*
Ordinatus in sacris non potest exercere chirurgiam. Vide, *Chirurgia.*

Ordinandi in sacris, si sint clerici sæculares, debent habere titulum beneficij, vel patrimonium, quo possint sustentari. *conc. Senon. in decretis morum c.3. conc. Later.3. c.5.* Alias non ordinentur. & ordinans tenetur illum sustentare, donec habeat titulum. *ibid. conc. Londinen.1. c.6. conc. Rauen.4. sub Ioanne 22. c.8. de præb. c. Episcopus. c. Non liceat, & c. Cum secundum. sub eodem titulo in 6. cap. Si Episcopus.* (Etiam si de mandato alterius non expressis personis ordinet. *ibid.* Si verò ex mandato exprimente personam ordinet, mandans ad hoc tenetur. *ibid.*) *Conc. Trid. sess. 21. de refor. c.2.* Sed benè cauendum an titulus patrimonij sit sufficiens ad sustentandum. *ibid.* Vide, *Ordines sacri quibus prohibentur.* supra. idem habetur *Dist.70. c.1. & 2.* Vbi irrita declaratur ordinatio sine titulo, id est, caret executione & *Conc. calcedon. c.6.*
Ordinari nullus potest, nisi alicui Ecclesiæ, vel pio loco sit adscriptus. quod si illum deserit inconsulto Episcopo, sacris est interdicendus. *Conc. Trid. sess.23. de refor. c.16.*
Ordinandi non tenentur iurare de obseruantia canonum. *Conc. cabilon.3. c.13.*
Alia ordinandorum requisita. Vide, *Presbyteri qui ordinandi.*

Ordinatorum in sacris obligationes circa coniuges, & vxores.

Ordinatus in sacris non potest accipere vxorem. *Lib.6. const. Apostolic. c. 17. Siricius ep.4. c.9.* Separetur si faciat, & à clero ejiciatur. *dist.27. c. Presbyteris. & c. Diaconus. dist. 28. c. Diaconi.* (Priuetur omni beneficio Ecclesiastico. *ib. cap. Decernimus.*) & *Conc. Triden. sess.24. can.9.* & est inualidum.
Ordinatus in sacris contrahens matrimonium pœna Poligami puniantur. *De Bigamis, & c. Nuper.* Ipso facto est excommunicatus. & alias pœnas incurrit. est denunciandus. *Clem. de consanguinit. c.vn. Extrau. Ioannis 22. De voto, & c. c. Antiquæ.*
Ordinari non potest, qui matrimonium ratum fecit. & si ordinatur, non soluitur matrimonium. non potest in ordine ministrare, nec promoueri. Si ingreditur religionem, Episcopus dispensat, & promouet. Si non ingreditur, tenetur consumare matrimonium, & compellitur ad hoc. *Extrau. Ioannis 22. De voto c. vn. Antiquæ.* Vide, *Clerici in sacris.* Vide, *Matrim. prohibita ratione status spiritualis.* Vide, *Diaconus.*
Ordinati in sacris, qui vxores habent, & possunt licitè tenere: debent eas tenere, vt sorores; & si se cum illis immiscent, perpetuò priuantur officio. *Conc. Matisc on. cap.11.* Eas non abijciant, sed castè alant. *Greg.1. l.6. ex regist. ep. 39. dist.31. c. Omnino.*
Ordinari non potest coniugatus, nisi coniux voueat continentiam. *Conc. Later.3. in append.tit. de coniugatis cap.6. de conuers. coniugat. c.Coniugatus.*
Ordinati in sacris abstineant à coniugibus, alias non possunt promoueri ad cæteros ordines. *conc. Turon.1. c.22. de* Latinis loquitur. *dist.31. c.Episcopos. c.Tenere. c.Eos. c.Lex. dist.32. c.Erubescant. c. Placuit, & c. fin.*
Ordinati in sacris, quomodo tenentur continentiam vouere. Vide *in præcedenti tit.*
Nisi à coniugibus abstineant (Latini) à Sede Apostolica excommunicantur. *Syricius ep.4. c.9.*
Vxorum priuatio in clericis dissuasa fuit à Paphnutio in Concilio Nicæno. *dist.31. c. Nicænæ.*
Ordinatis in sacris, olim in Græcia, an & quomodo, permittebatur facere matrimonia. *dist.31. c. Aliter. lib.6. const. Apostolic. c.17.*
Ordinati in sacris, qui non promiserant castitatem, olim non separabantur ab vxore. *distin.31. cap. Ante triennium. l. 6. const. Apost. cap.17.* Et nunc Græci solum id faciunt. Vide, *Græci.*
Ordinatus in diaconum (olim) si protestabatur, non posse continere, & faciebat matrimonium, illi permittebatur eo vti. Si verò non reclamabat, & postea faciebat matrimonium, cessabat à ministerio. *conc. Ancir. c.10.* Vide, *diaconus.*

Ordi-

Ordinati ad contractandum Sacramenta, abstinere debent à coniugibus. *Dist.84. cap. Cum in præterito. cap. Cum de quorumdam.*

Ordinati in sacris, si Græci, retinent vxores, quas prius habebant, & tempore ministerij tantum debent ab eis abstinere. *dist.31. cap. Quoniam. c. Aliter.*

Ordinandi in Ecclesia Occidentali, seù Latina ad sacros ordines, non possunt accipere, nec habere, seù tenere vxorem. *dist.31. cap. Aliter. dist.32. cap. Multorum.*

Vide, *Clerici in sacris.* Vide, *Clericus habens vxorem.* Vide, *Vxoratus.*

Ordinatio facta ab Episcopo excommunicato, vel electo ex statu laicali.

Ordinatio facta ab anathematizato est nulla (id est illicita, carens executione.) *Adrianus 2. ep.4.*

Ordinatio facta ab Episcopo, qui factus est ex laico immediatè, est nulla; vt ordinationes Photij. *Adrianus 2. ep.4. Conc.constantinopolit.4. c.4. Formosus ep.1.*

Ordinatus ab Episcopo excommunicato, ignoranter, à proprio Episcopo dispensari potest. *de ordinatis ab eo, qui renunciauit, &c. c. Cum clericis.*

Vide, *Episcopus excommunicatus.*

Ordinatio per pretium, aut fauorem, aut preces, seù simoniacè, numquam facienda.

Pro ordinationibus nihil potest accipere Episcopus, vel alij. *Gregor.1. l.3. ep.24. 1. q.1. c.de ordinationibus.* Vide, *Notarius. Conc. Brachar.1. cap. 1.* alias gradu priuatur vterque. *Conc. Later.4. c.63. Eugenius 4. in decr. vnionis Armen. §. Quinto.* Restituatur quod accipitur, induplum. *ibid. Conc. Trid. sess.21. de refor. c.1.* Consuetudo contraria tollitur.

Ordines non dandi per pretium. *Gregor.1. l.2. ex reg. ep.47. & 48. l.4. ep.55. l.7. ex reg. ep.48. de simonia cap.1.* Neque Episcopus, neque notarius aliquid accipiant. *ibid.*

Ordinari nullus potest per munus, alias ordine priuatur. *concil. cabilon. 2. cap.16. Conc. Tolet.11. cap.9. 1. q. 1. c. Quibusdam. c. de ordinationibus. c. Estote. c. Pueri. Conc. Trid. sess.21. de refor. c.1.* Vide, *Simonia.* Vide, *Episcopus circa ordinationes.*

Ordinatus per pecuniam, priuatur gradu; sic & ordinans. *conc. constantinopol.1. c.1. conc.Tolet.1. c.1.* Excommunicantur ordinans, & ordinatus, & bonis priuantur. *Conc. Tolet.6. c.4. conc. Nican.2. c.5.* Vterque priuatur gradu. *ibid. Nicolaus 1. in decr. tit. Ordines sacri c.2. Conc. calcedon. c.2. 1. q.1. c. Si quis Episcopus. c. Qui per pecunias. c.Sanctor. c. Quicumque, & c. Si quis neque. 1. qu.7. c. Si quis omnem* (& si quis eos suscipit, priuatur gradu. *Conc. Nanneten. 1. cap.7.*) *Conc. Lateran.3. in append. tit. De depositione capit. 2.*

Pro habendis literis dimissoriis, nihil est soluendum. *Concil. Sabinen. c.20.*

Si aliquid sponte detur, potest accipi à notarijs. *1. q.2. c. Sicut Episcopum.*

Possunt ordinati, sponte dare aliquid pro cera, carta, &c. post iam habitos ordines. *Concil. Sabinen. c. 20. de simonia. c. Et si quæstiones. Eugenius 4. in decr. vnionis Armen. §. Quinto &c.* Si notarius nullum habet salarium accipere, potest pro literis, &c. decimam partem vnius aurei. *Conc. Trid. sess. 21. de refor. c.1.*

Ordinari nullus potest per fauorem. *Greg.1.l.4. ep.55. & 56. 1. q.1. c. Pueri ad sacros. c. de ordinationibus. c. Quibusdam. c. Estote.* Tales deponendi sunt, & in monasterium detrudendi. *1. q.7. c. Si quis omnem, & c. Cauendum.*

Ordinatio facta per fauorem est simoniaca. *1. quæst.1. c. Sunt nonnulli.*

Ordinatus per pecuniam non recipit gratiam. *1. quæst.1. cap. Gratiam. cap. Cito. cap. Qui perfectionem. cap. Cum ordinaretur.*

Ordinatus dans aliquem præsentatori, simoniacus est. secus si liberè dat. *De simonia c. Ex tua.*

Item, qui præsentatori promisit nihil ab eo recipere, non potest ad alios ordines ascendere. *ibid. c. Per tuas il 3. & c.Si quis.*

Ordinati simoniacè nihil recipiunt (intelligitur de gratia non de caractere) *1. q.1. c. Cum ordinaretur. c. de cætero. cap. Gratiam. c.Qui perfectionem. c. Ventum est.*

Ordinationes simoniacæ sunt irritæ (id est illicitæ, ordinati enim priuantur executione officij.) *1. q.1. c. Ordinationes quæ. & q.3. c. Ea quæ. q.7. c. Si quis omnem. Conc. Rom. sub Gregor.7. c.5.*

Ordinati à simoniacis, non simoniacè (licet alias sint simoniaci) in necessitate permittuntur exercere officium. *Nicolaus 1. in decretis tit. Ordines Sacri c.2.* egent dispensatione Papæ. *Conc. Rom. sub Nicolao 2.*

Ordinatus à simoniaco, sed non simoniacè, si scienter fecit, irrita est ordinatio (id est illicita, & carens executione) si ignoranter fecit, toleratur. *1. quæst.1. cap. Si de cætero. Concil. Roman. sub Alexandro 2.* Non restituitur faciens scienter, nisi per dispensationem Papæ. *Gregor.7. lib.6. epist. 39. Concil. Roman. sub Nicolao 2.* Si ignoranter, dimittere debet conscientiam scrupulosam. *De simonia cap. Per tuas il 2.*

Ordinati simoniacè non possunt vlterius promoueri, neque præesse. *Conc. Rom. sub Alexandro 2. Conc.Later.3. tit. De depositione c.2.*

Ordinatus simoniacè ipso facto est suspensus ab executione ordinum. *Conc. constantiense sess.43. in const. Martini V.*

Ordinatus per pecuniam soluram familiari Episcopi, si sit inscius de hoc, & Ecclesia indiget sacerdotibus, permittatur exercere, secus si non indiget. *1. q.5. c. Præsentium.*

Ordinati per pecuniam, deponuntur absque spe restitutionis. *Gregor. 7. l.2. ep.62.*

Ordinatus simoniacè non potest, nec exercere, nec promoueri, nisi ingrediatur in Religionem. *Concil. Later.3. in append. tit. de pœnitentia c.2.*

Ordinatus soluens aliquid, siue Episcopo, siue ministris eius, si est laicus, excommunicatur; si clericus, per biennium sit inhabilis ad obtinendum beneficium; si beneficiatus, suspenditur à beneficio ipso facto. *Conc. Sabinense c.20.*

Prælatus id fieri permittens, suspenditur à collatione ordinum, donec duplum reddat. *ibid.*

Ordinati, nihil debent soluere aliis clericis vt recipiantur, non prandia, &c. neque vt admittantur ad exercitia ordinum. Exigentes hoc, si laici sunt, ipso facto excommunicantur. si clerici, priuantur 4. parte fructuum beneficij, illius anni. *conc. Sabinense c.20.*

Vide, *Episcopus quo ad ordinationes.*

Ordinans malè, contra canonum formam, & pœna.

Ordinans per pecuniam, priuatur gradu. *conc. constantinop. 2. cap.1. Conc. Tolosan.1. c.1.* Vide, *Ordinatio nulla per pretium, &c.*

Ordinans hæreticum, præter excommunicationem, decem libras auri soluat. *Conc. Afric. c.60.*

Ordinans illiteratum, nescientem loqui Latinè, suspenditur à collatione ordinum. *Conc. Tolet.22. c.3. Conc. Senonen. in decr. morum cap.3.* Sic ordinans ante ætatem legitimam. *ibidem.*

Ordinans inuitum, per annum priuatur missa. *Conc. Aurelian.4. c.7.* Per annum suspenditur à collatione. *Dist.74. c. Gesta. c. Episcopus, & c. vlt.*

Ordinans bigamos, vel arreptitios, vel pœnitentes, per sex menses suspendatur à diuinis. & si missam tunc dicit, per annum priuetur communione. *Conc. Aurel.3. c.6. & Aurel.4. c.10.* Suspenditur à potestate ordinandi. *de bigamis non ordinandis c. Super eo.*

Ordinans seruum sine licentia Domini, per sex menses à missa celebranda suspendatur. *conc. Aurelian.5. c.5.*

Conferens plures sacros ordines in vna die, suspenditur à potestate ordinandi. *De temporibus ordinationum cap. Dilectus filius.*

Ordinans in sacris puerum, suspenditur à collatione ordinum. *ibid. c. Vel non est.*

Ordi-

Ordinans illicitè, priuatur potestate ordinandi. *Simplicius ep.3. 11. q.3. cap. Priuilegium.*
Ordinans præter formam Canonum, per annum est suspensus ab officio. *Dist.55. cap. Nullus.* Absolutè, deponendum dicit *Innocentius 1. ep.23. c.3. Conc. Illerdense c. 12. Nicolaus 1. ep.7. & 10.*
Ordinans per dolum, vel fraudem, quomodo puniendus. *16. q.7. cap. Constituit.*
Ordinari non potest Episcopus inuitè; alias succedat in locum ordinantis. *Conc. Arausic. 1. c.21.*
Ordinans indignum, perdit ius ordinandi. *25. q. 2. c. Si qui Episcopi.*
Ordinans non habentem titulum, seu patrimonium, quo sustentetur, tenetur sustentare illum, quousque habeat titulum. *Concil. Later.3. c.5. Concil. Londin.1. cap.6. Concil. Rauenn.4. sub Ioanne 22. cap.8. De præbendis c. Episcopus. cap. Cum secundum*, sub *eodem tit. in 6. cap. Si Episcopus.* Etiam si de mandato alterius non expressis personis ordinet. *ibid.* Alioquin mandans tenetur. *ibid. De ætate, qualitate, &c. cap. Accepimus.*
Ordinans cum pacto de non petendo prouisionem, est simoniacus, & vterque per triennium priuatur officio. *de præbendis cap. Episcopus.*
Ordinans malè, seu contra formam Canonum, nisi ignorantia, vel error facti excuset, suspēditur à collatione ordinum, etiam tonsuræ, & ab executione Pontificalium: interdicitur ab ingressu Ecclesiæ. & si hæc spernit, à regimine Ecclesiæ, Monasterij, &c. Commendæ, fructuum, &c. perceptione ipso facto est priuatus. Non potest ab hoc reatu absolui, nisi à Papa. derogantur priuilegia. Irregularitas à solo Papa dispensanda, etiam si delictum sit occultum. *Sixtus 5. constitut.90. Sanctum.* §. 2. 3. & 4. Vide, *Ordinati male.*
Malè ordinantes, de quibus *Sixtus V.* loquitur, sunt, qui in vno die plures sacros confert vni; qui non seruatis interstitijs ordinat; qui plures sacros in diebus continuis confert: qui irregulares, vel alios inhabiles ordinat, qui extra tempora iuris: qui sine dimissorijs proprij alienos ordinat; qui ante ætatem legitimam; qui sine titulo sufficienti: qui contra formam Tridentini Concilij: & qui simoniacè: isti eas pœnas incurrunt. *Sixtus V. ibid.*

Ordinatio Græcorum.

Ordinari non possunt Græci à Latinis, nec è contra, quia in ritu diuersi sunt. *de temporibus ordinationum cap. Cum secundum.* Vide, *Græci.*

Ordinatio legitima non iteranda, & quando iteranda.

Ordinatus bis, deponatur. *Concil. quod dicitur Apostolorum c. 68. Conc. Carthag.3. c.38. Gregor.1. lib.2. ep.32. dist. 68. cap.1. De consecrat. dist.4. c. Non licet fieri.*
Ordinatus ante baptismum, est baptizandus, & iterum ordinandus. *1. quæst.1. cap. Si Presbyter. Conc. Lateran.3. part.50. c.45. De Presbytero non baptizato cap.1. Veniens.* Vide, *Presbyt. qui ordinandi.*
Ordinatus in subdiaconum ante confirmationem, non reordinatur, sed suppletur confirmatio. *De Sacram. non iterandis c.1. Pastoralis, & cap. Presbyter.*
Si in ordinatione Diaconi, vel Presbyteri, manus non imponatur, non iteratur ordinatio: sed tempore ordinationum fiat impositio manuum omissa. *De Sacram. non iterandis cap. vlt.*

Ordinans in aliena Prouincia, vel Diœcesi.

Ordinare nullus potest in aliena Diœcesi, sed in sua. *dist.71. cap. Illud. c. De aliena, & c. Si quis.*
Ordinans in aliena Prouincia, priuatur officio, & ordinatus ordine. *Zosimus epist.6.* est excommunicandus. *Conc. Lucense 2. cap.7. & 33.*
Ordinans extra suam Diœcesim (sine licentia) est deponendus ipse, & etiam ordinatus. *Conc. quod dicitur Apost. c.36.*
Ordinans in aliena Diœcesi, irritè ordinat (id est illicitè.) *Conc. Antiochen. c. 13. & 22.*
Vide, *Episcopus quo ad ordinationes.*
Vide, *Ordinati in aliena.*

Ordinatio Vltramontanorum, & Vltramarinorum.

Ordinari non potest vltramarinus ab Episcopo Italo sine licentia Papæ, vel sui Episcopi assignantis causam, quare non ordinauit. & pœnæ talium ordinantium. *De temporibus ordinationum in 6. c.1.* Vide, *Vltramarinus.* Vide, *Itali.* Vide, *Episcopus.*
Episcopi Itali non possunt ordinare ad sacros, nec ad minores ordines, Gallos, Hispanos, aliosve vltramontanos, sine literis dimissorijs proprij Episcopi, recognitis à Nuncijs Papæ, & examinatis à Vicario Romæ. *Vrbanus 8. constitut. 33. Secretis.*
Ordinantes aliter, suspenduntur per annum ab exercitio Pontificalium. Ordinati verò perpetuò suspensi sunt ab ordine, absque spe gratiæ. *ibid. §. 3.*
Vide, *Itali.* Vide, *Vltramontanus.*

Ordinans subditos alterius, vel familiares.

Ordinans subditos alterius Episcopi, per sex menses suspendatur à celebratione missæ. *Concil. Aurelian.3. cap.15. & Aurel. 5. cap.5.*
Talis ordinatio non est rata (id est non licita, & ordinatus suspenditur ab executione.) *Conc. Sardicense c.19.*
Ordinans subditos alterius spontanè, id est sine licentia illius, suspenditur per annum à collatione ordinum. *21. q. 2. cap. 1. Concil. Lateran. 3. tit. De depositione cap. 26. de temporibus ordinationum in 6. cap. Eos qui & c. finali.* & alias pœnas incurrit. *ibid. de Parochijs cap. Nullus Episcopus. Conc. Trid. sess.23. de refor. c.8.*
Episcopus potest ordinare alienum habitantem secum. *Concil. Arausic. 1. cap. 8.* Sed, nisi per triennium sibi inseruierit, non potest ordinare. *Concil. Trident. sess.23. de refor. cap. 9.* Et ordinans familiarem tenetur prouidere eum de beneficio. *ibidem.*
Pro literis dimissorijs, nihil est soluendum. *Conc. Sabin. c.20.*
Vide, *Literæ.* Vide, *Dimissoriæ.* Vide, *Episcopus quo ad ordinationes.*

Ordinati furtiuè.

Ordinatus in sacris furtiuè, si non excommunicatur, à suo Episcopo, dispensatur, vt fiat sacerdos; si verò excommunicatur, non potest fieri, nisi sit Religiosus. *Conc. Later. 3. tit. De depositione c.9. de eo, qui furtiuè c.1. 2. & 3.*
Ordinatus furtiuè contra Episcopi sui voluntatem, suspenditur ab ordine susceptо. potest cum eo Episcopus dispensare. item si fit Religiosus, potest in eo ministrare. *De eo, qui furtiuè, &c. cap. fin.*

Ordinati in aliena Prouincia, vel Diœcesi.

Ordinati in aliena Prouincia sine licentia proprii, priuantur ordine. *Zosimus ep.6. Conc. quod dicitur Apost. c. 36.* Arbitrio proprij suspenditur ab ordine. *Conc. Aurelian. 5. c. 5. Conc. Antiochen. c. 13. & 22.*
Ordinari nullus debet extra Diœcesim, nisi in maxima necessitate, & tunc habere debet literas dimissorias sui Episcopi. *Conc. Colon.2. tit. de altero medio c. 3.*
Vide infra, *Ordinati ab alieno.*
Ordinati in aliena Prouincia, ex Papæ dispensatione manere possunt in suæ Patriæ Clero. *Innocentius 1. ep. 17.* Vide infra, *Ordinati ab alieno.* Vide, *Vltramontanus.*
Vide, *Itali.* Vide, *Episcopus quo ad ordinationes.*

Ordinati malè ex aliquo defectu. & pœnæ.

Ordinatus in sacris ante debitam ætatem, suspenditur ab exercitio ordinum. *de temporibus ordinationum c. Vel non est.* Donec perueniat ad eam.

Ordinatus extra tempus debitum, suspenditur ab executione, donec per Papam dispensetur. *ibid. c. Cum quidam.*

Ordinatus extra tempora, recipit characterem, & peracta pœnitentia, potest dispensari. *De temporibus ordinat. cap. consultationi.*

Ordinati sine titulo prouidendi sunt ab ordinante. *De ætate. qualitate, &c. cap. Accepimus.* Vide, *Ordinans male contra canonum formam.*

Ordinatus in subdiaconum, absque Sacramento Confirmationis, non est iterum ordinandus, sed supplendus defectus. *De Sacram. non iterandis c. 1. & cap. Presbyter.*

Ordinatus ante baptismum, nihil recipit; sed post baptismum iterum ordinatur. *de Presbytero non baptizato. c. Veniens.*

Ordinatus contra Episcopi sui voluntatem. Vide, *Ordinatus furtiuè.*

Ordinatus coactè non recipit characterem. *De Baptismo c. Maiores.* §. *Item.* Vide, *Inuitus.*

Ordinatus in excommunicatione, ob clerici percussionem, si est sæcularis deponitur, si scienter fecit. si regularis, suspenditur ab executione; item si sæcularis. sed cum regulari dispensabat, olim, superior (nisi delictum esset graue, & publicum; cum sæculari Papa. *De sent. excom. c. Cum illorum.* Sed reuocata est facultas, vt infra.

Ordinati ignari, vel ante ætatem, suspenduntur ab executione, donec scientiam, vel ætatem habeant. *conc. Senon. in decr. morum cap. 6.*

Ordinati malè suspenduntur à susceptis, & inhabilitantur ad alios. *Sixtus V. const. 90. Sanctum* §. 3.

Ordinati malè sunt, qui non seruatis temporum interstitijs, ordinati sunt. Item, qui vno die plures ordines sacros habuit. Item, qui diebus continuatis plures ordines sacros habuit, sine dispensatione Papæ. Item irregularis; vel alias inhabilis. Item, qui extra tempora statuta à iure: vel absque dimissorijs proprij Episcopi. qui ante ætatem legitimam. qui sine titulo sufficientis beneficij, vel patrimonij. & tandem, qui contra formam præscriptam à Concilio Tridentino. *Sixtus V. const. 90. Sanctum.* §. 2.

Sic malè ordinati non possunt absolui à reatu ab alio, quam à Papa. omnia Priuilegia annullat. *ibid.* §. 3. Etiam si delictum sit occultum: si fuerint irregulares, neque possunt ab alio, quam à Papa dispensari. *ibid.* §. 3. Etiam si delictum sit occultum. & Sac. Pœnitentiaria non potest dispensare. *ibi.*

Idem incurrunt simoniacè ordinati. *ibid.*

Sed *Clemens 8. constitut. 40. Romanum*, reuocat hanc Constitutionem *Sixti V.* & reducit pœnas malè ordinatorum ad terminos iuris.

Ordinati malè, puniendi sunt iuxta Constitut. *Pij 2. Cum ex sacrorum. Vrban. 8. const. 6. c. 24.*

Ordinati cum falsis literis patrimonij, vel fiduciarijs, suspensi sunt perpetuò ab ordine, & alias pœnas incurrunt. *Vrbanus 8. const. 33. Secretis.*

Ordinati in hæresi. Vide, *Lapsi.*

Ordinati ab alieno Episcopo, sine licentia proprij.

Ordinari nullus potest ab alieno, sine licentia proprij Episcopi, & literis eius. *conc. Nicæn. 1. cap. 17. conc. Meldense c. 51.* Et à suo non recipiatur. *1. q. 1. cap. Si qui clerici. conc. carthag. 3. cap. 21. conc. Rauennat. 2. sub Clem. V. c. 24. De parochijs cap. Nullus Episcopus. conc. Mogunt. 4. c. 84. conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 8.* Non obstante priuilegio, &c. Si ab alieno vult quis ordinari, commendetur à proprio. *ibid.*

Ordinatus ab alieno, est irrite ordinatus (id est illicitè) *conc. Nicæn. 1. c. 17. conc. Sardicen. cap. 19. Adrianus 1. ep. decr. cap. 8. concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio cap. 45. dist. 71. cap. Si quis ausus. conc. Turon. 1. cap. 10. conc. Arelat. 2. cap. 13. 9. q. 2. cap. Nullum. cap. Episcopi. cap. Non inuitati.* Quæ dicunt esse nulliter ordinati (intellige illicitè, & quo ad executionem.)

Ordinatus ab alieno sine dimissorijs, suspensus est ab ordine. *21. q. 2. cap. 1.* Admittitur à proprio ad executionem ordinis habiti. *concil. Lateran. 3. in append. tit. De depositione cap. 26. concil. Toletan. 12. cap. 4. De eo qui furtiue. cap. fin. concil. Moguntin. 4. cap. 84. concil. Trident. sess. 6. de refor. ca. 5.* Arbitrio Episcopi proprij sit suspensus. *sess. 23. de refor. cap. 8.*

Ordinandus ab alieno, examinetur à proprio. *conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 3.*

Ordinatus ab alieno potest recipi à suo in suis ordinibus. *9. q. 2. cap. Lugdunensis.*

Ordinari aliquando potest aliquis à vicino Episcopo, quando proprius est manifestè suspensus. *De temporibus ordinationum in 6. cap. Eos qui.* Sed prius constet de potestate ordinantis. & rursus examinetur de vita, scientia, patrimonio, &c. & si deficiat, remanet suspensus. *conc. Senonen. in decr. morum c. 7. conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 3.*

Ordinari quis potest ab alieno Episcopo de Papæ licentiæ. *concil. Nicæn. 1. ex Iulio 1. c. 6.* Sed constare debet, an ita sit, alias non admittitur, & rursus vt supra examinetur, &c. *conc. Senonen. ibid. c. 7.* Et si deficit remanet suspensus.

Ordinatus ab alio, si est familiaris eius. Vide, *Ordinans subditos alterius.* Vide, *Male ordinati.*

Ordinati ab alieno cum falsis dimissorijs, ad minores ordines, si sunt Itali, secuta prius declaratione iudicis Ecclesiastici, priuilegio fori sunt priuati, & sæculari subduntur. *Vrb. 8. const. 33. Secretis §. 4.*

Ordinati ab eo qui renunciauit.

Ordinatus ab eo, qui renunciauit loco, vel dignitati, cum dispensatione proprij Episcopi potest recipi, & ministrare, si ignoranter est ordinatus. si verò scienter, suspenditur ab executione ordinis. *Eugenius 1. conc. Later. 3. in append. tit. De depositione cap. 18. De ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit, capite primo.* Potest dispensari. *ibid. c. 1.*

Vide, *Episcopus relinquens Ecclesiam.*

Ordinari à non habente potestatem, vel dubio, an haberet.

Ordinatus ab eo, qui non est Episcopus, nihil accipit, & iterum est ordinandus. *Dist. 19. c. Propter totius. 9. q. 1. cap. Per illicitam. Damasus ep. 5.*

Ordinati ab Episcopis, de quibus est dubium an sint, debent iterum ordinari. *dist. 68. c. Presbyteri. Gregorius 3. ep. 5.*

Ordinati ab hæreticis, vel schismaticis, vel in hæresi manentes.

Ordinati ab hæreticis non sunt clerici (id est non admittendi in clero) *conc. quod dicitur Apostol. cap. 68. 1. q. 1. c. Arianos*, &c. *ibid.*

Ordinati ab hæreticis Catafrigis (qui sine materia & forma ordinant) iterum ordinandi sunt. *conc. Nicæn. 1. c. 19.* Et hoc modo intelliguntur infra scripti canones. *1. q. 7. c. Si qui Presbyteri c. Daibertum. c. Per illicitam.*

Item ordinati ab hæreticis Nouatianis (qui non ordinant in forma Ecclesiæ) non sunt recipiendi cum ordine. *1. q. 7. c. Si qui voluerint.*

Item ordinati à Maximo, qui non erat Episcopus, non fuerunt vere ordinati. *Distin. 19. c. Propter totius.*

Ordinatio Episcopi facta ab Episcopo hæretico (si in forma Ecclesiæ) est valida. *Anastasius 2. ep. 1. cap. 7. & 8. conc. Afric. c. 24. & 25.*

Ordinati ab Acacio hæretico, valide fuerunt ordinati. *Dist. 19. cap. Secundum.*

Ordinationes illæ non nocuerunt ordinatis, sed ordinanti. *ib. Anastasius 2. ep. 1. c. 7. & 8. conc. Afric. c. 24. & 25.*

Ordinati Episcopi ab hæreticis Episcopis (in forma Ecclesiæ, si ipsi erant veri Episcopi) dum veniunt ad fidem, cum tali honore recipiantur. *1. q. 7. c. Conuenientibus.*

Sed alias ordinatum erat non recipiendos cum illo honore. *Innocen. 1. ep. 18. c. 3. 1. q. 1. c. Arianos. conc. Afric. c. 25.*

Ordinationes factæ ab Episcopis, hæreticis vel excommunicatis, dicuntur esse irritæ, & nullæ & per eas nihil dati ordinatis. *9. q. 1. cap. Nos. cap. Excommun. cap. Per illicitam, & cap. Ordinationes.* Item *1. q. 1. cap. Verum est.*

cap.

cap. Arianos, & alijs. ibid. Vbi dicitur quod nihil accipiunt qui ab eis ordinantur item dicit. *Innocent. 1. ep. 18. cap. 3. & ep. 22. c. 3. 4. & 5.*

Sed intelligitur, quod sint illicitæ, non inualidæ si ordinantes sunt veri Episcopi. tum quia. *9. q. 1. in cap. Ab excommunicatis & cap. Ordinationes*, habetur, quod tales ordinati in necessitate tolerantur: & sic habuerunt validè ordinem. tum etiam ex dictis supra, quia ordinati ab hæreticis in forma Ecclesiæ, in sua dignitate recipi possunt. *& Nicol. 1. ep. 10.* statuit vt sic ordinati priuentur officio.

Ordinati in hæresi deponendi sunt. *Conc. Nicæn. 1. c. 10.*

Ordinati à Papa schismatico, vel intruso viuente alio, deponendi sunt. *Conc. Rom. sub Ioanne 12.* Et additur, quia nihil accipiunt.

Ordinari nullus potest ab Episcopo schismatico: ordinatus priuatur officio. *Nicolaus 1. ep. 9. & 10. Clemens 8. const. 34. Sanctissimus.*

Ordinati à schismaticis (si isti erant ritè ordinati) recipiunt ordinem, sed non executionem. *Clemens 8. const. 34. Sanctissimus* §. 4. Absoluendi sunt cum pœnitentijs salutaribus, & abiurare debent schisma publicè, vel secreto. *ibid. §. 4.* Efficiuntur irregularis, & à Papa sunt dispensandi. *ibid. §. 4.* Vide, *Schisma.*

Ordinati à schismaticis indigent dispensatione. *De schismaticis, &c. ordinatis c. fin.*

Ordinatio illa dicitur nulla (id est illicita, alias non posset dispensari) sed iterum ordinari debent. *De schismaticis ordinatis. cap. 1.*

Vide, *Hæreticorum sacramenta.* Vide, *Schisma.*

Ordinationes non per saltum, sed gradatim suscipiendæ, & pœnæ.

Ordines dandi, & accipiendi gradatim, non per saltum. *Caius in epist. decr. in fine. Hormisdas ep. 25. Concil. Constantinop. 4. c. 13. Ioann. 8. ep. 199. dist. 59. c. Si officia. & dist. 77. c. illud. Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 11.*

Ordinati per saltum, ordinandi postea sunt in ordine omisso; sed priuari debent executione habiti. *Dist. 52. cap. Sollicitudo.* Arbitrio Episcopi *infra.*

Ordinatus sacerdos omisso diaconatu; ordinetur postea diaconus, sed arbitrio Episcopi suspendatur à ministerio ordinis accepti. *Conc. Later. 3. p. 50. c. 64.*

Si ordinati per saltum, non ministrauerint in ordine accepto, potest Episcopus cum eis dispensare. secus si ministrarunt. *Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 14.*

Ordinationes omnes in quò loco faciendæ.

Ordinationes sacræ in loco publico sunt faciendæ. *Dist. 24. cap. Episcopus, & dist. 75. cap. Quando. Zephyrinus epist. 2. Conc. Carthagin. 4. cap. 2. concil. Tridentin. sess. 23. de reformat. cap. 8.*

Ordinationes faciendæ sunt in Ecclesia Cathedrali præsentibus Canonicis. *conc. Trident. ibid.*

Si fiant in alio loco, semper fiant in Ecclesia digniori, præsente clero illius Ecclesiæ. *conc. Trid. ibid.*

Ordinatio in minoribus fieri potest in omni loco. *Dist. 75. cap. Quando.*

Ordinationes omnes in quo tempore faciendæ.

Ordinatio Episcopi in die Dominica facienda est. *Lib. 8. constitut. Apostol. cap. 4. distinct. 75. cap. Ordinationes &c. quo in die hora 3. fiant. ibid. ex Anacleto epist. 1. & cap. Quod à patribus.*

Ordinationes sacræ faciendæ sunt in quatuor anni temporibus. *Gelasius ep. 9.* (Olim circa vesperam fiebant. *ibid.*) *Gregor. 2. ep. 5. conc. Romanum sub Zacharia. cap. 11.* In ieiunijs quatuor temporum. *Dist. 75. cap. vlt. conc. claramontanum c. 24. conc. Lateran. 3. tit. De depositione c. 24.* Item in Sabbatho sancto, & sabbatho ante Dominicam Pasionis fieri possunt, *ibid. c. 25. De temporibus ordinat. cap. De eo autem.*

Ordinatio Episcopi fieri potest etiam in Sabbatho Sancto. *Dist. 76. cap. Dilectionis.*

Ordines minores conferri possunt in quolibet festo. *De temporibus ordinat. c. De eo autem. conc. Later. 3. vt infra.*

Ordinatio subdiaconi fieri non potest in Dominica (id est sine dispensatione Papæ.) *conc. Later. 3. tit. De depositione c. 23.*

Sed ordines minores possunt dari in Dominica. *ibid. c. 23. & 25. de temporibus ordinat. c. 1. & c. de eo autem.*

Ordinationes sacræ fieri non possunt in Sabbatho Pentecostes. *conc. Later. 3. tit. de depositione c. 23. de temporibus ordinat. cap. de eo autem.*

Ordinationes Episcoporum non differantur vltra tres menses à die confirmationis. *conc. calcedon. c. 25. dist. 75. cap. Quoniam.* Vide, *Episcopi consecratio.*

Ordinans extra statuta tempora, communione priuandus est. *conc. Tolosan. 1. c. 2. & 4. de temporibus ordinationum cap. Sanè super eo.* Priuatur potestate ordinandi. *ibid.*

Ordines sacri duo simul dari non possunt, neque in duobus diebus continuis, etiam si ieiunium sit continuum: alias ordinati sunt suspensi ab executione ordinum. *de temporibus ordinat. cap. Literas vestras. & c. dilectus. conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 13.* Ordinantis pœna. Vide, *Ordinans malè contra canonum formam. & conc. Trident. sess. 23. de refor. c. 13.* Vide, *Ordinati malè.*

Ordinationes omnes, quomodo, seu quo ritu faciendæ.

Antequam fiant ordinationes, facienda est trina proclamatio in Parochijs, vt sciantur impedimenta ordinandorum. *conc. colon. 3. tit. de altero medio c. 4. conc. Trident. sess. 23. de reform. cap. 5.*

Ordinationes omnes præuio examine, vel populi testimonio fiant.

Vide, *Ordinandorum examen. conc. carthag. 3. c. 22.*

Antequam fiant ordinationes, legatur lista ordinandorum, & scriptura illa sit apud Episcopum. *conc. Londin. 2. c. 7.*

Ordinationes clericorum non sunt faciendæ ad placitum populi. *dist. 63. cap. Non est permittendum. conc. Laodicen. c. 13. conc. Trid. sess. 23. c. 4. & can. 7.*

Ordinationes faciendæ sunt coram multis. *Zephyrinus ep. 2.* Coram Capitulo Ecclesiæ. *dist. 24. cap. Episcopus.*

Ordinationes non sunt faciendæ coram Catechumenis. *conc. Laodicen. c. 4.*

Ordinationes omnes gradatim faciendæ à primo ordine. ostiariatus. & successiuè ascendendo. *Caius in ep. decret. in fin. Hormisdas ep. 25.* Vide, *Ordinati per saltum.*

Faciendæ sunt iuxta Prouinciarum statuta. *Hormisdas ep. 25.*

Ordinatio Episcopi facienda est cum impositione libri Euangeliorum, super caput ordinandi, & ceruicem eius, vno Episcopo dicente orationem (id est formam) reliquis Episcopis, qui adsunt, tenentibus manum super caput illius. *Lib. 8. const. Apost. cap. 16. conc. carthag. 4. c. 2. Anacletus ep. 2. dist. 23. cap. Episcopus. dist. 64. c. Ordinationes. conc. colon. 2. par. 1. cap. 1.*

Ordinationes Sacræ cum manuum impositione fiunt. *conc. colon. 2. par. 1. cap. 1.*

Ordinatio Presbyteri fit per impositionem manuum Episcopi, & Presbyterorum, &c. & orationem (seu formam.) *Lib. 8. const. Apost. c. 17. & 18. conc. carthag. 4. cap. 3. dist. 23. cap. Presbyter. conc. Lateran. 3. par. 50. cap. 62. De Sacram. non iterandis cap. vlt.*

Vide, *Ordinatio legitima non iteranda.*

Ordinatio diaconi fit per impositionem manus Episcopi, & orationem (id est formam.) *Lib. 8. constitut. Apostol. cap. 17. & 18. conc. carthag. 4. c. 4. dist. 23. cap. Diaconus. De Sacram. non iterandis cap. vlt.*

Vide, *Ordinatio legitima non iteranda.*

Ordinatio subdiaconi fit per dationem Calicis, & Patenæ, ac Orationem (id est formam.) *conc. carthag. 4. c. 5. dist. 23. cap. Subdiaconus.*

Ordinatio Acolythi fit per acceptionem ceroferarij, verba, &c. *conc. carthag. 4. c. 6. dist. 23. cap. Acolythus.*

Ordinatio Exorcistæ fit per acceptionem libelli Exorcismorum, verba, &c. *conc. carthag. 4. c. 7. dist. 23. c. Exorcista.*

Ordinatio Lectoris fit per acceptionem Codicis Lectionum, & verba. *Conc.Carthaginen.4. c.8. dist.23. cap.Lector.*
Ordinatio Ostiarij fit per acceptionem clauium Ecclesiæ, & verba. *Conc.Carthaginen.4. c.9. Dist.23.cap.Ostiarius.*
Ordinatio psalmistæ, seu cantoris fit iussione Presbyteri (quia non est ordo.) *Concil. Carthaginen.4. cap. 10. Dist. 23.c. Psalmista.*
Si Episcopus ordinans imponit manum, &c. alius verò dicit formam, ordinatio est nulla. *Conc.Hispalen.2. c.5. dist.23. cap. Quorumdam. cap. Ex Epistola.*

Ordinandorum ætas.

Ordinandorum ætas, & series, seu ordo stabilitur in *Concil. Rom. sub Syluestro c.* 10.
Ordinari in minoribus, vel etiam in prima tonsura non possunt infantes. Vide, *Ordines clericales, quibus prohibentur.* Vide, *Tonsura.*
Sacerdos, olim, ordinari non poterat, nisi annos 30. haberet. *Post ep. 3. Bonifacij 1. cap. 1. Dist. 78. c. Per omnia 5. capp. Conc.Melsitan.ca.4.* Vide, *Presbyter.* Vide, *Sacerdos.*
Ordinandorum ætas diuersa, pro diuersis temporibus fuit requisita. *Dist.77. c.Quicumque, & capp.multis aliis seqq.*
Ordinari non potest sacerdos, nisi habeat annos 25. *Zacharias ep.12. Clement. de ætate, & qualit. &c. præficiend. cap. fin. Conc.Trid.sess.23. de refor. c.* 12.
Ordinari, olim, poterat subdiaconus, qui ætatem habebat quindecim annorum. Diaconus 25. Presbyter 30. *Concil. Melsitan. cap.* 4.
Ordinandorum ætas secundum ius antiquum erat, vt subdiaconus non esset minor 18. annis. Diaconus 20. Presbyter 25. *Clement. de ætate, ordine, &c. præficiend. c.fin.*
Nunc ordinari non potest subdiaconus, nisi attingat annum 22. neque Diaconus, nisi 23. neque Presbyter, nisi attingat 25. & sic in regularibus etiam est obseruandum. *Concil.Trid.sess.23. de refor. c.*12.

Ordines Ecclesiastici quot sint, qui, quales, & quantum antiqui.

Ordines, id est dignitates duę inter Christi discipulos fuerunt. Vnus Apostolorum; alius 70. Discipulorum. *Damasus ep. 5. Dist.68. Corepiscopi.*
Ordinatio prima facta ab Apostolis fuit de Matthia. *Dist.21. cap. Cleros.*
Ordo sacerdotum duplex est in Ecclesia, quidam Episcoporum, alius Presbyterorum. & vterque à Deo institutus. *Anacletus ep.* 3.
Ordinum Ecclesiasticorum series, & permansio. *Zosimus ep.1. c.* 3. *dist.* 77. *cap. In singulis.*
Ordines diuersi, diuersa habent officia. *Lib.8. const.Apost.c. vlt. dist.21. cap.Cleros. Dist.* 25. *c. Perlectis.*
Ordines maiores, & minores sunt in Ecclesia. *Dist.93. cap. A subdiacono. Conc.Trid.sess.23.c.2.*
Ordines maiores, seu sacri sunt quatuor, incipiendo à subdiaconatu, vsque ad Episcopatum. *Dist.32. c.Omnium. Leo 1. ep.82. c.3. & 4. Conc. Colon.2. par.1. c.22. & 27.*
Ordines Ecclesiastici septem dandi, etiam à Græcis. *Innocentius 4. const.* 14. *Sub catholicæ.*
Ordines minores sunt 4. incipiendo ab Ostiariatu, vsque ad Acolythatum. *Dist. 93. c. A subdiacono. Conc. Colon. 2. par.1.c.27. Conc.Trident. sess.23. cap.2.*
Ordines omnes hi sunt, Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolythatus, Subdiaconatus, Diaconatus, Presbyteratus, & Episcopatus. *Dist.23. per totam. Dist.77. c.Illud. concil. Colon.2. par. 3. c.31. Conc.Trid. sess. 23. cap. & can.2.* Vide, *Ostiarius.*
Ordines sacri, qui & quot sint. Vide, *Subdiaconus.*
Olim subdiaconus non includebatur inter sacros (intellige) inter sacros, qui habilitabant ad Episcopatum. *De ætate, & qualitate, &c. præficiendorum c. A multis.* Vide, *Subdiaconus.*
Ad ordines gradatim ascendendum est. *Distinct. 59. c. Si officia, & dist.77. c. Illud.* Vide, *Ordinati per saltum.*

Ordines semel accepti, numquam perduntur.

Ordo acceptus tempore sanitatis non perditur per infirmitatem. *Dist. 55. c. Præcepta.*
Ordinatus in sacerdotem non potest fieri vmquam laicus per ablationem sacerdotij. *Conc. Trident. sess.23. c. & can.* 4.

Ordinum Ecclesiasticorum natura, materia, formæ, & effectus.

Ordo (seu ordinatio) est Sacramentum continens remedium salutis. *Conc. Londinense 2. c.* 3. *Conc. Senon. c.* 10.
Est Sacramentum nouæ legis. *Eugenius IV. in decr. vnionis Armenor. §. Quinto, &c. Conc. Tolet. 22. cap.* 25. *Concil. Trid. vt infra.*
Sacramentum ordinis constat ex rebus, & verbis. *Conc.Trident. sess.23. cap. & can.* 3.
Ordo causat characterem in anima ordinati. *Eugenius* 4. *vbi supra. Conc. Trident. sess.7. de Sacram. can. 9. & sess.23. cap. & can.* 4. & deleri non potest. *ibid.*
Ordo est Sacramentum causans gratiam in recipiente. *Concil. Rauennat.3. post Clementem V. c.1. Eugenius* 4. *vt supra.* Effectus hic est gratiæ augmentum, vt ordinatus sit minister idoneus. *ibid. & Concil. Senon. c.* 10. *Con. Mogunt. 4. c.* 35. (& hæc secunda gratia idoneitatis datur bonis, & malis. *Mogunt. ibid.* Quia ad vtilitatem Ecclesiæ, non propriam datur.) *Conc. Trident. sess.23. c & can.4.*
Per Sacramentum ordinis, Ecclesia gubernatur, & multiplicatur spiritualiter. *Eugenius* 4. *in decr. vnionis Armenor. in Conc. Florent. §. Quinto, &c.*
Sacramentum ordinis constat ex materia, & forma. materia est id, quod traditur ab ordinante: forma sunt verba ordinantis. *ibid.*
Ordinis Presbyteralis materia est porrectio Calicis cum vino, & patenæ cum pane. Forma est, *Accipe potestatem offerendi sacrificium, &c. in nomine Patris, &c. ibid.*
Ordinis diaconalis materia est libri Euangeliorum traditio. Subdiaconalis; est traditio calicis vacui, cum patena vacua. *ibidem.*
Ordinum aliorum materiæ sunt res, quæ traduntur: formæ, verba, quæ dicuntur. *ibid.*
Ordinis minister Ordinarius est Episcopus. Vide, *Ordinare cui competit.*
Ordines soli non commendant Deo, sed merita. *Dist.* 40. *c. Ante omnia.*

Ordinatorum omnium speciales obligationes, & onera.

Ordinatus in diaconum, si se accusat, quod antea commisit homicidium, post pœnitentiam trium annorum recipi potest. *Si* verò ab alijs deregatur, post pœnitentiam quinque annorum recipiatur in communione laica. *Conc. Elibert. c.76.* Irregularis est, & eget dispensatione. Vide, *Irregularis.* Vide, *Homicida.* Vide, *Occidens, &c.*
Ordinati in quouis ordine, si reperiuntur criminosi, eijciantur à clero. *Conc. Lucense 2. c.24. & 25. 15.q.8.c. Si quis Presbyter. Dist. 24. cap. Si quis.*
Ordinati in sacris, Presbyteri, Diaconi, &c. Si antea peccarunt corporaliter, abstineant à ministerio. *Conc. Neocæsarien. c.9. & 10. Conc.Valentinum 1. c.4.*
Ordinatus Presbyter, si crimen suum non detegit, non offerat, sed habeat nomen Presbyteri. *Concil. Lucense 2. cap. 25.*
Ordinati dum erant hæretici, deponendi sunt. *conc. Nican. 1. c.* 10. Vide, *Hæretici.* Vide, *Lapsi.*
Ordinati pro aliqua Ecclesia, tenentur permanere in ea. *concil. Arelat.1. c.2. & Arelat.3. c.8. Arelat.4. c.4.*
Ordinati in sacris, sine titulo Patrimonij, tenentur manifestare Ecclesiæ, omnia quæ acquirunt. *Concil. Carthaginen. 3. cap.* 49. Quæ verò habent ex domo sua, possiunt dispensare pro libito. *ibid.*
Ordinati, si nesciunt Latinè loqui, sunt suspensi ab executione ordinum. *conc. Tolet. 22. c.3.*

Ordina-

Ordinati ab Episcopis Catholicis, si cadunt in hæresim, quando redeunt, cum honore recipiantur. *Innocentius 1. ep. 21.*

Ordinatio ad titulum Patrimonij non possunt hunc vendere, nisi titulum habeant vnde viuant. *Concil. Senon. in decr. morum c. 3.* Vide, *Ord. in sacris.*

Ordinati nolentes ascendere ad alios ordines maiores, priuentur minoribus. *dist. 74. cap. Consuluit. de ætate, & qualit. & c. cap. 1. Vt Abbates.*

Ordinati à Pseudo-Episcopis, accedente consensu Episcopi permanere possunt in Clero. *1. quæst. 1. cap. Si qui clerici.* (Intellige de Episcopis schismaticis, vel hæreticis) alias nihil conferunt.

Ordinati in minoribus, vel maioribus, tenentur obedire superioribus gradatim. *dist. 93. cap. A subdiacono. Concil. Trid. sess. 23. de refor. c. 11.*

Non possunt interesse conuiuijs nuptiarum ordinati in sacris. *Dist. 34. cap. Presbyteri.*

Ordinati tenentur inseruire Ecclesiæ, cui sunt adscripti, nisi causa studij absint. *Conc. Trident. sess. 23. de refor. cap. 11.* Vide, *Beneficiati quo ad residentiam.*

Ordinati debent habere ab Episcopo ordinante literas ordinationis ab eo subscriptas. *Conc. Mileuit. c. 14. Conc. Afric. c. 56.*

Etiam si sint ordinati Romæ. *Reformatio cleri Germaniæ cap. 14.*

Ordinati in minoribus superpelliceo semper vti debent, dum ministrant. Vide, *Clerici minores in ministerio.*

Ordinum exercitia.

Ordinum minorum exercitia ab ordinatis tantum peragenda, non ab alijs. *Conc. Trident. sess. 23. de refor. c. 17.*

Clerici ministrantes debent vti superpelliceis. *Conc. Colon. 2. par. 3. cap. 31.*

Ordinum exercitia peragenda sunt à Clericis, qui sunt celibes, vel coniugati habentes tonsuram, & habitum clericalem. *Conc. Tridentin. sess. 23. de refor. c. 17. Conc. Mediol. 1. par. 2. tit. de functionibus, &c.*

Non ordinati ministrantes.

Non ordinatus ministrans in aliquo ordine, deponitur. *de clerico non ordinato ministrante cap. 1.* Vide, *Celebrans.* Vide, *Clerici.* Vide, *Missa.* Vide, *Pœnitentiæ Sacram. ministrans.*

Non sacerdos ministrans Sacramentum Pœnitentiæ, vel celebrans, etiam pro prima vice tradendus est curiæ sæculari. Vide, *Celebrans.* Vide, *Pœnitentiæ Sacram.*

Neque ordinum minorum officia possunt à laicis exerceri. *Conc. Colon. 2. par. 3. c. 31. conc. Trid. sess. 23. de ref. c. 17.*

Vide, *Missam qui possunt.* Vide, *Presbyter.* Vide, *Sacerdos.* Vide, *Pœnitentiæ Sacram. minister.*

Ordo præcedendi, &c.

Ordo præcedendi, & standi ab omnibus in Ecclesia. *Lib. 1. const. Apost. c. 57.*

Ordo inter omnes Episcopos seruandus est, vt posteriores deferant prioribus. *Conc. Mileuit. c. 13.*

Ordo seruatus à Prælatis in Concilio Tridentino. *Pius 4. constit. 24. Sicut.*

Ordo seruandus in Capitulo, & inter dignitates Ecclesiæ. *de maioritate, & obed. c. Statuimus.*

Ordinarius.

Ordinarius potest supplere negligentiam Legati Papæ. *de officio Iudicis ordin. cap. Significauit.*

Ordinarius potest reuocare monachum vagabundum. *ibid. c. Quanto deuotio.* Tenetur illum consignare superiori regulari. *ib.* & potest compellere superiorem, vt illum puniat, *ibid.* Vide, *Episcopus circa regulares.*

Ordinarius subditos corrigit, & reformat appellatione remota. *ibid. c. Irrefragabili.*

Ordinarius potest visitare Capellas beneficiatas, sibi subiectas in monasterijs. *de off. Iud. ordin. c. Conquerente.*

Ordinario debent monasteria præstare obedientiam. *ibid.* Vide, *Regulares circa Episcopos.*

Ordinarius, qui potest excommunicationem absoluere, potest alium delegare. *de off. Iud. ord. c. His quibus.*

Ordinario excommunicante aliquem, omnes tenentur vitare. *ibid. c. Ad reprimendam.*

Ordinario corrigente de mandato Papæ, potest appellari. *ib. cap. Licet.*

Ordinario tenentur omnes obedire. *De maiorit. & obed. cap. Omnes.*

Ordinarius non fit delegatus Papæ per hoc, quod sibi committitur, vt corrigat subditos. *de offic. Iud. ordin. cap. Licet in corrigendis.*

Neque per hoc præiudicatur Metropolitano, quia ad eum fieri potest appellatio. *ibid.*

Ordinarius non potest indicere purgationem infamato, pendente iudicio coram delegato. *de purgat. canonica c. Cum dilectis.*

Ordinarius, quando habet iurisdictionem in exemptos. Vide, *Episcopus circa Regulares.* Vide, *Circa exemptos.* Vide, *Exempti.* Vide, *Regulares circa Episcopos.*

Ordinarij non habent iurisdictionem in fratres Minores, & Prædicatores. *Sixtus 4. const. 6. Regimini.* Non possunt eos inquietare. *ibid. §. 17.* sub grauibus pœnis. *ibid.*

Ordinarij curent, vt fratres priuilegiati fruantur priuilegijs. *Sixtus 4. ibid. §. 18.*

Ordinarijs sub interdicti, suspensionis, &c. pœnis præcipitur, nè molestent, vel impediant fratres Minores, & Prædicatores, quin gratijs, & priuilegijs obtentis fruantur. *Sixtus 4. const. 19. Sacri.*

Ordinarij, quando possunt procedere in causis exemptorum. *Leo X. const. 10. Regimini.*

Ordinarij non habent iurisdictionem in familiares Papæ, & Cardinalium, actu inseruientes istis. *Leo X. ibid.*

Ordinarij semel in anno possunt visitare monasteria monialium, etiam subiecta Papæ. *Leo X. ibid.* Vide, *Episcopi quo ad moniales. quo ad Regulares.* Vide, *Moniales.*

Ordinarij in quibus causis beneficialibus, possunt procedere. *Leo X. ibid.*

Ordinarij possunt iudicare Vicarios, familiares, & colonos Militum Sancti Ioannis Ierosolymitani, vt delegati Papæ. *Gregorius 13. const. 67. Circumspecta.*

Vide, *Episcopus, per omnes tit.*

Orphani.

Orphanis est subueniendum à fidelibus. *conc. Mogunt. 1. c. 6.*

Orphanis per Episcopum est succurrendum, si opprimuntur. *Conc. Regiaticin. cap. 22.*

Organum.

Organa in Ecclesia pulsari possunt, sed sonus debet esse decens, & modestus. *conc. Senon. in decr. morum c. 17. conc. colon. 2. part. 2. c. 15.*

Nihil lasciuum cantandum in Ecclesiæ organis. *conc. colon. 2. ibid.* Vide, *Musica.*

Orientalis.

Orientales Episcopi, Patriarchæ Antiocheno subdebantur. *9. q. 2. cap. Episcopi.*

Orientales Patriarchæ. Vide, *Patriarcha.*

Originale peccatum.

Originale peccatum ab omnibus hominibus contrahitur, & ex eo maculati nascuntur paruuli. *Gelasius ep. 6. Gregorius 1. lib. 7. ex regest. epist. 54. Ioannes 4. epist. 1. De pœnitentia dist. 4. cap. 13. Quid est. Concil. Mogunt. 4. cap. 5.* Per propagationem contrahitur. *ibid. Conc. Triden. vt infra.*

Originale peccatum, origine vnum est, sed omnibus est proprium. *Conc.Trid.sess.5. in decr. de peccato originali.*
Originale peccatum, sine consensu contrahitur. *De Baptismo cap.Maiores. §. Verum.*
Etiam in pueris natis à fidelibus reperitur. *Concil. Trident. vbi supra.*
Sed non intendit Concilium comprehendere in hoc decreto B. Mariam Virginem. *ibid.*
Originale peccatum est mortale. *De pœnit. dist.4. cap.7. Peccatum.*
Originale peccatum, misericordia Dei per Christum, & baptismum aufertur ab homine. *Conc. Mogunt.4. c.6.*
Originale peccatum deletur per baptismum, eiusque gratiam. *De pœnitentia dist.4. c.13. Quid est.*
Vide, *Baptismus. Leo X. const.40. Exurge. Conc.Trident. sess.5. de peccato originali.*
Originale remittitur paruulis, sine eorum consensu, sicut sine consensu contrahitur. *De Baptismo c. Maiores. §. verum.*
Originale peccatum per baptismum non solum raditur, sed totaliter deletur. *Conc.Trid. vbi supra.*
Originalis peccati pœna est carentia visionis Dei. *De Baptismo cap. Maiores. §. Sed adhuc.*

Ornamenta.

Ornamenta Ecclesiæ non accomodentur pro nuptiarum pompis. *De consecrat. dist. 1. cap. Ad nuptiarum.*
Ornamenta quibus alij illaqueantur, sunt fugienda. *Lib.1. const. Apostol. cap.3.*
Ornamenta mulierum in Vrbe reformantur. *Pius V. constit. 39. Quoniam.* Vide, *Mulieres.* Vide, *Pompæ.*

Ossa.

Ossa excommunicatorum sepulta in cœmeterio Ecclesiastico, si possunt discerni exhumanda sunt, & proijcienda. alias non. *De sepulturis cap.Sacris.* Vide, *Excommunicatus.*

Osculum.

Osculum non facit consanguinitatem. *27. q.2. cap. Lex diuina.*

Ostiarius.

Ostiarius idem est, ac ianitor. *Dist.21. cap.Cleros.* Est ordo. Vide, *Ordines.*
Ostiarius assistere debet ostiis Ecclesiæ. *Conc.Laodicen. c.19.*
Ostiarij officium est aperire, & claudere templum, excommunicatos, & infideles excludere. *Post Concil. Toletan.8. Concil.Aquisgran. sub Ludouico Pio c.2. dist.25. cap.Perlectis. Concil.Mediol.1. p.2. tit. de Ostiario.*
Item arcet populum ne accedat ad sacerdotem facientem diuina. Campanas pulsat. In Ecclesia deambulantes, dormientes, vendentes, tumultum facientes, &c. ad superiorem deferat, & expellat. Mendicantes ab Ecclesia excludat. Ecclesiam verendam curet. canes & alia bruta expellat; & omne indecens ab Ecclesia remoueat. *Concil. Mediolan. ibid.*
Ostiarius vasa sacra non potest tangere. *Concil. Roman. sub Syluestro cap.9.*
Ostiarii Cancellariæ Apostolicæ officium à Vice-Cancellario confertur. *Sixtus V. const.107. cum pro sanctæ.*
Vide, *Ianitor.*

Otium.

Otium fugiendum præsertim ab Ecclesiasticis. *Lib.2. const. Apost. cap.vlt.*
Otiosa verba mala sunt, ideo cauenda. *22. q.5. cap. Quoties verò.*

Oua.

Oua, & caseus non possunt comedi in Quadragesima. *Conc. Quintilinburgense c.8.* Vide, *Caseus.*

P

Pactum.

PActum dicitur contractus, pace factus. *De verbor. significat. cap.Pactum.*
Pacta ex lege, vel consuetudine firmata, nullo modo sunt violanda. *Dist.8. cap. Quæ contra.*
Pactum fundatum in iuramento, quando potest frangi, si altera pars frangat. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c.81.*
Pacta aliquando etiam cum infidelibus fieri possunt. *Nicol.I. ad consulta Bulgar. c.82.*
Pacta licita seruanda sunt. *Concil. Later. 3. in append. tit. de pactionibus c.1.& 2.*
(Illicita verò non seruanda. *ibid. c.2.*) *De pactis cap.1. Antigonus.*
Pactum de turpi, vel impossibili, est nullum. *De pactis cap. Pactiones.*
Pacta licita non possunt reuocari. *Concil.Lateran.3. vbi supra cap.5.*
Pacta non possunt præiudicare tertio, alias nulla sunt. *Conc. Later.3. tit.de pactionibus secundo c.1.*
Pactum in rebus spiritualibus, non valet. *De pactis cap. Pactiones.*
Pacta augendi pensionem, vt detur Ecclesia, sunt irrita. *Concil.Lateran.3. tit. de pactionibus c.8. de pactis cap.cum Clerici.* & sic faciens spoliatur Ecclesia. *ibid.*
Pacta, vt post obitum possidentis Ecclesiam, succedant nepotes, sunt nulla. & illud faciens spoliatur beneficio, seu Ecclesia. *ibid.c.8. De pactis c.Accepimus.*
Vide, *Beneficia non accipienda cum pacto, &c.*
Pactum inualidum, per consensum superioris validatur. *De pactis cap. Quotiens.*
Pactum resignandi beneficium Ecclesiasticum per pecuniam, non valet. *De pactis cap. cum pridem.*
Pactum de succedendo in Ecclesia post mortem Prælati, est nullum. *ibid. cap. Accepimus.*
Pactum, quod facit Ecclesia infeudando, &c. in præiudicium alterius Ecclesiæ, est nullum. *De pactis cap. Plerique.*
Pacta Regularium cum Parochis, quas conditiones exigunt. *De pactis in 6. cap. Quia ex eo.*
Pacta Regularium cum Parochis de non sepeliendo certas personas, sunt obseruanda. *De pactis in 6. c.1.*
Vide, *Regulares circa Parochos.*
Pactum facientes cum diabolo, malefici, vel sortilegi à fide apostatando, si aliquem lædunt, secuta morte, etiam pro prima vice, curiæ sæculari tradendi sunt. *Gregorius XV. constit.46. Omnipotentis.* Si verò mors non fit secuta, sed infirmitas; diuortia; impotentia generandi, damnum in frugibus, vel aliis, muro perpetuo in carcere Sancti Officii claudendi sunt. *ibid.* Vide, *Malefici.*

Paganus.

Paganorum festa, & ritus non obseruanda à fidelibus. *Conc. Laodicen. cap.3.*
Paganis prædicare possunt Religiosi, cum licentia Prælatorum. *De Iudæis cap. Quam sit laudabile.*
Pagani non possunt accusare, nisi in causis proprijs. *Concil. Carthag.7. cap.2.*
Paganorum Ciuitates ereptæ à quocumque, conceduntur à Papa, eripientibus. *Gregor.7. lib.1. ep.7.*
Paganus fornicans cum Christiana, vel concubinam, aut vxorem habens Christianam, quomodo puniendus est.
Vide, *Saracenus.*
Paganus sodomiam faciens cum Christiano, quomodo punitur. Vide, *Sodomita.* Vide, *Bellum.* Vide, *Infideles.* Vide, *Saracenus.*

Pallium à quo petendum, & concedendum, & quid agendum.

Pallium Archiepiscopale à Papa petendum. *Damasus epist.7. c.5.* ab eo solo conceditur. *Vigilius ep.6. 7. & 10. Pelag.I. epist.6.*

epist.6. & 7. Gregor.1. l.4. ep.8. 50. & 54. l.5. ep.7. c.18. l. 7. ep.5. l.11. epist.44. lib.12. epist.15. dist.100. per 11. capitula.

Solus Papa concedit Pallium, & non alius. *Ioannes 8. ep.190.* Vide, *Papa.*

De Papæ commissione Patriarchę concedunt pallium Archiepiscopis suffraganeis. *de priuil. c. Antiqua. conc. Later. 4. cap.5.*

Pallium debet postulari, alias non detur. *Dist.100. Prisca, & cap. Nouit.*

Pallium Archiepiscopale non petens à Papa intra tres menses, careat dignitate Archiepiscopali. *Post ep.7. Damasi cap.5. dist.100. c. Quoniam.*

Pallij traditio non retardatur, si fiat oppositio Archiepiscopo, opponens iuret, quod malitiosè non facit, & ad pœnam talionis se obliget, vel aliam arbitrio Præsidentis; & si intra bimestre non probet, tradatur. *Extra, de authoritate, & vsu pallii c.vn.*

Pallium non datur Archiepiscopo; nisi iuret de fidelitate ad Papam. *De elect. c. Significasti. Extra, de elect. c.1.* Vide, *Archiepisc. circa pallium.*

Pallium non datur, nisi post professionem fidei. *Distin.100.c. Optatum.*

Pallium accipiens promittit remouere illicita ab Ecclesia. *dist. 100. c. In ea Synodo.*

Pallium accipiens, literas Papæ de hoc habere debet; alias non potest à curia discedere. *De elect.c.1.* & sine illis literis non potest gubernare, nec fructus percipere. *Extra, de elect. capit.1.*

Pallij concessio, multa secum fert priuilegia. *Dist.100. cap. Rationis.*

Pro pallio, nihil soluatur. *Greg.1. l.4. ep.44. & 55. l.5. ep.7. De simonia c.1.* Qui redditus habent, vnum tantum florenum pro centenario in expeditione soluunt ministris, & nihil aliud, sub pœnis grauibus, & excommunicatione latæ sententiæ. *Qui illud accipiunt in partibus infidelium, nihil soluunt; pro ijs verò qui aliquos habent redditus, quæ taxa tenenda. Vrbanus 8. in append. const.50. Dudum.*

Vide, *Archiepiscopus circa pallium.* Vide, *Papa.*

Pallij significatum, vsus, & caremoniæ vtendi illo.

Pallium de lana ouis factum est, & significat Archiepiscopum esse pastorem. *Clem. 2. ep.vn.*

Per pallium confertur plenitudo potestatis Archiepiscopalis. *De authoritate, & vsu Pallij c. Nisi specialis. de priuileg. c. Antiqua.*

Pallij vsus conceditur à Papa pro determinatis vicibus. *Gregorius 1. l.11. ep.44. l.12. ep.15. Gregor.7. l.6. ep.38. De authoritate, & vsu pallij. c. cum sis, & c. finali.*

Papa vbique vtitur pallio. *De authorit. & vsu pallij. c. Ad honorem.*

Pallio vti non licet, nisi vicibus à Papa determinatis. *Gregorius 1. l.2. ex regest. epist.54. Nicolaus 1. ep.47. in fine.* & *in decr. de Episcopis c.8. de consecr. dist.1. c. Porrò. Adrianus 2. post ep.14. Alexander 2. ep. 4. Honorius 3. ex cirone, de authoritate, & vsu pallij c.1.*

In missarum solemniis vtendum pallio. *Bonifacius V. epist.1. Gregor. 1. l.6. ep.127. & 131. l.7. ex regest. ep.78. dist.100. c. Pallium, cap. Non multum, cap. contra morem. conc. Matiscon. c.6.*

In Litanijs non vtendum pallio, nisi dispensęt Papa. *Gregor. 1. l.4. ep.11. l.7. ex regest. ep.78.*

Pallio non vtendum extra statuta tempora, sub pœna depositionis. *conc. constantinop.4. c.27.*

Pallio non vtendum extra Ecclesiam. *Gregor.1. l.7. ex regest. ep.15. & 54.*

Pallium in sacristia imponendum. *Gregorius 1. l.7. ex regest. epist.78.*

Pallium à primo diacono imponendum Archiepiscopo. *Greg. 1. l.2. ex regest. ep.55.*

Pallium finita missa reponendum est. *Gregorius 1. l.7. ex regest. ep.54.*

Pallio in propria Prouincia vti potest Archiepiscopus. *de authorit. & vsu pallij cap. Cum sit, & c. fin.* Etiam si sit consuetudo, non potest eo vti in aliena Prouincia. *ibid. c. Ex tuarum. & c.1.*

Permittente autem eo ad quem pertinet, potest in aliena Prouincia vti, & quomodo. *ibid. c. Ex tuarum.*

Pallium non potest ab vno Archiepiscopo commodari alteri. *de authorit. & vsu pallij c. Ad hæc.*

Vide, *Archiepiscopus circa vsum pallii.*

Pallium operimentum.

Pallium, quo defunctus deducitur ad Ecclesiam coopertus, acquiritur illi Ecclesiæ, in quo sepelitur, si factum sit ab hæredibus. *conc. Mediol.1. part.2. tit. de funeribus, &c.*

Panis.

Panis consecrandus pro Eucharistia debet esse integer, quantitatis proportionatæ iuxta vsum Ecclesiæ. *conc. Tolet.16. c.6.* Pœna contrafacientium est excommunicatio per vnum annum. *ibid.*

Panis triticeus est materia Eucharistiæ. Vide, *Eucharistia.*

Panis, siue azimus, siue fermentatus, est materia Eucharistiæ; sed tenendus est ritus Ecclesiæ propriæ, vt à Græcis Græcæ, à Latinis Latinæ. *Eugen.4. const.17. Lætentur.* §. 4. & est vnio Græcorum, & Armenorum.

Panis, qui remanet non consecratus post factam Eucharistiam benedicendus est, ac dandus fidelibus. *Post ep.4. Pii 1.*

Panis, & vinum in consecratione conuertuntur in corpus, & sanguinem Christi. *de consecr. dist.2. c. Quia corpus.* Vide, *Eucharistia.*

Panis substantia non remanet in sacramento altaris facta consecratione. *conc. constantiense contra art.1. Ioannis Vvicleff.* Vide, *Euchar.*

Panis accidentia in dicto Sacramento, manent sine subiecto. *ibid. contra art.2.*

Papa, seù Romanus Pontifex, eius dignitas, sanctitas, ac maiestas.

Papæ nomen est proprium Romani Pontificis, vnicum est in mundo. *Greg.7. l.2. post ep.155.*

Papa est vas catholicum, Euangelii tuba, preco iustitiæ. *de consecr. dist.1. c. Agapitus.*

Papa à Deo habet sacerdotium & potestatem sancti Petri. *Eusebius ep.3. Adrianus 1. ep.1. Nicolaus 1. ep.8.*

Papa à Deo habet claues. *Felix 2. ep.1. c.20. Extrau. Ioann. 22. de verbor. signif. c. Quia quorumdam.*

Papa habet duplicem clauem, scilicet cognoscendi, & definiendi, & vtraque indiget ad statuenda decreta fidei, & morum. *Extrau. Ioann.22. de verborum signif. cap. Quia quorumdam.*

Papa solus est Apostolicus. *dist. 21. c. Cleros.*

Papa à Deo est constitutus super omnes. *Marcellus 1. ep.1. Iulius 1. ep.2. c.36. Felix 2. ep.1. c.20. Damasus ep.4. Gelasius ep.4. Pelagius 2. ep.8. Extra, De consuetudine. Eugen. 4. const.17. Lætentur. §.8.*

Papa est Christi locum tenens. *Pius II. in bulla retractationum. De elect. in 6. c. Fundamenta.*

Papa est caput Ecclesiæ visibile. *conc. constant. contra art.27. Ioannis Huss. Pius V. in bulla retractationum.*

Papa in sancto Petro habet potestatem egendi & pascendi vniuersalem Ecclesiam. *Eugenius 4. const.17. Lætentur.*

Papa est Vicarius filii Dei, sicut Petrus. *Leo IX. ep.1. c.13. Leo X. const.40. Exurge. de elect. in 6. c. Fundamenta. concil. constant. contra art. 37. Vvicleff. & contra a.12. Ioannis Huss.* Etiam si mores sancti Petri non habeat. *ibid. contra art.13. Huss. conc. Florent. sess. vltima in literis vnionis* & est *const.17. Eugenii 4. Lætentur in §.8.*

Papa, vniuersalis Ecclesiæ est Episcopus. *Sixtus I. ep.2. Vigilius ep.7.*

Solus Papa dici potest vniuersalis Episcopus. *Pelagius 2. ep.8. Nicol.1. ep.6. Greg.7. l.2. post ep.55. conc. Generale 6. act. 18. ep. ad Agathonem Papam.* Vide, *Vniuersalis.*

Papæ

Papæ potestas data fuit à Deo sancto Petro, & eius successoribus. *Extra, De maiorit. & obed. cap. Vnam sanctam.*

Papa habet primatum super omnes Episcopos, & Ecclesias, non ex Apostolis, sed à Christo, & iure diuino & ex traditione Apostolorum id habetur. *Anaclet. ep.3. Iulius 1.ep.1.* Et non ex decretis Patrum. *ibid. Innocent. I. ep.22. Ioannes 2. epist.2. Adrianus I. ep. decr. cap. 3. & epist.1. ac 2.* Semper habuit primatum super omnes. *ibid. Nicolaus I. ep.7. & 8. Felix 3. in Conc.Rom.1. in ep. Synodali. dist.11. cap.Nolite. dist.22. cap. Omnes. c. Sacrosancta. Greg.7. lib.1. epist.31. Ioannes 8. epist.199. & 251. Leo 9. epist.5. Concil. Nicæn.2. act.2. Conc. Florentin. sess.vlt. in literis vnionis. Pius 2. in Bulla Retractationum. Extra, De consuetudine cap. super gentes estque Ioannes 22. & Extra, de maiorit. & obedient. cap. Vnam sanctam. Eugenius 4. const.17. Latentur §. 8.*

Papæ primatum super omnes Episcopos, &c. negans est hæreticus. *Dist.22. cap. Omnes.*

Papa est apex omnis Episcopatus. *Innoc.1. ep.24. Nicolaus 1. ep.32.* Idem *in appendice ep.14.* Iure diuino est vertex omnis Episcopatus. *Damasus ep.5.*

Papa solus habet plenitudinem potestatis in tota Ecclesia; Episcopi verò vocantur ab eo in partem sollicitudinis. *2. q.6. cap.Decreto. 3. q.6. c. Multum. Ioannes 8. ep.219.*

A Deo immediate obtinet potestatem super omnem Ecclesiam. *Pius 2. in Bulla retractationum.*

Papa est magister, & doctor omnium Ecclesiarum. *Nicol.I. in decr. de consuetud. c.3. Ioannes 8. ep.65. Concil. Later.3. in append. tit. De sponsalibus secundo cap.7. Greg.7. lib.8. ep.1. Conc.Florent. sess.vlt. in literis vnionis. Dist.21. cap. Denique. Ioannes 8. ep.189. & 190.*

Papa ratione officij est sicut Sanctus Petrus. *Leo 9. ep.1. c.35.* Licet vita eius sit mala. & sufficit officio, si bona doceat. *ibid. conc.Constantiense in const. Martini V.*

Papa iudicat, soluit dubia, & alia facit sicut Sanctus Petrus. *Melchiades epist. decret.*

Papa est caput omnis Religionis. *Nicol.1. in append. ep.14. Leo 9. epist.1. c.10. & 13.*

Papa est omnium pastorum pastor. *Pius 2. in Bulla retractationum.* Omnes Ecclesiæ particulares, & omnia ouilia ei subduntur. *ibid.*

Papa regit Ecclesias totius Mundi. *Felix 3. epist.1. ad Acacium. Dist.22. c. Sacrosancta. Ioannes 8. ep.80.* Est præsens toti orbi per sollicitudinem. *Cœlestin.1. ep.11.*

Papa habet à Christo omnem potestatem necessariam ad regendum oues Christi sibi commissas. *Pius 2. in bulla Retractationum.*

Papa solus est Summus Pontifex. *Conc.Gener.6.* id est, *Constant.3. act.18.*

Papæ auctoritas, & diuinis & humanis legibus est firmata. *Zosimus ep.10.*

Papa est arbiter, & moderator totius Mundi ideo inter orientem, & occidentem, Romæ sedet. *Greg.2. ep.12.*

Papa licet absens, Ecclesiæ vniuersalis, & omnium Christianorum curam, & sollicitudinem habet. *Nicol.1. ep.1. 2. 6. 8. 10. Conc.Trecense sub Nicolao 1.*

Papa est Princeps in vniuersa terra, & Ecclesia, hæres potestatis à Deo datæ Sancto Petro. *Nicolaus 1. ep.8. Extra, de maior. & obed. c. Vnam sanctam.*

Papæ subesse, est de necessitate salutis omni humanæ creaturæ. *ibid. in fine.*

Papa, soli Dei iudicio subiacet. *Leo 9. ep.1. c.35. dist.23. cap. in nomine. conc. Rom.3. & 4. sub Symmacho. conc. Sinuessanum sub Marcellino. Pius 2. in Bulla Retractationum.* Vide, *Papa à nullo iudicatur.*

Papa ex officio, non ex moribus inspiciendus. *Nicol.1. ep.8.*

Papa, etiam si malus sit, ac præscitus, habet potestatem super Christi Ecclesiam. *concil. constant. contra art.8. Vvicleff. & contra art.10. 11. ac 20. Ioann. Huss.*

Papa etiam si præscitus, ac reprobus, non est. æquiuocè pastor, sed vniuocè. *conc.constant. contra ar.22. Ioan. Huss.*

Vide infra, *Papa etiam malus.*

Papa etiam si non viuat conformiter Christo, est legitimus Pontifex. *conc.constant. contra ar.24. Ioann. Huss.*

Papa est venerabilis etiam si qualitates non habeat amabiles. *Greg.4. ep.vnica.*

Papa est talis, non ex operibus bonis, sed ex electione. *conc. constant. contra ar.26. Ioann. Huss.*

In Papæ Cathedra fundata est Ecclesia. *Felix 3. ep.2. ad Zenonem Imperatorem.*

Papæ potestas in ligando, & soluendo est maior potestate sacerdotum aliorum, etiam habentium curam animarum. *conc. constant. in const. Martini V.*

Papæ potestas in Ecclesia est singularis. *concil. Roman.2. sub Symmacho.*

Papa est Ecclesiæ filius per generationem, sed pater per dignitatem. *Pius 2. in Bulla Retractationum.*

Papæ commissa est vinea Domini. *conc. calced. in ep. synodica. Stephanus 6. ep.1.*

Papa defendit gregem, & adiuuat. *23. q.8. cap. Scire nos.*

Papa portat onus omnium Ecclesiarum. *Ioannes 8. epist.80. & 219.*

Papa canonicè electus vocandus est Sanctus. *Gregorius 7. lib.2. post epist.55. lib.8. ep.21.* Dicendus est Sanctissimus, non sic Reges vel alij. *conc. constantiense contra artic.23. Ioann. Huss.*

Papæ officium semper fuit in Ecclesia etiam ab initio. *concil. constantien. contra ar.29. Ioann. Huss.*

Sine Papa regi non potest Ecclesia. *ibid. contra ar.29. Huss.*

Papa habet potestatem spiritualem, & temporalem. *Extra, De maiorit. & obed. c.Vnam sanctam.*

Papæ concessa fuit Monarchia Romana à Constantino, & Ludouico Imperatoribus. (Vide, *Papa circa ducatum Romæ.*) *De elect. in 6. cap.Fundamenta.*

Papa est super gentes & super regna. *Extra, de consuetud. Extra, De maiorit. & obed. cap. Vnam sanctam.*

Papæ auctoritas licet per hominem exerceatur, tamen non est humana, sed potius diuina. *Extra, De maiorit. & obedient. cap. Vnam sanctam.*

Papa disponit omnia, quæ pertinent ad fidem & Dei cultum. *Leo 9. ep.1. c.13. & 15. Leo X. const.40. Exurge.*

Vide, *Papa circa res fidei.*

Papæ omnes debent vniri, vt capiti vnitur corpus. *Leo 9. ep.1. cap.6.*

Papa multa docet, non sicut Papa, sed vt priuatus doctor. *Extrau. Ioann.22. De verbor. signif. cap. Quia quorumdam.*

Papæ electio.

Electionem Summorum Pontificum Deus sibi reseruauit, licet electoribus potestatem eligendi dederit. *Anaclet. ep.2. dist.79. cap. Electionem.*

In Papæ electione laici nullam habent potestatem aut ius. *conc.Roman. sub Symmacho cap.2.* Neque Imperator, aut Reges. *Distinct.63. cap. Ego Ludouicus. & cap. Tibi Domino.*

Dum facienda est Papæ electio, interim orationes fiant per diœceses. *concil.Rauenn.2. sub Clem.V. c.1.*

Eligendus est in Papam, qui sit vtilis Ecclesiæ, & idoneus, non ad fauorem, & gratiam principum. *concil. constant. sess.40.*

Electionem Papæ in Vrbe Romæ, non extra faciendam esse, si ipse extra moreretur, statuit. *Clemens 7. constitut.26. cum carissimus.*

Papæ electio, olim, publicè à Clero Romano fiebat. *Ioan.9. concil. Roman.*

Papæ electio facienda in loco vbi mortuus est Papa. sit ille est locus audientiæ causarum secus si sit alius, etiam si tunc audientia vacet. excepto si Papa ante mortem præceperit transferendam esse audientiam. quia tunc eius constitutio est obseruanda. *Clement. de elect. c. Ne Romani. §. Sanè.*

Papæ electionem impediens est excommunicatus. *distin.79. c.Si quis ex Sacerdotibus, c.Si quis ex Episcopis.*

Papæ electio quomodo facienda. *Distinct.23. cap. in nomine Domini.*

Papa per Cardinales debet eligi. *Distinct.23. cap. in nomine. Concil. Roman. sub Nicol.2. cap.2. de electione in 6. cap. Fundamenta.*

Papæ electio per Cardinales, non est introducta per diabolum. *Conc. Constantiens. contra art.40. Vvicleff.*
In casu schismatis, &c. quando Papa eligendus est per Concilium, præter Cardinales, alij electores adiungendi, & qui. *Conc. Constantiense sess.41.*
Papæ electio ex constitutionibus *Gregor.X. & Alexand.III.* quomodo facienda. *De elect. cap. Licet de vitanda, & sub eod.tit. in 6. cap.Vbi periculum.* Alias nulla est. *De electione cap. Licet.*
Electio Papæ quomodo facienda ex constitut. *Gregorij XV.* Quo ordine, ritu, solemnitate, &c. qui habent votum, &c. *Gregor.XV. const.13. Æterni Patris. per §§.28.* Distinctè omnia habentur. *ibid.*
Cæremoniale obseruandum in electione Papæ. *Gregor.XV. const.19. Decet Romanum. Vrban.VIII. const.45. Ad Romani.* Vide, *Cardinales in conclaui.* Vide, *Conclaue.*
Papæ electio debet esse iusta, & canonica. *Dist.63. c. Inter nos.* Alias nulla est. *De elect. cap.Licet. de vitanda.*
Papa vnus de Cardinalibus debet eligi. *Dist.23. cap.In nomine, & distinct.79. cap.Oportebat. cap. Nullus.* Si verò in gremio Romanæ Ecclesiæ, id est, Cardinalium non reperitur aliquis idoneus, de alia Ecclesia eligatur. *Distin.23. cap. In nomine.*
Papa electus à duabus partibus Cardinalium, qui sunt in conclaui, est verus Papa. *Concil. Later.3.c.1. dist.23. cap.In nomine. Conc.Constantiens. sess.40.* Alias nulla est electio. *ibid. De elect. cap. Licet de vitanda.* Neque vlla exceptio potest obstare. *ibid. Gregor. XV. const.13. Æterni.*
Vide, *Conclaue vt supra.*
Papa electus à minori parte Cardinalium, si præsumit esse Papa excommunicatus est, & illi etiam, qui eum recipiunt. *Concil. Later.3.c.1. dist.23. cap. In nomine. De elect. cap. Licet de vitanda.*
Nullus Cardinalis potest excludi ab electione Papæ sub quouis prætextu suspensionis, excommunicationis, vel interdicti. *Clement. de elect. c.Ne Romani. §. Cæterum.*
Papa electus per tumultum, sine concordi electione, non est verus Papa, sed alius est eligendus. *Distin.79. cap. Si quis pecunia.*
Papa non electus à Cardinalibus, non est Papa. *Concil.Rom. sub Nicolao II.*
Papa electus viua voce à Cardinalibus, est legitimus. *Concil. Constant. contra ar.26. Ioann. Huss.*
Papa electus si est hæreticus, vel schismaticus, electio est nulla; & non potest reualidari per adorationem, inthronizationem, &c. *Paulus IV. const.19. cum ex Apostolatus.* Et facta eius nulla sunt. *ibid.*
Papa electus per pecuniam non est verus Papa, sed alius eligitur. *Dist.79. cap.Si quis pecunia. Nicolaus I. in decr. tit. De Roman. Ecclesia cap.2.*
Electio Papæ simoniaca est nulla, id est, facta etiam cum promissione dandi pecunias, beneficia, castra, arces, &c. vel cum actuali datione, siue alicui, siue aliquibus: & sic electus, nullam accipit potestatem, imò quilibet Cardinalis potest opponere de simonia, & hæresi, & sic electus priuatur omnibus gradibus, etiam Cardinalatu, Abbatijs, &c. & est, vt Simon Magus. Cardinales etiam, qui in simonia consenserunt, possunt ei negare obedientiam; & per inthronizationem non acquirit ius aliquod. & aliæ pœnæ multæ. *Conc. Lateran.5. Bulla Iulij II. contra electionem simoniacam Papæ. Iulius II. const.3. Cum tam diuino.*
Mediatores, vel eligentes simoniacè, quas pœnas incurrunt. *ibidem.*
Electione illa inualida præcedente Cardinales debent eligere alium verum Papam, aduocando etiam Cardinales, qui in simonia consenserunt. quod si isti nolunt se vnire, illi se solis eligere possunt, non expectata sententia declaratoria simoniacæ electionis, vel conuocare possunt Concilium. *ibidem.*
Electus per vim cadentem in constantem virum non est Papa, neque per sequentem consensum potest validari electio: tamen non potest eligi alius, nisi ille renunciet, vel Generale Concilium aliter iudicet: alias nulla est electio, & tam eligentes, quam electus omni dignitate priuati sunt perpetuò, & in eo casu Concilium eligit Papam. *Conc.Constantiense sess.39.* Vt metus habeat effectum, à Cardinalibus iudicandum est. *ibid.* Qui debent ire ad Concilium in illo casu, & qui conuocant Concilium. *ibid.*
Papa non electus canonicè est anathema, omni gradu, & officio in quo prius erat priuatur. *distin.23. cap. In nomine.* Sic etiam qui ei adhærent. *ibid. Nicolaus I. in decr. tit. de Rom. Eccles. cap.2.* A Cardinalibus est anathematizandus, & pellendus ab Ecclesia cum auxilio aliorum. *ibid. dist.79. vt infra.*
Est Apostaticus non Apostolicus. *Dist.79. cap. Si quis Apostolica. & cap.Si quis pecunia. Conc.Rom. sub Nicol.2.*
Papa viuente tractans de electione successoris, vel procurans, aut promittens suffragium, est excommunicatus, & omni gradu priuatus. *Conc.Rom.1. sub Symmacho c.3. dist.79. cap.Si quis Papa.* Vide, *Papa circa successores.*
Papa electus, ante coronationem facere potest omnes actus Papales, quos facit post. Et qui dicit contrarium est excommunicatus. *Extra, de sentent. excommunicat. cap. Quia nonnulli.*
Papa coronandus est publicè; & olim coram Legatis Imperatoris coronabatur. *Conc.Roman. sub Ioanne IX.* Dum coronatur, non tenetur iurare de aliquibus faciendis. *ibid.*
Pro Papæ electione, vita, &c. fieri non possunt excommissæ. Vide, *Papa circa successorem.*
Papæ electi domum spoliantes, excommunicati sunt ipso facto, nec possunt absolui, nisi à Papa, excepto mortis articulo. *Conc.Roman. sub Ioanne 9. Concil.Constant. sess.41.* sunt intestabiles, &c. si Ciuitas id facit subiacet interdicto. *ibid. & Conc.Later.5. sess.12. const.1. Temerariorum,* statuit tales spoliantes, deprædantes domum, &c. incurrere in easdem pœnas, in quas incurrunt carcerantes Cardinales. Sic etiam dantes fauorem, auxilium, consilium, &c. Vide, *Romanus Pontifex.*

Papæ authoritas, seu potestas suprema, ad quos extenditur.

Papæ potestas in spiritualia est à Deo. Vide, *Papa, seu Romanus Pontifex, &c.*
Papa soli Deo est subiectus. *Conc. Rom.3. & 4. sub Symmacho. Leo 9. ep.1. c.35.*
Papa de iure diuino iudicat omnia Ecclesiastica. *Nicolaus I. in append. ep.13.*
Papa in terris potest omnia soluere, & ligare. *Clemens I. epist.1. cap.5.*
Papæ potestas in ligando, & soluendo est maior potestate aliorum sacerdotum, etiam habentium curam animarum. *Conc. Constantiense in constitut. Martini V. Leo X. constitut.40. Exurge.*
Papa non habet in terris superiorem supra se. *dist.23. cap. in nomine.* Eius peccata Dei iudicio reseruantur punienda. *Pius 2. in Bulla Retractationum.* Vide, *Papa, seu Romanus.* Vide, *Papa à nullo iudicatur.* Vide, *Prima sedes.*
Papæ potestas est supra omnes fideles. *Iulius 1. ep.2. cap. 36. conc. Rom.2. sub Symmacho. Stephanus 6. ep.1. Nicol.1. epist.9. in decret. de Romana Ecclesia c.4. Pius 2. epis.2. & in Bulla Retractationum. Extra, de consuetudine. Extra, de maiorit. & obed. cap.vnam sanctam.*
Papa suspendere potest iurisdictionem, & officium Episcopale Episcopis. *Gregorius 7. lib.5. ep.18.*
Vide, *Papa circa Episcopos.*
Papa habet à Christo omnem potestatem necessariam ad regendum oues sibi commissas. *Pius 2. in Bulla Retractationum.*
Papa habet duplicem clauem, cognoscendi, scilicet & definiendi, & vtraque eget ad statuendum decreta fidei, & morum. *Extrauag. Ioann.22. de verbor. signific. cap.Quia quorumdam.*
Papa potest retractare sententiam cuiuslibet iudicis. *35. q.9. cap.Graue. Gregor.7. lib.2. post epist.55.*
Papa iudicat, & rescindit sententias iniquas Regum, & Imperatorum. *Clement. de sent. & re iudic. cap.Pastoralis.*
Papæ subesse est omni humanæ creaturæ de necessitate salutis.

tis. *Extra, de maiorit. & obed. cap. Vnam sanctam.*

Papa solus habet plenitudinem potestatis in tota Ecclesia, Episcopi vero ab eo vocantur in partem sollicitudinis. 2. *q.6.c. Decreto.* 3. *q.6. c. Multum.*

Papa solus,& sine Concilio statuere potest articulos fidei,& leges morum. *Leo IX. ep.1. Leo X. const.40. Exurge.* Vide, *Papa circa res fidei.*

Papæ immediatè sunt subiecta omnia Religiosorum monasteria. *Gregor.7. l.2. ep.69.*

Papæ potestas non dependet ab Imperatore. Vide, *Papa. Conc. constantiense contra art.9. Vvicleff.*

Papa potest ex inobedientia, vel contumacia, Christianos quoscumque excommunicare. *Conc. constantiense in const. Martini V. circa medium.* Et crescente contumacia potest aggrauare, interdictum ponere, & inuocare brachium seculare. *ibid.* Potest laicos, & clericos interdicere, suspendere ab officijs, & beneficiis, ingressu Ecclesiæ, &c. *ibid.*

Papæ excommunicatio, & aliæ censuræ timendæ sunt. *Conc. constant. contra art.30. Vvicleff.*

Papa de iure habet, vt possit dispensare supra ius. *De concess. præbendæ c. Proposuit.*

Papa facere potest suum Legatum, etiam Subdiaconum. *dist. 94. c. Valde necessarium.*

Papa potest delegare etiam laico iurisdictionem in causis Ecclesiasticis. *Gregor.7. l.5.ep.23. & l.6. ep.1.* Vide, *Iurisdictio.* Vide, *Ecclesiastica iurisdictio.*

Papa delegans authoritatem, retinet etiam eam pro se. *De præbend. & c. in 6. c. Dudum.*

Papa iudicare potest spiritualia, & sæcularia. *Gregor.VII. lib.4. ep.24.*

Papæ potestas non iudicat mortuos (sed declarat innodatos, &c.) *Adrianus 2. ep.12.*

Papa potest committere causas cum clausula, *appellatione remota. De rescriptis c.1.*

Papa non committit causas, *exceptione remota.* Vide, *Exceptio.*

Papa, quibus committit causas. Vide, *Causæ Papæ.*

Papa auferre potest dignitates, & honores Regibus indignis, Imperatoribus, & alijs. *Gregor.7. const. vn. Beate Petre.* Vide, *Papa circa Imperatores, &c.* Vide, *Papa circa Imperatores, & Reges.* Vide, *Papa circa omnes Patriarchas.*

Papa creat, & coronat Reges de nouo. *Innocentius 3. const. 5. Rex Regum. & const.6. Licet ante.*

Papa potest retractare sententiam cuiuslibet iudicis. 35. *q.9. cap. Graue.*

Papa potest reuidere causas à quibuscumque definitas. 6. *q.4. cap. Osius.*

Papa potest absoluere damnatos ab alijs. *Sixtus 2. ep.2. Iulius 1. ep. ad Orientales. Gregorius 1. l. 5. ep.15. 16. & 17. Vitalianus ep.1. & 2. Conc. Sardicense c. 3. 4. & 7.*

Absoluit excommunicatos ab alijs. 9. *q.3. c. Fuit semper. c. Antiquis.*

Papa in suis terris legitimare potest filios illegitimos quo ad successionem in hæreditate. *Qui filij sint legitimi cap. Per venerabilem.*

Ad Papam pertinet concedere fidelibus terras ereptas Paganis. *Gregor.7. l.1. ep.7.*

Papa potest alienare res Ecclesiæ, dando eas Religiosis, iure proprietatis. 12. *q.2. c. Religiosam.*

Papa à nullo iudicatur, & eius iudicium à nullo retractatur.

Papa non potest ab vllo iudicari, neque Imperatore; neque à Rege; neque à Clero. *Conc. Rom.2. sub Syluestro c.20. Conc. Sinuessanum sub Marcellino. Conc. Rom. sub Sixto 3. Conc. Rom. 3. & 4. sub Symmacho.* Soli Dei iudicio est subiectus. *ibid. Leo 9. ep.1. cap.35. Adrianus 1. ep. decret. cap.56. Stephanus 6. ep.1. Gregor.7. l.2. post ep.55. Zosimus ep.10. Gelasius ep.4. 17. q.3. cap. Nemini est. Dist.21. cap. Nunc autem. cap. In tantum. dist.23. cap. In nomine. dist.96. c. In scripturis. cap. Sicut quamuis. Extra, de maioritate, & obed. c. Vnam sanctam.* Vide, *Papæ potestas.* Vide, *Prima sedes.*

Papa à nullo potest excommunicari. *Adrianus 2. epist.4.*

Papa diffamatus de aliquo crimine non tenetur se purgare, si non vult. 2. *q.5. c. Auditum, c. Mandastis.*

Papæ iudicium à nullo recognosci, aut retractari potest. *Zosimus ep.10. Nicolaus 1. in decret. tit. de Rom. Ecclesia c.6. & 8. 17. q.3. c. Nemini est.*

Papa soli Dei iudicio est subiectus. *Leo 9. ep.1. ca.35. Conc. Rom.3. & 4. sub Symmacho. dist.23. c. In nomine. Conc. Sinuessanum sub Marcellino.*

Papa confirmante actum aliquem, vel electionem, nullus inferior potest iudicare de confirmatione illa, nisi sit subreptitia. *De confirmatione vtili, vel inutili cap.1. & c. de confirmationib.* Vide, *Papa circa Imperatores, & Reges.*

Papa circa omnes Patriarchas Orientales, &c.

Papa est superior Patriarchis omnibus, etiam Antiocheno, quia in Romana sede Sanctus Petrus consumauit, quod Antiochiæ incepit. *Innocentius 1. ep.18. conc. constantinop. 4. Gener.8. cap. 2. & 21. Ioannes 8. epist. 80. Leo 9.ep.1. cap. 28.*

Papa est superior Patriarchæ Constantinopolit. & eum priuare potest, & sæpè priuauit, vt Acacium, &c. *Fælix 3.ep. 6. Agapitus ep.8. Conc. constantinopolit. Prouinc. sub Agapito. Gregor. 1. l.5. ep.24. Nicol.1. ep.2. 7. & 8. dist.22. c. Qua traditione. & c. de constantinopolitana. Conc. Later. 4. c.5. de priuil. c. Antiqua.*

Papæ subduntur omnes Ecclesiæ totius Mundi, etiam Patriarchales. 24. *q.1. c. Rogamus. Gelasius const. vnic. Valde.* § 11. *de priuil. c. Antiqua. Conc. Later.4. c.5.*

Papa non solum diuino, sed Conciliorum iure est supra omnes Patriarchas. *Nicol.1. ep.2. 3. & 6.*

Papa procurat salutem Ecclesiarum Antiochenæ, Alexandrinæ, & Constantinopolitanæ. *Hormisdas ep.52. & 64.*

Papa non scribit Patriarchis nouis, nisi ab eis prius accipiat Synodicum, id est, Epistolam synodalem. *Gregor.1. lib.5.ep.64.*

Papa in Oriente creat Episcopos in suos Vicarios. *Martinus 1. ep.11. Nicolaus 1. epist.2.* vbi docet, sic fecisse antiquos Pontifices.

In Ecclesia Constantinopolitana obseruanda sunt decreta Papæ. *Conc. constantinopol.4. Gener.8. c.2.*

Papa vocat ad se Episcopos omnes, & Patriarchas Orientis, cum est opus. *Iulius 1. ep.1. Nicolaus 1. ep.8.*

Papa confirmauit semper ab initio Episcopos Antiochiæ, & Alexandriæ. *Symplicius in ep. decr. c.16. & 17.*

Omnes Patriarchæ, in prima Synodo quæ fit post suam promotionem, tenentur iurare obedientiam Papæ. *Concil. Trid. sess.25. de refor. c.2.*

Omnes Patriarchæ sunt, & vocantur Papæ filij. *Nicol.1.ep.6.*

Papa restituit Patriarcham Constantinopolis, & alios depositos ob hæresim, si pœnitent. *Ioannes 8. ep.199. & 201.*

Papa suspendere potest omnem iurisdictionem, & officium Episcopale Episcopis omnibus. *Gregor.7. l.5. ep.18.*

Papa concedit Patriarchis, vt pallium conferant suis suffraganeis. Vide; *Pallium.*

Patriarchæ omnes præstant Papæ iuramentum fidelitatis, & obedientiæ. *Concil. Lateran.4. cap.5.*

Vide, *Papa circa Episcopos omnes.*

Papa etiam malus, nulli subest.

Vide, *Papa à nullo iudicatur, &c. dist.96. cap. Sicut quamuis. cap. Cum ad verum. cap. Satis euidenter. Nicolaus 1. in decret. tit. De Imperat. cap.5.* Vide, *Papæ potestas.*

Papa ratione officii est sicut, Sanctus Petrus, licet vita talis non sit; & malitia eius ipsi nocet, & sufficit officio, si bona doceat. *Leo 9. ep.1. c.35.*

Papæ, omnes sunt subiecti, & an hoc sit de necessitate salutis.

Vide, *Papa, seu Romanus Pontifex.* Vide, *Alios præcedentes titulos.*

Papæ

Papæ subsunt omnes, etiam Imperatores, Reges, &c. *dist. 19. c. In memoriam. dist. 40. cap. Si Papa. dist. 96. cap. Si Imperator. cap. Numquam. c. Constantinus il 1. & il 2. Calistus 1. ep. 1. Benedictus 3. ep. 1. Gregor. 4. ep. vnica. Nicolaus 1. ep. 2. 3. 6. & 8. Gregorius 7. l. 1. ep. 60.*

Papæ omnes clerici, monachi, & cæteri fideles, sunt subiecti. *Nicolaus 1. ep. 8.*

Papæ constitutio omnes obligat. *de rescrip. c. vlt.*

De necessitate salutis est credere, quod Papa, & Ecclesia Romana sit super omnes fideles. *Concil. constantiense contra art. 41. Vvicleff.*

De necessitate salutis est subesse Papæ. *Extra, de maiorit. & obed. c. Vnam sanctam.*

Vide, *Papæ potestas, &c. in præced.* Vide, *Christianorum obligationes.*

Papa circa res fidei.

Papa confirmat omnes alios in fide. *Felix 1. ep. 1. & 3. Gelasius ep. 5.*

Papa disponit omnia circa fidem, & Dei cultum. *Leo 9. ep. 1. cap. 13. & 15.*

Papa, solus, potest decidere causas fidei. *24. q. 1. cap. Quoties fidei. c. Rogamus.* & decernere quod decerneret Concilium Generale. *Felix 3. in Conc. Rom. 1. epist. Synodali. Gregor. 2. ep. 12.*

Papa non potest errare in docendo res fidei. *Felix 1. epist. 1. Marcus in ep. ad Episcopos Ægypti l. 3. in Conc. Nicæn. 1. Leo 1. ep. ad Leonem Imperator. Gelasius ep. 5. Pelagius 2. ep. 5. & 8. Gregor. 7. l. 2. post ep. 55.*

Papa non potest retractare, quæ à prædecessoribus, vel Concilijs decreta, & approbata sunt in materia fidei. *Vigilius ep. 13. constitutum Vigilij in 5. Synodo. Gelasius ep. 5.*

Papa potest statuere articulos fidei, & leges morum. *Leo X. const. 40. Exurge.*

Etiam si sine consilio decernat, hæresis est dicere contrarium. *ibidem.*

Papa præscribit veram professionem fidei. *Pelagius 1. epist. 15. & 16.*

Papa declarat, qui libri sunt canonici, alias nullus habetur pro canonico. *Greg. 7. l. 2. post ep. 55.*

Papa semper defendit decreta fidei. *Conc. Gener. 6. act. 18. in ep. ad Agathonem.*

Papa præ omnibus habet zelum fidei. *24. q. 1. cap. Officij nostri.*

Papa in fide, numquam errauit. *Lucius 1. ep. decret. Felix 1. ep. 3. Marcus Papa ep. ad S. Athanasium. Agatho ep. ad Imperatores in Conc. Gener. 6. act. 4. Leo 2. ep. 2.* Licet Honorius I. fuerit negligens in resistendo Monothelitis. *ibid. 24. q. 1. c. A recta. c. In sede. c. Hæc est fides. Gregor. 7. l. 2. post ep. 55. Lib. 8. ep. 1.* Nec vllus Papa fuit hæreticus. *ibid. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 106.*

Papa semper custodit Catholicam Religionem. *Eusebius ep. 3. Hormisda ep. 3.*

Papa est regula fidei inconcussa. *Leo 2. ep. 5. Hormisda ep. 9. Agapitus ep. 4. Vigilius ep. 5. & 7.* Eius fides tenenda, & non alia. *24. q. 1. c. Rogamus.*

Papa declarat, qui sunt hæretici. *Hormisda ep. 9. ad Ioannem Episcopum. Agapitus ep. 1.*

Papa semper damnat Hæreticos. *Constitutum Vigilii in conc. 6. Gener. c. 2. Leo 9. ep. 1. c. 8. & ep. 6.*

Papa semper destruit errores contra fidem. *Calistus 1. ep. 1. 24. quæst. 1. cap. A recta, cap. Memor sum. c. Si Petrus. Leo 9. ep. 1. cap. 8.*

Papa semper soluit & iudicat causas, & dubia circa fidem. *Pelagius 1. ep. 5. & 8. in fine. Innocentius 1. ep. 25. Vigilius ep. 9. & 10. 24. q. 1. cap. Quoties fidei. cap. Rogamus. Felix 1. ep. 3. Marcellus 1. ep. 1. Fabianus ep. 2. Malchiades epist. decr.*

Papa declarat nullam pacem Germaniæ, in qua Religioni Catholicæ multum fuerat præiudicatum. *Innocentius X. const. Quæ incipit, Zelo.* Data *24. Nouembris 1648.* Sic autem se habuit. *Die 6. Augusti 1648.* Osnabrugis facta fuerat vna pax inter Imperatorem & Suecos. Item alia pax inter Imperatorem, & regem Galliæ facta fuerat Monasterij *die 24. Octobris 1648.* Capitula pacis vtriusque hæc erant: Ecclesiastica bona ab hæreticis occupata eis eorumque successoribus addicebantur. Hæreticis Augustanæ confessionis liberum exercitium in multis locis permittebatur, & licentia fabricandi nouas Ecclesias. Ipsisque cum Catholicis ad publica munia & officia, ad multos Episcopatus, & Archiepiscopatus, aliasque dignitates, & beneficia Ecclesiastica, & ad alia Imperatori ab Ecclesia Romana concessa concedebatur participatio. Annatæ, iura pallii, menses Papales, Reseruationes, & alia iura Sedis Apostolicæ excludebantur. Confirmationes electionum, postulationum Episcoporum & Archiepiscoporum Principibus sæcularibus attribuebantur. Plures Archiepiscopatus, Episcopatus, Monasteria, Basilicæ, Commendæ, Canonicatus, beneficia, aliaque iura Ecclesiarum, Principibus hæreticis, eorumque successoribus, etiam sublata denominatione Ecclesiastica in feudum perpetuum sub dignitatis sæcularis titulo concedebantur. Contra hanc pacem, nulla iura, canones, concordata cum Sede Apostolica, Conciliorum decreta, &c. valere disponebatur, &c. alia.

Contra hanc pacem sic factam de mandato Papæ facta fuit protestatio de nullitate *à Fabio Chisio* tunc Sedis Apostolicæ Nuncio. Denique per supradictam constitutionem nulla fuit declarata.

Papa circa Episcopos omnes.

Papa iudicat omnes Episcopos, eorumque causas. Vide *omnes titulos præcedentes, & Papa super omnes Patriarchas. &c. Anacletus 1. ep. 2.* Et hoc ex Apostolorum traditione, ob potestatem acceptam à Christo. *ibid. Victor 1. ep. 1. Felix 2. ep. 1. cap. 20. Gregorius 1. l. 2. ep. 36. Nicolaus 1. ep. 2. 3. 6. & 8. in decret. tit. De Patriarchis c. 4. Gregorius 4. ep. vn. 2. q. 6. cap. Qui se scit. cap. Ideo. cap. Ad Romanam 1. & 2. cap. Arguta. cap. Quoties q. 7. c. Metropolitanum. concil. Sardicense cap. 3. & 4. Gelasius ep. 13. 3. q. 6. c. Accusatus. cap. Discutere. c. Quamuis. cap. Multum. Leo IX. const. 2. Cum ex venerabilium. Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 5.* Vide, *Episcopus à quo iudicandus.*

Papa ex causa priuat Episcopos, & Patriarchas. *Nicolaus 1. in decr. tit. De Patriarchis. cap. 4.* Vide, *Papa supra omnes Patriarchas, &c. Conc. Rom. 2. sub Gregorio 7. Extra, De pœnis cap. Diuinis.* Ob quæ crimina priuat Episcopos. *ibidem.*

Papa non solum iure diuino, sed etiam Conciliorum, iudicat causas omnium Episcoporum, & Patriarcharum. *Nicolaus 1. ep. 2. 3. & 6.*

Papa, siue per se, siue per alios iudicare potest causas Episcoporum. *Victor 1. ep. 1. Marcellus 1. ep. 1.*

Papa sua manu signare debet commissiones, quarum virtute procedi potest contra Episcopos. *Conc. Trident. sess. 24. de refor. cap. 5.*

Papa hortatur viros probos, vt Episcopatum acceptent. *Extra, De præbend. & c. c. Ad cuiuslibet.*

Papa, per alios iubet visitari Episcoporum Ecclesias. *Greg. 1. l. 1. ep. 76. & 79. l. 2. ep. 20. 25. 26. 27. & 38. l. 4. ep. 13. 14. 20. & 21.*

Papa concedit Episcopis iurisdictionem, etiam in foro alterius. *Clem. de foro competenti c. vn.*

Papa constituit Episcopos in suos Vicarios prouinciarum. *Greg. 1. l. 2. ep. 4. l. 4. ep. 52. & 53. Vigilius ep. 10.*

Papa suspendere potest Episcopos à potestate confirmandi, ordinandi, &c. *Gregorius 1. l. 3. ep. 15.*

Papa propria auctoritate potest assumere, creare, seù deputare Episcopos in qualibet Ecclesia: & qui dicit hos non esse veros Episcopos, est anathema. *Conc. Trid. sess. 23. can. 8.*

Papa absoluit Episcopos à iuramento illicito. *Nicolaus I. in decr. tit. de Rom. Eccl. c. 7.*

Episcopi omnes, Patriarchæ, primates, & beneficiati, in prima synodo, quæ fit post suam promotionem tenentur iurare obedientiam Papæ, & fidelitatem. *Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 2.*

Papa nouiter electus salutandus est ab Episcopis. *Gregor. 7. l. 6. epist. 30.*

Papa tenetur defendere Episcopos electos. *Nicol.I. ep.9.*
Papa solus potest Episcopos deponere. *Leo 9. ep.3. Gregor.7. lib.2. post ep.55.*
Papa potest suspendere omnem iurisdictionem, & officium Episcopale Episcopis. *Greg.7. lib. 5. ep.18.*
Papa conseruat illæsum honorem aliorum Episcoporum. *Gregor. 1. lib.4. epist.15.*
Vide, *Papæ obligationes*. Vide, *Papæ proprietates*.
Papa supplet negligentias Episcoporum, easque reformat. *Gregor.I. lib.11. ex regest. ep.29. & 30.*
Vide, *Papa circa Patriarchas*. Vide, *Episcopus à quo iudicandus*. Vide, *Depositiones Episcoporum*.

Papa circa institutiones nouorum Episcoporum.

Papa immediatè, & solus potest prouidere Ecclesias de Episcopis. *Gregorius I. lib.2. ep.18. Ioannes 8. ep.281. Extra, de præbend. & c. cap. Ad cuiuslibet. Conc.Trid. vt infra.*
Papa sua authoritate immediatè potest assumere, seu creare Episcopos in Ecclesijs. & qui dicit tales Episcopos non esse legitimè factos, est anathema. *Conc.Trid. sess.23. can.8.*
Papa non faciat Episcopos iuuenes, licet alias bonas habeant qualitates. *Greg.7.lib.4. ep.4. & 5.*
Papa impedire potest, ne alicubi eligatur Episcopus sine suo consensu. *Dist.63. cap.Porrò scias.*

Papa circa confirmationem Episcoporum.

Papæ, confirmare competit omnes Episcopos mundi. *Gregorius I.lib.4. ep.15.* Etiam Patriarchas Orientales, & Græcos. *Simplicius epist. decret. c.16. & 17. dist.61. cap.Carinensis. Adrian.2. ep.21.*
Papa concessit aliquando alicui Primati, potestatem confirmandi Episcopos. *Leo 3. ep.1. dist.63. cap. Cum longe.*
Papa confirmat, & consecrat Episcopos Illyricos. *Ioann. 8. epist.190.*
Papa non confirmat Episcopos electos ab hæreticis. *Greg.I. lib.8. ep.65.* Vide, *Episcop. confirmatio.*

Papa circa consecrationes Episcoporum.

Papæ consensu consecrandi sunt omnes Episcopi in mundo. *Gregor.I. lib.2. ex regest. ep.30.*
Vide, *Episcopi consecratio*. Vide, *Episcopi confirmatio*.

Papa circa Concilia.

Papa à nullo vocatur ad Concilium, nec vocari potest, sed ipse vocat omnes ad illud. *Leo I. const.2. Omnem. Hormisdas ep.5. ad Anastasium Imperatorem. Gregorius 7. lib.2. post epist.55.*
Papa solus conuocat Generale Concilium. *Pelagius 2. ep.8. Alexander 3. const.9. Quoniam. Innoc. 3. const.11. Vineam.* Si absque licentia Papæ congregatur Generale Concilium est nullum. *Dist.17. cap.Regula, cap. Non licuit. c.Multis, cap. concilia. Leo 9. ep.3. constitut.2. cum ex venerabilium. Pius 2. in Bulla retractationum. conc. Later.5. sess.11. const.3. Pater.*
Papa, si vult mittit Legatos à Latere ad Concilia, cum sua authoritate. *2. q.7. c. Si quis Episcopus.*
Papæ literæ ante omnia legendæ sunt in Concilijs. *Nicol.1. epist.9.*
Papæ potestas in Concilia est, vt capitis in membra. *Pius 2. in Bulla retractationum.*
Papa confirmat omnia Concilia, quæ videntur confirmanda. *Gelasius ep.13. Leo 2. ep.1. Adrianus 1. epist.1. & 2. Nicolaus 1. ep.7.* Alias nihil valent, nec probant. *ibid. dist.17. cap.regula.* Alias non habent authoritatem. *ibid.* & *Conc. Lateran.5. sess.11. const.3. Pater.*
Papæ fides ad Concilia non potest prouocari. *Leo 1. epist. ad Leonem Imperat.*
Papa declarat omnia dubia Conciliorum, & quæ non possunt ab eis terminari, decidit. *dist.17. cap.Nec licuit, cap. multis. dist.18. cap. de Concilijs.*
Papa in dubijs Conciliorum, cum omni reuerentia consulendus. *conc. Constantinopolit.4. c.21.*
Papa solus retractat decreta Conciliorum malefacta, cognita veritate. *Innocent.1. ep.7. Gelasius 1. ep.13. constit. vnic. Valde.* Vbi adducit multa exempla. *Pelagius 2. constit.2. Manifesto. Adrian.1. ep. decr. cap.8. Extrau. Ioann.22. de verbor.signif. cap.Quia quorumdam, circa fin.*
Papa potest corrigere, quæ statuta sunt in Concilio Tridentino circa mores, & disciplinam Ecclesiasticam. *Conc. Trid. sess.25. de refor. cap.21.*
Papa solus potest Concilium dissoluere. *Pius 2. in Bulla retractationum.* Vbi se excusat, quod defenderit Concilium Basileæ, quia ex zelo putabat id facere. & historiam distinctè narrat. *Conc.Later.5. sess.11. const.3. Pater.* Si soluto Concilio Patres Concilij non obediunt, à Papa excommunicantur, &c. si postea pœnitent absoluuntur, & beneficia eis retinere permittitur. *Eugenius 4. constitut.29. inter cætera.*
Papa, solus, ligat, & soluit etiam ligatos, vel solutos à Concilijs. *Gelasius 1. epist.13. conc. Sardicense c.3. 4. & 7.9. q.3. cap.cuncta. c. Fratres. Iulius 1. epist. ad Orientales.*
Papa vocante ad Concilium, Episcopi, qui non impediti non accedunt, excommunicantur. *Ioann.8. ep.16. & 17.*
Papæ Præsidens in Concilio, etiam si sit Diaconus, vel Clericus, præcedit omnes, qui in Concilio sunt. *Eugen.4. const. 15. Non mediocri. §.13.*
Papa non retractat decreta fidei facta in Concilijs approbatis à prædecessoribus. *Vigil.ep.13. constitutum Vigilij in Concilio Gener.6.* Vide, *Papa circa leges, &c. Antecessorum.*
Papa solus potest decernere, quod decerneret Generale Concilium. *Felix 3. in conc.Rom.1. ep.Synodali. Greg.2. ep.12.*
Vide, *Concilia*.

Papa circa successorem.

Papa viuens non potest facere suum successorem; & si facit is non est canonicè factus. *conc.Rom.2. sub Bonifacio 1.* Qui Vigilium fecerat successorem; sed illegitima postea declarata est ab eo illa institutio. *ibid.* & *Siluerius ep. vnic.*
Papæ successoris electio prius tractabatur ab antecessore. *conc. Rom. sub Symmacho c.4.*
Papa antecessor, olim, designabat quem vellet successorem. *Dist.79. cap. Si transitus.*
Papæ successoris electionem tractans eo viuente, vel promittens suffragium, vel procurans, excommunicatur, & gradu suo priuatur. *conc. Rom.1. sub Symmacho c.3. dist.79. cap.Si quis, Papa superstite.* Et qui hoc denunciat habet impunitatem. *ibid.*
Papa viuente, Ecclesiam Romanam inuadens, est anathema. *conc. Roman. sub Ioanne 12.*
Papa viuente si quis tractat de successore, absque eius licentia, ipso facto est excommunicatus, à Papa absoluendus; est reus læsæ maiestatis, priuatus omnibus beneficijs, pensionibus, officijs, iurisdictione, voce actiua, & passiua; est infamis; neque potest ad ea habilitari, nisi ex gratia subscripta manu Papæ. *Paulus 4. const.16. cum secundum.*
Pro Papæ electione, vita, vel morte, vel promotione Cardinalium fieri non possunt excommissæ, sub pœna excommunicationis, & amissione excommissarum ipso facto. & si Clerici sint, sub priuatione etiam beneficiorum. *Gregor. XIV. const.4. cogit.*

Papa circa leges, & canones condendos, &c.

Papa solus vt Ecclesiæ caput facere potest leges, & decreta ex persona omnium. *Felix 3. in conc. Rom.1. ep. Synodali. Gregor.2. ep.12.*
Papa nouas leges potest condere. *Gregorius 7. lib.2. post ep. 55. & ep.67. De constitutionibus cap.Translato.*
Papa, & non Imperator condidit, & condit canones. *Gregor.2. epist.12.*
Papa potest nouos canones, & leges condere. *25. q.1. cap. Sunt quidam. Extrau. Ioann.22. de verbor. signif. cap. ad conditorem.*

Papa non potest leges condere contra Euangelium. 25. q.1. c.*Sunt quidam*.

Papa non potest leges condere contra statuta Apostolica. 25. q.1. c.*Contra statuta*. c.*Sunt quidam*.

Papa antecessor non potest generare præiudicium successori. *de elect. c. Innotuit*. & prohibens aliquid in futurum non ligat successorem: nec præcipit, sed indicat quid sibi videtur illicitum. *De rescr. in 6. cap. fin.*

Papa omnes leges, & iura continet in scrinio pectori sui. *De constitutionibus in 6. c.1.*

Papa non præsumitur ius ignorare. *ibid.* potest probabiliter ignorare, quæ consistunt in facto. *ibid.*

Papa non condit leges, nec facit rescripta contra ius publicum: alias habet ea pro non factis. *Conc. Later.3. in append. de potest. Iud. delegat. c.3.*

Vide, *Decreta, & decretales Sedis Apostolicæ*.

Papa circa leges, & canones antecessorum, &c.

Papa non retractat decreta Conciliorum, vel antecessorum in materia fidei. *Vigilius ep.25. constitutum eius. in Conc. Gener.5. Gelasius ep.5. Adrianus ep.3. 25.q.2. c. Satagendum. c. Decessorum. c.Quæcumque. Extrau. Ioannis 22. de verbor. signif. cap.Quia quorumdam*. Sed potest ea declarare. *ibidem*.

Papa non destruit rectè decreta ab antecessoribus. *Gregor.1. l.12. ep.32. l.7. ex regest. ep.17. & 70. Nicolaus 1. epist.10. 25. q.2. cap. Si ea destruerem. 35. q.9. c. Loci nostri, cap. Apostolica, c. Quod quis*. alias confunditur Ecclesia. *ibid.* & 25.q.2. *cap. Institutionis. Ioannes 8. ep.231.*

Papa successor potest abijcere, quæ sibi reseruauit antecessor. *Extrau. Ioann.XXII. de verborum signific. cap. Quia quorundam*.

Papa successor, ex misericordia rehabilitat, & reintegret priuatos, vel inhabilitatos ab antecessore. *Extra, de schismaticis. c. Dudum*.

Papa non potest destruere decreta patrum, (id est pertinentia ad fidem) 25. q.1. *c. Contra statuta*.

Papa antecessor non potest præiudicare successori. *de elect. c. Innotuit*.

Papa prohibens aliquod in futurum, non ligat successorem, nec ei præcipit; sed iudicat quod sibi videtur illicitum. *De rescript. in 6. c.1.*

Papa pro necessitate temporis moderatur, vel retractat decreta antecessorum, quæ non sunt fidei. *Concil. Rom.6. sub Symmacho. constitutum Vigilij in Conc.5. Gener. c.2.* Pro bono pacis etiam retractat aliquando. *ibid. Nicolaus 1. ep. 58. Adrianus 2. ep.3. Ioann.8. ep. 199.*

Papa ex misericordia rehabilitat priuatos ab antecessore. *Extra, de schismaticis. cap. Dudum*.

Papa circa facta antecessorum, siuè bene, siuè male.

Papa confirmat bene facta antecessorum. *Symmachus ep.1.* Debet ea defendere. *25. q.2. c. Si ea destruerem. 35. q.9. c. Loci nostri. c. Apostolicæ. c. Quod quis. Adrianus 2. ep.9. Ioannes 8. ep.231.*

Papa successor potest reijcere, quæ sibi reseruauit antecessor. *Extrau. Ioann.22. de verborum significat. cap. Quia quorumdam*.

Papa successor reintegrare potest priuatos ab antecessore. 35. q.9. c.*Gregorius. Gregor.7. l.2. ep.47.*

Papa debet corrigere malè facta ab antecessore. 25. q.2. *cap. Decessorum. c. Quæcumque. 35.q.9. c. Loci. c. Quod quis. c. Apostolicæ. c. Veniam. c. Sententiam. c.Graue. c. Gregorius. Conc. Rom. sub Ioann.9.*

Papa indebitè deponente aliquem, successor restituit. *Conc. Rom. sub Ioann.9.*

Papa dissoluit contractus, etiam honestos factos ab antecessoribus cum Iudæis, circa habitationem in locis status Ecclesiastici. *Clem.8. const.19. Cæca, &c. §.9.*

Papa circa Imperatores, & Reges, &c.

Papæ subduntur Imperatores, & Reges, ideo ab eis non potest iudicari. *Conc. Roman. 2. sub Syluestro c.20. dist.19. c. In memoriam. Clement. de sent. & re iud. c. Pastoralis. Extra, De maiorit. &c. cap. Vnam sanctam. Symmachus ep. ad Anastasium Imperatorem. Conc. Rom.3. & 4. sub Symmacho. Nicolaus 1. in decr. de Imperat. c.5. dist.96. c. Cum ad verum. c. Satis euidenter. c. In scripturis. c. Si Imperator. c. Numquam. c. Constantinus I. & il 1.2. Adrianus 2. ep.15. Stephanus 6. ep.5.*

Papa dat Imperatori gladium contra infideles. *Nicolaus 1. epist.26.*

Papa indiget Imperatore pro cursu rerum temporalium. *Nicolaus 1. ep.8.* circa finem.

Papæ & Imperatoris potestate totus mundus regitur. *dist.96. c. Duo sunt*.

Papa coronat Reges de nouo, & creat. *Innocen.3. constit.5. Rex Regum, & const.6. Licet ante*. Vide, *Reges*.

Papa resistit Imperatoribus, & Regibus Romanam Ecclesiam non venerantibus. *Nicolaus 1. ep.9.*

Excommunicat Reges, &c. ex ea causa. *Nicolaus 1. in append. ep.6. & 7. Gregorius 7. l.1. ep.35.*

Papa rescindit, & iudicat iniquas Regum, & Imperatorum sententias. *Clem. De sent. & re iud. c. Pastoralis*.

Papa à quolibet Rege, vel Principe Christiano, qui nouiter sumit dominium, est salutandus. *Symmachus ep. ad Anastasium Imperatorem*.

Papa promouet Principes ad Imperium. *Ioannes VIII. epistol. 216.*

Papa est primus Imperatoris elector. *Ioann.8. ep.155.*

Papa coronat Imperatorem. *Ioannes 8. in Concil. Ticinensi 1.*

Papa iudicat de legitimo successore Imperij. *Adrianus 2. ep.16. 18. 19. 20. &c.*

Papa defendit legitimos Imperatores. *Adrianus 2. ep.18.19. 20. 21. 22. &c.*

Papa excommunicat eos, qui intrudunt se in Imperio. *Extra, De sent. excom. c. Ad certitudinem*.

Papa procurat vt Principes cum Imperatore habeant pacem. *Greg.7. const. Greg.*

Papæ præstatur iuramentum fidelitatis, &c. ab Imperatore. *Clem. de iureiur. c. vn.* Forma iuramenti. *ibid.*

Papa, vacante Imperio, in eo succedit. *Clem. de sent. & re iudic. c. Pastoralis*. in fine.

Papa nomine suo, & S. Petri, orat, vrget, & coniurat Reges, & principes, vt veniant in auxilium suum, & Ecclesiæ. *Stephanus 3. ep.4.*

Papa iubet Regi, & Imperatori, vt sumant arma contra inimicos Ecclesiæ. *23. q.8. c. Hortatu. c. Vt pridem. & cap. Suppliciter*.

Papæ maximam obedientiam, & reuerentiam exhibuerunt semper omnes Imperatores Catholici. *Greg.2. ep.13. Nicolaus 1. ep.9.*

Papa procurat vt Regi malè gubernanti detur coadiutor. *De supplenda negligent. in 6. c. Grandi*.

Papa punit, & priuat feudis Reges & Principes impedientes creationes nouarum Ecclesiarum. *Extra, de præbend. c. Nuper certis*.

Vide, *Papa à nullo iudicatur*.

Papa condemnat, excommunicat, & deponit Reges & Imperatores iniquos. *Gregorius 2. epist. 12. Gregor.7. lib. 2. post epistol. 55. lib.7. epist. 13. lib.8. epist. 21.* Et hoc habet ex diuina institutione. *ibid. epistol. 21. Concil. Roman. 3. & 7. sub Gregorio 7. Concil. Lugdun. 1. Generale 13.* Alium iubet eligi in locum depositi. *ibid. De sent. & re iudic. in 6. c. Ad Apostolicæ. & idem Gregor.7. constit. vn. Beate Petre*.

Papa deposuit Federicum II. Imperatorem. *Innocen.4. const. 3. Ad Apostolicæ*.

Papa absoluit subditos Regum, & Imperatorum iniquorum à iuramento fidelitatis. *Gregor.7.* vbi supra in omnibus ijs locis. *Concil. Lugdun.1. gener.13. Concil. Roman.3. & 7. sub Gregor.7. De sent. & re iudic. in 6. c. Ad Apostolicæ*.

& Gregor. 9. absoluit subditos Federici II. *constit. 13. Rationalis, & const. seq. Quia Fridericus.*

Papa constituit Reges nouos in aliqua prouincia. *Greg. 7. lib. 7. ep. 4.* Vide, *Rex.*

Papa concedit Hispaniarum Regi dominium Indiarum Occidentalium; cum facultate vt possit illud hæredibus relinquere. *Alexander 6. const. 2. Inter cætera.*

Papa excommunicat Episcopos adhærentes Imperatori Schismatico. *Conc. Rom. 3. & 4. sub Gregorio 7.*

Papa reconciliatur Imperatori priuato, pœnitenti, & humiliato. *Alexand. 3. constit. 8. Exigunt.* Vide, *Imperator.* Vide, *Papæ omnes sunt subiecti.* Vide, *Rex.*

Rege aliquo excommunicato à Papa, datur populis ab eodem Papa potestas eligendi alium Regem. *Greg. 7. constit. vn. Beate Petre §. 9.*

Papa reconciliat Reges, & componit, vt pacem inter se seruent. *Alexand. 3. const. 2. Quanta.*

Rex Bohemiæ à Papa obtinet Regni dignitatem, ac nomen. *Innocen. 3. const. 6. Licet ante.*

Rex Aragoniæ à Papa coronatur Romæ. *Innocen. 3. const. 8. Cum quanta.* Vide, *Aragonia.*

Rex Armenię petit confirmationem à Papa. Vide, *Armenia.*

Papæ obligationes.

Papa tenetur omnem curam adhibere pro salute vniuersalis Ecclesiæ. *Sixtus 2. ep. 1. Dist. 40. c. Si Papa*, alias damnatur à Deo. *ibid.*

Papa non potest cælare veritatem, quam Christus, & Apostoli prædicarunt. *Conc. Rom. 6. sub Symmacho.*

Papa tenetur defendere Dei legem vsque ad sanguinem. *Gregorius 7. lib. 1. ep. 11.*

Papa tenetur obseruare, quæ in sacra Scriptura definita sunt, eique subditur. *25. q. 1. c. Satagendum. cap. Decessorum. cap. Quæcumque, & c. Iustitiæ.*

Papa debet obseruare Apostolorum dogmata. *Eusebius ep. 3.*

Papa studere debet saluti pereuntium in fide. *Cœlest. 1. ep. 10. ad Cyrillum.*

Papa tenetur corrigere delicta subditorum. *Greg. 1. l. 3. ep. 38.*

Non debet dissimulare delicta grauia contra potestatem Ecclesiæ. *Nicolaus 1. ep. 10.*

Papa tenetur defendere iura, & priuilegia Romanæ Ecclesiæ. *Nicolaus 1. ep. 30.*

Papa tenetur defendere gregem. *23. q. 8. c. Scire vos.*

Papa non debet alienare res Ecclesiæ. *12. q. 2. c. Non liceat.*

Papa conseruare debet illæsa omnium Ecclesiarum priuilegia. *25. quæst. 2. cap. De Ecclesiasticis. Greg. 1. lib. 2. ex regis. epist. 55.*

Papa non debet mentiri, alias facit sacrilegium. *Gregor. 7. lib. 1. ep. 39.*

Papa non recipit munera clericorum, sed acceptat tantum solutiones, quæ Ecclesiæ Romanæ sunt debitæ. *Greg. 1. lib. 1. epist. 64.*

Papa debet honorare dominos temporales. *Symmachus ep. ad Anastasium Imperat.*

Papa nouiter electus quam fidei professionem tenetur facere. *Conc. Constant. sess. 39.*

Papa quas leges obseruat.

Papa obseruat Apostolica dogmata. *Eusebius ep. 3.*

Papa obseruat leges antecessorum (si expedit.) Vide, *Papa circa leges antecessorum.*

Papa custodit paternas traditiones. *Iulius 1. ep. 2. c. 35. Nicolaus 1. in decr. de const. c. 2. Pelagius 2. ep. 7. & 8.*

Papa non discedit à iure Ecclesiæ. *25. q. 2. c. postea quam.* Seruat iuris ordinem. *De sentent. & re iudic. c. In causis.*

Papa in causis iudicat secundum canones. *Zacharias epist. 1. in fine. Gregorius 7. lib. 3. epist. 10.* In necessitate tantum dispensat in iure canonico, alias illud sequitur. *De sent. & re iudic. cap. in causis.*

Papa obseruat decreta Conciliorum. *Nicolaus 1. ep. 8. Gelasius ep. ad Episcopos Sardiniæ. 25. q. 1. cap. 1.* & omnium primus ea obseruat. *ibid.*

Papa custodit omnia statuta pro Ecclesiastica disciplina, etiam facta à Prædecessoribus. *Nicolaus 1. ep. 58.*

Papa pro temporalibus vtitur aliqua lege Imperiali. *Nicolaus 1. in decr. de Imperat. c. 4.*

Papa corrigit se per leges. *2. q. 7. c. Nos si incompetenter.*

Papa in priuilegijs non præiudicat iuri tertij. *de verbor. signif. cap. Dilecto filio.*

Papæ proprietates, seu notæ.

Papa pronior est ad misericordiam, quam ad vindictam. *Martinus 1. ep. 12. Gregor. 1. lib. 4. ep. 51. Ioannes 8. ep. 11.*

Papa post seueritatem exercet indulgentiam. *Gregor. 1. lib. 7. ex regest. ep. 82.*

Papa oppressos omnes subleuat. *Iulius 1. ep. 2. c. 30. Gregor. 1. lib. 8. ep. 36.*

Papa, per priuilegium alicui factum non præiudicat iuri tertij. *de verbor. signif. cap. Dilecto filio.*

Papa non facit pacem cum hæreticis. *Liberius ep. 2. ad Constantium Imperat. Leo 9. ep. 6.*

Non confirmat Episcopos electos ab hæreticis. *Gregor. 1. lib. 8. epist. 65.*

Papa procurat curare vulnerâ hæreticorum: & aliorum. *Pelagius 2. ep. 7.*

Papa habet curam subueniendi omnibus, etiam longinquis. *Cœlestinus 1. ep. 2. in principio.*

Papa non cælat veritatem prædicatam à Christo, & Apostolis. *Conc. Roman. 6. sub Symmacho.*

Papa non docet noua, sed antiqua. *dist. 12. cap. Præceptis.*

Papa non omittit corrigere delicta. *Gregorius 1. lib. 3. ep. 14.*

Papa non scribit nouis Patriarchis, nisi prius ab eis accipiat epistolam synodalem. *Gregor. 1. lib. 5. ep. 64.*

Papa cum maturitate iudicat. *Nicolaus 1. ep. 9. 35. q. 9. cap. Apostolicæ. Ioannes 8. ep. 34. Stephanus 6. ep. 2.*

Papa ignoscit schismaticis pœnitentibus. *Nicolaus 1. ep. 11.* Parcit Conciliabulo pœnitenti, & aliquando solum caput punit. *Nicolaus 1. ep. 45.*

Papa sollicitè procurat pacem inter Principes. *Nicolaus 1. ep. 25. & 26. Hormisda ep. 14. Adrianus 2. ep. 10. Gregor. 7. lib. 1. ep. 18. Conc. Later. 5. sess. 9. const. 3. Clemens 8. const. 61. Duces.* & maximè inter Reges Hispaniæ, & Galliæ. *ibidem.*

Papa defendit Dei Ecclesiam, & legem vsque ad sanguinem. *Gregorius 7. lib. 1. ep. 11. & ep. 31.*

Papa audit omnes ad se recurrentes. *Nicolaus 1. ep. 36.*

Papa in arduis, & difficilibus dubijs, & obiectis consulit doctos viros, & alios Episcopos. *Nicolaus 1. ep. 70.*

Papæ gratia, & priuilegium alteri concessum, nulli est præiudiciale. *Honorius 3. ex Cirone, de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ. c. 1. & 2.*

Papa se corrigit per leges. *2. quæst. 7. cap. Nos si incompetenter.*

Papa, si vult, exponit se redargutioni. *2. quæst. 7. c. Si quis super his.*

Papa præcipit Regi, & Imperatori, vt arment milites contra inimicos Ecclesiæ. *23. q. 8. cap. Hortatu. cap. Vt pridem. cap. Suppliciter.*

Papa defendit, quod est irreprehensibile. *Concil. Rom. 2. sub Symmacho c. 6.*

Papa non recipit mendacia. *Anastasius 1. ep. 4.*

Papa non recipit legationem alicuius, absque literis signatis. *Dist. 97. cap. fin.*

Papa deponit Legatos, qui recedunt à suis mandatis. *Nicolaus 1. epist. 7.*

Papa tollit abusus Ecclesiarum. *Gregorius 1. lib. 2. ex regest. epist. 54.*

Papa habet zelum de disciplina Religiosorum. *Gregorius 1. lib. 4. ep. 28.*

Papa prosequitur, & punit inuasores Ecclesiarum. *Nicolaus 1. ep. 9. 65. & 66.* eijcit intrusos. *ibid.*

Papa non permittit subditos, vel debitores Ecclesiæ Romanæ angariari. *Gregorius 1. lib. 1. ep. 68.*

Papa dat auxilia Christianis contra Saracenos. *Ioannes 8. epist. 67.*

Papa non mentitur, alias facit sacrilegium. *Gregorius 7. lib. 1. ep.39.*
Papa per gratiam, quam facit alicui, non intendit præiudicare iuri tertij. *De verbor. signif. cap. Dilecto filio.*
Papa tenet omnibus apertam portam misericordiæ, si pœnitent. *Gregorius 7. lib.3. ep.11.*
Papa procurat recuperationem Terræ Sanctæ. *conc.Claram.*
Papa retractat, quæ dixit, vel scripsit malè, cum erat in minoribus. *Pius 2. in Bulla Retractationum.*
Papa mutat decreta, vel sententias in melius. *de in integrum restitut. cap. Tum ex literis.*
Papa multa docet, non vt Papa, sed vt priuatus doctor. *Extrau. Ioann. XXII. de verborum significat. cap. Quia quorumdam.*
Papa salutante aliquem excommunicatum, non propterea hic censetur absolutus. *Clement. de sent. excommunic. c. fin.*
Papa nominans aliquem cum titulo dignitatis, non dat ei talem dignitatem. *ibid. Clement. de sent. excom.*

Papæ decreta obseruanda ab omnibus, & eorum authoritas.

Papæ decretis, nullus potest contraire, neque Episcopi, aut alij. *Conc. Roman.2. sub Leone 1. Conc. Senon. c.6.*
Papæ decreta, & statuta non seruans ab Ecclesia arceatur. *Bonifacius 2. in ep. decr. Agapitus ep. 1. Symmachus ep. 9. ad Orientales. Nicolaus 1. in decr. tit. De Rom. Eccl. c.9. Conc. Rom.3. sub Nicolao 1.* Siue decreta sint pro fide, siue pro disciplina, siue pro correctione, siue pro interdictione futurorum. *ibid. Ioannes 3. ep. vn. in fine. Nicol. 1. ep. 6. in decr. tit. De Rom. Pont. c. 2. Conc. Tolet.3. cap. 1. Dist. 20. cap. Si decreta. 25. q.1. cap. Nulli fas sit. q.2. cap. Si quis.* Non obseruans est anathema. *ibid. cap. Generali.* est temerarius. *Dist.20. c. Si decreta. Conc. Constantiense contra art.38. Vvicleff.* & contra *art. 17. Ioann. Huss.*
Papæ decreta, neque per contrariam consuetudinem possunt conuelli. *Nicolaus 1. in decr. tit. de Rom. Pont. c.1. & 2.*
Papæ decreta seruanda sunt, ita ac si à Sancto Petro essent facta. *Dist. 19. cap. Sic omnes. cap. Si Romanorum. c. Nulli fas est. Dist. 20. cap. Si decreta.*
Papæ decretis, & statutis cedunt omnia alia Sanctorum scripta. *Dist. 20. c. de libellis.*
Papæ decreta pro varietate temporum moderantur. *1.q.7. c. Necessaria.*
Etiam propria decreta mutat in melius. *Nicolaus 1. ep. 58. & in decr. tit. De Romana Ecclesia c.10.*
Papæ Constitutiones omnes fideles obligant. *De const. c. vlt.*

Papa vocante aliquos, etiam de longinquo, est obediendum.

Papa vocante quemcumque fidelem, etiam de longe, hic tenetur eum adire. *Sixtus 1. ep. 2. Iulius 1. ep. ad Orientales. Gregor.1. lib. 5. ep.25.* Et nullus Princips, vel Imperator, potest eum impedire. *ibid.*
Papa potest omnes Ecclesiasticos ad se vocare. *Nicolaus 1. in decr. tit. De Rom. Eccl. c. 4.*
Vocati à Papa, sine eius licentia non possunt discedere. *Gregorius 1. lib.5. ep. 14.*
Vide, *Episcopi circa accessum, & recessum ab Vrbe.*

Papæ nomen in Ecclesijs recitandum.

Papæ sedentis nomen in Ecclesiasticis functionibus recitandum. *Concil.Vasense 1. cap.2. Vasense 2. c.4. Gregorius 7. lib.2. post ep. 55.*

Papa consulendus pro maioribus negotijs Ecclesiarum.

Vide, *Papa circa res fidei.*
Omnia maiora negotia ad Papam referenda pro iudicio. *dist. 17. cap. Concilia. cap. Multis. Fabianus epist. 2. Anacletus ep.2. Dist.22. c.Sacrosancta. Melchiades ep. decret. Iulius 1. ep.1. & 2. Gregorius 1. lib.4. ep. 50. & 52. Gregor. 2. ep.14. Gregor. 7. lib. 2. post ep. 55.*

Papa circa Episcopos depositos, vel damnatos ab alijs, vel eiectos.

Papa absoluere potest damnatos ab alijs. *Sixtus 2. ep. 2. Iulius 1. ep. ad Orientales. Gregorius 1. lib. 5. ep. 15. 16. & 17. Vitalianus ep.1. & 2.*
Papa restituere potest depositos ab alijs, etiam à Concilijs. *Conc. Sardicense c. 3. 4. & 7.*
Papa iniustè damnatos ab Episcopis, &c. liberat. *Gregor. 1. lib.2. ex regest. ep.6. & 7. Nicolaus 1. ep.39. 40. 41. 42.43. & 44. & in append. ep.13. Gregorius 7. lib.1. ep. 16.*
Papa non restituit depositos ab alijs, nisi compareant coram se. *Ioannes 8. ep. 231.*
Papa sine Concilio deponit Episcopos, & depositos restituit. *Gregor.7. lib.2. post ep. 55.*
Papa restituit Episcopos eiectos, &c. alios. *Nicolaus 1. ep.9.*
Papa absoluit excommunicatos ab alijs. *9.q.3. c.Fuit semper, & cap.Antiquis.*
Papa successor, ex misericordia rehabilitas priuatos, vel inhabilitatos à prædecessore, & reintegrat. *Extra, de schismaticis cap. Dudum.*
Vide, *Papa circa Episcopos omnes.*

Papa circa appellationes aliorum.

Papa, alijs appellantibus ad eum, terminat causas, & lites omnes, atque querelas, sicut Sanctus Petrus. *Melchiades ep. decr.*
Papam appellare possunt omnes totius Mundi clerici grauati. *Sixtus 1. ep.2. 2.q.6. c. Si quis vestrum. Nicolaus 1. ep.40.*
A Papæ sententia non datur appellatio. *Gelasius ep. 4.*
A Papa appellari non potest ad Concilia. *Leo 1. ep. ad Leonem Imperat.*
Appellans ad Papam, à nullo potest iudicari. *Felix 2. ep. 1. c. 20.* Vide, *Appellatio ad Papam.*

Papa circa pauperes, & captiuos.

Papa curat subueniri pauperibus, vbique. *Gregorius 1. lib.1. ep.23. 32. & 35. lib.4. ep.24. & 25.*
Papa subleuat oppressos, vt potest, in toto mundo. *Gregorius 1. lib.4. ep.33.*
Papa curat redimi captiuos. *Gregorius 1. lib. 5. ep. 34.*
Vide, *Papæ Proprietates.*

Papa circa vestes, insignia Imperialia, & domum.

Papa vti potest insignijs Imperialibus. *dist.96. cap.Constantinus il 2. Gregorius 7. lib.2. post ep.55.*
Papæ cubiculum à clericis, vel monachis, non à sæcularibus est custodiendum. *Gregor.1. lib.4. ep.44.*

Papa circa Ducatum Romæ, Patrimonium S. Petri, &c. dominia quæ habet.

Papæ concessa est Vrbs Romæ cum attinentibus ad eam, primò à Constantino. Edictum Constantini *in dist. 96.c.Constantinus 1. & 2.* Deinde confirmatio eorum facta à Ludouico Pio. *dist. 63. c. Ego Ludouicus.*
Ad Papam pertinet Roma cum alijs terris, &c. annexis ex dono Imperatorum. *Ioannes 8. ep.85.* Ideo Roma est ciuitas sacerdotalis, & Regia. *idem ep. 68.*
Papa dat terras Ecclesiæ in emphyteusim. *Gregorius 1. lib. 1. ep.70.*
Papa facit ciues Romanos, quos vult. *Gregorius 1.lib. 5.ep.12.*
Papa habere potest possessiones, & dominium temporale. *concil.Constantiense contra art.36. Vvicleff.*
Papa in necessitate res Ecclesiæ oppignorat, etiam pretiosa indumenta, &c. *Innocentius 8. const. 12. Non debet.*
Vide, *Ecclesiasticus status.* Vide, *Patrimonium S. Petri.*

Papa circa Ecclesias omnes.

Vide, *Papa*. & alios titulos supra.

Papa regit omnes Ecclesias. *Anacletus ep.2. & 3.* Super eas habet iurisdictionem. *ibid. Iulius 1. ep.2. in principio. Bonifacius 2. in ep.*

Papa est pastor pastorum; omnes Ecclesiæ, & omnia ouilia ei subduntur. *Pius 2. in Bulla Retractationum.*

Papa in omni Ecclesia potest vicarium suum instituere. *Gregorius 1. l.4.ep.52. & 53. Ioann.12. ep.vn.* Vide, *Papa circa Episcopos.*

Papa prouidere potest de officijs, & beneficijs omnium Ecclesiarum. *Gregor.I. l.3. ep.14. Clement. Vt lite pendente c.1.*

Vide, *Beneficia à quo conferenda.* Vide, *Papa circa beneficia conferenda.*

Papa de nouo erigit Metropolitanus Ecclesias. *Extra, de præb. c. Saluator.* Vide, *in seq. titulo.*

Papa in Ecclesias Orientales habet iurisdictionem. Vide, *Ecclesiæ Orientales.*

Papa in omni Ecclesia supplet, & reformat negligentias. *Gregor.I. l.11. ex regest. ep.29. & 30.*

Papa ordinare potest clericos aliarum Ecclesiarum, & omnium. *1.q.1. c. Latorem. 9. q.3. c. Nunc verò, & c. Per principalem. Gregor.7. l.1. post ep.55.*

Papa potest in Ecclesijs suspendere iurisdictionem, & officium Episcopale Episcopis. *Gregorius 7. l.5. ep.18.*

Papa circa nouos Episcopatus erigendos.

Papa solus erigere potest nouos Episcopatus. *Zacharias ep. 2. Nicolaus I. ad consulta Bulgar. c.3.*

Potest vnum Episcopatum in duos diuidere. *Gregor.7. lib.2. post ep.55. & 67. Extra, de off. deleg. c.vn.*

Papa potest duos Episcopatus vnire in vnum. *Gregorius VII. l.2. post epist.55. & 67. 16.q.1. cap. Et temporis qualitas. c. Postquam.*

Papa solus potest vnire Episcopatus. *De excessibus Prælator. c. Sicut vnire.*

Papa de nouo erigit Ecclesias Metropolitanas, & Patriarchales. *Extra, de præb. c. Saluator. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c.3.*

Papa punit Principes impedientes erectiones nouarum Ecclesiarum, cum priuatione feudorum, &c. *Extra, de præbendis c. Nuper certis.* Vide, *Episcopus nouus.*

Papa circa translationem Ecclesiarum.

Papa potest mutare Ecclesias Episcopis. *Gregorius 1. l.1. ep. 37. & 79. Clemens II. ep. vnica. Gregor.VII. l.2.post ep.55.* Sed ex aliqua necessitate. *ibid.*

Vide, *Episcopus quo ad mutationem, &c.* Vide, *Mutare.* Vide, *Transferre, Translatio.*

Papa circa exemptionem aliquorum à potestate aliorum, vel à decimis.

Papa eximere potest Episcopum, vel alium à iurisdictione aliorum, & sibi subiungere, & causas eorum cognoscere. *Bened.3. ep.1. Nicolaus I. in append. ep.5.*

Papa potest eximere Episcopum à iurisdictione Archiepiscopi. *16. q.1. c. Frater noster.* Vide, *Episcopus erga Papam.*

Papa eximere potest loca à decimarum solutione. *Leo III. ep. 2.* Vide, *Decima.*

Papa circa renunciationem Papatus.

Papa potest renunciare Papatui, etiam propter bonum, seu pacem Ecclesiæ. *Conc. constantiense sess.2. de renunciatione in 6. c.1.*

Papa renuncians, quomodo tractandus, & quid de actis ab eo factis agendum. *Conc. constantiense sess.17. in Bulla D. Angeli, olim Papæ.*

Papa depositus, vel schismaticus.

Papa deposito, quid agendum, de expeditionibus ab eo factis. *Conc.Constantiense sess.17. & 18. circa finem.*

Papæ schismatico non obediendum. & alia de schismatico. Vide, *Schisma.*

Papæ rescripta, &c.

Papæ rescripto parere debet is, cui dirigitur, vel assignare causam, cur non. *De rescriptis c. Si quando.*

Papa rescribens, vel præcipiens Episcopo, vt corrigat Clerum, &c. non facit illum delegatum. *De off. Iudicis ordin. c. Licet in corrigendis.*

Item si præcipit, vt clericos Diœcesis corrigat, non dat iurisdictionem super exemptos. *ibid. c. Graue gerimus.*

Papæ rescriptum, seu mandatum non expirat per mortem Papæ, si res non est integra. *Honorius 3. ex Cirone, de off. & potest. Iud. deleg. c.1.*

Papa rescribente, vel mandante, vt quis in Capitulo de præbenda prouideatur; si vacante aliqua, alteri fit collatio, est nulla, & danda est primo. *De præbendis c. Dilectus.* Vide, *Præbenda.*

Papa rescribente, quod prouideatur de beneficio, intelligitur de sæculari, non de regulari. *de præbendis, &c. in 6. cap. Cum de beneficio.*

Papa mandante, vt prouideatur quis de primo vacante, si clericus negligit petere, gratia extinguitur. *ibid. c. Si clericus.* Si verò talis clericus à Papa sit factus Canonicus, non obstante tali negligentia petendi, potest præbendam petere, & aliis præferri. quod si alteri conferatur, nulla est collatio. *ibid.*

Papa dante beneficium curatum, absque expressione ordinum; obtinens, in prima ordinatione debet ordinari. *ibid. c. Si pro clericis.*

Papa mandante Legato, vt beneficij resignationem acceptet. si interim vacat beneficium, & Episcopus conferat, conferente Papa, collatio Episcopi non valet. *ibid. cap. Dudum.*

Papa mandante prouideri de beneficiis, non intelligitur de curatis. *De præb. &c. in 6. c. Cum in illis. Clem. de præbend. &c. cap.1.*

Neque intelligitur de ijs, quæ dantur per electionem. *ibid. Illis. Clem. de præb. c.1.*

Papa rescribente alicui de prouisione facienda personis non expressis, gratia non extinguitur moriente Papa, etiam re integra: secus si nominatæ sint personæ. *ibid. c. Si cui nulla.*

Papa concedente Episcopo licentiam conferendi beneficia: si postea ipsemet confert, vel mandet conferri per alium, eius collatio tenet. *De præbendis, &c. in 6. c. Quamuis.*

Papa mandante, vt prima præbenda vacatura detur alicui, si vacans conferatur ab Episcopo, nulla est collatio, etiam si nesciebat mandatum Papæ, per quod sibi auferebatur facultas. Si verò per mandatum non auferebatur facultas, & ipse nesciebat illud, valet collatio. *De conces. præb. in 6. c.1.*

Papa mandante de prouisione præbendæ facienda alicui, hic non potest acceptare certum, ac determinatum beneficium; sed indeterminatum. alias si collatio accidit, est nulla. *ibid. c. Ne captandæ.* Vide, *Præbenda.*

Papa mandante Capitulo, vt beneficium vacaturum alicui conferat; si Capitulum confert alteri, nulla est collatio, & executor potest conferre. *ibid. c. Si capitulo.*

Papa mandante soli ordinario, vt prouideat de præbenda, non dato executore, si Episcopus alteri confert valet collatio, nisi aliter sit cautum in literis. *ibid. c. Si soli ordinario.*

Papa mandante, vt prouideatur alicui de beneficio, non intelligitur de hospitalibus. *Clement. de præbend. &c. c. Per literas.*

Papa mandante, vt prouideatur alicui de beneficio, si deuolutum fuerit ad Capitulum, non potest ab hoc obtineri. *Clement. de præb. c. Si de beneficio.*

Si beneficium à Capitulo fuerit deuolutum ad Episcopum, vel Papam, potest ab Episcopo conferri. *ibid.*

Papa mandante, vt alicui prouideatur in Ecclesia aliqua, non potest

potest ei prouideri de ipsa Ecclesia. *De præbend. cap. fin.*

Papa mandante, vt prouideatur alicui de beneficio, siue ad ipsum pertineat, siue ad alium, primum vacans dandum est. *Si* verò plura vacant, & vnum pertinet ad eum, cui fit mandatum, illud debet dare. *de præb. in 6. c. Mandato.*

Papa mandante, vt prouideatur alicui de beneficio certi valoris, vel de minori valore, si velit prouidendus, si vacante minori prouidendus adhuc se non declarauit, ordinarius potest illud conferre. *Clement. de conceſſ. præb. c. vn.*

Si verò mandat, vt prouideatur intra mensem à notitia vacationis, intelligitur si acceptat. *ibid.*

Nè autem diù differatur prouisio, sufficit si notitia publica habeatur de vacatione. *ibid.*

Papa concedente beneficium vacaturum in aliqua Diœcesi; si interim Diœcesis diuiditur, beneficium non diuiditur, sed integrum est dandum. Imò si in ea Diœcesi datus erat iudex à Papa, in vtraque iudicat. *Extrau. Ioann. 22. de conceſſ. præb. c. 1.*

Papa mandante, vt alicui prouideatur de beneficio, non intelligitur de eo, quod confert singularis persona, siue canonicus, siue alius; neque de ijs, quæ conferuntur ab alijs ratione dignitatum, personatuum, &c. *De præb. in 6. c. fin.*

Papa reseruante sibi electionem Ecclesiæ Cathedralis, omnia, quæ in ea fiunt sunt nulla. *De elect. in 6. c. Si eo tempore.*

Papa concedens rescriptum fauorabile, non intendit grauare Ecclesiam. *De rescriptis c. Mandatum.*

Papa confirmante rem religiosam, ordinarius non impeditur, nè iudicet de illa re. *De confirmatione vtili, vel inutili c. 1.*

Papa concedente aliquid ad beneplacitum suum, expirat concessio, mortuo Papa; si verò concedit ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, durat donec reuocetur à successore. *De rescriptis in 6. c. Si Gratiosè.*

Papa concedente aliquid, deinde alias literas dante, non facta mentione priorum, iudices debent supersedere, donec eum consulant. *conc. Later. in append. tit. de potest. Iud. deleg. c. 3.*

Papa concedente rescriptum contrarium primo, quid agendum. *ibid.*

Papæ rescripta, si sunt contra ius publicum; habentur pro non factis. *ibid.*

Papa dirigente rescriptum ad aliquem iudicem, si hic cessat ab officio, successor exequitur. *ibid.*

Papæ concessio moriente Papa, re non integra, non expirat; secus si integra. *Honorius 3. ex Cirone, de offic. & potest. Iud. deleg. c. 1.* Vide, *Præbenda.*

Papa circa beneficia, &c. Ecclesiastica, ac decimas clericorum.

Papa liberè, & plene potest disponere de omnibus beneficijs Ecclesiasticis. *Clement. vt lite pendente cap. 1. Gregorius 1. lib. 3. ep. 14.*

Papa potest reseruare fructus beneficiorum vacantium, & vacaturorum per aliquod tempus pro necessitatibus Ecclesiæ Romanæ. sed excipit Ecclesias, Monasteria, & Abbatias regularium. *Extra de præbendis, &c. c. Postulasti.* Vide, *Beneficiatus quo ad successorem.*

Papa exigere potest à clericis aliqua subsidia de beneficijs. *Extra, de præb. c. Cum nonnulla, & c. Postulasti.*

Potest beneficiatis imponere decimas ob commune aliquod bonum. *Extra, de decimis, c. Declarationes.*

Papa solus imponere potest decimas clericis, & hoc facit cum consensu Cardinalium. *Martinus 5. in conc. constant. sess. 43.*

Papa dante beneficium contra suam sententiam, nulla de hac facta mentione, non tenet collatio. *De sent. & re iudic. c. Cum olim.*

Papa concedente Canonicatum, vel, &c. cum clausula, *si talis ab Episcopo, vel canonicis acceptetur*; si antequam ille acceptetur, idem Papa alteri absolutè confert, idem beneficium, &c. hic præfertur primo. *De rescriptis in 6. cap. Si pro te.*

Papa prouidet omnia beneficia vacantia in curia, siue cum cura, siue sine cura. *Extra, de elect. c. Ex debito.*

Beneficia vacantia in curia, quæ sunt. Vide, *Beneficia reseruata, &c.*

Beneficia officialium Papæ vbicumque moriantur, à Papa prouidentur. *Extra, de elect. c. Ex debito. Extra, de præb. & c. c. Ad regimen.*

Papa semel reseruante aliquod beneficium, semper remanet ei reseruatum. *Extra, de præb. & c. c. Ad Romani.*

Papa instituente aliquem in aliqua Ecclesia, vel Monasterio, nullum præiudicium per hoc causatur Episcopo, Patriarchæ, &c. circa iura sua, nisi institutus sit exemptus per priuilegium. *Honorius 3. ex Cirone, de confirmat. vtili, & c. cap. 2.*

Papa prouidet canonicatus, dignitates, præbendas, & officia Basilicarum Romæ, scilicet Laterani, S. Petri, & S. Mariæ Maioris. *Vrbanus 8. const. 6. cap. 8.* Vide, *Canonici.*

Papa confert beneficia titulorum Cardinalium, dum isti sunt absentes ab Vrbe, & beneficia Episcopatuum eorumdem Cardinalium vacantia, quando isti sunt absentes. *ibid. c. 8.*

Papa confert beneficia omnia ei reseruata, vel vacantia in curia. Vide, *Beneficia Papæ reseruata.* Vide, *Beneficia vacantia in curia*, & quæ sint ista. *ibid.*

Papæ menses pro conferendis beneficiis in Diœcesibus Episcoporum.

Papa confert beneficia quædam vacantia in Episcopatibus extra curiam in sequentibus mensibus. In Ianuario, Frebuario, Aprili, Maio, Iulio, Augusto, Octobri, & Nouembri. *Vrbanus 8. const. 6. Sanctissimus c. 9.* Excipiuntur concordata pro aliqua natione cum Sede Apostolica, & Cardinales.

In expeditionibus talium beneficiorum exprimendum est, quod vacauerunt in mense Papæ. *ibid.*

Beneficia vacantia in alijs mensibus conferuntur ab Episcopo (nisi ex alio capite sint reseruata Papæ.) *ibid. c. 9.*

Si autem Episcopi resideant in suis Ecclesijs, est eis concessum conferre beneficia vacantia in multis ex ijs mensibus, si aliter non sint affecta Sedi Apostolicæ. & qui sunt hi menses. *ibid. c. 9.*

Papæ aliqua priuilegia.

Vide, *Papa, seu Romanus Pontifex, &c. titulos supra.*

Papa vbique vtitur pallio. *De authoritate & vsu pallii c. Ad honorem.*

Papa non vtitur baculo. *De sacra Vnctione c. vn. §. fin.*

Papa ante coronationem potest acta papalia facere, vt prouisiones, dispensationes, reseruationes, &c. qui contrarium asserit; incurrit excommunicationem. *Extra, de sent. excom. c. Quia nonnulli.*

Papa antecessor non potest præiudicium causare successori in nullo. *De elect. c. Innotuit.*

Papæ literis, quibus narrat proprium factum, est credendum plenè. *Clement. de probat. c. vn.*

Papa aduocante ad se causam, processus factus ab inferiori est nullus. *De appellat. & recusat. c. Vt nostrum.*

Papa potest committere causas cum clausula, *appellatione remota. De rescriptis c. 1.*

Papa non præsumitur ius ignorare. *De constitutionibus in 6. c. 1.* Sed factum præsumi potest ignorare. *ibid.*

Papam adiens non potest ab aliquo molestari. *De clericis peregrinantibus c. vn.*

Papa ex altari benedicere potest ciuitates, & personas absentes. *Ioannes 8. ep. 184.*

Papa circa dispensationes, & legitimationes.

Papa in necessitate tantum dispensat in iure canonico, alias illud sequitur. *De sent. & re iudicata c. In causis.*

Papa de iure habet potestatem dispensandi supra ius. *De conceſſ. præbend. c. Proposuit.*

Papa potest dispensare in omnibus iis, quæ decernit Ecclesia vniuersalis (excepta fide.) *Sixtus IV. const. 17. Licet.*

Papa dispensat cum religiosis, & clericis omnibus in ætate, & aliis defectibus ad ordines suscipiendos. *Extra, de præbend. c. Nuper ex certis.*

Papa dispensat cum illegitimis, vt ordinentur, vel fiant

Episcopi. *De elect. c. Innotuit. Qui filij sint legitimi. c. Per venerabilem.*

Papa cum viris literatis, & sublimibus personis dispensat ad plures personatus, vel dignitates in eadem Ecclesia, siue cum cura animarum, siue absque ea. *De præb. & c. cap. De multa. de consuetud. in 6. cap. 1.* Idem ex alijs causis dispensat. *ibidem.*

Papa dispensat, vt habens annos 27. fiat Episcopus. *Extra, de præbend. & c. c. Nuper.*

Papa dispensat circa interstitia, & vt de recenti ordinatus fiat Episcopus. *Extra, de præb. & c. c. Nuper.*

Papa dispensat bigamos ad ordines sacros. *Pelagius 2. ep. ad Florentinum.*

Papa dispensat in gradibus prohibitis, & in aliis impedimentis matrimonij. Vide, *Matrimonia.*

Papa dispensat in Irregularitatibus. Vide, *Irregularitas.*

Papæ dispensationes non habent effectum, nisi prius literæ expediantur. *Vrb. 8. const. 6. Sanctissimus c. 52.*

Papa in suis terris legitimare potest illegitimos quo ad successionem hæreditatis. *Qui filij sint legitimi, c. Per venerabilem.*

Papa absoluit à iuramento facto per vim. *Gregorius VII. lib. 7. epist. 13.*

Papa absoluit Episcopos à iuramento illicito. *Nicolaus 1. in decr. tit. De Rom. Eccl. c. 7.*

Vide, *Papæ potestas.*

Papa circa alia multa.

Papa aduocante ad se causam, processus factus ab inferiori est nullus. *De appellat. & recusat. cap. Vt nostrum.*

Papæ confirmationem de re aliqua non potest cognoscere inferior, nisi sit subreptitia. *De confirmat. vtili, vel inutili c. 1. c. De confirmationibus.*

Papa relaxare, vel declarare potest regulam fratrum Minorum, & aliorum ordinum. *Extrau. Ioann. XXII. de verbor. signif. Ad conditorem.*

Papa salutante excommunicatum per literas, hic non censetur absolutus. *De sent. excom. c. Si aliquando. Clem. ibid. cap. fin.*

Papa non præsumitur ignorare ius, sed præsumi potest, quod ignoret, quæ consistunt in facto. *De const. in 6. c. 1.*

Papæ schismate exorto, quid agendum. Vide, *Concilia quando, & pro quo.*

Papæ consanguinei. Vide, *Consanguinei.*

Papæ Cubicularii. Vide, *Cubicularii.*

Papæ delegati. Vide, *Delegatus.*

Papæ officiales. Vide, *Sedes.*

Papa non communicante cum aliquibus.

Papa cum aliquibus non communicante, nullus fidelis debet cum eis communicare. *Dist. 93. c. Si inimicus. c. Miratus. 11. q. 3. c. Si inimicus.*

Papa reijciente aliquem, hic à nullo est recipiendus. *Dist. 93. c. Miratus.*

Papæ Vicarius.

Papæ Vicarius, in Vrbe, non extra, habet iurisdictionem. *De officio Vicarij c. Sua nobis.* Vide, *Vicarius.*

Papæ detrahens, vel insidias, aut aliud malum inferens.

Papæ detrahens, vel de illo murmurans, puniendus est. *De maledictis c. 1.*

Papam impetens calumnijs, excommunicatus est. *Conc. constantinopolit. 4. c. 6. & 21.*

Papæ insidias tractantes bonis omnibus priuantur, exilio perpetuo multantur, &c. *Conc. Rom. 5. sub Symmacho.* Eas reuelantes honorandi sunt. *ibid.*

Papa à nullo est afficiendus iniuria. *Gregorius 1. l. 4. ep. 31.*

Papā carcerans ipso facto est excommunicatus. *23. q. 4. c. Guilisarius.* Vide, *Schismatici.* Vide, *Excomm. Bullæ Cœnæ.*

Papam persequens, non remanet inultus. *Martinus 1. ep. 15.*

De Papa, nihil siniſtrè loquendum. *Pontianus epist. vn. 114. 3. cap. Absit.* Vide, *Murmurans.*

Papæ familiares, & Officiales domestici, &c.

Papæ familiares, etiam absentes, percipiunt fructus beneficiorum. *De clericis non residentibus c. Cum dilectus. Honor. 3. ex Cirone in eodem titulo c. 2.* Vide, *Beneficiati.*

Papæ familiarium, & officialium beneficia vbicumque morientium, vacant in curia. *Extra, de elect. c. Ex debito. Extra, de præb. & dignit. c. Ad regimen.* Vide, *Beneficia.*

Papæ officiales, cappellani, nuncij, delegati, &c. tales dicuntur durante officio. *ib.* Vide, *Familiares.* Vide, *Officiales.*

Papæ familiares occidentes, percutientes, &c. quomodo puniendi. & pœnæ ciuitatum, in quibus hæc committuntur. *De pœnis in 6. c. Falcidis.*

Papæ familiares, & Officiales, actu officia exercentes, exempti sunt à iurisdictione Ordinarij. *Concil. Later. 5. sess. 10. const. 2.* Vide, *Beneficiati.*

Papæ Officiales, si beneficiati, vt Archidiaconi, &c. etiam absentes possunt circa ministerium suum disponere, ac si essent præsentes. *Honor. 3. ex Cirone, de off. Archidiaconi c. 2.*

Papæ familiares veri declarantur, & commensales, & sunt isti: Referendarij; Scriptores literarum Apostolicarum; Cubicularij; Protonotarij; Auditores Rotæ; Subdiaconi; Acolythi; Secretarij; Scutiferi; Milites Sancti Petri: & alij habentes panem de Palatio: & alij quidam, qui panem non habent. *Paulus 3. const. 3. Sanctissimus.* Inter eos non comprehenduntur Notarij creati à Legatis. *ibid. §. 6.*

Papæ officiales sequentes Papam, cum abest à Roma, vel remanentes Romæ, eisdem priuilegijs fruuntur, tam circa beneficia, quam circa alia, sicut prius. *Clemens 8. const. 54. Cum ob nonnullas.*

Papæ commensales sunt, qui panem habent à palatio pro persona sua, non ratione officij. *Iulius 3. constit. 21. Sanctissimus.*

Papæ officiales, familiares, secretarij, &c. alij quibus priuilegijs gaudent nunc. *Paulus V. const. 11. In maximis. §. 12.*

Papæ Cubicularij, &c. qui ei inseruiebant, dum fuit electus Papa, multa obtinent priuilegia, & quæ. *Greg. XV. const. 4. venerabili. per 20. §§.*

Papæ officialium beneficia vacantia. Vide, *Beneficia.*

Papæ domestici sunt exempti à gabellis, & oneribus Cameralibus, & non includuntur in reuocatione facta circa hæc. *Innocentius X. const. 7. Et si ea.*

Vide, *Assistentes.* Vide, *Cappellani.* Vide, *Familiares.* Vide, *Cubicularij.* Vide, *Sedes Romana.*

Papa circa casus reseruatos, & licentiam audiendi confessiones.

Papa multos casus sibi reseruat. & quos reseruauit ex tempore *Pauli 2. Extra, de pœnitentia, & remiss. cap. Et si Dominici.*

Vide, *Excom. Papæ reseruatæ.* Vide, *Excom. Bullæ Cœnæ.*

Papa potest sacerdoti cuiuis dare licentiam generalem audiendi confessiones, & damnatur Ioannes de Poliaco hoc negans. *Extra, de hæreticis c. Vas electionis.*

Papa, etiam stante decreto *omnis vtriusque*, potest concedere sacerdoti cuicumque potestatem audiendi confessiones, absoluendi, &c. *ibid.*

Papa, in quo casu concessit regularibus facultatem audiendi confessiones, & absoluendi, Episcopo nolente. *Clement. de sepulturis c. Dudum.*

Papa iusta de causa reuocat facultatem concessam alicui de absoluendo à casibus reseruatis sibi. *Extra, de pœnit. & remiss. c. Etsi dominici.*

Papa moriente.

Papæ morte audita, omnes sacerdotes tenentur celebrare exequias pro illo. *De elect. in 6. cap. Vbi periculum. c. vn. §. Quia verò.*

Papā

Papa moriente, Cardinales tenentur accedere ad Conclaue. Vide, *Conclaue*. Vide, *Cardinales in Conclaui*.

Papa moriente extra locum audientiæ causarum, non in loco vbi moritur, sed in loco audientiæ facienda est electio. *Clement. de elect. c. Ne Romani. §. Sanè.* Et hoc etiam si tunc audientia vacet; nisi forte ante mortem Papa præceperit esse transferendam audientiam; quia tunc eius constitutio est obseruanda. *ibid.*

Cum Papæ cadauer ducitur ad sepulchrum, non est velandum. excommunicatio imposita est ministris non obedientibus. *Gregorius 1. lib. 4. ep. 44.*

De morte, vel vita Papæ non possunt fieri excommissæ. Vide, *Excommissæ*.

Papæ cadauer exhumantes, sunt excommunicati. *Concil. Rom. sub Ioanne IX.*

Papa circa osculum pedum.

Papæ pedes ab omnibus fidelibus, etiam principibus, sunt osculandi. *Greg. 7. lib. 2. post ep. 55.*

Papa circa canonizationem Sanctorum.

Papa solus canonizare potest Sanctos. *Conc. Rom. sub Ioanne 15. de Reliq. & vener. Sanctor. vbique.*

Papa circa Indulgentias.

Papa concedere potest indulgentias fidelibus cõfessis, & contritis. *Extra, de penit. & remiss. c. Antiquorum. c. Vnigenitus. cap. Et si Dominici. Conc. Constant. sess. vlt. in const. Martini V.* Vide, *Indulgentiæ*.

Papa discedens ab Vrbe.

Papa discedens ab Vrbe, quas facultates concedere solet Legato Vrbis à se instituto. *Paulus 3. constit. 16. Licet potestatis. Clemens 8. const. 53. Licet.*

Papa absente ab Vrbe, Officiales sequentes eum, vel remanentes Romæ, tam circa beneficia, quam circa alia, gaudent priuilegijs eisdem, ac si essent Romæ. *Clemens 8. constit. 54. Cum ob nonnullas.*

Par.

Par in parem non habet imperium. *de verbor. signif. in 6. cap. Exyt, in fine.* Vide, *Minor*.

Paramenta.

Paramenta sæcularia non ponenda in Ecclesijs. *Conc. Later. 4. cap. 19.* Vide, *Ornamenta*. Vide, *Ecclesiæ quomodo ornandæ*.

Parentes.

Parentes nuptui dantes filias suas, cum sacerdotibus idolorum, neque in fine accipiant communionem. *Conc. Elibertinum cap. 17.*

Parentes frangentes fidem sponsaliorum pro filijs factorum, per tres annos non communicent. *Concil. Elibert. c. 54.*

Parentes tenentur bene educare filios. *Lib. 4. const. Apostol. c. 10. Conc. Arelat. 4. c. 19.*

Parentes, qui prætextu conuersionis, filios relinquunt, & ad pietatem non educant, sunt anathema. *Concil. Gangrense cap. 15.*

Parentes baptizantes filios ex industria, quando separandi, & pœnitentia illis danda. & si aliter eorum superuixerit, non potest amplius matrimonium contrahere. *30. q. 1. c. de eo.* Vide, *Matrimonia separanda*.

Parentes, qui sunt causa corruptionis filiarum, seu eas prostituunt, quomodo puniendi. *Conc. Regiaticinum c. 9.* Vltimo supplicio sunt puniendi in statu Ecclesiæ. *Sixtus 5. constit. 46. Ad compescendam §. 7.* Vide, *Pater*.

Parentes non multum differant collocare in matrimonio filias nubiles. *Conc. Regiaticinum c. 9.*

Parentum vitia non nocent filijs. *dist. 56. cap. Vndecumque, cap. Numquam. c. Nasci. cap. Sponsus.*

Parentum vitia, quomodo transferuntur ad posteros. *dist. 56. cap. Si gens.*

Parentes, apud quos filii reperiuntur oppressi, pœnitentiam trium annorum faciant, & vnum ex his in pane, & aqua. *de his, qui filios cap. fin.*

Vide, *Pater*. Vide, *Mater*. Vide, *Filij*.

Parentela.

Parentela probanda est per propinquos; & si isti desunt, per antiquiores, quibus nota sit, & debent iurare; alias non probant. *35. q. 6. cap. 1. cap. Videtur. cap. Notificamus. cap. de parentela 1. & 2. cap. Illud Sacramentum. & cap. Episcopus.*

Parentela non probata, solui non potest matrimonium. *35. q. 6. cap. Notificamus. cap. Multorum.*

Vide, *Consanguinitas*. Vide, *Affinitas*. Vide, *Matrim. prohibita, &c.*

Parochia.

Parochia Diœcesis etiam dicitur. *Lucius 1. in ep. decret.*

Parochiæ alienæ non peruadendæ. *Conc. quod dicitur Apost. cap. 14.*

Parochiarum diuisio iterum facta à Papa Dionysio. *13. q. 1. cap. Ecclesias.*

Parochiæ possessæ ab aliquo Episcopo per 30. annos, ei non auferantur. *16. q. 3. c. Per singulas, c. Præsulum. Conc. Calcedon. c. 17.* Si verò intra id tempus mota est lis, synodus decidat. *ibid.*

Parochiarum status non potest mutari, nec præscriptione, nec præsumptione. *16. q. 3. c. Licet.*

Parochiæ distinguendæ, & constituendæ in Ciuitatibus, & Regionibus, vt populi habeant suum Parochum, à quo recipiant Sacramenta. *concil. Trident. sess. 24. de refor. cap. 13. conc. Mediol. 1. part. 2. de ijs, quæ pertinent ad Sacram. administrat.*

Parochiarum limites, quomodo præscribendi. *16. q. 3. cap. Inter, cap. Dilectio.* Vide, *Præscriptio. de Parochijs, &c. cap. Super eo.*

Parochia, quæ ante bellum, &c. pertinebat ad aliquam Diœcesim, semper est illius. *conc. Hispalen. 2. c. 1.*

Parochiæ non possunt per laicos gubernari. *conc. cabilon. 2. c. 5.*

Parochia non potest conuerti in beneficium simplex. Vide, *Transferre, Translatio*.

Parochiæ (olim) duos solidos Episcopis soluere tenebantur, singulis annis. *Pelag. 2. ad Cresconium. 10. q. 3. c. Illud.*

Parochiæ a proprijs Parochis gubernandæ, & vnus non vsurpet limites alterius. *Dionysius ep. 2. 13. q. 1. c. Ecclesias.*

Parochiæ plures non possunt vni commendari, nec vna vltra sex menses. *de elect. in 6. cap. Nemo.* Vide, *Beneficiorum plural.*

Parochia cum personatu in eadem Ecclesia potest teneri. *de præbend. & dignit. in 6. c. Super eo.*

Parochia vacante, Episcopus statim prouidere tenetur de Vicario cum portione congrua, sibi visa, donec prouideatur; etiam si Ecclesia sit exempta, affecta Cardinali, &c. *conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 18.*

Parochiæ vacantes in curia, viuente Papa non collatæ ab eo, spectant ad Ordinarios, nisi à Papa viuente non fuerit aliter ordinatum. *de præb. in 6. c. Si Apostolica.*

Parochiæ vacantes in curia, Sede Romana vacante, conferuntur ab ordinario. *de præb. in 6. c. Si Apostolica.*

Parochia propria moribundi est illa, in qua hic habet domicilium, & recipit Sacramenta. *de sepulturis in 6. c. cum quis.* Si duo habet domicilia, & æqualiter habitat in eis, ambæ Parochiæ sunt propriæ; & tunc portio canonica diuiditur inter eas. *ibid.*

Parochiæ nouæ instituẽdæ sunt ab Episcopis, si Parochiæ multum distent, & populi non possint sine magno incommodo ad Sacramenta, & officia accedere. & hoc etiam inuitis

Recto-

Rectoribus Ecclesiarum. *De Eccl. ædificandis cap. Ad audientiam. Conc. Trident. sess. 21. de reform. c. 4.*

Parochi nouiter facti in dictis Ecclesijs, prouidendi sunt de fructibus pertinentibus ad Ecclesiam matricem, & populi possunt compelli ad subministrandum congruam portionem. *ibid. c. 4.*

Parochia vacante per mortem, vel resignationem, etiam in curia, per edictum publicum, vel aliter, vt de more, ab Ordinario vocentur omnes, qui volunt pro Parochia comparere. Adueniente termino præfixo, omnes descripti debent ab Ordinario, vel eius Vicario, & examinatoribus non paucioribus quam tribus examinari. si vota sint paria, potest Episcopus, seu Vicarius accedere cui magis placet. Examine peracto renunciari debent quot sint opportuni ad regendam Ecclesiam: Episcopus verò magis idoneo det Ecclesiam, & non alteri. Si verò Ecclesia sit Patronata, à Patrono fiat præsentatio, Episcopus tamen examinet; & si idoneus, admittat. *Conc. Trident. sess. 23. de refor. c. 18.*

Si aliquis examinatorum appellet ad Papam, non impeditur prouisio facta ab Episcopo. Quod si Episcopus deferat appellationi; interim non amoueatur Vicarius, donec prouideatur. *ibid.*

Si verò ob tenues reditus, vel ob factiones non expediat fieri præfatum examen, fiat aliud priuatum ab Episcopo, cum deputatorum consilio, & sic conferatur Ecclesia. *ibid. c. 18.*

Aliter facta collatio, est nulla. *Pius V. const. 33. in conferendis.*

Parochialis Ecclesia.

Parochiales Ecclesiæ à suis Parochis regendæ, & vnus non inuadat limites alterius, neque vsurpet populum alterius. *Dionysius ep. 2. 13. q. 1. c. Ecclesias.*

Parochialis Ecclesia conferri non potest non seruata forma Concilij Tridentini, alias est nulla collatio. *Pius 5. constit. 33. in conferendis.*

Parochialis Ecclesia commendari non potest, nisi habenti ætatem legitimam. *De elect. in 6. cap. Nemo.*

Duæ non possunt eidem commendari. *ibid.*

Parochialis Ecclesia non potest commendari vltra sex menses. *ibidem.*

Parochiales Ecclesiæ, quibus conferendæ. *De elect. in 6. cap. Licet. cap. Statutum.* Vide, *Beneficia quibus conferenda.* Vide, *Beneficia curata.*

Parochialis Ecclesia pauper ab Episcopo prouideatur per vniones beneficiorum, non tamen regularium. & si hoc fieri non possit, per applicationem primitiarum, decimarum, aut collectarum Parochianorum. *Conc. Trident. sess. 24. de refor. c. 13.* Vel alio modo.

Parochiales Ecclesiæ non vniantur Monasterijs, Abbatijs, hospitalibus, dignitatibus, præbendis, beneficijs simplicibus, vel militijs. *ibid. c. 13.*

Parochialis Ecclesia plures Presbyteros habere debet pro loci qualitate. *Conc. Oxon. 1. c. 9.*

Parochiali Ecclesiæ debetur tertia pars, si quis in alio loco eligit sepulturam. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. de sepultur. c. 2.* vel seruetur consuetudo.

Parochiales Ecclesiæ ob paupertatem possunt vniri.

Vide, *Beneficiorum vnio.* Vide, *Vnio.*

Parochiales Ecclesiæ, etiam iuris Patronatus, si dirutæ sint, curent Episcopi, vt reficiantur ex prouentibus earum: quod si non sufficiunt, patroni, & alij, qui fructus percipiunt, ad hoc cogantur. *Conc. Trid. sess. 21. de refor. c. 7.*

Si verò refici non possint, vt supra, transferantur in alias Ecclesias vicinas, & illæ dirutæ conuertantur in vsus prophanos, sed non sordidos, erecta ibi Cruce. *ibid. c. 7.*

Parochialis Ecclesiæ Vicario assignanda est portio sufficiens ad se sustentandum. Vide, *Vicarius.*

Parochialis Ecclesia quomodo, & cur conferenda.

Vide, *Parochia in fine.* Vide, *Beneficia.* Vide, *Beneficiati.*

Parochus, eiusque obligationes.

Vide, *Beneficia quibus conferenda.* Vide, *Clerici, &c.* Vide, *Ecclesiarum rectores.* Vide, *Beneficiati, &c.*

Parochus fieri non potest homo auarus, & rapax. *Conc. Parisiense 6. lib. 1. c. 25.*

Parochus fieri debet melior, & dignior. *conc. colon. 2. par. 1. cap. 3. 4. 6. 7. & 9.*

Parochus quomodo instituendus. Vide, *Parochia.*

Parochus fieri non potest, qui nescit Latinè loqui. *Conc. Tolet. 19. c. 2. Tolet. 22. c. 10.* Pœnæ facientium.

Parochus fieri non potest sacerdos ignarus. *Concil. Senon. in decr. morum c. 8. de elect. in 6. cap. Licet, & c. Statutum.*

Parochus fieri non potest, qui non est 25. annorum, doctus, & probus. *conc. Later. 3. c. 3.* Si tempore præfixo non ordinatur, est remouendus. *ibid. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12.*

Parochus intra annum ordinari debet Presbyter, alias deponatur. & si anno elapso non fecerit, non potest iterum eligi. *concil. Rauenn. 5. sub Honorio 4. cap. 4. de elect. c. cum cunctis. §. inferiora* & sub eodem titulo *in 6. cap. Licet. cap. Statutum, & cap. commissa.* Nisi ordinetur, tenetur ad restitutionem fructuum. *ibid.*

Potest ab Episcopo dispensari causa studiorum ne per 7. annos ordinetur Sacerdos dummodo sit subdiaconus: sed ijs finitis statim tenetur: interim de Vicario cum congrua portione prouideatur. *De elect. in 6. cap. cum in cunctis.*

Parochus tenere non potest archidiaconatum. *Honorius 3. ex Cirone tit. de præbendis c. 2.*

Parochus fieri potest etiam subdiaconus cum dispensatione, imò, & qui de breui fiet subdiaconus, & sacerdos. *conc. Lateran. 3. append. tit. Quibus & quando, &c. c. 5. de ætate & qualitate, &c. cap. Præterea.* Non potest fieri ante annum 22. *conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 12.*

Vide, *Beneficia curata.*

Parochus antequam fiat, cum maxima diligentia est examinandus de idoneitate, &c. *concil. colon. 3. tit. De altero medio cap. 6.*

Parochis imperitis dandi sunt ab Episcopis coadiutores. *concil. Trid. sess. 21. de refor. cap. 6.*

Parochus à Papa institutus, ab ordinario examinetur, & si ignarus est, non admittatur, sed loco eius ponatur Vicarius, donec ipse perueniat ad sufficientem doctrinam. *conc. Senon. in decr. morum c. 8.*

Parochus sub cura monachorum, ab Episcopo instituitur de eorum consilio. *De cappellis monachorum cap. 1.*

Vide, *Regulares quò ad Parochos suarum Ecclesiarum.*

Parochus prouidendus est de victu, & vestitu. *conc, colon. 2. p. 8. c. 2. de præbend. &c. c. Extirpandæ.*

Parochus non potest duas Parochias simul habere. *conc. Later. 3. c. 13.* Vide, *Beneficia plura.* Alias priuandus, & conferens priuatur potestate conferendi. *ibid. De præbend. &c. cap. De multa.* Nec potest acceptare secundam, nisi relinquat primam. *ibid.*

Parochus non potest per alium gubernare Parochiam, sed per se. excepto si habeat præbendam in maiori Ecclesia. & tunc per Vicarium perpetuum, cum debita congrua gubernat, alias priuatus est de facto. *Concil. Later. 4. cap. 32. de præbend. &c. cap. Extirpandæ, §. Qui verò.*

Parocho de iure competit prædicare, & confessiones audire. *Clement. de sepulturis. cap. Dudum. concil. colon. 2. par. 4 c. 6. & 14.* Et tenetur prædicare per se, vel per alium, & quando. Vide, *Prædicare.*

Parochus tenetur viuere secundum doctrinam, quam docet. *conc. colon. 2. par. 5. c. 2.* & exemplo docere alios. *ibid. c. 3.* Tenetur auaritiam fugere. *ibid. c. 4.* Cauere à luxu, crapula, tabernis, negotiis sæcularibus, sequi virtutes, &c. *ibidem cap. 6.*

Parochus etiam si sit peccator, non potest à populis priuari solitis decimis. Vide, *Decimæ cui soluendæ,* in fine.

Parochus tenetur in Parochia residere. *conc. Lateran. 3. c. 13. conc. Senon. in decr. morum c. 11.* Nisi ex magna necessitate dispensetur. *ibid. de elect. in 6. c. Licet canon.* (Episcopus in necessitate dispensat.) *ibid.* sub pœna peccati mortalis, & priuatione fructuum pro rata; quæ non possit condonari. *conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 1.* In necessitate, per bimestre Episcopus concedere potest licentiam in scriptis: vltra bimestre causa debet esse grauis. & tunc remanet pro eo

eo Vicarius approbatus ab Episcopo. *Tridentinum. ibid.* Vide, *Beneficiatus*.

Parochus scandolosè viuens puniatur. si incorrigibilis, priuetur, etiam appellatione remota. *Conc.Trid.sess.21. de reform.cap.6.*

Parochus tenetur habere curam suæ parochiæ. *Dionysius ep. 13. q.1. c. Ecclesias.*

Tenetur frequenter celebrare, vt suo muneri satisfaciat. *conc. Trid. sess.23. de refor. c.14.*

Parochus non se ingerat in Ecclesia alterius, nec populum eius vsurpet. *13. q.1. cap. Ecclesias.*

Parochus non permittat vt alieni audiant Missam in sua Parochia, sed ad propriam mittant: excepta causa itineris. *concil. Nanneten. 1. c.1. & 2. de Parochijs. c. Vt Dominicis.*

Parochus tenetur assistere matrimonijs, & denunciare in Ecclesia, & cum impedimenta aduertit, debet desistere donec consulatur quid agendum. *De clandestina desponsat. cap. cum inhibitio.*

Parochi officium est coniuges coniugere in matrimonio. si sunt diuersæ Parochiæ, proclamationes fiant in vtraque, & requiritur licentia alterius. *concil. colon.3. tit. censuræ. c.32. conc.Trid.* Vide, *Matrim. clandestina*. Vide, *Matrim. cum quibus solemnitatibus, &c.*

Parochus coniugens in tempore prohibito, vel non in Ecclesia post Missam, suspenditur ab officio. *ibid. c.33. concil. colon.* aliæ pœnæ. *De clandestina desponsat. §. fin.*

Parochus non potest interesse matrimonio hominis vagi. *concil. Trid. sess.24. de refor. matrim. cap.7.* Absque Episcopi licentia.

Parochus non potest alienare res Ecclesiæ. *conc. Agathen. c.53.* Nulliter facit. *ibid. conc. Epaunen. cap.7. 12. quæst.2. cap. Quisquis.*

Parochus quando sine denunciationibus potest esse præsens matrimonio coram testibus faciendo, & postea ante consumationem facere denunciationes. *concil. Trid. sess.24. de reform. cap.1.*

Parochus dum olim instituebatur, accipere debebat ab Episcopo libellum officialem, id est Rituale vt sciret suum munus quale esset. *concil. Toletan.4. cap.26. dist.38. cap. Quando presbyteri.*

Parochus vocatus ad synodum, debet veritatem dicere de occurrentibus in Parochia. *Post epist.2. Eutichiani. 35. q.6. c. Episcopus in synodo.*

Parochus ingrediens religionem, si non est professus, potest ad curam redire. *concil. Later.3. in append. tit. De monachis. cap.2.*

Parochus tenetur ad reparationem Ecclesiæ. *conc. Later.3. in append. de alienat. c.2.*

Parocho transferente domicilium, primus Prælatus non habet in eum ius. *De parochijs, &c. cap. fin.*

Parochus tenetur in Dominica annunciare festa, & ieiunia. *conc. Rauenn.2. sub Clemente V. c.10.* & pœnæ. *ibid. conc. Trid. sess.25. in decreto de delectu ciborum.*

Parochus baptizans tenetur docere eos, qui tenent, quam cognationem contrahunt. scribat eorum nomina. interroget ad quos spectat, quos eligant ad tenendum. si enim alij præter eos tenent, non contrahunt cognationem. *concil. Trid. sess.24. de reform. matrim. c.2.*

Parochus tenetur scire formam baptismi, &c. *concil. Rauenn. 2. sub Clem. V. cap.11.*

Tenetur in Aduentu, & Quadragesima significare populo obligationem confessionis, & communionis. *ibid. c.15.*

Item significare tenetur in quibus temporibus fieri non possunt matrimonia. *ibid. c.19.*

Item teneat in scriptis Latina, & vulgari lingua articulos fidei, præcepta decalogi, sacramenta Ecclesiæ; species virtutum; & quater in anno, Natiuitate Domini, Paschate, Pentecoste, & Assumptione B. Virginis, ac Dominicis Quadragesimæ, ea populo annunciet. *conc. Sabinense cap.3. concil. Toletan.22. cap.2.* & pœnæ pro non facientibus. *ibid. concil. Sabinens. in decr. morum cap.11.* & in Dominica etiam id faciat.

Parochi in Dominica tenentur prædicare, & docere populos de necessarijs ad salutem. alias Episcopus in hoc munere substituat, & prouideat de portione congrua. & hoc potest facere etiam cum Parochis Ecclesiarum exemptarum, regularium; &c. *conc. Trid. sess.5. de reform. c.2. & sess.24. de reform. cap.4.*

Parochi non possunt plus petere ab ijs, qui sepeliuntur in Ecclesijs Ordinis Minorum de Obseruantia in Indijs Occidentalibus. *Clemens 8. const.96. Expositum. Paulus V. const. 47. Expositum.*

Idem confirmat *Vrbanus 8.* pro eisdem in Indijs etiam Orientalibus. & quomodo intimanda hæc constitutio. *const.21. Alias felic. record.*

Idem statuitur pro iis, qui in Ecclesijs fratrum S. Augustini sepeliuntur. *ibid. Paulus V. const.35. Expositum.*

Parocho leproso dandus est coadiutor. Vide, *Leprosus*.

Tenetur explicare populo, vulgari lingua virtutem Sacramentorum. *conc. Trid. sess. 24. de reform. cap.7.* & hoc in festis. *ibid.*

Tenetur populos monere, vt Missam in festis audiant; alias si per tres festos non audiunt, denuncient eos vt puniantur. *concil. Senon. in decretis morum c.12.*

Inter Missarum solemnia sacra eloquia, & salutis monita populis declarant. *Trid. vbi supra c.7.*

Parochus tenetur docere pueros doctrinam Christianam. *De vita & honest. cleric. c. Vt quisque. conc. Trid. sess.24. de reform. cap.4.* Ad hoc compellantur per pœnas & censuras. *ibid.* Vide, *Pueri*.

Parochus non potest absoluere à casibus reseruatis Episcopo, &c. *conc. Rauenn.1. sub Honorio 4. c.8.*

Parochus tenetur habere librum baptizatorum, & matrimoniorum. *conc. Trident. sess.24. de reformat. matr. cap.1.*

Parochus non contendat cum populo. *Concil. colon.2. par.6. cap.12.*

Parochi, qui sunt in Ecclesijs Ordinis Minorum, ad nutum superiorum sunt amouibiles. *Sixtus 4. constit.6. Regimini §. 13.*

Parochus tenetur quolibet anno scribere nomina Parochianorum, qui ad annos discretionis perueniunt, vt sciat, qui confessi sunt. *Conc. Tolet.19. c. vlt.*

Tenetur hortari populos ad frequenter confitendum, & communicandum, & scribere nomina communicantium in Paschate. *conc. Senon. in decr. morum c.12.*

Tenetur Episcopo referre si in hospitalibus exerceatur hospitalitas debita, vel non alias ab Episcopo puniatur. *concil. Mediol.1. p.3. tit. De piorum locorum administratione.*

Parochus non potest cogere hæredes ad faciendum anniuersarium, vel septimum. *Reformatio cleri Germaniæ.*

Parochi possunt à Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus exigere 4. funeralem, seù canonicam, & præter eam nihil aliud. *Clement. de sepulturis c. Dudum.*

Parochus non potest exigere à populis aliquid supra debitum. *Reformatio cleri Germaniæ c.5.*

Non potest aliquid exigere pro collatione Sacramentorum, vel alio spirituali. *conc. colon.2. p.8. c.1. conc. Moguntin.4. cap.92.* Sub pœna suspensionis ab officio. *ibid.* Nisi sponte sit oblatum.

Parochi tenentur benignè recipere, & tractare Fratres Minores, & Prædicatores. *clement. de sepultur. c. Dudum.*

Parochorum pacta cum regularibus seruanda. Vide, *Pactum*. Vide, *Regulares circa Parochos*. Vide, *Beneficia curata*. Vide, *curatus*. Vide, *curam habens animarum*.

Parochiani.

Parochiani, olim, tenebantur audire Missam in propria Parochiali Ecclesia, excepta causa itineris alias ab alienis Parochis eiici debebunt, & mitti ad suas Ecclesias. *concil. Nannetens.1. cap.1. & 2. de Parochijs cap. Vt Dominicis. Extra, de tregua, & pace cap. Vices. conc. Trid. sess.24. de reformat. cap.4.*

Parochiano transferente domicilium primus Prælatus non habet in eum ius, sed prædiorum decimæ, illi sunt soluendæ, si in eius territorio sunt. *De parochijs, &c. c. fin.*

Parochiani in sua parochia tenentur sacramenta suscipere. *conc. Trident. sess.24. de reformat. cap.13.*

Vide,

Vide, *Eucharistia*. Vide, *Missa vbi audienda*. Vide, *Confessio*. Vide, *Pœnitentia Sacram.*

Parochianus alienus nequit ab Episcopo ordinari nec iudicari. *De parochijs c. Nullus*. Vide, *Episcopus quo ad iurisdictionem*. Vide, *Episcopus quo ad ordines*. Vide, *Ordinatio*. Vide, *Ordines, &c.*

Pars.

Pars obijciens exceptionem peremptoriam, fundata intentione actoris, petens inducias, si defecerit in probando, condemnatur in expensis. *De dolo, & contum. c. finem litibus.*

Parti danda sunt instrumenta aduersarij, si petat. *De fide instrument. cap. G. perpetuus.*

Parte inaudita, nihil definiendum. *De causa possessionis, &c. cap.* 1. Vide, *Iudicium*. Vide, *Sententia*.

Pars in toto continetur. *De regulis iur. in 6. reg.* 80.

Participans.

Participantes cum excommunicatis, incurrunt excommunicationem minorem. *De sent. excomm. in 6. cap. constitutionem. cap. Statutum.*

Participantes cum excommunicatis non possunt excommunicari maiori excommunicatione, neque suspendi aut interdici, nisi præuia monitione. *ibid.* Vide, *Excommunicati*.

Paruuli.

Paruulis Baptizatis non nocet parentum perfidia. *De consecrat. dist. 4. cap. Quæris à me.*

Paruuli, originale tantum peccatum habent. *De Baptismo c. Maiores. Gelasius ep. 7.*

Paruuli cum peccato nascuntur. *Gelas. ep. 7.* Vide, *Originale.*

Paruuli vtiliter baptizantur, licet non credant. *De Baptismo cap. Maiores.*

Paruulis in baptismo deletur originale. *ibid.*

Paruulis in baptismo fides aliorum sufficit. *De consecr. dist. 4. cap. in Ecclesia.* Fiunt fideles per fidem offerentium. *ibid. c. Paruuli fideles, cap. Mater Ecclesia. De pœnitent. dist. 1. cap. 81. Tres sunt.*

Paruuli baptizati morientes saluantur. *De baptismo c. maiores.*

Paruuli sine baptismo non possunt saluari. *De consecr. dist. 4. cap. Nulla. cap. Firmissimè.* Siue moriantur nati, siue in vtero matris. *ibid. De Baptismo cap. Maiores. Gelasius epist. 7.*

Paruulis baptizatis non est necessaria pœnitentia. *De pœnitentia dist. 1. cap. 81. Tres sunt.*

Paruulis baptizatis infunditur gratia informans, & virtutes. *Conc. Vienn. Gener. Clement. 1. de fide.*

Paruuli baptizati dicuntur fideles, non quia actu credunt, sed quia recipiunt Sacramentum fidei, scilicet baptismum. *De consecr. dist. 4. c. Nihil est aliud.*

Paruuli cum solo originali morientes damnantur, & quomodo puniuntur iuxta sentent. S. Augustini. *De consecr. dist. 4. cap. Firmissimè.*

Pro paruulo baptizato respondere potest alius. *De consecrat. dist. 4. cap. cum pro paruulis.*

Paruuli carentes vsu rationis non tenentur ad Eucharistiam de necessitate salutis. Non tamen damnati debent Patres antiqui, qui eam dabant. *Conc. Trid. sess. 21. c. & can. 4.*

Vide, *Puer*. Vide, *Infans*.

Pascha.

Pascha celebrari non potest ante æquinoctium vernale. aliter faciens ab Ecclesia eijciatur. *Conc. quod dicitur Apostolor. c. 8. Lib. 5. const. Apost. c. 16.*

Pascha in vno die, & tempore per vniuersam Ecclesiam celebrari debet. *Conc. Arelat. 1. c. 1. Conc. Carthag. 4. c. 65. de consecr. dist. 3. c. De obseruatione. Conc. Aurel. 4. cap. 1.* & hoc ex decreto *Victoris I. ibid.*

Pascha die Dominico celebrandum. *Lib. 5. constit. Apostolic. c. 16. Pius I. ep. 1. Victor 1. ep. 1. & 2. de consecrat. dist. 3. c. Nosse. c. celebritatem. & c. Paschæ solemnitas. conc. Rom. Palæst. Ponticum, Osroenum, &c. sub Victore I.*

Pascha celebrari debet post Lunam 14. *conc. Rom. 3. sub Syluestro c. 1. conc. Antioch. c. 1. conc. Palæst. sub Victore.*

Paschatis celebrationem Africani ab Episcopo Carthaginensi discere debebant. *Conc. Carthag. 3. c. 1. & 40.*

Paschatis celebritas omnibus intimanda. *Conc. Carthagin. 5. cap. 7.* Olim in Concilijs intimabatur. *Conc. Afric. c. 1. de consecr. dist. 3. c. Placuit 1. & 2.*

Paschæ solemnitas in die Epiphaniæ annuncianda, iuxta decretum Victoris I. *conc. Aurel. 4. c. 1.*

Paschæ dies à Metropolitano indicandus in Natali. *Concil. Bracharen. 2. c. 9. conc. Tolet. 4. c. 5. De consecr. dist. 3. cap. Placuit, vt postquam.*

Paschæ celebrandi tempus à Primate, vel Metropolitano requirendum (olim.) *Concil. Tolet. 4. c. 5. concil. Casaragust. 3. cap. 2.*

Pascha cum Episcopo in Ciuitate, non in villis, à ciuibus celebretur. alias priuentur communione. *concil. Agathen. c. 63. Aurel. 1. c. 27. Aruernense c. 14. Aurel. 4. c. 3. de consecr. dist. 3. c. Nulli ciuium. Post conc. Tolet. 17. c. 16.*

Paschalis solemnitas per octo dies præcedentes, quomodo celebranda. *conc. Matisc on. 2. c. 3. conc. Meldense cap. 77.* Octo dies præcedentes erant feriati. *ibid.*

B. Paschalis.

Fr. Paschalis Ordinis Minorum declaratur Beatus. *Paul. V. constit. 111. in sede.*

Fratres Obseruantes obtinent licentiam recitandi officium de eo pro *die* 17. *Maij*. *ibid.* Deinde obtinent, vt possint recitare officium in loco *Turris Formosæ* eius Patriæ, & in toto Regno Hispaniæ. *ibid.* Sic etiam moniales.

Pastor.

Pastor, id est Episcopus non potest accusari, aut reprehendi à subditis, nisi in fide erret. *Ioannes I. epist. 1. 2. quæst. 7. cap. Oues.*

Pastor diligens gregem, salubria illi quærit. *Ioann. 2. ep. 3.*

Pastores debent tractare gregem, non vt suum, sed Dei. *conc. Paris. 6. lib. 1. c. 13. & 23.*

Tenentur pro ouibus animas ponere. *ibid. c. 12.*

Pastores miseri sunt si gloriantur in malis ouium. *Anacletus ep. 1. dist. 83. cap. Nihil illo.*

Pastores simoniaci, nullam præbent ouibus medicinam. *1. q. 1. cap. Fertur.*

Pastori negligenti dandus est coadiutor. *De supplend. neglig. in 6. c. Grandi.* Vide, *Coadiutor*. Vide, *Episcopus, &c.*

Patena.

Patenæ non debent esse ligneæ, neque vitreæ. *De consecrat. dist. 1. cap. Vasa in quibus. & cap. Vt calix.*

Pater diuinus.

Pater diuinus est ingenitus. *Pelagius 1. ep. 1.*

Pater diuinus omnia sua communicat Filio præter paternitatem. *conc. Florent. sess. vlt. in literis vnionis.*

Pater diuinus non est maior filio. *Marcell. 1. ep. 1.*

Patris vox, non filij, aut Spiritus Sancti audita est, *dum dixit, hic est filius meus dilectus. De consecrat. distinct. 3. cap. vlt.*

Pater diuinus ab æterno generat filium, & dat ei suam substantiam quam etiam secum retinet, nec diminuitur. *concil. Lateran. 4. cap. 2.* Vide, *Personæ diuinæ.*

Pater noster.

Pater noster veraciter dicitur à Sanctis, cum illis verbis *dimitte nobis*, &c. *conc. Mileuit. c. 8.*

Pater non potest tenere filium in baptismo. *Concil. Moguntin. 1. cap. 55.*

In necessitate potest filium baptizare sine solutione matrimonij. *Conc. Londinen. 1. c. 3.*

Patris nomine intelliguntur, etiam alii ascendentes. *De verbor. signif. c. Nam, & Rex.*

Pater non potest à filio iudicari, aut reprehendi. *Nicolaus I. in decr. tit. de Iudicijs c. 2.*

Pater detinens vxores, vel dotes filiorum, per censuras compellitur ad restituendum. *De sponsalibus c. Non est.*

Pater non potest esse testis in causa criminali filii, nec in alijs eius contractibus, sed solum in causa matrimoniali. *Post ep. 14. Cœlestini 1. c. 4. 35. q. 6. c. Videtur nobis. Qui Matrimonium accusare c. Videtur.*

Pater occidens filios, olim à sacerdote simul & iudice erat puniendus. *Conc. Tolet. 3. c. 17.* Vide, *Occidens.*

Pater occidens filium hac pœnitentia, olim, erat plectendus. Per tres annos stare debebat ante fores Ecclesiæ, &c. per quatuor annos inter auditores. per septem carens communione, per totam vitam non comedens carnes, neque bibens vinum. per tres annos incedens discalceatus; arma non tractans, nisi contra paganos. *Nicolaus 1. in append. ep. 18.*

Pater, vel mater prostituentes filias, in statu Ecclesiæ, vltimo supplicio puniendi. *Sixtus 5. const. 46. Ad compescendum §. 7.* Vide, *Parentes.*

Patrem occidens. Vide, *Occidens.* Vide, *Filius.*

Patrem persequens, est infamis. *Fabianus ep. 2.* Vide, *Armis.*

Patrem inuadens, seu contra eum arma sumens, est infamis. *Adrianus 1. c. vlt. 3. q. 5. c. Omnes.* Vide, *Occidens.* Vide, *Patricida.* Vide, *Filius.*

Pater exhæredato filio, non potest dare bona sua Ecclesiæ; neque hæc acceptare. *17. q. 3. c. Quicumque.*

Pater non potest priuare hæreditate filium factum religiosum, etiam si dum hic erat laicus, fuit sibi ingratus. *19. q. 3. cap. vlt.*

Pater, & filius carnaliter cognoscentes eamdem mulierem per octo annos pœniteant. *30. q. 4. c. Si Pater.* Vide, *Carnalis, &c.*

Pater non potest copulari mulieri cognitæ à filio: si verò nesciens id fecit, non peccat; si sciens, septennis pœnitentia ei est danda. *Conc. Later. 3. in append. tit. De eo, qui consanguineam c. 3.* Vide, *Carnalis.* Vide, *Filius.*

Pater cognoscens filiam carnaliter, per triennium careat Eucharistia; abstineat à carne: ieiunet omnibus diebus, exceptis festis. *Conc. Vormatien. 1. c. 36.*

Patre soluente aliquid pro acquirenda Ecclesia filio; licet hic ad tempus remoueri debeat, potest tamen ad eam, & ad alias assumi. *Conc. Later. 3. in append. p. 50. c. 1.*

Pater non potest cogere filium ad Religionem. *Conc. Colon. 2. p. 10. cap. 3.*

Pater familiæ, qui habet 12. filios in statu Ecclesiæ, à qua gabella, & dogana est exemptus. & Patre mortuo, quibus gaudet eius familia. *Pius IV. const. 72. Licet. Paulus V. const. 11. In maximis §. 13.* Vbi omnes franchitiæ, & exemptiones numerantur.

Vide, *Culpa.* Vide, *Filius.* Vide, *Parentes.*

Patientia.

Patienter obseruanda sunt præcepta. *causa 23. q. 1. c. Paratus.*

Patres, id est, seniores.

Patrum statuta sequenda; & qui ea non sequitur, errat in via. *Hormisda ep. 70.* Vide, *Decreta.* Vide, *Statuta.* Vide, *Sancti.*

Patrum regulæ non debent contemni. *Distinct. 10. cap. Quis autem.*

Patrum statuta in Concilijs, non violanda. *25. q. 1. c. Prima salus. c. A Sanctis. c. Ideo. c. Contra statuta.*

Patriarcha, & Primas idem sunt. *Anacletus ep. 2.*

Patriarcha idem est, ac Summus Patrum. *dist. 21. c. Cleros.*

Patriarchæ omnes ab Ecclesia Romana sunt instituti. *Nicolaus I. in decret. tit. De Roman. Eccl. cap. 1. dist. 22. cap. 1. Omnes.*

Patriarchæ, & primates in maioribus Ciuitatibus ponendi sunt ex institutione Apostolorum. *Clem. I. ep. 1. c. 4. Anacletus epist. 2.*

Patriarchæ veraciter illi sunt, qui in Sedibus Romana, Antiochena, & Alexandrina post Apostolos sederunt. Constantinopolitanus verò, & Ierosolymitanus ad fauorem Principum, & ex honoris congruentia facti sunt. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 92.*

Patriarchæ omnes etiam Ierosolymitanus, Papæ sunt subiecti, & ab eo iudicantur. *Conc. Romanum sub Sixto 3. c. 6.* Vide, *Papa circa Patriarchas.*

Patriarchæ habent alios Episcopos sub se. *Clem. I. ep. 1. c. 4.*

Patriarcha secundus post Papam, est Alexandrinus. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 93.*

Patriarcharum ordo modo hic est. post Rom. Pontificem est Patriarcha Constantinopolit. 2. Alexandrinus, 3. Antioch. 4. Ierosolymit. *Concil. Lateran. 4. cap. 5. dist. 22. cap. Diffinimus. Concil. Florent. sess. vlt. in literis vnionis. De priuil. cap. Antiqua. Eugenius IV. constitut. 17. Latentur Cæli.*

Patriarcha potest conuocare omnes Episcopos sibi subditos. *Conc. Constantinop. 4. c. 17.*

Patriarchæ omnes à Romano Pontifice accipere debent pallium. *Conc. Later. 4. c. 5.* & faciunt iuramentum obedientiæ, & fidelitatis Papæ. *ibid.*

Patriarchæ ex Papæ priuilegio, vel delegatione, alijs Archiepiscopis concedunt pallium. *Conc. Later. 4. c. 5. De priuil. c. Antiqua.* Vide, *pallium.* Vide, *Papa circa Patriarchas.*

Patriarcha facit portare ante se crucem, vbique, excepta vrbe Roma, & ijs locis in quibus est Papa, vel Legatus Papæ vtens Pontificijs insignijs. *Conc. Later. 4. cap. 5. de priuil. c. Antiqua.*

Patriarcharum, nullus vocari potest vniuersalis Episcopus. *Dist. 99. c. Nullus. c. Ecce.* Quare aliquando S. Gregorius noluit appellari vniuersalis. *ibid.*

Patriarcha non cognoscit de causis Archiepiscoporum, & Episcoporum, nisi per legitimam appellationem. *De offic. Iud. ordin. c. Duo simul.*

Patriarcha transferens Archiepiscopum confirmatum in sedem Episcopi, suspenditur, & quomodo. *De translatione, &c. cap. 1.*

Patriarchales sedes vacantes prouideri non possunt inconsulto Papa, alias nulla est electio. *Extra, de electione, &c. cap. Sancta Romana.*

Ad Patriarcham appellatur ab omnibus prouinciis subditis. *De priuil. cap. Antiqua. Concil. Lateran. 4. cap. 5.* Vide, *Appellatio.*

A Patriarcha appellatur ad Papam. *ibid.*

Patriarchæ Maronitarum Papa concedit, vt suis populis det benedictionem nomine suo, & etiam Archiepiscopis, &c. *Paulus 5. const. 77. Quoniam.*

Vide, *Alexandria.* Vide, *Antiochia.* Vide, *Constantinopolis.* Vide, *Primas.*

Patria.

Patriam relinquens non potest per hoc puniri. *Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum c. 20.*

Patriam deserens, & confugiens ad exteros contra eam; quomodo puniendus. Vide, *Rebellis.*

Patriam bello tutari, iustissimum est. *23. q. 3. c. Fortitudo.*

Patricida.

Patricida est infamis. *Fabianus ep. 2. Adrianus 1. in decr. c. vlt. 3. q. 5. cap. Omnes.* Vide, *Filius.* Vide, *Pater.* Vide, *Occidens.*

Patricida, olim, non poterat inire matrimonium. *Conc. Moguntin. sub Leone IV. c.20.*

Patrimonium.

Patrimonij titulus est necessarius, si alius non adest, vt clericus possit in sacris ordinari. *Conc. Senon. in decr. morum c.4. Conc. Trident. sess.21. de reform. c.2.* Vide, *Clerici in sacris.* Vide, *Ordinandi in sacris.*

Patrimonium, ad cuius titulum clericus est ordinatus, non potest renunciari, donec prouideatur de alio titulo, seu beneficio Ecclesiastico; & non potest hoc fieri sine licentia Episcopi. *Conc. Senon. & Trident. vbi supra.*

Patrimonium S. Petri.

Patrimonium S. Petri occupans, quas pœnas incurrit. *Clemens 6. const.3. Et si solertem.*

Patrimonij S. Petri Prouinciæ, quæ sint. *ibid.* Vide, *Ecclesiasticus status.* Vide, *Dominium.*

Patrinus.

Patrinus est necessarius ad suscipiendum baptizatum, & confirmatum. *Post ep.2. Hyginy. De consecrat. dist.4. cap. in catechismo.*

In necessitate idem potest esse patrinus in confirmatione, qui fuit in Baptismo. *De consecr. dist.4. cap. in catechismo.*

Patrinus debet esse baptizatus, & confirmatus. *De consecr. dist.4. cap. in baptismate. concil. Metense 1. c.3. conc. Later.3. p.50. cap.44.*

Patrinus esse non potest pœnitens publicus. *conc. Paris.6. lib. 1. cap.54.*

Debet esse ætatis prouectæ, vt docere possit susceptum. *concil. colon.2. par.7. c.4.*

Non potest patrinus esse, religiosus. *conc. colon.3. tit. censuræ c.16. conc. Treuer. c.11.*

Tenetur docere illum Symbolum, & orationem Dominicam. *conc. colon.2. p.7. c.4.*

Patrini tenentur instruere, quos leuant de fonte. *conc. Aurelian.4. cap.19. conc. Mediol.1. p.2. tit.de Baptismo.* Ad id tenentur, si parentes non faciant. alias non. *ibid.* In fide, & moribus debent instruere. *ibid.*

Patrini, olim, non poterant tenere fœminas, sed mares. & è contra matrinæ solum feminas. *conc. Nic. 1. ex Arab.c.22.*

Patrinus debet esse vnus. *De consecr. dist.4. c. in baptismate. conc. Metense 1. c.3.* Si tamen sint plures, omnes æqualiter contrahunt cognationem spiritualem. *De cognat. spirituali in 6. cap.fin. conc. Moguntin.4. c. 19.* Qui tangunt baptizandum, solum sunt patrini, & contrahunt cognationem; alij non: & quomodo certiorandi à parocho, ex *conc. Trid. sess.24. de reform. matrimon. c.2.*

Vide, *Baptismi patrinus.* Vide, *parochus, eiusque obligationes.*

Patrini non possunt contrahere cum filiis spiritualibus, & commatribus. Vide, *Matrimonia prohibita ratione cognationis spiritualis.*

Patrinus esse non potest persona excommunicata. *conc. Mediol.1. par.2. tit. de Baptismo.*

Patrini cum quibus contrahunt cognationem spiritualem. Vide, *Cognatio spiritualis.*

Patrinus tenetur diligere filium spiritualem susceptum, &c. *Nicol.I. in decr. de impedim.matrim. c.3. 30. q.3. c.1.*

Patrini moderatè procedant in faciendo donaria filijs susceptis. *ibid. c.11. conc. Mediol.1. par.2. tit.de baptismo,* prohibet vllo modo fieri.

Vide, *Baptismi Patrinus.* Vide, *Cognatio spiritualis.* Vide, *Compatres, & Commatres.* Vide, *confirmandorum requisita.* Vide, *Suscipiens.* Vide, *Vxor circa alia.*

Patrini duellorum. Vide, *duellum.*

Patrocinium.

Patrocinii causa, clericus non accipiat solutionem. *15. q.2. cap. Obseruandum.*

Quando, & quomodo clerici possunt patrocinari. Vide, *clerici circa negotia sæcularia.*

Patrocinium populorum sumere debent Episcopi. *dist.87. c. Licet omnibus, c.defensionis. cap. Quisquis, & cap. diuina.*

Vide, *Aduocati.*

Patronus.

Patroni Ecclesiarum tenentur præsentare Episcopis Presbyteros, &c. præficiendos Ecclesijs, alias irrita est prouisio. *16. q.7. c. Decernimus. cap. Monasterium.*

(Si præsentatus à Patrono non est idoneus, Episcopus, inueniat alium idoneum. *ibid. c. Decernimus.*) *De iure patronat. c. Ex insinuatione. cap. Nobis fuit. Concil. Trident. sess. 14. de reform. cap.vlt.*

Patronus solus non potest Ecclesiam conferre. *De iure patronat. cap. Suggestum.*

Patronus, nec etiam clericus, potest Ecclesiam conferre; & si confert, adhuc postea præsentare potest. *De iure patronatus cap. finali.*

Concedens Ecclesiam sine licentia Episcopi est excommunicatus. *ibid. cap. Praterea.* Ipso facto cadit à iure patronatus. *Conc. Vienn. Prouinc. 1.*

Patrono non præsentante intra tempus, Ecclesia confertur à solo Episcopo. *De iure patronatus cap. Si verò.* Quando debet præsentare. *infra.*

Patronus intra quatuor menses debet præsentare, si laicus sit; si Ecclesiasticus, intra sex. *De iure patronat. in 6. c.vnic. §. finali.*

Si præsentatio fuit nulla, potest patronus ipse alium præsentare Episcopo intra tempus. *De iure patronat. cap. Illud. cap. cum laici. conc. colon.2. p.1. c.11.*

Patroni consensus requiritur ad occupandam Ecclesiam. *De iure patronat. cap. Ex insinuatione.*

Patronus non potest alicui promittere Ecclesiam vacaturam, nec alteri concedere, vt promittat. *De concess. præb. cap. finali.* Vbi multa de hoc in eo titulo. *& cap. conc. Sabin. c.15.* & obtinens sit inhabilis perpetuò ad omnia beneficia. *ibid.* Vide, *Beneficia vacatura.*

Patronus non potest dare alteri Ecclesiam patronatam. *De iure patron. cap. Quod autem.* Et si dat, adhuc potest præsentare Rectorem. *ibid. c. Illud, cap. cum laici.*

Patrono laico præsentante duos, vnum post alium, si Episcopus eligit secundum, valet institutio. *De iure patron. cap. Quod autem.*

Patronus non potest concedere beneficium vacaturum, & nulla est concessio. *Honor.3. ex cirone, tit. de concess. præb. cap.1.* Vide, *Beneficia vacatura.*

Patronus emens ius, vt præsentet filium, vel alium, debet eo priuari, & excommunicari. *De iure patronat. cap. Quia clerici. conc. Trid. sess.23. de reform. c.9.*

Patroni noui non possunt mutare institutos. *De iure patron. cap. Querimoniam. conc. Later.3. p.50. c.32.*

Patronus non potest pro se retinere Ecclesiam, vel eam alteri dare sua authoritate. *de iure patron. c. consuluit.*

Patronus sine licentia Episcopi, vel Papæ, non potest alicui concedere decimas iuris patronatus; & si facit nulla est concessio. *de iure patron. c. Nullus.*

Patronus non potest vendere, vel alienare Ecclesiam, &c. neque aliquid pro ea exigere, nisi aliter in fundatione fuerit cautum. *de iure patronat. c. præterea. conc. Lateranens. 4. cap.45.*

Patronus non eligit prælatum in Ecclesia, sed postulatur eius consensus. Pro cappella vero patronus eligit, & Episcopus instituit. *ibid. c. Nobis fuit. conc. Trid. sess.14. de reform. c.vlt. & sess.24. de refor. c.18.*

Patronus habet ius in Ecclesiam ex fundatione eius. *ib.c.nobis.*

Patroni non possunt Ecclesiam diuidere. *de iure patron.c.1.*

Vide, *Beneficia non dismembranda.*

Patronus non potest nouos census Ecclesijs imponere; & qui iurauit, illum soluere, non tenetur. *de censib. c.Grauis.*

Patronus, licet sit clericus, non potest se ipsum præsentare pro Ecclesia habenda. *de iure patron. c.per nostras.*

Patronus, si vergit ad paupertatem, de fructibus Ecclesiæ sustentetur. *de iure patron. c.Nobis.*

Patronis dissidentibus, si non concordent, Episcopus prouideat, donec concordent. *de iure patron. c. 1. & c. Quoniam.*

Si ijs dissidentibus non possit aliter subueniri, Episcopus auferat ab Ecclesia reliquias, claudat ostia, & non permittat in ea celebrari. *De iure patron. c. Quacumque.*

Si ijs dissidentibus, intra quatuor menses lis non finiatur, Episcopus ordinet Ecclesiam. *ibid. c. Quoniam.*

Ius patronatus emens, vel vendens, eo spoliatur. *de iure patron. cap. Quod autem.* Nullus est contractus. *ibid. & c. Quia clerici.*

Patronus, mortuo Rectore Ecclesię, tenetur intra decem dies nominare Episcopo clericos examinandos per examinatores, &c. *Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 10.*

Patronus tenetur præsentare examinatum aliquem idoneum repertum. & ab Episcopo facienda est institutio. *Conc. Tridentin. sess. 24. de refor. c. 18.*

Patronus non potest dare Ecclesiam Religiosis sine consensu Episcopi. *De iure patron. c. Cura. de iure patron.*

Patroni si plures, possunt conuenire, vt alienis vicibus præsentent. *Clement. de iure patron. cap. fin.*

Patroni possunt plures præsentare personas hoc ordine, vt vna ex eis ab Episcopo instituatur. *ibid.*

Patronus non potest pro se retinere fructus, & paruam partem dare Presbytero. *Conc. Later. 4. c. 33.*

Patronus vsurpans Ecclesiam. Vide, *Ecclesiastica Immunitas.*

Patronus non potest disponere de rebus Ecclesiæ. *Conc. Lateran. 4. c. 45. Alienans ipso facto* cadit à iure patronatus. *Conc. Viennense Prouin. 1. Concil. Trid. sess. 22. de refor. c. 11.* Alias priuatur iure illo. & est anathema: & si clericus, priuatur beneficijs. & aliæ pœnæ. *ibid.*

Patronus occidens Rectorem Ecclesiæ. Vide, *Occidens.*

Patronus non potest facere pactum de habendo aliquam pensionem, partem, &c. sub pœna excommunicationis, & Ecclesia interdicitur, nisi relinquatur libera. sed ipse iure patronatus non priuatur. *Conc. Germanicum 1. c. 9. Concil. Londinense 2. cap. 13.*

Sic præsentatus, priuatur officio, & beneficio, donec à Papa dispensetur. *Conc. German. vbi supra.*

Episcopus id sciens, & concurrens, à collatione, & institutione perpetuo priuatur. *ibid.* Vide, *Beneficia cum pacto.*

Patronus vsurpans bona clerici mortui, excommunicatus est, donec restituat. *Conc. Vienn. Prouinc. 1.*

Patronus præsentans puerum, excommunicatur. *conc. Sabinense cap. 15.*

Patronus pro præsentatione non potest accipere prandia. sed si est consuetudo, sint moderata: alias priuatur iure suo. *Conc. Sabinense c. 15.*

Patronus pro præsentatione non potest donum, vel munus accipere, alias priuatur iure præsentandi pro illa vice. & præsentatio nullum ius affert præsentato. *Conc. Sabinense cap. 20.*

Patronus intrudens aliquem in Ecclesia sine debitis requisitis, pro illa vice est priuatus iure præsentandi. Intrusus remouetur, & alius ab Ordinario instituitur. *Concil. Colon. 3. tit. De altero medio c. 10.*

Patroni pauperes, quomodo ab Ecclesijs adiuuandi. Vide, *Eccles. fundatores.*

Patronus non potest se ingerere in his, quæ pertinent ad Sacramentorum administrationem, vel fabricam, aut ornamenta Ecclesiæ, ijs exceptis, quæ sibi ex fundatione competunt. *Conc. Trident. sess. 24. de refor. c. 3. in fine.*

Patronus non potest imponere censum nouum super Ecclesiam. Vide, *Census.*

Patroni quicumque sint, siue Collegia, siue Vniuersitates, siue particulares personæ, non possunt se ingerere in exigendis redditibus, &c. beneficij, sed à Rectore Ecclesiæ sunt exigendi. *Conc. Trident. sess. 25. de refor. c. 9.*

Patronatus ius quando potest supprimi. Vide, *Canonici quo ad præbendam.*

Vide, *Beneficia quibus conferenda.* Vide, *Ius patronatus.* Vide, *Eccles. fundatores.* Vide, *Præsentatio.*

S. Paulus.

S. Paulus Apostolus est Petro posterior. *2. q. 7. c. Puto.*

S. Paulus ante conuersionem, dum erat in peccato, fuit membrum diaboli. *concil. Constantiense contra art. 2. Ioannis Huss.*

S. Paulo Deus commisit Magisterium doctrinæ. *Extra, de pœnitentijs, &c. cap. Vnigenitus.*

S. Paulus in loco, qui dicitur ad *Aquas Saluias*, obtruncatus est. *Gregorius 1. lib. 12. ep. 9.* Vide, *S. Petrus.*

S. Pauli Decollati clerici. Vide, *Clerici.* Vide, *Fratres.*

Pauperes.

Pauperes Ecclesiæ præ cęteris honorandi. *conc. carthag. 4. c. 83.*

Pauperes ab Episcopo prouidendi de victu, & vestitu. *Dist. 82. cap. Episcopus.* Vide, *Episcopus circa pauperes.*

Pauperibus faciens agapes (id est conuiuia) non damnetur. Damnans, est anathema. *conc. Gangrense c. 11.*

Pauperibus non compatiens, Christum negat. *7. q. 1. c. Omnis.*

Pauperum non miseratus, non implet legem Christi. *Dist. 86. cap. Qui clementiam.*

Pauperum defensores, cum prouisione, per Episcopos faciendi. *conc. carthag. 5. c. 9.*

Pauperibus exhibenda sunt conuiuia. *Distinct. 42. c. Si quis.*

Pauperes indifferenter recipiendi. *Dist. 42. c. Quiescamus.*

Pauperes ab oppressoribus per Episcopos liberandi. *conc. Parisiens. 6. lib. 1. c. 52.*

Pauperi esurienti non succurrens, occidit eum. *Dist. 86. cap. Cæterum. cap. Pasce.*

Pauperes non tenentur soluere census. *de censibus c. Licet.*

Pauperes alere est Episcopi gloria, non parietes ornare Ecclesiæ. *12. q. 2. cap. Gloria.*

Pauperes infirmi Romæ, quomodo tractandi. Vide, *Infirmitas. Infirmus.*

Pauperes ab Ecclesiasticis pascendi. *conc. Turon. 2. c. 5. conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio cap. 181.* Per Episcopos alendi. *conc. Rauennat. 1. sub Honorio 4. c. 2. Dist. 82. c. Episcopus.* Vide, *Ecclesiæ bona quibus, &c.*

Pauperes quando succedunt in hæreditate, & iure pupillari. *De testamen. in 6. cap. 1.*

Pauperum, & miserabilium causæ, quomodo expediendæ per Auditorem Cameræ. Vide, *Auditor Cameræ.*

Pauperum oppressores excommunicandi. *conc. Turon. 2. cap. 27. conc. Matisc. 2. c. 14.*

Pauperum relicta non patiuntur Falcidiam pro nulla causa. *Extra, De priuilegys. c. inter cunctos.*

Pauperes non spoliandi à Dominis. *conc. Mogunt. 1. c. 7.*

Pauperum aduocatus quid possit, vel debeat facere. *Pius 4. const. 38. Cum ab ipso.*

Pauperum procurator. Vide, *Procurator. Paulus V. constit. 71. tit. De pauperum procuratoribus.* Eius obligatio. *ib.*

Pauperum conditio non consideranda à iudice. *Damasus ep. 4. 23. q. 4. cap. Ne amisso.*

Pauper vsus facti est licitus fratribus Minoribus. *De verborum significatione in 6. cap. Exijt, & Clement. c. Exiui circa finem.* Vide, *Paupertas.*

Pauperes de Lugduno hæretici, excommunicantur. *Gregorius 9. const. 3. Excommunicamus. hæreses eorum. ibid.*

Pauperum hospitale. Vide, *Hospitale mendicorum.*

Pauperes Virgines. Vide, *Monasterium.*

Paupertas.

Paupertatis exceptio in clerico impedit executionem sententiæ in possessorio. *de restitut. spoliatorum. c. Olim vobis.*

Paupertas Christi admittebat possidere in communi. *Extrau. Ioann. 22. de verborum significatione. c. Quia quorumdam, & cap. cum inter.*

De paupertate Christi, multa in dictis *capp.*

Paupertas Apostolorum qualis fuerit; cur eis præcipitur ne pecuniam haberent, & hoc non fuit præceptum rigorosum. *Extrau. Ioann. 22. de verb. signific. cap. Quia quorumdam.* Vide, *Apostolus.*

Paupertas etiam perfecta, permittit habere multa in communi. *Extrau. Ioan.22. ibid.*
Paupertas sine proprio permittit habere aliqua: *ibid.*
De paupertate Fratrum Minorum, & aliorum multa notabilia. *ibid.*
Paupertas Fratrum Minorum (absque priuilegijs) omne dominium in particulari, & in communi excludit. *de verb. signif. in 6. cap. Exijt.*
Paupertas Fratrum Minorum admittit in rebus vsum facti, & quomodo. *ibid.* Vide, *Vsus.*

Pax.

Pax numquam firmanda est cum offensa Dei. *Nicolaus I. ad consulta Bulgar. c.80.* Vide, *Papa circa res fidei.*
Pacis osculum dandum in Ecclesia. *conc. Laodic. c.19.*
Pacem procurare, & tueri tenentur Episcopi. *De tregua, & pace cap.1.*
Pacis fractæ causa à iudice Ecclesiastico iudicatur, etiam si sit inter principes sæculares. *De iudicijs cap. Nouit ille.*
Pacem petere à cognato occisi ad bonum pacis, non arguit homicidium impetente, (si ipse non fuit causa eius.) *De homicid. volunt. cap. Exhibita.*
Pax perpetua non est turbanda, propter priuatum commodum. *25. q.1. cap. Quæ ad perpetuam.*
Pacem non habens cum proximis est, extra Ecclesiam (intelligitur quo ad meritum.) *dist.90. c. Neque. cap. Placuit.*
Pacem nolentes componere arguantur per Episcopos; & si adhuc persistunt excommunicandi sunt. *Dist.90. cap. Placuit, & cap. Perlatum.*
Pacem non habens cum Episcopo, est extra Ecclesiam (intellige quo ad meritum, vel quod debet fieri extra eam per excommunicationem.) *7. q.1. cap. Scire debes.*
Pro pace tuenda Episcopi inuicem se adiuuent. *dist.90. cap. Præcipimus.*
Pax in missa danda est, sed in fine. *De consecr. dist.2. c. pacem.*
Non danda ante, nec inter sacerdotes, nec in populo. *ibid. c. Pacem igitur.*
Pax à Diacono danda est. *Dist.25. cap. Perlectis.*
Pax generaliter præcipitur à Papa tempore Cruciatæ. *Innocent. III. const. Ad liberandam.*
Pacis, vel treguæ fractores in statu Ecclesiæ, quomodo puniendi, & pænæ. *Pius IV. constit.52. Licet.* Quando, & quomodo possunt audiri. *Pius V. const.9. cum ob innumeras.* Vide, *Eccles. status.* Vide, *compositio* in fine.
Pax Germaniæ. Vide, *Papa circa res fidei.*

Peccare. Peccans. Peccator.

Peccans post baptismum, si non facit pœnitentiam, damnabitur. *Lib.2. const. Apost. c.2. de fide, & summa Trinit. c.1. conc. Mogunt.4. c.21.*
Peccans post baptismum, semper potest iustificari per pœnitentiam. *conc. Lateran.4. c.1.*
Vide, *Iustificatio.* Vide infra, *Peccatum.*
Peccat grauius, qui post baptismum fidem negat, quam qui ante. *Nicol. I. ad consulta Bulgar. c.18.*
Peccandi occasio triplex est. *De pœnit. dist.2. c.22. Sciendum.*
Peccandi ordo, ac progressus in homine, qualis est. *De pœnit. dist.2. c.21. Si tribus*, & est suggestione, delectatione, & consensu. *ibid.*
Peccare non dicitur, qui tentatus non consentit. *De pœniten. dist.2. c.23. Inter hæc.*
Peccare nullus potest post mortem. *de consecr. dist.5. c. Spiritus sanctus.*
Falsum est, quod homo semper peccet mortaliter, ob superbiam. *Leo X. const.40. Exurge.*
Homo potest habere certitudinem moralem, quod actu non peccat. *Leo X. ibid.*
Peccantes grauiter ab Episcopo sunt absoluendi, excepto casu infirmitatis. *conc. Elibert. c.32.*
Vide, *casus reseruati.* Vide, *Episcopus, &c.*
Peccantes grauiter, aliquando ab Ecclesia sunt abijciendi. *Lib.2. const. Apostol. c.16.*
Peccante Adamo, natura humana fuit maculata. *Gelasius ep.7.* Vide, *Adæ peccatum.*
Peccans vno peccato, reus est omnium quo ad vitam æternam. *De regul. iuris c. Desleat.*
Peccantes, per confessionem peccatorum reuocandi sunt. *conc. Laodicen. c.2.*
Peccans mortaliter non cessat esse Episcopus, vel sacerdos. *conc. Constant. contra art.15. Vvicleff. & contra vlt. Ioannis Huss.*
Peccatores cum mansuetudine reducendi. *Dist.45. c. Recedite.* Vide, *Pœnitens.*
Peccatori cuilibet de peccato redeunti, non potest denegari pœnitentia. *Gregor. I. lib.7. ex regest. ep.54.*
Peccatori irascendum, sed homini miserendum. *23. q.4. cap. Duo ista.*
In peccatore peccata odienda sunt, sed homo diligendus. *dist. 86. cap. Odio habeantur.* *23. q.4. cap. duo ista.*
Peccatorem cælare ex fauore, vel gratia, est simonia. *De simonia cap. Nemo.*
Peccator quomodo dicitur à Sanctis non esse de Ecclesia, & de Corpore Christi. *De pœnit. dist.1. c.70. Ecclesia.* Re vera non resecatur ab Ecclesia. *conc. Senon. c.17.*
Peccator quantumuis grauatus desperare non debet, si pœnitentiam facit. *De pœnit. dist.3. c.33. In tantum.*
Peccatori non pœnitenti eleemosynæ, ieiunia, &c. non prosunt ad salutem. *De pœnit. dist.3. c.21. Nihil.*
Peccator non nasceretur homo, nisi per propagationem ex Adamo nasceretur. *conc. Trid. sess. 6. c.3.* Vide, *Adæ peccatum.*

Peccatum.

Peccatum originale contrahunt paruuli. *Gelasius ep.7.* Vide, *Originale peccatum.*
Peccatum originale negans Pelagius, in Ephesina etiam synodo damnatur. *Gregor. I. lib.2. ep.14.*
Peccati originalis pœna est carentia visionis Dei. *De baptismo cap. Maiores §. Sed adhuc.*
Peccatum (actuale) non est, nisi voluntarium sit. *15. q.1. cap. Aliquos. c. Sanè. c. Meritò. c. Illud relatum. cap. Vlla cauenda, & cap. Non est. 32. q.5. cap. Sicut enim. concil. Mogunt.4. c.2.*
Quod ex necessitate accidit, non est peccatum. *ibid.*
Peccata omnia baptismo remittuntur. *Gregor. I. lib.4. ex regist. ep.39. de consecr. dist.4. c. Regenerante.*
Vide, *Baptismi effectus.* Vide, *Remissio.*
Peccata quotidiana non desunt in homine, quæ dimitti indigent. *De pœnit. dist.3. c.20. De quotidianis.*
Peccata leuia, id est, venialia per orationem Dominicam etiam remittuntur. *conc. Tolet.4. c.10.* Vide, *Venuale.*
Peccatum Adæ. Vide, *Adam.*
Peccata odienda sunt, sed homines qui ea habent diligendi. *dist.86. c. Odio habeantur. 23. q.4. cap. duo ista.*
Vide, *Peccator in præced.*
Peccatum est maius ex dignitate personæ. *dist.40. c. Homo.*
Peccata post Baptismum pœnitentia remittuntur. *de pœnitent. distinct.1. cap.40. Perfecta.*
Vide, *Peccare.* Omnia per pœnitentiam delentur. *de pœnit. dist.2. c.23. inter hæc.*
Peccata per claues remittuntur. *de pœnitent. distinct.1. cap. 85. Iudicet. Concil. Laodicen. cap.2. concil. Later.4. c.1. concil. Moguntin.4. cap.7. & 21. Concil. Tridentin. sess.6. cap.14. & can.29.*
Peccata omnia per pœnitentiam deleri possunt. *de pœnitent. distinct.3. cap.23. Septies. cap.24. cap. Totam. cap.25. Ille Rex. cap.26. Illud. cap.28. talis. cap.30. Sicut. cap. 31. Naum.*
Peccata per gratiam remittuntur. *de consecrat. distin.4. cap. Gratia. cap.154. Placuit il 2. & cap. Quisquis dixerit.*
Vide, *Iustificatio.*
Peccata extra Ecclesiam non remittuntur. *ibid. de pœnitent. dist.1. cap.84. in actione.*
Peccatorum remissio non fit ex meritis hominum, sed ex Dei virtute. *1. q.1. c. Vt euidenter.*
Peccata omnia sunt confitenda vt remittantur. *de pœnitent. dist.3.*

dist.3. c.42. Sunt plures. & dist.5. c.1. consideret. Leo X. const.40. Exurge. Vide, *Confessio.*
Peccata semel dimissa non redeunt punienda. *De pœnit. dist. 4. c.24. Diuina. & c.vlt.*
Peccata omnia deflenda, & de eis petenda indulgentia. *De pœnit. dist.5. c.1. Consideret.*
Peccatorum dimissorum pœna in peccante, quomodo dicitur redire. *De pœnit. dist.4. cap.14. Qui recedit, & c. Si auerterit.*
Peccatorum absolutio supponit confessionem, contritionem, & requirit etiam satisfactionem. *De consecr. dist.3. cap.de pœnitentibus. Conc.Mogunt.4. c.21.*
Peccatum in Spiritum Sanctum dicitur irremissibile ijs, qui manent in eo vsque ad mortem. *Gelasius in opusculo de anath. vinculo.*
Peccatum ad mortem dicitur irremissibile ijs, qui moriuntur in eo. *ibid.*
Peccata tribus modis committuntur, scilicet ignorantia, infirmitate, studio, & malitia. *de pœnit.dist.2.c.22. Sciendum.*
Peccatum ex infirmitate, est leuius peccato ex malitia. sic etiam peccatum ex ignorantia. *ibid.*
Peccata per diuinam gratiam, potest homo vitare; sed an fuerit aliquis homo, qui sine omni peccato fuerit, nescitur. *Gelasius in ep. contra Pelagianam hæresim.*
Peccata aliquando puniuntur per populos, iussu Dei excitatos. *23. q.5. cap.Remittuntur.*
Peccata aliena, nulli nocent in Ecclesia. *23. q.4. cap. Si quis à catholica. & cap.Quam magnum.*
Peccata Principum, seu maiorum, sunt grauiora cæteris. *Nicolaus I. ad consulta Bulgar. c.54.*
Peccato proprio, nullus consulat saluti alterius. *22. q.2. cap. Faciat homo. cap.Omne genus. cap.Si quis ad te.*
Peccata redimuntur per opera misericordiæ. *De pœnitent. dist.1. c.76. & 77. vt in seqq.*
Peccata eleemosynis redimuntur. *De pœnit. dist.1. c. Medicina, & c.Medicamentum.*
Peccata confitenda, & absoluenda in *Feria* 5. ante Pascha, præcepit *Innocentius I. ep.1. cap.7.* & si necessitas vrgeret, præueniretur. *ib. de consecr. dist.3. c.de Pœnitentibus verò.*
Peccata etiam, quæ non sunt manifestè mortalia, confitenda sunt. *Leo X. const.40. Exurge.*
Peccata semel confessa fratribus Religiosis, non sunt iterum confitenda. *Extra, de hæreticis. c.vas electionis.*
Peccata pœnitentis manifestari non debent à Sacerdote ea audiente in confessione. *De pœnit. dist.1. cap.89. Quamdiù.* & pœna. *ibid.* Vide, *Confessores quo ad sigillum.*
Pro peccato publico dari potest pœnitentia publica. Sed rarò id fiat. *Conc.Trid. sess.24. de reform. c.8.*
Peccati actualis pœna est carentia visionis Dei, & perpetuus gehennæ cruciatus. *De Baptismo cap. Maiores. §. Sed adhuc.*
Peccata eo sunt grauiora, quo magis perseuerant in anima. *De consanguinit. & affinit. c. Non debet.*
Peccata eo grauiora quo magis durant. *de consuetud. cap. cum tanto.*
Peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum. *de regulis iuris in 6. reg.4.*
Peccati venia non datur, nisi correcto. *ibid. reg.5.*
Peccata populi. Vide, *Populus.*
Peccata mortalia publica sunt corrigenda, & extirpanda. *Conc. Constantiense in constit. Martini V. circa fin.*
Peccata confitens offert Deo, quid ignoscat. *Leo X. const.40. Exurge.*
Peccata non remittuntur per solam fidem, qua quis credit sibi esse remissa. *Conc.Trid. sess.6. c.9.*
Peccata confessa, & absoluta remittuntur, etiam si homo actu non credat sibi remitti. *ibid.* & *Leo X. const.40. Exurge.*
Peccata non remittuntur sine contritione. *ibid.*
Peccata non remittuntur, si absolutio proferatur ex ioco. *Leo X. const.40. Exurge.*
Peccato nullus caret in hac vita, ideo etiam Sancti dicunt *dimitte nobis, & c. Conc. Mileuit. c.7.* dicens se non habere peccatum, falsum dicit. *ibid. c.6.*
Peccato remisso, remanet aliqua pœna temporalis soluenda, quia non semper tota remittitur. *Conc. Senon. c.12. Conc. Trident. sess.6. can.30.*
Peccata venialia distincta, & diuersa sunt à mortalibus. *Concil. Senonen. c.17.* Vide, *Veniale.*
Peccata venialia non faciunt, vt iustus cadat à iustitia, seu gratia Dei. *Conc.Trid. sess.6. c.11.*
Peccatum quodlibet mortale facit perdere gratiam. *Concil. Trid. sess.6. cap.15.*
Peccata venialia non possunt à iusto vitari sine speciali Dei auxilio. *ibid. can.23.*
Peccatum est mors animæ. *Conc.Trid. sess.5. de peccato originali c.2.* Vide, *Originale.* Vide, *Homo.*
Peccatum intrauit in mundum per primum hominem. *ib.c.4.*
Peccatum Adæ non extinxit liberum arbitrium, sed attenuauit eius vires. *Conc.Trid. sess.6. c.1.*
Vide, *Adam.* Vide, *Homo.* Vide, *Liberum.*
Peccatum fugiens ex metu inferni, non peccat. *ib. sess.6.can.8.*
Peccata multa mortalia dantur præter infidelitatem. *Concil. Trid. sess.6. can.27.*
Peccatum mortale non facit perdere fidem (nisi sit infidelitatis.) *ibid. can.28.*
Peccata commissa post baptismum non remittuntur ex sola fide, seu fiducia Baptismi habiti, neque ex hac fiducia euanduntur venialia. *Conc.Trid. sess.7. de Baptismo can.10.*
Peccatorum remittendi potestas collata fuit à Christo Apostolis, & eorum successoribus, cum *Ioann.20. dixit Accipite, &c. Conc.Trident. sess.14. c.1. & can.10.*
Vide, *Ligare.* Vide, *Remissio.*
Peccata remittendi potestas, solis Sacerdotibus à Christo fuit collata. *Trid. sess.14. can.10.*
A peccato redeuntes, recipiendi sunt. *Concil.* (quod dicitur Apostolorum.) *cap.52.*
Peccata venialia exponi possunt confessioni, & absolutioni. *Leo X. const.40. Exurge. Conc.Trid. sess.14. c.5.* Sed non de necessitate. *ibid.* Peccatorum remissio. Vide, *Remissio.*

Pecunia. Pecuniaria pœna.

Pecuniam adulteratam tenentes. Vide, *Monetarius.*
Pecuniæ nomine intelligitur, etiam omne quod possidetur. *1. q.3. cap. Totum.*
Pecunia in Castro S. Angeli *à Sixto V.* reposita in his casibus potest extrahi. Pro Terræ Sanctæ bello. pro peste. pro bello contra statum Ecclesiæ facto. pro recuperanda aliqua terræ Ecclesiæ. Quomodo custodienda. quomodo extrahenda, &c. *Sixtus V. const.31. Ad clauum. const.69. Anno. const.80. Et si nos.* Quia ter decies centena millia aureorum recondidit in auro. eas confirmat *Clemens 8. const. 2. Quæ salubri.*
Pecuniaria pœna imponi non potest à prælatis pro correctione, vel alio crimine. *De pœnis cap. Licet iuxta. concil. Later.3. de simonia c.3. & 11.*
Pecuniaria pœna imponi non potest clericis pro eorum delictis, & excessibus. *conc. Later.3. ibid. De off. Iud. ordin. cap.Irrefragabili. §. Prouideat.* Vide, *Pœna.*
Pecuniariæ pœnæ in statu Ecclesiæ consignandæ sunt Depositario Generali. *clem.8. const.5. Inter.*
Pecuniariæ pœnæ, vel sententiæ. Vide, *Pœnitentia.*

Pectus.

Pectus percutiendum in signum humilitatis, & doloris. *Nicolaus I. ad consulta Bulgar. c.54.*

Pedagium.

Pedagiorum nomine, quæ intelliguntur. *De verbor. signific. cap. Super quibusdam.*
Pedagia noua laicis imponi non possunt sine Regum, vel Principum licentia, & quando. *De censib. c.Innouamus.* Sub pœna excommunicationis. *ibid. conc.Later.3. c.22.*
Pedagia noua imponens, excommunicatur. *24. q.3. cap. Si quis Romipetas.* Excommunicatur de facto in Bulla Cœnæ. Vide, *Excommunicationes Bullæ cœnæ. §. 5.*

Pedes.

Pedum ablutio. Vide, *Ablutio pedum.*

Pœna.

Pœna in iudicijs danda cum moderatione. *Nicolaus* 1. *ad consulta Bulgar. c.*16.

Pœnæ imponendæ pro qualitate personarum, loci, temporis, &c. *De pœnit. dist.*1. *c.*19. *de homicidio. c. Sicut dignum.*

Pœnæ diuersæ imponendæ sunt culpis diuersis. 24. *q.*1. *c. Non afferamus. & q.*3. *c. Corripiantur.*

Pœna peccati primi hominis. Vide, *Homo.*

Pœna canonica danda non est ei, qui non iudicatur canonicè, neque is tenetur eam acceptare. 11. *q.*3. *c. Non debet.*

Pœna ordinaria dari non potest crimini probato per modum inquisitionis. *de accusat. c. Inquisitionis.* Vide, *Crimen.*

Pœna duplex pro eodem delicto dari non potest. *Conc. Rauen.* 4. *sub Ioanne* 22. *c.*19.

Pœnæ indictæ contra beneficiatos includunt omnes, præter Episcopos. *Conc. Tolet.*22. *c.*26.

Pœnæ occidentis Presbyteros, vel alios clericos. 17. *q.*3. *cap. Omnes. c. Qui subdiaconum. & c. Si quis suadente.* Vide, *Occidens. Occisor.* Vide, *Presbyter.* Tales à Papa solo absolui possunt. *ib. c. Si quis suadente.* Vide, *Excommunicatus.* Vide, *Clerici.*

Pœnæ hæreticorum, & fautorum, quæ. Vide, *Hæretici.* Vide, *Hæreticorum fautores.*

Pœnæ ipsorum temporales, per hæredes debent impleri. *De hæreticis in* 6. *c. Accusatus. §. Si verò.*

Pœna fornicantium cum monachis. 27. *q.*1. *c. Si quis rapuerit.* Vide, *Moniales circa coniugia, & fornicationem.*

Pœna eius, qui occidit infantem. *De pœnit. dist.*1. *c.*10.

Pœna inflicta à lege ob contumaciam, in dubio intelligitur de temporali. *de const. c. Ex literis.*

Pœnæ contra violantes immunitatem Ecclesiæ confirmantur, illæ scilicet, quæ taxantur *à Bonifacio* 8. *const. Fœlicis, & Clemente V. Si quis. Concil. Lateran.*5. *sess.*9. *Bulla de refor. cap.*3.

Pœna pecuniaria imponi non debet à prælatis. *de off. Iud. ord. c. Irrefragabili. §. Prouideat. Conc. Later.*3. *in append. tit. de simonia c.*3. *&* 11. *Conc. Colon.*2. *p.*14. *c.*19. *Conc. Colon.*3. *tit. de officiorum, &c. cap.*4. *Concil. Moguntin.* 4. *cap.* 77.

Pœna parentum, apud quos reperiuntur mortui filij, est trium annorum. *de his, qui filios, &c. c. fin.*

Pœnæ contra simoniacos confirmantur. *Conc. Later.*5. *sess.* 9. *Bulla de ref. c.*3. Vide, *Sedes Apostolica.*

Pœnæ dandæ iuxta qualitatem delicti. *De homicidio, &c. c. Sicut dignum.*

Pœna pecuniaria clerico non imponenda. Vide, *Clericorum priuilegia.* Vide, *Pecuniaria.*

Pœnæ toties dandæ, quoties delinquitur. *De pœnis c.*1.

Pœnam integram non tenetur soluere, qui intra terminum soluit aliquid ex debito. *De pœnis c. Suam.*

Pœna data alicui in posteris non extenditur ad lineam feminarum, nisi aliter in iure sit cautum. *De pœnis in* 6. *c. Vbicumque.*

Pœna pro clerico mortuo non soluenda. Vide, *Compositio.*

Pœnæ benignè interpretandæ. *De regulis iuris in* 6. *reg.* 49. *de pœnit. dist.*1. *c.*18.

Pœna ordinaria punitur, qui in causa alterius confitetur contra se crimen simoniæ. *de confessis c. Cum super.*

Pœna ordinaria dari non potest reo ob solam famam, vel credulitatem testium. *de accusat. c. Inquisitionis §. fin.*

Pœna arbitraria dari potest à Legato Papæ, si non reperitur statuta ordinaria. *De off. & potest. Iud. deleg. c. de causis §. Illis.*

Pœnæ dandæ percussoribus Cardinalium, filiorum, nepotum, familiarium Papæ, &c. occidentibus, &c. *de pœnis in* 6. *c. Fœlicis.* Vide, *Cardinales.* Vide, *Clerici.* Vide, *Excommunicat. in Bulla Cœnæ.*

Pœnæ Ciuitatum in quibus hæc delicta committuntur. *de pœnis in* 6. *vbi supra.*

Pœna calumniatoris est priuatio ab officio, & fustigatio, vel exilium. *de calumniatoribus c.*1. *&* 2.

Vide, *Pœnitentia, infra.*

Pœnæ pecuniariæ, quæ in statu Ecclesiæ dantur, & confiscationes, applicandæ sunt Cameræ Papæ, exceptis *ijs*, quæ ex causa onerosa alijs debentur. tam in ciuitatibus, quam in villis earum. *Pius* 4. *const.*43. *Decet.* Pars talium pœnarum danda Gubernatori loci, & pars accusatori. & quanta cuilibet, & quomodo. *ibid. & Sixtus V. const.*93. *Ad Romanum §.*11. vbi multa de his.

Pœnæ pecuniariæ in statu Ecclesiastico, & aliæ confiscationes Depositario Generali soli consignandæ. *Clemens* 8. *const.* 5. *Inter cæteras.* Si alteri soluantur, iterum soluendæ sunt. *ibid. §.*9.

Pœnæ pecuniariæ à Legatis, Gubernatoribus, &c. quomodo possunt relaxari. *Sixtus V. const.*93. *Ad Romanum §.*17.

Pœnæ quædam pecuniariæ, tam in Vrbe, quam extra, in statu, quibus, & à quo applicandæ sunt. *Pius V. const.*5. *Cum primum §.*15.

Pœnæ maleficiorum in statu Ecclesiæ, Cameræ applicandæ sunt. Non potest Legatus, Vicelegatus, Gubernator, vel alij, sibi, vel alteri eas applicare. *Paulus V. constit.*11. *In maximis.*

Pœnæ maleficiorum in statu Ecclesiæ soluendæ sunt, iuxta dispositionem Constitutionis *Sixti V. Innocentius X. constit.*7. *Et si ea.* Vide, *Confiscatio.*

Pœnæ confiscationum in statu Ecclesiæ, neque à Legato, neque à Vicelegato, neque ab alijs possunt remitti, neque transigi, nisi audito Thesaurario, Depositario, &c. Et pœnæ contrafacientium. *Paulus V. const.*88. *In suprema.*

Pœnæ pecuniariæ clericorum non possunt verti in commodum Episcopi. *Conc. Mediol.*1. *p.*3. *tit. de pœnis.* Tertia pars danda delatori, reliquæ locis sacris per Episcopum applicentur. *ibid.* Tales pœnæ non remittantur, si possunt solui. ita neque illæ, quæ laicis ab Ecclesiastico iudice imponuntur. si solui non possunt, commutentur in alias. *ibid.*

Pœnitentia, seu satisfactio sacramentalis, olim, & nunc.

Pœnitentia danda ei, qui infantes occidit. *De pœnit. distinct.* 1. *cap.*10.

Pœnitentia homicidæ, quæ sit. Vide, *Homicida.* Vide, *Occidens.*

Pœnitentia vxoris procurantis mortem viri. *de pœn. dist.*1. *c.*11.

Pœnitentia inducentis marem, vel fœminam ad impudicitiam. *ibid. c.*12.

Pœnitentia eius, qui minatur verberare aliquem, & manus leuat, vt verberet. *ibid. c.*13.

Pœnitentia incendiarij. Vide, *Incendiarius.*

Pœnitentia eorum, qui matrimonia impediunt. *ibid. c.*15. *de pœnit. dist.*1.

Pœnitentia furis, & restitutio. *de pœnit. dist.*1. *c.*16.

Pœnitentia periuri, quænam est. 22. *q.*5. *c. Qui peierat. c. Si quis coactus. c. Si quis conuictus.*

Pœnitentiæ matricidæ, quænam est. 33. *q.*2. *c. Latorem.*

Pœnitentia danda homicidæ. Vide, *Homicida.* Vide, *Occidens.*

Pœnitentia sortilegi simplicis est 40. dierum: si clericus per annum, & interim abstinet à ministerio. *de sortilegijs c.*1. *& c. Ex tuarum.*

Pœnitentiæ dandæ cum consideratione criminis, personarum, temporis, contritionis, & loci, qualitatum, &c. *de pœnit. dist.*1. *c.*19. 26. *q.*7. *c. Tempora, & c. Hoc sit. c. de his verò. De pœnit. & remiss. c. Deus. c. Significauit. De homicid. volunt. c. Sicut dignum. Conc. Vormat.*1. *c.*25. *Conc. Later.*3. *tit. de pœnit. c.*11.

Pœnitentiæ arbitrio sacerdotum imponendæ sunt, considerata qualitate criminis, personarum, &c. 26. *q.*7. *c. Tempora. c. Hoc sit. De pœnit. dist.*1. *c. Mensuram. De pœnit. & remiss. cap. Deus. Conc. Vormat.*1. *c.*25. *Conc. Later.*3. *de pœnit. cap.* 1.

Pœnitentiam imponens, melius est, si erret in misericordia, quam in seueritate. 26. *quæst.*7. *cap. Alligant. Ioannes* 8. *epist.* 62.

Pœni-

Pœnitentiæ cum charitate imponendæ. 26. q.7. cap. Pœnitentem. Ioannes 8. ep. 62.

Pœnitentia coniugatorum danda est cum consensu coniugis. 33. q.4. cap.vlt. conc. Arelat.2. c. 22.

Pœnitentia publica, seu solemnis, quæ requirat. Dist.60. cap. In capite.

Pœnitentia publica, danda pro peccato publico. De pœnit. & remiss. cap. 1.

Pœnitentia publica rarò imponatur; nisi peccatum sit publicum. concil. Tridentin. sess. 24. de refor. c. 8. Ideo potius commutetur ab Episcopo in secretam. ibid. Non imponenda facilè, præsertim iuuenibus. conc. Agathen. c.15.

Pœnitentia publica non est imponenda Presbytero, seu Diacono. dist. 50. cap. Alienum.

Pœnitentiæ, quæ olim dabantur pro peccatis. tit. Canones pœnitentiales. Sed in vsu non sunt. conc. cabil.3. c.38.

Pœnitentiam publicam imponere pertinet ad Episcopum; non ad alios inferiores. de excessibus Prælat. c. Accedentibus.

Pœnitentia nulla est, nisi ablata restituantur. 14. q. 6. cap. Si res aliena.

Pœnitentia septem annorum ex scriptura desumpta est. 33. q. 2. c. Hoc ipsum. tit. canones pœnitentiales in proemio.

Pœnitentiæ, Episcoporum arbitrio taxandæ, id est publicæ. 26. quæst.7. cap. Pœnitentibus. conc. carthaginen.3. ca. 31. conc. African. c. 10. conc. Andegauen. c. 12. conc. Regiaticinum c. 7.

Pœnitentia temporalis est satisfacienda post absolutionem. conc. Senonense c. 12. conc. Trid. sess. 6. can. 14. can. 30. sess.14. can. 12.

Pœnitentia iuxta qualitatem delicti iniungenda. Leo 4. homil. de cura Pastorali.

Pœnitentia imponi etiam potest in eleemosynis. concil. cabilon. 3. cap. 36.

Pœnitentia non compensatur solum ex qualitate temporis, sed ex ardore mentis, & mortificatione corporis. ibid. c. 34.

Pœnitentiam facturus in pane, & aqua, si deficit panis, potest legumina, pisces, & alia edere. De pœnitentia, & remiss. cap. Licet tam.

Pœnitentia tempore mortis debet manifestari solum, non imponi. 26. q.7. c. Ab infirmis. conc. Nanneten. 1. c.5. Sed si sanatur, debet facere. ibid. conc. Mogunt. sub Leone 4. c. 26. Vide, Satisfactio.

Pœnitentiam imponendi facultas delegata non potest subdelegari. de off. & potest. Iud. deleg. c. vlt. §. fin.

Pœnitentia imponenda, numquam sit vnctio aliqua. Innocentius 4. const. 14. sub catholicæ.

Pœnitentia danda viro, vel vxori adulteris. Vide, Adulter.

Pœnitentia imponenda Regi excommunicato pœnitenti, & quæ. Greg.7. lib. 4. ep.12.

Pœnitentia danda furanti vas Eucharistiæ, Chrismatis, vel aliud. Nicolaus 1. in decret. de pœnit.c. 1. 12. q.2. de viro.

Pœnitentia danda fornicario. Vide, Fornicatio.

Pœna temporalis semper tota remittitur in Baptismo. concil. Tridentin. sess. 6. cap.14.

Pœnitentia missarum dicendarum, non imponatur. concil. Eboracen.1. conc. Londin.1. c.4.

Pœnitentia congrua assignanda pœnitentibus. conc. Turonen. 3. cap. 22.

Pœnitentiæ paruæ infirmis imponendæ. concil. Mogunt. sub Leone 4. c. 26.

Pœnitentiæ dandæ iuxta consuetudinem Ecclesiæ. ibid. cap. 31. conc. Cabilonense 3. c. 38.

Pœnitentiales canones non sunt in vsu. concil. cabilonen.3. cap. 38.

Pœnitentiam imponens sacerdos non facit contra finem clauium. conc. Trident. sess. 14. can.15. Vide, Satisfactio.

Pœnæ satisfactoriæ innituntur satisfactioni Christi. offeruntur Patri à Christo, & acceptantur per eum. concil. Tridentin. sess.14. can. 8.

Pœnæ satisfactoriæ esse possunt non solum illæ, quæ à nobis assumuntur spontè, vel à sacerdote iniunguntur, sed etiam flagella temporalia immissa à Deo, & à nobis patienter tolerata. conc. Trid. sess.14. c. 9.

Pœnitentia virtus.

Pœnitentia hominis contriti, &c. est secunda tabula post naufragium. de pœnitent. dist.1. cap.72. Secunda. Vide, Pœnitentiæ Sacramentum. Trid. sess. 6. c.14.

Pœnitentiæ virtutis, & Sacramenti, multa elogia. de pœnit. dist.3. c.1. & seqq. Pœnitentiæ necessitas. ibid.

Pœnitentia simulata, Deum irritat. De pœnit. dist.3. c. 36. Iudas. & seqq.

Pœnitentia eius, qui non habet animum deponendi peccatum, non est vera. de pœnit. & remiss. c. Quod autem.

Pœnitentia falsa, quæ. de pœnit. dist. 5. c. 6. Falsas. c. Fratres. Dist. 5. c. Falsas. cap. Fratres.

Pœnitentia falsa non delet peccata. ibid. & conc. Rom. 7. sub Gregor. 7. c.5.

Pœnitentia ad quæ restituit, & ad quæ non. De pœnitentia dist.6. c. Qui vult, in fine.

Pœnitentiæ tempus est tota vita. dist. 7. de pœnit. c. 1. Nemo.

Pœnitentiam differens vsque ad ægritudinem, non est securus de salute. De pœnitentia dist. 7. cap. 2. Si quis positus, & c. 4. Si quis autem.

Pœnitentiæ tempus est tota vita. De pœnitentia dist. 7. cap.1. Nemo.

Pœnitentia vsque ad vltimum non differenda. De pœnit. dist. 7. c.6. Nullus expectet. Quia non est secura. ibid. cap. 2. Si quis positus c. 4. Si quis autem. c.5. Idcirco.

Pœnitentia perfecta requirit contritionem, confessionem, & humiliationem, seu opus. de pœnit. dist. 1. c. 40. Perfecta. dist.3. cap. 8. Perfecta.

Pœnitentia necessaria post baptismum coniungi debet cum Sacramento in re vel voto. conc. Trid. sess.6. c. 14.

Pœnitentiæ actus non est abstinere à Sacramentis. De pœnit. dist.1. cap. 56. Sunt qui.

Pœnitentia vera non est, si quis de vno peccato dolet, & non de alijs. conc. Melsitanum. c. vltimo.

Pœnitentia de omnibus peccatis est facienda. De pœnit. dist. 3. c. 42. Sunt plures.

Pœnitentiam nullus bene facit, nisi speret indulgentiam. De pœnit. dist. 1. c. 50. Nemo.

Pœnitentiam aliquam habere de se debet adultus baptizandus, & qualem. de pœnit. dist.1. cap.81. Tres sunt. Trid. sess. 6. cap. 6.

Pœnitentiæ mensura attendi potius debet ex dolore cordis, quam ex quantitate. de pœnit. dist. 1. c.84. In actione.

Pœnitentia Iudæ mala fuit, & quare. Vide, Iudas.

Pœnitentia requirit fructus dignos, & graues. de pœnit. dist. 5. c.1. Consideret.

Pœnitentia est necessaria peccanti post baptismum. De fide, & summa Trinit.c. 1.

Pœnitentiæ locus omnibus patet, si errorem confitentur. concil. Andegauen. c. 12.

Pœnitentia non consistit in sola ciborum abstinentia, quia etiam in alijs gula esse potest, sed in parsimonia, & priuatione delectationis. conc. Cabilonen.3. c. 35.

Pœnitentia non compensatur tantum ex quantitate tempore, sed ardore mentis, & mortificatione corporis. ibid. c. 34.

Pœnitentia ob timorem gehennæ, est bona. conc. Senon. cap. 17. Trid. sess. 14. can. 5.

Pœnitentia, quæ disponit ad iustificationem fieri non potest, sine Spiritus Sancti inspiratione, & adiutorio. conc. Tridentin. sess.6. can.3. Vide, Opera. Vide, Gratia.

Pœnitentia Sacramentum.

Pœnitentiæ Sacramentum est in Ecclesia à Christo institutum Ioan.20. cum dixit *Accipite Spiritum Sanctum*. conc. Senonen. cap. 10. tit. De confessione. concil. Florent. in decr. Eugenij pro vnione Armenorum. conc. Trid. sess. 6. c. 14. & sess. 14. cap.1. & can. 1.

Pœnitentiæ Sacramentum continet salutis remedium. ibid. & Conc. Lond.2. c. 3.

Pœnitentiæ Sacramentum differt à baptismo: primo, ratione materiæ, & formæ: secundo, quia minister Sacramenti est iudex, non sic in baptismo: tertio, quia ante ba-

ptiſmum non valet. *Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. & can. 2.*
Pœnitentiæ Sacramenti vis præcipuè in forma conſiſtit. *concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 3.*
Pœnitentia ante baptiſmum nulli eſt Sacramentum. *Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 1.*
Pœnitentiæ Sacramentum non pertinet ad legem naturæ. *Sixtus 4.* Contra Petrum de Oſma *conſt. 17. Licet. Conc. Florent. in decr. Eug. in literis vnionis Armenorum.*
Ante Chriſti aduentum pœnitentiæ Sacramentum non erat. *Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 1.*
Pœnitentiæ Sacramentum non eſt negandum pœnitentibus. *De pœnit. diſt. 1. c. 57. Miror.*
Pœnitentiæ Sacramentum non negatur ſtudiosè petenti. *ib. cap. 62.*
Pœnitentiæ Sacramentum eſt ſecunda tabula poſt naufragium. *De pœnit. diſt. 1. c. 73. Secunda. Conc. Mogunt. 4. c. 20. Trid. ſeſſ. 6. c. 14.*
Pœnitentiæ Sacramentum, ſeù quaſi materia ſunt actus pœnitentis, ſcilicet cordis contritio, oris confeſſio, & ſatisfactio iniuncta arbitrio ſacerdotis. *Eugenius 4. in literis vnionis Armenorum.* Forma ſunt verba *Ego te abſoluo. Leo X. conſt. 40. Exurge. Concil. Colon. 2. par. 7. cap. 30. Concil. Mogunt. 4. c. 20.*
Pœnitentiæ Sacramenti materia vel quaſi, ſunt contritio, confeſſio, & ſatisfactio. *Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 3. & can. 4.*
Dicuntur partes integrales, & requiruntur ex diuina inſtitutione. *ibid.*
Partes iſtæ non ſunt terrores conſcientiæ. *ibid. & can. 4.*
Pœnitentiæ Sacramenti neceſſitas, & encomia. *De pœnit. diſt. 3. cap. 1. & ſeqq.*
Pœnitentiæ Sacramenti miniſter eſt ſolus ſacerdos, habens auctoritatem abſoluendi, ſiue ordinariam, ſiue delegatam. *Eugenius 4. ibid. vbi ſupra. Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 6.* Et ſic omnis Epiſcopus, & ſacerdos etiam in mortali exiſtens. *ibid.*
Pœnitentiæ Sacramentum neceſſarium eſt poſt baptiſmum ad delendum peccatum. *De fide & ſumma Trinit. c. 1. Trid.* vbi ſupra.
Pœnitentię Sacramentum non conſiſtit ſolum in noua vita. *concil. Senon. c. 10.* Sed in actibus, abſolutione, &c. *ibid. De ſacr. pœnit.*
Pœnitentiæ Sacramenti pars principalis eſt abſolutio ſacerdotis. *Conc. Colonien. 2. p. 7. c. 30. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 3.*
Pœnitentiæ Sacramentum ſaltem ſemel in anno ſumendum. *Concil. Sabin. cap. vlt.*
Pœnitentiæ Sacramenti forma ſunt illa verba, *Ego te abſoluo. Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 3. Conc. Florent. vbi ſupra.*
Preces verò, quæ dicuntur ante, non ſpectant ad eſſentiam Sacramenti pœnit. *ibid.*
Pœnitentiæ Sacramentum non miniſtrandum à iuuenibus. *Conc. Aurel. 3. cap. 24.*
Pœnitentiæ Sacramentum quando, & quibus dandum tempore interdicti. Vide, *Interdictum.*
Pœnitentiæ Sacramentum petens in infirmitate, &c. etiam ſi poſtea loqui non poteſt, eſt ei dandum, & etiam Euchariſtia. *conc. Carthag. 4. c. 76.* Vide, *Confeſſio.* Et ſi ſuperuiuit, ſubditur legibus pœnitentiæ. *ibid. concil. Tolet. 11. cap. 12.*
Pœnitentiæ Sacramentum dandum non eſt non petenti voce, vel indicijs. ſub pœna excommunicationis per annum. *concil. Toletan. 12.*
Pœnitentiæ Sacramentum negandum non eſt damnatis ad mortem. ſi petant. *Clem. de pœnit. & remiſſ. c. 1. De furtis. c. Fures. conc. Tolet. 11. c. 12.*
Pœnitentiæ Sacramentum non eſt negandum incendiarijs Eccleſiæ, ſi petunt, id eſt, ſi pœnitent. *De raptoribus. cap. In literis.*
Nulli negandum in morte, licet maximo peccatori, ſi pœnitet. *conc. Nican. 1. cap. 12. conc. Triburien. 1. c. 31. 26. q. 6. cap. De his.*
Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrans non ſacerdos, ab Inquiſitore iudicatur, degradatur, & curiæ ſæculari traditur, etiam pro prima vice. *Clem. 8. conſt. 81. Et ſi alias.*
Vide, *Miſſa à quo dicenda.* Vide, *Sacerdos.*

Pœnitentiæ Sacramenti effectus.

Pœnitentiæ Sacramenti effectus eſt ſalus. *Diſtin. 7. de pœnit. c. 3. Qui egerit. conc. Florent. in ſeſſ. vlt. in decreto Vnionis. conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 14. & can. 29. & ſeſſ. 14. cap. 1.* Et à peccati ſeruitute per illud peccator liberatur, *ibid. & can. 1. conc. Londin. 2. c. 1. & 3.*
Per pœnitentiæ Sacramentum homo reſurgit, poſt baptiſmum. *conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 14. & can. 29. ſeſſ. 14. c. 2. & can. 1.*
Pœnitentia delet omne peccatum poſt baptiſmum factum. *de pœnit. diſtin. 1. cap. à primo per multa ſeq. & cap. 51. Poteſt fieri. Diſt. 3. c. 33. In tantum. & c. 35. Inter hæc.* Semper poſt baptiſmum delet peccatum. *ibid. c. 32. Adhuc. conc. Later. 4. cap. 1. Eug. 4. in concil. Florent. in literis vnionis Armenorum. concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 14. ſeſs. 14. cap. 2. & can. 1.*
Sine pœnitentia peccatum non remittitur. *De pœnit. diſt. 1. c. 43. Neminem. c. 44. Agite. 45. Et venit. 46. Sed continuo. 48. Libenter. 49. Multiplex. 52. Quantumlibet. conc. Mogunt. 4. c. 21.*
Pœnitentiæ Sacramentum eſt etiam neceſſarium contrito, & quando per charitatem perfectam in ipſo deletur peccatum, hoc fit virtute voti Sacramenti. *conc. Trid. ſeſs. 14. c. 4.*
Pœnitentiæ Sacramentum poſt baptiſmum peccantibus eſt ita neceſſarium, ſicut baptiſmus non baptizatis. *concil. Trid. ſeſs. 14. cap. 2.*
Pœnitentiæ Sacramentum cauſat gratiam. *De pœnit. diſt. 1. c. 52. Poteſt fieri, in fine.*
Pœnitentiæ Sacramentum remittit pœnam æternam. *concil. Trid. ſeſs. 6. cap. 14.*
Pœnitentiæ Sacramentum gratiam reſtituit, non poteſtatem primam (intelligè ſi quis perdit iuriſdictionem per peccatum, cum facit pœnitentiam, non reſtituitur in ea) *de pœnit. diſt. 6. cap. 1. Qui vult.*
Pœnitentiæ Sacramentum non ſemper delet totam pœnam temporalem, vt baptiſmus. *conc. Senon. cap. 12. conc. Tridentin. ſeſs. 6. can. 30. ſeſs. 14. can. 12.* Et hæc remittitur per ſatisfactionem, vt ieiunia, eleemoſynas, ſatisfactiones, &c. *ibidem.*
Pœna illa quæ remanet, vel remittitur in hac vita per ſatisfactiones, vt ſupra, vel in purgatorio eſt ſatisfacienda. *conc. Trid. ſeſs. 6. can. 30.* Ante ingreſſum Cœli. *ibid.*
Pœnitentiæ Sacramenti miniſter habet poteſtatem dimittendi peccata ſignificatam per illa verba. *Accipite Spiritum Sanctum, &c. conc. Trid. ſeſs. 14. c. 1. & can. 3.* Illudqué eſt verum ſignificatum talium verborum. *ibid. can. 3.*
In aliquibus pijs viris Sacramentum pœnitentiæ cauſat ſerenitatem, & tranquillitatem animi. *conc. Trid. ſeſs. 14. c. 3.*

Pœnitens, & eius obligationes.

Pœnitentes non cum virga, ſed cum ſpiritu lenitatis recipiendi ſunt. *diſt. 45. c. Recedite. de pœnit. diſt. 1. c. 58. Importuna.*
Pœnitentes hortandi, vt peccatum fleant, & benè viuant de cætero. *Lib. 2. conſt. Apoſt. c. 12.*
Pœnitentibus clemens eſt Deus. *de pœnit. diſt. 1. c. 67. Si agamus. c. 68. Quamobrem. 69. Vide. 75. Prædixerat.*
Pœnitentes ſemper recipiendi ſunt ab Eccleſia. *Lib. 2. conſt. Apoſt. c. 39. Nicolaus 1. ad conſulta Bulgar. c. 74.*
Pœnitentes omnis generis recipiendi ab Eccleſia. *ibid.*
Pœnitens debet mala plangere, & plangenda iterum non committere. *de pœniten. diſt. 3. à c. 1. vſque ad 18. Gregorius 1. lib. 9. ex regiſt. ep. 39. in fine.*
Pœnitens debet odio habere peccata. *26. qu. 7. cap. Affectum illum.*
Si omnia non odit, vel non reſtituit, vel offenſam non dimittit, vel peccaminoſa negotia non relinquit, non eſt verè pœnitens, ſed falsò. *conc. Melfitanum. c. vlt.*
Pœnitens vt benè pœniteat debet conſiderare peccata, eorum circumſtantias, & alia multa. *De pœnit. diſt. 5. c. 1. Conſideret.*
Pœnitens debet ſperare indulgentiam, vt verè pœniteat. *De pœnit. diſt. 1. c. 50. Nemo.*
Pœnitentes negligentes tardius recipiendi. *conc. carth. 4. c. 75.*

Pœni-

Pœnitentes recipiendi sunt sine personarum acceptione. 26. q.7. c.Sacerdos. conc.carthag.4. c.74.

Pœnitens proprio sacerdoti confiteri debet, & non alteri. 9. q. 2. cap.Placuit. Vel alteri de licentia proprij. de pœnitent. & remiss. cap.Omnis vtriusque. Extra, de priuilegijs. cap. inter cunctas. Fælix 3. ep.7.

Pœnitens confiteri debet sacerdoti docto. de pœnit. dist.1. c.88. Quem pœnitet.

Pœnitens adire debet sacerdotem meliorem. de pœnit. dist.1. cap.88. Quem pœnitet. concil. Roman.7. sub Gregorio 7. cap.5.

Pœnitentes confitebantur, olim, Feria 5. Ante Pascha. de consecr. dist.3. c. de pœnitentibus.

Pœnitenti non habenti confessorem, Deus remittit peccata. de pœnit. dist.1. c.88. quem pœnitet.

Pœnitens debet obedire sacerdoti imponenti pœnitentiam. de pœnit. dist.1. c.85. Iudicet. Acceptare debet illam. concil. Remense cap.12.

Pœnitentibus omnibus in fine vitæ danda est communio. Innocent.I. ep.3. c.2.

Pœnitens non statim post confessionem sumat Eucharistiam. de pœnit. dist.1. c.55. Nonnulli.

Pœnitentibus manus imponenda cum absoluuntur (nunc signo Crucis hoc fit.) conc.Laodic. c.19. conc. carthag.4. c.8. Vide, Manus impositio.

Pœnitentes genua flectunt cum absoluuntur. conc. carthag. 4. cap.82.

Pœnitentis opera bona, quæ habebat ante peccatum, deleto peccato Deus remunerat. de pœnit. dist.3. c.45. Pium est. c.46. Si quando.

Pœnitenti dicenti se confessum fuisse fratribus, credendum est. Extra, de priuileg. c.inter cunctas.

Pœnitenti negare absolutionem ex fauore, vel gratia, est simoniacum. de simonia. cap. Nemo.

Pœnitens publicus.

Pœnitens publicus ille dicitur, qui ob delictum publicum facit pœnitentiam. Conc.Tolet.1. c.2. Quomodo danda pœnitentia publica. Conc.Tolet.3. c.11. & 12.

Pœnitentes publici quomodo tractandi. dist.50. cap. Pœnitentes. cap.in capite.

Pœnitentes publici cum manus impositione, & mutatis vestibus recipiantur (id est, cum absolutione, &c.) Conc. Agathense c.15.

Pœnitentia publica cum charitate danda, & cum misericordia. Ioann.8. ep.62. conc. Remen. c.8.

Pœnitens publicus excommunicatur, & postea reconciliatur. conc.Mogunt. sub Leone IV. c.31.

Pœnitentes publici non possunt contrahere matrimonia. 35. q.2. cap.de his. Completa pœnitentia possunt. 33. q.2. cap. Audiuimus.

Pœnitentia publica non facilè imponenda maximè iuuenibus. conc. Agathens. c.15. Vide, Pœnitentia.

Pœnitentes publici non possunt ordinari clerici. conc.carthag. 4. c.68. conc.Toletan.1. c.2. dist.50. cap.canones. cap.Si ille. Pœna ordinantium. conc. carthag. vbi supra. Innoc.I. ep.6. conc.Agathen. c.43. conc. Lucens.2. c.25. Vide, clerici, qui sunt inhabiles ad clericatum.

Pœnitentes publici non possunt fieri Episcopi. dist.61. c. Non negamus. Vide, Episcopi qualitates.

Pœnitentes publici clerici. Vide, clerici.

Pœnitentes publici non possunt altari inseruire. Dist.50. cap. Non confidat.

Pœnitentiam publicam faciens, non potest redire ad militiam. Nicol.I. in decr. de pœnit. c.2. 26. q.7. c.de his.

Pœnitens publicus si in infirmitate petit absolui, reconcilietur per manus impositionem. conc. Arausc. 1. c.3. Si superuiuat inter pœnitentes, recipiatur. ibid. conc. Nannet.1. c.5. conc.Barcinon. c.8. Innoc.I. ep.3. c.2. post ep.Hormisdæ c.1.

Pœnitentes publici si ordinati sunt diaconi, stent inter subdiaconos. conc.Tolet.1. c.2.

Pœnitentes publici, si pauperes, de victu, & vestitu prouidendi. Greg.I. lib.1. ep.18. Et hoc ab Ecclesia. ibid.

Pœnitenti publico in ægritudine, si petit, danda est Eucharistia. conc. carthag.4. c.77. conc. Arelat.2. c.22. conc. Agathen. cap.15.

Pœnitentes publici si moriantur in itinere, &c. tempore pœnitentiæ, sunt capaces orationum Ecclesiæ. concil. carthag. 4. cap.79.

Pœnitentes publici si moriuntur, in Ecclesia sepeliuntur. conc. carthag.4. cap.81.

Pœnitentes publici non sunt separandi ab vxoribus. concil. Vormat.1. c.37.

Pœnitens publicus post pœnitentiam rediens ad sæcularia, excommunicatur. De pœnit. dist.5. c. De his.

Pœnitentes publici per Episcopos proprios recipiendi, vel per alium cum literis proprij. Fælix 3. ep.7. conc. Regiaticin. c.7. Vel per presbyterum iussu Episcopi. ibid.

Pœnitentiam publicam facientes stent tonso capite, Religioso habitu, in ieiuniis, &c. non interfint conuiuijs, neque negotijs circa data, & accepta. domi suæ frugalem vitam ducant. conc. Barcinon. c.6. & 7.

Alia facienda à pœnitente publico. concil.Toletan.3. cap.11. & 12.

Pœnitentiam publicam impositam non exequens, excommunicatur. conc. Andegauen. c.5. conc. Veneticum c.3. conc. Turon. c.8. conc. Aurelian.1. c.13. de pœnitent. dist.5. cap. de his qui.

Pœnitentia publica semper fuit in vsu Ecclesiæ pro peccatis publicis. conc. colon.2. p.7. c.38.

Alia de pœnitentia publica, & quod rarò imponenda. Vide, Pœnitentia, seu pœna.

Pœnitentiarij.

Pœnitentiarii maiores in Ecclesijs Cathedralibus constituendi sunt, qui à peccatis Episcopo reseruatis absoluant. concil. colon.3. tit. censuræ. conc. Trident. sess.24. de reform. c.8. Debent esse annorum 40. Doctores, aut Magistri, vel Licentiati in S. Theologia. debet eis assignari præbenda. ib. & conc. Mediol.I. par.2. tit. Quæ pertinent ad Sacramentum Pœnitentiæ.

Pœnitentiarius. Pœnitentiaria Apostolica.

Pœnitentiarij Maiores Romæ non expirant mortuo Papa. Clement. de elect. cap. Nè Romani §. Et tamen. Si pœnitentiarij præfati moriuntur Sede Romana vacante, alij subrogantur à Collegio Cardinalium. ibid. Sed quo ad forum fori, Pœnitentiaria quiescit Sede Romana vacante. Pius IV. const.53. in sublimi. Pius V. const.83.

Pœnitentiarij constituendi sunt in Ecclesijs. Vide, confessores. Vide, Pœnitentiarij, in præced.

Summus Pœnitentiarius, seu Maior Vrbis, & Orbis, quam facultatem habent post Sixtum IV. constit.23. eiusdem Sixti IV. quoniam. & post Pium IV. const.53. in sublimi.

Summus Pœnitentiarius habet facultatem ordinariam, & ideo non debet in literis inserere facultatem, quam habet. ibidem §.3.

Quem titulum debet literis præmittere. Quomodo expediendæ, & sigillandæ eius literæ. ibid.

Summus Pœnitent. immediatè potest absoluere, & dispensare in casibus Papæ. & potest aliis per totum mundum delegare potestatem absoluendi ab omnibus, à quibus ipse potest absoluere, & dispensare. ibid.

Sacræ Pœnitentiariæ literæ expeditæ cum sigillo, & cera, faciunt fidem in omni foro, siue pœnitentiæ, siue iudiciali, eisque credendum est. & proinde reuocantur omnes Constitutiones in contrarium, etiam Constitutio Bonifacij 8.ib. & Iul.III. const.1. Rationi.

Sacræ Pœnitentiariæ literas impedientes, incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ. Iul.3. const.1. Rationi.

Summi Pœnitentiarii authoritas reformatur, & declaratur, quid possit facere. Pius IV. const.53. in sublimi.

Non potest declarare nullas professiones regularium, sed remittit ad Ordinarium, & superiores. ibid.

Non potest, nisi in foro conscientiæ, absoluere ab homicidio,

vel

vel alio delicto, cui à iure ciuili imposita est pœna mortis. *ib.*
Non excedat facultatem sibi datam in literis; neque suffragatur consuetudo in contrarium. *Pius* 4. *ibid.*
Pœnitentiaria Apostolica, Sede Romana vacante, quiescit quo ad forum fori. *Pius* 4. *ibid.*
Sacr. Pœnitentiariæ authoritas, rursus reformatur *à Pio V. const.* 83. *In omnibus.*
Summus Pœnitentiarius debet esse Presbyter, Doctor in decretis, vel in Theologia. per se immediatè debet exercere officium, vel per alium Cardinalem, si sit absens. Qualis debet esse Datarius, qualis corrector, quales Procuratores. Omnes per se immediatè exercere debent suum officium. Nihil possunt accipere præter stipendium, sub pœna priuationis officij. Dubia, quomodo soluenda. Literæ qualiter expediendæ. Sigillator, quid tenetur facere; literas omnes, & scripturas in authentico seruet. Omnes officiales pœnitentiariæ singulis annis tenentur iuramentum iterare. *Pius V. vbi supra.* Multa officia supprimit. *ibid.*
Pœnitentiariæ Procuratores, quod officium habent. *Pius* 5. *const.* 84. *In vnum.* Et ad Cancellariam transferuntur. *ib.* omnes sunt numero 24.
œnitentiariæ scriptores 27. supprimuntur, & ad Cancellariam transferuntur. Et quod sit eorum officium. *Pius V. const.* 84. *In vnum.* Vide, *Literæ Pœnitentiariæ.*

Pensio.

Pensiones non cadunt sub nomine beneficij, si Papa præcipit, vt aliquis prouideatur de beneficio. *De præb. in* 6. *&c. ca. Quamuis.*
Pensiones non possunt reseruari super fructibus Ecclesiarum Monasteriorum, &c. commendatorum. *Conc. Later.* 5. *sess.* 9. *const. de refor. curiæ.*
Pensionem augere promittens, vt habeat Ecclesiam, spoliandus est illa. *De pactis c. Cum clerici.* Vide, *Beneficia cum pacto, &c.* Vide, *Pactum.*
Pensiones Ecclesiasticas habere non possunt laici. *Pius V. constit.* 73. *Sacrosanctum.*
Neque clerici, qui matrimonium contraxerunt; nec etiam antiquas. *ibid.*
Pensiones vacantes in curia, prouidentur à Papa. *Extra, de elect. c. fin. Ex debito.* Item pensiones omnium officialium Papæ vbicumque moriantur. *ibid.*
Pensiones reuertuntur ad pensionarium, moriente eo, cui erant reseruatæ. *ibid.*
Pensio aliqua consueuit reseruari ab Episcopis, dum Ecclesias concedebant Religiosis. *De Religiosis domibus cap. Constitutus.*
Pensiones antiquæ ad mensuram antiquæ monetę sunt soluendæ. *De censibus c. Cum canonicis.*
Pensionem augere iurans, deinde in manu Episcopi iurans, se non soluturum, nisi solitam priuatur beneficio. *Concil. Later.* 3. *in append. de iuramentis c.* 4.
Pensionem soluere iurans, tenetur ad eam, alias spoliatur beneficio. *Conc. Later.* 3. *in append. tit. de iuramentis cap.* 5. Nisi ex necessitate eximatur. *ibid.*
Pensio exigi non potest ab Ecclesia post mortem clerici, qui constituit, sine licentia Episcopi. *Conc. Later.* 3. *in append. tit. De pactionibus c.* 9.
Pensio de prouentibus Ecclesiæ, nulli dari potest, quasi pro beneficio. *Conc. Later.* 4. *c.* 32.
Pensiones dari non possunt laicis. *Pius V. constit.* 73. *sacrosanctum.*
Pensiones reseruatas non legitimè soluere nullus debet, alias puniendus pro grauitate delicti. *Conc. Mogunt.* 4. *c.* 91.
Pensionem reseruare non potest renuncians beneficium, nisi qui illud accipit consentiat, & acceptet. neque possunt literæ expediri sine hoc. *Vrbanus* 8. *constitut.* 6. *Sanctissimus cap.* 45.
Pensiones transferri non possunt (sine Papæ licentia) & reuocantur omnia priuilegia contraria. *Pius* 5. *const.* 73. *Sacrosanctum.*
Pensiones omnes, & beneficia extinguuntur in clerico faciente matrimonium. *ibid.*
Pensiones habentes quali habitu tenentur incedere, ne priuentur illis. *Sixtus V. constit.* 92. *Cum sacrosanctam* §. 4.
Pensiones ascendere debent ad summam scutorum 60. vt eas habens teneatur deferre habitum clericalem, & tonsuram. *ibidem.*
Pensiones habentes, si sint familiares Papæ inferioris familiæ, vt famuli, &c. non tenentur vestem clericalem gestare. Alij verò familiares tenentur. *ibid. in c. seq.* §. 3.
Pensionum transferendi facultates, & priuilegia reuocantur. *Vrbanus* 8. *const.* 20. *Sanctissimus.*
Pensionum reseruandarum facultas cuicumque concessa reuocatur. *Vrbanus* 8. *const.* 69. *Sanctissimus.*
Idem statuit, vt habens facultatem transferendi, si in vsu non posuit non habeat effectum, nisi soluens pensionem consentiat. *in append.* 1. *const.* 34. *Inter. & in append.* 2. *const.* 40 *Inter.*
Pensio poni non potest in Ecclesia Cathedrali, cuius fructus non excedunt summam ducatorum mille annuorum. *Conc. Trid. sess.* 24. *de refor. c.* 13.
Pensio non potest poni in Ecclesia Parochiali cuius fructus non excedunt summam ducatorum centum annuorum. *ibi.*
Pensio poni non potest super Cancellaria Episcopali. *Conc. Mediol.* 1. *p.* 2. *tit. De Notarijs.*
Vide, *Equites Ierosolymit.* Vide, *Beneficiatus quo ad pensionem.* Vide, *Filij clericorum, in fine.* Vide, *Pactum.*

Pentecostes.

Pentecostes solemnitas celebranda post dies 50. post Pascha. aliter dicere, vel facere est hæresis. *Conc. Elibert. c.* 43.
Vide, *Festum.*

Percussor. Percutiens.

Percussor, si est Episcopus, vel Presbyter, vel diaconus, deponatur. 1. *q.* 7. *c. Si quis omnem.* Vide, *Cleric. percussor.*
Percussores Episcoporum sint infames, & exules. 3. *q.* 4. *c. Hi qui Episcopos.* Vide, *Episcopi.*
Percussores clericorum sunt anathematizandi. *Nicolaus* 1. *in decret. tit. de Presbyteris c.* 6.
Percussores Presbyterorum, excommunicandi præuia monitione. 17. *q.* 3. *c. De Presbyterorum. c. Si quis suadente.* & aliæ pœnæ. Si cum stola induti occiduntur, quomodo puniendi. *ibid. c. Vt Presbyteri.* De facto sunt excommunicati. *ibid. c. Si quis suadente.*
Percussor clerici, si grauis percussio sit, à Papa est absoluendus. si leuis ab Episcopo. *Concil. Lateran.* 3. *in append. p.* 50. *cap.* 67.
Vide, *Clericorum percussores.* Vide, *Absolutio.* Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*
Percutiens læthaliter, licet per ipsam percussionem quis non moriatur, fit irregularis. *de homicidio, &c. c. Significasti.* Vide, *Irregularitas.* Vide, *Irregularis.*
Percutiens cum alijs, licet nesciatur ex cuius vulnere, quis sit mortuus fit irregularis. *ibid.*
Percutiens non læthaliter, sed animo occidendi, si iste ab alio extinguitur, fit irregularis. *ibid. Si* percussio prima iudicetur læthalis, si vero non iudicetur læthalis non fit irregularis. si sit dubium indiget dispensatione ad cautelam. *ibid.*
Percutiens aliquem quouis modo, ad expensas vulnerati, &c. tenetur. *De ieiunijs, & damno dato c.* 1.

Perdens.

Perdens rem, si agit, debet iuramento probare, se perdidisse. *De his, quæ vi, &c. c. fin.*

Peregrini. Peregrinari.

Peregrini clerici non recipiendi sine literis commendatitijs. *Conc. Antioch. c.* 7.
Peregrini delinquentes à Prælato loci puniendi. *De raptoribus cap.* 1.
Peregrini transmarini, olim, non recipiendi, nisi haberent literas à quinque Episcopis sigillatas. *Anastasius* 1. *ep.* 1. *c.* 2. Pere-

Peregrini clerici non possunt in Ecclesijs instituí sine consensu Episcopi. *de clericis peregr. c. fin.*

Peregrini clerici sine literis Episcopi commendatitijs, non possunt ministrare. *Conc. Calced. c.* 13. Vide, *Clerici peregrini.*

Peregrini delinquentes, puniendi sunt à Prælato loci. Vide, *Delinquens.*

Peregrini colligentes eleemosynas ob studium adeundi loca Sancta sunt prohibendi. *Conc. Cabilon. 3. c. 45.*

Peregrini venientes Romam, non molestandi. molestantes sunt excommunicati. *24. q. 3. cap. Si quis Romipetas. c. Illi qui.* Vide, *Excommunicationes in Bulla Cœnæ.*

Vide, *Romam venientes. Gregorius* 13. *const.* 81. *§.* 9.

Peregrinationes ad Sanctorum reliquias, sunt licitæ. *Concil. Mogunt. 4. c. 44.*

Peregrinatio Terræ Sanctæ pro tota pœnitentia valet. *Conc. Claramont. c. 2.*

Peregrinis morientibus ab intestato, Episcopus disponat de eorum bonis; si fieri potest hæredibus illa det; alias, det locis pijs, sub pena restituendi triplum. *Honorius 3. ex Cirone, de testamentis c. 1.*

Peregrinationis votum ob necessitatem, potest ab Episcopo commutari in eleemosynas, &c. *Conc. Lateran. 3. de pœnit. cap. 3. par. 49. c. 19.*

Vide, *Votum.* Vide, *Clerici peregrini.* Vide, *Sacerdos peregrinus.*

Peremptorium.

Peremptorius dies dari non potest in prima citatione, neque in tempore breui, maximè in causis Ecclesiasticis. *Concil. Lateran. 3. in append. de dolo, &c. c. 5.*

Peremptorio præterito, Ecclesia audiri potest pro restitutione. *De in integrum restit. c. Coram falicis.* Vide, *Terminus.*

Perfectio. Perfecti.

Perfectio, quam præcipit Deus fidelibus, dicens *Estote perfecti, sicut pater vester, &c.* est perfectio gratiæ, sicut illa Dei est perfectio naturæ. *Conc. Later. 4. c. 2.*

Perfecti indigent virtutibus ad operandum bene. *Clement. de hæret. cap. Ad nostrum.* Vide, *Homo.*

Perfidia.

Perfidia aliquorum, aliquando punitur flagellis tribulationum. *23. q. 5. cap. Ad fidem.*

Pericula.

Pericula moribundi pro Christo non sunt quærenda, sed oblata non sunt fugienda. *Lib. 4. const. Apost. c. 5.*

Periurans. Periurare.

Periurans est infamis, si scienter id facit. *6. quæst. 1. cap. Quicumque. 22. q. 5. cap. Si quis conuictus.*

Periurans cum dolo, grauiter peccat. *22. q. 5. cap. Ecce dico.* Vide, *Iuramentum.*

Periurat, qui facturus est aliter, quam promittit. *22. q. 2. c. Animaduertendum.*

Periuri pœnitentia sit, sicut adulteri, homicidæ, &c. capitaliter delinquentium. *Post ep. 2. Eutychiani.*

Periurans nolens pœnitentiam periurij facere, excommunicetur. *22. q. 1. c. Prædicandum. Post ep. 2. Eutychiani.*

Periurare faciens, est periurus. *22. q. 5. c. Qui compulsus.*

Periurare faciens, est peior homicida. *22. q. 5. cap. Ille qui hominem.*

Periurare faciens, vsque ad mortem excommunicetur. *22. q. 5. cap. Si quis conuictus il 2.*

Periurare faciens, & periurans, eamdem faciant pœnitentiam. *ibid. cap. Si quis periurauerit.*

Periurare facientis, pœnitentia hæc erat. Si sit liber, per dies 40. ieiunet in pane, & aqua. Si seruus, tres Quadragesimas, &c. *22. q. 5. cap. Qui compulsus. cap. Si quis coactus. cap. Qui peierat. & c. Si quis periurauerit.*

Periurans, vno anno communione priuetur. *Conc. Illerdense c. 7. 22. q. 4. Qui Sacramento.*

Periurans, si est Episcopus, grauius puniatur. *De iure iurando cap. Cum quidam.*

Periurans, ab Ecclesia habita remoueatur. *ibid. cap. Querelam, cap. Tua nos.*

Periuri causa, etiam contra Principem sæcularem, à iudice Ecclesiastico cognoscitur. *de iudicijs c. Nouit ille.*

Periuri testis dictum est nullum; excepta causa fidei, si se retractat in fauorem fidei, dummodo zelo, non odio, gratia, pecunia, vel alio motiuo id faciat. *De hæret. in 6. c. Accusatus §. Licet.*

Vide, *Iurans.* Vide, *Iuramentum.* Vide, *Testis.* Vide, *Falsus.*

Permittere.

Permittens clericum percuti, & non prohibens, si potest, excommunicetur. *De sent. excom. cap. Quanta.*

Permutatio.

Permutationes rerum Ecclesiæ, conceduntur à Papa. *Gregorius 1. lib. 11. ex regest. epist. 60.* Vide, *Alienatio.* Vide, *Ecclesiæ bona.*

Permutatione beneficiorum non completa, pars restituitur ad suum beneficium. *De rerum permutatione cap. Cum vniuersorum.*

Permutari non potest spirituale pro temporali, alias est simonia. *ibid. cap. fin.*

Permutatio possessionum inter Ecclesias, ob maius commodum vtriusque fieri potest. *De rerum permutatione c. Ad quæstiones.*

Permutare volentes beneficium, si alter cum deceptione agit, & non vult prosequi permutationem, quilibet ad suum restituatur. *ibid. Cum vniuersorum.*

Permutantes beneficium propria authoritate perdunt illud. *ibid. cap. Cum olim.*

Permutatio beneficiorum fieri non potest, nisi inter personas permutantes. *Clement. de rerum permutat. c. vn.*

Permutationes rerum Ecclesiæ, quomodo faciendæ. Vide, *Alienatio.* Vide, *Ecclesiæ bona.*

Vide, *Alienatio.* Vide, *Beneficiorum permutatio.* Vide, *Mutatio.*

Persecutio. Persequens. Persecutor.

Persecutionem pro Ecclesia, & fide patiens ab omnibus recipiatur. *Gregorius 1. lib. 8. ep. 45.*

Persecutio infidelium potest fugi. Et si quis velit resistere, etiam potest. *Zacharias ep. 12.* Vide, *Fugiens.*

Persequens personam, Ecclesiasticam, vel consanguineos eius, quia noluit eligere, excommunicatur. *de elect. in 6. c. Sciant.* Vide, *Clericorum persecutores.*

Persequens, vel persequi faciens eos, qui excommunicant, vel suos, vel eorum bona, quomodo puniendi. *De sent. excommunicat. in 6. cap. Quicumque.* Vide, *Ecclesiastici Iudices.* Vide, *Iudices.*

Persecutoribus debent Prælati adhuc prædicare. *Dist. 43. c. Scimus.*

Persecutores Episcoporum infames sint, & exules. *3. q. 4. c. Hi qui Episcopos.*

Vide, *Episcopos persequentes.*

Perseuerantia.

Perseuerantia in bono, vsque in finem, à Deo datur. *De pœnit. dist. 2. cap. 41. Apostolus. cap. 42. Mirandum. dist. 4. c. 8. Si ex bono. Conc. Trident. sess. 6. cap. 13. & can. 16.*

Perseuerantia oritur etiam à voluntate. *De consecr. dist. 5. c. Quidquid enim.*

Perseuerantia in bono datur prædestinatis. *de pœnit. dist. 4. c. 12. Hanc. cap. 8. Si ex bono.*

Perseuerantes in gratia, cum veritate sunt filij Dei. *De pœnit. dist. 4. cap. Si ex bono, circa fin.*

Per-

Perſeuerantes in gratia, vſque in finem, non damnantur. *de panit. diſt.4. cap. 7. Peccatum.*

Perſeuerantia, quare non datur omnibus. *De panit. diſt.2. c. 41. Apoſtolus, cap. Mirandum, cap. Citius, & cap. Principium.*

De perſeuerantia, nullus ſine reuelatione, poteſt eſſe certus. *Conc.Trident. ſeſſ.6. c.13. & can. 16.*

Perſeuerantiam iactans abſolutè, ſine reuelatione, eſt anathema. *ibid. can. 16.*

Perſeuerare nullus poteſt in gratia, ſine ſpeciali auxilio Dei. *ibid. can. 22.*

Perſia.

Perſiæ Epiſcopi ſubduntur Patriarchæ Antiocheno. & ſine eius conſenſu Eccleſiaſticas leges ferre non poſſunt. *Concil. Nican. 1. ex Arabico c. 35.*

Perſonæ diuinæ.

Perſonæ diuinæ ſunt æquales. *Concil. Nican. 1. in Formula fidei.*

Perſonæ diuinæ ſunt tres, ſed vna ſubſtantia. *De conſecr. diſt. 3. cap. vlt.*

Sunt diſtinctæ ſecundum proprietates perſonales. *de fide, &c. cap. 1.*

Perſonæ diuinæ ita ſe habent, vt Filius de Patre genitus ſit, & Pater non ſit; Spiritus Sanctus à Patre, & Filio ſit, & non ſit, nec Pater, nec Filius. *de conſecr. vbi ſupra. de fide, &c. cap. 1.*

Perſonæ diuinæ ſunt vnus Deus, & vna ſubſtantia. *Concil. Nican. 1. in formula fidei. Pelagius 1. ep. 1. Conc. Brachar. 1. c. 1. Tolet. 3. c. 6. De fide, & ſumma Trinit. cap. 1. Concil. Lateran. 4. c. 1.*

Perſonas diuinas non diſtinguens, eſt anathema. *Concil. Toletan. 1. in formula fidei. Tolet. 3. c. 4. Conc. Vormatien. 1. in profeſſ. fidei. Conc. Later. 4. c. 1.*

Perſonæ diuinæ non ſunt indiſtinctè nominandæ, vt Pater pro Filio, & è contra. *Conc. Carthag. 3. c. 23.*

Perſonæ tres diuinæ habent vnam naturam, vnam potentiam, vnam virtutem, vnam ſubſtantiam, vnam æternitatem, &c. *Conc. Later. ſub Martino 1. conſultat. 5. c. 1. Conc. Tolet. 3. c. 6. & 12. de fide, & ſumma Trinit. cap. 1. Conc. Lateran. 4. c. 1.*

Non dicuntur vna natura ſolum per collectionem, ſed vna eſſentia indiuidua. *De fide, &c. c. Damnamus.*

Perſonas diuinas gloria, honore, aut diuinitate ſeparans, eſt anathema. *Conc. Tolet. 3. c. 12.*

Perſonæ diuinæ ſunt relatiuæ. *Conc. Toletan. 11. in ſymbolo. Conc. Vormatien. 1. in profeſſ. fidei.*

Perſona ſecunda, id eſt, Verbum, de Cælo deſcendit, & caro factum eſt ex Virgine. *Concil. Nican. 1. in formula fidei. Conc. Tolet. 11. cap. 2.*

Non omnes perſonæ diuinæ deſcenderunt in vterum Virginis, neque omnes tres ſub Pilato iudicatæ; neque omnes tres in Pentecoſte ad Apoſtolos venerunt. *de conſecr. diſt. 3. c. vlt.*

Perſonæ diuinæ ſunt vnum principium omnium, quæ creantur, vnuſque creator. *de fide, & ſumma Trinit. c. 1.*

Perſonæ diuinæ, numquam ſeparantur, ſed ſemper ſimul ſunt. *Conc. Vormatien. 1. in profeſſ. fidei.*

Vide, *Trinitas*. Vide, *Pater*. Vide, *Verbum*. Vide, *Spiritus Sanctus*.

Perſona. Perſonatus.

Perſonæ ſtatus, ſeu conditio, ſi impugnatur; debet ab impugnante probari. *de ſent. excom. in 6. c. Si iudex.*

Perſonarum acceptio non fit in iudicijs. *de regulis iuris in 6. reg. 12.* Vide, *Iudex*. Vide, *Iudicium*.

Perſonatus, ſeu dignitates plures in eadem Eccleſia, ſiue cum cura, ſiue ſine cura, teneri non poſſunt ab eodem. *de præb. &c. cap. De multa.* Papa diſpenſat circa hoc cum perſonis ſublimibus, & literatis. *ibid.* Vide, *Beneficia plura*.

Conſuetudo in contrarium abrogatur. *de conſuetud. in 6. c. 1.*

Perſonatus, vel dignitates conferri poſſunt clerico habenti viginti annos completos. *De ætate, & qualit. &c. in 6. cap. vnico. Conc. Viennenſe Prouinc.* Vide, *Dignitas*.

Perſonatus non poteſt renunciari cum pacto, vt idem remaneat Vicarius. Vide, *Vicarius*.

Perſonam alterius fingens in expeditione literarum Apoſtolicarum, & procurantes, &c. excommunicationem Papæ reſeruatam incurrunt, & gratia eſt nulla. *Leo X. conſtit. 27. Inhærendo.* Vide, *Fingens*. Vide, *Simulans*.

Pertinacia.

Pertinacia in errore, facit hæreticum. 24. q. 3. c. Dixit *Apoſtolus*. Vide, *Hæreſis*. Vide, *Hæreticus*.

Peſtis.

Peſtis tempore Religioſi non debent fugere à Monaſterijs. *Gregor. 2. ep. 14.*

Peſtis tempore ieiunandum eſt. *Liberius ep. 13. c. 3.*

Peſtis tempore, Romæ, & in diſtrictu, ſic poterant fieri teſtamenta, & translationes. ſtatutum eſt, vt fierent iuxta Conſtitutiones *Alexandri 3. Cum eſſes*. Quilibet confeſſarius, etiam regularis, loco notarij præſens cum duobus teſtibus ſufficiebat. eodem modo poterant fieri translationes penſionum ab ijs, qui habebant facultatem eas faciendi, etiam ſi in fauorem ipſius ſacerdotis fierent. duæ tamen ſcripturæ de hac translatione erant faciendæ, & vna ex his intra octo dies ferenda ad Archiuium. *Alexander 7. conſtit. In ſupremo, data 18. Septembris 1656.*

Petens. Petere.

Petens rem, ſi ex vna cauſa ſuccumbit, ex alia poteſt agere. *De cauſa poſſeſſionis, &c. c. Cum olim.*

Petenti rem iure dominij, non ſufficit dare poſſeſſionem. *ib.*

Petente aliquo reſtitutionem, ſi fuerit ſpoliatus, non opponens de proprietate, non eſt audiendus. *de reſtitut. ſpoliat. c. 1.*

Petens rem certam ex cauſa, ſi cauſam non probat, ſuccumbit. *de ſent. & re iudic. in 6. c. Abbate.*

Petens, quod tenetur reſtituere, dolo facit. *De regulis iuris in 6. reg. 59.*

Petens plus dicitur, qui in quantitate; vel loco, vel tempore, in quod debitor non tenetur, petit. & iſte in expenſis condemnatur. *De plus petit. c. vn.*

Petente actore aliquam rem, ſi nullius cauſæ facit mentionem, quomodo debet ſe gerere iudex. *De ſent. & re iudic. in 6. cap. Abbate.*

S. Petri.

S. Petrus fuit Princeps omnium Apoſtolorum. *Anacletus ep. 2. Iulius 1. ep. 1. Vigilius ep. 9. & 11. Nicolaus 1. in append. epiſt. 14. Diſt. 19. cap. Ita dominus. diſt. 21. cap. In nouo. diſt. 22. cap. Sacroſancta. diſt. 50. c. Conſiderandum. Leo 9. ep. 1. cap. 6. & ſeqq.*

S. Petrus dicitur Petra, quia primus in nationibus fundamentum poſuit. *Diſt. 50. c. Fidelior.*

S. Petrus dictus eſt Cæfas, quia caput omnium. *Diſt. 22. c. Sacroſancta.*

S. Petrus eſt lapis ſuperpoſitus lapidi angulari. *Leo 9. ep. 1. c. 15. & ſeqq.*

S. Petrus omnibus Apoſtolis præſidebat, & eorum cauſas, interrogationes, querelas, &c. prudenter diſponebat. *Melchiades in ep. decret.* Vide, *Apoſtolus*.

S. Petrus primus omnium prædicatione conuertit populum ad fidem. *Anacletus ep. 2.*

S. Petrus poteſtatem Regni à Chriſto accepit. *Cauſa 2. q. 7. c. Petrus poteſtatem.*

S. Petrus accepit pro ſe, & pro Eccleſia poteſtatem ligandi, & ſoluendi. 24. q. 1. c. *Manet*. c. *Quodcumque*. Vide, *Papa*.

S. Petrus Dei iuſſu Romanam Cathedram accepit. *Euſeb. ep. 3.*

S. Petri poteſtas data eſt à Deo, etiam ſucceſſoribus. *De maiorit. & obed. c. Sollicitæ. Extra, de maiorit. & obed. cap. Vnam ſanctam.* Vide, *Papa*.

S. Petri

S. Petro Deus commisit claues Regni Cælorum, non S. Paulo. *Extra, de pœnit. & c. c. Vnigenitus.*
S. Petro datus est à Deo coadiutor S. Paulus. *de elect. in 6. c. Fundamenta.*
S. Petri Sedes ex Antiochia, Romam translata est. *Marcellus 1. epist. 1.*
S. Petri sedes in tribus locis, vna est censenda. *Gregor. I. l. 6. epist. 37.*
S. Petrus fuit Rector, & caput Ecclesiæ Romanæ. *Conc. constantiense contra a. 7. Ioannis Huss.*
S. Petro omnes creaturæ, vt oues suæ sunt traditæ. *Ioannes 3. ep. vn.*
S. Petro per clauium traditionem, omnes creaturæ sunt traditæ. *Gregor. 1. l. 7. ex regest. ep. 97.*
S. Petrus solus fuit factus caput Ecclesiæ. *Pius 2. in Bulla Retractationum.*
S. Petrus habuit coadiutores Linum, & Cletum. *Ioannes 2. ep. vn.* pro exterioribus ministrandis. *8. q. 1. c. Si Petrus. c. Simon Petrus.*
S. Petrus fecit sibi successorem Clementem. *Ioannes 3. ep. vnica. 8. q. 1. c. Si Petrus. c. Simon Petrus.*
S. Petrus dicitur sedere ia summis Pontificibus. *Gregor. 1. l. 6. epist. 37.*
S. Petrus permissus est cadere, vt aliorum posset misereri. *Nicolaus 1. ep. 8.* & post casum factus est Princeps Apostolorum, &c. vt sua infirmitate sciret alios tolerare. *dist. 50. c. Considerandum, c. Fidelior.*
SS. Petrus, & Paulus meritis fuerunt æquales, sed gradu differentes. *2. q. 7. c. Beati.*
SS. Petrus, & Paulus in eadem die, & eodem tempore fuerunt occisi à Nerone. *Anacletus ep. 3.*
SS. Petri, & Pauli corpora non potuerunt ab Orientalibus peregrinis extra Romam extrahi. *Gregor. 1. l. 3. ep. 30.*
S. Petri corpus primo ad catacumbas, deinde à Cornelio Papa in Monte aureo in Vaticano fuit sepultum. *Cornelius ep. 1.*
SS. Petrus, & Paulus peculiari prærogatiua fuerunt maiores alijs. *Causa 2. q. 7. c. Beati.*
S. Petri increpatione mortui sunt Anania, & Saffira. *23. q. 8. c. Petrus.*
S. Petrus fuit verus Christi Vicarius. *Conc. Constantiense in constitut. Martini V.* Vide, *Papa.* Vide, *Ecclesia Romana.*
S. Petri prædia inuadens pœnam quadrupli incurrit. *Concil. Rom. 5. sub Greg. 7. c. 11.*
S. Petri terras inuadens ab ingressu Ecclesiæ prohibetur. *Concil. Rom. 7. sub Gregor. 7.*
S. Petri patrimonium. Vide, *patrimonium S. Petri.* Vide, *dominium.* Vide, *Ecclesiasticus status.*
Cathedræ S. Petri festum restituitur. *Paulus 4. constitut. 13. Ineffabilis.*
S. Petri Romæ Ecclesiam amplificandam, & renouandam, statuit *Iulius 2. const. 23. Liquet.* Multas eleemosynas eidem applicauit. *ibid.*
S. Petri Romæ fabrica. Vide, *Fabrica S. Petri.*
S. Petri Romæ fabrica, Ecclesia, & Capitulum subdita fuerunt Cardinali Archipresbytero *à Sixto 5. const. 102. Cum ex debito.* cum facultate, & iurisdictione ad causas illorum. *ibid.* Vide, *Archipresbyter.* Vide, *Basilica.* Vide, *Ecclesia.* Vide, *Capitulum.* Vide, *Canonici.*
S. Petri de Vrbe canonicatus, præbendæ, beneficia, &c. Papæ sunt reseruata. *Vrban. 8. const. 6. Sanctissimus c. 8.* Qui sunt incapaces canonicatuum S. Petri. Vide, *Canonici.*

Alij SS. Petri.

S. Petrus Episcopus Aragonensis canonizatur *anno* 1110. *à Paschali 2. const. 2. Dominum.*
S. Petrus Martyr Ordinis Prædicatorum canonizatur *anno* 1253. *ab Innocentio 4. const. 3. Ad Apostolicæ.*
S. Petrus de Marolo, qui fuit *Cælestinus V.* canonizatur *anno* 1313. *à Clemente V. const. 4. Qui facit.*
S. Patri Martyris festum sub ritu duplici celebrandum, statuit *Sixtus V. const. 30. Inuictorum.*
Fr. Petrus de Alcantara Ordinis Minorum strictæ Obseruantiæ Discalceatorum, declaratur Beatus. *Gregorius XV. const. 23. In sede.* Officium, & missa de eo ab ordine fratrum Minorum de obseruantia potest recitari. *ibid.*

Petrus Abailardus.

Petrus Abailardus carceratur *ab Innoc. 2. const. Per præsentia.*

Pia Ciuitas.

Pia Ciuitas propè arcem S. Angeli Romæ erigitur; locum illum Transtyberim, dictam voluit Ciuitatem piam. *Pius 4. const. 101. Romanum.*

Pia loca.

Pia loca, vt Hospitalia, Collegia, &c. visitari possunt ab Episcopo, & quomodo. Vide, *Episcopus quo ad visitationem.* Vide, *Episcopus quo ad exemptos, &c.*
Vide, *Loca pia.*

Piæ dispositiones.

Piarum dispositionum exequutor est Episcopus, siue in vltima voluntate fiant, siue inter viuos. *Conc. Trid. sess. 22. de refor. cap. 8.* Vide, *Dispositio.* Vide, *Episcopi circa legata ad pias causas.*

Pignora. Pignorare.

Pignoris fructus computantur in sortem. *de vsuris cap. Conquestus.*
Pignus restituendum est debitori, si tot fructus sunt recepti, quot sufficiunt pro sorte. *de pignoribus c. Cum contra.*
Pignus dare non sufficit ei, cui adiudicata est possessio. *de sent. & re iudicat. c. Cum aliquibus.*
Pignora restituenda sunt cum restituitur sors principalis. alias, non restituens, si plus prætendit, excommunicatur. *Conc. Later. 3. tit. De vsuris, c. 8. 9. & 12.* si est clericus, priuatur beneficio. *ibid.*
Pignora Ecclesiæ, quam primum recolligenda sunt. *Concil. Later. 3. in append. tit. de alienatione cap. 1.* Vide, *Ecclesiæ bona.*
Pignorum factorum quo ad Hebræos, vel bancharios Romæ, causæ, per Camerarium, vel Gubernatorem iudicantur. *Clemens Octauus const. 65. In conferendis §. 35.*
Pignorum subhastationes, quæ apud Hebræos sunt, Romæ, fiant in Monte Pietatis. *ibid. §. 36.* Quod residuum est reponi debet, sed cum decreto Camerarii hæc fiant.
Ex causa possunt hæc pignora vendi in loco solito, scilicet Platea Iudæorum. *ibid. in addit. §. 2.*
Pignorari non possunt res Ecclesiæ; nisi pro maxima necessitate. *De pignoribus c. 1. Conc. Oxon. 1. c. 29. Conc. Later. 3. tit. de alienat. c. 1.* Vide, *Alienatio.* Vide, *Ecclesiarum bona non oppignoranda.*
Pignorare res Ecclesiæ, est species alienationis. *Conc. Later. 3. in append. tit. de alienatione can. 1.* Vide, *Alienatio.* Vide, *Eccles. bona, vt supra.*
Pignorari non potest homo liber. *de pignoribus c. Lator.*
Pignorante rem aliquam Rectore Ecclesiæ, eius hæres tenetur redimere. *de pignoribus c. Ex præsentium.*
Pignorans rem suam sub pacto legis commissoriæ, si impeditur venire intra terminum, quid debet agere. *de pignoribus c. Significante.*
Pignorari non potest res, nec accipi modico pretio, cum pacto, quod si intra certum tempus non redimatur, sit eius qui accipit pignus. *Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de vsuris.*
Pignora, quomodo facienda à mandatariis Romæ. *Sixtus V. const. 72. In sublimi.*

Philacteria.

Philacteria facientes ab Ecclesia eijciendi. *Conc. Agathen. c. 68. 26. q. 5. c. Non oportet.*
Philacterijs vtens, excommunicatur. *26. q. 5. cap. 1.* Vide, *Amuleta.* Vide, *philacteria.*

Philippus.

Philippus Benitius de Florentia Ordinis Seruorum declaratur Beatus *à Leone X.* & ab eodem conceditur prædictis fratribus, vt Missam, & Officium de eodem possint ritu duplici celebrare. Deinde *Paulus V.* concedit, vt idem facere possint sæculares, & regulares Ciuitatis Tuderti. *const.110. Domini nostri.* Deinde, vt idem fieri possit in Ciuitate Florentiæ. *ibi in capp. seqq.*

B. Philippus Nereus canonizatur *ab Vrbano VIII. anno 1623. constit.2. Rationi congruit.*

Philippinæ Insulæ.

Ex istis Insulis discedere non possunt Missionarij, Prædicatores, & Regulares, vt eant Iapponium.

Vide, *Regulares euntes in partes infidelium.*

Pingere. Pictura.

Pingi possunt in Ecclesia Sanctorum Historiæ. *Gregor. I. lib. 9. ex regest. ep.9.*

Pingi possunt Sanctorum imagines, & mysteriorum fidei; in Ecclesijs poni, & venerari. nec vlla in eis est diuinitas, sed veneratio refertur ad prototypa. *Conc.Nicæn.2.*

Vide, *Imagines. Conc. Trid. sess.25. in decr. de inuocat. & venerat. Sanctor.*

Picturæ vanæ in Ecclesiarum parietibus non possunt poni. *Conc. Elibert. c.36.*

Pingi non possunt in Ecclesijs, quæ sunt contraria *S.* Scripturæ, Constitutionibus, vel historijs sacris. *Conc.Mediol.1. p.2. tit.Quæ seruanda sunt in sacris imaginibus.*

Pingi non possunt Sanctorum Imagines cum vultu, corpore, vel habitu indecenti. *ibid.*

Neque imagines lasciuæ. *ibid.* Vide, *Imagines.*

Piratæ.

Piratæ, & Cursarij sunt excommunicati. *Innocent.3. const. ad liberandam.* §.12.

Piratæ mare infestantes, & præcipuè Ecclesiasticum, sunt excommunicati in Bulla Cœnæ. *Gregor.13. const.81. consueuerunt.* §.4. Vide, *Excommun. Bullæ Cœnæ.*

Pistores, seu Furnarij Vrbis.

Pistorum Vrbis priuilegia, omnia confirmat *Sixtus V. const.* 36. *Cœlestis.* Item iurisdictionem Consulum artis Pistorum. *ibid.* Vide, *Furnarij.* Vide, *Consules.*

Pito.

Pitones ita dicti à Pito Apolline, qui author fuit diuinationum. *26. q.3. cap.1.*

S. Placidus.

S. Placidi, & Sociorum Festum in Ciuitate Messanæ, duplici ritu celebrandum, statuit *Sixtus V. const.88. Dominus.*

Placita.

Placita, seu consilia fieri non possunt in domibus Religiosis. *De immunit. Eccles. c.1.* neque in Festis. *Conc. Tribur.1. cap.35.*

Planetaria.

Planetaria ars à christiano fugienda. *26. q.2. cap. illos.*

Vide, *Astrologia.*

Platea.

Plateæ Vrbis Romæ. Vide, *Roma.*

Plenaria.

Plenaria absolutio solita concedi à Papa, & in mortis articulo, præuijs ieiunijs, & alijs operibus. *Conc.Constant. sess.vlt. in dissolutione concilij.* Vide, *Absolutio.* Vide, *Indulgentia.*

Plus. Pluralis.

Plus semper continet minus. *De regul.iur. in 6. reg.35.*

Plus nequit quis concedere, quam sibi competat. *ibid.reg.79.*

Pluralis locutio, in binario etiam continetur. *ibid. reg.40.*

Plures rixantes contra vnum, quomodo puniendi. *23. q.8. cap. Si quatuor.*

Podagra.

Podagræ per ieiunia curantur. *De consecrat. dist.5. cap. Legimus quosdam.*

Poligamia. Poligamus.

Poligamus est, qui duas habet vxores simul. *24. q.3. ca. An non.* Vide, *Matrimonia plura.* Vide, *Vxores plures.*

Poligamus, excommunicandus est. *24. q.3. cap. An non distinctè.*

Poligamus est infamis. *De bigamis non ordinandis cap. Nuper à nobis.*

Poligami pœna puniendus clericus *in sacris contrahens matrimonium. ibid.*

Poligamus, qui, vt secundum matrimonium contraheret viuente prima vxore, mentitur, seu mutat nomen, præter pœnas, quas ordinariè incurrunt Poligami, damnandi ad triremes in perpetuum. Quod si ad hoc sint inhabiles, fustigandi sunt, & damnandi ad carceres in perpetuum. *Vrban.8. in append. const. 37. Magnum in Christo.*

Poligamia. Vide, *Christianorum obligationes.*

Pollex.

Pollicis vngula carens, si pollex sit fortis, potest esse sacerdos. *De corpore vitiatis, cap. fin. Thomas.*

Pollutio. Pollutus.

Pollutio in somnis non est peccatum; (id est, si non fuit data causa.) *dist.6. cap. Testamentum. cap. Sed pensandum, & cap. Non est peccatum.*

Pollutionem passus in nocte, si animi concussionem sentit, abstinere debet ab Eucharistiæ sumptione. *Dist.6. cap. Testamentum.* Vide, *Eucharistia.*

Polluta Ecclesia, pollutum est cæmeterium. *de consecr. Eccl. in 6. cap.vn.*

Polluto cæmeterio, Ecclesia non polluitur. *ibid.*

Vide, *cæmeterium.*

Polluto cæmeterio vno, quando polluitur aliud contiguum. *ibidem.*

Polluta Ecclesia est rebenedicenda, & quomodo. *De consecrat. Ecclesiæ cap. Proposuisti.*

Etiam si non erat consecrata, dum polluitur est rebenedicenda. *ibid. & cap. Aqua, & c. fin.*

Polluitur Ecclesia per sanguinis effusionem. *de consecr. Eccl. cap. Proposuisti.*

Polluitur Ecclesia per effusionem seminis, vel sanguinis. *concil. Lateran.3. in append. par.50. cap.67.* Sed debet esse publica pollutio. Vide, *Ecclesia polluta.*

Polluitur Ecclesia per sepulturam excommunicati. *de consecrat. Eccl. cap. consuluisti.*

Alia de pollutione Ecclesiæ, & rebenedictione.

Vide, *Ecclesia polluta.*

Pollutio Ecclesiæ, quæ inducit obligationem reconciliationis, debet esse publica per euidentiam, vel per famam: si vero sit occulta, nequaquam. *concil. colonienſe 2. p.9. c.18.*

Polluta Ecclesia, à simplici sacerdote non benedicitur.

Vide, *Sacerdoti prohibita.*

Polonia.

Poloniæ Episcopi, quas, & à quibus possunt procurationes recipere, dum visitant. Sic etiam alij, qui ibi visitant. *Extra, de censibus cap. Vas electionis.*

Pompa.

Pompæ diaboli, quæ sunt. Vide, *Baptizandus.*
Pomparum reformatio pro Vrbe Romę, & statu comprehendens omnes personas distinctè enarratas, facta est *à Sixto V. const.* 52. *Cum in vnaquaque.*

Pondera.

Pondera, & mensuræ iustè seruari debent vbique. *Concil. Arelat.*4. *c.*15. *Concil. Turonen.*3. *c.*45. & pœnæ. *ibid.* Vide, *Mensuræ.*

Pontifex Summus. Pontificale.

Vide, *Papa.* Vide, *Episcopus.*
Pontifex Summus non eget confirmatione Imperatoris. *dist.* 63. *cap. Ego Ludouicus.*
Pontifex, vt coronetur, non eget præsentia Legatorum Imperatoris. *ibid. c. Cum Adrianus.*
Pontifex, quasi via sequentium interpretatur. *Distinct.*21. *c. Cleros.*
Pontifex successor non debet priuare clericos beneficijs obtentis ab antecessore: sed si isti delinquunt, puniantur in persona. 16. *q.* 6. *cap. vlt.*
Pontificale Romanum corrigitur *à Clemente* 8. aliaque abrogantur, & quare. *const.*8. *Ex quo.* eo vtendum. *ibid.*

Populus. Populi.

Populo peccante, quia multitudo puniri non potest, relinquitur vindicta Dei iudicio. *Innocentius* 1. *ep.* 22. *c.* 6. 1. *q.*7. *cap. Quoties.* Sed possunt interdicto puniri. Vide, *Interdictum.* Vide, *Alia in suis locis, quæ interdicto puniuntur.*
Populus non potest reprehendere sacerdotes. 6. *q.*1. *cap. Sacerdotes, & cap. Oues.*
Populi non sunt sequendi, sed docendi. *Cœlestinus* 1. *epist.* 3. *cap.*3. *dist.*62. *c. Docendus.*
Populorum conuocationes, seu placita fieri non possunt in Dominicis, vel alijs festis; nec in Quadragesima. *Concil. Tribur.*1. *c.*35.
Populorum placita fieri non possunt in domibus Ecclesiarum. *De immunitate Eccles. c.*1.
Populorum dictum non adducit consuetudinem, vt populus in causa Ecclesiastica audiatur. *De consuetudine cap. Ad nostram.* Populus Romanus. Vide, *Romanus.*

Portus.

Portus Anconæ fit securus, & immunis à datijs, & gabellis. *Clemens* 8. *const.* 26. *Ex Apostolicæ.*
Anconæ Portum appellentes Mercatores, Orientales præsertim, vel in ea Ciuitate manentes, multis priuilegijs gaudent, franchitijs à gabellis, &c. *Clemens* 8. *constit.* 26. *Ex Apostolicæ.*
Anconitani, quid tenentur facere circa merces ad eum Portum adductas per Mare Adriaticum. *ibid.* §. 6.
Non possunt totum triticum pro se emere; sed emere debent ex nauibus, sicut alij. *ibid.*
Mercatores cò aduentantes non tenentur ad soluendum vectigalia, nisi prius merces vendant, aut aliò deferant. *ib.* §. 6.
Consules Sanitatis Anconæ in aduentu Nauium, nihil possunt decernere circa personas, & naues sine præsentia Gubernatoris Anconæ. *ibid.*
Tres Consules ibi eligendi pro causis Mercatorum, & quomodo debent iudicare. *ibid.* §.11.

Portugallia.

Portugalliæ Episcopi, & alij, quas, & à quibus accipere possunt procurationes, dum visitant. *Extra, de censibus cap. Vas electionis.*

Possessio.

Possessio quadragenaria pacifica turbari non potest. etiam si ad Ecclesiam Romanam, aliquid putatur pertinere. *Gregorius* 1. *lib.*1. *ep.*9. (Sed de præiudicijs Ecclesiæ Romanę, & aliarum, quæ non transeunt in rem iudicatam. Vide, *Ecclesiæ Romanæ priuilegia.*)
Possessio Ecclesiæ tricennalis non potest turbari, vel repeti. *Post Concil. Aruernen. c.*2. *Conc. Emeriten. c.* 8. 16. *quæst.* 3. *cap. Placuit. cap. Post quingentos, & c. Iubemus.* (excipe si per malam dispositionem possideatur. *ibid. cap. Si sacerdotes.*)
Possessione non priuatur absens inauditus. Vide, *Absens.*
Possessio territorij non adimit Conuentum. 16. *qu.*3. *c. Sicut diœcesim.*
Possessionem ingrediens domino ignorante ab ipso domino potest repelli. *de restit. spoliatorum. c. Olim causam.*
Possessiones Ecclesiæ derelictæ à nullo possunt alienari. 16. *q.* 1. *cap. Possessiones.* Vide, *Alienare.* Vide, *Eccles. bona, &c.*
Possessiones obtentæ per malam dispositionem dantis, non præscribuntur spatio 30. annorum. 16. *quæst.*3. *cap. Si sacerdotes.*
Possessionis sententiam obtinens ponendus est corporaliter in possessione, & non sufficit ei dari pignora. *Concil. Later.* 3. *tit. De sententijs cap.*2. *De sent. & re iudicata cap. Cum aliquibus.*
Possessione adiudicata actori, si hic impeditur per potentiam partis ne habeat, elapso anno est verus possessor ipse actor. *Conc. Later.*4. *c.*40. Vide, *Actor* in fine.
Possessione data actori lite non contestata, quid faciendum si intra annum venit reus. *Vt lite contestata. c. fin. §. In alijs.*
In possessionem missus causa rei seruandæ, si mansit per annum, & reus non dat cautionem de stando iuri, est verus possessor. *de eo qui mittitur in possessionem c.*1. *Constitutis.*
Possessionem habenti causa custodiæ, si fructus dissipat, reuocantur dissipati, & sequestrantur. *De sequestratione possess. c. Dilectus filius.*
Possessoris fructus reo appellante, possunt sequestrari, si dissipantur. *ibid. cap. fin.*
Possessio potestatis eligendi sufficit in eligente, vt validè eligat, & hoc sufficit electo probare. *De electione c. Querelam.*
Possessionem conferendi probans in causa beneficij vincit: sed si succumbit procedere potest ad probandum de proprietate. *de causa possess. c. Cum olim.*
Possessionis causam perdens agere potest de proprietate. *ib.*
Possessionis, & proprietatis causæ coram eodem iudice terminandæ sunt. *de possessionibus c.* 1.
In causa possessionis, contra absentem nequit definiri. *ibid.* Vide, *Absens.* Dari potest causa rei seruandæ, si citatus non compareat, nec procuratorem reliquit. *de eo qui mittitur, & c. c. fin.* Sed in causa beneficij hoc non currit. Vide, infra.
Possessio vel quasi possessio iurisdictionis non probatur per hoc, quod pars timens excommunicationem, vel aliud, ab aliquo actu abstinet. *de restit. spoliat. c. Olim inter.*
Possessio capienda impediri non potest à reo in causis Ecclesiasticis, nisi cautionem faciat de stando iuri intra annum. *De dolo, & contum. c.*1.
Possessionem habens causa rei seruandæ, non fit verus possessor post annum, si aduersarius cautionem dedit de stando iuri, vel per eum non stetit, vt daret. *de eo qui mittitur in poss. & c. cap. Cum sicut.*
Possessione alicui data, causa rei seruandæ, si reus dat cautionem de stando iuri, est ei restituenda, donec constet, &c. *ibid. c. Cum veniissent.*
Possessio capienda impediri non potest à reo in causis Ecclesiasticis, nisi cautionem faciant de stando iuri intra annum. *De dolo, & contum. c.*1.

Possessio non dimittitur lite pendente. *Vt lite pendente cap. 1.*
Possessionis, vel prædij conductori quando facienda compensatio ob sterilitatem. *Vide, Conductor.*
Possessio rei seruanda dari non potest litiganti de beneficio ob contumaciam partis absentis, sed fine debito terminanda est causa. *De dolo, & contum. in 6. c. fin.*
Si de possessorio, & petitorio agitur, probationes de vtroque sumuntur: at prius de primo, deinde de alio terminetur. *De causa possessionis, &c. c. Ad vltimum.*
Possessio danda est actori si reus est contumax, sed quæstio de proprietate reseruatur absenti. *De dolo, & contum. c. Pro vt nobis.* Vide *Actor, in fine.*
Possessio beneficiorum collatorum à Papa, quomodo capienda sine impedimento. *Gregorius 13. constit. 19. Ad Romani*, pœnæ impedientium. *ibid.*
Vide, *Beneficiorum possessio.*

Possessor. Possidens.

Possessor rei furatæ tenetur ad restitutionem. *conc. Later. 4. c. 39. de restit. spoliatorum. c. Sæpè contingit.*
Possessor quando tenendus in possessione contradicente parte. *conc. Later. 3. in append. de dolo, &c. c. 4.*
Possessore litigante cum petitore, vterque potest probare, si autem æquè idoneæ sint, præfertur possessor; si verò meliores sunt alterius probationes, illi adiudicatur causa. *concil. Later. 3. de præscriptionibus. c. 2. De causa possessionis &c. c. Ad vltimum.*
Possidens rem, si scit esse alterius, tenetur ad restitutionem. *conc. Later. 4. c. 39.*
Possidens rem alieno nomine, non præscribit. *de præscriptionibus rerum possess. c. Si diligenti.*
Possidens proprio nomine, non præscribit, nisi habeat iustum titulum. *ibid.*
Possessor malæ fidei, numquam præscribit. *De regulis iuris cap. 2.*
Possessor est, qui desijt dolo possidere. *De regulis iuris in 6. reg. 36.*
Possidentis conditio est potior in re communi. *ibid. reg. 56.* Item in pari causa. *ibid. & reg. 65.*
Possessore obiiciente præscriptionem, quid agendum. *De probationibus. cap. Ex literis.*

Posterior.

Posteriores non sunt præponendi prioribus, nisi vita hos accuset. *Dist. 74. Episcoporum etiam.*

Postulare. Postulatio.

Postulare qui possunt, & qui non. *3. q. 7. cap. Infames.* Vbi multa habes de postulationibus.
Postulari non potest incapax. *de postulat. c. 1.*
Postulari non potest ab aliqua Ecclesia, qui violat interdictum. *ibid. c. 1.*
Postulari potest Episcopus in Archiepiscopum, non autem eligi. *ibid. c. vltimo.*
Postulationem cassatam à Papa supprimens, non potest eligere. *De postulat. c. Gratum.*
Postulatio, in qua attenditur vtilitas priuata, non est admittenda. *ibid. c. Bonæ memoriæ.*
Postulatio facta à minori parte, quam tertia, non est admittenda. *ibidem.*
Postulatione facta ad Papam, non potest ab ea recedi. *de postulationibus. c. Bonæ memoriæ il 2.*
Postulantes, si ante admissionem postulationis recipiunt postulatum in gubernio, priuantur iure eligendi, & electio deuoluitur ad Papam. *de electione. c. Bonæ memoriæ.*
Postulatio per electionem, & è contra electio cum postulatione, est nulla. *De postulat. in 6. c. vn.*
Postulari non potest ad Ecclesias minor 27. annorum, & pœna postulantium. *Extra, de postulat. c. vn. Dispendijs.*
Postulatione facta quando fieri potest electio, & quando non. *De elect. c. Scriptam est.*
Postulantes in discordia, quid tenentur agere. *De electione in 6. cap. Cupientes.*
Postulationem alicuius impugnans, si deficit, priuatur per triennium omnibus beneficiis quæ habet in ea Ecclesia. *ib. c. Si Compromissarius.* Vide, *Electus, in fine.*

Potestas.

Potestas prima seu suprema, quæ reperitur in mundo, est in Romano Pontifice. *conc. Parisien. 6. lib. 1. c. 3.* Vide, *Papa.*
Potestas imperialis est sub potestate Papæ. *ibid. conc. Parisien. 6. c. 3.* Vide, *Papæ potestas.*
Potestas superiorum corrigenda est ratione. *11. q. 3. c. Cum apud.*
Potestatibus superioribus obediendum est. *23. q. 5. c. Si apud carnales.*
Potestas quæcumque temporalis subdita est spirituali. *Extra, de maiorit. & obed. c. Vnam sanctam.*
Potestas spiritualis potest constituere temporalem, & eam iudicare. *ibid. Vnam sanctam.*
Potestas spiritualis minor iudicatur à maiori. *ibid.* Vide, *Inferior.* Vide, *Minor.*
Potestate vel priuilegio abutens priuandus est illis. Vide, *Abutens.*
Potestas ligandi, & soluendi in spiritualibus non est extra Ecclesiam. Vide, *Ligare.* Vide, *Vnitas.*
Potestas spiritualis est maior carnali. *De maiorit. & obedien. cap. Sollicite, & c. Omnes.*
Potestas Episcoporum est maior omni alia, etiam imperiali. *ibid.* Vide, *Episc.*
Potestatem habens eligendi, non potest se ipsum eligere. *de institutionibus c. fin.* Vide, *Electio.*
Potestatem habens conferendi beneficium, non potest sibimet conferre, vel retinere. *de excessibus Prælatorum. cap. Ad aures.* Vide, *Patronus.* Vide, *Electio.*
Potest quis per alium, quod potest per se ipsum. *de regulis iuris in 6. reg. 68.*

Praga.

Pragæ in Bohemia erigitur Collegium pro 20. adolescentibus Germanis. *Vrb. VIII. constit. 66. Quoniam.* Decernitur vnde amouendi, quomodo regendi. & reditus ex Camera Apostolica assignantur.

Præbendarius. Præbenda.

Præbendarius vni tantum Ecclesiæ potest inseruire. *dist. 70. cap. Sanctorum.*
Præbendario quandoque potest onus imponi. *de præbend. &c. cap. Significatum.*
Præbenda vacans potest diuidi in duas, si reditus sufficiant, & à quo. *ibid. c. Vacante.*
Præbendæ non possunt diuidi pro integratione alicuius. *ibid cap. Cum causam.*
Præbendæ dari possunt, etiam ignobilibus, & literatis; etiam si consuetudo sit in contrarium. *de præbend. &c. cap. Venerabilis.*
Præbendam habens, si impetrat aliam, vel dignitatem, vacat prima, quæ impetrari potest ab alio, etiam tacita possessione alterius. *de concessione præb. c. Literas vestras.*
Præbendæ non possunt cum pacto permutari. *de rerum permutatione c. Quæsitum.*
Præbendam impetranti non debetur illa, quæ vacat per mortem Episcopi præbendarij. *de præbend. &c. in 6. cap. cum in Ecclesia.*
Præbendam non sacerdotalem Papa mandante dare alicui, non potest ei dari sacerdotalis. *ibid. c. cui.*
Præbendam integram, Papa mandante dari alicui, non potest ei dari media, etiam si tales sint. *ibid.*
Præbendam certi valoris, Papa mandante dari, non potest dari minor. *ibid.*
Præbenda sacerdotalis dari non potest, nisi apto ad sacerdotium. *de præbendis, &c. in 6. c. Ei cui.*

Præben-

Præbendam ex gratia Pontificis pluribus expectantibus, quis præferendus sit. *De conceſſ. præb. in 6. c. Authoritate.*
Præbendam habens ab Episcopo non potente eam dare, si ille nescit, prouidendus est de prima vacante, alias nulla est collatio ista. *De præbend. &c. c. Inter cætera.*
Præbendæ collatio ei, qui alias habet, est nulla. *ibid. c. Cum iam dudum.*
Ad vnam præbendam, duo non possunt eligi. *ibid. cap. Dilecto filio.*
Præbenda conferri non potest à Capitulo, sede Episcopali vacante. *Honorius 3. ex Cirone, tit. Vt sede vacante c. 1.*
Præbendæ, si tenues sunt, vniri possunt cum cappellis. *de præbend. &c. c. Exposuisti.* Vide, *Canonici quo ad præbendam.*
Præbendarius non tenetur ad homagium, nec potest illud facere. *De simonia cap. Ex diligenti.*
Præbendas duas, idem non potest tenere, non obstante consuetudine. *de consuetudine in 6. c. 1.* Vide, *Dignitas.*
Præbendæ duæ, etiam in duabus Ecclesijs ab eodem clerico teneri non possunt. *Conc. Claram. c. 12. Conc. Later. 3. in append. tit. Vni plura c. 1.* Nisi per medietatem anni personaliter inseruiat in illis. *Concil. Lateran. 3. ibid.* Vide, *Dignitas.*
Præbendarum optatio à maioribus gradatim est licita, vbi est consuetudo. *ibid. cap. finali.*
Præbenda annexa Parochiæ potest ab eodem teneri. *de præb. &c. in 6. cap. Super eo.*
Præbendę collatio facienda iuxta antianitatem, in impetratione beneficij, non iuxta acceptationem, vel præsentationem literarum. *ibid. cap. Eum, cui.*
Præbenda primò vacatura concessa ex gratia Papæ, non intelligitur de ea, quam habet Episcopus. *De præb. &c. in 6. c. Cum in Ecclesia.*
Præbendam secundam obtinens ratione dignitatis obtentæ, perdit primam. *Clement. de præb. &c. c. fin.*
Præbendæ vacantes in curia, à Papa conferendæ. *Extra, de præb. &c. c. Ad regimen.*
Præbendarum numerus non potest sine causa restringi. *De const. cap. Ex parte.* Vide, *Canonici quo ad numerum.*
Præbendam obtinens per pecuniam, non potest eam retinere. *Gregorius 7. lib. 5. epist. 1.* Vide, *Simonia.* Vide, *Beneficia, &c.*
Præbendam vendens Episcopus, suspenditur ab officio. *Concil. Rom. 5. sub Greg. 7. c. 4.*
Præbenda non potest diuidi immediatè in duas. *Conc. Later. 3. ibid. c. 4.* Neque etiam curatæ. *ibid.*
Præbendam renunciare non potest Archidiaconus. *conc. Later. 3. ibid. c. 7.*
Præbenda intra sex menses conferenda est. *Honorius 3. ex Cirone, de conceſſ. præb. c. 2.*
Præbendarius receptus in capitulo non tenetur soluere pro antecessoribus. *Conc. Colon. 2. par. 3. c. 22.*
Ad præbendas electi, præsentati, vel recepti, nihil debent soluere. Vide, *Beneficia, &c.*
Si præbendæ sint tenues, quid agendum.
Vide, *Canonici quo ad numerum.* Vide, *Beneficia.*
Præbendarum prouisiones fiant, sicut statutum est in fundatione. alias subreptitiæ censeantur. *Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 5.*
Præbendæ Magistrales, Doctorales, Theologales, Presbyterales, Diaconales, Subdiaconales prouideantur, sicut sunt institutæ, & cum eisdem conditionibus, alias irritæ sunt prouisiones. *ibid.*
Præbendæ tenues, quando possunt supprimi. Vide, *Canonici quo ad numerum.* Vide, *Dignitas.* Vide, *Papæ rescripta.*

Precaria.

Precariæ rerum Ecclesiasticarum non fiant. *10. quæst. 2. cap. Precariæ.*
Precariæ in quinquennium renouandæ. *ibid.* (Factæ ab inuasore rescindendæ sunt. *12. quæst. 2. cap. Precariæ.*) *De precarijs cap. 1.*
Precariæ factæ ab antecessore mutari possunt à successore, & quando. *De precarijs. cap. De precarijs.*
Precariæ quando possunt recusari. *ibid. cap. finali.*
Precariæ soluuntur per mortem eius, qui obtinuit. *ibidem. cap. fin.*
Precariæ possunt reuocari etiam à concedente, & quando. *ibidem.*
Precariæ factæ Sede Apostolica vacante, nullæ sunt. *Concil. Meldense cap. 21.*
Precariæ, de quibus rebus fieri possunt. *Conc. Meldense c. 22.*
Vide, *Clerici quo ad redditus.*

Præcedere. Præcedentia.

Præcedendi ordo in Concilijs, &c. *Dist. 17. cap. vlt.* Vide, *Concilium.*
Præcedentiæ lites inter Religiosos diuersos per Episcopum terminandæ sunt. *Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 13. Conc. Mediol. 1. par. 2. tit. de Processionibus.*
Præcedendi ordo inter Confraternitates seruandus, est, vt illa præcedat, quæ prius vsa est sacris in loco. *Gregorius XIII. const. 84. Exposcit.*
Præcedendi ordo inter Regulares, & Confraternitates. Vide, *Regulares quo ad processiones.*
Præcedentiæ lites inter fratres Ioannis Dei, & Mendicantes, terminatur cum perpetuo silentio. *Vrbanus VIII. constit. 76. Commissi.*

Præcepta.

Præcepta Dei non sunt impossibilia. *conc. Senon. c. 17. concil. Mogunt. 4. c. 9.* cum diuino auxilio possunt obseruari. *ibid. & conc. Trident. sess. 6. cap. 11. & can. 18. Innocentius X. const.* quæ incipit. *Cum occasione. dat. vlt. May 1653. & Alexander VII. constit. Ad sanctam, data die 16. Octobris 1656.*
Præcepta Dei sunt magis possibilia renatis post baptismum, & iustis, & eo magis quò maiorem habent gratiam. *concil. Moguntin. 4. c. 9. conc. Tridentin. sess. 6. can. 18.*
Præcepta Dei non inuitè, sed liberè obseruantur. *conc. Moguntin. 4. cap. 9.* Vide, *Adiutorium.* Vide, *Liberum.* Vide, *Deus, in fine.*
Præcepta Dei in Euangelio non sunt indifferentia. *conc. Trid. sess. 6. can. 19.*
Si præceptum fiat sub disiunctione, & vnum reperiatur, aliud non, præceptum habet effectum suum. *De rescriptis cap. Inter cæteras.*
Vide, *Adiutorium.* Vide, *Deus.* Vide, *Liberum.* Vide, *Gratia.* Vide, *Opera.* Vide, *Homo.*

Præceptoriæ.

Præceptoriæ, quas habent Milites, seu Equites S. Ioannis Ieroſolymitani, vacant cum fiunt Episcopi. *Gregorius XIII. const. 82. Controuersia.*

Preces.

Preces recitandæ in Ecclesia debent esse ab ea approbatæ. *concil. carthag. 3. cap. 23. conc. Mileuit. c. 12.* aliæ non possunt dici. *ibidem.*
Preces in Ecclesia faciendæ sunt pro pace inter Principes; pro extirpatione hæresum; pro Papa, pro Regum conseruatione, &c. *conc. Senon. in decr. morum c. 1.*
Vide, *Oratio.* Vide, *Rogationes.* Vide, *Litaniæ.*

Prædator.

Prędatores possunt excommunicari ab alieno Episcopo. *6. q. 3. c. Placuit, vt pro communi, & cap. de illis.*
Vide, *Raptores.* Vide, *Fures.* Vide, *Latrones.*

Prædestinatio. Prædestinatus.

Prædestinatio, seu prædeterminatio ad malum, non fit à Deo. *conc. Arausican. 2. c. vlt. conc. Valent. 2. cap. 3. conc. Trid. sess. 6. can. 17.*

Prædestinatio, qua Deus eligit aliquos, est ex Dei misericordia, & præcedit meritum bonum: reprobatio verò est ob præscientiam meritorum. *Conc. Valent. 2. c. 2.*

Prædestinatio filiorum Dei facta est ante mundi constitutionem. *De pœnit. dist. 4. c. 9. Benedictus. c. 11. In domo.*

Prædestinati saluantur labore, quatenus postulando merentur accipere, quod ei omnipotens Deus ante sæcula disposuit donare. *23. q. 4. cap. Obtineri.* Et quæ Sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, vt precibus obtineantur. *ib.*

Prædestinatis ad gloriam omnia proficiunt in bonum, etiam dum deuiant, & postea resurgunt. *De pœnit. dist. 2. c. 27. Talibus.*

Prædestinatis datur à Deo perseuerantia. *De pœniten. dist. 4. cap. Si ex bono.* Vide, *Perseuerantia.*

Prædestinati non sunt insolubiliter vniti cum Christo, & Ecclesia, quia possunt cadere, & recedere. *Conc. Constantiense contra art. 21. Ioannis Huss.*

Prædestinatio alicuius certò sciri non potest in hac vita, absque Dei reuelatione. *Conc. Trid. sess. 6. c. 12. & can. 16.*

In doctrina de Prædestinatione, & præscientia deferendum est SS. Augustino, Cypriano, Ambrosio, Hilario, & Hieronymo. *Conc. Valent. 2. c. 1.* Vide, *præscientia.*

Prædia.

Prædia in primitiua Ecclesia vendebantur ad egenos subleuandos. *12. q. 1. c. Futuram:* & ex tempore Constantini cœpit possessio retineri. *ibid. c. videntes. c. Habebat.*

Prædicatores, eorumque obligationes.

Prædicatores sunt pennata animalia Ezechielis. *De pœniten. dist. 2. cap. pennata.*

Prædicator non prædicans semen Verbi Dei, damnatur. *Dist. 43. cap. dispensatio.*

Prædicator priuans populum necessarijs, Deum irritat: & Deus illi irascitur. *Distin. 45. cap. Sed illud. 16. q. 1. cap. Apostolicis.*

Prædicatore non corripiente populum, sed palpante, Deus irascitur. *Dist. 45. cap. Sed illud.*

Prædicator debet se accommodare captui, seu capacitati audientium. *8. q. 1. c. Oportet. Conc. Colon. 2. p. 6. c. 8.*

Prædicatore prædicante, qui ab auditorio exibat (olim) excommunicabatur. *De consecr. d. 1. cap. Sacerdote.*

Prædicatores non debent legere libros contagiosos, vel de hæresi suspectos. *Conc. Mogunt. c. 51.*

Prædicatores instituendi in locis per Episcopum, si ipse non potest prædicare. *Conc. Lat. 4. c. 10. Conc. Arelat. 4. c. 10.*

Prædicatores fidei dandi sunt Iudæis. *Nicol. 3. constit. 1. Vineam.* Vide, *Iudæi.*

Prædicatores instituti non debent, nisi sint ætatis 30. annorum, etiam regulares. *conc. Rauenn. 2. sub Clemente V. cap. 13.* Sint graues, maturi, & docti. *conc. Senon. in decr. morum c. 35. Extra, de priuil. cap. inter cunctas.*

Prædicatores tenentur prædicare Sacram Scripturam receptam, & recipiendam à S. Ecclesia, & à Doctoribus Ecclesiæ approbatis. Sub pœna excommunicationis reseruatæ Papæ. *conc. Later. 5. sess. 11. const. 1. conc. colon. 2. par. 6. cap. 20.*

Prædicatores deuiantes à communi sensu patrum in exponendis Sacris Scripturis, ab Ordinario corripiendi, & à ministerio abijciendi. *conc. Mogunt. 4. c. 50.*

Prædicatores non possunt redarguere aliquem expresso nomine in actu prædicandi. *conc. Lateran. 5. sess. 11. const. 1.* Sub pœna excommunicationis Papæ reseruatæ. *ibid. conc. Treueren. cap. 4.*

Prædicatores non possunt prædicare somnia, & fabulas pro rebus veris, & serijs; neque sensum falsum Sacræ Scripturæ. & pœnæ. *Reformatio cleri Germaniæ c. 1.*

Vide, *Sacra Scriptura.*

Prædicatores non inuehantur contra magistratum, vel Episcopum coram populo. *conc. colon. 2. p. 4. c. 9. conc. Mediol. 1. tit. de prædicatione Verbi Dei.*

Prædicator fidelis ille est, qui annunciat Euangelium, virtutes, gloriam, æternam pœnam, Christum Iesum, charitatem, pœnitentiam, & his similia. *Conc. Colon. 2. p. 6. c. 4. 5. & 6. & par. 7. cap. 31.*

Prædicator cum magna cautela incedat, dum vitium reprehendit, nè auditor in aliud extremum incidat. *ibid. c. 7.*

Vitia tantum de suggesto reprehendi debent, non personæ. *Conc. Colon. 2. ibid. c. 15.*

Prædicatores non debent multum morari in historijs, etiam si sint Sanctorum; sed maiorem partem dare debent Euangelio. *ibid. cap. 23.*

In fine faciant Epilogum, vt in populi memoria, firmetur concio. *ibid. c. 25.*

Hortentur in fine ad orandum pro defunctis. *ibid. c. 27.*

Prædicatores hortari debent populos ad soluendum decimas. *De decimis in 6. c. 1.*

Prædicatores illi admittendi sunt, qui sunt ab Ordinarijs approbati. *Conc. Mogunt. 4. c. 49.*

Prædicatores prouidendi de victu, & vestitu. *Conc. Colon. 2. par. 8. c. 2. Conc. Mediol. 1. tit. de Prædicatione Verbi Dei.* Eleemosynæ eorum de beneficijs accipiantur: & si hæc tenuia sunt, de largitione laicorum. *ibid.*

Prædicatores Regulares. Vide, *Regulares.*

Prædicatores non quiuis admittantur, etiam si eloquentes; sed qui sacra doctrina possunt pascere. *Conc. Treueren. c. 3.*

Prædicatores non vacent quæstui, discordijs, vel ambitioni; sed in prædicando Euangelio. *ibid. c. 4.*

Prædicator audiens aliquem dicentem hæresim, vel aliud scandalum, aduertens, ad Episcopum, Vicarium, vel Inquisitorem referat. *ibid. c. 4. conc. Senon. in decr. mor. c. 35.*

Prædicatores tenentur hortari, & obligationem aperire de seruandis traditionibus, consuetudinibus, & præceptis, ac statutis Conciliorum. *ibid. c. 4. conc. Senon. in decret. morum cap. 35.*

Prædicatores non detrahant Prælatis, aut Sacerdotibus: neque populos ab eorum obedientia retrahant, aut à soluendis decimis, alias ab officio suspendantur. *Conc. Senon. ibid.*

Prædicatores ordinarij sunt Episcopi, Rectores Ecclesiarum, & Parochi; qui si impediantur, alios substituant. *Concil. Colon. 2. par. 4. c. 6.*

Prædicator prædicans scandala, aut errores; in qualibet Ecclesia; ab Episcopo remoueatur ab officio prædicandi. *concil. Trid. sess. 5. de reform. c. 2.* etiam si exemptus sit.

Prædicatore prædicante hæreses, Episcopus procedat, vt de iure. *ibid.*

Prædicator non debet proponere quæstiones difficiles populo rudi. *conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 4.*

Prædicatores loquentes cum excommunicatis, non sunt excommunicati. *De sent. excommunic. c. cum voluntate.* & *Prædicatores.* Etiam si petant eleemosynam excomm. non incurrunt, si non habent vnde viuant. *ibid.*

Prædicatores euntes Iapponium, vel in Indiam Orientalem, ad quid tenentur. Vide, *Regulares euntes in partes infidelium.* Vide, *Regulares circa prædicationes.*

Prædicare qui possunt; & qui debent interesse, ac quomodo.

Prædicari potest in qualibet lingua. *Ioannes 8. ep. 195.*

Prædicare nullus potest, nec publicè, nec priuatè, sine licentia Papæ, vel Episcopi Catholici. *Conc. Later. 4. c. 3.* sub pœna excommunicationis. *ibid.* & *conc. Rauenn. 2. sub Clem. V. c. 9. conc. Constantiense contra art. 14. Wicleff. de hæret. cap. Excommunicamus. §. Quia. Leo X. constitut. 21. Supernæ.*

Prædicare non permittatur conuersis ad fidem ex Iudæis, vel Saracenis; nisi benè examinati, & probati inueniantur. *conc. Sabin. cap. 22.*

Prædicare non possunt Sacerdotes excommunicati. *Concil. Constantien. contra ar. 17. & 18. Ioannis Huss.*

Prædicare non possunt laici, aut mulieres. *conc. constantiense sess. vlt. in constitut. Martini V. circa fin. conc. Treuer. cap. 2.* sub pœna excommunicationis. *ibidem. De hæret. cap. Excommunicamus. §. Quia verò. & cap. Sicut in vno.*

Prædi-

Prædicare non possunt sacerdotes simplices, nisi mittantur. *concil. constantiense vbi supra.*
Prædicare nullus potest in alio loco, quam in Ecclesia. *conc. Turon. 4. c. 6.*
Prædicationem in Ecclesia omnes possunt audire, Gentiles, Iudæi, & hæretici. *conc. carthag. 4. c. 82. & 84.*
Prædicare nemo potest, nisi à suo superiore respectiuè examinatus, & approbatus; id est sæcularis clericus ab Episcopo; regularis à suo superiore; & literas patentes habeat de sua idoneitate, & approbatione. *conc. Later. 5. sess. 11. const. 1.* sub pœna excommunicationis. *ibid. Leo X. const. 21. Supernæ. conc. Mogunt. 4. c. 49.* & in regularibus sufficit approbatio suorum superiorum. *ibid. conc. colon. 2. part. 4. c. 7. concil. Trident. sess. 5. de reform. cap. 2. & sess. 24. de refor. cap. 4.*
Nullus, siue Religiosus, siue alius, prædicare potest sine licentia Episcopi obtenta. *concil. Senon. in decret. morum c. 35. conc. Tolet. 22. c. 13. Reformatio cleri Germaniæ c. 1.* (alias non admittatur.) *conc. Mogunt. 4. cap. 49. concil. colon. 2. par. 4. c. 5. & 6. conc. Treueren. c. 2.*
Prædicare nullus potest, nisi Ordinarij, Parochi, & ipsorum cooperarij: & qui contra faciunt, sunt seditiosi. *concil. colon. 2. par. 4. c. 14.*
Prædicationis tempore, in Ecclesia non dicantur missæ. *concil. colon. 3. tit. censuræ c. 19.* Vide, *concio. conc. Mediol. 1. par. 1. tit. De Prædicatione Verbi Dei.*
Prædicationis tempore prohibeantur populi stare otiosi in foro. *conc. Treuerense c. 10.*
Prædicare non permittantur, qui sub nomine Regularium viuunt extra claustra. *conc. Trid. sess. 5. de refor. c. 2.*
Prædicare non possunt quæstores, seu eleemosynarij, nec alij per eos. *ibid.*
Prædicare non possunt laici. Vide, *Laicis alia prohibita.*
Prædicare tenentur Episcopi, & hoc est præcipuum eorum munus: per se, vel per alios id facere debent. *concil. Trid. sess. 24. de refor. cap. 4. conc. Mediol. 1. tit. de Prædicatione Verbi Dei.*
Prædicare tenentur Parochi per se, vel per alios. *ibid. concil. Trident. & Mediol.*
Prædicandum est per annum in Dominicis diebus. Tempore Aduentus, & Quadragesimæ omni die, vel ter in septimana. *ibid. c. 4.* Vide, *Quadragesima.*
Prædicationi interesse tenentur Episcopi non impediti, canonici, clerici, & alij eiusdem Ecclesiæ. *conc. Mediol. 1. par. 1. tit. De Prædicatione Verbi Dei.*
Prædicationis tempore viri maneant à mulieribus distincti, & hęc sit Episcopi cura; qui in necessitate vti potest brachio sæculari, vt hoc executioni mandetur. *ibid.*
Vide, *Regulares circa prædicationes.*

Prædicari prohibita.

Prædicari non potest determinatum tempus futurorum, vt Antichristi, vel Iudicij; neque vanæ reuelationes de his, vel alijs, sub pœna excommunicationis reseruatæ Papæ. *conc. Later. 5. sess. 11. const. 1. conc. Mediol. 1. tit. de Prædicatione Verbi Dei.* Vide, *Iudicium.* Vide, *Futura.*
Prædicari non possunt nouæ inspirationes, vel reuelationes, nisi à Papa, vel loci Episcopo sint examinatæ, & approbatæ, sub pœna excommunicationis reseruatæ Papæ. *concil. Later. 5. ibid.*
Prædicari non possunt doctrinæ ab Ecclesia non receptæ, fabulæ, vel prophana eloquia; neque scommatis, & conuitijs in prædicatione vtendum. *conc. colon. 2. par. 6. c. 13.*
Prædicari non possunt dubia pro certis; neque apocrypha; neque comica; neque anilia; fabulæ, obscenitates, aut quæ risum mouent; sed quæ lachrymas. *conc. Treueren. cap. 4. Tridentin. sess. 24. de refor. c. 4.*
In Prædicatione citari non debent profanæ leges non necessariæ; neque Poetarum authoritates; neque agitari quæstiones subtiles, inanes allegoriæ, ridicula dicta, &c. similia. *conc. Senonense in decr. morum cap. 35. conc. Trident. ibid. Mediol. 1. tit. De Prædicatione Verbi Dei.*
Prædicari non possunt miracula, non probata fide Scriptoris. Vide, *Miracula. Concil. Mediolan. 1. tit. De Prædicatione Verbi Dei.*
Non ferenda hæreticorum argumenta coram imperito populo. *ibidem.*
Non publicandæ indulgentiæ, nisi de Episcopi consensu. *ibid.*
Non prædicandum de nocte, sed tempore præscripto ab Ordinarijs. *ibid.* Vide, *Regul. circa prædicationes.*

Præesse.

Præesse tantum desiderans, & non prodesse, non potest esse Episcopus. *8. quæst. 1. cap. Qui Episcopatum.*
Vide, *Prælatus.* Vide, *Superior.*

Præfatio.

Præfationes missæ nouem tantum sunt, & quæ. *De consecr. dist. 1. c. Inuenimus. Pelagius 2. ep. 9.*
In præfatione dicitur *sursum corda*, vt fideles remoueant à se omnia aliena. *de consecr. dist. 1. c. Quando.*

Præfecti. Præficiendi.

Præfectus Annonæ in Vrbe. Vide, *Annona.* Iurisdictio eius, & obligationes. *Gregorius 13. const. 35. Inter cæteras.*
Præficiendi in Ecclesiis, &c. iura præficiendorum obseruare tenentur. *Clement. de ætate, & qualit. & c. præficiend. c. 1.*

Prælati, qui sint instituendi, &c. alia.

Vide, *Episcopus, & omnia de Episcopo.*
Prælatus fieri non debet, qui cupit præesse non prodesse. *8. q. 1. c. Qui Episcopatum.*
Prælaturæ, fugientibus dandæ sunt, non petentibus. *8. q. 1. cap. In scripturis.*
Prælaturam petens ab hominibus, est mercenarius. *8. q. 1. cap. Sunt in Ecclesia.*
Ad Prælaturas, & dignitates nequit assumi minor 27. annorum. Pœna postulantium, & postulatorum. *Extra, de postulatione c. vn.*
Prælati, qui in Concilio Tridentino fuerunt, multa obtinuerunt priuilegia, & notabllia. *Pius 4. const. 28. Circumspecta.*
Causæ contra eos motæ, fuerunt suspensæ, donec finiretur Concilium. *ibid.*
Prælatus non pollens scientia, & sanctitate, vilissimus habendus est. *1. q. 1. c. Vilissimus.*
Prælatus alicuius Ecclesiæ ex consuetudine eligi potest de gremio alterius. *de consuetud. c. Cum dilectus.*
Prælatus Ecclesiæ Collegiatæ debet eligi, non alio modo præfici. *de electione, &c. c. Nullus.*
Prælato, quando obediendum, & quando non. Vide, *obedientia.*
Prælato nequit à subdito præscribi obedientia. *de præscript. c. Cum non liceat. & c. Cum ex officij.*
Prælato suspendente aliquem hic non potest promoueri inuito Prælato. *conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 1.*
Prælatus cum maiori parte capituli potest decernere, vt canonici fabricæ subueniant. *de his, quæ fiunt à maiori parte, &c. c. Ex parte tua.*
Prælatus visitans, quot equos habere potest, & quas expensas percipere. *de censibus c. Cum Apostolus.* Vide, *Episcopus quo ad procurationes.* Vide, *Procuratio.* Vide, *Visitans.*
Prælati causa, coram quo tractanda. *de accusat. c. Illa.*
Prælatus potest clericum subditum carcerare. & carcerantes de mandato eius, non incurrunt excommunicationem. *de sent. excommunic. c. Vt famæ.*
Prælati habentes iurisdictionem sæcularem, dum eam committunt, si ex ea sequitur pœna sanguinis, non fiunt irregulares. *Ne clerici in 6. c. fin.*
Prælati, vt Episcopi, & alii superiores inferiores, possunt sibi eligere confessorem. *de pœnit. & remiss. c. fin.*
Prælati exempti, etiam possunt sibi eligere confessorem. *ibid.*
Prælati, vt Episcopi, & similes superiores, numquam incurrunt sententiam interdicti, vel suspensionis, nisi expresse de eis fiat mentio. *De sent. excom. in 6. c. Quia periculum.*

Prælati assistentes Capellæ Papæ. Vide, *Assistens*.
Prælati panem habentes à palatio Papæ pro persona sua, non ratione officij, sunt eius veri commensales. *Iulius 3.const. 21. Sanctissimus*.
Prælati Romanæ Curiæ quibus priuilegijs, gratijs, & franchitijs cameralibus gaudent. *Paulus V. constit.11. In maximis §. 12.*
Prælati domestici Papæ exempti sunt à gabellis, & oneribus Cameralibus, nec includuntur in reuocatione ab Innocentio X. facta. *Innocent.X. const.7. Et si ea. Alexander 7. const.* quæ incipit, *In sublimi. data 22. Augusti 1656.*

Prælatorum obligationes.

Vide, *Episcopus*. Vide, *Præfectus*. Vide, *Superior*.
Prælati miscere debent seueritatem cum misericordia. *dist. 45. c. Disciplina, c. Omnis, c. Et qui*.
Prælatus singulis debet prodesse. 8. *q.1. c. Clemens*.
Prælatus non puniens delicta, grauiter offendit. 23. *q.4. c. Si is, qui Prælatus*. Vide, *Errare*. Vide, *Malum*.
Prælatos negligens, Christum non diligit. 25. *q.1. c. Diuinis*.
Prælatus prædicare debet diuinum Verbum, aliter damnatur. *Dist.43. c. vlt.*
Prælati debent esse meliores alijs, quibus præfecti sunt. 8. *q. 1. c. Qualis enim, & c. Nec sufficere*.
Prælati tenentur ad residentiam, nec possunt supplere per alios. Vide, *Episcopus quo ad residentiam. Conc. Moguntin.4. c.71.*
Prælatus infamatus de simonia, purget se iure iurando, &c. Alij debent iurare pro eo, quod scilicet dicat verum. & isti dicuntur compurgatores. *de purgat. canonica c. Quotiens, & c. De testibus*.
Prælatus se purgans, quomodo debet iurare. *ibid. c.fin.*
Prælati venientes ad curiam, non possunt inde discedere sine Papæ licentia. *Extra, de maiorit. & obedient. c. Vt Prælatorum*.
Non possunt latenter accedere ad curiam, nec recedere sine licentia, alias vt infideles iudicantur, & puniuntur. *ibid. c. Et si deceat*. Pœna. *ibid.*
Venientes Romam, prius omnibus palatium Papale visitent. *ibidem*.
Non possunt extra Diœcesim pernoctare, absque superiorum licentia. *ibid.*
Prælati tenentur habere curam populorum, alias excommunicentur. *Conc. quod dicitur Apost. c.58.*
Vide, *Ecclesiarum Prælati, Rectores, &c.*

Prælatis prohibita.

Vide, *Episcopus*. Vide, *Superior*. Vide, *Præpositus*.
Prælati non sint percussores, alias priuentur. *dist.45. c. Episcopum, c. Cum beatus*.
Prælati non verberibus, sed verbis corripere debent subditos. *dist.45. c. Cum beatus*.
Prælatis contra Dei legem præcipientibus, non est obediendum. 11. *q.3. c. Iulianus, & c. Qui resistit*.
Prælatus non malè vtatur potestate, alioquin alios soluens se ipsum ligat. 11. *q.3. c.Plerumque*.
Prælatus negligens, Christum non diligit. 25. *quæst.1. cap. Diuinis*.
Prælatus, nec semper loqui, nec semper tacere debet; sed pro opportunitate facere vtrumque. *Dist. 43. c. Sit Rector*.
Prælatus, nec multum, nec inordinatè loqui debet. *ibid.* Vide, *Superior*.
Prælatus non debet tacere veritatem ob persecutionem. *Dist. 43. c. Scimus*.
Prælatus non increpans delinquentes, non est mundus à sanguine eorum. *dist.43. c. Ephesijs*. Vide, *Errare*. Vide, *Malum*.
Prælatus non excusatur ab ignorantia in peccatis subditorum. *de regulis iuris c. Quamuis*.
Prælati, & alij clerici, vti non possunt vestibus cum manicis sub cubito pendentibus: neque cum ijs, & superpelliceis adesse possunt diuinis officijs, sub pœna priuationis fructuum beneficiorum per mensem. *Conc. constantiense sess. 43. in fine*.
Prælati non possunt punire delicta subditorum pœna pecuniaria. *Conc. Mogunt.4. c.77.* Vide, *Pecuniaria pœna*. Vide, *Pœna*. Vide, *Clerici*.
Prælati non possunt subditos suspendere, vel excommunicare, nisi præuia monitione. *De appellat. &c. c. Reprehensibilis. De sent. excom. c. Sacro*. Vide, *Censuræ*.
Prælatus sine consensu Capituli, negotia non faciat. *De his, quæ fiunt à Prælat. &c. c. Nouit tua, & c. Quanto*.
Prælatus non potest obligare Ecclesiam suam pro alienis debitis, sub pœna suspensionis ipso facto. *de solutionibus cap. Si quorumdam*.
Prælati non possunt exigere taxas à subditis; sed in necessitate solum auxilium, & quomodo. *De censibus c. Cum Apostolus §. prohibemus*.
Non possunt grauare subditos, alias puniantur. *de excessibus Prælator. c.1.* Vide, *Episcopus circa procurationes*.
Prælati non possunt exigere procurationem vltra debitum; alias ad restitutionem teneantur. *de immunit. Eccles. cap. Quia plerique*. Vide, *Episcopus quo ad procurationes*.
Prælati Ecclesiastici non possunt dare pœnam sanguinis. *de raptoribus c. in Archiepiscopatu*.
Prælati non possunt pro se retinere beneficia, quæ possunt alijs conferre. *De excessibus Prælator. c. Ad aures*.
Prælati non possunt à subiectione alicuius auferre Ecclesias ei subiectas. *ibid. c. Ad hæc*.
Prælati non possunt grauare Religiosos. *ibid. c. Nimis iniqua, & c. Nimis praua*.
Prælati grauantes Religiosos, grauiter puniendi. *Clement. de excessibus Prælatorum*.
Prælati non possunt exigere pecunias pro defendendis criminosis. & pœnæ. *De pœnis c. Licet iuxta*.
Prælati non possunt subditis interdicere, ne manifestent statum Ecclesiæ superioribus. qui hoc faciunt, grauiter puniantur, & subditi non tenentur obedire. *De offic. Iudicis ord. in 6. c. Quia plerique*.
Prælati, & Abbates infra Episcopos, qui vtuntur mitris, non possunt eis vti cum laminis aureis, argenteis, aut gemmatis, sed aurificatis. Non exempti verò, simplicibus tantum. *De priuilegijs in 6. c. Vt Apostolica*.
Prælati non possunt vti habitu improprio. *Extra, de maiorit. & obed. c. Vt Prælatorum*.
Prælati sine superiorum licentia non possunt extra Diœcesim pernoctare. & pœna. *Extra, de maiorit. & obed. c. Et si deceat*.
Prælatus accusatus de dilapidatione, interdicitur, ne vendat, alienet, mutet, &c. *De accusat. c. fin.*

Prælati circa alia.

Prælati non sunt accusandi. *Anacletus ep.3. 2. q.7. cap. Sententia*.
Nisi accusatores sint irreprehensibiles. *Lucius 1. in ep. vn. 2. q.7. c. Criminationes*.
Non facile suscipiendæ eorum accusationes. *De accusat. c. Qualiter*.
Prælatorum peccata, multum nocent subditis. *Gregor.1. l. 6. epist.7.*
Prælatum negans, aut inuadens, est deponendus. *de excessibus Prælatorum c. Grauem*.
Prælatum occidens, qua pœna puniendus. *De pœnis cap. Ad aures. c. In quibusdam*. Vide, *Episcopos persequentes*.
Prælato Ecclesiæ suæ iniuriam irrogans, vel simultatem contra eum faciens, vel contemnens, omni fructuum perceptione priuetur, nec admittatur, nisi ad placitum Prælati. *concil. Mogunt.4. c.85.*
Prælato suspendente aliquem, hic non potest contra eius voluntatem promoueri. *Conc. Trid. sess.14. de reform. c. 1.*
Prælatorum correctio Deo est remittenda. *Conc. Colon.2. p. 6. cap. 17.*
Vide, *Episcopus, per totum*.

Præliari.

Præliari potest, etiam in die festo, si adsit necessitas. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c.34.*

Præliandum non est in Quadragesima, nisi necessitas vrgeat. *ibid. c.46.* Vide, *Bellum. Bellare.*

Præpositus. Præposituræ.

Præpositus propriè dicitur, qui curam gerit aliorum. *de verb. signif. c. Quamuis.*

Præposituræ commendatæ possunt visitari ab Episcopo, vt Papæ delegato. Vide, *Episcopus quo ad visitationem.* Vide, *Episc. circà Exemptos.*

Presbyteri qui, & quando ordinandi.

Vide, *Clerici.* Vide, *Ordinationes.*

Presbyter est minister diuersus ab Episcopo. *Lib. 2. constitut. Apost. c.58. Dist.95. c. Ecce ego. Conc. Trid. sess.23. cap. 4. & can.7.*

Presbyter aliquando idem importat, ac senior, non ætate, sed virtute. *dist.21. c. Cleros.*

Presbyter, id est, senior, primus omnium vocatus fuit Abraham. *Anacletus ep.2.*

Presbyter est minor Episcopo, & illo inferior. *conc. Trid. sess. 23. c.4. & can.7.*

Presbyteri succedunt in locum 72. Discipulorum. *dist.21. c. In nouo. Damasus ep.5. Anacletus ep.2. & 3.*

Presbyteri ordinatio, quomodo fit. *Dist.23. cap. Presbyter.* Vide, *Ordinatio.*

Presbyter (olim) non poterat ordinari, nisi esset 30. annorum. *Post ep.3. Fabiani. dist.38. per quinque omnia capita. c. Si quis 30. post ep.3. Bonifacy 1. Conc. Agathen. c.17. Concil. Arelat.3. c.2. Conc. Neocæsarien. c.11.*

Deinde statutum est, vt anno 25. ætatis ordinari quis possit presbyter. *Zacharias ep. 12. Clement. de ætate, & qualitate, &c. præficiend. c. fin. Concil. Trid. sess.23. de refor. c. 12.* Vide, *Ordinatio.*

Presbyteri ordinandi debent esse instructi in suo officio. *Concil. Arelat.4. c.4. Conc. Trid. sess.23. de refor. c.14.*

Presbyteri ab Episcopo sunt ordinandi. Vide, *Ordinatio. Conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c.8.*

Presbyter esse non potest puer. *Zacharias ep. 1.*

Presbyter ordinari nemo potest ante baptismum. si ordinetur, nulliter facit, & iterum post baptismum debet ordinari. *Conc. Later.3. p.50. c.45.* Vide, *Ord. non iter.*

Presbyter esse non potest illiteratus, alias suspendatur ab officio. *Leo 4. homil. de cura Pastorali. Conc. Aurelian. 2. c.16. Conc. Tribur. 1. c.33.*

Debet esse idoneus ad docendum populum, & ministrandum Sacramenta, conspicuus moribus, &c. *Conc. Trid. sess.23. de refor. c.14.*

Presbyter fieri non potest, qui habet vxorem (intellige de Latinis. *conc. Tolet. 1. c.1.* Vide, *Clerici in sacris circa vxores.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione status spiritualis.*

Presbyter fieri non potest, nisi omnes de domo sua sint Christiani. *Conc. carthag.3. c.18.*

Presbyter ordinari non potest, qui fuit baptizatus in ægritudine. *Dist.57. c. vn.*

Presbyter ordinari non potest, nisi ad aliquem titulum. *Dist. 70. c. Neminem, & c. Sanctorum.* Vide, *Ordinatio.*

Ordinari debet ad determinatam Ecclesiam. Vide, *Presbyterorum obligationes.*

Presbyter examinandus, antequam ordinetur. *Conc. Vormatien. 1. cap.57.*

Presbyter nequit ordinari, qui vxorem viduam habuit. *conc. Andegauen. c.11.*

Presbyter non potest ordinari, qui habet partem digiti abscissam; vel qui se fecit castrari, vel imminutus in alia parte corporis. *Conc. Tribur. 1. c.33. de clerico ægrotante cap. Presbyterum.* Vide, *Digitus.*

Presbyter ordinatus, si postea apparet deliquisse, seu in crimine fuisse, non est recipiendus. *Conc. Nicæn. 1. c.9.*

Presbyter non potest ordinari sine licentia Episcopi proprij, & post mensem non toleretur, nisi eam ostendat. *Reformatio cleri Germaniæ c.17.* Vide, *Ordinandi.*

Presbyteri ordinatio facienda est cum impositione manuum. sed si hæc per errorem amittatur, non iteretur ordinatio, sed illa tempore ordinationum suppleatur. *de sacram. non iter. cap. vlt.*

Presbyter ordinari non potest, nisi testimonium habeat, quod in alijs ordinibus bene se gesserit, & per annum integrum in diaconatu ministrauit. nisi Ecclesiæ vtilitas, vel necessitas exigat, vt Episcopus aliter decernat. *Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap.14.*

Presbyterorum obligationes.

Vide, *Clerici.*

Presbyteri, sine conscientia Episcopi, nihil faciant. *Concil. Arelaten. 1. c.19.* Vide, *Presbyteris prohibita.*

Presbyter tenetur ordinari ad determinatam Ecclesiam. *concil. Arelat.4. c.4. dist.38. c. Quando presbyteri.*

Presbyter non potest transire ad alia loca, sed tenetur inseruire in eo, cui est affixus. *Conc. Arelat. 1. c.22. Conc. Nicæn. 1. c.16.* alias excommunicetur. *ibid.*

Presbyter debet quotidie audire sacrum, si est in loco habitationis. *Conc. Tolet. 1. c.5.*

Presbyter tenetur ad continentiam. *Conc. carthag. 2. c.2.* (excipe Græcos.) Vide, *Continentia.* Vide, *Clerici in sacris.* Vide, *Græci.* Vide, *Ordinati.*

Presbyter tenetur adesse diuinis officijs in Ecclesia, cui est adscriptus, alias deponatur. *Dist.92. c. vlt.* Vide, *Clericorum obligationes.*

Presbyter esse debet vnus saltem in qualibet Ecclesia. *Concil. Vormatien. 1. c.51. conc. Emeriten. c.19.* Vide, *Clerus quo ad numerum.*

Presbyter Ecclesiæ nomine tenetur emere, non proprio. *12. q.4. cap. presbyter. conc. Agathen. cap. 54. conc. Epaunen. capit. 8.*

Presbyteri debent esse mundi, pudici, iusti, & virtuosi in omnibus. *Clem. 1. ep. 1. c.4.*

Presbyteri debent alijs prædicare. *Clem. 1. ep. 1. c.4.* Vide, *Prædicare.* Vide, *presbyter. munera.*

Presbyteri debent alios honorare, aduenas præsertim. *Lib. 2. const. Apostolic. c.58.*

Presbyteri omnes sunt subiecti Episcopo. *celestinus 1. ep. 1. c.1.*

Presbyteri, quibus permissæ sunt vxores, non possunt missam celebrare, nisi ab eis abstineant. *conc. Turonicum 1. cap.2.* Vide, *continentia.* Vide, *clerici in sacris.* Vide, *clericus habens vxorem.*

Presbyteri dum ordinantur, tenentur profiteri castitatem coram Episcopis. *conc. Tolet.4. c.27. dist.28. c. Quando presbyteri* (intelligitur de Latinis.) Vide, *Græci.* Vide, *clerici in sacris.* Vide, *clerici minores.* Vide, *presbyteris prohibita.*

Presbyter vocatus ad infirmum, statim accedat, aspergat cubiculum aqua benedicta, & septem psalmos dicat pro eo, hortetur ad recogitandum, & postea ad confitendum peccata. *conc. Nanneten. 1. c.5.*

Dum absoluit infirmum, cum hoc pacto absoluat, vt si viuat, pœnitentiam faciat. *ibid.*

Presbyter tenetur coronam apertam habere, sub pœna priuationis gradus. *conc. coiacense c.3.* Vide, *Clerici quò ad habitum.* Vide, *corona.*

Presbyter vnam tantum Ecclesiam potest habere, & in ea tenetur officium recitare, & missam dicere. *conc. Nannet. 1. c.8. concil. Rom. sub Alexandro 2. 16. q.7. cap. Per laicos. conc. Meten. 1. c.2. conc. Rom. sub Nicolao 2. c.9.*

Vide, *Beneficia plura.* Vide, *Ecclesiæ plures.*

Presbyter, saltem quater in anno celebret per se. *conc. Tolet. 22. cap. 12.* Alias pœna pecuniaria multetur. *ibid.*

Presbyter alicuius Ecclesiæ, in Dominica saltem, & festis tenetur missam dicere. *couc. Emeriten. c.19. conc. Trid. sess. 23. de reform. c.14.*

Presbyter habens populum debet habere clericum. *De vita, & honest. clericorum. cap. Vt quisque.*

Pres-

Presbyter parochus tenetur docere pueros doctrinam fidei. *de vita, & honest. cleric. cap. Vt quisque. conc. Trident. sess. 24. de reform. c. 4.* & ad hoc compellendus ab Episcopo per pœnas, & censuras. *ibid.* In Dominicis, & alijs festis ad hoc tenetur. *ibid.* Vide, *Parochus*.

Presbyteris prohibita.

Vide, *clerici*. Vide, *Sacerdos*.

Presbyter non potest ducere vxorem, alias deponatur. *Lib. 7. const. Apostolic. c. 17. conc. Rom. sub Silvestro c. 19. conc. Neocæsarien. c. 1. post conc. Aruernense c. 4. conc. Antisiodoren. c. 21. Zacharias ep. 1. post ep. Lucij I. Innocen. I. ep. 5. conc. Venet. c. 11. conc. Tolet. 1. c. 1. conc. Vormat. 1. c. 9. concil. Moguntin. 3. c. 19. dist. 28. cap. Presbyter. concil. Tolosanum 1. c. 7. conc. Later. 3. in append. tit. de coniug. cap. 6.* Et dimittere debet, quia non est matrimonium. *ibid.*

Vide, *Matrimonia prohibita ratione status spiritualis*.

Presbyter non potest confirmare, neque Chrisma consecrare. *Innocent. I. epist. 1. c. 3. conc. Bracharen. 1. c. 37. Greg. I. lib. 3. ep. 9. conc. Hispalens. 2. c. 7. dist. 4. de consecrat. cap. Presbyteris. conc. Vormat. 1. cap. 8. de consuetudine. cap. Quanto.*

Presbyter non potest nec diaconum, nec subdiaconum, nec acolitum ordinare. *Lib. 3. const. Apostol. cap. 11. Gelasius ep. 9. conc. Hispalen. 2. c. 7.*

Presbyter non potest vsurpare vllum officium Pontificale, alias suo gradu priuetur. *Gelasius ep. 9.*

Presbyter non potest consecrare altare. *conc. Agathen. c. 43. conc. Brachar. 1. c. 3. conc. Hispal. 2. c. 7. conc. Tolet. 4. c. 34. 26. q. 6. c. Ministrare. conc. Vormat. 1. cap. 8.*

Vide, *consecratio*.

Non potest consecrare Ecclesias. *conc. Vormat. 1. c. 8.*

Vide, *consecratio*. Vide, *Ecclesiarum consecratio*.

Presbyter non potest benedictionem solemnem in Ecclesia dare. *conc. Agathens. c. 44.*

Presbyter non potest absoluere publicos pœnitentes. *conc. Vormatien. 1. cap. 8.*

Non potest esse conuiua in nuptijs. *conc. Lucens. 2. c. 38. dist. 34. c. Presbyteri. conc. coiacens. c. 5.*

Non potest Episcopo præsente signare infantes, nisi ab eo sibi præcipiatur. intellige in pectore. *conc. Lucen. 2. c. 52. dist. 95. c. Presbyter præsente.*

Non potest iudicare in causa mortis. *conc. Antisiodor. c. 34.*

Vide, *cler. in causa sangu.*

Presbyter criminaliter delinquens. Vide, *clericus criminaliter, &c.* Vide, *diaconus capitaliter*.

Non potest esse præsens vbi rei torquentur. *conc. Antisiodor. cap. 33.*

Non potest arma deferre, sub pœna priuationis gradus. *concil. coiacense cap. 3.*

Non potest sine Episcopi licentia baptizare, nec vngere infantes in pectore, neque pœnitentes reconciliare, nec populum benedicere, nec exhortari, aut docere. *concil. Tolet. 4. cap. 34. conc. Hispal. 2. c. 7. conc. Vernen. c. 8. conc. Afric. c. 10. conc. Hispalen. 2. c. 7. & conc. Parisien. 6. lib. 1. c. 41.*

Non potest ordinare presbyteros, diaconos. &c. non consecrare Ecclesias, vel altaria. *in conc. Hispalens. cap. 2. & 7. conc. Triburien. 1. c. 32.*

Non potest benedicere matrimonia clandestina, alias excommunic. *conc. Turon. 4. c. 12.*

Vide, *Matrimon. clandestina*. Vide, *Parochus*.

Presbyteri non possunt intrare in Ecclesiam, aut sedere ante Episcopum, sed cum eo intrent, si ipse adesse potest. *conc. Laodic. cap. 56.*

Presbyteri non possunt esse exactores fiscalium Principum. *conc. Regiaticinum c. 19.*

Non possunt inseruire pluribus Ecclesiis.

Vide, *clerici*. Vide, *Beneficia plura*. Vide, *Ecclesiæ plures. conc. Parisien. 6. lib. 1. cap. 49. conc. Roman. sub Alexandro II. conc. Rom. sub Nicolao II. cap. 9. 16. q. 7. c. Per laicos*.

Non est eis licitum inter epulas cantare, vel saltare. *concil. Antisiodor. cap. 40.*

Presbyter non potest Ecclesiæ præfici iniussu Episcopi. *conc. Tribur. 1. c. 32. conc. Vormat. 1. c. 49.*

Non potest sine licentia Episcopi vagari, & sic facienti nullus det communionem. *conc. Agath. c. 52. conc. Epaun. c. 5.*

Non potest exercere officium Villici, aut Cancellarij publici. *conc. cabilon. 3. c. 44. conc. Paris. 6. lib. 1. c. 28.*

Non potest esse conductor, nec aliud simile facere. *conc. carthag. 3. c. 15. conc Vormat. 1. c. 67.*

Non potest in alio loco, quam in Ecclesia celebrare agenda, alias honore priuetur. *Conc. Carthag. 2. c. 9.*

Presbyteri Latini si coniugati ordinantur, non possunt ad torum vxoris accedere, alias Missam non possunt celebrare. *Conc. Turonicum 1. c. 2. Conc. Aruernen. cap. 12. distin. 82. cap. Proposuisti. Conc. Vormatien. 1. c. 9. Conc. Carthag. 2. c. 2. Carthag. 5. c. 3.* Alias priuantur. *ibid. Conc. Tolosan. 1. c. 7. dist. 32. cap. presbyter*.

Presbyter diligat vxorem, vt sororem, & fugiat vt hostem. *Dist. 32. cap. presbyter*.

Presbyter sine Episcopi licentia, non potest audire confessiones, & pœnitentiam imponere. *Conc. Afric. c. 10.*

Vide, *Confessores. 26. q. 6. cap. presbyteri*. Excepto casu necessitatis. *ibid. cap. Aurelius*.

Non potest confessiones audire, aut absoluere, siue sit sæcularis, siue regularis, nisi sit parochus, vel ab Episcopo sit approbatus. *Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 15.*

Presbyter in ordinatione accipit potestatem absoluendi, id est ordinis, non verò iurisdictionis. *Conc. Trid. sess. 23. c. 15.* Sed non potest absoluere, nisi sit parochus vel ab Episcopo approbatus; & hoc siue sit sæcularis, siue regularis. *ibid.*

Presbyter non potest vllum officium sacerdotale exercere, sine Episcopi licentia. *16. q. 1. cap. cunctis fidelibus. Conc. Hispalens. 2. cap. 7. Conc. Tolet. 4. c. 34. Conc. Tribur. 1. c. 32.*

Presbyter non potest virgines consecrare sine licentia Episcopi. *26. q. 6. c. Presbyter. Conc. Hispal. 2. cap. 7. Concil. Parisiens. 6. lib. 1. cap. 41. conc. Vormat. 1. c. 8.* Vide, *Virgines*.

Non potest esse cappellanus alicuius laici sine licentia Episcopi. *conc. claramont. c. 18.*

Non potest accipere Eucharistiam à diacono. *conc. Nicæn. 1. cap. 14.*

Non possunt in mulierum domibus habitare, vel hospitari. Vide, *clerici circa cohabitationem, &c. conc. Meldense. c. 36. conc. Aquisgr. 3 p. 3. c. 11.* Sub pœna priuationis sui gradus. *ibid.*

Presbyteri munera:

Presbyteri munus est prædicare alijs. *Clemens I. ep. 1. cap. 4.*

Vide, *Prædicare*.

Presbyteri munera sunt docere, baptizare, offerre, benedicere. *Lib. 3. const. Apostol. c. vlt. & lib. 8. cap. 28. conc. Vasense 1. cap. 1. post Conc. Tolet. 8. conc. Aquisgran. sub Ludouico cap. 8.*

Presbyteri gerunt vicem 72. discipulorum. *Anacletus ep. 2. & 3. Damasus ep. 5. dist. 21. cap. In nouo*.

Presbyter potest Eucharistiam conficere sicut Episcopus. *concil. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 8.*

Presbyter fictus verè baptizat, si facit in nomine Trinitatis. *Nicol. I. ad consulta Bulgar. c. 14. & 15.* Vide, *Baptizatus*.

Presbytero quæ sunt licita, & quando.

Presbyter in absentia Episcopi in necessitate potest absoluere absque eius licentia. *26. q. 6. c. Aurel. conc. Afric. sub Cœlestino c. 10.* Vide, *Absolutio*. Vide, *confessor*. Vide, *Sacerdos*.

Presbyter præsente Episcopo potest docere, & sacramenta facere, seu ministrare. *Dist. 95. c. Ecce ego*.

Presbyter coram Episcopo non debet stare, sed sedere. *dist. 95. cap. Episc. in quolibet*.

Presbytero (Græco) licitum est tenere vxorem. *conc. Afric. c. 37.* Non autem alijs. *conc. Tolet. 1. c. 1.*

Vide, *Græci*. Vide, *clericus habens vxorem*.

Presbyter potest benedicere, absoluere, & chrismate vngere hæreticum moribundum pœnitentem (iuxta antiquum morem) sed non in fronte, etiam si Episcopus absit. *conc. Arausican. 1. cap. 2.*

Presby-

Presbyter ex dispensatione Papæ, potest vrigere in fronte, seù confirmare. *Gregorius* 1. *l.*3. *ep.*26. *dist.*95. *cap. Peruenit.* Vide, *Confirmatio*.

Presbyteri peregrini.

Vide, *Clerici peregrini*.

Clerici peregrini non possunt in alienis Ecclesijs ministeria exercere. *conc. Neocæsar. c.* 13. Vide, *Peregrini*. Vide, *Sacerdos*.

Presbyter Episcopo contrarius.

Presbyter separans se ab Episcopo, & altare erigens, est anathema. *Conc. Carthag.*2. *c.*8. *Zacharias ep.*7. *c.*3. *concil. Vormatien.*1. *c.*66.

Vide, *Clerici conspiratores contra Episcopos*.

Presbyterorum priuilegia.

Vide, *Clerici*. Vide, *Sacerdos*.

Presbyter immolans idolis, si postea confitetur, retinere potest honorem, sed prædicare non potest. *Conc. Ancir. c.*1.

Vide, *Clerici hæretici*.

Presbyter hæreticus abiurans hæresim, potest celebrare. *concil. cæsaragustan. c.*1. Vide, *Clerici hæretici*.

Presbyterum damnari non posse, nisi per 7. testes, statuit. *Conc. Roman. sub Sylvestro c.*3. Vide, *Clericorum priuilegia*.

Presbyterum à sex Episcopis esse iudicandum, statuit. *Conc. carthag.*1. *cap.*11. *carthaginen.*3. *cap.*8. *Concil. Triburien.* 1. *cap.*10.

Presbyter accedens ad Ecclesiam alterius, cum honore debet suscipi, & inuitari. *Conc. carthag.*4. *cap.*33. *Lib.*2. *consti. Apostol. c.*58. Vide, *Clerici peregrini*. Vide, *Peregrini*. Vide, *Sacerdos*.

Presbyteri non possunt à laicis eijci ab Ecclesijs. *Conc. Arelat.*4. *cap.*4.

Presbyteri non possunt ab Episcopis mitti huc atque illuc ad negotia. *Conc. Paris.*6. *l.*1. *c.*29.

Presbytero imponi non potest publica pœnitentia. *Dist.*50. *c. Alienum*.

Presbyter. causæ, siue actiuæ, siue passiuæ ab Episcopis iudicantur. *Conc. Triburien.*1. *cap.*21. 2. *q.* 5. *ca. Si quis præsbyter*.

Presbyter iurare non debet in iudicio, sed sufficit, si per sacram consecrationem affirmet, &c. *Conc. Tribur.*1. *c.*21.

Presbyter irregularis post pœnitentiam annorum 12. potest restitui. *Conc. Later.*3. *tit. de depositione c.*13.

Vide, *Clericorum priuilegia*. Vide, *Sacerdos*.

Presbyter fornicarius.

Presbyter fornicarius, qua pœnitentia puniendus. *Dist.*82. *cap. presbyter*.

Presbyter in adulterio deprehensus, reparari non potest. *dist.* 50. *c. Si quis Diaconus*.

Presbyter fornicans, vel adulterans, deponatur: & aliam faciat pœnitentiam. *Conc. Mogunt.*3. *cap.*19. *Conc. Tolos.* 1. *cap.*7.

Presbyter habens concubinam, siue publicè, siue secretò, priuatur officio cantandi, & legendi missam: non potest in choro cum alijs officium recitare, nec partem Ecclesiæ habere. *conc. Rom. sub Alexand.*2. *Gregor.*7. *l.*4. *ep.*10.

Est incapax officij, & beneficij. *Gregor.*7. *l.*2. *ep.*62.

Presbyteri tenetur mulieres fornicarias eijcere, alias priuentur officio, & beneficio. *Concil. Lateran.*3. *in append. tit. de clericis coniugatis cap.*7. 8. & 9. *tit. De depositione*. *ibid. capit.* 15.

Presbyteri concubinarij missa à nullo audiatur. *Nicolaus* 1. *in decr. tit. de presbyteris c.*1. *dist.*32. *c. Nullus*.

Vide, *Clerici fornicarij*. Vide, *Sacerdos*.

Presbyter criminaliter delinquens, vel accusatus.

Presbyter capitaliter delinquens, officio, & communione priuandus est. *Conc. Aurelianen*1. *c.*11. *conc. Epaunen. c.*22. & in monasterio includendus. *ibid. Dist.*81. *c. Si qui sunt*

Alibi verò statutum est non esse excommunicandum, sed deponendum. *Dist.*81. *c. Presbyter*. *c. Si quis Episcopus*.

Presbyter accusatus de mala fama, si Episcopus non potest probare, suspenditur ab officio, donec satisfaciat. Satisfacit autem per iuramentum super Euangelijs. *post Concil. Meldense cap.*3.

Presbyter accusatus, si non conuincitur, tenetur se purgare. *De accusat. c. Cum P. Manconella*.

Presbyter accusatus, nisi fuerit conuictus, per iuramentum se purgat. *Gregorius* 2. *ep.*14. 2. *q.*5. *cap. Si quis presbyter*. Sufficit iurare per suam consecrationem. *ibi.* & *Conc. Triburien.*1. *c.*21. Olim purgabat se per missam. *Conc. Vormatien.*1. *c.*10. 2. *q.*4. *c. fin. Si Episcopo*. Nunc autem est prohibitum. Vide, *Missa*.

Presbyter accusatus, si non conuincitur, suo gradui restituatur. *Nicolaus* 1. *in decret. tit. De Presbyteris c.*4.

Presbyter homicida deponatur, etiam si non sponte faciat. *Conc. Triburien.*1. *c.*10. Vide, *Homicida*. Vide, *Occidens*. Vide, *Irregularis*.

Presbyter procurans Ecclesiam per pretium, deponatur. *Conc. Rom. sub Alexand.*2. *Conc. Mogunt.*3. *c.*5. 16. *q.*7. *c. Per laicos*.

Presbyter procurans Ecclesiam per laicos, deponatur. *ibid.*

Presbyter expellens ab Ecclesia alium pacificè possidentem, deponatur. *Conc. Mogunt.*3. *c.*5. Vide, *Simonia*. Vide, *Beneficia*. Vide, *clerici*.

Presbyter percutiens puerum, si hic ex percussione moritur, est deponendus. *conc. Lateran.*3. *in append. tit. De depositione cap.*7.

Presbyter præsens loco in quo iaciuntur lapides, licet ipse non vulneret, si aliquis occiditur, ipse suspensus est ab executione officij, & indiget dispensatione. *Conc. Later.*3. *ibid. c.*11. Vide, *Irregularis*.

Presbyter irregularis ex homicidio potest post pœnitentiam annorum 12. restitui. *Conc. Later.*3. *in append. tit. de depositione c.*13.

Vide, *Irregularis*. Vide, *Clericus criminaliter*, *&c.* Vide, *Diaconus capitaliter*, *&c.* Vide, *Sacerdos*.

Presbyterorum persecutores, occisores, &c.

Vide, *Clerici*. Vide, *Ecclesiastici*. Vide, *Sacerdos*. Vide, *Excommunicationes in Bulla Cœnæ*.

Presbyterum mutilans, verberans, &c. est anathema, absoluendus est, quando satisfecit. *Conc. Mogunt.*3. *c.*8. Vide vbi supra. *Conc. Triburien.*1. *c.*4. vbi statuitur, quod si satisfactio fit in pretio, tota debetur Episcopo. Si verò Presbyter vulneratus, &c. moriatur, tres partes de ea fiant, vna detur Ecclesiæ mortui; alia Episcopo; tertia parentibus. *ibid.* Sed in *tit. de pœnis c. Presbyteri* habetur, vt pars compositionis soluatur Ecclesiæ, pars pro eius anima.

Presbyterum occidens 12. annorum pœnitentia affligatur. *Conc. Mogunt. sub Leone* 4. *c.*24. & vsque ad mortem cingulum militiæ deponat, & vxore careat. *ibid.*

Presbyterum etiam degradatum occidens, excommunicatur, & ei pœnitentia imponenda, iuxta Episcopi iudicium. *ibid. c.*25.

Vide, *Clericorum percussores*. Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ*. Vide, *Occidens*.

Presbyter depositus, vel excommunicatus.

Vide, *Clerici quoad priuationes officiorum*. Vide, *Depositus*. Vide, *Sacerdos*.

Presbyter depositus, seu irregularis, post pœnitentiam 12. annorum potest restitui. *Conc. Later.* 3. *in append. tit. de depositione cap.*13.

Presbyter depositus non potest officium exequi. qui ei communicat, excommunicetur. *conc. Antioch. c.*4.

Pres-

Presbyter depositus, vel excommunicatus celebrans. Vide, *Depositus*. Vide, *Excommunicatus*.
Presbyter depositus, in necessitate potest baptizare. *Concil. Aurel.1. c.14. dist.81. c.Si diaconus*.
Presbyter habens palmam manus abscissam, non potest celebrare, sed alia facere. *De clerico ægrotante, &c. c. Presbyterum*.

Presbyterorum filij.

Presbyterorum filij ab altaris ministerio arcendi, nisi in Cœnobijs, & Canonicis probati inueniantur. *Conc. Melsitan. c.14. conc.claramontan. c.25. dist.56. c. Presbyterorum, c. Nisi, cap. Apostolica*. Vide, *Filii Clericorum*.

Presbyter quo ad residentiam.

Presbyter relinquens Ecclesiam per tres hebdomadas, communione priuetur. *Conc. Agathen. c.64. conc. Toletan.16. c.17. 7. q.1. c. Si quis*.
Vide, *Beneficiati quo ad residentiam*. Vide, *Clerici absentes ab Ecclesia*. Vide, *Parochus*. Vide, *Residentia*.

Presbytera.

Presbyteræ, seu viduæ, ordinari non possunt. *Conc. Laodicen. cap.11.*
Presbytera, olim dicebatur, etiam vxor presbyteri. *dist.32. c. presbyter, cap. Mulieres*.

Præscientia. Præsciti.

Præscientiæ, & prædestinationis ea doctrina tenenda est, quæ ex visceribus Ecclesiæ habetur. *Conc. Valent.2. c.1.*
In doctrina de præscientia, & prædestinatione deferendum est Augustino, Cypriano, Ambrosio, Hilario, & Hieronymo. *ibid.*
Præscientia futurarum actionum, tam bonarum, quam malarum, est in Deo æternaliter. *Conc. Valent.2. c.2.*
Præscit Deus, & præsciuit futuros bonos, per gratiam suam, & per eamdem gratiam præmia accepturos. *ibid. c.2.*
Deus præscit, & præsciuit malos per propriam malitiam futuros malos, & per eam æternaliter damnandos. *Conc. Valent.2. c.2.*
Præscientia Dei circa malos, vel bonos, non imponit eis necessitatem. *ibid. c.2.*
Præscit Deus mala creaturæ, quæ ex propria voluntate ipsa est factura, ideo non imponit necessitatem. *ibid.*
Præsciti baptizati sunt partes Ecclesiæ. *Concil. constantiense contra art.3. & 5. Ioannis Huss*.
Vide, *Reprobi*.

Præscriptio.

Præscriptio temporis non officit, cum necessitas hostilis impedit. *Conc.Hispalen.2. c.1. 16. q.3. cap. Porrò si de annorum. De præscript. cap. Ex transmissa*; quia tempus non currit.
Præscriptio fieri non potest sine possessione. *De regulis iuris reg. 3.*
Neque potest præscriptio fieri de aliquo, nisi iusto titulo possideatur. *De præscript. c. Si diligenti*.
Præscriptio tricennalis tollit lites prætensionum. *conc. Hispal. 2. c.2. Conc. Tolet. 4. c.34. 13. quæst.2. cap.Facultates. 16. quæst. 3. cap. Quicumque. Conc. Lateran. 3. de præscriptionibus cap.1. 3. 4. & 7. & ibid. de interpretatione verborum cap. 2. De præscriptione cap. Sanctorum. De priuileg. cap. Si de terra*.
Præscriptio Romanæ Ecclesiæ fit per centenariam. Vide, *Ecclesia Romana*. Vide, *Romana*.
Præscriptio Lateranensis Ecclesiæ fit per centenariam. Vide, *Lateranensis Ecclesia*.
Præscriptio pro domibus religiosis est 40. annorum. *16. q.4. c. Volumus. c. Neque decennii. De priuilegiis c. Si de terra. Conc. Later.3. de præscriptionib. c.1. 2. & 6.*
Nisi fortè Ecclesia litigans caruerit pastore, qui non potuerit defendere sua iura. *ibid.* Si præscriptio 40. annorum interrupta dicatur, vtraque pars probet. *de præscript. c.Illud.*
Præscriptio non admittitur in mala possessione. *Conc. Later. 3. tit. De præscript. c.5. Conc. Later.4. c.41.*
Præscriptio in bona fide valet, secus si obstat ius commune. *de præscript. in 6. c.1.*
Nisi alligetur tempus, quod excedit memoriam. *de testibus. in 6. cap. fin.*
Præscriptio malæ fidei, pro nullo tempore suffragatur. *Conc. Later.4. c.41. de præscript. c. Vigilanti. c.Quoniam, c. Si diligenti. & c. fin.*
Præscriptio non tenet in rebus inuasis. *De præscript.c.1. cap. Nihil prodest, & c. Si diligenti*.
Præscriptio iurium contra Ecclesiam Romanam, est centum annorum. *De præscript. c.Ad audientiam. & c. Si diligenti*. debet deduci tempus schismatis. *ibid. c. Cum vobis*. & sub eodem *tit. in 6. c.fin.* Vide, *Ecclesia Romana*.
Sed circa quindennia soluenda cameræ, nulla præscriptio iuuat. *ibid.*
Præscriptio centenaria non impedit solutionem quindenniorum faciendam Cameræ. *Sixtus 5. const.33. Camera*.
Præscriptio interrupta non suffragatur. *de confirmatione vtili, &c. c.Cum dilectus*.
Præscribi potest à Religiosis contra Episcopos ius in cappellis. *de præscript. c. Cum olim*.
Item Abbas præscribere potest contra eum iura Episcopalia. *ibid. c. Cum olim*.
Præscribi potest à Prælato Episcopale ius. *De præscript. cap. Auditis*. Deduci debet tempus, quo vacauit Cathedralis. *ib.*
Præscriptio fieri non potest in ijs, quæ dantur ex humanitate. *16. q.3. c. Si Episcopus*.
Præscribi non possunt beneficia per quodcumque tempus habita. *16. q.3. c. clerici*.
Præscriptio fieri non potest à possidente alieno nomine. *De præscription. c.Si diligenti*.
Præscribi non possunt procurationes debitæ Legatis Papæ (de non dando.) *de præscript. c. Accedentes*. Vide, *Legatus*. Vide, *procuratio*.
Præscribi non possunt à subditis procurationes debitæ Prælatis ratione visitationis. *de præscript. cap. sum ex officii tui*. Vide, *Visitatio*. Vide, *Procuratio*. Vide, *Episcopus quo ad procurationes*.
Præscribi non potest vllus annorum numerus circa incertitudinem mortis alterius coniugis, vt possit contrahi cum secundo. Vide, *Matrimonia plura*. Vide, *Poligamus*.
Præscriptionis principium sumi non debet à die donationis factæ à viuente, sed à die mortis huius, & possessione donatarij. *16. q.4. c. Si sacerdotes*.
Præscriptio fieri non potest contra Ecclesias, earumque bona, neque vllum generatur præiudicium per tolerantiam, & permissionem, vt de ijs factis imprimantur libri, &c. Vide, *Ecclesiæ Romanæ priuil.* Vide, *Ecclesiarum priuil.*
Præscriptionem longissimi temporis obijciens possessor, ei defertur. *de probat. c. Ex literis*.
Præscriptio rerum Ecclesiæ fieri non potest à laicis. *de præscript. c.causam*.
Præscriptio non fit in decima donata laico. *de decimis cap. Dudum*.
Præscriptione completa, si priuilegium obtinetur, præscriptioni renunciatur. *de præscript. c. Veniens*.
Præscribere quis potest, & quis non. Vide, *Possessor*.
Præscriptio decimarum. Vide, *Decimæ circa præscriptiones*.
Præscriptio contra Ecclesias, earumque bona. Vide, *Ecclesiarum, &c. bonorum præscriptio*. Vide, *Ecclesiæ Romanæ priuilegia*.

Præsentare. Præsentans. Præsentatio.

Vide, *patronus*.
Præsentandi ius, nec emi potest, nec vendi. & pœna. *conc. Later.3. tit. de iure patronatus c.10.*
Præsentare tantum possunt patroni sæculares, sed non possunt remouere ab Ecclesijs præsentatos. idoneos debent præsentare. *conc. Later.4. c.61.* Vide, *patronus*. Præ-

Præsentatio, Episcopo, seu Ordinario facienda est à patronis, vacante Ecclesia, &c. si est patronata. *Conc. Lateran. 3. in append. tit. de iure patronat. c. 24. Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. vlt.* alias nulla est collatio.

Præsentatio facienda est Episcopo, etiam si Ecclesia sit commissa delegato Papæ. *Conc. Later. 3. tit. de iure patronat. secundo. c. 3. & 6.* Neque potest aliter fieri.

Præsentatio facienda est in tempore; alias Episcopus instituat, etiam si beneficium sit regulare. *De supplenda neglig. cap. Sicut nobis.*

Præsentatione facta de duobus, lite pendente, neutri detur Ecclesia, &c. Si verò collatio deuoluat ad Episcopum, neutri etiam det, nisi de consensu patronorum. *Conc. Oxoniense cap. 101.*

Præsentatio à laico facienda est intra quatuor menses à tempore vacationis, ab Ecclesiasticis verò intra sex. *De iure patron. in 6. c. vn. §. fin.*

Si præsentantes litigant inter se, & plures præsentant, qui plura habet merita, instituatur. Et nisi intra tres menses conueniant, Episcopus ordinet Ecclesiam, vt secundum Deum melius iudicauerit. *Conc. Later. 3. c. 17.*

Præsentantes, si plures sunt hæredes, habent vocem vnius. *Clement. de iure patronat. c. 1.*

Si plures sint præsentantes, conuenire possunt, vt alternatim præsentent. *ibid.*

Præsentatio competens Ecclesiæ Collegiatæ, fieri potest à prælato cum consensu Episcopi, & Capituli. alias nulla est, nisi sit consuetudo contraria. *De his quæ fiunt à Prælato, &c. cap. Ea noscitur.*

Præsentare nemo potest se ipsum, sed alium. *De iure patron. cap. Per nostras.*

Præsentatio secundi, & receptio in canonicum, quando præiudicat primo. *De rescriptis in 6. cap. Tibi qui.*

Præsentatione facta à Rectore Ecclesiæ, vt quis ordinetur ad titulum beneficij, patrono non consentiente, huic manet saluum ius præsentandi. *De iure patron. cap. Postulasti.*

Vide, *Ius patronatus*. Vide, *Patronus*.

Præsentatus.

Vide, *Patronus*.

Præsentatus à patrono, si non approbatur à Diœcesano, non potest obtinere Ecclesiam, beneficium, &c. Si postea alius præsentetur, & approbetur, hic obtinet. *Conc. Lateran. 3. in append. tit. De iure patron. c. 1.*

Si præsententur duo successiuè, prior in tempore præferatur. *ibid. cap. 8.*

Præsentati ad Ecclesias, &c. vacantes, si sunt idonei, debent ab Episcopo admitti. *ibid. c. 19. & p. 49. c. 11.* alioquin alius præsentetur. *ibid. De iure patron. cap. Significasti.*

Præsentati à quouis, etiam à Legatis Papæ, non possunt instituti, nisi per Episcopum examinentur; non obstante consuetudine in contrarium, etiam immemorabili. *Conc. Trid. sess. 7. de refor. c. 13.* Excipiuntur præsentati à Collegijs, & Vniuersitatibus Studiorum generalium. *ibid. & sess. 24. de refor. c. 9.*

Præsentati à patronis, possunt ab Episcopis repelli, si non sunt idonei. *Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 9.*

Præsentatus, etiam si ab alio inferiore instituendus sit ex fundatione; examen tamen faciendum est ab Episcopo. *Conc. Trid. ibid. c. 9.* Vide, *Beneficiati quo ad examen.*

Præsentari potest, etiam non ordinatus, dummodo sit idoneus, & intra tempus debitum ordinetur. *De institutionibus in 6. cap. fin.*

Præsentatus ab eo, qui credebatur patronus, eo quod possidebat, non debet ab Ecclesia, &c. acquisita remoueri, si alius postea iudicetur patronus. *Conc. Later. 3. tit. de iure patr. cap. 20.* Si verò quando præsentauit ille non erat in possessione iuris, debet remoueri. *ibid. & De iure patronat. cap. Consultationibus.*

Præsentatus ad Ecclesiam iurare debet, quod nihil soluerit, aut promiserit præsentanti. *Conc. Oxonien. 1. cap. 10. Concil. Germanicum 1. c. 11.*

Præsentatus cum pacto dandi patrono partem fructuum, priuatur officio, & beneficio, donec per Papam dispensetur. *Conc. Germanicum 1. cap. 10. conc. Londin. 2. cap. 13.*

Episcopus vero id sciens, & permittens, à collatione beneficij, & institutione perpetuo priuetur. *ibid. c. 11.*

Præsentatus soluens aliquid pro præsentatione, nullum ius in ea acquirit. nec ad vllum beneficium potest vmquam præsentari. *Conc. Sabin. c. 20.*

Vide, *Beneficia non danda cum pacto, pretio, &c.*

Præsentatis duobus, &c. in discordia, si vnus cedit alteri; hic nullum ius acquirit, & si eam Ecclesiam, &c. procurat, in ea vacatione fit inhabilis ad eam obtinendam. *Conc. Sabinen. cap. 15.*

Præsentatus iurans augere censum, deinde in manu instituentis iurans contrarium, est remouendus. *De iureiurando cap. Tua nos.*

Præsentatis pluribus à laico patrono, Episcopus dare potest cui sibi placet. Si verò à Collegio, vel à Capitulo fiat præsentatio, prius præsentatus debet præferri. *De iure patronat. cap. cum autem. & cap. cum dilectus.*

Præsentatis duobus successiuè, si Episcopus malitiosè repellit primum, & dat secundo, tenetur prouidere primum de competenti beneficio. *De iure patronatus cap. Pastoralis officij.*

Præsentati ad Ecclesiam, &c. non possunt instituti, nisi habeant, vndè commodè viuant, & hoc coram Episcopo assignandum, etiam si præsentatus sit exemptus. *De præben. &c. in 6. c. 1. Clement. de iure patronat. c. 1.*

Si præsentato non assignetur congrua portio, non admittatur, vel Episcopus assignet. *Clement. ibid.*

Præsentatis ab exemptis intra certum terminum ab Episcopo præfigendum, assignetur congrua portio; alias termino elapso, Episcopus assignet, non obstante priuilegio, &c. *Clement. de iure patron. cap. 1.*

Præsentati à regularibus, & instituti ab Episcopis, non possunt per Regulares remoueri, sed per Episcopos. *De cappellis monachor. in 6. cap. vn.*

Vide, *Beneficia quibus conferenda*. Vide, *Ius patronatus*. Vide, *Patronus*. Vide, *Ecclesiæ quibus conferendæ*.

Præsentatio B. Mariæ.

Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis festum sub ritu duplici, die 21. Nouembris celebrandum, instituit *Sixtus V. const. 7. Intemeratæ*.

Præsepe.

Præsepe Cappella Sanctæ Mariæ Maioris Romæ.

Vide, *cappella S. Mariæ Maioris*.

Præstigium.

Præstigium à Mercurio quodam fuit inuentum. *26. q. 5. cap. Nec mirum.*

Præstigium dicitur apparentia, quæ acies oculorum, &c. præstringit. *ibid.*

Vide, *Dæmon*. Vide, *Incantatio*. Vide, *Magia*. Vide, *Sortilegium*.

Præsumere. Præsumens.

Præsumens de se, permittitur tentari, & cadere. *6. quæst. 1. cap. Imitare.*

Præsumere nullus debet de sua virtute. *ibid.*

Præsumptio oritur ex manifesto nocumento, licet fiat ab amico. *De præsumptionibus cap. 1.*

Præsumptio violenta affert sæpè sententiam definitiuam. *ibid. cap. Afferte mihi.*

Præsumptio violenta probat carnalem copulam.

Vide, *carnalis copula*.

Præsumptio in senectute, sumitur ex conuersatione in adolescentia. *ibid. cap. Ex studijs.*

Præsumi non potest incontinentia alicuius in senectute, si in iuuentute fuit continens. *De præsumption. cap. cum in iuuentute.*

Præsumptio de futuris, sumitur à præteritis. *De præsumpt. cap. Mandata.*

Præsumitur contra eum, qui dilatione fugit iudicium. *ibid. cap. Nullus.*
Præsumitur affirmare alterum, qui duobus illatis, aliud negat. *ibid. cap. Nonnè bene.*
Præsumitur notitia facti vicinorum ex vicinitate loci. *ibid. cap. Quosdam.*
Præsumitur notum in vicino loco, factum notum in remoto. *De præsumptionibus c. quanto.*
Præsumptio violenta, probat copula carnalem. *ibid. cap. literis, & cap. Tertio loco.*
Præsumptio vehemens, non sufficit ad damnandum. *ibid. cap. Literas.*
Præsumi non potest, quod quis non sit idoneus, eo quod volens alius superior ei præstare beneficium, ponit clausulam, *si sit idoneus. ibid. cap. fin.*
Præsumitur culpabilis, qui se immiscet in re, quæ ad eum non pertinet. *De regulis iur. in 6. reg. 19.*

Pretium.

Pretium non exigatur à baptizando, confirmando, &c. 1. q. 1. *cap. Baptizandis.*
Vide, *Baptizatus.* Vide, *Sacramentum.*
Pretium soluendum pro expeditione literarum Apostolicarum. Vide, *Taxa.*

Præueniens gratia.

Præueniens gratia, quid, & quomodo operatur.
Vide, *Gratia.* Vide, *Adiutorium.* Vide, *Auxilium.*

Primas. Primatia.

Primas dicendus non est quicumque Metropolitanus. *concil. Nicæn. 1. ex Iulio I. cap. 12. Anicetus in epist. decret. Stephanus I. epist. 2. dist. 80. cap Vrbes. dist. 99. cap. Nulli.*
Vide, *Archiepiscopus.*
Primas, idem est, ac Patriarcha. *Dist. 80. cap. Vrbes. & cap. In illis.*
Primas inter Archiepiscopos appellandus est, qui primam sedem tenet, saluo iure Papæ. *Adrianus I. in decret. c. 25. Dist. 99. cap. Nulli Archiepiscopi.*
Primas in quo loco debet esse. *Dist. 80. c. Vrbes. c. In illis.*
Primas iudicat causas, quas non potest Metropolitanus expedire. *Post ep. 3. Bonifacy I. c. 3. 6. q. 4. cap. Si inter.*
Primas, in Diœcesi alterius non potest, nec ordinare, nec iudicare. *Post ep. 14. Cœlestini I. 9. q. 3. c. Nullus Primas.*
Primas, seu Patriarcha, nihil habet præ cæteris Episcopis, nisi quod canones, & consuetudo illis permittunt. *Nicolaus I. in decr. tit. De Patriarchis c. 3. 9. q. 3. c. conquestus.*
Primas non potest residere in Villis, sed in Ciuitate. *Greg. I. lib. 1. ep. 72.*
Primas, seu Patriarcha, vocari non potest Princeps sacerdotum, seu Summus sacerdos. *Dist. 99. cap. primæ.*
Primatibus, & Patriarchis obedientia præstanda est, & quæ. *Dist. 99. cap. prouinciæ.*
Primatię, seu primatis compositionem vnus potest impedire. *De maiorit. & obed. cap. fin. Humilis.* Vide, *Patriarcha.*

Primatus.

Primatum desiderans in terra, inuenit confusionem in Cœlo. *Distinct. 40. cap. Multi.*

Prima sedes.

Prima sedes, id est, Romana, à nullo iudicatur. *9. q. 3. cap. Nemo iudicabit. cap. Aliorum, cap. Facta subditorum, cap. Ipsi sunt, cap. Cuncta per mundum 1. & 2. & cap. Fratres.*
Vide, *Ecclesia Romana.* Vide, *Papa.* Vide, *Romana Ecclesia.*

Primicerius.

Primicerius curam habet Acolythorum, & Clericorum circa sua officia; quis debet recitare Lectiones, quis Responsoria: quid sit necessarium pro restauratione Ecclesiarum. Et punit clericorum excessus. *Dist. 25. cap. Perlectis. Post Conc. Toletan. 8.* vbi alia, etiam primicerij officia. *De off. Primicerij cap. vn.* Vide, *Archidiaconus, in fine.*

Primitiæ.

Primitiæ ad domum Episcopi, & presbyterorum mittendæ sunt. *Conc. quod dicitur Apostol. cap. 5. Lib. 8. constitut. Apostol. cap. 30.*
Primitiæ diuidendæ sunt inter clericos. *ibid.*
Primitiæ de omni re dandę sunt sacerdotibus. *Lib. 7. constit. Apost. c. 30.*

Primogenitus.

Primogenitus dicitur, qui primo nascitur, etiam si nullus sequatur. *De verbor. signif. cap. Ioseph.*

Primus.

Primus ordinatus, seu institutus, cæteris paribus est maior. *de maiorit. & obed. cap. 1.* Vide, *Prior.*

Principalis.

Principalis debent deponere factū in iudicio, nisi sit indiscreta persona, vt suppleri debeat. *de Iudicijs c. Pastoralis.*

Principes.

Principes non sunt afficiendi iniuria, aut contumelijs. si clericus id faciat, deponatur. si laicus, excommunicetur. *concil. quod dicitur Apost. c. 84.*
Principes si volunt esse victores, debent obseruare Legem Dei. *Gregor. I. lib. 9. ex regest. ep. 57.*
Principes sæpè victoriam obtinent merito fidei. 23. q. 4. *cap. Si non ex fidei.*
Principibus maledicens, excommunicetur. *Conc. Toletan. 5. cap. 5.* id est, congerens maledicta contra eum.
Principum vitæ insidians, excommunicetur. *Concil. Tolet. 6. cap. 18.*
Principibus deferendus est honor, etiam à Pontificibus. *Symmach. ep. ad Anastasium Imperat.*
Principes tenentur viuere suis Legibus. *distinct. 9. cap. Iustum est.*
Principes sæculi spoliantes aliquem, si moniti ab Episcopo non restituunt, excommunicentur. *Adrian. I. in decr. c. 65.*
Principum voluntas non præferenda legi Ecclesiæ. *distin. 10. cap. Certum est.*
Principes non possunt vsurpare, quę sunt sacerdotum. *dist. 10. cap. Imperium.* Vide, *Eccles. bona, &c.*
Principes populi, aliquando non fieri ex Dei arbitrio, quomodo intelligitur. *8. q. 1. cap. Audacter.*
Principes non debent grauare populos contra statuta Apostolica. *Ioannes 22. constitut. 4. Paternum.*
Vide, *Excommun. Bullæ Cœnæ.*
Principum tribunalia subdita sunt sacerdotali potestati. *dist. 10. cap. Suscipitis ne?*
Principes non possunt iudicare de Presule Ecclesiastico. *dist. 96. c. denique. c. cum ad verum, & c. Satis.*
Principibus soluenda sunt tributa. 11. q. 1. *cap. Si tributum.*
Principes sæculares non possunt impedire Episcopos vocatos ad Concilia à Patriarchis, &c. *Conc. Constantinop. 4. c. 17.*
Principes sęculares non possunt interesse Concilijs, nisi Generalibus, & quomodo. *ibid.*
Principes sęculares non possunt se ingerere in electione Episcoporum. *ibid. c. 22.* sub pœna anathematis. si autem inuitentur ab Ecclesia, possunt cooperari. *ibid. dist. 63. c. 1.*
Vide, *Episcopi.*
Principes sęculares non possunt defendere Iudęos transgressores

sores Legum Ecclesiæ factarum contra eos, alias interdicendi ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officijs. *Conc. Viennense Prouinc.* 1. Vide, *Iudæi*.

Princeps sæcularis vtilis Ecclesię, non debet fieri monachus. *Gregorius 7. lib.6. ep.17.*

Principes sæculares iurare debent de defendenda Ecclesia ab Hæreticis, & si non faciunt, spoliandi sunt honore dignitatis. *De hæret. c. Ad abolendam.*

Principum priuilegia de exigendo ab Ecclesijs, sunt reuocata. *De immunit. Eccles. in 6. cap. Clericis §. fin.*

Principes impedientes subditos, ne contrahant cum Ecclesiasticis, sunt ipso facto excommunicati. *de immunitate &c. in 6. cap. fin.* Vide, *Excomm. Bullæ Cœnæ*. Vide, *Laici*. Vide, *Clerici*.

Principes omnes terræ tenentur obedire Episcopis. *De maiorit. & obed. c. Omnes, & c. Sollicitæ*.

Principes laici in multis iudicantur ab Ecclesiasticis, præcipuè in causis periurij, pacis fractæ, &c. *de iudicijs, c. Nouit ille*.

Principes persequentes, vel facientes persequi, capi, &c. Iudices Ecclesiasticos, qui censuram aliquam contra eos, vel eorum Baliuos, iudices, &c. protulerunt. Vide, *Ecclesiasticus Iudex*. Vide, *Iudex*. Vide, *Clerici*.

Principes christiani tenentur in suis terris prohibere Saracenis, &c. ne publicè, vel in Mesquitis inuocent Machometum. *Clement. de Iudæis c. vn.*

Principis beneficium amplissimè est interpretandum. *de verbor. signific. c. Olim tibi*.

Principis beneficium debet esse perpetuum. *De regulis iuris in 6. reg. 16.*

Principes sæculares non permittant Hæreticos habitare in suis terris, neque causa mercaturæ versari in eis. *conc. Mediol. 1. tit. de professione fidei*. Vide, *Hæretici*. Vide, *Itali*.

Principes laici puniunt crimina quędam atrocia, quæ Ecclesiastici Antistites non debent punire. *23. q. 5. c. Sunt quędam.* Vide, *Dominus*. Vide, *Iudex laicus*. Vide, *Laicis prohibita*. Vide, *Sæculares*.

Principia. Principiatæ.

Principia mala finem bonum habere non possunt. *Adrianus 2. epist. 3.*

Principiata malè, malum habent finem. *1. q. 1. c. Principatus*.

Prior.

Prior inter monachos, post Abbatem, primum locum tenet. *De statu monachorum c. Cum ad monasterium*.

Prior Conuentualis potest esse delegatus Papæ, non tamen prior claustralis. *Clement. de rescriptis c. Et si*.

Prior in tempore est potior in iure. *de iure patronat. c. Cum autem. de regulis iuris in 6. reg. 54.*

Priscillianus.

Priscillianus hæreticus in Cæsaragustano Concilio damnatur. & in Burdegalensi sub Syricio, occidendus dimittitur. *concil. Burdegalen. sub Syricio*.

Priscillianistarum hæresis fugienda. *Concil. Hispanicum sub Leone 1.*

Priuare. Priuatus. Priuatio.

Priuari non potest Episcopus ratione ægritudinis. *7. q. 1. cap. Scripsit mihi*.

Priuari nullus potest officio, propter suam infirmitatem. *Causa 7. q. 1. cap. Presentiam*.

Priuatus Episcopus fugiens ad Imperatorem, excommunicetur, absque spe reconciliationis. *21. q. 5. cap. Si quis Episcopus*.

Priuationes Abbatiarum, Cardinalatus, &c. latæ per *Bonifacium* 8. contra Columnenses, reuocantur per *Benedictum XI.* & quædam confiscationes in suo robore permanserunt. *Extra, de schismaticis c. Dudum*.

Priuatio officij data in pœnam, si non exprimitur aliud, non intelligitur de perpetua, sed de temporali. *De constitutionibus cap. Ex literis*.

Priuatus beneficio impetrans restitutionem, si non exprimit causam priuationis, nulliter impetrat. *De rescriptis cap. Dilectus*.

Priuato de aliqua Ecclesia, non potest eadem illi committi, si eam ceperat animo, vt non promotus reciperet fructus, vel si tempore debito non fuit ordinatus. *De elect. in 6. cap. Commissa*.

Priuatæ personæ non possunt derogare communitati. *de foro compet. c. Si diligenti*. Priuatus officio, &c. Vide, *Depositus*.

Priuationes officiorum, quomodo faciendæ. Vide, *Clerici quo ad priuationes*. Vide, *Depositio*.

Priuignus.

Priuignam ducens in vxorem, nec in fine communicet. *concil. Elibert. cap. 60.*

Priuignus habens rem cum filiastra, non potest ab vxore debitum petere. Nec mortua vxore, potest aliam ducere. *De eo, qui cognouit cap. 1.* Vide, *Filiastra*. Vide, *Carnalis copula*. Priuignus sacerdos. Vide, *Sacerdos*.

Priuilegia.

Priuilegium, idem est, ac priuatorum Lex. *Dist. 3. cap. Priuilegia*.

Priuilegia Ecclesiarum per Episcopos sunt defendenda. *Innoc. 1. ep. 12.*

Priuilegia Ecclesiarum contemnens, excommunicetur. *12. q. 2. c. Qui & diuinis, & c. Vulteranæ. 25. q. 2. cap. Priuilegia 1. 2. & 3. & cap. In Galliarum*.

Priuilegia Ecclesiæ custodienda sunt. *Gregorius 1. lib. 2. epist. 39. Lib. 4. ep. 54. de priuil. c. Porro, & cap. Quanto*.

Priuilegia per Papam concessa, non sunt violanda. *Gregor. 1. lib. 7. ex regest. ep. 117. Conc. Later. 3. tit. de præeminentia, &c. c. 6. Conc. Later. 4. c. 57.*

Priuilegia particularia, non possunt facere legem communem. *26. q. 2. cap. Non statim*.

Priuilegio abutens, eo priuandus est. *11. q. 3. c. Priuilegium. Conc. Later. 4. cap. 57. de priuil. cap. Tuarum. & cap. Vt priuilegia*.

Priuilegia à Papa concessa, pro temporis varietate ab eo mutantur. *Gregor. 7. lib. 6. ep. 2.*

Priuilegium concessum à Papa, non potest conuelli. *Concil. Later. 4. c. 57.*

Priuilegio generali obstat particulare, etiam si mentionem de eo non faciat. *de rescriptis c. Sicut Romana*.

Priuilegium impetratum, lite pendente, non suffragatur; sed iuxta statum primum lis decidatur. *Vt lite pendente c. fin.*

Priuilegium, quo quis vti debet, est exhibendum; alias non probat. *de fide instrumentor. cap. Contingit. & cap. Accepimus*.

Priuilegium ostendendum præsente iudice, vel alijs prudentibus ab eo deputatis, audiente parte contraria. *De fide instrum. cap. Contingit*.

Priuilegij pars tantum, de qua est quæstio, est describenda, & parti ostendenda. *ibid.*

Priuilegij innouatio, non tribuit nouum ius. *de confirmatione vtili, vel inutili. cap. Cum dilecta. de priuilegijs. cap. Quia intentionis. c. Ex parte, Honorius 3. ex Cirone, de priuileg. cap. 5.*

Priuilegium; quod post factum est nociuum, reuocatur. *De decimis c. Suggestum*.

Priuilegium de decimis non extenditur ad terras, quæ alijs traduntur excolendæ. *ibid. c. Licet. c. Ad audientiam*.

Priuilegium decimarum. Vide, *Decimæ priuilegium*.

Priuilegia Ecclesiarum. Vide, *Ecclesiarum priuilegia*.

Priuilegijs aliorum derogans priuetur suis. *de priuilegijs cap. Dilecti filij*.

Priuilegia antequam iudicentur, benè inspiciantur. *ibid. cap. Porro*.

Priuilegia ab omnibus obseruanda. *ibid. & c. Quanto*.

Priuilegium concessum vni, non est concessum alteri, pro-

pter identitatem rationis. *De priuileg. cap. Sanè.*

Priuilegium monasterio concessum, intelligitur de alijs ei subiectis. *ibid. c. Quoniam.*

Priuilegia neque indirectè sunt violanda. *De priuileg. cap. Quanto.*

Priuilegium contra consuetudinem, latè est intelligendum. *De verbor. significatione c. Cum tibi.*

Priuilegium personale sequitur personam, & extinguitur cum ea. *De regulis iuris in 6. reg. 7.*

Priuilegium amissum probari potest per testes, qui illud viderunt. *de priuileg. c. Cum olim essemus.*

Priuilegium concessum Collegio, vel Monasterio, ne possint excommunicari, intelligitur de ijs, qui habitant in eo. *ibid. cap. Quoniam.*

Priuilegia amplissimè sunt interpretanda. *De priuileg. cap. Quia circa.*

Priuilegij verba declaranda sunt, secundum intelligentiam claram, & magis benignam. *De verbor. signif. c. Abbati.*

Priuilegium habens de audienda missa tempore interdicti, quot personas potest secum admittere. Vide, *Interdictum.*

Priuilegium clericale non perdit clericus incedens sine habitu, & tonsura, nisi præcedente trina monitione. *De sent. excommunic. cap. Contingit.*

Priuilegium obtinens à Papa, nè possit excommunicari ab aliquo, si excommunicetur, non tenet excommunicatio. etiam si excommunicans nesciret hoc priuilegium. *De concessione prebendæ in 6. c. 1.*

Priuilegia ista, nè quis possit excommunicari fuerunt abrogata, exceptis Regibus, Reginis, & Regularibus domibus. *De priuil. in 6. c. Ne aliqui.*

Priuilegia allegantes, debent ea ostendere ordinarijs, ac etiam personis fide dignis. *de priuileg. in 6. c. Cum personæ.*

Priuilegium allegantes, si non ostendatur præscriptio 40. annorum, probant; alias Episcopus vtitur sua iurisdictione. *ib.*

Contra priuilegium Ecclesiæ non fit præscriptio minus, quam per spatium 40. annorum. *De priuileg. cap. Accedentibus.* Vide, *Ecclesia Romana priuileg. in fine.* Vide, *Ecclesiarum priuilegia.*

Priuilegia concessa ordini Minorum, intelliguntur concessa ordini Prædicatorum, & è contra. Sic etiam concedenda. *Sixtus 4. const. 6. Regimini §. 16.*

Priuilegia omnia concessa ordini alicui ex Mendicantibus, sunt communia omnibus. *Leo X. const. 32. Dudum.*

Priuilegia omnia concessa ante *Concilium Tridentinum*, siuè regularibus, siuè sæcularibus, quæ sunt contraria ipsi Concilio, reuocata sunt. *Pius 4. const. 94. In Principis.*

Priuilegia omnia concessa regularibus per antecessores, confirmat, & ad non Mendicantes etiam extendit *Pius V. constit. 4. Et si circa finem.*

Priuilegia multa fratribus Prædicatoribus, & monialibus concedit *Pius V. const. 4. Et si in declaratione seq.* 1. Posse eligere conseruatores Ecclesiasticæ dignitatis. 2. Non posse coram alio iudice conueniri. 3. Non teneri ad quartam funeralem, nisi iuxta consuetudinem 40. annorum. 4. Posse ad sepeliendum mortuos accedere Cruce propria eleuata, etiam absque intementu Canonicorum, & aliorum. *ibid.*

Priuilegia regularibus concessa *à Pio V.* reducuntur ad terminos iuris communis Concilij Tridentini. *Greg. 13. constit. 9. In tanta.*

Priuilegia regularium. Vide, *Regularium priuilegia.*

Priuilegiati.

Vide, *Exempti.* Vide, *Regulares.*

Priuilegiati non tenentur respondere, nisi in certo loco, & ibi possunt conueniri vbi habent domicilium. *De foro competenti c. Dilecti filij.*

Priuilegiati non possunt admittere ad diuina excommunicatos, & interdictos. *De priuilegijs, &c. c. Cum & plantare §. Excommunicatos.*

Priuilegiati tenentur præsentare Episcopis presbyteros præficiendos curis animarum. *ibid. §. In Ecclesijs.*

Priuilegiati non possunt sepelire excommunicatos. *Si* sepeliunt, Episcopus procedit contra eos. *De priuilegijs. c. Ad hæc.*

Priuilegiati ratione alicuius loci non sunt priuilegiati ratione aliorum. *ibid. cap. Cum cappella.*

Priuilegiati, & exempti non possunt contra Episcoporum voluntatem exigere decimas à laicis. *de priuileg. cap. Cum & plantare.* Vide, *Decimæ quibus dandæ, &c.*

Priuilegiati quando sunt sub iurisdictione ordinarij. Vide, *Episcopus circa regulares. circa exemptos.* Vide, *Regulares circa Episcopos.*

Priuilegiati fuerunt comprehensi in obligatione soluendi subsidium impositum *à Paulo 3.* per tres annos in statu Ecclesiæ. *Paulus 3. const. 39. Decens, in declaratione seq. ex debito.*

Probatio. Probans. Probare.

Probatione deficiente delicta non puniuntur. *Innoc. 1. ep. 3. cap. 4.*

Probatio constat ex testibus, & fide tabularum. *de verborum significatione c. Forus.*

Probationes faciendæ sunt ab accusatore, non à reo. *6. q. 5. cap. Quod autem, & c. Accusator. de sententia excommunicat. in sexto, c. Si iudex.* Vide, *Accusator.*

Probationes contra reum, debent esse luce clariores. *2. q. 8. c. Sciant cuncti.*

Probato delicto contra reum, non admittatur probatio negatiua. *de probationibus c. Ad nostram.*

Probatio directa non danda contra negantem factum per rerum naturam. *de electione. c. Bonæ memoriæ.*

Probans actum gestum post appellationem, si aduersarius probat, quod ante, prima tenet probatio, nisi, &c. *de testibus c. Cum tu fili.*

Probare volens inuerisimile, indiget efficaciore ratione. *De præsumpt. c. Quia verisimile.*

Deficiens in probatione, tenetur ad expensas, & per triennium suspenditur à beneficijs Ecclesiasticis. & si in eis se ingerit perpetuo priuetur; nisi probabilitas causæ excuset à vitio calumniæ. *Conc. Gener. Lugdunen. 1.*

Probationes fieri possunt per testes, per famam, & alia adminicula. *Honorius 3. ex Cirone tit. de probationibus c. 1.*

Vide, *Accusator.* Vide, *Calumniator.* Vide, *Crimen.* Vide, *Deficiens.*

Procedere.

Procedere in causa simpliciter, & de plano est iudicem procedere sine libello dato, sine litis contestatione, in tempore feriarum, sine dilationibus impertinentibus; sine dilatorijs exceptionibus, sine iurgijs aduocatorum, & procuratorum, cum abbreuiatione litis. tamen numquam possunt omitti probationes necessariæ & defensiones legitimæ, neque citatio, vel iuramentum de calumnia, vel iuramentum veritatis. *Clement. de verbor. significat. c. fin.* In ipso litis exordio patere debet quid petendum; & ideo iudex actori, & reo dare potest terminum ad hæc exhibenda; interrogare debet partes, siue ad eorum instantiam, siue ex officio, quando æquitas suadet, & in scriptis debet iudex dare sententiam, siuè stans, siuè sedens. *ibid.* Vide, *Simpliciter.*

Procedi non potest in aliquo crimine, nisi saltem infamia præcedat. *de accusation. cap. Cum oporteat. c. Inquisitionis §. Tertiæ. & c. Qualiter.*

Procedi non potest ad petitionem eorum, qui dant in occulto libellum accusationis. *ibid. c. Inquisitionis §. Tertiæ.*

Procedi potest simpliciter, & de plano in causis matrimonialibus, beneficialibus, & vsurarum. *Clementina de iudicijs cap. fin.*

Procedi potest simpliciter, & de plano in causis fidei. Vide, *Causa.* Vide, *Fides.* Vide *Hæresis, Hæretici, &c.*

Processus.

Processus factus per literas surreptitias, irritatur. *de rescriptis. c. Cum dilecta.*

Processus factus contra formam delegationis, est nullus. *ib.*

Processus non valet, si iudex requisitus non tradit Apostolos, & procedit in causa, *de appellat. in 6. c. Vt super.*

Processus tribus modis incipi potest, scilicet per accusationem, per

per denunciationem, & per inquisitionem. *De accusat. c. Qualiter.*

Processus non est irritus si ex consensu partium non seruatur in omnibus solemnitas ordinis iudiciarij. *Clement. de verborum signif. c. fin.*

Processuum acta conscribenda sunt per publicam personam, vel per duos viros, fide dignos. *Extra, de offic. Iud. ordinarij cap.* 1.

Processus acta omnia scribenda, vt citationes, appellationes, renunciationes, &c. alias nullus est. *Concil. Later.* 4. *c.* 38.

Processus originalis penes scriptorem manere debet, sed dandæ sunt copiæ parti. *ibid.*

Processus S. Officij, & acta omnia gratis sunt expedienda ab omnibus officialibus. *Clemens* 8. *const.* 76. *Sanctissimus.*

Processum faciens de miraculis alicuius, quid teneatur facere, antequam procedat. *Vrbanus VIII. in append. constitut.* 22. *Cœlestis.*

Processus præfati non possunt aperiri in Sac. Congregatione Rituum, nisi prius probetur præfato decreto non fuisse contrauentum. *ibid.* Quomodo debent aperiri tales processus. *ibidem.*

Processiones.

Processiones non possunt fieri in oratorijs, sine licentia Papæ. *De consecr. dist.* 1. *c. Certum.*

Processiones Ecclesiarum, more antiquo fiant. *Conc. Colon.* 2. *par.* 3. *cap.* 29.

Ad publicas processiones omnes ire tenentur sæculares, & regulares, exceptis ijs, qui sunt in clausura perpetua. *Concil. Trident. sess.* 25. *de refor. regul. c.* 13.

Processiones non fiant per campos, sed intra septa Ecclesiæ. *Conc. Colon.* 2. *par.* 9. *c.* 8. *Colon.* 3. *tit. Censuræ c.* 25.

Processiones fiant sine risu, vel confabulatione; sed compositæ, cum grauitate, deuotione, &c. *Concil. Colon.* 3. *tit. Censuræ c.* 22. *&* 23.

In processionibus clerici non diuertant ad ientacula. *ibid. c.* 23. cantare debent, orare, &c. *ibid.*

Processiones publicæ, dum fiunt, inchoandæ sunt ab Ecclesia matrice loci. *Conc. Mediol.* 1. *par.* 2. *tit. de processionibus.*

Qui processioni non interfunt, antequam recitetur versus *Sancta Trinitas*, pro absentibus habentur. *ibid.*

Processioni debent interesse clerici, & canonici induti superpelliceis, & alijs sacris vestibus vsitatis. *ibid.*

Ad processiones publicas tenentur ire præfecti Ecclesiarum, cum beneficiatis, & alijs prælata cruce, absque vlla appellatione, si vocati fuerint. Item regulares, & exempti, si vocentur. Controuersiæ de loco processionum per Episcopum terminentur. *ibid.* Vide, *Præcedentia.*

Crux in processione ferenda est à clerico cum veste talari, & superpellicio induto. *Conc. Mediol.* 1. *ibid.* Vide, *Crux, in fine.*

Non relinquatur ordo processionis, donec redeatur ad locum, vnde exiuit. *ibid.*

In processionibus non fiant spectacula, neque repræsentationes præ foribus ædium. non dicenda verba iocosa; nihil edendum, aut bibendum in eis. & pœnæ pro his ab Episcopo taxandæ. *ibidem.*

Processioni Cordigerorum præsentes cordigeri, quas indulgentias lucrantur. *Sixtus V. constitut.* 13. *Ex superna*, in declaratione.

Processio Corporis Christi infra octauam eiusdem festi, fieri potest à quocumque clero, & monasterio locorum. *Gregorius* 13. *const.* 10. *Cum interdum.*

Vide, *Regulares circa processiones.*

Proclamationes.

Proclamationes matrimoniorum, quando, quot, & quomodo faciendæ. Vide, *Matrimonia clandestina.*

Procurationes, id est, expensæ.

Procurationes soluendæ Episcopis tempore visitationis. *Concil. Lateranen.* 4. *c.* 23. Vide, *Ecclesiæ quo ad procurationes.*

Vide, *Episcopi quo ad procurationes.* Vide, *Legatus Papæ circa expensas.* Vide, *Visitatio.*

Procurator.

Procurator esse non potest persona infamis. 3. *q.* 7. *c. Infamis.*

Procurator esse nequit aliquis excommunicatus. *de probationibus c. Post cessionem.*

Procurator esse non potest Religiosus, sine consensu sui superioris. *Clement. de procur. cap. Religiosus.* Sed pro suo consorte in eadem lite, esse potest. *ibid.*

Procurator ad iudicia esse potest, qui annos habet 25. ad negotia vero, qui annos habet 17. *De procurat. in* 6. *cap. Qui generaliter §. Licet.*

Procurator esse non potest, qui non habet mandatum legitime factum. *De procurat. in* 6. *c.* 1.

Procurator instituj potest filius familias. *De procuratoribus c. Non iniustè.*

Filius familias absque patris consensu, potest esse Procurator. *De procur. in* 6. *c. Qui generaliter. §. Licet.*

Procuratoribus diuersis institutis, valet posterior institutio. *De procur. c. Non iniustè.*

Potest aliquis eorum præuenire. *ibid.*

Procurator in causis constitui debet, vel simpliciter, vel ad multos dies. *Conc. Londinen.* 2. *c.* 26.

Procuratoris mandatum, vel per scripturam authenticam, vel in actis fieri debet. *ibid.*

Procurator potest à quocumque institui, etiam à communitate Scholarium. *De procurat. c. Quia in causis.*

Procurator non audiatur, nisi habeat mandatum domini de procurando. *De procurat. c.* 1.

Procuratore reuocato, nullæ sunt sententiæ. Vide, *Sententia.*

Procurator non potest agere de causa adulterij coram iudice sæculari, sed coram Ecclesiastico, si agitur de separatione. *ibid. c. Tuæ fraternitati.* Vide, *Adulterium.* Vide, *Matrimoniales causæ.* Vide, *Causæ.*

Procuratore reuocato post factam citationem, potest adhuc procedi in causa. *De procurat. c. Auditis.*

Procuratore reuocato valet iudicium agitatum, si iudex, & pars ignorat reuocationem. *ibid. c. Mandato.*

Procuratore facto ad renunciandum, si dominus reuocat mandatum inscio Procuratore, & hic renunciat, valide facit; nisi per malitiam factum sit, vt reuocatio non perueniat ad notitiam procuratoris. *Clem. de renunciat. c. vn.*

Procuratore reuocato, si literæ commissionis per eum obtinentur, nullæ sunt; excepto si reuocatio ad partis, vel iudicis notitiam peruenerit. *de rescriptis c. Ex parte Decani.*

Procurator, cui negantur induciæ ad consulendum dominum absentem, potest appellare. *De procurat. c. Dilectus filius.*

Procurator Episcopi causas Episcopatus defendere potest, licet non sit syndicus. *ibid. c. Petitio vestra.*

Procurator procurans causam de mandato domini, potest expensas repetere. *ibid. c. Cum pro causa.*

Procuratorem instituens in causa matrimoniali, debet gaudere plena libertate, & in loco tuto poni. *ibid. c. Accedens.*

Procurator Vniuersitatis, cuius aliqui sint excommunicati, nisi isti in mandato exprimantur, valet impetrare; sin contra, nequaquam. *ibid. cap. fin.*

Procurator constitutus ad eligendum non potest vnum nomine suo, alium nomine domini eligere, nisi habeat mandatum de speciali persona. *de elect. in* 6. *c. Si quis iusto.*

Procuratores plures in solidum dari possunt ad eligendum, & quomodo. *ibid.*

Procurator eligi non potest, nisi de Capitulo, vel Capitulo consentiente. *ibid.*

Procurator appellationis contra electionem, vel postulationem, vel prouisionem, non potest agere, nisi in mandato sint expressa omnia, quæ obijcere debet, & contra quas personas, & mandatum habeat speciale iurandi in animam, & corpus principalium, quod credat esse vera, quę opponunt. *De elect. in* 6. *c. Procurator.*

Procurator ante litem contestatam, non potest alium dare; nisi cum hac clausula sit factus. sed post dare potest. *De procur. in* 6. *c.* 1. §. *Licet.*

Procurator ad negotia, potest alium dare liberè. *ibid. §. fin.*
Procurator si potest substituere, facta substitutione, non potest reuocare; nisi cum hac potestate sit à domino institutus. *ibid. c. Is qui.*
Procurator generalis agere non potest, quæ exigunt speciale mandatum. *De procurat. in 6. c. Qui ad agendum.*
Procurator generalis ad negotia, potest etiam ad iudicia agere, exceptis casibus, qui exigunt speciale mandatum. *ibid. c. Qui generaliter. §. Nè dum.*
Procurator generalis, licet articuli speciales sibi committantur, potest in alijs agere. *ibid. cap. Qui ad agendum.*
Procurator non acceptans mandatum, potest pœnitere, & acceptare. *de procurat. in 6. c. Qui generaliter. ca. Licet is.* Si mandatum domini persistat. *ibid.*
Procuratorem dans cum clausula quoties contingit abesse, quando potest reuocare. & quomodo substitutus, tunc potest agere. *De procur. in 6. c. Si quem.*
Procurator ad contrahendum matrimonium debet habere peculiare mandatum. *ibid. c. fin.*
Procurator iste ad contrahendum, non potest delegare. *ibid.*
Procuratione commissa duobus non in solidum, vnus tantum admitti debet. *De procurat. in 6. c. Si duo.* Quando solus potest prosequi. *ibid. §. Cæterum.* In causis spiritualibus, quomodo vnus potest admitti. *ibid. §. Cui.*
Procurator ad contrahendum matrimonium, si reuocatus, etiam ignoranter, contrahit, non tenet contractus. *ibid.*
Procurator ad iurandum de calumnia, debet habere speciale mandatum. *De iuram. calumniæ in 6. c. fin.*
Procurator institutus scienter, debet in omnibus defendere dominum. *Clem. de procur. c. 1.*
Procurator habens mandatum iurandi, & alia faciendi, non potest contra electum opponere defectus, nisi habeat speciale mandatum, vel etiam hoc sit in primo mandato. *ib.*
Procurator Ecclesiæ factus à Rectore, reuocatur per mortem Rectoris, etiam lite incœpta, & contestata ante mortem. *Clem. de procurat. c. Religiosus.*
Procurator non potest agere, nec procurare, nisi quæ habet à Domino in mandatis. *De off. & potest. Iudic. delegat. cap. Cum olim.*
Procurator absque speciali mandato non potest iurare, transigere, vel pacta facere, nisi administratio liberè sit ei concessa. *De procur. in 6. c. Qui ad agendum.*
Procurator nequit exequi vltra mandatum domini, si grauiora sint negotia, quam ea, quæ sunt in mandato procurationis. *Clement. de procurat. c. Non potest.*
Procurator potest alium substituere, si habet hanc potestatem à domino. *De procurat. in 6. c. Is qui.*
Procurator causæ non potest esse testis in casu appellationis. *De testibus in 6. c. fin.*
Procuratore monasterij cadente. Vide, *Monasteria tit. 2.*
Procurator excedens mandatum, quando tenetur ad expensas. *De arbitris c. Per tuas.*
Procuratorem ad agendum non potest reus constituere, vt ipse discedat; & si hoc facit, vt contumax punitur, (intelligitur de causa criminali.) *De procurationibus c. Constitutis.* & *in 2. q. 6. c. Si quando.*
Procurator non admittitur in causa criminali absente reo, nisi ad excusandum absentiam. *2. q. 6. c. Si quando. De procur. c. Constitutis. De accusat. c. Veniens.*
Procurator in exceptione causæ criminalis admittitur. *ibid. c. Super his.*
Procurator ante litem contestatam, potest etiam sine causa reuocari; postea verò non potest ipso nolente, nisi fiat inimicus, vel suspectus, vel aduersario cognatus, hæres, &c. vel religionem ingrediatur. & in ijs casibus potest dominus causæ assistere. *De procur. in 6. c. Quamuis.*
Procuratores fratrum Ordinis Minorum de obseruantia, & Sindici gaudent eisdem indulgentijs, & gratijs, quibus ipsi fratres. *Clemens 7. const. 19. Dum consideramus.*
Procuratores Romæ non possunt exigere nomine principalis, etiam absentis, sine mandato Gubernatoris. *Sixtus 5. constit. 72. In sublimi. §. 33.*

Procurator pauperum.

Procurator pauperum in omni ciuitate est deputandus, siue clericus, siue sæcularis. *Conc. Nican. 1. ex Arabico c. 30.*
Procuratoris pauperum officium est iuuare pauperes in carceribus, in omnibus causis eos defendere, victum, & vestitum eis procurare. *ibid.*
Procuratoris pauperum officium, & obligationes, Romæ. *Paulus 5. const. 71. tit. De pauperum procuratoribus.*

Procuratores in Curia Romana.

Procuratorum Curiæ Romanæ reformatio facta *à Benedicto 12. const. 2. decens.* Eorum obligationes. *ibid.*
Procuratorum Rotæ Romanæ, qualitates, & requisita. per Vicecancellarium fiat eorum inquisitio. *Martinus 5. constit. 3. In Apostolicæ.* §. 30. Vide, *Rota.*
Procuratores in proponendis causis non sint iniurioſi, neque proponant materias improbabiles, alias per Vicecancellarium puniantur, constita veritate, & priuentur. *ib. §. 31.*
Procuratores per corruptionem, vel per negligentiam perdentes causam, vltra priuationem officij, tenentur ad expensas, & damna. *ibid. §. 31.*
Procuratores defendentes vnam causam, si postea defendunt aliam partem, eidem pœnæ subiacent. *ibid. §. 31.*
Procurator, si post appellationem fingat causam esse commissam, in 20. florenis dandis pauperibus condemnatur. *ibid.*
Procuratores, qui appellationibus, & commissionibus vtuntur sine causa, nisi probauerint causas coram iudice, Vicecancellario, &c. ad damna tenentur. *ibid.*
Procurator non potest esse sacerdos, neque in dignitate Collegiatæ, vel Cathedralis constitutus; & hæc sola exceptio reddit processum nullum. *ibid. §. 33.*
Procuratorum salaria. *ibid. §. 34.*
Procuratores Cameræ. Vide, *Camera.*
Procuratores pœnitentiariæ. Vide, *Pœnitentiaria.*
Procuratores Rotæ. Vide, *Rota.*
Procuratori Cameræ Apostolicæ assignatur vigesima pars penarum ex causis Criminalibus. *Clemens 7. constitut. 20. Quoniam.*
Procuratoris Fisci officium, & obligatio, Romæ. *Paulus 5. const. 71. tit. De Fisci procuratore, & substitutis.*

Proditor.

Proditor, si est clericus, degradetur. *Conc. Carthag. 4. c. 56.*
Proditores debent lingua, vel capite priuari. *5. q. 6. c. Delatoris.*

Prophanum. Prophanare.

Prophana paramenta, non sunt ponenda in Ecclesijs. *Concil. Later. 4. c. 19.* Vide, *Ecclesiæ quomodo ornanda.* Vide, *Paramenta.*
Prophanantes Ecclesias, vel monasteria, tenentur in pristinum ea reddere, & incurrunt excommunicationem. *Conc. Nicænum 2. cap. 13.* Vide, *Ecclesia.*

Professio. Professus.

Professio cum solemnitate facienda. & qua. *27. q. 1. c. Omnes feminæ.*
Professio facta ante 14. annos non obligat. *De regular. &c. c. Ad nostram.*
Professio facta post 14. annos, quos obligat. *ibid.*
Nunc autem fieri non potest, nec à viris, nec à fœminis professio, nisi post 16. annum completum. alias est nulla, & irrita, & nullam inducit obligationem, neque ad obseruantiam regulæ, neque ad alios effectus. *Concil. Trid. sess. 25. de refor. regul. c. 15.*
Professio facta, sine susceptione habitus, valet. *De regular. c. Porrectum.*
Professio non facienda ante tempus probationis (olim) facta tenebat. *ib. c. Ad Apostol.* sed postea declaratum est, non tenere. *De regul. in 6. c. Constitutionem, &c. Non solum*

Idem

Idem confirmat *Conc. Trid. seſſ. 25. de reform. regul. cap. 15.*
Profeſſio facta intra annum probationis ex aliqua cauſa, tenet. *De regular. in 6. c. Beneficium.*
Profeſſiones regularium non poſſunt à S. Pœnitentiaria declarari nullæ, ſed ad ſuperiores, & ordinarios hoc eſt remittendum. *Pius 4. conſt. 53. In ſublimi.*
Profeſſiones Regularium, quæ ex Conſtitut. *Sixti 5.* erant inualidæ, reducuntur ad terminos iuris. *Clemens 8. conſt. 83. In ſuprema.* Sed pœnæ contra admittentes remanent.
Profeſſus, licet in clauſtro non manſerit, tenetur ad obſeruantiam regularem. *De regular. c. Sicut nobis.*
Profeſſus continentiam, ſi ducit vxorem, ſeparetur. *27. q. 1. cap. Vt lex.* Vide, *Regul. Nouitij, earumque probatio.* & alia de his.
Profeſſorium regularium, quale debet eſſe. Vide, *Regularium profeſſorium.*

Profeſſio fidei.

Profeſſio fidei à quibus, & qualis facienda. Vide, *Fides.* Vide, *Beneficiati.*
Profeſſio fidei facta ab Imperatore Græcorum, eadem fuit cum illa, quam faciunt Latini. *Gregorius 10. conſtitut. 2. Exultate.*
Profeſſio fidei facienda à Papa; & quæ. Vide, *Papæ obligationes.*

Propheta. Prophetia.

Prophetæ mali vendebant prophetiam. *1. q. 1. c. Iudices.*
Pro prophetas Deus locutus eſt. *Diſt. 8. c. fin.*
Prophetia, etiam in malis hominibus reperiri poteſt. *1. q. 1. cap. Multa autem, & c. Prophetauit.*

Prohibitio. Prohibitum.

Prohibitione generali facta alicui, quod expreſſe non conceditur, intelligitur derogatum. *Clement. de verbor. ſignificat. cap. Exiui.*
Prohibitum à lege, eſt peccatum. *de conſtitutionibus c. Nam concupiſcentiam.*
Prohibito aliquo, prohibentur, quæ ſequuntur ad illud. *De regulis iuris in 6. reg. 39.*
Prohibitum vna via, non permittitur alia via. *ibid. reg. 84.*
Prohibitio librorum. Vide, *Libri prohibiti.*

Promittere. Promiſſa.

Promitti non poteſt beneficium vacaturum, nulla eſt promiſſio. *De conceſſ. præb. c. Conſtitutus. c. Ex tenore, & c. fin.* ſub eodem *tit. in 6. c. Deteſtanda. Conc. Later. 3. de iure patronatus ſecundo c. 7. & 10. Concil. Londin. 1. c. 8.* Vide, *Beneficia vacatura.*
Promitti poteſt ab Epiſcopo beneficium cum hac conditione, cum primum potero; & licitè promittitur. *c. Accedens, de conceſſ. præb.*
Promittentes pro gratia, vel iuſtitia obtinenda à Sede Apoſtolica, incurrunt excommunicationem. Vide, *Sedes Apoſtolica.* Vide, *Beneficia, nec danda, nec accipienda cum pacto, promiſſo, &c.*
Promiſſa debent præſtari. *de donat. c. 1.* Aliquando non debent præſtari. *22. q. 4. c. Non ſemper.*
Promiſſa mala obſeruari non debent. *De regulis iuris in 6. reg. 69.*
Promiſſa obſeruari faciat iudex. *De pactis cap. Qualiter in Sardinia.*
Promitti non poteſt aliquid pro gratia, vel iuſtitia obtinenda apud Sedem Apoſtolicam, nec eſſe mediator, &c. omnes caſus circa hoc. ſub pœna Excommunicationis Papalis. Vide, *Sedes Apoſtolica, diffusè.*

Promouere. Promotus.

Promoueri non poteſt ad honores accuſatus, vel denunciatus, durante accuſatione. *De accuſat. c. Omnipotens.*
Promoueri non poteſt infamatus de defectu natalium, donec ſe purget. *De purgat. canonica cap. Accedens.*
Promotus per ſaltum ignoranter, poteſt diſpenſari cum pœnitentia. *De clerico per ſaltum, &c. c. vn.* Vide, *Ordinati per ſaltum.*
Promotus in curia non poteſt, nec diſcedere, nec miniſtrare ſine literis promotionis; neque fructus percipere; neque acceptari; & pœna acceptantium. *Extra, de electione, &c. c. 1.*
Promouendi ad gradus, & dignitates, &c. debent eſſe maturæ ætatis, literati, prudentes, graues moribus, &c. niſi nobilitas, prudentia, curialitas, &c. aliter exigant. *Leo X. conſtit. 7. Supernæ.* Ætas eorum. *ibid.* Vide, *Dignitas.* Vide, *Beneficia quibus danda.* Vide, *Parochus.*
Promoti malè. Vide, *Ordinati.*
Promouentes malè. Vide, *ibid.*
De promotione Papæ, aut Cardinalium, vel vita, aut morte ipſorum, fieri non poſſunt excommiſſæ, &c. Vide, *Excommiſſa.*

Propina.

Propinæ Romæ ſoluendæ, quæ, quales, & quantæ. *Paulus 5. conſt. 71. tit. De ſportulis, & propinis, diſtinctè.*

Propoſitum.

Propoſitum ſolum faciendi aliquod bonum, non obligat. *De voto, & voti redemptione, c. Literaturam.*
Propoſitum intrandi Religionem, vel aliud faciendi, non eſt votum. *ibid.* Vide, *Vouere.* Vide, *Votum.*

Proprium. Proprietas.

Proprium habere non poſſunt, qui vouent viuere in communi. *12. q. 1. cap. Non dicatis. cap. Exemplum, & c. Expedit.*
Proprietatem litigans, ante concluſionem cauſæ poſſeſſionis adipiſcendæ, agere poteſt. poſt concluſionem verò, & ante ſententiam, non poteſt. *De cauſa poſſeſſ. & proprietatis c. Paſtoralis. Si* de petitorio, & poſſeſſorio, ſimul eſt actum, vna ſententia terminatur, & præmittitur poſſeſſorium in terminando; ſed in exequendo præualet petitorium. *ibid. c. Cum dilectus.*
Proprii clerici, etiam ſi abſentes ſint, ſunt commenſales, & domeſtici Epiſcopi. *de verbor. ſignif. in 6. c. fin.*

Proſtituere.

Proſtituentes filias. Vide, *Pater.* Vide, *Mater.* Vide, *Parentes.* Vide, *Filius.*

Protector.

Vide in proprijs locis.
Protectores Regularium. Vide, *Regulares.* Vide, *Cardinalis protector.*
Protector fratrum Minorum Conuentualium. Vide, *Fratres Min. Conuent.*

Protomedicus.

Protomedici facultas in ſtatu Eccleſiæ in cognoſcendis cauſis quibuſdam ciuilibus, & criminalibus in prima inſtantia, quænam ſit. *Iulius 3. conſt. 19. Meritis.*
Protomedici obligationes in cognoſcendo ſimplicia, & viſitando aromatarias, &c. *Gregor. 13. conſt. 29. Cum officio.*
Eorum poteſtas in Vrbe, ac diſtrictu. *ibid.*
Protomedici iuriſdictio in examinandis medicis; cum facultate approbandi, & reprobandi. *Gregorius 13. conſt. 40. In Apoſtolicæ.*
Eorum facultatem pro Vrbe, &c. declarat, & confirmat *Paulus 5. conſt. 71. tit. De protomedico, & Aromatariis.*

Protonotarius.

Protonotarij portantes Rochetum, ſunt exempti à iuriſdictione Ordinariorum, & ſoli Papæ ſunt ſubiecti. *Conc. Lateranen. 5.*

nen. 5. sess. 10. constitut. 2. Leo X. constitut. 10. Regimini.

Protonotarij præfati in causis non excedentibus summam 25. ducatorum auri subiacent iurisdictioni Ordinariorum; in alijs verò excedentibus, non subiacent. *ibid.*

Protonotarij Apostolici in capella habent locum post Episcopos. *Pius 2. const. 4. Cum seruare.*

Protonotarij honorarii non sunt exempti ab Ordinario, sed ei subduntur, vt delegato Papæ, excepto quando actu inseruiunt. *conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 11.*

Prouincia.

Prouincia debet habere, saltem decem Ciuitates sub se, & alia quædam, & vnum Regem. *Pelagius 2. ep. 8. & constit. 2. Manifesto.* §. 8. 6. q. 3. c. *Scito te.*

Prouinciarum diuisio ab Apostolis, & Sancto Clemente Papa facta est. *Dist. 99. c. 1.*

Prouincia non potest diuidi per duos Metropolitanos; & id tentans, suo gradu priuandus est. *Conc. calcedon. cap. 12. dist. 101. c. vn.*

Prouinciarum Hispaniæ diuisio, quando, & quomodo facta. *Conc. Lucense 1.*

Prouinciales.

Prouinciales Ordinis Minorum, quomodo eligendi. *Clement. de verbor. significatione c. Exiui.*

Prouinciales Ordinis Minorum à Generali confirmandi sunt. *Clement. de verborum signif. c. Exiui.*

Prouinciales Ordinis Minorum possunt concedere fratribus licentiam prædicandi. *De verbor. significat. in 6. c. Exijt, circa fin.*

Prouincialis Ordinis Minorum ille censetur electus, qui à maiori parte eligitur, non obstante contradictione alterius partis. *ibid.*

Vide, *Fratres Minores*. Vide, *Regulares*.

Prouocans.

Prouocantes ad certamen; diffidantes; manifesta, seu literas tales facientes, scribentes, deferentes, affigentes, diuulgantes, &c. sicut duellantes excommunicantur, & alias pœnas incurrunt, etiam si talis pugna non sequatur, imo etiam si manifestata non fuerint talia scripta, &c. *Clemens 8. const. 11. Illius vices* §. 6. Vide, *Duellum*.

Proximus.

Proximus diligendus est, sicut propria persona. 23. q. 4. *cap. Debet homo.*

Proximi sunt omnes homines. *de pœnitent. dist. 2. cap. Charitas il 2.*

Proximi iniuriam non repellens est socius facientis. 23. q. 3. *c. Non inferenda.* Vide, *Iniuria*.

Proximo debet quilibet auxilium dare ad propulsandam iniuriam. *De sent. excom. in 6. c. Dilecto.*

Psallere. Psalmista. Psalmus. Psalterium.

Psallere nullus potest in Ecclesia, præter Psalmistas. *Concil. Laodicen. cap. 15.*

Psallere in pulpito nullus potest, nisi qui ab Episcopo sunt ordinati. *dist. 92. c. Non liceat.*

Psallendum in choro cum decentia, & deuotione. *Clem. de Missarum celebratione c. 1.*

Psallendi ordo sequendus, quem tenet Ecclesia Metropolitana. *dist. 12. c. de ijs.*

Psallentibus in choro Angeli assistunt. *Conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio can. 137.*

Psallendi ordo, idem tenendus ab omnibus. *dist. 12. c. Placuit. Conc. Tolet. 11. c. 3. Conc. Veneticum c. 15.*

Psalmista, seu cantor, non ab Episcopo, sed à presbytero instituitur. *Conc. Carthag. 4. c. 10. dist. 23. c. Psalmista.*

Psalmistæ munus est officium, responsoria, & alia quæ canenda sunt, canere. *dist. 25. c. Perlectis. Post Conc. Tolet. 8.*

Psalmi in Ecclesia mane, & vespere cantandi. *Lib. 2. const. Apost. cap. 59.*

Quot Psalmi recitandi in officio. *De consecrat. dist. 5. cap. In die Resurrectionis.*

Psalmi in Ecclesia cantandi, non poemata. *Conc. Brachar. 1. cap. 30.*

Psalmi vulgares non possunt in Ecclesia recitari. *Conc. Lucense 1. c. 65.*

Psalmi in Ecclesia canendi sunt, non cursim, sed planè, distinctè, ac deuotè, vt moueant ad compunctionem. *Conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 137. Concil. Senon. in decr. morum c. 17.*

Psalmi Pœnitentiales, qui in Breuiario præcipiuntur recitandi, non obligant ad mortale. (intellige de priuatis personis.) *Pius V. const. 64. Quod à nobis.*

Psalterium B. Mariæ Virginis, quod ex 150. Aue Maria constat, ad instantiam Ducis Britanniæ recitari concessit *Sixtus 4. const. 18. Ea quæ.* cum Indulgentijs, &c.

Vide, *Officium*. Vide, *Horæ*. Vide, *Chorus*.

Puber.

Puberes sunt, qui generare possunt. *De desponsatione impub. cap. Puberes.*

Puberes intelliguntur, qui generare possunt, etiam si ad pubertatem non peruenerint. *ibid. & Concil. Later. 3. in append. tit. de sponsalibus c. 6.*

Publicatio. Publicus.

Publicè pœnitens non potest ordinari clericus. *dist. 50. c. Ex pœnitentibus. & c. illud quoque. Dist. 55. cap. Pœnitentes.*

Vide, *Pœnitens publicus*. Vide, *Clerici, qui inhabiles ad clericatum*.

Publicè delinquens, publicè est puniendus, & publica ei danda pœnitentia. *Conc. Arelat. 4. c. 26.*

Publicatio resignationis beneficiorum, quomodo facienda, siue in curia, siue extra. *Gregorius 13. const. 85. Humano.*

Publicatio bonorum. *Vide, Confiscatio*. Vide, *Hæreticorum pœnæ*.

Publicitas matrimonij. Vide, *Matrimonia clandestina*.

Vide, *Pœnitens publicus*.

Puella.

Puellæ oblatæ à parentibus in monasterijs, quando non possunt nubere. *Zacharias ep. 7. c. 27.*

Puella ante annum 12. non potest ingredi Religionem, sine parentum consensu. *Si* verò isti dissimulant, non potest retrahi. 20. q. 2. *c. Puella.* Vide, *Monialis*.

Puella post ætatem 12. annorum eligens Religionem, à nullo potest impediri. *ib. c. Puella.*

Puellæ educandæ in Monasterio non recipiantur sine Episcopi, vel superioris, cui subditum est Monasterium, licentia scripta. *Concil. Mediol. 1. part. 3. tit. De puellis sæcularibus, &c.*

Non possunt recipi, nisi sint saltem 10. annorum, nec si supra 15. *Si* semel exeunt, amplius nec in eo, nec in alio recipiantur, nisi fiant moniales. *ibid.* Separatæ à monialibus dormiant, neque cum eis versentur, nisi in choro tempore officiorum, excepta Præfecta. soluant pro alimentis necessaria. *ibid. Si* postea volunt fieri moniales, mittantur ad suam domum, & ibi per mensem stent, antequam ab Episcopo, vel superiore examinentur, & habitum sumant. *ib.*

Puellæ viuentes domi extra monasterium, non possunt docere moniales in vlla arte. neque per fenestellas. & pœna, &c. *Conc. Mediol. ibid.*

Vide, *Moniales*. Vide, *Mulier*. Vide, *Virgo*.

Puellarum virginum monasterium cum Ecclesia SS. Viti, & Modesti erigitur. *Sixtus 5. const. 60. Sacrosancta.* Quomodo regendæ, &c. circa hoc. *ibid.*

Puellarum dispertarum Monasterium Romæ erigitur prope Sanctam Euphemiam; cum forma gubernij; assignatur iudex. Puellæ præfatæ gaudent priuilegijs omnium Monialium

nialium Sanctæ Claræ, &c. alia ad hoc spectantia. *Clem. 8. const.66. debitum. per §§. 25.*

Pueri.

Pueri (olim) teneri non poterant in monasterijs ante ætatem annorum 18. *Gregor.1. lib.1. ep.48.*
Vide, *Regularibus prohibita.*
Pueri non possunt ordinari in sacris. *Gregor.I. lib.2. ex regest. ep.47. lib.11. ex regest. ep.48.*
Pueri cum charitate, & diligentia in monasterijs sunt erudiendi. *Conc.Aquisgran. sub Ludouico Pio c.135.*
Pueri non possunt contrahere matrimonium. 30. *q.2. cap.vbi non est.* Vide, *Matrimonia quo consensu.*
Puer occidens alium adhuc impuber, non fit irregularis. *Ioannes 8. ep.146.* Vide, *Irregul.*
Puerorum furta, homicidia, &c. quando sunt peccata. *de delictis puerorum c.1. & 2.*
Puerorum peccata, mitius punienda. *ibid.*
Pueri sunt incapaces beneficiorum Ecclesiasticorum. *de præb. cap.Super inordinata.*
Vide, *Beneficia quibus danda.*
Puerorum stupratores, neque in fine communicent. *Concil. Elibert. cap.71.*
Puer expositus ante Ecclesiam, si intra decem dies non agnoscitur, fit illius, qui colligit. *Conc.Arelat.2. c.32.*
Pueri edocendi sunt à Parochis in Parochia, in diebus Dominicis de meritis fidei, de obedientia erga Deum, & parentes & Episcopi compellant per censuras, vt id faciant Parochi, &c. ad quos spectat. *Conc. Trid. sess.24. de reformat. c.4. Conc.Mediol. 1. tit.de fidei initijs.*
Puer eligi non potest Imperator, neque Rex. *Alexander 4. const.7. Firma.* Vide, *Imperator.* Vide, *Rex.*

Punctator.

Punctator in omnibus Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis habendus est, & per Capitulum est eligendus. *Conc. Mediolan.1. par.2. tit. de officio punctatoris.* Iurare debet Capitulo, se officium fideliter executurum. Officium eius est punctare in libris punctationum, eos qui Choro non interfunt, & eos qui officium suum non exequuntur in choro. Non debet moueri odio, amore, vel passione. Si aliquem male notauit, de suo debet ei satisfacere. Si aliquem non notauit, tantum de suo debet Ecclesiæ dare, & distributiones per hebdomadam amittit. Librum punctationum custodiat, & Episcopo atque Capitulo singulis mensibus, ac quoties illis placuerit exhibeat. *ibid.*
Punctator tenetur officijs interesse (excepta necessitate, & licentia præfecti chori) quo casu alius pro eo tempore ab ipso substituatur, probatus à præfecto chori. si contra fecerit, qualibet vice amittat distributiones illius diei. *ibid.*
Punctator alius ab Episcopo creatur, qui iuret Episcopo de munere fideliter exequendo; & notat in suo libro, omnes qui desunt muneri. Et potest Episcopus cogere quemlibet de Capitulo, vt hoc munus subeat. Ambo punctatores libros inter se conferant, & si aliqua discordia oriatur, per Episcopum, vel Vicarium dirimatur remota appellatione. *Conc. Mediol. ibid.*

Punire.

Puniendi sunt grauius, qui fidem susceptam perdiderunt. *Vrban.I. ep.decr.*
Puniendi sunt mali, sed cum charitate. 23. *q.4. c.Quid crudele.*
Punire mala, est pietas. 23. *q.8. cap.Legi.*
Punientes non sunt inimici, neque parcentes sunt amici. 5. *q.5. cap.Non omnis, & cap.Non osculatur.*
Puniri debent in corpore, qui non habent in bonis. *de dolo, & contum. cap. Finem litibus.*
Puniri nullus potest de crimine, de quo non constat, nisi per famam, & testium credulitatem, vel per dicta paucorum. *de accusat. cap.inquisitionis. §. Quæsiuisti.*
Puniri nullus potest sine culpa. *de regul. iur. in 6. reg.23.*
Vide, *Condemnare.* Vide, *damnare.*

Pupilli.

Pupilli, vt filij sunt suscipiendi, & diligendi. *Lib.4. constit. Apostol. cap.1.*
Pupilli (olim) ab Episcopo per Archipresbyterum erant gubernandi. *Conc.Carthag.4. c.17.* Inuito Episcopo non posse iudicari, statuit *conc. Matisc on.2. c.19.*
Pupillorum, & orphanorum causæ, quæ, & quomodo ab Auditoribus Rotæ Romanæ expediendæ sunt. *Innoc.8. const. 13. Finem.*

Purgatio canonica.

Purgatio clerici infamati & non conuicti, quomodo facienda. *Post conc. Agath. c.3.*
Purgatio criminum, quomodo facienda ab Episcopis Presbyt. Diacon. &c. 2. *q. 5. cap.Si legitimi. cap. presbyter. cap. Si mala fama, & cap. Omnibus.* Quomodo olim fiebat. *ib.*
Vide, *Sacerd. priuilegia.*
Purgationes quædam factæ ab Episcopis quibusdam, & Romanis Pontificibus per iuramentum. 3. *q.5. per totam.*
Purgatio criminum, quomodo olim fiebat à monachis per Missam, & communionem. 2. *q.5. c. Sæpè contingit, & cap. Si Episcop.*
Purgatio Prælati quomodo facienda nunc. *de purgat.canonic. cap.fin.*
Purgatio olim per ignem; fieri poterat, & quomodo. *Conc. Tribur.1. cap.22.*
Purgatio vulgaris olim fieri solita per aquam feruentem, ferrum candens, per ignem, &c. est prohibita. 2. *q.5. c.Mennam. & cap.consuluisti. de purgat. canonica c. fin. Ne clerici, vel monachi. c.fin. conc. Later.4. c.18. conc.Sabin.c.27.*
Purgatio ab hæresi quomodo, fieri potest à laicis. 2. *q.5. cap. Nobilis.*
Purgatio per duellum est prohibita. *de purgat.vulg. cap.1. & duobus seq.* Vide, *duellum.*
Purgatio canonica facienda est, quando nihil contra est probatum. *de accusationibus c. cum oporteat.*
Purgatio non indicitur in crimine notorio. *de purgat.canonica cap. cum dilectis.*
Purgatio facta coram ordinario, non valet, si causa agitur coram delegato Papæ. *ibid.*
Purgans se, si deficit in purgatione, habetur pro conuicto. *de accusationib. c.Accedens, & de purgat. canonica. cap. Inter sollicitudines.* Priuatur officio, & beneficio. *de purgat. canonica. cap. cum P.Manconella.*
Purgatio fieri potest per iuramentum, si purgandus sit fide dignus. *de purgat.canon. cap.1.* Sed duodecim debent iurare cum eo, & pro eo. *ibid.* Hoc autem modo fit. Principalis iurat se non fecisse, alij verò iurant, quod credunt eum non fecisse. *ibid. c.Quotiens, & cap. de testibus. conc. Lateran.3. tit.de testib. cogend. c.22.* Isti vocantur compurgatores.
Purgatores quales esse debent. Vide, *compurgatores.*
Purgatores aliorum debent esse vicini, honesti, & probi. *de purgat. canon. cap. cum dilectus.*
Purgatio indicenda est presbytero fornicario diffamato. Si nolit purgare, vel deficiat, puniendus est. *de cohabitat.cleric. c.Tuanos. conc.Later.3. p.50. c.21.*
Purgatio inducenda est infamato de aliquo crimine. *de accusat. cap. Accedens.*
Purgante se infamato, accusatores condemnantur in expensis. *ibid.*
Purgatio est indicenda omni infamato non conuicto. *de purgat. canonica. cap. Nos inter.*
Purgatio non est indicenda, nisi infamia oriatur à coniecturis probabilibus, non verò ab æmulis. ad instantiam tamen purgandi, potest hoc concedi. *de purgat. canonica. cap. cum in iuuentute.*
Purgatio indicenda accusato de simonia, & non conuicto, & compurgatores habere debet, vt supra. Et si deficit, habetur, vt conuictus. *concil. Lateran. 3. in appendic. par.50. cap.14.*
Purgans se, vel alium de simonia, super Euangelia iurare debet, se vel illum non fecisse. *ibid. p.50. cap.57.*
Vide, *Compurgatores.*

Purga-

Purgatorium. Purgantes animæ.

Purgatorij locus datur, & in eo pœnas luunt animæ decedentes in charitate, si in hac vita non satisfecerunt per pœnitentiæ fructus. *Conc. Florent. sess. vlt. in literis vnionis. Concil. Senonen. c. 12. Innocen. IV. const. 14. sub Catholicæ.*

Purgatorium dari, potest per sacram, & canonicam scripturam probari. *Leo X. const. 40. Exurge.* Contra errores Lutheri. *Conc. Mogunt. 4. c. 46. Conc. Senonen. c. 12. Concil. Trid. sess. 25. in decreto de purgatorio.*

Purgatorij ignis excedit omnem pœnam, quam quis patitur in hac vita. *Dist. 25. cap. Quis in aliud.*

In purgatorio luuntur pœnæ temporales debitæ, & relictæ post culpas. *Conc. Senonen. c. 12. Concil. Mogunt. 4. c. 46. Conc. Trident. vbi supra.* Vide, *Pœna.*

Purgatorii pœnæ quò ad modum, & mensuram, soli Deo sunt notæ. *conc. Mogunt. 4. c. 46.*

In purgatorio, etiam culpæ leues purgantur. *Conc. Mogunt. 4. c. 46.* Vide, *Veniale.*

Purgatorii pœnæ sunt temporales. *conc. Senon. c. 12.*

Purgantes animæ iuuantur suffragijs, sacrificijs, & orationibus ac eleemosynis. *Conc. Senonense c. 12. concil. Florent. sess. vlt. in literis vnionis. concil. Trid. sess. 25. in decr. de purgat.* Maximè per sacrificium iuuantur. *ibid.*

Purgatorij animæ sunt securæ de sua salute, sunt extra statum merendi. non peccant quærentes requiem, & horrentes pœnas. non minus beantur dum liberantur per aliorum suffragia, quam si per se ipsas satisfeciissent. *Leo 10. const. 40. Exurge.* contra Lutheri errores.

Purgatorij animæ post purgationem, in cœlum ascendunt ad Dei visionem. *concil. Florent. vbi supra.*

Purgatorii pœna per Papam remittitur, & quomodo. *Sixtus 4. const. 17. Licet.* Contra Petrum de Osma.

Vide, *Anima.* Vide, *Benedictio, in fine.* Vide, *Indulgentia.*

Q

Quadraginta horarum oratio.

Vide, *Oratio.*

Quadragesimæ.

Vide, *Ieiunium.*

Quadragesima obseruanda est cum ieiunio. *Lib. 5. constitut. Apost. cap. 12.*

Quadragesimæ ieiunium à Christo fuit consecratum. *concil. Senonen. c. 7. de consecr. dist. 5. c. Quadragesima.*

Ieiunandum in Quadragesima, quia est decima pars anni quæ Deo applicatur. *Distinct. 76. cap. Scire debet. concil. Colonien. 2. par. 9. cap. 6. Concil. Mediolan. 1. par. 2. tit. De ieiunio.*

Quadragesimæ ieiunium ex tempore Apostolorum cœpit. *Conc. Colon. 2. par. 9. c. 6.*

Quadragesimæ addita fuit vna hebdomada per Telesphorum, & facta est quinquagesima. *Dist. 4. c. Quadragesima.*

Quadragesima ab omnibus æqualiter celebranda. *conc. Aurel. 4. c. 2. de consecr. dist. 5. c. Quadragesima.*

Quadragesimæ initium omnibus intimandum est. *conc. Brachar. 2. c. 9.*

Quadragesimam obseruare tenentur, etiam sacerdotes. *conc. Aurel. 1. c. 26. de consecr. dist. 3. c. Sacerdotibus.*

In quadragesima non ieiunans, si non impeditur infirmitate, &c. si laicus excommunicetur, si clericus deponatur. *concil. quod dicitur Apost. c. 69.*

Quadragesima ante Pascha celebranda est. *Lib. 5. constitut. Apost. c. 12. de consecr. dist. 3. c. Sacerdotibus.*

In Quadragesima semper ieiunandum, exceptis Dominicis. *conc. Aurelian. 4. cap. 2. conc. Triburien. 1. cap. 35. Concil. Bracharen 2. c. 9. de consecr. dist. 3. cap. Non liceat, c. Non oportet, & cap. Placuit, vt omnes. & dist. 5. de consecr. c. Quadragesima. Conc. Tolet. 8. cap. 9. conc. Mediol. 1. par. 2. tit. De ieiunio.*

Quadragesimæ ieiunium incipit à feria 4. Cinerum, excepto Mediolano, & locis aliis, in quibus Ambrosiano ritu officium celebratur, sed in illis ieiunatur in diebus Rogationum. *conc. Mediol. 1. vbi supra.*

In quadragesima non esse venandum, statuit *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 44.*

Non esse facienda iudicia criminalia, statuit idem *Nicolaus 1. vbi supra c. 45.*

Non esse vacandum iocis. *Nicolaus 1. ibid. c. 47.*

Non esse præliandum, nisi vrgente necessitate. *Nicolaus 1. ibid. c. 46. & in decr. tit. De bellis c. 4.*

In quadragesima non possunt edi carnes, vsque ad Pascha. *Conc. Claramont. c. 23. concil. Sabinen. c. 17. conc. colon. 2. par. 9. c. 6.*

In quadragesima non comeditur lac, neque oua, neque caseus. *Nicolaus 1. in appendice ep. 16. concil. Quintilinburgense cap. 8.*

In quadragesima non comedatur ante horam nonam, & ante recitationem officii. *de consecr. dist. 1. c. Solent plures.*

Quadragesimam violans edens carnes absque necessitate, per vnum annum abstineat à carnibus, & in Paschate non communicet. statuit *conc. Tolet. 1. c. 24.*

In quadragesima fieri non possunt nuptiæ, neque conuiuia. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. cap. 48. & in decr. tit. De Matrim. c. 9.* Vide, *Matrimonia.* Vide, *Nuptia.*

In quadragesima, quando debent comedere clerici. Vide, *Clericorum obligationes.*

Quadragesimæ tempore fideles in Ecclesia debere conuenire, statuit *conc. Cæsaragust. 1. c. 2.*

In quadragesima fieri non debent consilia, seu placita populorum. *conc. Epford. 1. c. 2. 15. q. 4. cap. Placita.*

In quadragesima prædicandum est omni die, vel saltem ter in hebdomada. *conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 4.*

Quarta.

Quartæ deductio fit in substitutionibus fideicommissarijs directis, non obliquis. *De testam. in 6. c. 1.*

Quarta funeralis.

Quartæ funeralis præscriptio est 40. annorum. *De præscript. c. De quarta. Pius 5. const. 41. Et si. §. 12.*

Quartam est soluenda ab eo, qui extra propriam Ecclesiam sepelitur. *De sepulturis cap. Cum super.* In aliquibus locis soluitur tertia; in aliis medietas, & ideo consuetudo seruetur. *ibid. c. Certificari.*

Quartam soluere tenentur, etiam priuilegiati, qui in propria Ecclesia sepeliunt, si defuncti ibi elegerunt sepulturam. *de sepulturis c. In nostra.*

Quarta à locis piis Ecclesiis, &c. soluenda non est de legatis sibi factis. *Extra, de priuil. c. Inter cunctas.*

Quarta à regularibus soluenda Parochis, quænam est, quanta, & quando non soluenda. Vide, *Regul. circa Parochos.*

Vide, *Funeralis.* Vide, *Sepultura.* Vide, *Sepelire.*

Quartadecimani.

Quartadecimani hæretici, id est, qui Pascha celebrandum docebant Luna 14. si pœniteant, & veniant ad fidem, recipiantur cum abiuratione hæresis. *Conc. Laodic. c. 7.*

Querela.

Querelæ laicorum contra clericos, & è contra, per Episcopum sunt terminandæ. *2. q. 5. c. Presbyter.*

Vide, *Accusare.* Vide, *Accusatio.*

Quæstiones.

Quæstiones omnes de Religione, & fide, ex Patrum veterum doctrina sunt decidendæ. *In concil. Ephesin. ep. Cyrilli ad Nestorium.*

Quæstiones inanes, & inutiles fugiendæ. *Clemens 1. ep. 1. 4.*

Quæstiones difficiles à Sede Romana decidendæ sunt. *Pelag. 2. ep. 8. in fi.* Vide, *Papa circa res fidei.* Vide, *Eccl. Rom.*

Quæ-

Quæstiones nouæ fugiendæ, & standum est dictis Sanctorum veterum Patrum. *conc. Francfordien. in decr. circa fin.*

Quæstiones stultæ, & sine disciplina, relinquendæ sunt. *conc. Valent. 2. c. 1.*

Quæstiones de gratia, & natura, cauendæ sunt. *concil. Valent. 2. cap. 6.*

Quæstiones difficiles, subtiles, & curiosæ non sunt proponendæ populis, & præsertim rudibus. *conc. Trident. sess. 25. in decr. de purgatorio.*

Quæstiones de prædestinatione, & præscientia.

Vide, *prædestinatio*. Vide, *præscientia*.

Quæstiones, & pugnas verborum sequentes sunt Pseudo-Ecclesiastici. *conc. colon. 2. par. 4. cap. 4.*

Quæstores eleemosynarum.

Quæstores eleemosynarum non admittendi, nisi habeant literas Diœcesani, vel Papæ. *conc. Lateran. 4. c. 62. de pœnitentijs, & remiss. cap. cum ex eo. Clement. de pœnit. &c. cap. fin.*

Quæstores eleemosynarum, nihil possunt populis proponere, præter id, quod in literis, seu licentijs continetur. *concil. Lateran. 4. cap. 62. concil. Toletan. 22. c. 13. Clement. de pœnit. &c. cap. fin.*

Quæstores eleemosynarum non possunt gestare habitum falsæ Religionis; neque versari in tabernis, alijsque locis indecentibus. *conc. Later. 4. c. 62.*

Quæstores regulares non possunt retinere sibi partem eleemosynæ, sed totam deferre, & consignare debent monasterio. *concil. Treuer. c. 11.*

Quæstorum licentiæ per Episcopum legendæ, & probandæ, alias non posunt quæstuare. *Clement. de pœnit. &c. c. fin. conc. Tolet. 22. cap. 13.* alias per tres menses carceri mancipentur, & quæ collegerunt, Ecclesiæ restituant. *ibid.* & *Refor. cleri Germaniæ c. 16.*

Quæstores tenentur iurare Episcopis, quod bona quæsita non ad proprium vsum, neque luxum conuertant, neque pactum fecerint de summa colligenda. *Reform. cleri Germaniæ cap. 16.*

Quæstores eleemosynarum sub falso nomine Cruce-signatorum, si sunt laici, excommunicantur; si clerici, suspendantur ab officio, & beneficio. *de priuileg. cap. Tuarum.*

Quæstores contra premissa delinquentes, puniantur per Episcopum, non obstante priuilegio, &c. *Clement. de pœnit. & remiss. cap. 2. §. fin.*

Quæstores non possunt absoluere, neque malè ablata dimittere; neque indulgentias distribuere. *ibid. §. Ad hæc.*

Quæstores non permittantur ab Episcopis prædicare. *Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 2.*

Quæstores, qui indulgentias publicant, & eleemosynas colligunt, omninò abrogentur. *Concil. Trident. sess. 21. de reformat. cap. vlt.*

Quæstores eleemosynarum pro hospitalibus, quales deputandi. Vide, *Eleemosynæ*.

Quæstores eleemosynarum in statu Ecclesiastico deputari possunt à ministris Confraternitatis Confalonis pro colligendis eleemosynis ad redimendos Captiuos eiusdem status. *Sixtus V. const. 37. cum benigna.*

Quæstuare nullus potest pro eleemosynis S. Antonij de Vienna, sine licentia Generalis, vel Capituli Religionis S. Antonij, sub pœna excommunicationis Papæ reseruatæ. *Clemens 7. const. 2. Rationi.* Vide, *Eleemosyna in fine*.

Quidam alij.

Per particulam *Quidam alij*, intelliguntur tres, vel quatuor. *De rescriptis in 6. cap. cum in multis.*

Quindennium.

Quindennium Sedi Apostolicæ tenentur soluere omnia monasteria, beneficia, prioratus, &c. perpetuò vnita, quæ annatam non soluunt. *Paulus II. const. 6. Decet.*

Quindennium soluendum importat medietatem fructuum vnius anni, secundum valorem, quem habebant, quando fuit facta vnio. *ibid.*

Quindennium tenentur soluere omnia beneficia vnita monasterijs, locis pijs, hospitalibus, &c. si accedunt ad summam 24. ducatorum de Camera. *Sixtus 5. constit. 33. cameræ.* Et possunt compelli, non obstante præscriptione, & centenaria completa; & omnia contraria abrogantur. *ibid.*

Vide, *Beneficiati quo ad iura cameræ.*

Quinquagesima.

Quinquagesima à Telesphoro Papa fuit instituta. *Dist. 4. cap. Quadragesima.*

In quinquagesima, olim, clerici tenebantur ad ieiunium, ex S. Gregorio Papa. *Dist. 4. cap. Denique.*

R

S. Raymundus.

S. RAymundus Barcinonen. Anno 1601. canonizatur *à Clemente 8. const. 77. Romana.*

S. Raymundi Ordinis Discalceatorum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, officium ab iis Fratribus recitari potest. *Vrbanus 8. const. 52. Saluatoris.*

Raptor. Rapiens.

Raptores mulierum, cooperantes, vel aliter concurrentes, si clerici, cadunt à gradu; si laici, anathematizantur. *Conc. calcedon. c. 27. conc. Regiaticin. c. 10. conc. Roman. sub Zacharia c. 7. conc. Aurel. 3. c. 16. conc. Meldense c. 66. concil. Aquisgran. 3. par. 4. c. 24. 36. q. 2. c. Eos. cap. Si quis il 2. cap. Nullus. & cap. de puellis. Symmachus epist. ad Cæsarium. conc. Arausic. 1. c. 27. conc. Vormat. 1. c. 27.* Ipso facto sunt excommunicati, infames & incapaces dignitatum omnium. & si clerici, à proprio cadunt gradu. *Conc. Tridentin. sess. 24. de matrim. reform. c. 6.*

Raptor mulierum non dicitur, qui consensu illarum eas capit; vel qui desponsatam cognoscit carnaliter; vel qui matrimonium cum aliqua facit, etiam reclamantibus parentibus. *Conc. Later. 3. p. 50. c. 24.*

Raptori non est concedenda rapta. *Ioannes 8. ep. 172.*

Rapiens non est minus crudelis, quam occidens. *14. q. 4. cap. quid dicam. & cap. Si quis.*

Raptores virginum, vel viduarum, etiam si cum consensu parentum eas ducant in vxores, publicè pœniteant, & aliis mortificationibus puniantur, & ab actu coniugii separentur. *conc. Meldense c. 64.* Et eorum filii non possunt promoueri ad gradus Ecclesiasticos, nisi maxima adsit necessitas, vel maximi sint meriti. *ibid.*

Rapiens virginem sacram, vel attentans rapere, acriter puniendus; & rapta recludatur in monasterio. *conc. Meldense c. 67.* Pœna mortis puniendus est. *De pœnit. dist. 1. c. 7. Si quis non dicam. 36. q. 2. cap. Si quis.*

Vide, *Monialis*. Vide, *Virgo*.

Rapiens mulierem tenetur eam decenter dotare, siue in vxorem ducat, siue non; & dos danda est arbitrio iudicis. *conc. Trid. sess. 24. de matrim. reform. c. 6.*

Rapiens alienam vxorem, quomodo tractandus. *conc. Meldense c. 68.* Excommunicatur; & si non restituit, anathematizatur. *Ioann. 8. ep. 140. conc. Metense 1. c. 7.*

Rapiens sponsam, publicè puniendus est; & non potest cum ea contrahere. *Post conc. Toletan. 1. c. 6.* & si contrahunt, anathematizantur. *ibid.*

Raptores clerici, vel laici, quomodo puniendi. *36. q. 2. cap. de puellis. cap. Raptores.*

Raptores nubere non possunt cum raptis, nisi facta pœnitentia. *36. q. 2. cap. Si autem, & cap. Placuit.*

Raptor non potest cum rapta nubere, quandiù hæc est in eius potestate. Sed si posita in loco tuto, & in sua libertate vult illum habere in virum, potest accipere. *De raptoribus cap. Accedens. conc. Trid. sess. 24. de matrim. reform. c. 6.*

Raptoré post pœnitentiam moriente, rapta non potest alteri nubere,

nubere, nisi ex dispensatione Episcopi. 36.q.2.c.*Si autem*.
Raptor nubens cum rapta, nulliter facit. Vide, *Matrimonia ratione raptus prohibita*.
Raptores sunt etiam qui attentant, licet non sequatur, ideo puniendi. 36.q.2.c.*Raptores*.
Raptor, si mulier consentiente abducit illam, potest cum ea contrahere. *De raptoribus c. Cum causa*. Et non possunt amplius separari ob religionem, nisi ex mutuo consensu. *ib.*

Raptus. Rapta.

Raptus est, cùm inuita mulier capitur. 27.q.2.c.*Raptus est*. Vide, *in præced.* 36.q.1.c.*Raptus*.
Raptus non est, si muliere consentiente, hæc capitur; vel desponsata, carnaliter cognoscitur; vel inuitis parentibus cum ea matrimonium fit. *Concil. Later.3.p.50.c.24.*
Rapta non dicitur mulier, quæ volens capitur. *De raptoribus c. Cum causa*.
Raptus est etiam, si nihil de nuptijs puellæ scitur. 27.q.2.c. *Lex illa*. 36.q.1.c. *Raptus*.
Raptum attentantes, adhuc puniendi sunt; etiam si non sequatur. 36.q.2. c. *Raptores*.
Rapta violenter, potest cum alio nubere. 27.q.2.c. *Raptor*, *& c. Statutum est*.
Rapta nubere non potest cum raptore, nisi facta pœnitentia, & quomodo. 36.q.2.c.*Si autem*, *& c. Placuit*. *Concil. Regiatic.c.10.* Neque raptæ possunt contrahere, donec sunt in potestate raptoris. Vide, *Matrimonia prohibita ratione Raptus*. Vide, *in præced. tit.*
Rapta nubere non potest cum aliquo, si erat alteri desponsata, sub pœna excommunicationis. 27.q.2.c.*De coniugali*.
Rapta excommunicanda est, nisi raptorem deserat, & ad sponsum redeat. 27.q.2.c.*Agatho*.
Rapta reddenda est parentibus, maximè si erat desponsata. 27.q.2.c.*Desponsatas*.
Rapta de manu raptoris eripienda, etiam si ad Ecclesiam confugerit. ipse verò raptor in eo casu à morte liberetur. 36.q.1.c.*De raptoribus*. Si verò rapta consenserit, & patrem habeat, confugiatque ad Ecclesiam, ad quid tenetur. *ibid.*
Rapta potest cum raptore contrahere, si separata in loco tuto ponitur, & habeat libertatem contrahendi. *De raptoribus c. Accedens*. Vide, *in præced. tit. Raptor*.
Et postea non possunt separari, vt Religionem ingrediantur, sine mutuo consensu. *ibid. c. Cum causa*.
Rapta consentiens in abductione, potest contrahere cum raptore. *ibid.* & post *Conc. Tolet.1.c.6.*
Rapta consentiens cum raptore, non potest cum alio contrahere. *Post Conc. Tolet.1.c.6.*
Raptæ vxores reddendæ suis viris; viduæ, virgines, &c. reddantur suis parentibus. *Conc. Regiaticinum c.10.*

Raptores Ecclesiarum, domorum, &c.

Vide, *Ecclesiarum bona non inuadenda*.
Raptores Ecclesiarum à Prælato loci puniantur, & excommunicentur, donec satisfaciant. *De raptor. c.1.*
Raptores Ecclesiarum carent Ecclesiastica sepultura. & si præsunt, priuantur officio, & beneficio. *ibid. c. Super eo.*
Raptores ex Principis delegatione, possunt puniri citra sanguinem. *ibid. c. In Archiepiscopatu*.
Raptores famosi, nisi satisfaciant, sunt incapaces sepulturæ Ecclesiæ: intestabiles, & filij eorum inhabiles ad beneficia Ecclesiæ. *Concil. Tolet.22. cap.22.*
Vide, *Fures*. Vide, *Latrones*.

Rasura.

Rasura literarum Papæ in loco non suspecto, non arguit falsitatem. *De crimine falsi. cap. fin.*

Ratio. Ratiocinium.

Ratio præponenda est consuetudini. *dist.8. c. Veritati. cap. Si consuetudinem. & c. Qui contempta*.
Ratiocinijs nequit vacare clericus. *dist.88. c. Inutile*. Vide, *Clericis prohibita*. Vide, *Clerici circa negotia*.

Ratum habere. Ratificare.

Ratam habens percussionem clerici factam suo nomine, licet sine mandato, excommunicationem incurrit, vt percutiens. *De sent. excommunic. in 6. c. Cum quis*.
Ratam habens percussionem clerici non factam suo nomine, peccat, sed non excommunicatur. *ibid.*
Ratum nequit haberi verè, quod suo nomine factum non est. *ibid.* & *De regulis iuris in 6. reg.9.*
Ratihabitio retrotrahitur, & similis est mandato. *De regulis iuris in 6. reg.10. & de sent. excom. in 6. c. Cum quis*.

Rauenna.

Rauennæ Archiepiscopatus confinia, quænam sint. *Clemens 8. const.116. Romanus*. §.6.

Rebaptizare. Rebaptizatus.

Rebaptizare non licet. *De consecrat. dist.4. c. Non licet*, *& c. Rebaptizare*.
Rebaptizandum est quando non in vera forma, vel materia baptizatum est. *De consecrat. dist.4. c. De Arrianis*.
Rebaptizandi sunt illi, de quibus ignoratur, an sint baptizati. *ibid. c. Paruulos. c. Placuit. c. Cum itaque*, *& c. Si nulla*.
Rebaptizati ignoranter non indigent pœnitere. sed non possunt ordinari. *ibid. c. Qui bis*.
Rebaptizati scienter, quomodo puniendi. *de consecrat. dist. 4. c. Eos quos. Felix 3. ep.7.* Si vero ante pubertatem hoc accidat, quomodo tractandi. *ibid.* Vide, *Baptismus non iterandus*.

Rebellis.

Rebelles contra Principes bonis omnibus priuandi sunt. *Concil. Tolet.6. c.14. Conc. Vormat.1.c.43.* & sunt excommunicandi. *ibid.*
Rebelles suo Prælato, deponantur. *De excessibus Prælator. cap. Graue*.
Rebelles in statu Ecclesiastico. Vide, *Ecclesiasticus status*.

Receptare. Receptus. Recipere.

Receptus sub protectione Papæ, non per hoc fit exemptus. *de priuileg. c. ex parte tua il 2.*
Receptus ab vniuersitate, si hæc habet facultatem, ab ea recipitur: si vero non habet, quando intelligitur receptus à Papa. *De rescript. in 6. c. Cum aliquibus*.
Recipiens habitum nouitiorum, potest redire ad sæculum. *de regularibus c. Super eo*. Vide, *Regulares*.
Recipiens aliquid pro gratia, vel iustitia Sedis Apostolicæ, quas censuras incurrit, & quibus alijs pœnis subiacet. Vide, *Sedes Apostolica*.
Receptans in statu Ecclesiæ bannitos, aut facinorosos, quomodo puniendus. *Iul. 3. const. 17. Cum ciuitates. Pius 5. const.10. Ex supernæ*. Vide, *Bannitus*.
Receptans fautores bannitorum, homicidarum, latronum, rebellium, in statu Ecclesiæ quomodo sunt puniendi. *Pius 5. const.10. Ex supernæ*. Vide, *Bannitus*. Vide, *Latrones*. Vide, *Rebelles*.
Recipiens clericum fugientem à suo Episcopo, excommunicetur. 21.q.5.c. *Si forte*.
Receptans duellantes, aut bannitos; dans fauorem, &c. quomodo citandus, & puniendus. *Iulius 3. const.25. cum sicut*.

Recitare.

Recitatio officij facienda est cum mente eleuata ad Deum. Vide, *Officium*. Vide, *Psallere*.
Recitare tenentur officium beneficiati, & pœna. Vide, *Beneficiatus*. quos fructus perdit in ea die. Vide, *ibid. ex constit.135. Pij V. Ex proximo*.

Recon-

Reconciliare. Reconciliatio.

Reconciliare nullum potest sacerdos in publica missa. *concil. carthag. 1. cap. 3.*
Reconciliandi sunt histriones, scenici, &c. dum veniunt ad pœnitentiam. *Conc. Carthag. 3. c. 35.*
Vide, *Confessio.* Vide, *Pœnitentia Sacram.* Vide, *Absolutio.*
Reconciliari nolens, inedijs maceretur. *Distinct. 90. cap. Si quis contristatus.* & communione priuetur. *ibid. cap. Perlatum.*
Reconciliatio cum Deo, fit per iustificationem.
Vide, *Iustificatio.*
Reconciliatio Ecclesiæ, quomodo facienda. Vide, *Ecclesia polluta.* Vide, *Pollutio.*
Reconciliatio excommunicatorum quo ritu, & forma est facienda. *11. q. 3. c. cum aliquis.*
Reconciliatus in casu mortis conualescens, faciat pœnitentiam, absque communione. *26. q. 6. cap. Si quis de corpore.* Vide, *Pœnitentia, seu satisfactio.*

Rector.

Rector Ecclesiæ leprosus remouetur, sed de bonis Ecclesiæ sustentatur. *De clerico ægrot. c. de Rectoribus, & c. Tua nos.*
Rectori leproso datur coadiutor cum congrua sustentatione. *ibidem.*
Rectori Ecclesiæ danda est congrua portio. *De præbendis, &c. cap. Extirpandæ.*
Rector. Vide, *Prælati.* Vide, *Ecclesiarum Rectores.*

Recusare. Recusans.

Recusare potest reus locum suspectum, in quo audiri debet. *De off. & potest. Iud. deleg. cap. cum R.*
Recusare potest reus coniudices suspectos. *ibid.*
Recusari potest delegatus Papæ, si est dominus impetrantis. *De off. & potest. Iud. delegat. cap. causam quæ.*
Vide, *Delegatus.*
Recusari potest delegatus Papæ, si est consanguineus impetrantis, vel si fuit aduocatus in ea causa. *De appellation. & recusat. cap. Postremò.* & hoc etiam si commissio sit cum clausula *appellatione remota. ibid.*
Recusari non potest executor. *ibid. c. Nouit ille.*
Recusari potest Iudex non solum inimicus, sed etiam suspectus, etiam Episcopus. *conc. Later. 3. in append. tit. de appellat. cap. 27.*
Recusans iudicem, debet causam probabilem proponere, & coram arbitris probare. *De appellat. & recusat. cap. cum speciali. cap. Secundò requiris. §. Tertiò.*
Recusatio iudicis requirit causam rationabilem, sicut appellatio. *De appellat. & recusat. cap. Super eo it 2.*
Recusationis causa non probata in termino, redit causa ad Iudicem recusatum. *Si verò probetur, supersedere tenetur. De appellat. & recusat. cap. Secundo requiris.*
Recusationis causa assignata ab arbitris, dandus est terminus partibus. *De off. & potest. Iud. deleg. cap. Suspicionis.*
Recusans iudicem potest cum aduersario, vel si non habet, cum iudice conuenire de Arbitris; vel ipse vnum, & iudex alium eligat: & si non concordant, eligant tertium, & quod duo ex eis decernunt, sit firmum. *De appellat. & recusat. cap. cum speciali.*

Recursus.

Recursus ad superiores omninò permitti debet. *Ioan. 8. ep. 95.*
Vide, *Appellatio.* Vide, *Excommunicationes in Bulla Cœnæ.*

Reddere. Reddens.

Reddens debitum vxori petenti, meritum habet continentis. *33. q. 5. cap. Secundum.*
Vide, *Vir.* Vide, *Vxor.* Vide, *Coniuges.*

Redemptio.

Redemptio Captiuorum status Ecclesiastici, quomodo, & per quos facienda. Vide, *Captiui.*

Redire. Rediens.

Rediens ab Hæreticis, quomodo tractandus. *1. q. 3. cap. conuenientibus apud cap. Si qui voluerint.*
Rediens ab hæresi post publicam confessionem debet abiurare hæresim, & auctorem. *1. q. 7. c. Si quis Episcopus.*
Rediens post prædicta, potest recipi in ordinibus. *1. q. 7. cap. Saluberrimam.* Vide, *Hæresim relinquens.* vel *ab hæresi radiens.* Vide, *Episcopus rediens ab hæresi.*
Redeuntes à schismate, quid, & quomodo debent iurare. *1. q. 7. cap. Quoties cordis.*
Clericus non rediens ad residentiam, monitus, priuatur beneficio. *De cleric. non resident. cap. finali.*

Redditus Ecclesiarum.

Redditus Ecclesiæ non accipiat, qui de suis potest sustentari. *1. q. 2. c. Clericos. & cap. Pastor Ecclesiæ.*
Redditus Ecclesiæ in quatuor partes diuidendæ, & quas. *12. q. 2. cap. concesso. cap. Quatuor. cap. de redditibus. cap. Cognouimus, cap. Mos est, & cap. Sancimus.*
Redditus Cathedralium, & regularium Ecclesiarum dimissarum, pertinent ad successores. Excepto, si tunc alicui personæ competat iurisdictio cum emolumento. *Clement. de elect. & c. cap. Statutum.* & quid intelligitur nomine emolumenti. *ibid.*
Redditus Ecclesiæ, quomodo expendendi.
Vide, *Ecclesiæ redditus.*
Redditus Conuentuum. Vide, *Regulares.* Vide, *Ecclesiæ bona, &c.*

Referendarij Curiæ Romanæ.

Vide, *Secretariorum Collegium.*
Referendariorum vtriusque Signaturæ Sedis Apostolicæ, omnia priuilegia confirmat *Paulus 3. const. 12. Romani.* & alia concedit *const. 23. Debita.* Fiunt nobiles, & Comites Aulæ Lateranensis, gaudent, ac si nobiles ex vtroque parente essent nati. Possunt vti armis, & insignibus Papæ. Creare notarios; legitimare bastardos, & spurios; & adiunctis duobus, aut tribus Doctoribus possunt conferre Lauream in vtroque, vel altero Iure; & isti Doctorati gaudent, ac si in Vniuersitate essent Laureati. Si sunt Abbates, possunt vti mitra, baculo, anulo, &c. & benedicere populo in officijs præsenti. Expeditiones literarum Apostolicarum pro eis gratis faciendæ. Gaudent franchitijs gabellarum, & sex vegetum vini singulis annis. Eorum beneficia, famuli, & bona, sunt exempta à iurisdictione Episcoporum, & aliorum similium Prælatorum, & Archiepiscoporum. Sunt immediatè Papæ subiecti. Exactores gabellarum, boletarum, &c. nihil ab eis exigere possunt. Processus facti contra eos ab alio, quam à Papa, nulli sunt. Plura beneficia possunt consequi; item gratias expectatiuas. In obtentione beneficiorum omnibus (exceptis Cardinalibus) sunt præferendi. Aliqua beneficia incompatibilia sæcularia, vel regularia habere possunt cum certis limitationibus. Absentes ob seruitium Papæ, vel studium, beneficij fructus percipiunt. Eligere possunt confessarium, qui à casibus Papæ (exceptis quibusdam) semel in vita eos absoluat, ab alijs vero quoties placet, semel in vita, & semel in morte à dicto confessario indulgentiam plenariam obtinere possint. Altari portatili possint vti, & missam ante lucem facere celebrare, etiam in terris interdictis, ianuis clausis, cum quatuor alijs personis. tempore Quadragesimæ, &c. stationes vrbis in duabus Ecclesijs, vel tribus Altaribus vnius consequi possunt, in Quadragesima, & alijs diebus, de vtriusque medici consilio, lacticinijs, & carnibus vesci; recitare officium cum alijs socijs possunt, item audire confessiones in locis beneficiorum, absque licentia Episcoporum. testari possunt de acquisitis, etiam

ex

ex beneficijs, & aliter disponere. possunt permutare beneficia, & resignare cuiuis, sic etiam commendas, vniones, &c. *Paulus 3. ibid.* confirmantur *à Sixto 5. vt infra*.

Referendarij officium est perpetuum. Antiani precedunt alijs, etiam si isti essent Episcopi. In locis beneficiariorum substituant vicarios. & alia multa circa mutationē resignationē, &c. eadem confirmat. *Sixtus V. const.41. Quemadmodum.*

Referendarij quas materias proponere possunt in Signaturis, & quas non; quando manus apponere, & quando non, in commissionibus siue appellationum, siue aliis. quas causas possunt ordinarijs committere. quomodo abbreuiare debent lites, &c. alias. *Pius 4. const. 59. Cum nuper.*

Referendarij vtriusque Signaturæ quales debent esse. *Sixtus V. const.41. Quemadmodum*. Centum debent esse signaturæ iustitiæ, & non plures, & ex his 70. tantum Signaturæ gratiæ. *ibid.*

Referendarij gratiæ debent esse legitimè nati, clerici, doctores in altero, vel vtroque iure, per biennium versati Romæ in habitu clericali, annorum ætatis 25. debet habere vnde cum gradu sui honoris viuant. *ibid.* Quomodo promouendi. *ibid.*

Referendarius Signaturæ gratiæ esse non potest, qui per biennium in signatura iustitiæ non permansit, exceptis clericis Cameræ & Auditoribus. 18. semper debent esse præsentes in curia. *Sixtus 5.* vbi supra. Quomodo debent proponere causas, & ferre sententias. & confirmantur supradicta priuilegia. *ibid.*

Referendarij Signaturæ gratiæ, & iustitiæ in causarum expeditionibus ad quid tenentur, & ad quid possunt se extendere, omnia distinctè. *Paulus V. constit.71. Vniuersi. tit. De Signatura Gratiæ, & iustitiæ.*

Reformatio. Reformati.

Reformatio prima ordinis Minorum sancti Francisci. Vide, *Fratres Minores sancti Francisci.*

Reformatio Regularium. Vide, *Regularium reformatio*.

Reformati Conuentuales S. Francisci instituti approbantur, & forma viuendi. *Sixtus V. const. 68. Apostolici*.

Reformati beatæ Mariæ Mercedis Redemptionis captiuorum. Vide, *Fratres Beatæ Mariæ*.

Reformati Discalceati S. Augustini. Vide, *Fratres S. Augustini, &c.*

Reformati Obseruantes. Vide, *Fratres Minores Strictioris obseruantiæ*.

Reformationis decreta inserenda regulæ, & constitutionibus regularium. Vide, *Regul. Reformatio, & decreta*.

Refugium.

Refugij monasterium Romæ erigitur. *Clemens 8. constit.35. In supremo*. In tres partes diuiditur: in vna detinentur virgines, quæ in periculo versantur, donec de matrimonio, vel de religione deliberent. In secundo, viduæ honestæ conditionis. In tertio, impudicæ conuertitæ. Forma, & modus administrandi dictum monasterium. *ibid. per §§.14.* Iudex causarum illius monasterij est Senator, & à nullo alio potest iudicari de eo. *ibid.* In additione sequenti.

Reges.

Reges à rectè regendo dicti, id est, iustè, & piè gubernando. Si his careant, sunt tyranni. *Conc. Mogunt. 3. c.2.*

Reges honorare debent sacerdotes, non iudicare. *11. q.1. c. Sacerdotibus*. Eis sunt subiecti. *Dist.10. c. Suscipitis*.

Reges debent malos comprimere, & bonos iuare. *23. q.5. cap. Regum*.

Reges, & Imperatores subsunt Episcopis. *De maiorit. & obed. c. Sollicitæ. & dist.10. vbi supra*.

Reges vngi debent in brachio, non chrismate, sed oleo. *de sacram. vnct. c. vn. §. Vnde*.

Reges, vel Imperatores non possunt Ecclesiasticas dignitates clericis conferre. *Conc. Claramont. c.16.*

Regi Galliæ conceditur, vt quædam beneficia, & Ecclesias in suo Regno possit conferre. *Extra, de tregua, & pace. c. Ad vniuersalis*. Vide, *Gallia*.

Reges non possunt à clericis exigere gabellas, tallias, collectas, &c. Vide, *Laici*. Vide, *Clerici*. Vide, *Excommunicationes in Bulla Cœnæ*.

Rex eligi non potest puer. *Alexander 4. const.7. Firma*.

Rege aliquo excommunicato à Papa, &c. datur ab eodem Papa facultas eligendi alium. *Greg.7. const.vnic. Beate Petri*.

Reges excommunicati à Papa reconciliandi. *Alexander 3. const.2. Quanta. Calixtus 2. const. Omnipotenti. Greg.7. const. Quoniam pro amore*.

Reges multi à Papa obtinent Regnum. *Alexander 6. const.2. Inter cætera*.

Rex Bohemiæ à Papa obtinet, vt sic intituletur. *Innocent.3. const.6. Licet ante*.

Rex Aragoniæ coronatur Romæ *ab Innoc.3.* Idem *const.8. Cum quanta*.

Rex Aragoniæ obtinet, vt deinceps coronetur ab Archiepiscopo Cæsaragustano. *ibid.*

Rex Armenorum petit confirmationem à Papa. Vide, *armeni*.

Rex Hispaniarum obtinet à Papa dominium insularum Americæ, seu Indiæ occidentalis; & vt possit alijs relinquere in hæreditatem. *Alexander 6. const.2. Inter cætera*.

Reges, & Reginæ, quale priuilegium habent, vt non possint excommunicari. Vide, *Priuilegium*.

Reges à Papa ex causa priuantur Regnis. Vide, *Papa circa Imperatores, & Reges*.

Reges à Papa obtinent Regna. Vide, *Papa. ibid.*

Reges alienantes aliquid in præiudicium Regni, etiam si iurant de non reuocando, non tenentur stare iuramento. *Honorius 3. ex Cirone, de iure iurando c.3.*

Reges N. & N. Vide in suis locis.

Reges tenentur prius se, deinde alios regere. Et quæ sint requisita boni regis. *Conc. Paris.6. l.2. c.1.* Tenentur vti bonis ministris, & iudicibus, alias mala ipsis imputantur. *ibi. c.3.*

Reges mali etiam de permissu Dei dantur. *ibid. c.5.*

Reges rationem Deo daturi sunt de malo gubernio. *Conc. Aquisgran. 3. p.4. c.3.*

Reges non possunt condere leges circa Ecclesiasticas res. *concil. Meldense c.22.*

Regis officium est regere, iudicare, Ecclesiam defendere, nec non viduas, pupillos, & orphanos; ac inuigilare, vt ministri benè iudicent. *Conc. Paris.6. lib. 2. cap.2. Concil. Mogunt.3. c.3.*

Regibus ab omnibus subditis est obediendum. *ibid. l.2. cap.8.*

Regis imperium spernens, & præceptis eius non obediens, potest excommunicari. *Conc. Meldense c.15.*

Regi insidians, excommunicetur. *Conc. Meldense*.

Reges impedientes ordinationes Ecclesiarum, per Papam sunt reprimendi. *Gregor.7. l.1. ep.35. & 36.*

Reges iniusti, & tyranni, per Episcopos sunt reprimendi. *Gregorius 7. l.2. ep.5.*

Regi excommunicato pœnitenti, quæ pœnitentia est imponenda. *Gregor.7. l.4. ep.12.*

Reges tenentur à suis Regnis expellere hæreticos. *Conc. constant. sess. vlt. in const. Martini V.*

Tenentur dare auxilium Inquisitoribus contra illos. *ibid.* alias non tenentur Christiani.

Tenentur statim recipere hæreticos condemnatos ab Inquisitoribus, sibique derelictos. *ibid. Martin. V.*

Reges, & Principes tenentur vindicare iniurias illatas Sacramentis. *23. q.5. c. Si propterea*.

Regina mortuo Rege, in monasterio Virginum debet se recipere. *Concil. Tolet.4. c.13. Conc. Cæsaraugust.3. c.5.*

Regna.

Regnorum firmamentum Christus est. *Conc. Epheſ. in epist. Cyrilli ad Monachos Ægypti.*

Regnorum destructio est impietas in Deum. *ibid.* Vbi multa scripturæ Sacræ adducuntur exempla.

Regni Galliæ cum Sede Apostolica concordata circa beneficia conferenda in Delphinatu. *Extra, de tregua & pace. c.1.*

Regnum *N. & N.* Vide, *N. & N.*

Regna per iuſtitiam firmantur, & per iniuſtitiam euertuntur. *Conc. Pariſ. 6. lib. 2. cap. 4.*
Regna propagantur, cum Eccleſiam Catholicam defendunt. *Conc. Mogunt. 3. c. 2.*

Regia poteſtas.

Regia, & ſacerdotalis poteſtas, ſemper rexerunt mundum. *Conc. Colon. 2. par. 2. cap. 2.*
Regia poteſtas eſt inferior Epiſcopali. *Gregor. 7. lib. 4. ep. 2.* Vide, *Epiſcopalis dignitas, diffusè.*

Regiſtra, &c.

Regiſtratores Cameræ Apoſtolicæ. Vide, *Camera Apoſt.*
Regiſtra à notarijs, &c. quomodo conſeruanda. & obligationes horum. *Paulus V. conſt. 71. tit. de regiſtris, &c.*
Vide, *Notarius.*
Regiſtratores Cancellariæ, quid pro pretio poſſunt accipere, & alia obligationes. *Martinus V. conſt. 3. in Apoſtolicæ.*

Regulæ iuris.

Regulæ iuris in decretis *Gregorij IX.* ſunt 11. & ſunt in *lib. 5. tit. vltim.*
Regulæ iuris in ſexto decretalium ſunt 88. *De regulis in 6.*

Regula Fratrum Minorum S. Franciſci.

Regula fratrum Minorum declaratur per omnia capita *à Nicolao 3. de verbor. ſignif. in 6. c. Exijt.* Deinde *à Clem. V. Clement. de verbor. ſignif. cap. Exiui.*
Quænam præcepta ſint obligatoria, & quæ æquipollentia. *ib.*
Regulæ eiuſdem declaratio quo ad habitus, formam, & pretium; quo ad granaria, cellaria, &c. *Extrau. Ioann. 22. de verbor. ſignif. cap. Quorumdam, & ſeqq.*
Regula fratrum Minorum poteſt interpretari, licet in mandato, ſeu teſtamento Sancti Franciſci, hoc prohibeatur. *de verbor. ſignif. in 6. cap. Exijt.*
Regulæ præfatæ declaratio facta per *Nicolaum 3.* à nullo poteſt alterari, ſub pœna excommunicationis reſeruatæ. *ibid. in fine.*
Regulam cum præfata declaratione, damnantes eidem excommunicationi ſubiacent. *ibid.*
Sed *Ioannes 22.* tollit excommunicationem circa declarationem, & dicit declarari poſſe, & ipſe declarat. *Extrauag. Ioann. 22. de verbor. ſignif. cap. Quia nonnumquam.*
Regula Fratrum Minorum, & aliorum Ordinum poteſt à Papa, & declarari, & relaxari. *Extrau. Ioann. 22. de verbor. ſignificat. cap. ad conditorem.*
Vide, *Fratres Minores S. Franciſci.*

Regularium Ordines, inſtitutio, finis, & vtilitas.

Regularium ordo ab Apoſtolis fundatus eſt. *Conc. Meldenſe cap. 9.*
Regularium ordines non ſunt introducti à diabolo, ſed à Deo. *Conc. conſtantienſe contra art. vlt. Io. Vvicleff.*
Regularium, & clericorum ſæcularium vna eſt Eccleſia. *Clement. de exceſſib. Prælat. cap. vn.*
Regulares ſunt membra Religionis Chriſtianæ. *Concil. conſtantienſe contra ar. 23. & 34. Io. Vvicleff.*
Regularium Religiones eſſe debent in Eccleſia. *concil. Senonen. cap. 17.*
Regularium Religionum inſtitutores non peccarunt. *Conc. conſtantienſe contra ar. 22. Io. Vvicleff.*
Regularium vita eſt maximè accommodata perfectioni euangelicæ, dum purè obſeruatur. *Conc. Colon. 2. p. 10. c. 1.*
Regularium Religio quælibet eſt aptior ad obſeruantiam præceptorum Dei. *conc. conſtantienſe contra ar. 21. & 35. Io. Vvicleff.*
Regularium Religiones vota emittens benè facit, & obſeruare tenetur. *conc. Senon. cap. 9.*
Religio noua non poteſt inſtitui ſine Papæ licentia. *conc. Lateran. 4. c. 13. de Religioſis domibus cap. fin.* Sub eodem *tit. in 6. cap. vn. Religionum.* Et non approbatæ à Papa, caſſantur. *ibid.*

Regulares ſunt Epiſcoporum coadiutores in vinea Domini. *Clement. de ſepulturis cap. Dudum. Conc. Later. 5. ſeſſ. 11. conſt. 4. Dum intra.*
Regulares mendicantes, & præſertim Minores, & Prædicatores illuminarunt, & exaltarunt Eccleſiam Catholicam. *Extra, de tregua, & pace cap. Vices.*
Regularibus dantes eleemoſynas non peccant. *conc. conſtantienſe contra art. 34. Vvicleff.*
Vide, *Monachorum ſtatus.*

Regularium Religionem, quis ingredi poſſit, & in qua ætate.

Religionem ingredi poſſunt clerici, & ab Epiſcopo nequeunt impediri. *Conc. Tolet. 4. c. 50. 19. q. 1. c. vn.*
Religionem nullus profiteri poteſt ante annum 14. at ſi maior factus ratificabat (olim) tenebat. *De regularibus cap. Significatum.* Nunc autem ſiue mares, ſiue fœminæ, profiterì non poſſunt ante annum 16.
Vide, *Profeſſio.* Vide, *Nouitij.* Vide infra, *Regul. Nouitij.*
Religionem, olim, quis profiteri poterat in anno 15. ætatis. *De regular. in 6. c. 1.*
Religionem, olim, nullus profiteri poterat ante probationem triennij. *17. q. 2. c. Si quis incognitus.*
Religionem ingrediens, olim, ſi in ea permanebat per annum, intelligebatur profeſſus. *De Regularibus c. Ex parte tua.*
Religionem arduam, olim, nullus poterat ingredi, niſi in ætate annorum 18. *De regularibus cap. Qui in inſulis.*
Si nouitij à profeſſis diſtincti non erant in habitu. *de regul. in 6. c. 1. Clement. de regul. c. fin.*
Religionem ingredi, & profiteri non poteſt ære alieno grauatus. Vide, *Æs alienum.*
Religionem ingredi non poteſt furioſus, & factus ſanæ mentis, non tenetur permanere, ſi erat ingreſſus. *De regular. cap. Sicut tenor.*
Religionem ingrediens in infantia, vel ex patris voluntate (olim) non poterat eam relinquere. *20. q. 1. cap. Addidiſtis. cap. Monachum, & cap. Quem primò. conc. Tolet. 10. c. 6. conc. Vormat. 1. c. 23.* Datus à patre ſi profeſſionem faciat poſt annum, non poteſt exire. *conc. Lat. 3. par. 50. c. 10.*
Religionem ingrediens ex patris complacentia, factus maior poteſt exire, ſi vult. *De Regularibus cap. cum ſimus. concil. Toletan. 10. cap. 6.*
Religionem ingrediens puella ante annos 12. poteſt à parentibus impediri: ſi verò vltra illum annum diſſimulant, non poteſt amplius impediri. *20. q. 2. c. Puella.*
Religionem quilibet poteſt intrare, etiam inuitis parentibus. *conc. Senonenſe c. 17.*
Religionem ingredi, & profiteri poteſt coniux poſt matrimonium ratum, non verò poſt conſumatum, niſi coniux conſentiat. *conc. Trident. ſeſſ. 24. can. 6.* Vide, *Matrim. rata quando ſolui poſſunt.* Vide, *coniuges.*
Religionem ingredi vouens, ſi ducit vxorem, non tenetur eam dimittere. *conc. Lat. 3. tit. de extraneis.* Vide, *Regul. reformatio.*

Regularium religionem, quis non poſſit ingredi; & non recipi in ea.

Religionem ingredi non poſſunt ſerui. *conc. Mogunt. 1. c. 23.*
Religionem ingrediente ſeruo, ſi per triennium, non quæratur, fieri poteſt profeſſus. ſi intra tale tempus quæritur, reſtituatur. *cauſa 17. q. 2. c. Si quis incognitus.*
Regularis fieri non poteſt ſeruus ſine licentia domini. recipiens eum eſt excommunicandus. *conc. calced. c. 4.*
Religionem ingredi nequit, qui non habet ætatem legitimam. *conc. Mogunt. 1. c. 23.*
Coniux poſt copulam, non poteſt ingredi religionem ſine conſenſu alterius. Vide, *coniux.* Vide, *Matrimonia ſeparanda.* Et tenetur reddere debitum. *ibid.* Vide, *vxor.* Sed non poteſt petere.

Regularis fieri non potest habens excommunicationem reseruatam Papæ. Sed ad illum remittatur. *conc. Later. 3. in append. tit. de his qui incidunt, &c. can. 2.* Vide, *Coniuges*.

Religionem ingredi non debet Princeps miles, qui est vtilis Ecclesiæ. *Gregor. 7. lib. 6. ep. 17.*

Regularis fieri non potest coniux, nisi etiam alter intret in religionem. Vide, *Matrimonia quando possunt solui*. Vide, *Coniuges*.

Religionem nullus potest ingredi per potentiam sæcularium. *conc. Rauenn. 4. sub Ioanne 22. c. 6.*

Regularis fieri non potest vllus Episcopus sine licentia Papæ. *De regular. c. Licet quibusdam*.

Si verò ingredi velit arctam religionem, videndum est ex quo fine id facit. *ibid.*

Regulares non possunt recipere ad habitum illegitimos; vel criminosos; vel ære alieno grauatos; vel obligatos ad reddendas actiones. *Sixtus 5. const. 71. cum de omnibus*.

Vide, *Obligatio*.

Regularium religionem per vim ingressi.

Religionem ingressus per vim, potest ab ea exire. *Nicolaus 1. in decr. tit. De votis. c. 2. 20. q. 3. c. Præsens. Ioann. 8. ep. 226.*

Nullus cogatur sumere habitum regularem. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 88. de regular. &c. c. 1.*

Religionem ingressus non ex propria voluntate, non cogitur in ea manere. *Causa 20. q. 1. cap. Sunt qui monasteria, & cap. Illud autem. De his quæ vi, & metu fiunt. cap. 1. de regular. c. 1.*

Ad religionem nullus trahendus inuitus, & maximè puellæ. *Conc. Colon. 2. par. 10. cap. 1. & 2.* Et professio inuoluntaria est nulla. *ibid. c. 2.*

Regularis professus prætendens per vim intrasse, vel ante ætatem, quid debet agere. Vide, *Regul. religio deseri non potest.*

Regulares Religionem ingredientes, nihil soluant.

Regularis Religionem ingrediens, nihil soluat, siue sit vir, siue fœmina. Regulares, qui id permittunt, seu accipiunt, deponantur. *Conc. Nicæn. 2. c. 19. 1. q. 2. cap. Nullus Abbas. Conc. Londinen. 1. c. 14. Conc. Lateran. 3. c. 10. Concil. Later. 4. c. 64. Conc. Oxon. 1. c. 32.* Non potest soluere prandium, non pecunias, non iocalia Ecclesiæ. Dans, & accipiens, si sunt personæ singulares, incurrunt excommunicationem: si Capitulum, vel Collegium, suspensionem Papæ reseruatam. Gratis possunt dare. Si data applicata sint communi vsui, Papa ea remittit, vt teneant: si personæ singulari, hæc debet restituere. *Extra, de simonia cap. Sanè*.

Regulares, qui pro ingressu aliquid recipiunt sunt simoniaci. *De simonia c. Non satis, & cap. Veniens ad nos.* Nisi gratis det. *Extra, de simonia c. Sanè*.

Religionem ingrediens, si gratis, & sponte dat aliquid, non requisitus, non est simoniacus, nec etiam qui recipit. *De simonia cap. Dilectus*.

Regulares Religionem ingredientes, excepto victu, & vestitu, nihil soluere debent, nec dare monasterijs, nè hac occasione finito nouitiatu patiantur difficultatem, si velint discedere, eò quod proprias substantias non possunt recuperare. *Conc. Trid. sess. 25. de refor. Regul. c. 16.*

Dantes, & recipientes bona nouitiorum, sunt anathema. *concil. Trid. ibid.* Nouitio volenti exire à Religione, omnia sua restituantur. & potest compellere mediante Episcopo per censuras, &c. ad restituendum. *ibid.*

Religiosus soluens pretium pro ingressu Religionis, non potest ad sacros ordines ascendere. *Conc. Later. 3. c. 10.*

Regulares recepti per simoniam, quomodo tractandi. *De simonia cap. Dilectus. & c. Quoniam*.

Regulares Religionem ingressi, ad quid tenentur.

Religionem ingressi tenentur in ea permanere. *Conc. Tolet. 4. c. 49. Tolet. 12. c. 2.*

Religionem ingressi in infantia, in anno 15. explorandi sunt, an velint permanere: quod si nolunt, dimittendi sunt. *Pap. ep. 2. Marcelli 1.*

Religionem aliquo ingrediente, quando vacat beneficium. Vide, *Beneficium*.

Tenentur callere diuina officia, responsoria, &c. *conc. Rauennat. 2. sub Clem. 5. c. 17.*

Tenentur carere proprio peculio, &c. *Conc. Later. 3. tit. Ne clericus cap. 5.*

Religiosus recipiens habitum professorum, cogitur esse religiosus. *De Regularibus c. Super eo*.

Religiosus portans in monasterio habitum, vltra annum, censetur professus, & profiteri compellitur. *de Regularibus c. Ex parte tua*.

Religionem ingrediens cum excommunicatione reseruata Papæ, ad eum est remittendus. *Concil. Later. 3. in append. tit. De his qui incidunt, &c. c. 2.*

Religionem ingrediens ob commodum, vel prælationem, non est monachus, nec Dei filius, sed mercenarius. *Conc. Colon. 2. par. 10. cap. 4.* Vide, *Regul. refor.*

Regularis Religionem ingrediens, circa dispositionem bonorum, vel successionem.

Regularium religionem intrans, si habet filios, vel filias, debet sua bona eis diuidere, & partem potest pro se tenere, quæ sit monasterij. *Si* post ingressum moriatur, antequam diuidat, filij habeant legitimam, & monasterium succedat in reliquum. *19. q. 3. c. Si qua mulier*.

Regularis intrans in religionem, non cogatur donare bona sua Ecclesiæ. *Conc. Cabilon. 3. c. 7.* Pœna superiorum id procurantium. *ibid.*

Regularis, qui ante ingressum religionis fecit donationem verbo, post habitum susceptum, potest etiam facere scripto, & quomodo. *Gregorius 1. lib. 11. ex regest. ep. 5.*

Religionem ingrediens filius, non potest a patre priuari hæreditate ob ingratitudinem. *19. q. 3. c. vlt.*

Si quis per circumuentionem *in Religionem* trahitur, eius bona non monasterio, *sed hæredibus* debentur. *21. q. 3. c. vlt.*

Regularis, *qui religionem ingreditur*, si renunciat, vel donat, etiam cum iuramento sua bona, etiam in fauorem causæ, vel loci pij, inualida est eius donatio, & nullum potest sortiri effectum, nisi eam ratificet intra duos menses immediatè proximos ante professionem. Et sic facta, ac valida, non sortitur effectum suum, nisi secuta professione. *Conc. Trid. sess. 25. de refor. regul. c. 16.*

Nouitiorum bona non recipiantur, sub pœna anathematis. Vide, *Regul. religionem ingredientes, nihil soluant.* et exeunti omnia sua reddantur. *ibid.*

Regularium religionum Nouitij, eorumque probatio.

Olim incogniti recipi non poterant ad professionem ante probationem triennij. *17. q. 2. c. Si quis incognitus*.

Regulares Nouitij per integrum annum probandi sunt. *concil. Later. 3. in append. tit. Ne clericus c. 5. Conc. Treueren. c. 11. Conc. Tridentin. sess. 25. de refor. regul. c. 15.*

Regulares, præsertim Minores, & Prædicatores, intra annum probationis, nullum possunt recipere ad professionem, alias irrita, & nulla est professio. *de Regularibus in 6. cap. Non solum. cap. Constitutionem. Conc. Treueren. cap. 11. Concil. Trident. sess. 25. de refor. regul. c. 15.* Idem de monialibus statuit. *ibid.* Alias professentes nullam contrahunt obligationem seruandi regulam, vota, &c. *ibid.*

Regular. nouitij intra annum probationis, redire possunt ad sæculum. *de regularibus c. Consulti. & cap. Statuimus. Conc. Lateran. 3. in append. tit. Monachis c. 1.*

Regular. nouitius intra annum probationis, potest validè contrahere matrimonium, rediens ad sæculum. *Conc. Later. 3. tit. De coniugatis c. 5. de sponsalibus secundo cap. 4. & 9. & tit. De Monachis c. 1.*

Regularis nouitius rediens ad sæculum, promoueri potest ad ordines. *De regularibus c. Postulasti.*

Nou-

Nouitius cuiuslibet Religionis, eligi potest in Episcopum. *De elect. &c. in 6. c. Nullus. §. Ad dignitatem.*

Regularis nouitius, si erat Parochus, potest intra annum ad Parochiam redire. *Conc. Later. 3. in append. tit. De Monachis cap. 2.*

Regularis nouitius habens excommunicationem reseruatam Papæ. Vide, *Regularium religionem quis non possit ingredi.*

Regularis nouitius, statim post annum probationis tenetur emittere professionem. *Honorius 3. ex Cirone, tit. De Regularibus, c. 4.*

Regularis non professus non potest in aliquo Conuentu commorari, nisi emittat professionem. *Honorius 3. ex Cirone, tit. De electione c. 3.*

Regularis nouitius admitti (olim) non poterat ad professionem, qui annum 15. non complesset. *conc. Treueren. c. 11.* Vide, *Professio.* Nunc verò nullus, neque mas, neque fœmina, potest professionem facere in vlla religione, nisi annum decimum sextum expleuerit, & annum integrum probationis in ea religione fecerit. alias nulla est professio, nullamque inducit obligationem circa vota, præceptaque regulæ, & alia consequentia professionem. *conc. Trid. sess. 25. de refor. regul. c. 15.*

Professionem emittere nullus potest, soluendo pretium aliquod. *conc. Treuerense c. 11.*

Neque vlla alia conuentio facienda est pro emittenda professione. *ibid.*

Regularium professiones cum certis defectibus factæ, quæ per *Sixti V.* constitutionem erant inualidæ, reducuntur ad terminos iuris communis. *Clemens 8. const. 83. In suprema.* Sed pœnæ remanent in robore contra admittentes.

Regularium nouitii finito anno probationis, seu nouitiatus, si habiles sunt, ad professionem admittantur; si inhabiles, à religione eiiciantur. & per hoc decretum, nihil innouatur circa regulares Societatis Iesu. *conc. Trid. sess. 25. de refor. regul. c. 16.* Vide, *Regul. reformatio.*

Nouitio exeunti à religione omnia sua restituenda sunt. & ad hoc compelli possunt regulares per Episcopum. Vide, *Regul. religionem ingredientes, nihil soluant.*

Regulares nouitii non possunt induci, nec teneri, nisi in Conuentu Nouitiatus per Papam deputato. *Clemens 8. const. 60. Nullus §. 20. & const. 83. in addit.* vbi viget maior obseruantia. Alias superior admittens, incurrit priuationem actiuæ, & passiuæ vocis, & inhabilitatem perpetuam ad officia. *ibid.*

Regulares nouitii recipi non possunt in religione, nisi in monasteriis designatis authoritate Papæ pro nouitiatu: Superiores verò contrafacientes, ipso facto sunt priuati officio, actiua, ac passiua voce, & fiunt inhabiles perpetuò ad ea. *Vrbanus 8. const. 26. Sacra congregatio in c. seq. Sanctissimus.* Et iterum per extensum in eadem *const. 26. c. cum ad regularem.* Vbi omnia obseruanda in receptione, & educatione nouitiorum, distinctè sunt explicata.

Nouitiis concedendi sunt præceptores, qui in diuinis officiis, & literis eos erudiant. *conc. Treuer. c. 11.*

Nouitii, quomodo recipiendi, & educandi. *Clemens 8. constit. 83. in addit. Vrbanus 8. const. 26. in cap. seq. Sanctissimus. & c. cum ad regularem, diffusè.* Vide, *Regul. reformatio.*

Nouitiis, qui in loco non designato à Sede Apostolica nouitiatum nō fecerant, licet nulla esset professio, & denuò annum probationis debuissent facere, Papa concessit, vt sine nouo anno probationis professionem facerent, & ad gradus, & dignitates religionis essent habiles. *Vrbanus 8. const. 5. in append. Religiosos.*

Vide, *Nouitii.* Vide, *Regular. reformatio.*

Regul. circa filiationes.

Regular. filiationes conuentuum, quando, & quomodo sunt licitæ; & possunt, ac debent fieri. *Vrban. 8. const. 26. cap. cum ad regularem circa finem.*

Regulares religionem professi, eorumque obligationes, & professiones nullæ.

Religiosus vouens post annum probationis, tenetur ad obseruantiam talis regulæ. *17. q. 2. c. Gonsaldus. 20. q. 3. c. Procliuis. c. Presbyteri, & cap. Eos qui. 27. q. 1. c. Si custos, & cap. Si homo. concil. Lateranen. 3. in appendice part. 50. capit. 10.*

Religionem professus licet numquam manserit in claustro, nec bonis suis vti cessauerit, adhuc tenetur ad religionem. *De regularibus c. Sicut nobis, & sub eodem titulo in 6. c. constitutionem.*

Tenentur carere peculio. Vide, *Regul. circa peculium.*

Manens in monasterio cum habitu religionis vltra annum, censetur professus, & profiteri compellitur. *De regularibus c. Ex parte tua.*

Regularis tacitè professus, per annum portans habitum professorum, tenetur stare in illa religione. *Si* verò portat habitum diuersum, ad quid tenetur. *De regularibus in 6. c. constitutionem.*

Regulares monachi professi S. Benedicti tenentur in qualibet prima Dominica mensis omnes simul Eucharistiam sumere. *Clem. de statu monachorum. c. 1. §. Sane.*

Regulares tenentur ad obseruandum silentium. *de statu monachorum. c. cum ad monasterium.*

Regularis, siue vir, siue fœmina, recipiens habitum extra religionem ab aliquo non potente incorporare, non potest matrimonium facere. sed si facit, est verum, & firmum. *Qui clerici c. consuluit.*

Regularis professionem solemnem faciens soluit, & dirimit vinculum matrimonii rati non vero consumati. *conc. Trid. sess. 24. can. 6.* Vide, *Matrimonia rata, quando solui possunt.*

Tenentur se exercere in opere manuali. *De consecrat. dist. 5. c. Numquam de manu.*

Non tamen tenentur labore manuum semper viuere, sed possunt mendicare. *conc. constant. contra art. 24. Ioan. Vvicleff.* Et dantes eis eleemosynas non peccant. Idem, *contra art. 34.*

Regulares omnes cuiuscunque Ordinis, siue Mendicantium, siue non, & cuiuscumque conditionis, etiam si cappellani Papæ, subditi sunt auctoritati suorum superiorum. *Gregor. 11. const. 6. per Romani.* Vide, *Regul. reformatio. Vrban. 8. const. 57. Pastoralis.* Ideo reuocat omnia priuilegia contraria. *ibid.*

Religionem aliquam profitentes cum voto de non procuranda, nec acceptanda dignitate; si postea transeunt ad aliam religionem votum illud non relaxatur, sed remanet, & obligat; cuiuscumque religionis sint, vel societatis. *Vrbanus 8. in append. const. 30. cum sicut accepimus.* Et si ab ea expellitur, adhuc manet obligatio. *ibid.*

Professio facta inuoluntariè, nulla est. *conc. colon. 2. p. 10. c. 2.*

Prætendens professionem fecisse per vim, vel ante ætatem, quid tenetur facere. Vide, *Regul. religio deseri non potest.*

Regulares tenentur vacare orationi, scripturarum lectioni, diuino cultui, & operari aliquid propriis manibus. *conc. colon. 2. p. 10. c. 16.*

Regulares omnes quicumque sint, ob nullum priuilegium, sunt exempti à choro, siue Generales, siue Prouinciales, siue alii officiales, Lectores, &c. nisi dum actu occupantur in suo exercitio. *Clem. 8. constit. 60. Nullus. & Vrbanus 8. const. 26. c. Nullus.*

Regulares tenentur stare sub obedientia suorum superiorum. Vide, *Regul. reformatio.* Et ideo existentibus in regnis Hispaniarum reuocantur omnia priuilegia, per quæ eximuntur ab obedientia superiorum. *Vrbanus 8. const. 57. Pastoralis.*

Regulares professi contra formam decretorum. *Clementis 8.* vel in conuentibus non designatis, intra quinquennium posse audiri declarauit *Vrbanus 8. in appendice constitut. 5. Religiosos.*

Qui ergo sic professi exire vellent, coram Sacra Congregatione Concilii sua iura producere debebant, ita & eorum superiores. *Vrbanus 8. ibid.*

Neque aliter possunt superiores tales professos eiicere à reli-

gione, sub pœna priuationis omnium officiorum, suspensionis à diuinis, & priuationis actiuæ, ac passiuæ vocis, ipso facto, absque declaratione. *Vrbanus 8. ibid.*

Regulares verò hi professi, si ex sè absque licentia S. Congregationis Concilij exeunt à Religione, vt apostatæ puniendi sunt, & pro talibus habendi. *Vrbanus 8. ibid.*

Vide, *Regul. Religio deseri non potest.* Vide, *Regul. Reformatio.* Vide, *Regul. circa obseruantiam.* Vide, *Regul. circa vitam communem.* Vide, *Monachorum status.*

Vide, *Monachorum obligationes.*

Regularium Professorium.

Regulares debent habere secundum Nouitiatum, seu Professorium, in quo nouitij post professionem detineri debent, vsque dum sacris ordinibus initiantur. & qualis debet esse talis locus quomodo regi, ac gubernari. *Vrbanus 8. const. 26. in cap. Cum ad regularem, circa finem.*

Vide, *Regul. Reformatio.*

Regulares quo ad tonsuram, & vestes.

Regulares tenentur radere caput ad modum coronæ. *concil. Nicænum 1. ex Arabico c. 76.*

Regularium, siue virorum, siue mulierum, vestes differant à vestibus laicorum. *Conc. Nicæn. 1. ibid.*

Regularium vestes debent esse laneæ. *Zacharias ep. 7. c. 1.*

Regulares, olim, in aliqua regione non poterant vti pileis. *Conc. Londinense 1. c. 14.*

Regularium vestes, & omnia suppellectilia sint honesta. *concil. Aquisgran. 1. c. 124.*

Regulares monachi portare non possunt vestem lineam interiorem, id est, camisiam. *De statu monachorum c. Cum ad monasterium.*

Regularibus, etiam monachis, prohibetur excessus in vestibus, equis, &c. & omnis luxus. *Clement. de statu monachor. cap. 1. & §. Statuimus.*

Regulari dari non potest licentia ferendi occultè habitum suę religionis. *Conc. Trid. sess. 25. de refor. regul. c. 19.*

Vide, *Regularium reformatio.*

Regulares circa studia.

Regulares habeant domi magistros, à quibus doceantur de lege, ac doctrina. *conc. colon. 2. part. 10. c. 5.*

Regulares vacantes studijs sint immunes ab officijs sordidioribus. *conc. colon. ibid. c. 5.*

Regulares bonæ indolis mittendi sunt ad studia: sed in monasterijs habitare debent. *conc. colon. 2. p. 10. c. 7.*

Regularium monasteria opulenta tenere debent studium Theologiæ, ad quod mitti debent iuuenes, & alij studentes. & superiores negligentes compelli possunt ad hoc per ordinarios. *conc. Mogunt. 4. c. 66.*

Regulares missi ad studia, habitare debent in Conuentu. alias ordinarii contra eos procedant. *concil. Trid. sess. 25. de reform. regul. cap. 4.*

Regulares Lectores, &c. non sunt exempti à choro, ob nullum priuilegium, nisi dum actu occupantur in suo exercitio. *Clemens 8. const. 60. Nullus. Vrbanus 8. const. 26. in c. Nullus nu. 3.*

Lector S. Scripturę debet adesse in Conuentibus insignioribus. Vide, *Lector.* Vide, *Scriptura.*

Lectio S. Scripturæ bis fiat in hebdomada in Conuentu, & ea finita, fiat mutua collatio de auditis. *Clemens 8. constit. 60. Nullus. §. 1.*

Nullus gaudeat priuilegio Lectorum, nisi actu legat, aut prædicet. *ibid. §. 9.*

In studiis Regularium debent esse Magistri Linguarum, qui alios doceant. Vide, *Lingua.*

Qui in iis profecerint, cæteris sunt præferendi in gradibus, doctoratu, &c. *ibid.*

Vide, *Studia.* Vide, *Theologia.* Vide, *Regularium reformatio.*

Regularibus prohibita.

Non possunt negotiis sæcularibus vacare. *concil. calcedon. c. 4. concil. Lateran. 3. tit. Ne clericus cap. 3.* Non possunt negotiari ad lucrum. *ibid. Ne clerici, vel monachi cap. 1. & cap. Secundum.*

Non possunt assumere cellas solitarias, nisi de superiorum licentia. *concil. Andegauen. cap. 7.* priuantur voce passiua. & locum post omnes habent. *conc. Rauennat. 4. sub Ioannes 22. cap. 17.*

Non possunt vacare venationibus: alias si sunt superiores, ab officio suspendantur; si subditi, priuentur. *ibid.* & *Clement. de statu monachor. c. 1. §. Porrò.*

Non possunt suscipere patrocinia laicorum. *Gregorius 1. lib. 3. ep. 34. conc. Later. 3. tit. Ne clericus c. 2.* (Superior permittens, priuetur. *ibid.*) *de postulando c. Ex parte.*

Non possunt in diuersorio comedere, nisi ex graui necessitate, & itinere. *conc. Nicænum 2. c. vlt.*

Non possunt comedere cum fœminis, nisi sanctis, & religiosis. *conc. Nicæn. 2. c. vlt.*

Non possunt adesse conuiuiis nuptiarum. *concil. colon. 3. tit. Censuræ c. 16. conc. Antisiodoren. c. 24.*

Non possunt exercere officium Villici. *conc. cabilon. 3. c. 12.*

Non possunt adire iudicia sæcularium per se, sed per procuratorem. *conc. Mogunt. 1. c. 12.*

Non possunt irrequisito superiore facere compositionem prę iudicialem Conuentui. *Honorius III. ex Cirone tit. de his, quæ fiunt, &c. c. 2.*

Non possunt extra monasterium comedere, nisi de licentia superiorum. *conc. Mogunt. 1. c. 12.*

Non possunt redire ad sæculi dignitates. *conc. Aquisgran. 1. c. 85. 20. q. 3. c. Eos qui.*

Non possunt per curias, & iudicia vagari. *conc. Aquisgran. 3. par. 4. c. 33.*

Non possunt ferre crumenam ad latus. *concil. Nicæn. 1. ex Arabico c. 76.*

Non possunt deponere, vt testes contra alium, nisi iurent. *Honorius 3. ex Cirone tit. de testibus c. 4.*

Non possunt esse compatres, vel commatres. *de consecr. dist. 4. cap. Non licet, & cap. Monachi sibi. conc. colon. 3. tit. censuræ c. 16. conc. Treueren. c. 11. conc. Antisiodoren. c. 25.* Vide, *Compatres.*

Non possunt commorari in Insulis (id est soli.) *20. q. 1. cap. Quia autem.*

Non possunt soli habitare in monasteriis. *Honorius 3. ex cirone tit. de cappellis monachor. cap. 1.* Ideo vel associandi, vel abducendi. *ibid.*

Non possunt esse conductores Villarum. *conc. Later. 3. c. 12. & in append. tit. Ne clericus c. 1. & 3.*

Non possunt recipere obligationes ad reddendas rationes. Vide, *Obligatio.*

Non possunt extra claustra legere, vel audire medicinam, vel legem. intra duos menses, reuertantur, alias ipso facto sunt excommunicati, & reuertentes vltimum locum teneant post omnes. *conc. Later. 3. tit. Ne clericus c. 2. Ne clerici, vel monachi. c. Non magnopere, & c. fin.* Per Episcopos declarari possunt excommunicati. *ibid.*

Non possunt locare terras cum pacto, vt decimæ sibi soluantur, vel quod locantes, &c. apud eos eligant sepulturam. *conc. Lateranen. 4. c. 56.*

Non possunt esse fideiussores absque licentia superioris, & maioris partis Capituli. *conc. Lateran. 4. c. 59. de fideiussoribus c. Quod quibusdam.*

Regularis non potest accipere mutuò, sine licentia superioris, & maioris partis Capituli. *conc. Later. 4. c. 59.*

Regularis non potest esse notarius, cum Episcopus visitat monasterium. *Extra, de off. Iud. ordin. c. 1.*

Regularis non potest conducere ad firmam terras Ecclesiæ suæ, nec alterius. & pœna. *conc. Oxon. 1. c. 40.*

Abstinere debent à venationibus, & piscationibus. *Clement. de statu monach. c. 1. §. Porrò.*

Regulares etiam canonici non possunt aduocare, nisi pro causa religionis; & tunc de licentia superioris. *de postulando c. Ex parte tua, & cap. cum sacerdotis.*

Regu-

Regulares non retrahant personas à legatis, vel restitutione: & pœna. *Clement. de priuil. & c. c.* 1.

Non possunt religiosos aliorum ordinum absoluere. *Extra, de priuil. cap. Inter cunctas.*

Regularis non potest esse iustitiarius Principis. *Ne clerici, vel, &c. c. Sed nec procurationes. Conc. Lateran.* 3. *c.* 12. alias seuerè puniatur. *ibid.*

Regulares non publicent vanas indulgentias. & pœna. *Clement. de priuilegijs, &c. c.* 1.

Regularis non potest nomine proprio, vel alterius negotiari. *Ne clerici, vel monachi, c. Secundum.*

Regularis non potest exercere chirurgiam. & si quis moritur ex eius causa, fit irregularis, licet faciat ex pietate. *De homicidio, &c. cap. Tua nos.*

Regularis non potest esse procurator sine licentia superioris. *Clement. de procuratoribus c. Religiosus. Concil. Lateran.* 3. *c.* 12. alias seuerè puniatur. *ibid.*

Non possunt tenere arma intra claustra, sub pœna excommunicationis ipso facto. *Clement. de statu monachor. cap.* 1. §. *Quia vero.*

Non possunt vexare aliquem indebitè, vel ad locum remotum conuenire. *Clem. de excessibus priuilegiat. c.* 1. §. *Quibus.*

Non possunt esse iudices publici, exceptis casibus hæreticæ prauitatis. *Extra, de off. Iud. ord. c.* 1.

Non possunt benedicere nuptias sine curati licentia. *Vide, Sponsalia, in fine.*

Non possunt esse notarij, nisi in causis hæreticæ prauitatis. *Extra, de off. Iud. ordin. c.* 1.

Non possunt in proprium vsum conuertere Ecclesiam, in qua habent ius patronatus. *de supplenda neglig. c. Sicut nobis.*

Regulares non possunt emere ius patronatus. *Conc. Lateran.* 3. *tit. De iure patronatus c.* 10.

Regulares habere non possunt beneficium, neque sæculare, neque regulare alterius ordinis; nec etiam simplicia, & quæ nullum seruitium requirunt. *Pius V. constitut.* 73. *Sacrosanctum.*

Regulares virtute Bullæ Cruciatæ non possunt sibi eligere confessarium. *Vide, Regulares circa confessiones suorum. Vide, Clerici. Vide, Clericis prohibita. Vide, Clerici circa negotia sæcularia. Vide, Regularium reformatio. Vide, Monachi circa superiores. Vide, Monachi à quibus tenentur abstinere.*

Regulares circa vitam communem.

Vide, Regulares circa obseruantiam.

Regulares tenentur in eodem dormitorio stare, in eodem refectorio edere; & per superiorem indumenta procurare, & recipere. *Concil. Turon.* 3. *c.* 24. *Conc. Aquisgran. c.* 123. *Con. Oxonien. c.* 36. *&* 38.

Non possunt comedere in diuersorio, nisi ex graui necessitate. *Conc. Nicæn. c. vlt.*

Tenentur simul officium recitare. *Conc. Aquisgran. c.* 121.

Regulares tenentur manere in conuentu; non possunt stare in villis. *Conc. Lateran.* 3. *c.* 10.

Religiosi prouidendi sunt de omnibus necessarijs ad victum. *Conc. Oxonien. c.* 38. bis in die reficiantur simul in refectorijs. *Conc. Aquisgran. c.* 123.

In casibus necessitatis possunt extra refectorium comedere. *Conc. Oxon. c.* 38.

In casu infirmitatis, & alijs, in quibus non possunt religiosi cibos communes edere, superior prouidere debet de alijs. *De statu monachor. c. Cum ad monasterium.*

Regulares infirmi cum omni charitate tractandi. *ibid. Conc. Aquisgran. c.* 282. *Vide, Regularium reformatio.*

Regulares circa peculium proprium.

Regulares non possunt habere proprium peculium. *Gregorius* 1. *lib.* 9. *ep.* 22.

Regulares tenentur vouere de non habendo proprium peculium. *Conc. Later.* 3. *tit. Ne clericus, c.* 5.

Si moriens inueniatur habere peculium, in campo sepeliendus est. *ibid. c.* 5. *Concil. Londinen. c.* 14. Neque pro eo dici potest missa. *ibid. De statu monachor. cap. Super quodam. c. Monachi. c. Cum ad monasterium. Conc. Later.* 3. *c.* 10.

Regularis habens peculium proprium, eijciatur de monasterio. *De statu monachor. c. Cum ad monasterium.* Si moritur cum peculio, in sterquilinio sepeliendus est. *ibid. concil. Later.* 3. *c.* 10.

Regularis non potest sine licentia superioris habere peculium. *Conc. Later.* 3. *c.* 10.

Regulares superiores non possunt modò in hoc dispensare. *Vide, Regularium reformatio.*

Et si dent licentiam, non suffragatur, ne subditi incurrant pœnas, &c. *Vide, ibid.*

Vide, Canonici regulares. Vide, Regulares circa munera. Vide, Regularium reformatio.

Regularis religionem deserere non potest, & quando potest.

Regularis religionem deserens, excommunicetur, & publica pœnitentia puniatur. 20. *q.* 3. *c. Eos qui. cap. Procliuis. Conc. Turon.* 1. *c.* 6. *Zacharias ep.* 7. *c.* 9.

Religionis habitum temerè deserens, seu dimittens, est excommunicatus. *Ne clerici in* 6. *c. Vt periculosa.*

Religionem deserens cogatur redire ad eam, alias districtè in monasterio detrudatur. 27. *q.* 1. *cap. Si custos, & c. Si homo.* Vide, *Habitum dimittens. Conc. Tolet.* 4. *c.* 55. *Concil. Tolet.* 6. *c.* 6. *&* 7. *Conc. Tolet.* 10. *c.* 6.

Regularis volens exire à religione, opponens quod per vim, aut metum, vel ante debitam ætatem professionem fecerit, audiri non potest, nisi intra quinquennium à die professionis reclamauerit. *Conc. Tridentin. sess.* 25. *de reform. regul. c.* 19.

Quod si intra tempus reclamauerit, ab ordinario, & à superiore cognoscatur, an causæ quas exponit, veræ sint. Et si sponte dimiserit habitum antequam coram ijs causas produxerit, nullatenus admittatur ad allegandum, sed ad monasterium redire cogatur, & vt Apostata puniatur; nec vllo beneficio religionis iuuari possit. *Conc. Trid. ibid.*

Exire volens à religione, eo quod malè professus est, vel in Conuentu non designato pro nouitiatu, quid tenetur facere. *Vide, Regulares religionem professi; eorum obligationes, &c.*

Regulares superiores.

Regulares superiores per ipsos met regulares eligendi sunt. 18. *q.* 2. *cap. Quam sit necessarium.*

Regularium superiores non possunt ab Episcopis fieri. *de excessibus Prælat. c. Nimis praua.*

Regularium superior eligi non potest, qui non sit instructus in regula ordinis. *De electione cap. Officij tui.* irrita est electio. *ibid.*

Regularium superior fieri non potest non professus in religione. *De elect. &c. c. Cum causam.*

Regularis non potest eligi in superiorem alterius religionis. & irrita est electio si fiat. *Clement. de elect. cap.* 1. *de elect. in* 6. *cap. Nullus.*

Regularis non potest eligi superior, nisi sit ætatis saltem annorum 25. *Clement. de statu monach. c.* 1. §. *Caterum.*

Regularis superior permittens intrare in conuentu fœminas, detrudendus est in alio conuentu per tres menses in pane, & aqua. *Conc. Antisiodoren. c.* 26.

Regularis superior non puniens adulterium, &c. vel furtum commissum in monasterio, in alio monasterio detrudatur. *Conc. Antisiodoren. c.* 23.

Regularis superior localis non potest præesse duobus monasterijs. 21. *q.* 1. *cap. Vnum de præbendis in* 6. *c. Cum singula.* §. *Prohibemus.* Vide, *Abbas circa regimen.*

Regularis superior habens vnum prioratum curatum, si recipit secundum, amittit primum. & si non dimittit fit ineligibilis. *ibid. Extra, de præbendis, &c. c. Execrabilis.*

Neque potest per se gubernare in vno, & per vicarium in alio. *Clement. de supplenda neglig. c. vn.*

Regularis superior non potest pretium exigere ab introeunte

in religionem. *Conc. Melfitanum c.7.* Pœna. Vide, *Regul. relig. ingrediens nihil soluat. Extra, de simon. c. Sanè.*
Superiores regulares habent iurisdictionem supra omnes suos religiosos, etiam si isti essent cappellani Papæ. *Gregor. XI. const.6. Per Romani.*
Regularis superior accusatus de simonia, potest etiam ciuiliter remoueri ab officio. *De simonia cap. Per tuas.*
Regularis superior non potest de proprietate cum aliquo dispensare. *De statu monachor. c. cum ad monasterior.*
Superiore irrequisitio non potest regularis facere vllam compositionem præiudicialem conuentui. *Honorius. III. ex Cirone tit. De his quæ fiunt c.2.*
Regulares superiores negligentes in obseruantia, deponendi sunt, & puniendi. *De statu monachorum, cap. cum ad monasterium, & cap. Ea quæ.*
Regularis superior quando potest subditum percutere, vel facere percuti, absque in cursu excommunicationis.
Vide, *Regul. se percutientes.*
Regulares Superiores, vt Abbates, &c. non possunt seruos suos conuenire coram se, nisi habeant iurisdictionem in eos, alias ad expensas, & interesse tenentur. *Clement. de rescriptis cap.1.*
Regularis superior tenetur restituere obseruantiam regularem. *Conc. Mogunt.4.c.78.*
Regularis superior non potest alterare numerum præscriptum Fratrum in aliquo conuentu.
Vide, *Regul. numer.* & pœna. *ibid.*
Regularis superior potest facere votum itineris Terræ sanctæ. *De voto, &c. cap. fin.*
Regulares superiores possunt determinare pœnitentias dandas pro casibus, etiam non reseruatis. Vide, *Regul. circa censuras, &c.*
Regulares superiores, qui non curant obseruari, quæ continentur in Clementina, *de excessibus priuilegiatorum.* Quomodo puniendi. *ibid.*
Regulares superiores, quando Episcopi indigent fratribus, pro prædicationibus, vel alijs, debent eis concedere. *Concil. Mogunt. 4. cap.78.*
Regulares superiores accusati à subditis, licet isti deficiant in probatione, debent se purgare. *Concil. Later.3. in append. tit. de spoliatis c.3.*
Superiores regulares sine causa non sunt priuandi. *De statu monachorum. c. Monachi.*
Regulares superiores remoueri non debent, nisi sint delapidatores monasteriorum, vel pro alio maiori officio. *conc. Later.3. c.10.*
Regulares superiores non possunt dispensare in decretis reformat. Vide, *Regul. reformatio.* Pœnæ dispensantium. *ib.*
Superiores regulares negligentes corrigendi sunt ab Episcopo. *De statu monachorum c. Ea quę.*
Regulares superiores quos casus possunt reseruare. Vide, *Regulares circa censuras, &c.*
Superiorum defectus referendi sunt in Capitulo generali. *de statu monachorum c. Ea quę.*
Superiores regulares non possunt procedere contra subditos, nisi in ijs, de quibus præcesserit infamia. *de accusationibus cap. Qualiter.*
Non tenentur omnes legum subtilitates obseruare, sed possunt compendiosius agere, *ibid.* Tamen debent admittere probationes & exceptiones in contrarium. *ibid.*
Superior regularis solus potest concedere religioso, vt consentiat electioni de se factæ extra monasterium. *de electione in 6. c. Si Religiosus §. Quia.*
Regulares superiores quando possunt audire confessiones subditorum. Vide, *Regul. circa censuras.*
Superiore excommunicante fratres conuentus, quid agendum. *de accusationibus c. Olim.*
Superiores regulares nullo modo possunt concedere subditis stabilia ad vsum fructum, vel commendam. Vide, *Regul. reformatio.*
Superiore denunciato de dilapidatione, facienda est causa, & interim ei prohibetur alienare. *de accusationibus c. fin.*
Regulares superiores tenentur Apostatas perquirere. Vide, *Regul. Apostatæ.*
Superior accusatus potest opponere de conspiratione, & inimicitia. *de simonia. c. Licet Heli, & c. Per tuas.*
Regulares superiores possunt mittere subditos ad partes Indiarum, &c. Vide, *Regul. Euntes ad partes infidelium.*
Superiore præcipiente contra priuilegium subditi, hic non tenetur obedire. *de excessibus Prælatorum c. Sanè.*
Superiores regulares quando, & quomodo possunt ejicere incorrigibiles. Vide, *Regular. incorrigibiles.*
Superiores exempti Prælati, &c. possunt eligere sibi confessorem. *de pœnitentijs, & c. c. fin.*
Regulares superiores non obseruantes decreta de ejiciendis, quam pœnam incurrunt. Vide, *Regul. incorrigibiles.*
Superiores regulares curare tenentur, vt subditi in suis necessitatibus subleuentur. *Conc. Aquisgran.3. par.3. c.2.*
Regulares superiores quomodo possunt excommunicare. Vide, *Regul. circa censuras.*
Regulares superiores in capitulis, tam Generalibus, quam Prouincialibus, curare debent, vt regulæ, & constitutionum obseruantia vigeat. *Concil. Trid. sess. 25. de reform. Regul. cap. 1.*
Regulares superiores punire possunt subditos recurrentes ad ordinarios; & isti non possunt eos impedire, nè puniant. *Pius V. const.41. Et si §. 18.*
Regulares superiores possunt processus contra fratres, & moniales subditas facere. ita *Pius 5. ibid. §. 18.* Sed facultatem circa moniales reuocat *Gregorius 13. const.9. In tanta.*
Regulares superiores olim poterant iudicare fratres inquisitos in causis hæresis, &c. Sancti officij. Sed postea *a Pio 4. const.51. Pastoris.* Fuit hoc reuocatum, & concessa tantum præuentio, si scilicet præuenissent in formatione processus. Tandem *Paulus V. constit. 26. Romanus Pontifex,* prohibet nè in causis hæresis, vel alijs spectantibus ad sanctum Officium possint vllo modo se ingerere, nec in causis motis, nec in mouendis. pœna. *in fin.*
Superiores non possunt impedire subditos volentes aliquem denunciare in sancto Officio. Pœnæ *in vtroque*, vel altero ex dictis casibus, sunt priuatio officii: etiam si Generales sint, & inhabilitates ad omnia alia; priuatio vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto: excommunicatio Papæ reseruata. & pœnæ contra fautores. *ibid.* Vide, *Denunciatio.*
Superiores locales regulares sexto quoque mense, id est, feria 2. post Dominicam primam Aduentus, & feria 6. post octauam Corporis Christi, tenentur in publico legere bullam de celebratione missarum, sub pœna priuationis officiorum ipso facto, & actiuæ, ac passiuæ vocis in perpetuum. *Vrbanus 8. const.43. Cum sæpe. §.15.*
Regulares superiores non possunt procedere contra monetarios regulares, neque contra tenentes, aut transferentes pecuniam adulteratam. sed hi sunt iudicandi à Papa, Legato, vel Episcopo. *Vrb. 8. const.75. In suprema.*
Regulares superiores quid agere debent, cum religiosi opponunt de nullitate professionis. aliàs incurrunt pœnas priuationis, &c. Vide, *Regul. religionem professi.*
Regulares superiores omnes comprehenduntur in decretis emanatis, vel emanaturis à S. Congregatione S. Officij, neque vllus potest se aliquo priuilegio tueri. *Vrb. 8. const. 8. in append. Cum sicut accepimus.*
Regulares superiores locales tenentur curare, vt in publica congregatione, vel mensa semel in anno in mense Ianuario legatur *Constit. 46. Nuper Vrbani 8.* De largitione munerum: sub pœna priuationis officiorum, ipso iure, ac actiuæ, & passiuæ vocis. *ibid. Vrbanus 8. in citata const.*
Regulares superiores ex decreto *Vrb. VIII. editi 14. Aprilis anni 1633.* sub pœna priuationis officiorum, actiuæ, ac passiuæ vocis ipso facto incurrenda, alijsque arbitrio Papæ, cuiuscumque instituti, & dignitatis sint, tenentur semel saltem in anno feria sexta post Assumptionem Beatæ Mariæ Virginis in publica mensa, vel in capitulo specialiter ad hoc congregato: & in quocumque Generali, & Prouinciali Capitulo, Conuentu, dieta, vel quouis alio nomine nuncupato capitulari congressu, suos subditos commonere de obseruando constitutiones & decreta spectantia ad sancti Officij Inquisitionem aduersus hæreticam prauitatem, & præsertim infrascriptas.

Iulij 3. const. 11. Licet à diuersis. Pij 5. const. 82. Si de protegendis. Pij 4. constit. 31. Cum sicut nuper. Gregor. 13. constit. 21. Officij nostri. Clementis 8. const. 79. Apostolatus officium. Sixt. V. const. 17. Cœli, & terræ. Vrbani 8. const. 113. Inscrutabilia. Clement. 8. const. 42. Cum sicut. Greg. 15. const. 28. Romani. Pauli 5. const. 26. Romanus, & const. 97. Regis pacifici. Greg. 15. const. 29. Sanctissimus, & constit. 27. Romanus. Vrbani 8. constit. Alias felicis. Data 20. Decembris 1631. constit. 40. Apostolatus. constit. 37. Sanctissimus. const. 50. Sanctissimus, & constit. Cum sicut accepimus. Dat. 5. Nouembris 1631.

Vide, *Superior.* Vide, *Regul. circa alienationes.* Vide, *Generalium obligationes.* Vide, *Regul. reformatio.* Vide, *Regul. electiones.*

Regulares quo ad subiectionem Papæ.

Regulares, eorumque monasteria, Papæ sunt immediate subiecta. *Gregor. 7. lib. 2. ep. 69. De Regularibus cap. Licet quibusdam.*

Regulares tenentur omnia interdicta, & censuras Papæ seruare, neque vllum priuilegium suffragatur. *Conc. Trid. sess. 25. de refor. regul. c. 12.*

Vide, *Papæ potestas.* Vide, *Fratres Minores.*

Regulares circa obligationem Chori.

Regulares ob nullum priuilegium sunt exempti à choro, neque Generales, neque Prouinciales, neque alij officiales, lectores, &c. nisi dum actu occupantur in suo exercitio. *Clem. 8. const. 60. Nullus. Vrbanus 8. const. 26. cap. Nullus.*

Vide, *Regul. Religionem professi, &c.* Vide, *Regul. reform.*

Regularium exemptio ab ordinarijs.

Regulares monachi ordinarijs olim erant subditi. *Conc. Calced. cap. 4. Concil. Meldense cap. 59.* Vide, *Episcopi circa regulares.*

Et eorum causæ ab ordinarijs erant iudicandæ. *18. q. 2. cap. Cognouimus.*

Regulares ex tempore S. Gregorij exempti fuerunt à iurisdictione Episcoporum, & nunc adhuc exempti. *Conc. Rom. 3. sub Gregorio 1. c. 1. & 3.*

Non solum personæ, sed monasteria, & bona sunt exempta ab eorum iurisdictione. *ibid. & Conc. Tolet. 4. c. 51. 18. q. 2. c. Quam sit necessarium.*

Eamdem exemptionem confirmat anno 672. *Adeodatus in ep. vnica ad vniuersos Episcopos Galliæ.* Deinde alij Papæ, & Concilia vt supra.

Regularium monasteria in nullo possunt ab Episcopis molestari. *De statu monach. c. 1.* Vide, *Monasteria.*

Regulares non possunt ab Episcopis grauari, vt faciant eis iuramentum fidelitatis, nec amoueri à suis locis, & ad alia transferri, nec in decimis hortorum, &c. *De excessibus Prælatorum c. Nimis praua. Clem. sub eodem tit. cap. vn.* Nec possunt ab eis in alio molestari. *ibid.*

Regularium superiores fieri non possunt ab Episcopis. *de excessibus Prælat. c. Nimis praua.*

Regulares non possunt ab ordinarijs excommunicari, interdici, &c. *De priuilegijs in 6. c. 1. §. In eos, & c. Ne aliqui.* Excepto casu, quod loca eorum sint ordinarijs subiecta. *ibid. Extra, de iudiciis c. Frequentes.* De licentia Papæ expressa possunt id facere. *ibid. & Extra, de priuilegijs c. Inter cunctas.*

Regularium Monasteria, & Ecclesiæ sunt exempta ab ordinarijs; excepto, quod Episcopus, vel Archiepiscopus in eorum Ecclesijs potest etiam Pontificaliter celebrare, & facere celebrari non Pontificaliter; & benedicere populo solemniter. *Clem. de excessibus priuilegiatorum. cap. finali.* Vide, *Episcopus circa regulares.*

Regulares non possunt impediri à Prælatis, Episcopis, &c. nè vadant ad Capitula. *Clem. de excessibus Prælatorum c. vn. in fine.*

Regulares non tenentur obedire Prælatis præcipientibus contra suum priuilegium. *De excessibus Prælatorum cap. Sanè.*

Regulares non possunt vexari ab Episcopo, nisi in permissis à sacris canonibus, alias Episcopi erunt excommunicandi. *Conc. Tolet. 12. c. 51.*

Regularium cellæ non possunt interdici ab alio, quam à Papa, vel Legato eius. *De verborum significat. in 6. c. Priuilegium.* Vide, *Cella.*

Neque isti fratres in cella habitantes possunt ab aliis excommunicari, quàm à præfatis. *ibid.*

Regulares non tenentur soluere Episcopis, vel Legatis Papæ, procurationes, nisi eas quæ de consuetudine, vel iure communi solent dari. *Clement. De censibus cap. 1.* Vide, *Legati circa procurationes.* Vide, *Episcopi circa procurationes.*

Episcopi debent caritatiuè, & liberaliter tractare regulares, tamquam cooperatores suos in vinea Domini. *Conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra. Extra, de tregua, & pace, c. Vices.*

Episcopi nullam habent iurisdictionem supra regularium superiores. Vide, *Superior.*

Regulares sunt omnino exempti ab ordinarijs nec possunt ab illis citari, carcerari, &c. *Pius 5. const. 41. Et si. §. 5.*

Regulares recurrentes ad ordinarios possunt à superiore puniri, & ordinarius non potest impedire, nè puniat. *Pius 5. const. 41. Et si. §. 18.*

Regulares non possunt ab Episcopis visitari; nec etiam circa computa cum sindicis. *Pius V. ibid. §. 17.*

Regulares non possunt ab Episcopis detineri in suo seruitio extra claustra, inuitis superioribus. *Pius V. ibid. §. 19.*

Regulare moriente extra claustra, siue cum habitu, siue sine eo, Episcopus non potest occupare bona eius. *Pius V. ibid. §. 20.*

Regulares non possunt impediri ab Episcopis in celebratione missarum, pulsatione campanarum, sepulturis sæcularium, exactione legatorum, &c. *Pius 5. const. 41. Et si. §. 22.*

Regulares impediri non possunt ab Episcopo, nè nouas domos ædificent, neque Episcopus potest eis negare licentiam. *ib. §. 23. Intellige si alia concurrant, iuxta sacros canones.* Vide, *Ædificia.*

Regulares non possunt ab ordinarijs iudicari, aut conueniri, neque in prima, neque in secunda instantia. Et in hoc à *Conc. Lugdunensi c. Volentes*, & à *Conc. Trid. sess. 7. c. 14. de refor.* non fuit illis derogatum. *Paulus 5. const. 34. Religiosorum.* Sed à suis Superioribus, & Conseruatoribus possunt conueniri. *ibid.*

Regulares in quibus subiecti sunt Episcopis.

Regulares possunt ab Episcopis corrigi in delictis, quæ committunt extra regulam. *Conc. Toletan. 12. c. 51.* Vide, *Episcopi circa regulares.* & *Conc. Trid. sess. 21. c. 8. sess. 24. de refor. regul. c. 3.*

Regularis ratione delicti commissi extra claustra, potest ab Episcopo puniri. *de priuilegijs in 6. c. 1. Conc. Tolet. 12. c. 51. Conc. Trid. sess. 6. de refor. c. 3.* vt delegati Papæ id faciunt. *ibid.*

Regularis, qui degit intra claustra, si extra claustra notoriè cum scandalo deliquit, Episcopo instante, à suo superiore est puniendus; qui superior debet facere Episcopum certiorem de punitione; alias talis superior à suo superiore priuetur officio, & delinquens possit ab Episcopo pro qualitate delicti puniri. *Concil. Trident. sess. 25. de refor. regul. c. 14.* Sed *Pius 5.* limitat, tunc posse Episcopum procedere, quando cum scandalo publico superior negligit. *Const. 41. Et si §. 16. Clem. 8. constit. 39. Suscepti.* Quod si superior delinquentem aliò transmittit, nè puniri possit, nec punit, instante Episcopo tenetur eum reuocare sub pœna priuationis officij actiuæ, & passiuę vocis, Papæ reseruata reintegratione. Quod si adhuc negligit, ordinarius loci ad quem translatus est, procedat contra dictum delinquentem, vt Papæ delegatus, informatus tamen ab ordinario loci, in quo deliquit. *Clem. 8. ibid. §. 3.*

Regulares extra claustra degentes, possunt ab Episcopis iudicari.

cari, *Pius IV. constitut.10. De salute §. 5.*

Regulares lites de præcedentia, possunt ab Episcopis definiri: sed ijs finitis, nihil potest immutari. *Pius V. const. 41. Et si §.8. conc. Trid. sess.25. de refor. regul. c.13.*

Regulares Apostatæ, siue habitum deferant, siue non, ab Episcopo possunt capi, &c. Vide, *Regulares Apostatæ.*

Regulares habentes beneficia, in quo subduntur Episcopis. Vide, *Beneficiati circa visitationem.*

Regulares relaxati non viuentes iuxta regulam, possunt ab Episcopo corrigi. & de hoc referat Episcopus in Concilio Prouinciali. *Conc. Senon. in decret. morum c.22.*

Regulares acquirentes de nouo ius patronatus non minuunt ius Episcopi. *De iure patron. c. Cum sæculum.*

Regularis deserens religionem ab Episcopo reducendus. *concil. Tolet.6. c.7.* alias Episcopus puniatur. *ibid.*

Regulares degentes extra monasteria, ab Episcopis coerceri possunt, vt ad ea redeant. *Conc. Tolet.4. c.53.*

Regulares vacantes studijs medicinæ, incurrunt excommunicationem ipso facto, & ab Episcopis declarari possunt excommunicati. *Ne clerici, vel monachi c. fin.*

Regulares relaxati, per Episcopum compelli possunt ad obseruantiam. *Conc. Later.3. tit. Ne clericus c.7.*

Regulares, siue superiores, siue subditi, habitantes soli in locis, siue Parœcijs, siue Cappellis, per Episcopum compelli possunt redire ad claustrum. *De cappellis monachorum c. fin. Reformatio cleri Germaniæ c.12.*

Regulares ratione contractus facti extra claustra, possunt ab Episcopo conueniri. *De priuil. in 6. c.1.*

Regulares in executione testamentorum tenentur rationem reddere Episcopis. & si delinquunt, possunt ab eis puniri. *Clement. de testamentis cap. vn.* Vide, *Testamenti exequutio.*

Regulares possunt ab ordinarijs compelli ad exequenda onera, & obligationes missarum. *Clement. de iure patronatus cap.1.* Vide, *Regulares circa missarum obligationes.*

Regulares missi ad studia, non habitantes in Conuentu, possunt ab Episcopis puniri. *Conc. Trid. sess.25. de refor. regul. cap.4.*

In regularium Ecclesijs possunt Episcopi, & Archiepiscopi pontificaliter celebrare, & facere celebrare non pontificaliter, & benedicere populo solemniter. *Clem. de excessib. Priuilegiatorum c. fin.*

Regulares sine licentia Episcopi non possunt ædificare oratoria. *Conc. Later.3. in append. tit. Ne clericus c.5.* Vide, *Ædificia.*

Regulares subiecti sunt Episcopo, si non tenent Lectorem Sacræ Scripturæ. Vide, *Sacra Scriptura.*

Regulares vagantes, vel inutiles quæstiones simplicibus ingerentes, per Episcopos sunt comprimendi. *Conc. Regiaticinum c.23.*

Religiosi vagi, &c. per Episcopum compellendi per censuras, vt ad monasterium redeant. *Conc. Later.3. in append. tit. Ne clericus cap.6.* Nisi à superiore puniantur, ab Episcopo possunt puniri. *Paulus 4. const.14. Postquam.*

Regulares tenentur seruare interdictum Episcopi, vel Papæ. *Concil. Lateran.3. cap.9. Concil. Lateran.5. sess.11. constitut.4. Dum intra. Concil. Trident. sess.25. de reform. regul. cap.12.*

Regulares tenentur vitare excommunicatos ab Episcopo. *Concil. Later.3. c.9. & ibid. tit. de iure patronatus cap.13. Conc. Trid. ibid.*

Regulares qui à Papa obtinent, vt possint Ecclesias conuertere in proprios vsus, debent ab Episcopis habere possessionem, alias nulliter faciunt. *de priuilegijs c. Pastoralis.*

Regulares superiores in Conuentibus opulentis compelli possunt ab ordinarijs, vt in eis teneant studium Theologiæ. *Conc. Mogunt.4. c.66.* Vide, *Regulares circa studia.* Vide, *Studia.* Vide, *Theologia.*

Regulares superiores Conuentuum non exemptorum, ab Episcopis instituí possunt. *De temporibus ordinat. in 6. cap. Cum nullus §. Religiosi.*

Regulares circa lites de præcedentia, Episcopo subduntur. Vide, *Regularium causæ, &c.* Vide, *Præcedentia.* Vide, *Processiones.*

Regulares, qui in partibus infidelium existentes docent contraria dogmatibus Ecclesiæ, possunt ab Episcopis capi, carcerari, & processari. & procedendo simpliciter, ac de plano ipsi Episcopi possunt eos punire. *Extra, de transeuntibus, &c. c. Ad nostrum.*

Regulares circa moniales, quomodo subduntur Episcopo. Vide, *Regulares circa monasteria monialium.*

Regulares tenentur ad onera circa Episcopos, quæ habent Ecclesiæ ab eis acquisitæ. *Clem. de censibus c.1.* Nisi priuilegium peculiare habeant exemptionis. *ibid.*

Regulares habentes ius patronatus in Ecclesiis, non possiunt Presbyteros præficere sine Episcopi licentia. *Conc. Later. 3. in append. tit. De iure patr. a. cap.13.* Vide, *Regulares circa Parochos propriarum Ecclesiarum.*

Regulares fraudantes decimas, possunt ab Episcopis excommunicari. *Conc. Sabin. c.12.*

Regularium Ecclesiæ ab Episcopo sunt benedicendæ. & ipse ponit primum lapidem cum ædificari incipiunt. *Conc. Later.5. sess.11. const.4. Dum intra.*

Regulares requisiti ab ordinario ad promulgandas censuras, tenentur facere. *Conc. Later. 5. const.11. vbi supra.*

Regulares sine licentia superiorum incedentes, etiam animo eundi ad superiorem, puniri possunt ab Episcopo. *Concil. Trid. sess.25. de refor. regul. c.4.*

Regulares habentes curam animarum, in iis, quæ pertinent ad curam, Episcopo sunt subiecti. *Conc. Trid. ibid. c.11. Gregor. XV. const.18. Inscrutabili §.4. & ab eo iudicantur in locis,* vt delegato Papæ. *ibid.*

Regulares in causis mercedum, si Iudicis conseruatores, vel à Sede Apostolica designatos non habent, ab Episcopis possunt iudicari. *Conc. Lugdun. sub Innocent.4. const. Volentes. Conc. Trid. sess.7. de refor. c.14.*

Regularium monasteria commendata, possunt ab Episcopis visitari. Vide. *Episcopus circa regulares.*

Regulares, qui in Iapponia sunt, quomodo ab *Episcopis* possunt iudicari. Vide, *Regulares euntes ad partes infidelium.*

Regularium monasteria de nouo *accipienda*, in quibus 12. Religiosi non possunt viuere, *Episcoporum* visitationi, & iurisdictioni fuerunt subiecta. *Vrb. 8. const.43. Cum sapè §.14.* Vide, *Regular. numerus.*

Regularium monasteria suppressa tempore *Innocentii X.* & iterum restituta, quomodo sunt subdita ordinariis. Vide, *Regularium numerus.*

Regularium monasteria, in quibus post Bullam *Innocentii X.* non manebunt sex religiosi, quomodo subdita sunt ordinariis. Vide, *ibid.*

Dubia multa circa subiectionem regularium in præfatis Conuentibus. quando scilicet ordinarius possit procedere, & quando non. Vide, *ibid.*

Vide, *Regulares superiores, in medio.* Vide, *Exempti.* Vide, *Regulares circa Parochos.* Vide, *Regulares circa prædicationes.* Vide, *Regular. priuilegia.*

Regulares circa Episcoporum venerationem.

Regulares non contemnant Episcopos. *Conc. Aquisgran.3. part.3. cap.3.*

Regulares tenentur sub præcepto obedientiæ papalis reuereri, & honorare Episcopos. *Concil. Later.5. sess.11. constit.4 Dum intra.*

Regulares non possunt recipere in capitulis excommunicatos ab Episcopis. *conc. Later.3. tit. De iure patron. c.13.*

Regulares tenentur vitare excommunicatos ab *Episcopis. conc. Later.3. c.9.*

Regulares possunt præscribere Episcopis iura Episcopalia. *De præscript. c. Cum olim.*

Regulares non debent detrahere Prælatis in concionibus, vel aliis. *Clement. de priuil. &c. c.1. Extra, de tregua, & pace c. Vices illius.* & pœna. *ibid.*

Regulares superiores, quando Episcopi indigent tribus pro prædicatione, vel aliis, eis concedant. *conc. Mogunt.4. c. 78.* Vide, *Episcopi circa regulares.* Vide, *Regulares in duobus tit. præced.*

Regulares matrimonia facientes.

Regulares viri, vel moniales matrimonia contrahentes, recludantur in ergastulis. *Syricius ep.1. c.6. Zacharias ep.7. c.26.* vsque ad mortem non communicent. *ibid. 27. q.1. cap. Vt lex.* graui pœnitentia affligendi. *Conc.Toletan.12. c.52. Conc.Turon.2. c.16.*

Regularis, vel monialis matrimonia faciens, excommunicandi. & si pœnitent, ab Episcopo absoluendi. *Conc.Calcedon. c.15. 27. q.1. cap. Virginem quæ se Deo, & cap. Si qua Virgo.*

De facto sunt excommunicati, vitandi ipso iure, separentur, pœnitentiam faciant, & alijs pœnis plectantur. *Clement. de consanguinit. cap.vn.*

Regularis ducens vxorem, fit irregularis. *27. q.1. cap. Monacho orarium.*

Regularis matrimonium est nullum. *27. q.1. c.Vt lex. Conc. Lateran.3. in append. tit. de coniugatis c.5. & tit. de monachis c.3. tit.de sponsalibus c.9. Conc. Colon.3. tit. Censuræ, &c. cap.2.*

Filij eorum non succedunt in hæreditate, nec in rebus mobilibus. *ibid.*

Regularis professi matrimonium, est nullum. *Conc.Trident. sess.24. can.9.*

Regularis per professionem solemnem dirimit matrimonium ratum, sed non consumatum. *Trident. ibid. can.6.*

Vide, *Matrimonia prohibita ratione status spiritualis.* Vide, *Monialis circa coniugia.*

Regulares impudici, fornicarij, &c.

Vide, *Clerici fornicarij.*

Regulares, vel moniales fornicantes, in ergastulis recludantur. *Syricius ep.1.c.6. 27.q.1.cap. Impudicas.*

In pane, & aqua in carcere macerentur, & ter verberentur. *Conc. Ratisponense.* & hoc fiat per vnum annum. *ibid.*

Regulares concubinarij, grauissimè puniendi. *Conc.Colon.3. tit.Censuræ cap.3.*

Regulares vagi, & fugitiui.

Regulares vagantes sine licentia suorum superiorum, excommunicandi sunt. *Concil.Andegauense c.8. Conc.Veneticum c.5.* Si non pareant, verberibus coercendi. *ibid. c.6.*

Regularis discedens à monasterio sine licentia sui Prælati, est vagus, & ad monasterium est reducendus. *De regularibus cap.Ioannes.*

Regulares vagantes, vel inutiles quæstiones, simplicibus ingerentes, per Episcopum sunt comprimendi. *Conc.Regiaticinum cap.23.*

Regulares vagi per Episcopum compellendi sub censuris, vt redeant ad monasterium. *Conc.Later.3. in append. tit. Ne clericus cap.6.* à nullo possunt recipi, neque ab ipso Episcopo. *ibidem.*

Sine licentia superiorum stare non possunt extra claustra, alias per ordinarium compellantur, &c. *ibid. Reformatio Cleri Germaniæ c.12. Conc.Colon.2. par.10. c.17. Conc. Trident. sess.24. de refor. regul. c.4.*

Regulares fugitiui à nullo possunt recipi, & pœna recipientium. *Conc.Toletan.13. cap.11. conc. colon.3. tit. censuræ, &c. cap.1.*

Regulares fugitiui annuatim sunt requirendi, & compellendi redire ad monasterium. *De Regular. cap. fin.*

Regulares sine superiorum licentia ad nullum locum, neque ad Romanam Sedem, ire possunt. *conc. Vernense c.10.*

Regulares non possunt peregrinari sine superiorum licentia. *conc. colon.2. par.10. c.15.*

Regulares vagi, citò reducendi sunt per suos superiores. *concil. Mogunt.4. c.78.*

Regularis è monasterio fugiens cogatur redire. Si nolit, detrudatur in ergastulo. *conc.Triburien.1. c.26.*

Regulares discedentes à Conuentu ad studia, sine licentia superiorum, excommunicantur. *Ne clerici in 6. cap. Vt periculosa.*

Eos docentes, etiam excommunicantur. *ibid.*

Regulares sine habitu incedentes, per ordinarium corrigendi sunt. *concil. Senonen. in decr. morum c.22.*

Regulares euntes vltra mare sine licentia Superioris, excommunicantur,& Papæ est reseruata. sunt inhabiles ad officia, & ad diuina. *de regularib. transeuntibus,&c. c.ad nostrum.*

Regulares fugitiui excommunicari possunt à suis superioribus. Et isti per Prælatos Ecclesiarum nunciare faciant excommunicatos, quamdiù emendentur. *de regular. c.fin.*

Regulares vagantes per curias Principum, animo inferendi malum monasterio, vel superiori, sunt excommunicati ipso facto. *Clement. de statu monachor. c.1. §. Quia verò.*

Regularis vagantes non admittendi ad Sacramenta ministranda; aut ad Parochias. *conc. colon.3. tit. censuræ, &c. c.4.*

Regularis non potest à Conuentu discedere sine licentia, nec etiam animo eundi ad superiorem, alias ab Episcopo potest puniri. *conc.Trid. sess. 25. de ref. regul. c. 4.*

Regulares vagi, & fugitiui, quomodo puniendi. *Paulus IV. const.14.Postquam.* Vide, *Regulares Apostatæ.*

Regulares non possunt à Sac. Pœnitentiaria obtinere licentiam manendi extra claustra, nisi accedat licentia sui superioris. *Pius IV. const. 53. In sublimi.*

Regulares non possunt ire de Conuentu in Conuentum, nec recipi sine superiorem licentia. *Sixtus V. constit.71.cum de omnibus in declarat. seq. §. 19.*

Regulares circa iter ad Vrbem Romæ, & receptionem in ea. Vide, *Regulares circa iter ad Vrbem.* Vide, *Regul.reformatio.* Vide, *Regul. Apostatæ.*

Regulares rixosi, criminosi, coniurantes, & inimici.

Regulares coniurantes. Vide, *coniurantes.* Vide, *conspiratores.*

Regulares rixosi, criminosi, vel murmurantes, puniendi sunt pro qualitate delicti. *Dist.90. cap. Si quis monachus.*

Regulares inimici moneantur, vt pacem faciant; quod si nolint, excommunicandi sunt. *conc. colon.2. par.3. c.17.*

Regulares delinquentes quouis delicto, non possunt priuari victu, & vestitu, & alijs necessarijs. *Conc.Mogunt.4. c.78.*

Regulares infamati de aliquo crimine, debent se purgare, iuxta formam iuris. *De purgat. canonica cap. Moniales.*

Vide, *Regular. reformatio.*

Regulares circa venalitatem, & simoniam.

Vide, *Simonia.*

Regulares recipientes aliquid pro ingressu alicuius ad religionem, sunt simoniaci. *De simonia cap. Non satis, & cap. Veniens ad nos.* Possunt recipere, si gratis det.

Vide, *Regular. religionem ingressi, nihil soluant.*

Regulares recepti per simoniam, quomodo tractandi. *De simonia cap. De regularibus, & cap. Dilectus filius il 2.*

Regularis dans pecuniam pro habendo officio, est excommunicatus; & etiam ille, qui accipit. *De statu monachorum cap.Monachi. Conc.Later.3. c.10.*

Regularis soluens aliquid pro obtinenda cura monasterij, simoniacus est, & pœna simoniaci est puniendus. *1. q.7. cap.Si quis omnem.*

Regularium obedientiæ non dentur pro pretio; alias dantes, & accipientes deponantur. *Concil. Lateran.3. c.10.*

Regulares superiores non fiant pro pretio. alias agentes, & recipientes, ab altari remoueantur. *Concil. Later.3. c.10.*

Vide, *Regulares superiores.* Vide, *Regul.electiones.* Vide, *Electio.* Vide, *Simonia.* Vide, *Superior.*

Regulares Apostatæ, rebelles, inobedientes, &c.

Regulares correcti à superiore, si contra eum inuocant brachium sæculare, vel armatas preces impetrant contra eumdem, omnibus officijs, &c. priuatur. *Concil. Viennense Prouinc.1.*

Regulares Apostatæ ad beneficia sæcularia non possunt admitti; & admissi sunt eijciendi, & à nullo possunt defendi. *Concil. Rauennat.2. sub Clemente V. cap.22.*

Regu-

Regulares Apoſtatæ diligenter inquirendi, ad monaſterium reducendi, & ſub graui diſciplina tenendi. *Conc. Colon.3. tit. cenſuræ c.6.*

Regulares Apoſtatæ prætextu diſpenſationis Papæ cogendi ſunt redire ad Religionem, donec examinentur literæ diſpenſationis. *conc. Colon.3. ibid. c.11.*

Regulares Apoſtatæ cum redire volunt, ſunt recipiendi à ſuperioribus benignè. & non puniendi cum pœnis grauioribus, quàm ſacri canones ſtatuant. alias ſuperiores ſuſpenduntur à diuinis, & ab officijs. *conc. Mogunt.4. c.78.*

Regulares Apoſtatæ, quibus pœnis puniendi ſunt. *Paulus 4. conſtit.14. Poſtquam.* Eorum receptatores, quomodo puniendi. *ibid.* Superiores ordinum procedere debent contra eos, aliàs procedere poſſunt ordinarij. *ibid.*

Apoſtatæ in pœnam Apoſtaſiæ, geſtare debent biretum, lineis albis, & nigris intextum. *Paulus IV. ibid.* Non poſſunt præſentari ad beneficia, & nulla eſt præſentatio. *ibidem.* Non poſſunt ad alium ordinem tranſire. *ibid.*

Regulares Apoſtatæ, ſiue habitum deferant, ſiue non, poſſunt ab ordinarijs capi, & puniri ſecundum regularia inſtituta. *Vrban.8. conſt.26. Sacra Congregatio.*

Regulares ſuperiores tenentur perquirere Apoſtatas, & curare, vt capiantur. *ibid.*

Vide, *Apoſtata à religione.* Vide, *Regulares vagi, & fugitiui.*

Regulares incorrigibiles, & electi, ſiue eijciendi.

Regulares incorrigibiles, expellendi ſunt à Monaſterijs. *Ne clerici, vel monachi, cap. Relatum eſt.*

Regulares eiiciendi à religione poſt profeſſionem, præter ea, quæ inculcant Sacri Canones, debent per vnum annum integrum in carcere cum ieiunio, & pœnitentia probari. anno elapſo, ſi non reſipiſcunt, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeuerant, poſſunt eiici à religione hac forma ſeruata. A Generali, vel Conſilio ſex Patrum grauiorum eligendorum in Capitulo, vel Congregatione Generali, formato prius proceſſu benè inſtructo de cauſis expulſionis, expellantur; & ordinario manifeſtetur hæc ſententia. *Vrban.8. conſt.26. Sacra Congregatio §.6.*

Electi à religione, vt ſupra, tenentur incedere in habitu clericali, & ordinario ſunt ſubiecti. *ibid.*

Regulares electi non poſſunt à ſuperioribus obtinere literas, ſeu licentias intrandi ad aliam religionem, neque remiſſiuas ad Sedem Apoſtolicam. *Vrban.8. ibid. §.9.*

Regulares electi, perpetuò ſunt ſuſpenſi ab exercitio ordinum. nec poſſunt ordinarii in eis diſpenſare. *Vrbanus 8. ibid. §.10.*

Regulares ſuperiores, non obſeruantes decreta præfata circa eiiciendos, incurrunt ipſo facto priuationem vocis actiuæ, ac paſſiuæ, & perpetuò fiunt inhabiles ad officia. *ibid. §.13.*

Vide, *Electi.*

Regulares circa appellationes.

Regulares in cauſa correctionis appellare non poſſunt contra Prælatum ſuum. *Conc.Later.3. c.6. conc. Londinen.1. c.7. de appell. & recuſat. cap.Quia nos. Pius 4. conſt.10. De ſalute. §.6.*

Regularis non poteſt appellare contra Conſtitutiones ordinis. *De appellat. & recuſat. cap. Quia nos.*

Regulari in cauſa correctionis appellante, non obſtante appellatione, ſuperior proſequitur ſuam cauſam. *conc. Later.3. in append. tit. De appellat. c.4. & 25.*

Sed ſi ſuperioris exceſſus ſit manifeſtus, valet appellatio. *ibidem c.25.* Vide, *Appellatio, quæ non tenet.*

Regularium priuilegia.

Vide, *Priuilegia.* Vide, *Regulares exempti ſunt, &c.* Vide, *Fratres.* Vide, *Monachi.*

Regularium priuilegia cuſtodienda ſunt. *25. q.2. cap.cumpiè. Clement. de exceſſibus Prælator. cap. vn.* inuiolabiliter ſunt obſeruanda. *ibid.*

Regulares priuilegiati, vt Minores, & Prædicatores, obtinuerunt, vt poſſint in itinere, vti altari viatico. *De priuil. cap.in his.* Vide, *Fratres Minores, & Prædicatores.*

Regulares omnes, quas indulgentias conſequantur in ingreſſu religionis, in profeſſione, & aliis functionibus.

Vide, *Regularium indulgentiæ.*

Regulares Minores, & Prædicatores, liberè poſſunt prædicare ſemper, illa hora excepta, in qua Epiſcopi volunt prædicare. *clement. de ſepulturis cap. dudum.*

Regulares non poſſunt à laicis gubernari. *conc. Meld.c.10.*

In regularium Conuentibus ingredi poſſunt mulieres tempore proceſſionum, & in locis in quibus dicuntur Miſſæ; vel in quo ſepelitur aliquis. *Pius V. conſt.20. Regularium.*

Regulares non comprehenduntur ſub numero clericorum, dum Papa præcipit Epiſcopo, vt clericos corrigat. *De off. Iud. ord. cap. Graue.*

Regulares beneficia, ſeu Eccleſiæ, non poſſunt ab Epiſcopo conferri clericis ſæcularibus. *De rebus Eccleſiaſticis alien. cap.Poſſeſſiones.* Vide, *Beneficia regularia, &c.*

Regularium cellæ non poſſunt ab alio interdici, quam à Papa, vel eius Legato. *De verbor.ſignific. in 6. cap. Priuilegium.* Vide, *cella.*

Neque eorum perſonæ poſſunt ab alio excommunicari, vel interdici, quam à Papa, vel eius Legato. *ibid. de priuileg. in 6. c.1. §. in eos.*

Regulares non tenentur ſoluere procurationes pro grangiis, quæ non habent curam animarum. *Honorius 3. ex cirone, de cappellis Monachorum c.1. & de cenſibus c.2.*

Regulares non poſſunt à ſuo ſuperiore excommunicari, niſi præuia monitione. excepto ſi delictum ex ſuo genere excommunicationem inducat. *de appellat. & recuſat. cap. Reprehenſibilis.* Vide, *Regul. circa cenſuras.*

Regulares eligi poſſunt in Epiſcopos. *clement. de elect. c.1.*

Vide, *Epiſc. eligendi qualitates.*

Regulares fieri poſſunt delegati Papæ, & quando. *clement. de reſcript. cap. Et ſi.*

Dum alicui monaſterio conceditur, *vt non poſſit excommunicari*, intelligitur de religioſis, *qui manent* in illo monaſterio. *De priuilegijs cap.Quoniam per confeſſionem.*

Regulares non poſſunt excommunicari ab Epiſcopis.

Vide, *Priuilegium.*

Regularium artifices, vt molendinarii, furnarii, &c. excommunicari non poſſunt ab Epiſcopis. *de priuileg. cap. Quanto amplius.*

Qui in regularium molendinis molunt, vel in furnis coquunt, non poſſunt impediri, nec excommunicari. *Honorius III. ex cirone, de Priuilegijs, & exceſſibus, &c c.1.*

Regulares in ſuis cauſis poſſunt eſſe teſtes. *concil.Later.3. in append. tit. de teſtibus cogendis c.18.*

Regulares poſſunt eſſe teſtes in cauſis ſuæ religionis. *de teſtibus cap. Tuis queſtionibus.*

Regulares non tenentur ſoluere decimas de bonis monaſterii. *conc.Later.3. in append. tit.de religioſis viris c.9.*

Vide, *Regulares circa decimas.*

Vide, *decimæ, qui ſunt exempti.*

Regulares poſſunt præfici Eccleſiæ parochiali ſæculari, ſed debent habere ſocium ſui ordinis. *de ſtatu monachorum. cap. Quod Dei.*

Regularis poteſt eſſe executor teſtamenti, cum licentia ſui ſuperioris. *de teſtamentis in 6. cap. fin.* Vide, *Regulares circa teſtam.*

Regulares, quando non veniunt nomine clericorum.

Vide, *Papæ reſcripta in principio.*

Regularis poteſt eſſe procurator pro conſorte in lite, etiam ſine licentia ſuperioris. *clement. De procuratoribus cap. Religioſus.*

Regulares mendicantes non poſſunt à iudicibus conſeruatoribus conueniri ad cauſas, niſi de mandato Papæ expreſſo. *Extra, de iudicijs. cap. Frequentes.* Vide, *Regul. circa iudices conſeruatores.*

Regulares non tenentur ad iuramentum calumniæ.

Vide, *Iuramentum. conc.Later.3.in append. tit. de iuramento calumniæ c.3. & 4.*

Regulares poſſunt per œconomos præſtare iuramentum calumniæ. *ibid. cap.4.*

Regu-

Regulares non possunt trahi ad iudicium, vltra duas dictas. *Conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra.*

Regularium priuilegia, & declarationes eorum factæ *à Leone X.* extenduntur, & sunt communia omnibus regularibus. *Conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra.*

Regulares cum charitate. & liberalitate tractandi sunt ab Episcopis, vt cooperatores illorum in vinea Domini. *conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra. Extra, de tregua & pace. c. Vices.*

Regulares quouis delicto delinquentes non possunt priuari victu, vestitu, & aliis necessariis. *Conc. Mogunt. 4. c. 78.*

Regulares neq; in secunda instantia possunt ab Episcopo conueniri, & in hoc numquam fuit eis derogatum, nec *à Concil. Lugdunense c. Volentes.* Nec *à Trid. sess. 7. c. 14. de refor. Paulus V. const. 34. Religiosorum.*

Regularium priuilegia omnia, siue maris magni, siue alia, quæ obstant Concilio Tridentino, sunt reuocata. *Pius IV. const. 49. in principis.* Et redacta ad formam iuris. *conc. Trid.* Vide, *Priuilegiati.*

Regulares in Indiis in defectu parochorum possunt fungi officio parochi. *Pius V. const. 34. Exponi.* Sufficit si à capitulo Prouinciali obtinent licentiam, & non requiritur consensus Episcopi. *ibid.*

Regulares mendicantes sunt exempti à gabellis. nè dum personæ, sed eorum bona eximuntur ab omnibus oneribus, impositionibus, subsidiis, hospitiis militum, &c. item à contributione pro fortalitiis, muris, machinis ciuitatum, &c. Item coloni laboratores, locatarii, affictuarij, & similes talium bonorum. *Pius V. const. 11. Dum ad vberes, & constit. 41. Et si. §. 14. constit. 148. Cum sicut. Paulus V. const. 11. In maximis. §. 8.* Et numerantur omnes franchitiæ.

Regulares in Ecclesijs sui ordinis, etiam contradicente Episcopo, quando possunt prædicare. Vide, *Regul. circa prædicationem.*

Regulares in feria 5. Cœnæ possunt mandatum solemniter facere, & prædicare. *Pius V. const. 41. Et si. §. 24.*

Priuilegia omnia regularibus concessa, vsque ad *Pium V.* ab hoc confirmantur. *const. 41. Et si. §. 3. circa finem.* & iterum in declaratione sequenti.

Regulares in feria 5. Cœnæ possunt facere mandatum solemniter. *Pius V. const. 34. Exponi. §. 24.*

Regularium monasteria, etiam in statu Ecclesiæ, exempta sunt ab onere hospitandi milites, &c. *Pius V. const. 148. cum sicut. Paulus V. const. 11. In maximis. §. 8.* & numerantur omnes franchitiæ eorum. *ibid.*

Regularium priuilegia concessa *à Pio V.* circa formationem processuum contra moniales; circa confessarios regulares, ac tandem circa Vicarias perpetuas, reducuntur ad terminos iuris *à Gregorio XV. const. 9. In tanta.*

Regulares quando in causis sunt actores, possunt adire iudices sæculares contra laicos, non contra Ecclesiasticos. *Gregor. XV. const. 9. Sanctissimus. §. 12.*

Regulares, qui in aliquibus Episcopo subduntur, in eisdem non subduntur aliis inferioribus illo. *Gregor. XV. const. 18. Inscrutabili, in declarat. seq. ad quartum dubium.*

Regularium altare, in quo est Sanctissimum, non potest ab Episcopo visitari, si ipsi non habent curam animarum. *ib. ad dubium primum.*

Regulares, quæ possunt extrahere à statu Ecclesiæ sine incursu pœnarum. Vide, *Ecclesiasticus status.*

Regulares non comprehenduntur in reuocatione priuilegiorum circa franchitias, gabellas, &c. exemptiones, & onera Cameræ Apostolicæ facta per *Innocentium X. in const. 7. Et si ea.* Ita *ibid. Et si ea.*

Vide, *Clericorum priuilegia.* Vide, *Ecclesiasticorum priuilegia.* Vide, *Fratres, per omnes tit.* Vide, *Mendicantes.* Vide, *Monachorum priuilegia.* Vide, *Moriens.* Vide, *Monasteriorum priuilegia.* Vide, *Priuilegia.* Vide, *Priuilegiati.* Vide, *Regular. exemptio ab ordinarijs.*

Regulares circa obseruantiam.

Regulares extra monasterium incedere debent cum habitu decenti, & socio. *Conc. Treuer. c. 11.*

Regulares non recipiant mulieres intra monasterium. *Conc. Treueren. c. 11.* Neque intra ambitum monasterii. *ibid.*

Regulares non inuitent sæculares ad conuiuia in monasterio, nec ipsi in eorum domibus inuitentur. *Concil. Treueren. capit. 11.*

Regulares in refectorio legant Lectionem spiritualem. sint sobrij in cibo, potu, somno, &c. omnibus. non accedant ad nuptias, nec ad alia loca publica, non ad balnea promiscua, &c. *Conc. Treuerense c. 11.*

Regulares debent obseruare silentium. *De statu Monachorum c. Cum ad monasterium.*

Regulares quæstores non possunt retinere sibi partem eleemosynæ, sed totam ferre debent ad monasterium. *conc. Treuerense c. 11.* Vide, *Quæstores.*

Regularibus in Regnis Hispaniarum existentibus, reuocantur omnia priuilegia, per quæ eximebantur ab obedientia superiorum. *Vrbanus 8. const. 57. Pastoralis.*

Regularium priuilegia circa exemptiones camerales in statu Ecclesiæ, ad limites iuris communis reducuntur. *Alexander 7. const. In sublimi, data 22. Augusti 1658.* Vide, *Exemptio.*

Vide, *Regular. prohibita.* Vide, *Regulares circa vitam communem.* Vide, *Regular. reformatio.*

Regulares circa ordinationes.

Regulares ordinari non possunt sine licentia suorum superiorum. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. De depositione cap. 22.* Vide, *Ordinatio.* Vide, *Ordinandorum obligationes.*

Regulares superiores possunt subditis concedere, vt à quouis ordinario faciant se ordinari, dando eis licentias, seu literas commendatitias. *De temporibus ordinat. in 6. c. Cum nullus.*

Regulares ad monitionem superiorum debent ordines accipere. *Clement. de statu Monachorum. cap. 1. §. Ad ampliationem.*

Regulares non promoueantur ad ordines sacros, nisi ætate, & scientia polleant. *conc. Treuer. c. 11.*

Regularis contra prohibitionem Prælati sui nequit ordinari. *De temporibus ordinat. c. Ad aures.*

Regulares promouendi sunt ad ordines ab Episcopo loci, vel eo absente, aut non tenente ordinationes, ab alio. *Conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra.*

Regulares quando possunt ordinari à quolibet Episcopo non suspenso, etiam sine placito ordinarii. *Pius V. constit. 41. Et si. §. 7.*

Regulares promouendi ad ordines, possunt ab Episcopo examinari de idoneitate. *Concil. Later. 5. vbi supra. concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 12.*

Regulares ordinari non possunt in sacris ante ætatem statutam pro alijs circa ordines; aliàs non sunt idonei. *conc. Trid sess. 23. de refor. c. 12.*

Regulares promouendi sunt ad ordines, iuxta formam, & statuta Tridentini Concilij. *Pius V. const. 75. Romanus.*

Regularis ordinatus in Apostasia, non potest in ordine ministrare sine dispensatione Papæ. *De Apostatis c. fin.*

Regularis ordinatus sacerdos, quando, & quomodo tenetur celebrare primam missam. Vide, *Sacerdos.*

Vide, *Monachorum priuilegia.*

Regulares circa sepulturas.

Regulares non possunt terras aliquibus locare, cum pacto, vt apud se eligant sepulturam. *conc. Later. 4. c. 56.*

Possunt corpora defunctorum, qui apud eos elegerunt sepulturam, cum cruce, psalmis, &c. per viam deducere, & sepelire. *Extra, de priuil. c. Inter cunctas.*

Regulares non possunt mortuos sepelire sine licentia Presbyteri curati, qui dat Sacramenta defuncto, sub pœna anathematis. *Conc. Later. 3. tit. de sepulturis c. 4.*

Non possunt ire ad domum mortui ad leuandum illum, etiam si elegit apud eos sepulturam, nisi præsente Parocho: vel recusante ire, nisi consuetudo sit contraria. *Conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. dum intra.*

Regu-

Regulares liberè possunt *in* suis Ecclesijs sepelire mortuos quoslibet, soluta tamen quarta Parochis. *Clement. de sepulturis cap. Dudum. Extra, de priuil. cap. inter cunctas. De excessib. Prælator. cap. Nimis iniqua.*

Vide, *Quarta.* Vide, *Funeralia.* Vide, *canonica portio.*

Quilibet potest eligere sepulturam in Ecclesijs Regularium. *conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. dum intra.*

Regulares non possunt eligere sepulturam, nisi multum distent à Conuentu. *de sepultur. in 6. c. fin.*

Regulares, qui fecerunt pactum cum Parochis de non sepeliendo certas personas, debent stare pacto.

Vide, *Sepultura; Sepelire.* Vide, *Pactum.*

Regulares, dum ad sepulturam deferunt mortuos, non solum possunt per viam psallere ob *Extra, de priuil. c. Inter cunctas.*, Sed exequias in suis Ecclesijs celebrare. *De excessibus Prælatorum cap. Nimis iniqua.*

Regulares inducentes laicos, &c. ad eligendum sepulturam in suis Ecclesijs per votum, vel iuramentum, sunt excommunicati. & si sepeliunt tenentur ad restitutionem corporum, & omnium quæ habuerunt ratione corporum. *de sepulturis in 6 c. 1. clement. de pœnis cap. fin. §. fin.* Excommunicatio ipso facto incurritur, & Papæ reseruata est. *ibid.* & nisi intra decem dies restituant, Ecclesia supposita est interdicto. *de sepult. in 6. c. 1.*

Regulares quando etiam soli possunt mortuos associare. *Pius V. const. 41. Et si. §. 24.* Intellige, si nolint alij, ad quos spectat, accedere. sed priuilegia hæc reducta sunt ad formam iuris Concilii Tridentini. Vide, *Regul. priuilegia.*

Regulares qui habent priuilegium sepeliendi tempore interdicti, possunt sepelire, solum eos confratres, qui oblati sunt religioni, mutato habitu sæculari, vel qui eo retento in sæculo fecerunt donationem Conuentui de omnibus, retento sibi non in vita. *conc. Lat. 4. c. 57.* Vide, *Interdicti tempore.*

Regulares non tenentur soluere quartam funeralem, si ab annis 40. non soluerunt. quando verò soluunt, quid intelligitur per quartam. *Pius 5. const. 41. Et si. §. 12.*

Vide, *Quarta.* Vide, *Regulares circa Parochos.*

Regulares non possunt impediri, quin in suis Ecclesiis sepeliant mortuos. *Pius 5. const. 41. Et si. §. 13.*

Regulares non possunt sepelire excommunicatos, aliàs contra eos procedit Episcopus. *De priuil. c. Ad hæc.*

Regularium habitu indui potest quilibet moriens in domo sua, qui vult apud fratres sepeliri. *concil. Later. 5. sess. 11. const. 4. dum intra.*

Qui infirmi faciunt se portari ad conuentus regularium, si in eis moriuntur, possunt apud eos sepeliri. sed tenentur relinquere portionem Ecclesiæ, à qua habuerunt Sacramenta. *conc. Later. 3. in append. p. 49. c. 6.*

Qui vero sani se ad eos transtulerunt, & in eis moriuntur, ad hoc non tenentur. *ibid.*

Regulares circa decimas.

Regularium monasteria, & bona, non tenentur soluere decimas. *conc. Later. 3. in append. tit. de religiosis viris c. 3. 9. & 15.* intelligitur de Mendicantibus. *ibid.*

Vide, *Decimæ, qui exempti sunt.*

Regulares aliquas, olim, soluebant decimas. *concil. Later. 3. tit. de religiosis viris c. 5. & 7.* & quas.

Regularium possessiones, quæ prius soluebant decimas, tenentur ad eas. *conc. Lateran. 3. tit. de religiosis viris c. 3. 12. & 13.*

Regulares superiores non possunt impedire, ne soluantur Episcopis solitæ decimæ. *conc. Lateran. 3. tit. de religiosis viris cap. 14.*

Regulares retrahentes personas à solutione decimarum, sunt excommunicati ipso facto. *clement. de pœnis cap. fin.* suspenduntur à concione, donec retractent. *ibidem.* & aliæ pœnæ.

Regulares etiam monachi non tenentur soluere decimas de laboribus manuum, nec de noualibus. *Conc. Later. 3. tit. de religiosis viris, c. 8.*

Regulares non possunt vsurpare decimas debitas clericis. *Conc. Later. 3. tit. de relig. viris, c. 4.*

Regulares fraudantes decimas, possunt ab Episcopo excommunicari. *Conc. Sabin. c. 12.*

Regulares impedire non possunt, ne qui suas terras colendas suscipiunt, soluant decimas quas tenentur. *Conc. Later. 3. tit. De religiosis viris, c. 6.*

Regulares non possunt terras locare, cum pacto, vt decimæ sibi soluantur, vel vt apud se eligant sepulturam. *conc. Lateran. 4. c. 56.*

Regulares non possunt à laicis exigere decimas, sine licentia Episcopi. *de priuil. & c. cap. Cum & plantare. de præb. c. In Lateranensi.*

Regulares monachi, de quibus soluunt decimas. *De decimis cap. Ex parte tua.*

Regulares appropriantes sibi decimas, nisi intra duos menses dimittant, & satisfaciant, quomodo puniendi, & officiis priuandi. *Clement. de decimis c. 1.*

Regulares miscentes bona, animalia, &c. seruorum cum suis, vt eos liberent à decimis, quomodo puniendi. *Clement. de decimis cap. 1.* Non intelligitur de bonis, & animalibus propriis, quæ tenent in manibus seruorum, oblatorum, &c. ib.

Regulares tenentur docere sæculares in concionibus, & confessionibus de obligatione decimarum. *Clement. de pœnis cap. fin. Conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra.* & nolentibus soluere tenentur negare absolutionem. *ibid.*

Vide, *Decimas fraudantes.*

Regularium oblati, quamdiù manent in sua domo, tenentur ad soluendas decimas, & alia iura Episcopalia. *de priuil. c. Quidam sicut.* Vide, *Decimæ.*

Regulares circa interdicta, & alias censuras.

Regulares tempore interdicti, &c. non possunt admittere ad diuina interdictos, vel excommunicatos. *De priuileg. & c. cap. cum & plantare, §. Excommunicatos,* Sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ, donec satisfaciant, præter alias pœnas. *De priuil. in 6. cap. Episcoporum. De præben. cap. In Lateranensi.*

Regulares tempore interdicti possunt admittere solum domesticos familiares ad diuina, non autem exteros. *de priu. in 6. c. Licet. & pœna. ibid.*

Regulares tempore interdicti, semel in anno diuina possunt facere in Ecclesia interdicta. *de priu. c. vt priuilegia.*

Regulares tenentur obseruare interdictum positum à Papa; neque vllum priuilegium eos excusat. *Conc. Trid. sess. 25. de reform. regul. c. 12.*

Regulares non obseruantes interdictum, sicut obseruat Ecclesia matrix, excommunicati sunt ipso facto. *Clement. de sent. excomm. c. 1.*

Regulares celebrantes in locis interdictis, præter formam iuris; vel etiam facientes celebrare, interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ. *de priuileg. in 6. c. Episcoporum.*

Regulares tempore interdicti admittentes ad sepulturam excommunicatos, vel interdictos, interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ, donec satisfecerint, præter alias pœnas. *De priuil. in 6. cap. Episcoporum.*

Regulares tempore interdicti possunt sepelire suos oblatos, vel qui in sæculo remanserunt, vel qui in monasterijs sunt. dummodò nominatim non sint excommunicati. *de priuil. cap. vt priuilegia.*

Regulares, vt Fratres Minores, &c. si tempore interdicti recipiunt in Ecclesia suos tertiarios ad diuina, sunt excommunicati ipso facto. *Clement. de sent. excom. c. cum ex eo.*

Regulares tempore interdicti non possunt admittere ad diuina eos; qui fuerunt causa interdicti, vel dederunt ad hoc auxilium, fauorem, &c. & pœna. *De priuileg. in 6. cap. licet.*

Regularis celebrans missam in loco interdicto, recludatur in arctiori monasterio ad faciendum pœnitentiam. *de clerico excommunicato, &c. c. Quæsiuistis.* Vide, *Missa.*

Regulares tempore interdicti in diebus festis sui ordinis non tenentur illud seruare. *Pius V. const. 41. Et si. §. 4.*

Vide, *Interdictum.* Vide, *Interdicti tempore.* Vide, *Priuilegia.* Vide, *Regular. priuilegia.*

Regulares circa confessiones audiendas.

Regulares non possunt audire confessiones sæcularium, vel aliorum extra ordinem sine licentia Episcopi. Ideo superiores debent Episcopis præsentare numerum determinatum fratrum, vt isti de ipsorum Episcopórum gratia, & beneplacito audiant confessiones. Quod si Episcopi aliquos non existiment idoneos, superiores præsentent alios. *Si* verò Episcopi ex malo animo, &c. nolint dare licentiam, Papa ex tunc concessit eos præsentatos posse auctoritate Apostolica audire confessiones, & absoluere, ac si essent admissi ab Episcopis. Et non posse absoluere, in eo casu; nisi ab ijs casibus, à quibus Parochi absoluunt. *Clem. de sepulturis c. Dudum.*

Numerus confessorum sit Ecclesijs proportionatus. *ibid.*

Idem confirmatur in *Extrau. de sepulturis cap. Super cathedram.*

Idem in *Extrau. de priuilegijs. c. Inter cunctas.*

Regulares confessores audire non possunt confessiones sæcularium, nisi se præsentent Episcopis, vel eorum vicarijs, à quibus approbentur. *Conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra. Conc. Senonense in decr. morum c. 37.*

Regulares audire non possunt confessiones sæcularium, nisi Episcopis se præsentent, & ab eis iudicentur idonei. *Conc. Colon. 3. tit. Censuræ c. 35. conc. Mogunt. 4. c. 25.*

Nisi ab *Episcopis* sint approbati, & admissi, non possunt audire confessiones sæcularium. *conc. Treuer. c. 12. conc. Trident. sess. 23. de refor. c. 15.* Neque etiam Sacerdotum secularium confessiones audire possunt regulares, sine hac approbatione. quæ gratis danda est. Et præter approbationem, Episcopi possunt eos examinare, si eis videatur necessarium. *ibid. Pius V. const. 133. Romani. Gregor. 12. const. 9. In tanta.* Vide, *Episc. circa regulares.*

Regulares semel admissi in eadem diœcesi, semper intelliguntur admissi sine alio examine. *Pius V. const. 41. Et si. §. 2.* Sed hoc reuocatur *à Gregorio 13. const. 9. In tanta.*

Regulares lectores non debent ab Episcopis examinari. *Pius ibid. §. 3.* Reuocatur, vbi supra, & ab eodem Pont. *Pio V. const. 133. Romani.*

Regulares confessores monialium, quæ ordini sunt subiectæ, non debebant ab Episcopo examinari. *Pius ibid. §. 3.* Reuocatur *à Gregorio 13. const. 9. in tanta.*

Regulares audire possunt confessiones sæcularium, eosque absoluere cum licentia Episcoporum, vt supra, non obstante *cap. Omnis vtriusque sexus. Extra, de priuilegijs c. Inter cunctas.*

Regulares confessarij sunt coadiutores parochorum. *Concil. colon. 3. tit. Censuræ. c. 35. conc. Mogunt. 4. c. 25. concil. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra. Clem. de sepulturis c. Dudum.*

Regulares sine licentia Episcopi non possunt soluere, neque ligare. *16. q. 1. c. Peruenit, & c. Interdicimus.*

Regulares non possunt audire confessiones religiosorum alterius ordinis, nec eos absoluere. *Extra, de priuilegijs cap. Inter cunctas.*

Regulares vt audiant confessiones sæcularium debent à suis superioribus eligi, & præsentari Episcopis; à quibus sunt admittendi. *conc. Senon. in decr. morum c. 37.*

Regularibus confessi non tenentur eadem confiteri proprio sacerdoti. *Extra, de priuilegijs c. Inter cunctas.*

Regularibus confitentes satisfaciunt præcepto annuæ confessionis. *Conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra.*

Regulares circa confessiones monialium. Vide, *Regul. circa monasteria monialium.* Vide, *Monialium confessores.* Vide, *Moniales S. Clarę.*

Regularium licentia ad audiendas confessiones per mortem diœcesani, non terminatur (intellige, nisi reuocetur à successore) & de illa quam concedebat Papa in casu quo Episcopi nolebant admittere eos vt supra. *Extra, de priuilegijs. c. Inter cunctas.*

Regulari confessus, si id de se testatur, est ei credendum. *Extra, de priuilegiis c. Inter cunctas.*

Regulares circa confessos in articulo mortis. Vide, *in seq. tit.*

Regulares non possunt audire confessiones sæcularium, nisi ab Episcopo approbentur. *Gregor. XV. const. 18. Inscrutabili.*

Regulares non possunt audire confessiones, nisi in Capitulo à tribus deputatis peritis fuerint examinati, & admissi. *Clem. 8. const. 60. Nullus §. 24.*

Regulares approbati generaliter pro diœcesi, non intelliguntur approbati pro monasteriis monialium. Vide, *Regul. circa monasteria monialium.*

Regularibus in vim. *Gregorii XV. constitut. 18. inscrutabilis.* Non potest Episcopus in approbatione pro confessoribus præscribere determinatum locum, personas, & certa tempora, nisi aliunde sibi competere cognoscat. *ibid. in declarat. sequenti ad dubium 2.*

Regulares nullius diœcesis, non subiacent Episcopo quò ad hæc, sicut alii diœcesis. *ibid. §. Ad 3.*

Regulares docere debent populos, quod semel in anno debent confiteri parocho. *Extra, de priuilegiis c. Inter cunctas.*

Regularibus confessi. Vide, *Confessor.* Vide, *Confessi.* Vide, *Confessores regulares.*

Regulares circa absolutionem à reseruatis.

Regulares non possunt absoluere à casibus reseruatis Papæ, vel ordinariis. *Extra, de priuilegijs c. Inter cunctas. Clement. de excessibus priuilegiatorum c. 1. Inter cunctas.* Sub pœna excommunicationis Papæ reseruatæ. *ibid.*

Regulares non possunt absoluere excommunicationes latas à Prælatis. *Extra, de priuilegiis c. Inter cunctas.* Sub pœna excommunicationis Papalis. *ibid. concil. Later. 5. const. 4. Dum intra.*

Regulares non possunt absoluere publicos peccatores, seu illos, quibus iniungenda est publica pœnitentia. neque à peccato absoluere excommunicatos, nisi isti ab excommunicatione prius absoluantur. *in* casu vero periculi mortis possunt quoscumque casus absoluere, sed faciant iurare pœnitentes de se præsentando superiori legitimo post euasionem periculi. *Extra, de priuil. c. Inter cunctas.*

Regulares confessores non habent maiorem facultatem ad absoluendum sæculares, quàm habeant Parochi; nisi forte à Prælatis id obtineant. *Concil. Senonen. in decr. morum c. 37. Clem. de sepulturis c. Dudum.*

Regulares virtute Bullæ Cruciatæ, vel alterius indulti, non possunt sibi eligere confessarium, nec à reseruatis absolui. *Clemens 8. const. 64. Romani.* Vide, *Bulla cruciatæ.* Vide, *cruciata.* Vide, *casus reseruati.* Vide, *Episcopus circa casuum reseruationem.*

Regulares circa Prædicationes.

Regulares, & præsertim Minores, & Prædicatores, in suis Ecclesijs liberè possunt prædicare; illa hora excepta, in qua vult Episcopus prædicare in ea Ciuitate. *Clement. de sepulturis cap. Dudum. Extra, de sepulturis cap. Super cathedram. Extra, de priuilegiis c. Inter cunctas.* Excipitur casus festi proprii; & locus studiorum generalium; quia tunc possunt concurrere. *ibid.*

Regulares sine Parochorum licentia, non possunt in eorum Ecclesijs prædicare. *Clement. de sepulturis cap. Dudum. Extra, de sepulturis cap. Super cathedram.* iis inuitis non possunt prædicare. *ibid. Extra, de priuil. cap. Inter cunctas.*

Regulares admitti debent in Ecclesiis Parochorum ad prædicandum. *conc. colon. 2. p. 4. c. 7.*

Regulares antequam prædicent, examinari, & admitti debent ad hoc munus à suis Prælatis. *conc. colon. 2. p. 4. c. 7. concil. Trident. sess. 5. de reformat. c. 2.* & præter licentiam superiorum Episcopi benedictionem habere debent. *ibid.* & *sess. 24. de refor. regul. c. 4.*

Regulares Prædicatores modestè prædicent, caueant à verbis detractoriis, ac virulentis. *conc. colon. 2. p. 4. c. 8.*

Non inuehantur contra Magistratus, vel Episcopos publicè, & coram populo. *ibid. c. 9.*

Regulares Prædicatores post prædicationem, & collectionem eleemosynæ, non permittantur permanere soli, & extra claustra in loco prædicationis. *ibid. c. 15. & 16.*

Regulares in feria 5. Cœnæ possunt prædicare. *Pius V. const.* 34. *Exponi*. §.24.

Regulares prædicare non possunt publicè in Ecclesijs alienis, nisi ab Episcopo, vel eius Vicario sint admissi. *Conc. Treuerense c.2. Conc.Trid. sess.5. de reform. c.2.* Licentia autem Episcopi gratis est concedenda. *ibid.*

Regulares, nec etiam in Ecclesijs sui ordinis, possunt prædicare, nisi ab Episcopo obtineant benedictionem. *Concil. Tridentin. sess.5. de reform. cap.2. & sess.24. de reform. regul. cap.4.*

Regulares in Ecclesijs sui ordinis prædicare possunt, etiam contradicente Episcopo (dummodo Episcopus ipse non prædicet) si à suis superioribus Generali, vel Prouinciali fuerint admissi ad hoc munus. *Pius V. const.41. Et si.* §.1.

Regulares possunt in qualibet hora prædicare, non expectata hora cathedralis, etiam si in cathedrali prædicetur actu (dummodo Episcopus, vt supra, non prædicet.) *Pius V. const.41. Et si.* §.8.

Regulares in feria 5. Cœnæ Domini possunt, & mandatum solemniter facere, & prædicare. *Pius V. ibid.* §.24.

Regulares non possunt prædicationis officium exercere, nisi in Capitulo per tres peritos fuerint examinati, & admissi. *Clemens 8. const.60. Nullus*. §.24.

Regulares non possunt in Ecclesiis sui ordinis prædicare, nisi ordinarijs se præsentent, & petant benedictionem. In Ecclesiis vero alienis prædicare non possunt sine licentia ordinarij; & eo contradicente, neque in aliena, neque in propria possunt prædicare. *Gregor.15. constitut.18. Inscrutabili*. §.3.

Regulares prædicantes sine licentia Episcopi in alienis Ecclesiis, vel sine benedictione in suis, possunt ab Episcopo puniri, etiam extra visitationem; & per censuras. *ibid. §.6.*

Regularium prædicantium obligationes. Vide, *Prædicare*. Vide, *Prædicator*. Vide, *Prædicari prohibita*. Vide, *Regulares euntes in partes, &c.*

Regulares circa confessiones, & absolutiones suorum Fratrum.

Regulares non sunt subiecti Episcopis circa absolutiones suorum Fratrum. *De excessibus Prælator. c. Nimis iniqua.*

Regulares audire non possunt confessiones, nisi in Capitulis à tribus personis deputatis fuerint examinati, & admissi, ac à superioribus habeant licentiam. *Clem.8. const.60. Nullus. §.24.*

Regulares virtute Bullæ Cruciatæ, vel alterius indulti, non possunt sibi eligere confessarium, vt à reseruatis absoluantur. *Clemens 8. const.64. Romani. Vrban.8. constit.105. In suprema.* Vide, *Confessoris electio*.

Regulares superiores, quos casus possunt reseruare. Vide, *Regulares circa censuras, &c.*

Regulares superiores absoluere possunt venientes ad religionem, si postea confitentur se clericos percussisse, nisi factum sit enorme, vt mutilatio, &c. *De sentent. excommunic. cap. cum illorum, circa fin.*

Regularium oblati, ac tertiarij, familiares, domestici, &c.

Regularium oblati, quamdiu manent in domo propria, tenentur soluere decimas, & alia iura Episcopalia. *De priuil. cap. Quidam sicut.*

Regularium famuli, procuratores, operarii, &c. non incurrunt excommunicationem latam contra quoscumque, nisi ipsi dederint causam excommunicationi. *Concil. Later.5. sess.11. const.4. Dum intra.*

Regulares possunt domesticis familiaribus, & pauperibus in sua domo regulari habitantibus ministrare Sacramenta. *Clement. de priuil. cap.1. §. fin.*

Regulares tempore interdicti possunt sepelire suos oblatos, vel qui in monasteriis eorum sunt, vel qui in sæculo adhuc remanent, dummodo non sint nominatim excommunicati, vel interdicti. *De priuileg. cap.vt priuilegia.*

Non possunt eos admittere ad diuina tempore interdicti. Vide, *Regulares circa interdicta*. Vide, *Interdicti tempore*. Vide, *Oblati*. Vide, *Regulares circa sepulturas*. Vide, *Sepelire*. Vide, *Tertiarij*.

Regulares circa Processiones, & præcedentias.

Regulares requisiti à Prælatis ad processiones solemnes tenentur ire, dummodo non distent à Ciuitate per vnum milliare. *Conc.Later.5. sess.11. const.4. Dum intra. Concil.Trident. sess.25. de reform. regul. cap.13.* Omnes etiam monachi compelli possunt, vt accedant. Exceptis ijs, qui in strictiori obseruantia viuunt, & hoc priuilegio gaudent. *ibidem*.

Regularium lites in præcedentia. Vide, *Regul. causæ, &c.*

Regulares non possunt compelli adesse nouis processionibus, nisi ijs, quæ sunt in vsu, vel cum fit pro victoria de infidelibus, &c. *Pius V. const.41. Et si. §.3. circa finem.*

Regulares vero, qui studijs vacant, non possunt compelli ad eas processiones. *ibid.*

Regulares in processionibus præcedere debent omnibus confratribus laicorum. *Gregor.13. const.84. Exposcit.*

Regulares inter se præcedere debent iuxta antianitatem existendi in loco, vbi est controuersia. *Gregor.13. constit.84. Exposcit.* non derogat alijs decretis circa hoc. *ibid.*

Regularium lites circa præcedentiam, ab Episcopo terminari debent. *Conc.Trident. sess.25. de refor. regul. c.13. Pius V. const.41. Et si.* §.8. Sed ijs terminatis, nihil amplius potest immutari. *ibidem.*

Vide, *Præcedentia*. Vide, *Processio*.

Regulares circa Sacramenta, & alia in suis Ecclesiis, vel extra.

Regulares possunt Eucharistiam in suis Ecclesijs tenere. exequias defunctorum celebrare: tenere campanas, & cœmeterium benedictum. possunt Missas *in suis Ecclesijs* dicere, oblationes, cereos, & cætera recipere, & pro se tenere, & in his non possunt ab Episcopis grauari. *De excessib. Prælatorum, c. Nimis iniqua.*

Regulares possunt audire confessiones sæcularium quolibet tempore. Vide, *Regulares circa confessiones*.

Regulares in die feriæ 5. Cœnæ possunt mandatum facere solemniter, & in ea die prædicare. *Pius V. const.41. Et si.* §.24.

Non possunt ministrare Sacramenta, vt Parochi, nisi fratribus, & monialibus sibi subditis. *Gregorius XV. const. 18. Inscrutabili*. §.2.

Regulares non possunt matrimonijs assistere, sine Parochi licentia, sub pœna excommunicationis Papæ reseruatæ. *Clement.de priuil.&c. cap.1. Conc. Later.5. sess.11. const.4. Dum intra.* Si assistit, seu benedicit matrimonium, *ipso* iure suspensus est ab officio, arbitrio ordinarij *illius* Parochi, ad quem spectabat. *Conc. Trid. sess.24. de reformat. matrim. cap.4.*

Regulares non possunt ministrare Extremam Vnctionem sine licentia Parochi, sub pœna excommunicationis Papæ reseruatæ. *Clement. de priuil. &c. cap.1. Concil. Lateran.5. sess.11. const.4. Dum intra.* etiam si ista negetur à Parocho. nisi constet per testes coram notario publico, quod hoc Sacramentum fuit infirmo negatum, & tunc possunt. *ibidem*.

Regulares possunt ministrare Sacramenta domesticis familiaribus, ac pauperibus in suis domibus regularibus habitantibus. *Clement. de priuil. c.1. §.finali. Conc. Later.5. sess.11. const.4. Dum intra.*

Regulares semper possunt Eucharistiam ministrare, excepta die Resurrectionis. *Pius V. const.41. Et si.* §.4.

Possunt in qualibet hora (in tempore debito) celebrare, non expectata Missa Parochi. *ibidem*.

Vide, *Missa in quo loco dicenda*.

Regulares non possunt infirmis ministrare Eucharistiam, etiam si hæc negetur à Parocho; nisi per testes coram notario publico constet eam fuisse negatam; quia tunc possunt. *Conc. Later.5. sess.11. const.4. Dum intra.*

Regula-

Regulares circa Parochos, & Parochianos.

Regulares tenentur dare Parochis quartam funeralium, & præter eam, nihil aliud debent eis dare. *Extra, de sepulturis cap. Super cathedram. Extra, de priuil. cap. Inter cunctas.* Vide, *Funeralia.* Vide, *Canonica portio.* Vide, *Quarta funeralis.*

Regulares de bonis sibi relictis non tenentur aliquid soluere Parochis. *Extra, de priuil. c. Inter cunctas.*

Regularium pacta, & concordata cum Parochis, dummodo licita, & facta cum consensu Conuentus; licet sine assensu Prouincialis, vel Generalis, sunt valida, & obseruanda. *de pactis in 6. c. finali.* Vide, *Pactum.*

Durare debent eiusmodi pacta, dummodo per Concilia non fuerint abrogata. *Concil. Lateran. 5. sess. 11. constitut. 4. Dum intra.*

Regulares non possunt in Sabbatho sancto pulsare campanas, ante quam eas pulset Ecclesia matrix. sub pœna ducatorum centum. *Conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra.*

Regulares in Indijs in defectu Parochorum fungi possunt officio Parochi, & sufficit si à suis superioribus in Capitulo Prouinciali habuerunt licentiam, nec requiritur consensus Episcopi. *Pius V. const. 34. Exponi.* Vide, *Regul. euntes in partes infidelium.*

Regularis si ab annis 40. non soluerunt Parochis quartam funeralem, non tenentur soluere. *Pius V. const. 41. Et si. §. 12. Quarta sumenda est de cera, quæ defertur cum defuncto ad Ecclesiam. ibid.* De alijs verò, quæ fratribus sunt relicta, non est soluenda quarta. *ibid. §. 12.*

In Ecclesijs regularium non possunt Rectores Ecclesiarum, Parochi, &c. officia facere, vel alia, dum ad eas deferuntur defuncti, qui sepulturam elegerunt in eis. *ibid. §. 25.* Vide, *Regulares circa sepulturas.* Vide, *Sepelire.*

Regulares exhortari debent Parochianos, vt semel in anno confiteantur suo Parocho. *Extra, de priuil. c. Inter cunctas.*

Regulares non possunt prædicare, quod Parochiani non tenentur audire missam in suis Parochijs, sub pœna excommunicationis latę sententię. *Extra, de tregua, & pace cap. Vices.*

Regulares non possunt prædicare, quod Parochiani non tenentur saltem in Paschate confiteri suo proprio sacerdoti. sed per hoc excluduntur religiosi, ne audiant eorum confessiones secundum iuris communis dispositionem. *Extra, de tregua, & pace c. Vices.* Vide, *Mendicantes.*

Regulares circa Parochos propriarum Ecclesiarum, &c.

Regulares tenentur Episcopis præsentare, quos volunt in suis Parochijs præficere. *De priuil. cap. Cum, & plantare §. In Ecclesijs. De præben. cap. In Lateranensi. de cappellis monachorum in 6. c. vn.*

Regulares esse possunt Parochi in suis Ecclesijs. *Concil. Colon. 2. par. 4. c. 18. Conc. Treuer. cap. 12.* Sed viuere debent sub obedientia superiorum ordinis. *ibid.*

Regulares non possunt acceptare Parochias sine licentia suorum superiorum, & Episcopi admissione. *Concil. Treuerense cap. 11.*

Regulares Parochi in administratione Sacramentorum, &c. subiecti sunt Episcopis. Vide, *Episcopi circa regulares.* Vide, *Regulares in quibus subiecti sunt Episcopis.*

Regulares non possunt à Parochijs suis remouere Presbyteros, iam ab eis præsentatos Episcopis, & ab his institutos. *de præb. & c. c. In Lateranensi. de cappellis monach. in 6. c. vn.*

Regularis non est capax beneficij, vel commendæ sæcularis. Vide, *Beneficia regularia, &c.*

Regulares non possunt minuere redditus clericorum, &c. qui Ecclesijs suis inseruiunt. *De præb. c. Auaritiæ.*

Regulares non permittantur soli stare in Parochijs. *de statu monachorum cap. Monachi. de cappellis monachorum c. Ex parte.*

Regularium licentiæ datæ à superioribus, vt regulares acceptent Parochias, possunt ab eisdem reuocari. *Conc. Treuerense cap. 11.*

Regulares, qui in Ecclesijs inseruiunt requisiti ab Episcopis, subditi sunt suis superioribus. *Conc. Mogunt. 4. c. 78.*

Regulares non possunt in Parochijs substituere Vicarios, siue perpetuos, siue ad tempus, sine licentia ordinarij, vel Vicarij. *Conc. Treuerense c. 12.* Vide, *Vicarius.*

Regulares Parochi in omnibus se conforment cum aliis Ecclesijs. *Conc. Treuer. ibid.*

Regularium beneficia, seu Parochiæ, quę regularibus dari solent, ipsis dentur, & non aliis. Vide, *Beneficia regularia, &c. Conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 10.*

Regulares non possunt deputari Parochi in Ecclesijs suis, sine consensu Episcopi, & examine per eum faciendo. exceptis monasterijs, in quibus residen capita Religionum; & excepto Cluniacensi, & aliis, quę habent iurisdictionem in populos Episcopalem. *conc. Trid. sess. 25. de refor. regul. c. 11.*

Regulares Parochi cum ad mortuum associandum accedunt, &c. alia faciunt, pares cum aliis Parochis cum stolis, & superpelliceis incedant. *conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de funerib. &c.*

Regulares circa accusationem superiorum.

Regularis potest superiorem accusare. & vsque ad finem causæ prosequi. *Conc. Later. 3. in append. par. 50. c. 16.*

Regulares denunciantes, vel accusantes superiores, de expensis monasterij sunt iuuandi. *conc. Later. 3. ibid. De accusat. &c. c. Ex parte, & cap. Olim.*

Regulares accusantes superiores, si deficiunt in probatione, puniendi sunt. sed superiores debent se purgare. *Concil. Later. 3. in append. tit. De spoliatis c. 3.*

Regularis superior accusatus potest opponere de inimicitia, & conspiratione. *De simonia c. Licet Heli, & c. Per tuas.* Vide, *Accusare.* Vide, *Accusatio, &c.*

Regulares circa transitum ad aliam Religionem.

Regularis transire potest ad strictiorem religionem, petita licentia sui Prælati, licet non obtenta, etiam si primum monasterium habeat priuilegium, vt nullus possit de eo exire. *De regular. cap. Licet quibusdam. Conc. Later. 3. in append. tit. Ne clericus c. 5.*

Regularis de religione reuocata, potest ad aliam transire. *De regularibus c. Sanè. §. fin.*

Regulares cum Papæ licentia possunt ad strictiorem, vel æqualem transire. *Paulus 4. const. 14. Postquam.*

Regulares Mendicantes non possunt transire ad non Mendicantes, excepto si ad Carthusianos; sub pœna excommunicationis ipso facto tam recipientibus, quam receptis, (Papæ reseruatæ) & transitus non tenet. *Extra, de regularib. & transeuntibus, &c.*

Et nisi intra 15. dies reuertantur, tractandi sunt vt Apostatæ. *ibidem.*

Regulares non possunt ad laxiorem Religionem transire sub nullius facultatis, aut priuilegii prætextu. *Conc. Trid. sess. 25. de refor. regul. c. 19.*

Apostatæ non possunt ad alium ordinem transire. *Paulus IV. const. 14. Postquam.*

Regularis si in secunda religione recipit ordines, deinde redit ad primam, potest in eis ministrare. *de temporibus ordinat. c. Ex parte vestra.*

Regularis translatus ad aliam religionem, etiam si sit canonicus regularis, est incapax beneficii sæcularis. *Conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 11.* Vide, *Beneficij incapax, in fine.*

Religiosus translatus obtinere non potest à Sac. Penitentiaria, etiam de licentia superiorum, vt sit capax beneficii sæcularis. *ibidem.*

Regulares Mendicantes, transeuntes ad non Mendicantes, non habent vocem in Capitulo, etiam si in alia religione haberent curam animarum: neque possunt assumi ad prioratum, vicariatum, &c. Exceptis ijs, qui à Papa obtinent, vt transire possint ad quam ibet. *Clement. de regular. transeuntibus, &c. c. 1.*

Regularis transiens ad aliam religionem, cum hoc vinculo recipiendus est, vt maneat in claustro sub obedientia superioris. *Conc. Trident. sess. 14. de refor. c. 11.*

Regulares male translati ad alium ordinem, si non redeunt, quas pœnas incurrunt. *Paulus 4. const.14. Postquam.*

Regulares non possunt à Sac. Pœnitentiaria obtinere licentiam transeundi ad alium ordinem, sine licentia sui superiores. *Pius 4. const.53. in sublimi.*

Regulares non possunt alios etiam laxioris ordinis recipere. & omnis talis facultas reuocatur. *Pius V. constit.89. Quæcumque.*

Regularis non potest transire ad aliam religionem etiam arctiorem, nisi prius suo superiori legitimè constet, quod illa religio est parata eum recipere; & tunc recta via transeat ad illam arctiorem. *Vrb.8. const.26. Sacra congregatio. §. 3.*

Regulares electi obtinere non possunt à superioribus licentias, seu literas transeundi ad aliam religionem, neque remissiuas ad Sedem Apostolicam. *ibid. §.9.*

Regulares, qui in religione aliqua emittunt votum de non procuranda, nec acceptanda dignitate, si transeunt ad aliam religionem, illud votum non relaxatur, sed remanet obligatio, quæcumque sit religio illa, sine societas. Imò si ab ea expellitur, manet obligatio semper. *Vrbanus 8. const.30. in append. cum sicut accepimus.*

Regulares circa censuras, & casus reseruatos in religione.

Regulares omnes, etiam canonici, subiacent excommunicationi, &c. suorum superiorum, & isti possunt eas ferre. *de maiorit. & obed. c. Cum in Ecclesijs.*

Regulares non possunt censuras ferre, & declarare aliquem incurrisse, nisi prætuia monitione. excepto si delictum ex suo genere, excommunicationem inducat. *De appellat. &c. c. Reprehensibilis.* Vide, *Regul. superiores.*

Regulares inobedientes suis superioribus possunt ab eis excommunicari, & ab officijs suspendi. *conc.Rauenn.2. sub Clemente 5. c.21.*

Regulares superiores non habent casus reseruatos pro subditis, nisi sequentes. *Vrbanus 8. const.26. c.Sanctissimus il 2.* Neque possunt alios reseruare, nisi sequentes.

1 Veneficia, Incantationes, & sortilegia.
2 Apostasia à religione, siue dimisso habitu, siue retento, si extra sepia monasterii fit egressio.
3 Egressio nocturna, & furtiua, etiam animo non apostatandi facta.
4 Proprietas, quæ sit peccatum mortale.
5 Iuramentum falsum in iudicio legitimo.
6 Abortus procuratio, auxilium, seu consilium dare ad illum, etiam non secuto effectu.
7 Falsificatio manus, aut sigilli officialium monasterii.
8 Furtum de rebus monasterii, quod sit peccatum mortale.
9 Lapsus carnis voluntarius opere consumatus.
10 Occisio, vulneratio, vel percussio cuiusuis personæ.
11 Aperitio, vel impedimentum literarum superioris ad inferiorem, & è contra.

Regulares superiores præter istos casus non possunt alios reseruare, nisi facta matura discussione à capitulo Prouinciali pro Prouincia, & à capitulo Generali pro religione. *ib.*

Regulares superiores non debent audire confessiones subditorum, nisi isti habeant reseruata, vel sponte velint confiteri. *Vrbanus 8. ibid.*

In Conuentibus deputandi sunt confessarii pro casibus non reseruatis. *ibid.*

Non debent superiores vti notitia auditorum in confessione, pro gubernio. *ibid.*

Superiores regulares possunt determinare pœnitentias dandas pro peccatis, etiam non reseruatis. *ibid. const.26. c. Sanctissimus il 2.*

Regulares virtute Bullæ Cruciatæ, aut alterius indulti, non possunt eligere confessorem, qui eos à reseruatis absoluat. *Clemens 8. constit.64. Romani. Vrbanus 8. constitut. 105. In suprema.* Vide, *Bulla Cruciatæ.* Vide, *Cruciata.*

Regulares, quando possunt eligere sibi confessorem. Vide, *confessoris electio.*

Regulares circa Capitula, & electiones.

Regularium capitula, quomodo celebranda. *De statu monachor. c. In singulis.*

Regular. electio circa numerum eligentium, quomodo reguIanda. *Clem. de elect. c. Quod circa.*

Regular. electiones quo ad minoritatem numeri, iuxta Constitutionem *Bonifacij 8.* intelligitur de minoritate facti, non de fictione iuris. *ibid.*

Regulares superiores eligi non possunt, nisi sint professi in ea religione. *De elect. in 6. c. Nullus.*

Regulares Priores, seu superiores locales eligi non possunt, nisi sint ætatis annorum saltem 25. *Clement. de statu monachor. c.1. §. caterum.*

Regulares non professi, non possunt interesse electionibus, nec eligere. *De elect. in 6. cap. Ex eo.*

Regulares laici, non possunt eligere cum clericis. *ibid. cap. Ex eo.*

Regulares, vt superiores fiant, seu eligantur non possunt procurare vota, seu suffragia, nec directè, nec indirectè, sub pœnis statutis, & priuatione officiorum, & inhabilitate ad alia; reseruata Papæ reintegratione. quæ pœnæ extenduntur etiam ad scientes talem procurationem, votorum, & non reuelantes. *Clemens 8. constit.60. Nullus. §. 22. Vrbanus 8. constitut.26. in cap. Nullus num.35.* Papæ reseruantur. *ibid.*

In electionibus regularium semper eligendus est magis idoneus. *ibid. §.23.*

Regulares eligendi in superiores, illi esse debent, qui consueuerunt obseruare regulam, & constitutiones ordinis quo ad seruitium chori, victum, & vestitum communem. *Clemens 8. ibid. §.23. Vrbanus 8. const.26. vbi supra. nu.36.*

Procurantes vota directè, vel indirectè, pœnas vt supra incurrunt ipso facto. & non solum ipsi, sed etiam complices, & scientes, ac non reuelantes. *quæ pœnæ à nullo* alio, nisi à Papa possunt relaxari, vel *dispensari. Vrbanus 8. const.26. in c. Nullus. num.35.* Vide, *Regul. reformatio.*

Electiones regularium faciendæ, iuxta decreta Concilij Tridentini. *Vrbanus 8. ibid. num. 36. & Clem.8. vbi supra.*

Regulares eligentes iurare debent de meliori eligendo. *ibid. num. 36.*

Superior solus dare potest religioso licentiam, vt consentiat electioni de se factæ extra monasterium. *De elect. in 6. c. Si religiosus. §. Quia.*

Monialium Abbatissa eligi potest per compromissum in manu Episcopi. *De electione cap. causam.* Vide, *Abbatissa.* Vide, *Monialium electiones.* Vide, *Monialium Præfectæ.*

Licentia Generalis, vt possit regularis consentire omni electioni de se faciendæ, non valet. *Clem. de elect. c. fin.*

Vide, *Electio, &c.* Vide, *Regul. reformatio.* Vide, *Regul. superiores.* Vide, *Superior.* Vide de qualibet religione.

Regulares circa Monasteria Monialium, & confessores eorum.

Regulares non possunt cum monialibus in monasteriis loqui. *conc. Arelat.4. c.7. conc. Paris.6. l.1. c.46.* Sed est necessaria licentia Episcopi. *ibid.*

Regulares admitti possunt ad curam mulierum, seu monialium, de consensu Episcopi. *Pius V. const.41. Et si. §.10.*

Regulares nunc accedere non possunt ad monasteria monialium, sine licentia speciali S. Congregationis regularium, &c. *Clemens 8. const.105. Ex debito. §.5.*

Qui ad missas celebrandas, ad earum Ecclesias mittendi sunt à superioribus, sint ætatis prouectæ, & maturæ. *ibid. §.5.*

Regulares confessores monialium, etiam sibi subiectarum audire non possunt earum confessiones, nisi ab Episcopis iudicentur idonei. *Gregor.XV. const.18. Inscrutabili. §.5.*

Regulares administrantes bona monialium, possunt ab Episcopo compelli ad reddendas rationes, vocato tamen superiore regularium. *ibid. §.5.*

Ex rationabili causa possunt Episcopi monere superiores regularium, vt remoueant confessores, vel administratores monialium

nialium sibi subiectarum; & si illi id facere recusant, possunt ab Episcopo remoueri. *Gregor.15. constitut.18. Inscrutabili. §.5.*

Dum fiunt electiones Abbatissarum monialium subiectarum regularibus, Episcopi possunt inter esse per se, vel per alium cum superiore locali, tamen sine impensis monialium. *ibid. §.5.*

Regulares poterant, olim, processus contra moniales sibi subiectas facere ex *const.41. Et si Pij V.* sed circa hoc *à Gregorio 13. const.9. in tanta*, fuit reuocata.

Regulares confessores extraordinarij monialium sibi subiectarum, ab Episcopo etiam debent iudicari, si idonei, & approbari. *Greg.15. const.18. in declar. seqq. ad dub.6.*

Regulares etiam superiores monialium non possunt confessiones sibi subditarum audire, nisi sint ab Episcopo approbati, alias nullæ sunt. *ibid. ad 7.*

Regulares approbati generaliter ab Episcopo pro omnibus, non intelliguntur approbati pro monialibus subiectis, sed alia egent approbatione. *ibid. ad 9.*

Regulares approbati pro vno monasterio monialium, non censentur approbati pro alijs. *Greg.15. constitut.18. in declarat. seq. ad dub.10.*

Regulares approbati pro vna vice, vt sint confessores extraordinarij monialium, non possunt in vim illius deputationis alia vice audire. *ibid. ad 11.*

Si Episcopus monito superiore, vt remoueat confessorem monialium, & hoc non remouente, vult remouere, non tenetur assignare causam cur remoueat. *ibid. ad dub.12.*

Regulares circa moniales Romæ, hoc tenentur obseruare *ex constit. Alexandri 7.* quæ incipit, *Sacrosancti. Data die 30. Martij 1658.*

Regulares quicumque sint, siue mendicantes, siue non, habentes curam monialium Romæ, etiam si speciali nota, & expressione digni essent, sub pœna priuationis actiuæ, & passiuæ vocis, officiorum, dignitatum, &c. & inhabilitatis ad ea obtinenda, reseruata Papæ reintegratione, non possunt pernoctare apud monasteria monialium, vel prope septa monasteriorum eorumdem. & sub eisdem pœnis præcipitur superioribus eorum ne id permittant.

Non possunt apud eadem monasteria refectionem diurnam sumere, exceptis casibus necessitatis exprimendis hic, vel alias à Romano Pontifice.

Si prope monasteria monialium adsint cellæ pro tali habitatione, superiores statim faciant claudi, vel dirui. Si verò extra septa monasterij sint, vendantur, & eorum pretium monasterio applicetur, sub eisdem pœnis.

Sub præfatis pœnis superiores non permittant, vt moniales coquant, aut parent cibos; vel lintea siue alia vtensilia pro vsibus siue proprijs, siue aliorum regularium suppeditentur.

Confessores, & Concionatores nihil omninò sub quouis prætextu accipere possunt à monialibus sub eisdem pœnis, præter duos iulios monetæ (si per institutum regularium licet) pro quotidiano victu ad tempus seruitij, soluendos procuratori conuentus, vel æquiualentem portionem vini, & frumenti.

Non possunt regulares, neque per se, neque per alios munuscula à monialibus, vel monasterijs earum, etiam minimi valoris, neque esculenta, vel poculenta, sub quouis titulo, debiti, recognitionis, gratitudinis, mutui, celebrationis missarum, &c. sub eisdem pœnis.

Non possunt cum eisdem monialibus, vel monasterijs suæ curæ subiectis, nec directè, nec indirectè contractus censuum actiuè, vel passiuè inire, neque locationis, conductionis, emptionis, venditionis, &c. & contractus sunt nulli, contrahentes verò, & superiores mandantes, vel consentientes incurrunt priuationem actiuæ, & passiuæ vocis, reseruata Papæ reintegratione: etiam si contractus liciti esset, & de licentia Sedis Apostolicæ facti, nisi derogetur his literis.

Non possunt extra actum concionum, confessionum, & visitationum, quæ de iure fiunt, loqui cum monialibus, nec ipsi, nec socij, siue professi, siue non, sub eisdem pœnis, & alijs arbitrio Papæ reseruatis.

Superiores regulares non permittant, vt in ferijs Quadragesimæ, Aduentus, quatuor Temporum, in Festorum solemnium, & octauarum, vel in die communionis, locutoria monasteriorum sint aperta; & nullus vir, licet consanguineus, in ijs temporibus alloquatur cum monialibus, nisi ob necessitatem in scriptis approbandam à Cardinali Vicario, vel eius Vicesgerente.

Fenestellæ, quæ pro confessione, vel communione deseruiunt, non inseruiant pro locutorijs, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, Confessoribus, Abbatissis, Prioribus, Superioribus regularium, Visitatoribus, & aliis. Dictæ fenestellæ, exceptis præfatis diebus necessitatis, semper clausæ sint duplici claue, quarum vna sit penes Abbatissam, vel Priorissam, altera penes Confessarum. Confessor, cum aliqua recipitur ad habitum, seù professionem potest vti fenestella ista ad hanc functionem, iuxta ritum, & consuetudinem monasterii.

Præsentes literæ in vulgarem linguam traductæ, sexto quoque mense, id est, Dominica prima Aduentus, & Dominica tertia post Pentecostem, legendæ sunt in mensis monialium, sub pœna priuationis actiuæ, & passiuæ vocis, & officiorum Abbatissis, Priorissis, ac superioribus earum localibus incurrenda, reseruata Papæ reintegratione. *Alexander 7. vbi supra.*

Vide, *Moniales*. Vide, *Clerici circa moniales*. Vide, *Confessores*. Vide, *Monialium confessores*.

Regulares circa testamenta, mutua, contractus, &c.

Regulares non possunt testari, sed omnia eorum sunt monasterii. *19. quæst.3. cap. Quia. cap. Perlatum, & cap. Si quæ mulier.*

Regulares non possunt à Sacra Pœnitentiaria obtinere facultatem testandi, etiam si sint extra claustra ex dispensatione Papæ. *Pius 4. const. 53. In sublimia.*

Regulares non possunt esse executores testamentorum, sine licentia suorum superiorum. *De testament. in 6. cap. fin. Clement. de testam. c.vn.* Et in tali functione tenentur reddere rationem Episcopo, & si delinquunt possunt ab eis puniri. *ibid.* neque obstat priuilegium, &c. Vide, *Testamentum*. Vide, *Testamenti executor*. Vide, *Regul. in quibus subiecti sunt Episcopis*.

Regularis sine licentia sui Prælati non potest accipere mutuo; alias non tenetur conuentus soluere, quod accepit. *Conc. Later.4. c.59. de fideiussoribus cap. Quod quibusdam.*

Si verò pecunia, quam accepit mutuo, expensa est in vsum monasterii; estò sine licentia eam acceperit, tenetur monasterium eam soluere creditori. *ibid. & Conc. Later. 4. c.59.*

Regulares percutientes, & ipsimet se, vel alios clericos.

Regulares se percutientes absolui possunt à suis superioribus, vel ab Episcopis, nisi excessus sit enormis, quia sic ad Papam est recurrendum. *De sent. excomm. cap. Canonica, & cap. Monachi.* (deficiente superiore ab Episcopo possunt absolui. *ibid.*) *& Conc. Lateran.3. tit. de his qui incidunt in canonem c.7. & 8.*

Regularis percutiens clericum sæcularem, vel vulnerans, potest, & debet absolui ab Episcopo (in casu quo Episcopus potest alium clericum absoluere) alias recurrendum est ad Papam. *De sent.. excommunic. in 6. cap. Religioso.* At sub titulo eodem ordinario statutum erat, vt à Papa absolueretur, ita in *cap. cum illorum in Decret.* circa finem.

Regularem etiam conuersum percutiens incidit in excommunicationem Papalem. *Conc. Later.3. tit. de his, qui incidunt, &c. can.11.*

Vide, *Cleric. percussores*.

Regularis percutiens aliquem alterius religionis, à superiore passi est absoluendus (nisi talis sit excessus, vt ad Papam sit adeundum.) *De sent. excomm. c. cum illorum, in fin.*

Regularis superior si ex disciplina percutit, vel facit percutere subditos per alium clericum, non incurrit excommunicat. si verò facit eos percutere per laicos, tunc ipse, & percutiens incurrit excommunicationem Papæ reseruatam. *De sent. excommun. cap. Vniuersitatis.*

Regularem nouitium percutiens est excommunicatus. *De sent. excommunic. in 6. c. Religioso.*

Regularem percutiens, vel percuti mandans, incidit in excommunicationem Papæ reseruatam. *conc. Later. 3. tit. de illis, qui incidunt in canonem c. 6.*

Regularem percutiens denunciari debet excommunicatus. *de sent. excommunicat. c. Parochianos.*

Regularem percutiens si sit magister eius, vel impubes, non incurrit excommun. *conc. Later. 3. tit. de his, qui incidunt. c. 7.*

Vide, *Clericus percussor.* Vide, *Clericorum percussores.*

Regulares circa noua Monasteria, Ecclesias, & Oratoria.

Regulares non possunt noua monasteria fabricare, sine licentia Episcopi. *conc. Calced. c. 4. 18. q. 2. c. Quidam, c. De monachis, c. Cellulas. c. Nullus.* Sub pœna excommunicationis. *ibid.*

Regulares exempti, sine licentia Episcopi fabricare non possunt Ecclesiam in loco non exempto; & si faciunt, cedit iuri Episcopi. *De priuilegijs. c. Cum olim propter.*

Regulares Mendicantes, sine licentia Papæ, quando non possunt nouas domos acquirere, neque acquisitas alienare. *Clem. de pœnis c. Cupientes. De relig. domibus in 6. c. Religionum. §. Confirmatos.* (Excipiuntur quatuor Ordines, scilicet Minorum, Prædicatorum, Carmelitarum, & Eremitarum S. Augustini. *ibid. c. Sanè*) *De excessibus Prælatorum in 6. c. vn.* Sed Eremitæ possunt acquirere. *ibid.*

Regulares de licentia Papæ possunt in locis desertis Ecclesias ædificare, & eas per suos clericos gubernare. *De verbor. signific. cap. 1.*

Ad quid tenentur circa Episcopos post tale ædificium. *ibid.*

Regulares non possunt vendicare Ecclesias sibi concessas, sine licentia Episcopi, nisi sit præscriptio, vel postea consentiat. *De iure patronat. c. Cura pastoralis.*

Regulares sine licentia Episcopi non possunt ædificare noua Oratoria. *conc. Later. 3. in append. tit. Ne clericus. c. 5.*

Regularium Ecclesiæ nouæ ab ordinario sunt benedicendæ. *conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra.* Imò cum incipiunt fabricari, Episcopus ponit primum lapidem. *ibid.*

Regulares impediri non possunt ab Episcopo neque eis potest negari licentia ad ædificandum nouas domos. *Pius 5. const. 41. Et si §. 23.* (intellige, si omnia concurrant à sacris canonibus requisita.)

Regulares recipere non possunt, nec erigere noua monasteria, neque Episcopi dare licentiam, nisi vocatis superioribus aliarum religionum eiusdem loci habentibus interesse, & cognito quod possint in eo loco tot monasteria alimentari, alias nulliter erigitur. & si in tali functione, & conuocatione aliquis ex ijs appellat ad Papam, suspenditur erectio. *Clemens 8. const. 99. Quoniam.*

Regulares non possunt recipere noua monasteria, in quibus non possunt viuere duodecim fratres ex redditibus, & eleemosynis. *Gregorius XV. const. 31. Cum alias.*

Regulares, dum noua accipiunt monasteria debent habere assensum superiorum aliarum religionum, etiam per quatuor milliaria; vel ordinarius iudicet, quod in Conuentu nouiter accipiendo possunt viuere duodecim. *ibid.*

Et *Vrbanus 8.* statuit non posse regulares noua monasteria accipere, nisi seruatis Constitut. *Clementis 8. Gregorij XV. & conc. Trid. const. 25. Romanus.*

Regularium monasteria de nouo accipienda, in quibus 12. religiosi non possunt viuere Episcopi iurisdictioni sunt subiecta. *Vrbanus 8. const. 43. cum sæpe. §. 14.* Vide, *Ædificia.* Vide, *Regul. numerus.* Vide, *Monasteria noua.*

Regulares facti Episcopi.

Regulares eligi possunt in Episcopos. *Clem. de elect. & c. c. 1.*

Regulares facti Episcopi, & in discordia electi, non possunt consentire electioni de se factæ; etiam si accedat licentia superiorum Generalium. *De electione in 6. c. Quorumdam.*

Regularis, qui sine licentia Papæ curat se eligi in Episcopum alicuius Ecclesiæ desertæ remanet inhabilis ad omnia officia intra, & extra religionem. *Clem. de elect. & c. cap. In plerisque.*

Regulares Mendicantes ante ætatem 27. annorum non possunt postulari ad dignitates, & prælaturas. & pœna postulantium, ac postulatorum. *Extra, de postulatione cap. vn.*

Regularis ante ætatem 27. annorum dispensatur à Papa, vt eligatur Episcopus. *Extra, de præbend. & dignit. c. Nuper il 3.*

Item dispensatur super recenti ordinatione. *ibid.*

Religionem vouens non potest fieri Episcopus, nisi voto expleto. Si autem eligatur debet renunciare, & votum prius implere. *De voto, &c. c. Per tuas.*

Regularis electus in Episcopum, si non potest consentire absque licentia superiorum, & intra tempus determinatum consentiendi, non priuatur iure electionis, donec illud tempus præterierit. *Extra, de elect. cap. Si religiosus.*

Regulares facti Episcopi nõ possunt vti superindumento lineo, id est, rocheto, sed habitu suæ religionis vti debent. *De vita, & honest. clericor. c. Clerici officia. conc. Later. 4. c. 16.* Vide, *Rochetum.*

Regulares facti Episcopi non mutent habitum, alias deponantur. *conc. constantinop. 8. c. 27. conc. Later. 4. c. 16.*

Regulares Episcopi, si redeunt ad claustra non possunt obtinere officia religionis. *Paulus 4. const. 21. In sacra.*

Vide, *Episcopi regulares.* Vide, *Monachorum priuilegia.*

Regularium causæ, & processus, ac lites de præcedentia.

Regularium causæ, & processus fieri possunt absque rigoribus iuris. *Conc. Later. 4. c. 8.*

Regularium lites de præcedentia, ab Episcopo componendæ. *conc. Trid. sess. 25. de refor. regul. cap. 13. Pius V. const. 41. Et si. §. 8.* Sed ijs finitis, nihil potest immutari. *ibid.* Vide, *Episcopus circa regulares.*

Regulares præcedere debent iuxta antianitatem existendi in loco, vbi est controuersia. *Gregorius 13. const. 84. Exposcit.* Tamen non derogat alijs decretis circa hoc emanatis. *ibid.*

Regulares præcedere debent confratribus laicorum. *Gregor. 13. ibid.*

Regulares non ab Episcopis, sed à suis superioribus, & conseruatoribus, possunt in causis conueniri. *Paulus V. const. 34. Religiosorum.*

Regulares, quando sunt actores, adire possunt iudices laicos pro iustitia, sed contra sæculares, non contra Ecclesiasticos. *Gregorius XV. const. 9. Sanctissimus. §. 12.*

Regulares circa librorum editionem.

Regulares imprimere non possunt libros absque suorum superiorum licentia, & ordinarij, ad quem pertinet. *concil. Trident. sess. 4. circa fin.*

Regulares morientes extra clausira.

Regulari moriente extra claustra, siue cum habitu, siue sine eo, Episcopus non potest occupare bona eius. *Pius V. constit. 41. Et si §. 20.*

Regularium morientium extra claustra, spolia pertinent ad Cameram Apostolicam. *Gregorius 13. const. 43. Officij nostri.* Nisi habeant facultatem testandi. *ibid.*

Regularium morientium extra claustra bona, siue ipsi sint apostatæ, siue non, ad Cameram Apostolicam spectant. *Sixtus V. const. 100. In conferendis. §. 17.*

Vide, *Camera.*

Regulares Hæretici, & in partibus infidelium praua docentes.

Regulares Hæretici, grauius quam laici sunt puniendi, & immurandi. *De hæret. in 6. c. Accusatus. §. fin.*

Regulares reuertentes ab hæresi charitatiuè tractandi, & collocandi in monasterio, in quo manere possunt sine scandalo. *conc. colon. 3. tit. Censura c. 9.*

Regu-

Regulares, qui in partibus infidelium, vbi fideles aliqui sunt, prædicant contraria dogmatibus Ecclesiæ, possunt ab Episcopis capi, carcerari, & processari. & simpliciter, & de plano contra eos procedendo Episcopi possunt eos punire. *Extra, de transeuntibus, & c. cap. Ad nostrum.*

Regulares in causa hæresis, vel alia S. Officij non possunt à superioribus religionis iudicari. *Paulus 5. const. 26. Romanus Pontifex.* Pœnæ superiorum id facientium.
Vide, *Regul. superiores.*

Regulares superiores omnes sine exceptione comprehenduntur in decretis, quæ emanarunt, vel emanabunt à suprema Congregatione S. Officij, neque vllus potest se tueri aliquo priuilegio. *Vrban. 8. in appen. const. 8. Cum sicut accepimus.*

Vide, *Hæretici.* Vide, *Clerici hæretici.*

Regulares circa alienationes, locationes, ac transactiones.

Regulares sine licentia Papæ non possunt alienare, sub pœna excommunicationis. *De relig. domibus in 6. cap. vn. §. Confirmatos. Extra, de rebus Ecclesiæ non alien. c. Ambitiosæ, quæ est const. 5. Pauli II.*

Quid intelligitur nomine alienationis. Vide, *Alienatio.*

Alienantium pœnæ. Vide, *Alienare.* Vide, *Ecclesiæ bona, &c.* Vide, *Locare, ex cap. Ambitiosæ. & ex constit. Vrban. 8. 51. Humanæ.*

Regularis superior de consensu Capituli sui potest pactum transactionis facere. *Concil. Later. 3. in append. tit. de pactionibus c. 5.* & tunc reuocari non potest.

Licentiæ omnes alienandi concessæ regularibus quibuscumque, reuocatæ sunt, & abrogatæ. *Vrbanus VIII. constitut. 51. Humanæ.*

Regularis superior potest ad tempus locare, vel vendere fructus reddituum monasterij, non tamen perpetuò, vel ad vitam. *Clement. de rebus Ecclesiæ non alien. c. 1.* Neque vltra triennium. *Extra, vt supra. Ambitiosæ. Vrbanus 8. const. 51. Humanæ.*

Regulares circa iter ad Vrbem Romæ.

Regulares sine licentia superiorum non possunt Romam accedere, nec ad alium locum ire. *Conc. Vernense c. 10.*

Regulares recurrentes Romam ad Sedem Apostolicam, recipiendi sunt in Conuentibus, si habent testimonium virorum fide dignorum, quod fuit eis negata licentia. *Sixtus 5. constit. 71. Cum de omnibus. §. 20. in declaratione.*

Regulares venientes Romam non sunt recipiendi, sine licentia superiorum. Sed ad protectorem, siue Congregationem regularium mittantur, & expectetur quid iudicent. *Sixtus V. ibid. §. 21.*

Sed modo regularis, nullus accedere potest ad Vrbem, sine licentia Generalis, vel Protectoris ordinis in scriptis obtenta. *Clemens 8. constit. 60. Nullus. §. 13.* Qui sine ea accedit, actiua, & passiua voce, ipso facto sit priuatus. sic & qui eum recipit. *ibid.*

Prouincialis potest concedere fratribus licentiam adeundi Romam, si accedit ex causa communi Prouinciæ. *ib. §. 31.*

Idem confirmat *Vrbanus 8. constit. 26. in cap. Nullus nu. 23.* statuens, quod accedens ad Vrbem sine licentia Generalis, vel Protectoris, biennio actiua, & passiua voce sit priuatus. & nullus potest in hoc dispensare, nisi Papa. *ibid. in cap. Decretum.*

Regulares circa administrationem bonorum temporalium.

Regulari obtinente à Papa administrationem temporalium, præsumitur falsa. *de confirmatione vtili, & c. cap. Ad nostrum, & cap. Porrecta.*

Regularis obtinens à Papa administrationem temporalium, non expressa conditione suæ religionis, nulliter impetrat. *ibidem.*

Regularis non potest à suo superiore obtinere ad vitam pro pretio administrationem bonorum. & concedens suspenditur ab officio. *Clement. de rebus Ecclesiæ non alienand. cap. 1.* In aliquo casu potest concedi administratio ob necessitatem, sed cum licentia expressa Prælati hoc fiat. & sine pretio. *ibid.*

Regulares possidere non possunt bona mobilia, vel immobilia, sed omnia tradere debent Conuentui, & ea incorporari. *Conc. Trident. sess. 25. de refor. regul. c. 2.*

Regulares superiores concedere non possunt regularibus bona stabilia Conuentus ad vsum, commendam, vel administrationem. *Conc. Trid. ibid.*

Regularium bona per officiales sunt administranda. *ibid.*

Officiales ad nutum superiorum sunt amouibiles. *Conc. Trident. ibid. c. 2.*

Regularibus concedi possunt bona mobilia ad vsum, accommodata statui paupertatis. *ibid. c. 2.* Tenens verò aliquid contrarium statui, biennio actiua, & passiua voce sit priuatus, præter alias pœnas sui ordinis. quas incurrit. *ibid. cap. 2.*

Regulares Mendicantes (exceptis Capuccinis, & Obseruantibus Sancti Francisci) possunt bona, etiam stabilia possidere. *Conc. Trident. sess. 25. de refor. regul. c. 3.*

Regulares superiores non possunt stabilium, &c. administrationem subditis concedere. Vide, *Regul. refor.*

Alia de his. Vide, *Regular. reformatio, per totam.*

Regulares circa habitationem.

Regulares non possunt habitare soli in prioratibus, &c. *Clement. de statu Monachor. c. 1. §. Ad hæc.*

Regulares manere non possunt soli in Parœcijs. *De statu Monachor. cap. Monachi. & c. Quod Dei. De cappellis Monachor. c. Ex parte.*

Regulares non possunt habere obedientiam de perpetua mansione, sed sint amouibiles. *de statu monachor. cap. Cum ad monasterium.*

Regulares habitantes soli in locis, per Episcopum cogantur ad clausstrum. *de cappellis monachor. c. fin.*

Regularis non potest habere locum in duobus monasterijs. *de religiosis domibus c. fin.*

Regulares in Insulis stare non debent. 20. *quæst. 1. cap. Quia autem.*

Regulares extra clausstra stare non possunt sine licentia superiorum, alias per Episcopum compellantur redire.
Vide, *Regulares vagi.* Vide, *Regulares in quibus subiecti sunt Episcopis. Reformatio cleri Germaniæ c. 12.*

Regulares non possunt à Sac. Pœnitentiaria obtinere licentiam standi extra clausstrum. Vide, *Regular. vagi.*

Regulares circa iuramenta.

Regulares iurantes cum superiore de aliquo præstando, seu faciendo, tenentur obseruare. *De iure iurando cap. Ex rescripto.*

Regularis iuramentum de abiurando, seu relinquendo clausstrum, est nullum. & sic iurans grauiter est puniendus. *de iure iurando c. Ex literis.*

Regularis in causis, in quibus potest testificari, potest etiam iurare. *de testibus c. Tuis quæstionibus.*

Regularis iurare non possunt sine superiorum licentia.
Vide, *Iuramentum.*

Regulares non tenentur ad iuramentum calumniæ.
Vide, *Iuramentum. Conc. Later. 3. vt infra.*

Regulares per œconomos præstare possunt iuramentum calumniæ. *Conc. Later. 3. in append. tit. De iuramento calumniæ cap. 4.*

Regularium visitatores, & Conseruatores.

Regularium visitatores ad quæ tenentur, dum visitant. *de statu Monachorum c. Ea quæ.*

Vide, *Conseruatores.* Vide, *Iudices Conseruatores.*

Regulares circa negotia.

Regulares pro negotijs debent Sindicos instituere. *De Sindico cap. vn.*
Regularium negotia tractari non possunt à sæculari Principe. *conc. Parisien.6. in ep. synodica.*
Vide, *Clerici circa negotia, &c.*

Regularium numerus in Monasterijs.

Regularium numerus in monasterio sit proportionatus loco, & redditui, & de nouo in illo nullus alius recipiatur. *conc. Arelat.4. cap.8.*
Regulares tot stare debent in monasteriis, quot ali commode possunt per redditus, & eleemosynas eorum. *conc. Trid. sess.25. de refor. regul. c.3. Clem.8. const.60. Nullus. §.7. Paulus V. const.9. Sanctissimus.* Imò detrahendæ sunt expensæ, quæ fieri solent pro casibus, & dispendijs accidentalibus; & ijs detractis, reguletur numerus fratrum cum redditibus monasterij, nec plures ponantur, quam redditus, & eleemosynæ permittant. *ibid. Vrbanus 8. const.26. c. seq. Nullus. num.14.*
Regularium numerus alterari, aut grauari non potest à superiore in monasterio. sub pœna priuationis omnium officiorum, actiuæ, ac passiuæ vocis, & inhabilitatis perpetuæ. *Vrban.8. const.43. Cum sæpè. §.13.* Vide, *Monasteria tit. 1.* Vide, *Missarum onera.* Vide, *Regulares circa noua monasteria.* Vide, *Regular. reformatio.*
In Conuentibus *ab Innocentio X.* suppressis, & deinde restitutis, hæc obseruanda sunt. Manere debent in ijs sex religiosi probatæ vitæ, quorum quatuor sint sacerdotes, maturæ ætatis. & præfati Conuentus, donec redditus crescant, vt alere possint duodecim religiosos, correctioni, & iurisdictioni ordinarij etiam subiacent. Item alij conuentus in quibus in posterum non manebunt sex religiosi, quorum quatuor sint sacerdotes maturæ ætatis, & probatæ vitæ, cuiuscumque religionis sint, ordinarij iurisdictioni subiacent. *Innocentius X. const.* quæ incipit *Vt in paruis.*

Regularium reformatio.

Regularium loca, &c. ab ipsismet regularibus, non ab alijs sunt reformanda. *De religiosis domibus c. Inter quatuor.*
Regulares relaxati, sunt reformandi, & puniendi. *Clement. de statu monachor. c.1. §. Si quis.*
Regulares reformandi sunt. *conc. Turon.4. c.25. conc. cabilon.3. cap.22.*
Regulares superiores inuigilare, & curare debent etiam in Capitulis Generalibus, & Prouincialibus, vt regulæ, & constitutionum obseruantia vigeat, & restauretur. *conc. Trid. sess.25. de refor. regul. c.1.*
Regularium reformatio per *Clem.8.* facta, *in const.60. Nullus*, hæc continet. Nullus regularis, cuiusuis conditionis, ob quoduis priuilegium exemptus est à choro, neque Generales, neque Prouinciales, neque officiales alij, Lectores, Prædicatores, &c. nisi dum actu occupantur in suo exercitio. *ibi. §.1. Bis* in hebdomada facienda est in Conuentu Lectio S. Scripturæ, & ea finita, fieri debet collatio de auditis. *ibid. §.1.*
Omnia regularium bona, prouentus, redditus, aliaque ab eis acquisita, Conuentui sunt incorporanda. Neque possunt eis concedi ad vsum fructum, vel commodum. *ibid. §.2.*
Superiores non possunt hanc facultatem subditis concedere, vt eis sic vtantur, & proinde culpæ, & pœnæ à S. Concilio Tridentino taxatæ subiacent. *ibid.*
Regularium vestes, &c. ex pecunia communi Conuentus emantur, & in loco communi Conuentus asseruentur, sub custodia duorum fratrum. *ibid. §.3.*
Regulares omnes eodem pane, vino, pitantia, &c. vtantur; nec aliquis eorum aliquid priuatim habeat; & pœna. *ibid. §.4.*
Superiores, vt Generales, &c. alij, qui peculiares redditus habent, in peculiari libro eos notent; qui eis possunt vti pro se, & aliis socijs, qui secum sunt. *ibid. §.5.*
Conuentuum redditus, quomodo ministrandi, & quomodo ratio reddenda. *ibid. §. 6.*
Conuentuum redditus in communi capsa asseruandi sunt. *ibid. §. 7.*
Regularium numerus is ponendus in Conuentu, qui possit sustentari ex communibus redditibus, eleemosynis, &c. *ib. §. 7.* Vide, *Regular. numerus.*
Superiores non possunt hæc decreta declarare, interpretari, &c. *ibid. §.8.*
Nullus gaudeat priuilegio exemptionis à choro, vel alijs, nisi actu legat, aut prædicet, aut in exercitio, cui est concessum priuilegium, sit occupatus. *ibid. §.9.*
Si socius sit assignandus alicui, sit conuersus, & annorum 25. saltem, ac deputatus communi Conuentus seruitio; & ex causa probanda à Generali hoc fiat. *ibid. §. 10.*
Clausura semper seruanda, & fratres non exeant è Conuentu, nisi cum socio. Ianitor sit probus, moribus integer, &c. *ibid. §.11.*
Fratrum nullus exeat à Conuentu, nisi ex causa superiori probata, & cum eius licentia, ac socio. *ibid. §. 12.*
Nullus fratrum potest Romam venire sine licentia in scriptis, siue Generalis, siue Protectoris. *ibid. §. 13.*
Qui sine tali licentia accedit, actiua, & passiua voce sit priuatus, sic etiam qui eum recipiunt. *ibid. §. 13.*
Prouincialis potest fratribus dare licentiam veniendi Romam, si venit ex causa communi Prouinciæ. *ibid. §. 31.*
Regularis superior clauem habeat communem, quę omnium ianuas aperiat; & de nocte cellæ non sunt ita claudendæ, vt superior ad eas intrare non possit, si velit. *ibid. §. 14.*
Lampas in dormitorio semper de nocte luceat. *ibid. §. 15.*
Cellæ omnes etiam superiorum, in dormitorio communi esse debent. *ibid. §. 16.*
Lectum quilibet suum habeat, neque duo simul in eodem lecto dormiant. *ibid. §.16.*
Camini à cellis auferantur, excepta camera Generalis, superioris, & Prædicatoris. Fenestræ ad vias publicas expositæ, ita accommodentur, vt aspectus impediatur. *ib. §. 17.*
Valetudinarium adsit in omni Conuentu, vbi curentur infirmi, nec inde dimittantur, nisi sani sint. *ibid. §. 18.*
Extra claustra, nullus habitet, neque detur licentia habitandi, nisi ex grauissima causa. *§. 19.*
Ad habitum nullus admittatur, nisi in Conuentu Nouitiatus per Papam deputato. §. 20.
In Capitulis, & alijs electionibus, Regulares non procurent vota, seu suffragia, neque directè, neque indirectè, sub pœnis statutis, & priuatione officiorum, & inhabilitate ad alia, & reintegratio ad Papam sit reseruata; quę pœnæ ad scientes, & non reuelantes, etiam extenduntur. *ib. §. 21. & 22.*
Eligendi sunt semper, magis idonei. *ibid. §.23.*
Eligi debent, qui consueuerunt regulam, & constitutiones ordinis obseruare, quo ad seruitium chori, victus, & vestium communium. *ibid. §.23.*
Qui volunt Sacramentum Pœnitentię ministrare, per tres peritos examinandi sunt. sic etiam qui prædicationibus vacare cupiunt, & ad ordines promouendi sunt, iuxta decreta Concilij Tridentini. *ibid. §. 24.*
Oratio mentalis hora solita, & culparum Capitulum fiat semper. *ibid. §. 25.*
Facienda est in qualibet hebdomada tabella de ijs, quæ à fratribus per eam sunt obseruanda. §. 26.
Pœna non apposita contra delinquentes regulares, à Generali potest determinari. §. 27.
Reformationis istius decreta, non possunt superiores declarare, interpretari, &c. *ibid. §. 28.*
Regularium reformandorum decreta *à Clemente 8. edita*, confirmantur *ab Vrbano 8. const. 26. S. Congregatio.*
Regularium reformatio per *Vrbanum 8.* facta *ex const. 26. in cap. Nullus*, est hæc. Nullus eorum est exemptus à choro, nec etiam Generalis, nisi Lectores, & Prædicatores in diebus Lectionum. *ibid. num.3.*
Non possunt Regulares bona immobilia, mobilia, pecunias, &c. nec proprio, nec Conuentus nomine possidere, etiam si superiores sint; quocumque modo ea habuerint. Sed vna cum alijs Conuentus bonis confundantur. *ib. c. Nullus num.*

Regu-

Regulares Superiores non possunt subditis bona stabilia ad vsum fructum concedere, nec ad commendam. *ibid. cap. Nullus num.4.*

Regulares non possunt vti tamquam proprijs ijs rebus, quæ sibi conceduntur. *ibid. n.5.*

Regulares superiores non possunt in his dispensare. neque suffragatur eorum licentia, ne incurrant subditi pœnas à Concilio Tridentino inflictas. *ibid. n.7.*

Regularium vestimenta, suppellex, &c. de communi Conuentus redditu sunt comparanda. *num.8.*

Vestimenta, & alia in communi Conuentus loco tenenda, & ab vno, vel duobus deputatis custodienda. *ibid. n.9.*

Communi pane, vino, pitantia, siue superiores, siue subditi, vtantur. *num.10.*

Superiores, qui habent redditus, etiam si Generales sint, librum vnum faciant, in quo describantur accepta, & expensa. & redditus illos pro suo officio, & socijs, non verò in alios vsus expendant. Cum verò in aliquo Conuentu commorantur, pecunia eorum in communi Conuentus loco ponatur, & ex ea suppeditentur sibi, & suis necessaria. *ibid. num.11.*

Superiores locorum non possunt per se administrare bona Conuentus, sed alijs tribus demandetur hoc munus: ipse verò superior mandet, quid agendum. *ibid. n.12.*

Illi tres tenentur reddere rationem superiori, & alijs peritioribus Fratribus Conuentus: omnes verò isti Generali, cum aduenerit. *ibid. n.13.*

Generalis in fine officii rationem suæ administrationis reddere tenetur. *num.13.*

Numerus Fratrum in Conuentibus ille adsit, qui ex obuentionibus, redditibus, & eleemosynis ali possit. *ibid. n.14.*

Superiores Regulares non possunt dispensare in decretis Reformationis Concilij Tridentini, neque in decretis huius reformationis. neque relaxare, aut interpretari. Si quis contra fecerit, ipso facto est priuatus omni gradu, & inhabilis ad omnia officia. *ibid. num.15.*

Nullus gaudet priuilegio dispensationis, nisi actu legat, aut prædicet. *ibid. num.16.*

Socius nulli concedatur, nisi causa à Generali probata; & sit ætatis annorum 25. ex ijs, qui communi seruitio Conuentus sunt deputati. *ibid. num.17.*

Ianitor Conuentus Ianuæ semper assistat, qui sit probatæ vitæ, & nulli aperiat, nisi exeunti cum socio. *num.18.*

Licentiæ generales exeundi non dentur, & socius à superiore assignandus in exeundo, non semper idem, nec ad arbitrium petentis; benedictione impetrata Fratres exire debent. alias carcerentur, &c. *num.19.*

Reuersi ad Conuentum adeant superiorem, qui à sociis exquirat, quid actum sit. *num.21.*

Romam accedere non possunt regulares, nisi cum licentia Generalis, vel Protectoris. *num.23.*

Si contra fecerint, biennio actiua, & passiua voce priuentur. *ibid. num.23.* Et hanc pœnam Papa sibi reseruauit dispensandam. *ibid. in cap. Decretum.*

Clauem communem habere debet superior, qua aperire possit omnes cellas. nec vllus potest de nocte cellam ita claudere, vt non possit à superiore aperiri. *ibid. cap. Nullus num.24.*

In medio dormitorij sit lampas lucens. *ibid. n.25.*

Cellæ omnes in dormitorio sint nudæ sine paramentis. *n.26.*

Plures cellæ possunt alicui concedi à Generali. *ibid.*

Cellæ, quæ extra dormitorium sunt, pro officinis inseruiant. *num.27.*

Quilibet suum lectum habeat, & solus dormiat. *n.28.*

Camini in cellis non adsint, excepta cella superioris, Generalis, vel alterius, & Prædicatoris. *num.29.*

Fenestræ Conuentus, quæ respiciunt vias publicas, vel domos vicinorum, ita claudendæ sunt, vt perspectus impediatur. *num.30.*

Valetudinarium adsit in Conuentu in loco commodissimo, vbi ægroti stent, nec ab eo recedant, nisi recuperata sanitate: infirmi vero optimè gubernandi. *num.31.*

Licentiæ habitandi extra claustrum auferantur, nec possunt concedi, nisi causa approbanda à Papa. *num.32.*

Nouitij non possunt admitti ad habitum, vel professionem, nisi in locis deputatis per Sedem Apostolicam. *n.33.*

Constitutio prohibens largitionem munerum obseruanda est exactè. *num.34.*

In electionibus non possunt procurari vota, nec directè, nec indirectè, id facientes incurrunt priuationem officiorum ipso facto, perpetuò inhabiles sunt ad omnia, neque possunt ab alio dispensari; nisi à Papa. quas etiam pœnas incurrunt complices; & alii scientes, & non reuelantes. *ibid. num.35.*

Electiones regularium faciendæ, iuxta decreta Concilij Tridentini. & iurare debent eligentes de eligendo magis idoneo. *ibid. num.36.*

Eligendi sunt, qui obseruant regulam, & constitutiones ordinis, quæ pertinent ad seruitium chori, victum communem, &c. *ibid. num.36.*

In Capitulo Generali, vel Prouinciali eligendi sunt Patres graues cuiuslibet Prouinciæ, qui examinent pro admittendis ad confessiones, & prædicationes; & horum cura sit, vt obseruentur circa hoc decreta Concilii Tridentini. *ibid. num.37.*

Capitula culparum, & sermones fiant de disciplina religiosa. *ibid. num.38.*

Tabella facienda circa ea, quæ per hebdomadam seruanda sunt. *num.39.*

Pœnæ, quæ non apponuntur pro transgressionibus, arbitrio superiorum taxentur. *num.40.*

Decreta reformationis inserenda sunt regulæ, & constitutionibus religionis. *ibid. n.40.*

Regulares habere debent professorium, in quo morentur Nouitij post professionem vsque dum sacris initientur. & qualis debet esse, & quomodo regi. *Vrban.8. constit.26. in cap. cum ad regularem, circa finem.*

Regulares circa munera, seu dona.

Regulares non possunt largiri dona, seu munera, cuiuis personæ, vndecumque habeant illa bona, sub pœna priuationis actiuæ, ac passiuæ vocis, omnium officiorum, & inhabilitatis ad ea, absque declaratione superiorum. & tales vt simoniaci puniendi sunt. *Clemens 8. const.28. Religiosæ.*

Regularium nomine hic intelligit Capitula, Conuentus, Congregationes, Superiores eorum, Generales, Prouinciales, Abbates, Præpositos, Præceptores, & alios; Priores, Guardianos, Rectores, Abbatissas, Prioriss, &c. Isti omnes, nec proprio, nec communi nomine dare possunt aliquod munus, neque ex vsu, vel consuetudine, nisi causa cognita, & approbata in Capitulo, aut Congregatione Generali. *ibid. §.2.*

Nec etiam ex bonis particularibus potest regularis dare munus: siue ab amicis, siue ab aliis bona illa habuerit; siue ex redditibus, siue alio modo. *ibid. §.3.* Et comprehenduntur in hac constitutione omnes regulares cuiuscumque gradus, qualitatis, vel conditionis. *ibid. §.3.*

Regulares non possunt erogare pecunias pro seruitio, vel honore alicuius, siue Protectoris, siue benefactoris, siue pro prandiis, &c. siue pro spectaculis, etiam piis. Possunt tamen erogare in vsum pauperum in casu necessitatis, habita licentia superiorum. *ibid. §.5.*

Excipiuntur casus in fundatione, vel donatione Ecclesiæ, Conuentus, prædii, &c. expressi. *ibid. §.6.*

Regulares, nihil possunt donare Congregationi Regular. neque Protectori, etiam Cardinali, Vice-Protectori, Generali, Prouinciali, &c. & ipsi recipientes tenentur restituere monasterio, non fratri particulari, alias non possunt absolui. *Clemens 8. const.28. Religiosæ. §.7.*

Eamdem constitutionem, & dispositiones eius confirmat *Vrban.8. const.46. Nuper.* Sed aliqua dubia in ea occurrentia declarat. Primò, quod regulares de superiorum localium consensu in scriptis (& maioris partis conuentus, si talis sit vsus, vel consuetudo) ob gratitudinem, conciliationem beneuolentiæ, & conseruationem eis circa religionem, possunt largiri munuscula esculenta, & poculenta, si adsit ambitionis suspitio. hac autem cessante, neque in

his

his requiritur licentia superiorum in scriptis, sed sufficit oretenus data. Secundò, commessationes, & computationes cum benefactoribus, protectoribus, vel ordinariis, censentur prohibita, solum, quando sunt contrariæ decentiæ status religiosi. Tertiò, declarat quod accepta à regularibus debent restitui conuentui, ad quem pertinent de iure, si id commodè fieri potest, alias, viciniori. Quartò, quod qui receperint dona regularium, si moderata sunt, possunt absolui à confessore ordinario, vsque ad illud tempus emanationis bullæ: alii vero, qui immoderata, à summo Pœnitentiario. *ibid.*

Mandatur, eamdem constitutionem obseruari sub pœna priuationis officiorum, nec non actiuæ, ac passiuæ vocis; neque valet allegari non vsus, vel consuetudo contraria, nè præfatæ pœnæ incurrantur. *ibid.*

Item sub eisdem penis præcipitur, vt semel in anno in mense Ianuario, superiores curent hanc constitutionem legi in aliqua publica congregatione, vel in mensa publica. *ibid.*

Tandem prohibetur, nè regulares, vel alii siue superiores, siue non, cuiuscumque gradus, conditionis, dignitatis, &c. audeant declarare, vel interpretari præfatam constitutionem. *ibidem*.

Regulares euntes ad partes infidelium.

Regulares in partibus infidelium in Indiis existentes, deficiente parocho, possunt ipsi parochi officio fungi sine licentia Episcopi, sed cum licentia sui capituli Prouincialis. *Pius V. const.* 34. *Exponi*.

Regulares Mendicantes, à superiore generali mitti possunt ad Iapponium ad prædicandum Euangelium. *Clemens 8. constit.* 74. *Onerosa*. Forma prædicandi præscribitur. Cum ibi sunt manere debent sub obedientia superiorum ordinis. sed circa ministrationem Sacramentorum, Episcopo subduntur, sub quo prædicant. *ibid.* §. 5. Et lites, quæ ibi nascuntur inter eos per Episcopum, vt Papæ delegatum, possunt terminari. *ibid.* §. 6.

Ex insulis Philippinis discedere non possunt, vt eant in Iapponium, sub pena excommunicationis ipso facto, & priuationis actiuæ, ac passiuæ vocis. *ibid.* §. 7.

Regulares euntes ad partes infidelium duplici vice consequuntur indulgentiam plenariam.
Vide, *tit. seq. Regular. indulgentiæ*. §.16.

Regulares missi ad partes Indiarum, non possunt ad alias se conferre, nisi ad quas mittuntur à superioribus, sub pena excommunicationis ipso facto. nisi necessitas itineris eos compellat alibi immorari. *Paulus V. const.* 56. *Accepimus*.

Regularium superiores Mendicantes possunt suos subditos religiosos mittere ad Orientem, vt insulas Iapponias, & alias, Chinam, &c. ad docendum fidem, per aliam viam, quam per Lusitaniam, dummodo in aliis seruetur constitutio *Clementis* 8. circa hoc. *Paulus V. const.* 90. *Sedis Apostolicæ*. *Vrbanus* 8. *const.* 16. *in append. Ex debito*. Et in hoc non derogatur constitutioni *Clementis* 8. *ibid.*

Impedientes tales regulares nè eant, incurrunt excommunicationem latæ sententiæ. *ibid. Vrb.* 8. §. 5.

Regulares in præfatis Regnis prædicantes vtantur Catechismo Romano, & Doctrina Christiana parua Bellarmini, & sint in omnibus vniformes. *Vrbanus* 8. *ibid.* §.6.

Regulares, & alii in illis prouinciis Indiæ, & aliis Orientalibus existentes ob prædicationem, nullam possunt exercere mercaturam, neque minimam, nec aliam negotiationem, sub pena excommunicationis latæ sententiæ, priuationis actiuæ, & passiuæ vocis, inhabilitatis ad officia, ac amissionis omnium mercium, & lucrorum factorum. quæ bona à superioribus religionis conseruanda erunt pro expensis aliorum Missionariorum. *Vrbanus* 8. *ibid.* §. 8.

Regularium controuersiæ in Indiis, &c. ortæ terminentur per Episcopos, vt Papæ delegatos. *ibid.* §.9.

Regularium indulgentiæ.

Indulgentiæ, quibus nunc fruuntur regulares, siue ingredientes religionem, siue profitentes, & in aliis functionibus, declaratæ *à Paulo V. constit.* 21. *Romanus*, Sunt sequentes.

Religionem ingrediens animo profitendi, in die ingressus, si verè pœnitens sit, & Eucharistiam sumit, consequitur indulgentiam plenariam. *ibid.* §. 5.

In die professionis solemnis eamdem plenariam consequitur. §. 6.

In festo principali religionis, si confitetur, & communicat, vel missam dicit, orans pro concordia Principum Christianorum, extirpatione hæresum, & exaltatione Ecclesiæ, plenariam lucratur. §.7.

In articulo mortis si confitetur, & communicat, vel si non potest, & sit contritus, plenariam lucratur. *ibid.* §.8.

Dum promouetur ad sacerdotium, in prima missa, confessus, plenariam consequitur. Sic etiam, qui confessi, & Eucharistiam accipientes, eidem primæ missæ sunt præsentes, vel missam dicunt in illa die, & Ecclesia, plenariam consequuntur. *ibid.* §. 9.

Qui cum licentia superioris per decem dies separati ab aliis exercitia spiritualia in camera faciunt, plenariam consequuntur. *ibid.* §. 10.

Qui Ecclesiam suæ religionis visitant tempore stationum indulgentias lucrantur, ac si Romæ Ecclesias visitarent. *ibidem*. §. 11.

Qui quinque Pater, & Aue Maria ante altare suæ Ecclesiæ recitat, qualibet die, & vice, quinque annos de indulgentia, & tot quadragenas lucratur. *ibid.* §.12.

Eamdem etiam lucrantur lectores, & *prædicatores, qui reperiuntur extra claustra*. *ibid.* §.13.

Qui per mensem integrum qualibet die per mediam horam mentaliter orat, & in vltima Dominica mensis communicat, sexaginta annos indulgentiæ, & totidem quadragenas lucratur. *ibid.* §.14.

Qui contritus culpas suas in capitulo accusat, & exercitium virtutum facit, tres annos lucratur de indulgentia. *ib.* §.15.

Qui euntes ad terras infidelium ad prædicandum, missam dicunt, vel communicant, vt melius ad *opus se accingant*, lucrantur plenarium. & *hoc pro duabus vicibus*, quando scilicet se accingunt ad iter, & quando in prouinciam perueniunt. §.16.

Quando *in visitatione* superiorum exponitur oratio quadraginta horarum, qui per duas horas in diuerso tempore orat, & pro exaltatione sanctæ Ecclesiæ, ac disciplinæ progressu orat, si confitetur, & communicat, vel missam dicit, plenariam consequitur. *ibid.* §.17.

Præfatæ indulgentiæ communes sunt omnibus religionibus. *ibid.* §. 18.

Aliæ indulgentiæ omnes concessæ regularibus vel viuæ vocis oraculo, vel aliter, cassatæ sunt, & reuocatæ, ac annullatæ. *ibid.* §.19. Vide, *Indulgentia*.

Regulares circa missarum celebrationem.

Vide, *Missa* per omnes tit. Vide, *Missarum obligationes*. Vbi habes, quæ tenentur facere tam regulares, quam alii, circa missarum receptionem, & satisfactionem.

Regulares tenentur sexto quoque mense, id est feria secunda post Dominicam primam Aduentus, & feria sexta post octauam Corporis Christi, legere bullam de celebratione missarum. & si locales superiores id non faciunt, ipso facto incurrunt officiorum priuationem, & vocis actiuæ, ac passiuæ *in perpetuum*. *Vrbanus* 8. *const.* 43. *cum sæpe contingat*. §.15.

Eamdem pœnam incurrunt non obseruantes eam constitutionem. *ibid.*

Reijcere.

Reiici non dicitur, qui volens violenter intrare, reiicitur à possessione. *conc. Later.* 3. *in append. tit. De appellationibus cap.* 32.

Reiecti.

Vide, *Eiecti*. Vide, *Apostatæ*. Vide, *Regulares apostatæ, incorrigibiles, &c.*

Rela-

Relapsus.

Relapsi in hæresim potestati sæculari tradendi sunt. *De hæreticis cap. Ad abolendam.* & *de hæreticis in 6. c. Accusatus.* (& hoc etiam si pœniteant.) *& c. Super eo*; Neque audiuntur in iudicio. *ibid.*

Relapsis præfatis, si pœniteant, non negantur sacramenta. *de hæreticis in 6. cap. Super eo.*

Relapsus in hæresim dicitur, non solum, qui prius lapsus de formali abiurauit, sed etiam, qui de vehementi suspectus abiurauit, & postea lapsus est in formalem, & iste tractatur, vt hæreticus relapsus. *de hæret. in 6. c. Accusatus.*

Relapsus non est, qui prius de leui abiurauit, deinde in formalem est lapsus, neque tractatur vt hæreticus relapsus, sed punitur grauiter. *ibid. §. Si autem.*

Relapsus dicitur, etiam qui inquisitus de vna hæresi abiurauit omnem hæresim, deinde incidit in aliquam diuersam à prima abiurata. *de hæret. in 6. c. Accusatus. §. Eum verò.*

Relapsus etiam dicitur si ante abiurationem constitit de hæreti, deinde fit suspectus vehementer, vt si hæreticos deducat, receptet, visitet, foueat, dona mittat, &c. *ibid. §. Ille quoque.*

Relapsi in hæresim puniendi sunt absque spe indulgentiæ. *concil. Later. 5. sess. 9. in Bulla de refor. c. 3. circa fin.*

Vide, *Hæretici relapsi.*

Religio, seu fides.

Vide, *Fides.*

Religionem simulare, seu fingere, est maximum sacrilegium. *Ioannes 1. ep. 1.*

Religionis causæ omnes ad Sedem Apostolicam sunt deferendæ. *Gregor. 4. ep. vn.* Vide, *Papa circa res fidei.*

Religiosi.

Vide, *Regulares.* Vide, *Monachi.*

Religiosam violans, quomodo debet puniri. *27. q. 1. cap. Si quis rapuerit.*

Reliquiæ.

Reliquiæ Sanctorum non sunt tenendæ in villis, vel locis, in quibus non sunt clerici, qui psallant in Ecclesijs. *Concil. Epaunen. c. 25.*

Reliquiæ Sanctorum non sunt tenendæ in loco, in quo sepulta sunt aliorum defunctorum corpora. *Gregorius 1. lib. 1. epist. 52.*

Reliquiæ Sanctorum tangi non debent à populis. *Gregorius 1. lib. 3. ep. 30.*

Reliquiæ certæ exponendæ; aliæ abscondantur. *Concil. Rauenn. 2. sub Clemente V. c. 5.* & pœnæ. *ibid.*

Reliquiæ incertæ Sanctorum non debent cultui exponi. *Gregorius 1. lib. 12. ex regest. ep. 31. c. 9.*

Reliquiæ ignotæ non sunt venerandæ, nec exponendæ. *Concil. Turon. 4. c. 16. Conc. Mogunt. 4. c. 43.*

Reliquiæ alicuius non habeantur pro sanctis, sine authoritate Papæ. *De reliquijs, & venerat. Sanctor. c. 1.*

Reliquiæ de nouo inuentæ non sunt adorandæ, nisi approbentur à Papa. *De reliquijs, & venerat. Sanctor. c. fin. Conc. Lateranen. 4. c. 62.*

Reliquiæ Sanctorum inuentæ in templis hæreticorum, igne probandæ sunt. *Conc. Cæsaragust. 2. c. 2.*

Reliquiæ Sanctorum transferri non possunt de loco ad locum, sine Episcopi, & synodi licentia. *Concil. Mogunt. 1. c. 51.*

Reliquiæ Sanctorum ab immundis portari, vel osculari non possunt. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 7.*

Reliquiæ Sanctorum non facilè extra capsam ponantur, vel ostendantur. *De reliquijs, &c. c. fin.*

Reliquiæ Sanctorum antiquæ non sunt exponendæ extra capsam. *Conc. Lateran. 4. c. 62.*

Reliquiæ Sanctorum non possunt vendi. *Concil. Lateran. 4. cap. 62.*

Reliquiæ Sanctorum cum deuotione venerandæ. *Gregorius 1. lib. 8. ex regest. epist. 62. Concil. Constantiense sess. vlt. in const. Martini V. circa medium. Conc. Mogunt. 4. cap. 43. Conc. Trid. sess. 25. in decr. de inuocatione Sanctorum.*

Reliquiæ Sanctorum non sunt nouiter exponendæ, nisi per Episcopum sint approbatæ. *Conc. Trid. ibid.*

Ad Reliquias Sanctorum fieri possunt peregrinationes. *concil. Mogunt. 4. c. 44.*

Reliquiæ Sanctorum non sunt exponendæ ad quæstum. *ibid. c. 44. Conc. Mediol. 1. vt infra.*

Reliquiæ Sanctorum in honestissimis, & decoris vasculis tenendæ sunt. *Concil. Mediolan. 1. tit. De Sanctorum reliquiarum veneratione.*

Dum reliquiæ ostenduntur, accendi debent luminaria à populis; sed non extrahendæ à loculis, in quibus sunt. *Concil. Mediolan. ibid.*

Vide, *Corpora Sanctorum.* Vide, *Sancti.*

Remissio peccatorum.

De remissione peccatorum, nullus est in hac vita securus (intellige vel euidenter, vel certus fidei certitudine, vel aliter.) *Greg. 1. lib. 6. ep. 22.*

Remissio peccatorum non fit merito hominis, sed virtute Spiritus sancti. *1. q. 1. c. vt euidenter.*

Remitti non potest peccatum, nisi restituatur ablatum. *De regulis iuris in 6. reg. 4.*

Remissio peccatorum fit facta confessione, & data absolutione; etiam si absolutus actu non credat, sibi esse remissa peccata. *Leo X. const. 40. Exurge.*

Remissio peccatorum non fit sine contritione. *ibid.*

Remissio peccatorum non fit, si verba absolutionis dicantur ioco. *Leo X. const. 40. Exurge.*

Ad remissionem peccatorum alicuius non requiritur, vt quis sine hæsitatione credat peccata esse sibi remissa. *Concil. Trident. sess. 6. can. 13.*

Remissio peccatorum in iustificatione habetur per Christi meritum. *Conc. Moguntin. 4. c. 7.* Vide, *Iustificatio.*

Remissio peccatorum non fit sine pœnitentia in adultis. *ibid. cap. 21.*

Vide, *Baptismus.* Vide, *Pœnitentiæ Sacramentum, &c.* Vide, *Sacramentum.* Vide, *Peccatum.*

Remissio causæ, & offensæ.

Remissio causæ fieri non potest à iudice à quo, nisi appellatione iustificata, vel ex consensu partium. *De appellat. & recusat. c. Accepta.*

Remitti potest causa ad iudicem, à quo fuit appellatum. *concil. Later. 3. tit. De sponsalibus secundo c. 20.*

Remissio iniuriarum semel facta, non potest reuocari. *23. q. 4. c. Si illic vbi.* Vide, *Appellatio.*

Remissionem petere ob bonum pacis à cognatis occisi, non arguit homicidium, si petens verè non fuit causa homicidij. *De homicidio voluntario c. Exhibita.*

Renouatio.

Renouari dicitur homo per acceptionem gratiæ, quam perdidit Adam per peccatum. *De pœnitentia dist. 2. cap. 31. Quomodo.*

Renouatur homo, licet non accipiat iustitiam originalem Adę. *ibid.* Vide, *Iustificatio.*

Renouatur homo in iustificatione. & quomodo. Vide, *Iustificatio.*

Renunciare. Renuncians. Renunciatio.

Renunciari non potest beneficium, nisi in manu Episcopi. *Conc. Later. 3. tit. De iure patron. c. 25.*

Renunciari non possunt beneficia sine Episcopi assensu. *De renunciatione c. Admonet.*

Renunciare quisque potest iuri suo. *De crimine falsi cap. fin.*

Renunciatio dignitatis simoniacè habitæ, in manu Archiepiscopi facienda, ex *Gregorio 7. lib. 6. ep. 36.*

Renun-

Renunciari non potest beneficium immediatè subiectum Papæ, sine eius licentia. *Honor.3. ex Cirone,tit.de renunc.c.2.*
Renunciatio spoliati non tenet; sed hic restitui debet. *Conc. Lateran.3. de spoliatis cap.12.* etiam si renunciando iurauit. *ibid. c.4. 6. 7. & 8.* Etiam si postea pensionem accepit, *ibid. c.8. & de restitut. spoliat. cap. Sollicitæ.*
Renunciare cogentes beneficia, quas pœnas incurrunt.
Vide, *Beneficiorum renunciatio.*
Renunciatio beneficii facta vi, metu, promissione pecuniæ, &c. non valet. *Conc.Later.3. in append. p.49. c.9.*
Renunciatio beneficii facta per violentiam, terrorem, &c. non valet, etiam si ab Episcopo sit ratificata. *Clement. de pœnis cap. Multorum.*
Renunciandi licentiam petens, ea obtenta, cogi debet ad renunciationem. *Concil. Lateran.4. c.28. de renunciat. cap. Quidam cedendi.*
Renunciatio Episcopi acceptanda, non est, etiam si sit senex, si est Ecclesiæ necessarius. *De renunciat. c.1. Literas.*
Renunciare potest Episcopus, si sine mortis periculo ibi stare non potest. *ibid. cap. Ad supplicationem.*
Renunciatio per humilitatem Episcopi non est admittenda. *ibid. cap. Nisi cum pridem.*
Renunciare potest Episcopus ob has causas, scilicet ob conscientiam criminis; ob debilitatem corporis; ob defectum scientiæ; ob malitiam plebis; ob graue scandalum; & ob irregularitatem. *De renunc. cap. Nisi cum pridem.* Omnium harum causarum distincta declaratio. *ibid.*
Renuncians beneficio, non obstante iuramento, si iterum eligitur, potest illud tenere. *De renunc. c. cum inter.*
Renuncians beneficio, non potest illud repetere. *ibid. cap. ex transmissa. de restitut. spoliat. c. Accepta, & c. Audita.*
Renuncians electioni de se factæ, vlterius non debet audiri. *ibid. cap. in præsentia.*
Renuncians si repetit, quomodo audiendus ipse, & partes. *ibid. cap. Super hoc.*
Renuncians electioni de se factæ, nequit appellare de electione alterius. *de elect. cap. cum inter.*
Renuncians literis beneficij, non ideo renunciat electioni, seu institutioni. *de renunciat. c. Sanè dilecto.*
Renunciatio in manu laici facta non tenet; & talis renuncians est priuandus beneficio. *ibid. c. Quod in dubijs.*
Renuncians testibus in aliquibus articulis, potest repetere in aliis. *de testibus cap. Causam quæ il 2.*
Renuncians Episcopatui propter crimen, non potest reasumere, nisi dispenset Papa. *De renunc. c. Post translationem.*
Renuncians ob persecutionem, infirmitatem, defectum scientiæ, simoniam, vel ignorantiam, potest reasumi, & quomodo. *ibid.*
Renunciatio cum fraude, vt habeatur beneficium primo vacaturum, quando est nulla.
Vide, *Beneficiorum renunciatio.*
Renunciare non dicitur Prælaturæ, qui subditos ab obedientia absoluit. *De renunc. cap. Lectæ.*
Renunciare non dicitur, qui aduersariis se submittit. *ibid. cap. Veniens ad.*
Renunciare non potest Abbas exemptus, sine licentia Papæ. *De renunciat. cap. Dilecti.*
Renuncians beneficio metu amissionis patrimonii, potest illud repetere. *De his quæ vi, & metu fiunt. cap. Abbas.*
Renuncians electioni ex metu laicorum, potest præfici. *De his quæ vi, & c. c. Ad aures.*
Renuncians beneficium ex metu damni imminentis, potest repetere. *ibid. cap. Ad audientiam.*
Renuncians Episcopatui, & ad monasticam vitam secedens, non potest reasumi, nisi ex dispensatione Papæ. *De renunciat. cap. post translationem.*
Renuncians Episcopatui, quando potest reasumi. *ibid.*
Renunciatio beneficiati facta per procuratorem, tenet, licet procurator esset reuocatus, ipso tamen, & superiore inscijs; nisi ex malitia factum sit, vt reuocatio à Procuratore non sciretur. *Clement. de renunc. c. vn.*
Renunciare censetur appellationi, qui post eam prosequitur in causa. *De off. & potest. Iud. deleg. cap. Gratum gerimus.*
Vide, *Appellatio.*

Renunciationis, seu resignationis gratiæ, literæ Apostolicæ, quomodo expediendæ. *Pius V. const.32. Cogit nos.*
Si renuncians beneficium, intra 20. dies, intra quos debet præstare consensum, moritur, vacat beneficium, & nullus potest illud dare, nisi Papa, etiam si supplicatio erat signata. *Vrban.8. const.6. Sanctissimus cap.19.*
Renuncians, si est præsens in curia, tenetur consensum personaliter cum iuramento præstare in Cancellaria; alii verò per procuratorem. *ibid. c.45.*
Si renuncians consensit pro pluribus personis, pro prima tenet consensus. *ibid.*
Renunciationis literæ cum reseruatione pensionis expediri non possunt, nisi resignatarius consentiat soluere. *ibid.*
Renunciatio Abbatis facta in ægritudine sine solemnitate, est nulla. *Honor.3. ex Cirone, tit. de renunc. c.3.*
Renunciatio facta ab ingrediente religionem.
Vide, *Regularis. Religionem ingrediens circa, &c.*
Vide, *Beneficiorum renunciatio.* Vide, *Resignatio.*

Reordinare.

Reordinare non licet. *De consecr. dist.4. c. Non licet. ca. Rebaptizare.* Vide, *Ordinatio.*

Reparatio.

Reparatio Ecclesiarum, per tertiam partem fructuum Episcoporum facienda est. 10. q.3. *cap. Priscis.* Vide, *Beneficiatorum obligationes.* Vide, *Ecclesiæ a quo reparandæ.*

Repetere.

Repetens possessionem post missionem, quomodo potest agere. *De eo qui mittitur in possessionem, cap. cum venissent.* Vide, *Possessio.*
Repetitio testium. Vide, *Citatio.* Vide, *Testes.*

Reperta.

Reperta non reddens, furtum facit. 14. q.5. c. *Si quid.*

Reprehendere.

Reprehendi possunt aliquando docti ab indoctis, & quare. 2. q.7. *cap. Secuti sunt.*
Reprehendens alios, se prius puniat. 3. q.7. c. *Qui sine.*
Reprehendit alios, qui non habet, quid in se puniat. 3. q.7. c. *Iudices.*

Represaliæ.

Represaliæ fieri non possunt contra Ecclesiasticas personas. debent reuocari intra mensem, sub pœna excommunicationis singularibus personis; interdicti verò communitati. *De iniurijs, & damno dato in 6. cap.vn.*

Repræsentatio.

Repræsentationes theatrales inhonestæ, fieri non possunt in Ecclesiis, sed solum deuotæ. *Conc. Toletan.22. cap.19.* & pœnæ clericorum, qui eas permittunt. *ibid.*
Repræsentationes sacræ, vt Passionis Christi, vel martyrii Sanctorum, fieri non possunt in loco prophano, nec sacro. *Conc. Mediol.1. tit. de actionibus, & repræsentationibus, &c.*
Vide, *Spectacula.*

Reprobatio. Reprobi.

Reprobatio damnatorum fit ob præscientiam demeritorum. *Concil. Valent. 2. cap.3.*
Vide, *Præscientia.* Vide, *Prædestinatio.*

Repudiare.

Repudiantes vxorem, viuente repudiata, non possunt aliam ducere. *Innocentius I. ep.3. c.6. Nicolaus I. ep.22. &* Neque

Neque Regi, aut Imperatori, hoc est permissum. *ibid.*
Vide, *Matrimonia plura*. Vide, *Matrimonij separatio*. Vide, *Vir*, Vide, *Vxor*.

Res.

Res omnis per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur. *De regulis iuris. c. Omnis.*
Res acquisitæ ab Episcopo. Vide, *Episcopi bona.*
Res integra. Vide, *Compromissio.*

Rescripta.

Rescripta contra legem, nulla sunt. 25. *q.*2. *c. Rescripta, c. Nec damnosa, c. Imperiali. c. Dicenti.*
Rescriptum prohibens causæ cognitionem, est suspectum de vitio. *De rescriptis c. Ex parte.*
Si rescriptum secundum non facit mentionem de primo, valet primum. Si facit, valet secundum. & si primum fuit impetratum à communi consensu partium, valet secundum impetratum ab vna sola. *ibid. c. Cæterum.*
Rescriptum secundum valet, licet de primo non faciat mentionem, si eo noluit quis vti intra annum. *De rescriptis c. Plerumque.*
In dubio reuocationis rescriptorum, recurrendum est ad arbitros. *De rescriptis c. Pastoralis.*
Si rescriptum est de alternatiuo probando, sufficit probare vnum. *ibid. c. Inter cæteras.*
Rescriptum impetratum ab aduersario post primum, si iste non fuit vsus suo ex dolo, valet. *ibid. c. Si autem.*
Si in rescripto narrentur plura effectus diuersos operantia, non sufficit probare vnum. *ibid. c. Olim.*
Rescriptum Apostolicum, ob rasuram in loco non suspecto, non est vitiosum. *De fide instrum. c. Ex literis.*
Rescriptum de prosecutione appellationis impetratum ab excommunicato valet. *De except. c. fin.*
Rescriptum de gratia, vsque ad beneplacitum Papæ, expirat mortuo Papa. si verò dicat *ad beneplacitum Sedis Apostolicæ*, non expirat mortuo Papa. *De rescriptis in 6. cap. Si gratiosè.*
Rescriptum impetratum ab excommunicato, est ipso iure nullum, nisi sit in articulo excommunicationis, vel appellationis. *De rescriptis in 6. c.1.*
Rescriptum Apostolicum prouidens de præbenda primo vacatura, valet. *De consuetud. c. fin.*
Rescriptum Apostolicum continens falsitatem latinitatis, censetur falsum. *De rescriptis c. Ad audientiam.*
Rescriptorum impetratio. Vide, *Impetratio.* Vide, *Apostolica sedes.*

Reseruare. Reseruatio.

Reseruari possunt à Papa, & ab Episcopo casus. Vide, *Casus reseruati.*
Reseruatio omnium casuum cessat in articulo mortis. *conc. Trid. sess.*14. *c.*7. Vide, *Moribundus.* Vide, *Absolutio.*
Reseruati casus, à reseruante possunt absolui, non ab aliis sacerdotibus. *ibid. c.*7.
Reseruatio beneficiorum facta à Papa. Vide, *Beneficia Papæ reseruata.* Vide, *Papa.*
Reseruatio pensionum. Vide, *Pensio.*
Reseruatione beneficii semel facta à Papa, nullus potest amplius illud conferre. *Vrbanus* 8. *const. 6. c.*11. *&* 15.
Reseruata beneficia, nullus potest conferre. *Vrb.*8. *const.6.c.*15.
Reseruante aliquo pro se pensionem beneficij, in resignatione, expediri non possunt literæ Sedis Apostolicæ, nisi acceptans consentiat soluere. *Vrban.*8. *ibid. c.*45. Vide, *Pensio.*
Reseruatio casuum pro regularibus, quomodo facienda, & de quibus. Vide, *Regul. circa censuras, & casus reseruatos.*

Residere. Residentia.

Vide, *Beneficiati quo ad residentiam.* Vide, *Canonicus.* Vide, *Decanus.* Vide, *Episcopus.* Vide, *Ecclesiarum Prælati quo ad residentiam.* Vide, *Parochus.*

Residere tenentur clerici. *De clericis non residentibus c. Relatum.*
Ad residentiam tenentur omnes habentes dignitatem Ecclesiasticam, vt decani, præpositi, custodes, & similes: nec possunt per alium supplere. *Conc. Later.*3. *tit. De iure patronatus c.*1. *Conc. Mogunt.*4. *c.*71. *Conc. Trid.* Vide, *Beneficiatus.*
Residentiam non facientes beneficiati, &c. priuandi sunt. *de clericis non residentib. c. Relatum, c. Ex parte vestra, cap. Qualiter. & cap. fin. Concil. Lateranen.*3. *tit. De iure patron. cap.*1. *Concil. Viennen. Prouinc.* 1. *Concil. Londin.* 2. *cap.*14.
Residere tenentur beneficiati, etiam si beneficia parua sint, alias sunt priuandi. *De cleric. non resident. c. Conquerente, & c. Inter quatuor.*
Si in causa residentiæ appelletur, interim ponendus Vicarius, & de fructibus detur ei congrua portio. *De appellat. & recusat. c. Peruenit ad nos il* 2.
Residere tenetur Parochus. *De elect. in 6. c. Licet. Concil. Senonen. in decr. morum c.*11. Vide, *Parochus.*
Non residens causa studij, recipere potest fructus beneficij. at non debet stare in villa, sed in loco studij. *De cleric. non resident. c. Relatum, & cap. tuæ fraternitatis. Concil. Lateranen.*3. *tit. de iure patronat. cap.*1. Vide, *Beneficiati, &c.* per quinque annos habent hoc priuilegium. *ibid.*
Residentiam iurans, licitè potest abesse pro seruitio Ecclesiæ. *ibid. c. Ex parte tua.*
Residentiam non faciens familiaris Papæ, recipit fructus beneficii. *ibid. c. Cum dilectus. Honorius* 3. *ex Cirone, de clericis non resid. c.*2. Vide, *Familiares.* Vide, *Papæ familiares, officiales, &c.*
Canonici non residentes, quia sunt cum Episcopo, recipiunt fructus beneficij, si Ecclesiæ constitutio non obstat. *ibid. c. Ad audientiam.*
Non residens, etiam cum priuilegio, tenetur redire ad Ecclesiam, si illa patitur ex ministrorum defectu. *De cleric. non resident. c. Cum ad hoc.*
Residere non tenentur infirmi. *ibid. c. cum ad audientiam.*
Non residens, non potest percipere distributiones, etiam si absit ex causa studii Theologiæ cum priuilegio; sed solum fructus beneficij percipit. *De præb. &c. c. Licet vobis.* Vide, *Distributio.*
Residentes tantum habere possunt distributiones quotidianas, alij verò nequaquam, nisi ex infirmitate, vel alia rationabili causa detineantur. *De cleric. non resid. in 6. c. vn.*
Residere tenentur habentes curam animarum; nisi ex maxima necessitate dispensentur, vel ex Reipublicę vtilitate, sed tunc cum licentia Episcopi id fiat. *Concil. Senon. in decret. morum cap.*11. *concil. colon.*2. *part.*3. *c.*12. *conc. colon.*3. *tit. de officiorum, &c. cap.*6. *Pius V. constitut.*65. *Cupientes.*
Præfati curati quo tempore absunt sine tali dispensatione, priuantur fructibus beneficij. *ibid. & conc. colon.*3. *c.*9.
Non residens curatus, &c. non potest percipere fructus beneficii, nisi absit ob necessitatem Ecclesiæ; sed de iis potest Episcopus disponere pro vtilitate Ecclesiæ. *ibidem. cap.* 9.
Non residentes, per Episcopi edictum moneantur, vt resideant, sub pœna priuationis beneficiorum; & si non pareant, priuentur. *de cleric. non resident. c. fin. conc. Mediolan.*1. *p.*2. *tit. de residentia.*
Residentes in curia Romana, in iis, quæ pertinent ad beneficia, subduntur Episcopo, seu ordinario loci beneficii. *Conc. Trid. sess.*24. *de refor. c.*11.
Residere tenentur omnes Episcopi absque exceptione. *Pius* 4. *const.*10. *de salute.* Absens per sex menses continuos tenetur quartam partem fructuum applicare fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus. si per alios sex menses absit, aliam quartam partem similiter erogare debet. Crescente contumacia, per censuras à Metropolitano puniatur. Metropolitanus verò per suffraganeum antiquiorem ad Romanum Pontificem intra tres menses est denunciandus, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ. *ibid. & conc. Trid. sess.* 6. *de refor. c.*1. Vide, *Episcopus quo ad residentiam.*

Reſidere tenentur omnes, ne dum curati, ſed etiam Canonici. & pœnæ non reſidentium. *Pius V. conſtitut. 65. Cupientes.*

Non reſidens ex cauſa, & negotiis electionum, non priuatur fructibus beneficii, ſed ſolum diſtributionibus. *De elect. in 6. cap. Cum non deceat.*

Reſignatio. Reſignare, &c.

Vide, *Renunciare*. Vide, *Benef. renunciat.*

Reſignatio beneficii facta per terrorem, violentiam, &c. non tenet, etiam ſi ab Epiſcopo ſit ratificata. *Clement. de pœnis cap. Multorum.*

Reſignatio beneficii facienda eſt cum iuramento, quod in ea non ſit commiſſa labes ſimoniaca. *conc. colon. 2. par. 1. cap. 34. conc. colon. 3. tit. de altero medio c. 7.*

Reſignatio fieri non poteſt in fauorem alterius, ſed facienda in manu Epiſcopi, vel alterius ordinarii, ſeu vicarii. *conc. Mogunt. 4. c. 69.*

Beneficium reſignatum, alteri idoneo dandum eſt. *ibid.*

Reſignatarius debet examinari. *conc. Auguſtanum c. 4. concil. colon. 3. tit. de altero medio c. 7.*

Reſignans beneficium non poteſt aliquem nominare; nec intuitu eius, precibus, &c. Epiſcopus debet conferre. *Pius V. conſt. 18. Quanta.*

Reſignationes beneficiorum, quando, & quomodo ab Epiſcopis admittendæ ſunt; etiam pro ijs, qui religionem ſunt ingreſſuri. *Pius V. ibid.*

Reſignata beneficia non poſſunt ab Epiſcopo conferri ſuis conſanguineis; neque reſignantis, ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruatæ. *Pius V. ibid.*

Reſignationis literæ Apoſtolicæ, quomodo expediendæ. *Pius V. conſtitut. 32. Cogit nos.* ex *Vrban. VIII. conſt. 6.*

Vide, *Renunciare*.

Reſignationes beneficiorum, quomodo publicandæ, ſiue Romæ, ſiue extra. *Gregorius 13. conſt. 85. Humano.*

Reſiſtere. Reſiſtentia.

Reſiſtere tenetur ſuperior malis. alias, tam nocet non reſiſtendo, quam prodeſt ædificando. *2. q. 7. cap. Sancta quippe ruſticitas.*

Non reſiſtens erroribus, conſentit. *Diſt. 83. cap. Error. cap. Quid enim. cap. Conſentire. Extrau. Ioann. 22. Ne ſede vacante. §. Si fratrum.* Vide, *Errare. Error.*

Vide, *Malum*.

Reſponſa.

Reſponſa prudentum ſequenda. *diſt. 2. c. Reſponſa.*

Reſponſa teſtium, & aliorum, quomodo fieri debent. *De teſtibus in 6. c. Præſentium.* Vide, *Teſtes*.

Reſtituere. Reſtitutio.

Reſtitui non debet officium per pretium. *1. q. 1. cap. Nullus Epiſcopus.*

Reſtituens officium ſacerdotale pro pecunia, priuatur officio. *ibid. c. Nullus Epiſcopus in grauamen.*

Reſtitutio rei alienæ facienda; alias nulla eſt pœnitentia. *14. q. 6. c. Si res aliena. conc. Rom. 5. ſub Gregorio 7. c. 6.*

Reſtitutio facienda eſt à quocumque detinente, & ſciente rem eſſe alterius. *conc. Later. 4. c. 39.*

Reſtitutio malè ablatorum incerti Domini facienda eſt pauperibus, cum conſenſu Epiſcopi. *concil. Rauennat. 4. ſub Ioanne 22. c. 16.*

Reſtitutio malè ablatorum in morte non valet, niſi in legato, ſeu teſtamento ſpecificetur, quod illa reſtituuntur, quia ſunt malè ablata. alias ſacerdos non det ei ſepulturam. & pœna eius ſi dat. *conc. Rauenn. ibid. c. 16.*

Reſtitutio in integrum facienda eſt Eccleſiæ læſæ, & quomodo. *De in integrum reſtit. c. Requiſiuit. & in 6. ſub eodem tit. cap. 1.* Sed poſt quadriennium non admittitur facta ſententia, vel contractu, niſi rationabilis adſit cauſa. *ibid.*

Reſtitutio bonorum Eccleſiæ facta monaſterio à laicis, quando tenet. *de his, quæ fiunt à Prælato, &c. cap. cum Apoſtolica.*

Reſtitutio ex iuſta cauſa concedenda eſt, ſi cauſa probetur. *de in integr. c. Ex literis.*

Reſtitutio in integrum, & ſententia, quomodo poteſt ſuſpendi. *ibid. cap. Suſcitata.*

Reſtitutio in integrum à quo petenda. *ib. c. Cauſa reſtitutionis.*

Reſtitutio ſemel negata Eccleſiæ, non conceditur, niſi ex noua cauſa. *ibid. c. fin.*

Reſtitui debet minor, ſi probat ſe læſum fuiſſe. *de in integrum reſtitut. cap. Conſtitutus.*

Reſtitutionem beneficii petenti, obiici non poteſt, non canonica inſtitutio. *de reſtitut. ſpoliat. c. In literis.*

Reſtitutionem petenti non obſtat exceptio criminis, ſeu *quod vi*, vel *clam*. *ibid. c. Item.*

Reſtitutionem coniugis petenti, ſi opponitur de conſanguinitate, quid agendum. *ibid. c. Literas.*

Reſtitutio facienda eſt proprio domino, non pauperibus. *De homicidio volunt. c. Sicut. §. Eos inſuper.*

Reſtitutio in priſtinum ex gratia, intelligitur, ſine præiudicio tertij. *de reſcriptis in 6. c. Quamuis.*

Reſtitutionem decimarum petere non poteſt, qui non probat legitimè ſe poſſidere. *de reſtit. ſpol. in 6. c. fin.*

Reſtitutio in integrum coram ordinariis, vel legatis, ab eis petenda, & talis cauſa facienda; ſiue habeant hoc in mandatis, ſiue incidat in cauſa aliqua hæc quæſtio. *De in integrum reſtitut. c. cauſa reſtitutionis.*

Reſtitutio facienda eſt ſpoliato, à ſpoliante, & ille non tenetur probare dominium. *de reſtitut. ſpol. c. Sæpè contingit.*

Vide, *Vxoris reſtitutio*.

Reſurgere. Reſuſcitare.

Reſurgent homines cum ſuis propriis corporibus, quæ *in vita* habuerunt. *Conc. Lateran. 4. cap. 1. de fide, & ſumma Trinitate cap. 1.*

Reſurrectio hominum futura certiſſimè eſt. *Lib. 4. conſtitut. Apoſt. cap. 6.*

Reſurgere debent omnes iuſti, & iniuſti. *Lib. 4. conſt. Apoſtolicarum cap. 6.*

Reſurgere debent omnes in ſuo ſexu, id eſt, mares in maſculino, & fœminæ in fœmineo. *Gelaſius in epiſt. contra Pelagianam hæreſim.*

Reſurrecturi tamen dicuntur omnes in virum perfectum, eo quod omnes animæ, & Eccleſiæ, ſunt ſponſa Chriſti. Sponſa autem vnam carnem facit cum ſponſo; ideo dicuntur omnes debere reſurgere in virum perfectum. *Gelaſius ibid.*

Reſurrectio hominis erit cum corpore, immortali iam reddito. *Gelaſius ibid.*

Poſt reſurrectionem non erit generatio, neque appetitus ſenſualis; erunt tamen membra genitalia. *Gelaſius ibid.*

Reſurrectio in fine ſæculi erit. *Concil. Later. 4. c. 1. de fide, & ſumma Trinitate cap. 1.*

Poſt reſurrectionem, homo ſemper viuet, nec alias vmquam morietur. *Lib. 4. conſt. Apoſt. c. 6.*

Reſuſcitatus in anima non viuit abſente reſuſcitatore; ſecus de reſuſcitato in corpore. *de pœnit. diſt. 1. c. 35. Reſuſcitatus.*

Reſuſcitari non poſſunt mortui, per ſagas. Vide, *Dæmones*.

Reuelare. Reuelatio.

Reuelare non poteſt ſacerdos peccata audita in confeſſione. & pœna. *de pœnit. diſt. 6. c. Sacerdos. de exceſſibus Prælat. c. dilectus.* neque ad hoc poteſt compelli. *ibid. de penitentijs, & remiſſ. c. Omnis vtriusque.* pœna. *ibid.* Vide, *Confeſſor quoad ſecretum.* Vide, *Sacerdos*.

Reuelandi, ſeu denunciandi ſunt diuini, ſortilegi, magi, &c. *Conc. Narbonenſe c. 14.* Vide, *Denunciatio*.

Reuelantes quæ ſecreto tractantur cum Papa, pœnis maximis afficiendi ſunt. & confiſcanda eorum bona. & aliquando vltimo ſupplicio puniendi. *Pius 5. conſt. 147. Romani.*

Reuelationes, gratiæ, beneficia, miracula, &c. tamquam accepta per interceſſionem alicuius non canonizati, *vel* beatificati

cati à Sede Apostolica, non sunt approbanda, nec imprimenda, neque publicanda. & pœnæ contrafacientium; & Inquisitores in hoc inuigilent. *Vrbanus 8. const.37. Sacrosanctum.* Vide, *Defuncti.* Vide, *Inspiratio.*

Ministri S. Officii reuelantes dicta testium, quas pœnas incurrunt. *Pius V. const.67. Licet.*

Reuerentia.

Reuerentia magis vitæ, quam dignitati debetur. *2. q.7. cap. Non omnes.*

Reuertens.

Reuertens à peccato, recipiendus est. *Concil. quod dicitur Apost. c.52.*

Reuocare. Reuocatio.

Reuocatio iudiciorum Episcoporum, à Papa fieri potest. *6. q.4. cap. Osius. Conc. Sardicense c.4.*

Reuocata sententia per iudicem appellationis, nihil obstat iudici, qui primò iudicauit. *2. q. 6. cap. Hoc etiam.*

Reuocantes donationes Ecclesiæ factas, sunt sacrilegi. *17. q.3. cap. Sunt qui opes.*

Reuocari debet priuilegium, quod est nociuum post factum. *De decimis cap. Peruenit.*

Reuocari quando possunt, & debent facta, vel attentata post appellationem à sententia definitiua. *De appellat. &c. in 6. cap. Non solum.*

Reuocata gratia, quod ius manet in petente. *De præb. in 6. cap. Si is cui.*

In dubio reuocationis rescripti, recurrendum est ad arbitros. *De rescriptis cap. Pastoralis.*

Reuocatio gratiæ obest expectanti præbendam, licet ignoret reuocationem. *De præb. &c. in 6. cap. Quodam.*

Reuocata responsione aduocati in eadem die, lis non remanet contestata. *De appellat. & recusat. cap. cum causam.* Et si referenda est causa ad superiorem, danda est partibus copia. *ibid. cap. intimasti.*

Reuocatio gratiarum facta ab antecessore, includit eos, qui habent ius quæsitum in re, & ad rem. *de concess. præb. in 6. c. si.*

Reuocari potest donatio ob multa capita. Vide, *Donatio.*

Reuocatur aliquando à Papa concessio iuris patronatus ad præsentandum facta sæcularibus, & quare. *Innocent. 8. const.5. cum ab Apostolica.*

Reuocatio omnium concessionum in præiudicium Cameræ Apostolicæ, circa gabellas, tributa, subsidia, &c. facta *ab Innocentio X.* non includit regulares. *Innoc. X. constit.7. Et si ea.*

Reus.

Reus dicitur à re, quæ petitur. *de verbor. signif. c. Forus.*

Reus non tenetur probare, quod negat: sed accusator. *6. q.5. cap. Quod autem, & cap. Accusator.*

Reorum confessiones aduersus alios non debent admitti. *15. q.3. cap. Nemini. & cap. vlt.* (excipe causas fidei.)

Reus puniri non potest duplici pœna pro eodem delicto. *Concil. Rauenn. 4. sub Ioanne 22. c.19.*

Reus in suo foro audiendus est, & hunc debet sequi actor. *3. q.6. cap. Si quis Episcoporum, & cap. Pulsatus. 11. q.1. cap. Experientiæ, cap. Si quisquam. Concil. Lateran. 3. tit. de testibus cogendis c.7. de foro compet. cap. Sanè.*

Reus iudicandus est in loco, in quo reperitur, & non aliò trahendus. *3. q.6. c. Si quis clericus.*

Non potest trahi extra Prouinciam, vltra duas dietas, si à parte impetrentur literæ Papæ. *Conc. Later. 4. cap. 37.* Sed de consensu partis potest. *ibid.*

Reus præsens est conuincendus, & postea iudicandus. *3. q.9. cap. Non oportet. cap. Habetur. cap. reuera, cap. absente eo, cap. Absente aduersario, cap. Absens, & cap. cartæ.*

Reo absente, non audiendus accusator. *3. q.9. c. Absente eo, & cap. Necesse est.*

Reus non potest alium accusare, nisi prius se purget. *3. q.11. c. Neganda. cap. Non est credendum. c. Prius est. & 6. q.1. cap. Qui crimen.*

Reus non est, qui non ex voluntate, sed ex necessitate peccauit. *15. q.1. cap. Illa cauenda, & cap. Aliquos.*

Reus volens comparere, quamdiù expectari debet, vt postea condemnetur. *5. q.2. cap. Præsenti.*

Reus fugiens ad Ecclesiam, ab ea non extrahatur. sed clerici eum defendant, & pro eo compareant. *17. q.3. c. Reum. & cap. Si quis contumax.*

Reum extrahens ab Ecclesia, excommunicatur. *ibid. cap. Si quis contumax.* Vide, *Ad Ecclesiam confugiens.*

Reus potest recusare delegatum, si vocat eum ad locum, ad quem non potest accedere. *De off. Iud. deleg. cap. cum R. Canonicus.*

Reus recedens à iudicio, relicto Procuratore ad agendum, est contumax, & condemnatur ad expensas. *De Procuratoribus cap. constitutis.*

Reus non tenetur respondere libello in actione personali, nisi exprimatur causa petendi. *de libelli oblatione, c. dilecti filij.*

Reo contumaci, si causa liquet, fertur sententia definitiua. si non liquet, actor mittitur in possessionem (reseruata sibi causa proprietatis.) *De dolo, & contumac. c. Pro vt nobis.*

Reus non tenetur dare actori suas scripturas contra se. *De probat. cap. 1.*

Reo probante, quod non deliquit, si probatum sit deliquisse, ei non creditur. *ibid. cap. Ad nostram.*

Reus opponens exceptionem excommunicationis, in qualibet parte causæ auditur: si differt opponere, vt fatiget actorem, condemnandus est in expensis. *De exceptionibus, cap. Exceptionem.*

Si reus non potest inueniri, sufficit ponere citationem illius in Ecclesia rei. *De dolo, & contum. cap. fin.*

Reo absoluto, non competit exceptio rei iudicatæ. *De except. cap. aduersario.*

Reo damnato ad dandam possessionem, non sufficit dare pignus. *De sent. & re iudic. cap. cum aliquibus.*

Reo potius fauendum, quam actori, si iura sunt obscura. *de regulis iuris in 6. reg. 11.*

Reus recusans respondere post iuramentum, vel contumaciter recedens, habetur pro confesso. Secus verò si sit contumax per absentiam, antequam interrogetur. tunc enim contra eum, vt contumacem, proceditur. *De confessis in 6. cap. Si post.*

Reus potest impedire mittendum in possessionem, si faciat cautionem de stando iuri. *De restitut. spoliat. c.1.*

Reo conuicto de delicto, non admittitur probatio negatiua. *De probat. cap. Ad nostram.*

Rei testes debent admitti, si deficit alia probatio. *De testibus cap. Significauit.*

Reus per solam famam, & credulitatem testium, non potest puniri pœna ordinaria. *De accusat. &c. cap. Inquisitionis §. finali.*

Reo exponenda sunt capitula, in quibus accusatur, vt possit se defendere. *ibid. cap. Qualiter.* Nomina, & dicta testium ei explicanda. *ibid.* (excipe causas fidei, in quibus nomina celantur.)

Reus de simonia potest contra testes excipere, solum de inimicitia, & de conspiratione, non verò de aliis. *De simonia cap. Licet Heli, & cap. Per tuas.*

Reus non potest trahi extra suam Ciuitatem, vltra vnam dietam; neque ad Ciuitatem actoris. *de rescriptis in 6. c. Statutum §. cum autem.*

Reo non reclamante (quod infamia non processerit) non inualidatur processus; secus si reclamat. *de accusationibus in 6. cap. fin. in statu Eccles.*

Reus in statu Ecclesiastico, contra quem sunt inditia ad torturam, non potest audiri, nisi in carcere, & non extra, nisi audito fisco. *Paulus IV. const.6. Licet.*

Reus confessus crimen, si pecuniaria pœna sit plectendus, non potest relaxari etiam data qualibet cautione, nisi pœna soluta, & fisco audito. *ibid.*

Rei condemnati habentes interesse cum Camera, non possunt appellare de nullitate cuiuscumque sententiæ in quacumque causa, nisi facto deposito pecuniæ iuxta æstimationem delicti, in manu Thesaurarij Prouinciæ. *Pius 4. const. 53. Licet dudum.* Si verò æstimatio pecuniæ sit de magna

quantitate, medietas, vel tertia pars depositetur; & præstetur cautio de reliquo soluendo intra annum, si ad eam pœnam erunt condemnandi. *ibid.*

Rei condemnati pœna capitali, etiam facto deposito non possunt audiri; nec commissiones signari, nisi in carcere constituantur. neque possunt relaxari, nisi audito Thesaurario, & Procuratore fiscali Cameræ. *ibid.*

Rei, Romæ, non possunt condemnari pœna mortis contra ius commune (vigore alicuius antiqui rescripti, quod annullat.) *Innocentius 9. const.2. Ad Romanum.*

Reus recedens, quando habetur pro confesso. Vide, *Confessus.*

Rei condemnati ad triremes in statu Ecclesiæ non possunt transmitti ad alias, quam ad triremes Papæ. *Innocentius X. const.7. Et si ea.* Vide, *Condemnati.*

S. Riccardus.

S. Riccardus Episcopus Cisterciensis in Anglia, canonizatur *ab Vrbano 4. const.3. exultet.*

Ripa Romana, & Ripetta.

Ripæ Iudices, & Camerarius, quas causas possunt iudicare. *Clemens 7. const.4. Nuper. Paulus 3. const.6. Cum nobis.* Quomodo etiam causas sanguinis. *ibi.* Moderata est, vt infra. Carcerati per eos non possunt per Visitatores carcerum excarcerari sine eorum consensu. *ibid.* In Ripæ districtu, neque Baroncellus, neque alij ministri possunt executiones facere; & si fiunt, nullius sunt roboris. *ibid.*

Ripæ, & Ripettæ Iudices debent mercatorum dictorum locorum causas iudicare. & declaratur, qui sint iudices. *Paulus 3. const.45. Cum postquam.* Debitores mercatorum Ripę, &c. ad iudices Riparum trahi possunt, & debent. *ibid.* Libri dictorum mercatorum quantam, & quomodo fidem faciunt. *ibid.* Aliæ causæ eorum mercatorum, quando possunt ab aliis iudicari. *ibid.*

Riparum Iudici, id est Camerario, confirmatur iurisdictio. *Pius IV. const.25. Cupientes.* Camerarius iudicat causas mercaturæ Ripæ in prima instantia; & iuxta formam Statutorum Ripæ iudicare debet. etiam causas criminales vsque ad vltimum supplicium. *ibid.* sed moderata est, vt infra.

Ripæ Proxenetæ, seu Sensarij inter mercatores vini, & emptores, caupones, &c. quando, & quomodo tenentur soluere pretium vini, si emptores debito tempore non soluunt. *Pius 4. const.42. Decet.*

Ripæ Gabella pro vino, ad ministros ibi tenendos, &c. est, vt pro quolibet dolio soluantur quatuor iulij. Ita *Pius V. constit.42. decet.* Vide, *Vini gabella.*

Ripettæ Iudex, quas causas potest iudicare. *Clemens 7. constit.4. Nuper.*

Ripæ, & Ripettæ Curiæ, seu Tribunalis facultas ad quid extenditur, *à Paulo V.* declaratur *constitut.71. tit. De Curia Ripæ, & Ripettæ.*

Ripa Transonis.

Ripa Transonis in Piceno, erigitur in Ciuitatem. *Pius V. const.15. Illius.*

Rita.

B. Ritæ de Cascia officium potest recitari ab omnibus fratribus, & monialibus S. Augustini. *Vrbanus 8. const.74. In supremo.*

Potest etiam fieri ab omnibus, qui ad eorum Ecclesias confluunt in eius festo, & in tota Diœcesi Spoletana. *ibid. in cap. seq.*

Rituale.

Rituale Romanum *à Paulo V.* correctum obseruandum, & sequendum in administratione omnium Sacramentorum. *Paulus V. const.85. Apostolicæ.*

Ritus.

Ritus sacri in consecrandis, & benedicendis rebus, si non inueniuntur scripti, seruentur illi, quos obseruat Ecclesia Romana. *Innoc. 1. epist. 1. in principio. Gelasius ep.9.* Vide, *Ceremoniæ.*

Ritus Ecclesiæ circa administrationem Sacramentorum, per traditionem accepimus. *Dist.11. c.Ecclesiasticorum, in fin.*

Ritus Gentilium in obseruantia Kalendarum, sub excommunicatione prohibentur; *26. quæst.7. cap. Non licet. cap. Si quis Kalendas. cap. Non obseruetis. & c. Quis æstimaret. Conc. Afric. c.27.*

Ritus Infidelium obseruans, est anathema. *26. q.7. cap. Non licet, & c. Si quis. Conc. Afric. c.27.* Vide, *Infidelium ritus.* Vide, *Gentilium ritus.*

Ritus Ecclesiæ Romanæ ab omnibus obseruandi. *Gelasius ep. 9.* Vide, *Ecclesia Romana.*

Vide, *Consecratio.* Vide, *Ceremoniæ.*

Rixosi.

Rixosi clerici, & monachi corripiendi sunt. *Dist.90. c.Si quis monachus.*

Rixosi homines, rixas in ciuitate mouentes. Vide, *Bella ciuilia.*

Rochetum.

Rocheto vti non possunt Regulares facti Episcopi. *Conc. Later.4. c.16.* Vide, *Regulares facti Episcopi.*

Rocheto quando vti debent Episcopi. Vide, *Episcopi habitus, & vestes.*

Rogationes.

Rogationes, id est, Litaniæ, ante Ascensionem per triduum sunt celebrandæ. *Conc. Aurel.1. c.29. de consecrat. dist.3. cap. Rogationes.*

Rogationum tempore, olim, erat *ieiunandum. conc. Aurelian.1. c.29. de consecr. dist.3. c. Rogationes.*

Nunc verò ieiunandum non est, nisi Mediolani, quia Mediolanenses *Quadragesimam incipiunt* triduo postquam alii, & alij fideles *in illo* triduo ieiunant pro Rogationibus (quia tempore Paschali non ieiunatur.) *conc. Mediol.1. p.2. tit. De ieiunio.*

Vide, *Litaniæ.* Vide, *Oratio.* Vide, *Preces.*

Roma Ciuitas, Palatia, viæ, &c.

Roma est Ciuitas sacerdotalis, & Regia. *Ioannes 8. ep.68.*

Roma oppressa ab inimicis Christi, tenetur Imperator succurrere. *Ioannes 8. ep.21. 26. 30. 31. 32. 54. 85. 87. 113. 269. 298.*

Romanæ Ciuitatis perditio est iactura totius Orbis. *Io.8.ep.7.*

Romæ Ciuitas, & Ducatus cum suo districtu, concessa fuit Papæ Syluestro, & successoribus eius quo ad temporalia. *De elect. in 6. c.Fundamenta. Ioann.8. ep.85.* Vide, *Ecclesiasticus status.* Vide, *Papa circa Ducatum Romæ, &c.*

Romam nullus clericus petere potest, sine licentia Episcopi, vel Vicarij. *Conc. Salegunstadiense c.16.*

Romam petentes si à furibus spoliantur, quomodo resarciendi à Communitatibus. *Leo X. const.28. Romani.* Vide, *Peregrini.* Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

Romam petentes ob sua negotia, ibique morantes, non possunt ab Episcopis molestari, nec excommunicari. & pœnę Episcoporum id facientium. *Extra, de priuil. c. Diuina.* & omnia ab ipsis contra eos facta, sunt irrita. *ibid.*

Romæ litigantes apud S. Sedem, non possunt ab Episcopis priuari beneficiis, sub pœna excommunicationis, suspensionis, & interdicti ipso facto. *ibid.*

Romæ litigantes apud S. Sedem, non possunt foris conueniri, & pœnæ iudicum se intromittentium. Vide, *Curiales.*

Romam venientes ob negotia, vel ibi commorantes, vel ab ea recedentes, qui verberant, mutilant, vel occidunt, spoliant, carcerant; vel hæc fieri mandant, sunt excommunicati ipso facto in Bulla Cęnę. Vide, *Excommunicationes Bullæ cœnæ.*

Romæ ædificantes in Ciuitate Pia, intra arcem S. Angeli, & S. Petrum, multa obtinuerunt priuilegia circa causas, contractus, oppignorationes, testamenta, &c. *Pius IV. constit.* 101. *Romanus*.

Ædificans Palatia Romæ, à quibus, & quomodo potest emere domos vicinas, & cum quibus conditionibus. *Sixt. IV. constit.* 20. *Et si de cunctarum*. & obligationes ædificantium, quales erant. *ibid.* Sed *à Pio* 5. omnia reducta fuerunt ad ius commune, *infra*.

Romæ ædificantes in via Alexandrina à Castro S. Angeli ad Plateam S. Petri, multa obtinuerunt priuilegia. *Alexander* 6. *const.* 7. *Et si vniuersis*.

Romæ ædificantes Palatia, quomodo possunt cogere vicinos ad vendendum, & quos. *Pius* 4. *const.* 102. *Inter multiplices*. Sed hoc priuilegium redactum fuit postea ad ius commune. *Pius* 5. *constit.* 126. *ad hoc*. Excipiuntur loca sacra, pro quibus priuilegium remanet in suo robore. *ibid.*

Ædificare volens Romæ, quas leges tenetur seruare, & quod ius congruum habet. *Gregor.* 13. *constit.* 27. *Quæ publicè, diffusè per §§.* 24.

Ædificantes Romæ in via Felici, multa obtinuerunt priuilegia. *Sixtus* 5. *const.* 66. *Decet*. Hæc via incipit ab Ecclesia S. Mariæ Maioris vsque ad Ecclesiam SS. Trinitatis in Monte Pincio. *ibid.*

Ædificaturi de nouo Romæ, quid debent obseruare. *Leo X. const.* 19. *inter curas*.

Romæ habitantes curiales, &c. de quibus bonis, & de quanta summa possunt disponere in morte. Vide, *Curiales*. *Paulus* 5. *const.* 18. *in eminenti*. Si Romæ moriuntur, vel circa, intra spatium decem milliariorum, possunt disponere de acquisitis, ex beneficijs, pensionibus, &c. Ecclesiasticis. & si moriuntur ab intestato, succedunt hæredes. *ibid.* & ante eum *Iul.* 3. *constit.* 5. *Cupientes*. & non pertinent ad Cameram.

Romæ albergatores non tenentur de furtis rerum, quas eis hospites non consignant. *Pius* 4. *const.* 71. *cum sicut*.

Romæ morientes. Vide, *Morientes*.

Romæ domus dirutæ, quibus, & quomodo vendendæ per Camerarium, & Magistrum Viarum. *Sixtus* 4. *const.* 20. *Et si de cunctarum*. *Pius* 4. *const.* 102. *Inter multiplices*.

In emptione domorum Romæ, vicini sunt præferendi. alias contractus per Camerarium possunt irritari. & nullus excipitur. *Sixtus* 4. *ibid.*

Domus Romæ vendi possunt à proprijs dominis, non requisitis inquilinis. *Pius* 5. *const.* 126. *Tanta est*.

Romæ plateæ ampliari possunt, & ad hoc faciendum possunt emi domus vicinæ, & quomodo debent solui. *Sixtus* 4. *const.* 20. *Et si de cunctarum*. Cogi possunt ad hoc domini. Sed *Pius* 5. *const.* 126. hoc reducit ad ius commune.

Romæ viæ, omni cura custodiendæ, & pro eis constituuntur Magistri Viarum. *Martin.* 5. *const.* 9. *Et si in cunctarum*.

Magistrorum Viarum Romæ munera, quæ sint. *Sixtus* 4. *const.* 20. *Et si de cunctarum*.

Romæ viæ à quibus sunt reficiendæ. *ibid.* & *Pius* 4. *constit.* 102. *Inter*.

Priuilegia Magistrorum Viarum Romæ, confirmata, & aucta sunt *à Leone X. const.* 19. *Inter curas*.

Possunt iudicia facere, absque appellatione. Eorum potestas se extendit, etiam circa Viridaria, & vineas. *ibid.*

Viarum Romæ Magistri priuilegia confirmat & auget *Pius* 4. *const.* 102. *inter multiplices*.

Pro earum constructione propè Sanctum Petrum, multa viridaria tolli iubet à certis locis. *ibid.*

Pro Viarum magnificentia Camerarius, & Magister Viarum manu regia possunt procedere. *ibid.*

Prohibuit vias fieri ex silicibus, & præcipit fieri ex coctilibus. *ibid.*

Gregorius 13. *const.* 22. *Quæ publicè*, distinctè declarat, quid de iure facere possit, & debeat Viarum Magister Romæ. *per* 24. §§. Item quomodo reficiendæ, vendendæ, &c. *ibidem*.

Viam Alexandrinam, vel Felicem habitantes.

Vide supra hic, *Ædificantes*.

Romæ muri. Vide, *Muri*.

Romanus ager.

Romani territorij agriculturam instituit *Clemens* 7. *constit.* 5. *Ad sacram*. Modus tenendus in hoc exercitio. *ibidem*. Priuilegia agricultorum. *ibid.* & *Clemens* 8. *vt infra*.

Et multa alia vtilia pro Vrbe Roma. *ibid.*

Clerici in Agro Romano, possunt exercere artem agriculturæ, vel facere exercere, & non subiacent ministris spoliorum. *Clemens* 8. *const.* 72. *Inter multiplices*. §. 5. Multa obtinent priuilegia. possunt quartam partem extrahere è statu Ecclesiæ. Domini, & Barones permittant, vt Agricultores veniant ad collendos agros. & alia multa circa hoc. *ibidem*.

Eadem omnia confirmat, & alia addit *Paulus V. constit.* 70. *Pastoralis*.

Romani agri Agricultores, quomodo iuuandi per mutuum Montis Pietatis. *ibid.* Vbi multa circa hoc negotium.

Romæ Conseruatores. Senator. Gubernator.

Romæ Conseruatorum potestas, & iurisdictio confirmatur *à Iulio II. const.* 29. *Si nostrarum*.

Romæ Conseruatores liberos facere possunt sclauos baptizatos ad eos confugientes. *Pius* 5. *const.* 17. *Dignum*. & eos facere possunt ciues Romanos. *ibid.*

Romæ Senatoris iurisdictio confirmatur, & præscribitur *à Iulio II. const.* 28. *Decet*.

Confirmatur, & magis declaratur, & augetur *à Pio* 4. *const.* 34. *Dilectos*. Quas causas possit iudicare. *ibidem*.

Vide, *Senator*.

Romæ Gubernator. Vide, *Gubernator Romæ*.

Romæ Vicarius.

Vide, *Vicarius Papæ*. Vide, *Papæ Vicarius*.

Romani Ciues, Populus, Studium, Doctores, Statuta, &c.

Romanis ciuibus multa priuilegia concedit *Leo X. const.* 1. *Dum singularem*.

Romanis quædam dignitates, Prioratus, &c. danda. *ibid.* & tunc quædam ab eis erant regendæ. *ibid.*

Romani non tenentur soluere in Dataria pro derogatione Statuti contra taxam dotium. *Innocent. IX. constitut.* 2. *Quæ ab hac sancta §.* 3.

Romani ciues clerici possunt disponere in morte (si moriuntur Romæ, vel circa eam intra spatium decem milliariorum) de omnibus acquisitis ex beneficijs, & prouentibus Ecclesiasticis, nec non pensionibus, &c. alijs. *Paulus V. const.* 18. *in eminenti*.

Et si moriuntur ab intestato, hæredes succedunt. *ibid.* §. 4.

Romanorum ciuium causæ à curia Capitolina iudicari debent. *Pius* 4. *const.* 34. *Dilectos*. & *Paulus V. constit.* 28. *Eximiæ fidelitatis* §. 7.

Romæ studium. Vide, *Studium generale Romæ*.

Romani iuuenes doctores, si in Gymnasio publico Romæ in qualibet facultate legere voluerint, dummodo excedant annum 22. ætatis, sunt admittendi cum salario 25. scutorum pro quolibet anno. *Gregorius* 13. *constitut.* 23. *Cupientes*.

Romana Statuta reducta, obseruanda, & quæ. *Gregor.* 13. *constitut.* 61. *Vrbem*.

Romana Rota. Curia. Archiuium, &c.

Romana Rota. Vide, *Rota*.

Romanum Archiuium. Vide, *Archiuium*.

Archiuij Collegium Scriptorum. Vide, *ibid.*

Archiuij Regens. Vide, *Archiuium*.

Romana Curia. Vide, *Curiales*. *Officiales*. *Procuratores*. *Referendarij*, *&c.* in suis locis.

Romanus Pontifex.

Vide, *Papa*, per omnes titulos.

Romanus Pontifex *ille* est, qui à duabus partibus Cardinalium eligitur. *De elect. &c. c. Licet de vitanda.* Qui verò à paucioribus eligitur, non est Pontifex. *ibid.* & si non abstinet, est excommunicatus, & beneficiis omnibus priuatus. *ibi.*

Vide, *Papæ electio.*

Romanus Pontifex ante hymnum angelicum, est consecratus. *De elect. c. Quod sicut. §. Super eo.*

Romanus Pontifex, dum scribit Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis, vocat eos fratres; Regibus, & Imperatori scribens vocat eos filios; & si aliter inuenitur, literæ sunt suspectæ de falsitate. *De crimine falsi c. Quam graue.*

Romanus Pontifex habet potestatem à Deo. *Extra, de consuetudine.* Vide, *Papa, diffusè.*

Romanus Pontifex separat coniuges consanguineos, vsque ad suum decretum. *Gregor. 7. l. 2. ep. 36.*

Romanus Pontifex coronat Imperatorem, si non sit tyrannus, vel fatuus, vel hæreticus, excommunicatus, vel paganus. *De elect. &c. c. Venerabilem.* Vide, *Papa circa Imperatores, & Reges.*

Romanus Pontifex habet ius examinandi personam promouendam ad Imperium. *ibid.*

Romanus Pontifex transtulit Imperium à Græcis ad Latinos occidentales. *ibid.*

Romanus Pontifex in dubio, nullum grauat. *De rescriptis c. Mandatum.*

Romanus Pontifex solus transfert Episcopos de vna Ciuitate in aliam. *De translat. Episcop. c. Inter corporalia.*

Romanus Pontifex dispensat, vt qui renunciauit Episcopatui, reassumatur. *De renunciat. c. Post translationem.*

Romanus Pontifex tenetur *iustissime* iudicare. *De priuil. c. Ex ore sedentis.*

Romanus Pontifex non potest mutare decreta fidei facta ab antecessore, sed potest ea declarare. *Ioann. 22. Extrau. de verbor. signif. c. Quia quorumdam, circa finem.*

Romanus Pontifex potest dissoluere facta in Concilio, & quæ. *ibid.*

Romano Pontifici subditi sunt omnes Christiani, siue Græci, siue Latini, & alii. *Extra, de maiorit. & obed. c. 1.*

Romani Pontificis decreta. Vide, *Decreta.* Vide, *Papæ decreta, & decretales.*

Romana Ecclesia.

Vide, *Ecclesia Romana*, per omnes titulos. Vide, *Papa*, etiam per omnes.

Romanæ Ecclesiæ filius, quis nam dicatur. *De verbor. signif. c. 1.* Vide, *Filius.*

Romanæ Ecclesiæ filius factus, non per hoc fit exemptus. *ib.* Vide, *Filius Romanæ Ecclesiæ.*

Ordinati in Ecclesia Romana, non possunt ab ea recedere. *Gregorius 1. l. 4. ep. 30. 1. q. 1. c. Filium.*

Pro Romanæ Ecclesiæ seruitio Papa potest vndique clericos vocare, & monachos, seu regulares. *1. q. 1. c. Per principalem.*

Romanæ Ecclesiæ coloni, & rustici, ac debitores, cum charitate tractandi, & subleuandi. *Gregor. 1. l. 1. ep. 42. & 53.*

Romanæ Ecclesiæ soluendum est, quod est ei debitum ex consuetudine. *Gregor. 1. l. 2. ep. 7.*

Romanam Ecclesiam oppugnans, Christianitatem negat, & subuertit. *Leo 9. ep. 1. c. 36.*

Romanæ Ecclesiæ non concordans non est catholicus. *Gregorius 7. l. 2. post ep. 55. l. 5. ep. 10. l. 7. ep. 24.*

Romana Ecclesia ab omnibus est defendenda. *Ioannes 8. ep. 124. Gregorius 7. l. 8. ep. 5.*

Romanæ Ecclesiæ censuarius non eximitur per hoc à iurisdictione Episcoporum. *De priuil. c. Recepimus.*

Romanæ Ecclesiæ priuilegia, nequeunt ab vllo iudice tractari, nisi à Papa. *De iudiciis c. Cum venissent.*

Romana Ecclesia habet dominium bonorum ordinis fratrum Minorum viuentium in puritate regulæ. *Extr. Ioann. 22. de verb. signif. c. Ad conditorem.* Vide, *Ecclesia Romana.*

Romana Sede Vacante.

Vide, *Sede Vacante.* Vide, *Ecclesia Romana.* Vide, *Beneficia.*

Romualdus.

S. Romualdi Ord. Camaldulenses Institutoris festum sub die 7. Februarij, celebrari statuit *Clem. 8. const. 32. Pia mater.*

S. Romualdi Ord. Discalceatorum B. Mariæ de Mercede redemptionis Captiuorum officium recitari potest à fratribus illius ordinis. *Vrbanus 8. const. 52. Saluatoris.*

Rosarium.

Rosarium B. Virginis Mariæ. Vide, *Confraternitas Rosarij. Sixtus IV. const. 18. Ea quæ*, ad instantiam Ducis Britanniæ recitari concessit Psalterium B. Mariæ Virginis constans ex 150. Aue Maria. & multas gratias, ac indulgentias concessit recitantibus.

Deinde Rosarii forma approbatur, & recitanda proponitur *à Pio V. const. 87. Inter desiderabilia.*

Rosarii Confraternitates vbique locorum à Generali Ordinis Prædicatorum erigi possunt, non ab alio. *ibi.* Idem confirmat *Sixtus V. vt infra.*

Rosarii Confratres, dum adscribuntur Confraternitati, si quædam opera pia *ibi* notata adimplent, *indulgentiam plenariam* consequuntur. *sic etiam in articulo mortis. Pius 5. ibidem.*

Rosarii Beatæ Virginis Mariæ festiuitas, celebrari debet prima Dominica Octobris in Ecclesiis, & Oratoriis, seu Cappellis Rosarij pro victoria habita contra Turcas die 7. Octobris. *Gregorius 13. const. 11. Monet Apostolus.*

Rosarii indulgentias ampliat pro Confratribus, *Sixtus V. constit. 22. Dum ineffabilia.* Generalis, & Vicarius Generalis Ordinis S. Dominici de licentia Episcopi, *vbique* erigere potest Confraternitates Rosarii. *ibid.*

Alia de Rosario. Vide, *Confraternitas Rosarii.*

Rota Romana.

Rotæ Romanæ Auditores tenentur obseruare statuta quædam, & sunt 39. notata in *constit. 14. Ioan. 22. Ratio iuris.* Vide. *Auditores Rotæ.*

Rota Romana reformatur *à Pio 4. const. 44. in throno.* Vnica commissio in qualibet instantia est facienda, & quomodo procedendum in causis. Fatalium prorogationes, quomodo concedendæ.

Auditor Rotæ non potest ferre vllam sententiam, nisi in causa proposita in Rota. Sententia lata, intra quindecim *dies* scribenda est in actis, & in Rota vltima *intra mensem.* Termini, & cedulæ sententiarum quando *referendæ* Notario. Sententia ferri non potest, nisi perfecto regiſtro, & aliquando ex originali potest pronunciari. Auditor tenetur dare copiam decisionis ad instantiam *partis.* Causæ cognatorum, & familiarium *Auditorum* non possunt cognosci in Rota, vsque ad *secundum* gradum. Domestici Auditoris non possunt *esse* Procuratores, & Aduocati, aut Notarii in causa, quam cognoscit Auditor, neque eius consanguinei, vsque ad gradum secundum possunt esse Aduocati, &c. Aduocati non possunt assumi ad *intuitum* Auditoris. Curare debet Auditor, vt seruentur iura, & non decidantur contra antiquas decisiones. A liquidatione fructuum appellare licet, & duę conformes faciunt rem iudicatam. Causæ non possunt remitti ad Cancellariam, nisi de licentia Papæ, vel ex causis iustis à Rota probatis. Si in actis appareat suspicio criminis, remittatur causa ad iudicem ordinarium. Si causa criminalis *præiudicat* ciuili. Auditor supersedeat. Si iudex ordinarius *indiget* depositione testium in causa criminali, quam *agit*, tenetur Auditor dare. Sportularum taxa est hæc: Si res de qua agitur non, excedit pretium mille ducatorum, decem aureos accipere potest. Si mille, vsque ad decem millia, 25. à decem, vsque ad 20. millia, 50. deinceps pro qualibet maxima summa, centum.

In

In beneficialibus verò, si res, de qua agitur excedit summam ducatorum centum, accipere potest decem, & deinceps vsque ad mille, 25. à mille, vsque ad tria millia, 50. A tribus millibus deinceps, 100. Nihil vltra, nec ipsi, nec consanguinei, nec familiares possunt accipere. Sportulæ sunt dandæ, subscripta sententia, in manu Notarij, qui notare debet hoc in actis. *Pius* 4. *ibid.*
Notarij Rotæ qualitates, &c. *ibid.* Substituti nequeunt fieri, nisi ex licentia Auditoris. *ibid.*
Leges præfatæ, sub pœna excommunicationis, in qualibet prima Rota anni legendæ sunt. *ibid.*
Vide, *Auditor Rotæ*. Vide, *Notarius*. Vide, *Procurator*.

Rotæ aliæ in Statu Ecclesiæ.

Rota Perusina instituitur Perusij *à Clemente 7. const. 29. Exponi*. Facultates, officiales, &c. *ibid.*
Rota Bononiensis instituitur *à Paulo 3. const. 4. Ex iniuncto*. Facultates, & priuilegia illius, officiales; modus procedendi, &c. *ibid.*
Rota Maceratensis instituitur *à Sixto V. const. 94. Romanus. & capp. seqq.* Officiales; modus procedendi; priuilegia; facultates, &c. *ibid.*
Eius priuilegia, iura, &c. confirmantur *à Gregorio 14. const. 14. Romanum*.
Rota in Ciuitate Ferrariæ erigitur *à Clemente VIII. const. 59. In supremo. Facultates illius*; officiales; priuilegia, &c. *ib.*

Rura. Rustici.

Rustici, & agricultores, in statu Ecclesiastico, dum agris, & villis insident, non possunt molestari in bobus, vel alijs instrumentis agriculturæ; non inuadi, capi, &c. sub pœna infamiæ, & restitutionis in quadruplum. *Honorius 3. ex Cirone, de priuil. &c. c. 4.*
Rurale opus *in die* Dominico, vel festo fieri non potest.
Vide, *Dominica*. Vide, *Festum*. Vide, *Laborare*.

S.

Sabbathum.

SAbbathum à Christianis non est custodiendum literaliter, sed spiritualiter. *Gregorius 1. lib. 11. ex regest. ep. 3.*
Sabbatho abstinendum est à carnibus. Vide, *Carnes. de consecrat. dist. 5. c. Quia dies*.
Sabbatho non est cessandum à labore, sed Dominico die. *concil. Laodicen. c. 29.* & sub pœna excommunicationis præcipitur labor. *ibid. de consecrat. dist. 3. c. Peruenit. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 10.*
Sabbatho, olim, & feria 6. ieiunabatur, quia in vtroque die mœsti fuerunt Apostoli. *Innocentius 1. ep. 1. c. 4. de consecrat. dist. 3. cap. Sabbatho*.
Sabbatho, olim, ieiunandum erat, ob reuerentiam sepulturæ Domini. *ibid.*
Sabbatho magno, id est, Sabbatho Sancto ordinari, seu consecrari potest Episcopus. *Dist. 76. c. Dilectionis*.
Sabbatho Sancto ieiunium protrahendum citra noctem. *concil. Claramontanum c. 26.*
In Sabbatho Sancto, nulla Ecclesia, neque sæcularium, neque regularium campanas pulsare potest antequam eas pulset Ecclesia matrix, sub pœna ducatorum centum. *conc. Later. 5. sess. 11. const. 4. Dum intra*. Vide, *Campanæ*.

Sabaudia.

Sabaudiæ Episcopi quas, & à quibus possunt procurationes accipere, dum visitant. Sic & alij, qui visitant. *Extra, de censibus cap. Vas electionis*.
Sabaudiæ Dux. Vide, *Dux*.

Sabelli.

Sabellorum curiæ, iurisdictio reformatur. *Gregorius 13. constitut. 26. Dum rectè*.
Iterum *à Paulo V.* declaratur eius iurisdictio. *Const. 71. tit. De Sabellorum curia*.
Nunc ablata est sub *Innocentio X.*

Sabina.

Sabinenses non possunt ædificare castra in Sabina. *Gregorius 9. const. 10. Cum tota*.

Sacerdotium, eiusque dignitas.

Vide, *Presbyter*.
Sacerdotium legis veteris commutatum est in nouum. *Lib. 6. const. Apost. c. 23.*
Sacerdotis veteris legis, vestes, & officia, quid significent singillatim in lege noua. *Gregorius 1. lib. 1. ep. 34.*
Sacerdotium in omni lege fuit. *Conc. Trid. sess. 23. c. 1.*
Sacerdos primus in lege veteri scripta fuit Aaron. *Anacletus epist. 2.*
Sacerdotium non est terrena dignitas, sed cælestis. *Syricius ep. 3. cap. 3.*
Sacerdotes veri (id est quo ad meritum) non sunt omnes, qui sic nominantur. *Dist. 40. c. Multi sacerdotes*.
Sacerdotes, superiores sunt sæcularibus. *Clemens 1. ep. 1. c. 4.*
Sacerdotes honorandi, quia sunt patres spirituales populorum. *lib. 2. const. Apost. c. 33.*
Sacerdotes sunt præstantiores regibus. *ibid. c. 34.*
Sacerdotes à Deo electi sunt, vt sacrificent. *Fabianus ep. 2.*
Sacerdotes sunt speculum omni populo. *Felix 2. ep. 2.*
Sacerdotes ab omnibus honorandi. *Pontianus ep. 1. Fabianus ep. 2. Gregor. 1. lib. 4. ex regest. ep. 31.* etiam à Regibus. *11. q. 1. cap. Sacerdotibus*.
Sacerdotes etiam indocti, à doctis laicis sunt honorandi. *De hæreticis c. Cum ex iniuncto*.
Sacerdotes, Throni Dei vocantur, & quare. *Gregorius 4. ep. vn. in fine*.
Sacerdotes sunt Patres, & Magistri Regum, & Principum. *Dist. 96. c. Quis dubitet. Gregor. 7. lib. 8. ep. 21.*
Sacerdotalis potestas cum regia semper rexerunt genus humanum; & si istæ duæ non conueniunt, malè regitur. *concil. Colon. 2. par. 2. c. 2.*
Sacerdos in lege noua non habet potestatem parem Episcopo. *Conc. Trid. sess. 23. c. 4. & can. 7.*
Sacerdotum ordo bipartitus est à Domino. *Anacletus ep. 3.*
Sacerdos etiam Flamen vocatus est, quia inter Gentiles filum quemdam in capite portabat. *Dist. 21. c. Cleros*.
Sacerdos ita dicitur, quia sacrum dat. *ibid.*
Sacerdotalis ordo per Christum cepit à Petro. *dist. 21. c. in nouo.*
Sacerdotium in lege noua est visibile, & externum signum (id est ordinatio.) *Conc. Trid. sess. 23. c. & can. 1.*
Sacerdotium nouæ legis à Christo est institutum. *Conc. Trident. ibid. cap. & can. 3.* Vide, *Presbyter*. Vide, *Sacram.* Vide, *Ordo*.
Sacerdotium non est nudum ministerium, sed dicit potestatem consecrandi, & offerendi verum corpus, & sanguinem Christi, & dimittendi peccata. *Concil. Trid. sess. 23. cap. & can. 1.*
Sacerdotalis Ordo. Vide, *Ordo*. Vide, *Presbyteratus*.
Sacerdos non potest iterum fieri laicus per ablationem characteris. *Conc. Trid. sess. 23. c. & can. 4.*
Sacerdotes digniores meritis facilius à Deo exaudiuntur. *1. q. 1. c. Ipsi Sacerdotes*.
Sacerdos Græcus. Vide, *Græci*.
Alia de sacerdote. Vide, *Presbyter, per totum*. Vide, *Clericus*. Vide, *Ordo*.

Sacerdotis potestas.

Sacerdotis potestas semper fuit necessaria in regimine mundi; & nisi regia cum sacerdotali conueniat, malè regitur mundus. *conc. Colon. 2. par. 2. c. 2.*
Sacerdos à Deo est institutus ad sacrificandum. *Fabianus ep. 2. concil. Later. 4. c. 61. De fide, & summa Trinit. c. 1. Pontianus ep. 1.*

Sacer-

Sacerdotes habent potestatem relaxandi peccata. *de pœniten. dist. 1. cap. 78. Deus.* Vide, *Sacerdos circa Sacramentum Pœnitentiæ.*

Sacerdos est minister proprius baptismi. *de consecrat. dist. 4. cap. Constat.*

Sacerdos habet potestatem consecrandi verum corpus, & sanguinem Christi, ac remittendi, & retinendi peccata. *Concil. Later. 4. c. 61. de fide, & summa Trinit. c. 1. conc. Trident. sess. 23. c. & can. 1.*

Sacerdos solus potest Extremam vnctionem ministrare. *De verbor. signif. cap. Quæsiuit.* Vide, *Extrema Vnctio.* Vide, *Presbyter.*

Sacerdos, dum est in peccato, non perdit potestatem circa Sacramenta facienda. *conc. Constantiense contra art. 8. Ioannis Huss.* Vide, *Sacerdos malus.* Vide, *Sacramentorum minister.*

Sacerdotis potestas non est æqualis Episcopali. *concil. Trid. sess. 23. c. 4. & can. 7.* Vide, *Episcopus.* Vide, *Presbyter.*

Sacerdotij incapax.

Vide, *Presbyter.*

Sacerdos fieri non potest, nisi qui per alios gradus transierit. *Distinct. 59. c. Si officia.*

Sacerdos esse non potest, qui nescit Latinè loqui. *conc. Tolet. 19. c. 2.*

Sacerdos fieri non potest, nisi, qui multo tempore probatus examine. *Dist. 77. c. Quid est.*

Sacerdos esse non potest is, cui deficit oculus. *Dist. 55. c. vlt.*

Sacerdos ordinari non potest infamis. *6. q. 1. cap. Infames.*

Neque adulter, fornicarius, homicida, publicus pœnitens, &c. *Zacharias ep. 9.*

Laicus immediatè non potest fieri sacerdos. *Vigilius ep. 8.*

Ignorans non potest fieri sacerdos. *Dist. 38. c. Ignorantia. & cap. Si in laicis.*

Sacerdos ordinari non potest coniugatus, nisi promittatur cõuersio (id est Latinus.) *conc. Arelat. 2. c. 2.* Vide, *Clerici in sacris circa vxores.* Vide, *Græci.* Vide, *Sacerdos circa ordinat.* Vide, *Presbyter.*

Sacerdos quo ad sacrificium.

Vide, *Presbyter.*

Sacerdos electus est à Deo, vt sacrificet. *Fabianus ep. 2. concil. Lateran. 4. c. 61. de fide, & summa Trinit. c. 1.*

Sacerdos semel in die potest celebrare. Vide, *Missa.*

Sacerdos, siue bonus, siue malus, validè facit Sacramenta. *1. q. 1. c. Intra catholicam, & c. Omnia Sacramenta.* Vide, *Sacerdos circa Sacramenta.*

Sacerdos quoties sacrificium facit, tenetur Eucharistiam sumere, id est, corpus, & sanguinem Christi. *conc. Tolet. 12. cap. 5. de consecrat. dist. 2. c. Relatum est.* alias excommunicatur. *ibid. cap. Peracta.* Non sumens facit sacrilegium. *ibid. c. Comperimus.* Et hoc ex Apostolorum traditione. *ibid. c. Peracta.*

Sacerdos dicens missam, stolam super vtrumque humerum tenere debet. sic etiam quando non dicit, & communicat. *conc. Brachar. 3. c. 4.*

Sacerdos pollutionem patiens in nocte, debet in mane abstinere à sacrificando, si causata sit à turpi cogitatione ante somnum, vel ab ingluuie, vel si habuit animi concussionem, *Dist. 6. c. Testamentum.* nisi adsit necessitas. *ibid.*

Sacerdos, cui amputati sunt digiti, & medietas manus, non potest missam dicere. sed alia exercere. *De clerico ægrot. c. Presbyterum.*

Sacerdos dicens missam olim tenere debebat alium sacerdotem vicinum, qui occurrente casu repentino posset eam prosequi. *conc. Tolet. 7. c. 2. & Tolet. 11. c. 14.*

Sacerdos ebriosus missam dicens ante digestionem, est puniendus. *De accusat. c. Si constiterit.*

Sacerdos, qui in duello amisit partem digiti, non potest celebrare. *De corpore vitiatis c. 1.*

Sacerdos dicens missam defunctorum ad precandam mortem alicuius. Vide, *Missa.*

Sacerdos si est in mortali, debet confiteri, antequam celebret. *Conc. Londinense 1. c. 1. Conc. Trident. sess. 13. c. 7.* Quod si desit confessor, & vrgeat necessitas, potest celebrare, & postea quamprimum confiteri. *ibid.*

Sacerdos infidelis non permittatur sacrificare. *Lib. 7. const. Apost. cap. 78.*

Sacerdos, si post lapsum pœnitet, dispensetur, vt ministret; & ad honores redeat. *Calistus 1. ep. 2.*

Sacerdos non consecrans, sub vna tantum specie, communicat. *Conc. Colon. 2. p. 7. c. 15.*

Non potest celebrare sine ministro. *Conc. Colon. 2. par. 2. c. 18.* Vide, *Missa.*

Sacerdos à semetipso sumit Eucharistiam si celebrat. *Conc. Trident. sess. 13. c. 8. & can. 10.*

Sacerdos criminosus non potest missam dicere, nec alteri inseruire. *Concil. Trid. sess. 22. in decr. de obseruandis, & vitandis in celebrat. missæ.*

Sacerdos circa Sacramentum Pœnitentiæ.

Vide, *Presbyter.* Vide, *Pœnitentiæ Sacramentum.* Vide, *Sacramentum.*

Sacerdotes sunt ministri Sacramenti Pœnitentiæ, qui audiunt confessiones, absoluunt, & dant pœnitentiam. *Conc. Carthag. 4. c. 74. Concil. Rhemense cap. 12. & 16. de pœnit. dist. 1. cap. 78. Deus.*

Sacerdos solus potest hoc Sacramentum ministrare. *Leo X. constitut. 40. Exurge. Concil. Trident. sess. 14. cap. 5. & 6. & can. 10.*

Sacerdos non potest absoluere sine licentia Episcopi, nisi in necessitate. *Conc. Rauenn. 4. sub Ioan. 22. c. 2. 26. quæst. 6. cap. vlt.* & absoluens sine iurisdictione, vel propria, vel delegata, nihil facit. *Concil. Trident. sess. 14. cap. 7.* Vide, *Confessor.*

Sacerdoti ignoranti, confitendum non est. *De pœnit. dist. 6. cap. Placuit.*

Sacerdos, quando censetur idoneus ad ministrandum hoc Sacramentum. Vide, *Presbyter.*

Sacerdos non solum declarat absolutum, sed ipsemet absoluit, & sententiam pronunciat. *Conc. Trid. sess. 14. c. 6.*

Sacerdos absoluens ex ioco, nihil facit. *Trid. ibid. cap. 6. & can. 9.*

Sacerdos absoluens carere debet peccatis, vt licitè faciat. *De pœnit. dist. 6. c. Qui vult. Conc. Colon. 2. par. 2. c. 10. Concil. Trid. sess. 14. c. 6. & can. 10.*

Sacerdos existens in peccato, non amittit potestatem absoluendi. *Trid. ibid. c. 6. & can. 10.* Vide, *Peccans.*

Sacerdos ordinarius, seu simplex, non potest à reseruatis absoluere. *Conc. Trid. sess. 14. c. 7. & can. 12.* Vide, *Casus reseruati.* Vide, *Reseruare.*

Sacerdos non solum habet potestatem soluendi, sed etiam ligandi, id est, imponendi pœnitentias. *Trid. sess. 14. can. 15.* Vide, *Ligare.* Vide, *Pœnitentia.*

Sacerdos imponens pœnitentiam considerare debet personas, qualitatem peccatorum, & dolorem. *De pœnitent. dist. 1. cap. 86. Mensuram.*

Quantitatem pœnitentiæ suo arbitrio potest determinare. *ib.* Vide, *Pœnitentia.* Vide, *Satisfactio.*

Sacerdos imponens pœnitentiam, non facit contra finem clauium. *Conc. Trid. sess. 14. can. 15.*

Sacerdos sine acceptione personarum audire debet confessiones, & imponere pœnitentias. *Conc. Carthag. 4. c. 74.*

Sacerdos non potest soluere ligatum ab alio. Vide, *Legatus.*

Sacerdos absoluens, verè à peccatis absoluit. *Conc. Colon. 2. par. 7. c. 30. & Conc. Trid. sess. 14. c. 6.*

Sacerdoti prohibita.

Vide, *Presbyter.* Vide, *Clerici.*

Sacerdos non potest iudicare in causa capitali. *conc. Tol. 4. c. 30.*

Sacerdos simplex non potest Chrismate vngere in fronte. *dist. 21. c. Cleros. de consecr. dist. 5. de sacra Vnctione c. vn. §. Per frontis.* Vide, *Confirmatio.* Vide, *Chrisma.* Vide, *Presbyter.*

Sacer-

Sacerdos non debet esse tumultuosus ; obstrepens , fabulosus , vel nimium ridens, &c. *Conc. Tolet. 11. c. 1.*

Sacerdotes pugnare non possunt , nec etiam contra paganos. *Zacharias ep. 3.*

Neque ad bellum possunt ire, nisi cum Principe, ad summum duo Episcopi , & duo Cappellani. *Concil. Ratispon. sub Zacharia.* Sed non militare.

Sacerdos non potest interesse iocis publicis ; neque venationibus. *conc. Turonen. 3. c. 8.*

Neque epulis , vel lasciuiis. *Dist. 35. cap. Ecclesiæ. cap. Vinolentum.*

Neque potest esse Tutor. *dist. 88. c. Neque apud.*

Sacerdos simplex non potest reconciliare Ecclesiam pollutam, nec etiam si aqua ab Episcopo sit benedicta. *De consecr. Eccl. c. Aqua.*

Non potest officium Vice-comitis,&c. exercere pro sæcularibus , sub pœna anathematis. *Conc. Later. 3. in append. tit. Ne clericus c. 4.*

Sacerdos excommunicatus non potest prædicare. *conc. Constant. contra art. 17. & 18. Ioannis Huss.*

Non possunt sacerdotes aperire tabernas in suis domibus. *Reformatio cleri Germaniæ c. 4.*

Neque vacare mercaturis. *ibid.* Vide, *Clerici circa negotia sæcularia.*

Non possunt esse Cappellani fœminarum delicatarum. *Conc. Colon. 2. par. 2. c. 27.*

Cauere debent ab histrionibus , & aliis illecebris , quæ emolliunt. *conc. Turon. 3. c. 7.*

Sacerdotis obligationes.

Vide , *Presbyter*. Vide, *Clerici*.

Sacerdotes tenentur scire decreta Sedis Apostolicæ. *Syricius ep. 1. cap. vlt.*

Tenentur scire canones. *Cœlestinus 1. ep. 3. c. 1. concil. Toletan. 4. cap. 25. Distinct. 38. cap. Quando. cap. Nulli. cap. Quæ ipsis.*

Tenentur literis vacare , & fugere ignorantiam. *conc. Arelat. 3. cap. 3. Dist. 38. c. Ignorantia, & c. Si in laicis.*

Sacerdos ignorans non excusatur. *Dist. 38. c. Si in laicis.*

Sacerdotis vita pura,& casta esse debet. *Clemens 1. ep. 1. c. 4.*

Sacerdotis opera debent officio esse conformia. *concil. Parisien. 6. lib. 1. c. 4.*

Sacerdos prius se , deinde alios corrigere debet. 3. q. 7. *cap. Sacerdos.*

Sacerdotes non tenentur ieiunare quinquagesimam , sed quadragesimam. *conc. Aurel. 1. c. 26. de consec. dist. 3. cap. sacerdotibus.*

Sacerdos tenetur per se ministrare sacramenta. *De consecr. dist. 2. cap. Peruenit.*

Sacerdos magis quam alius tenetur ad abstinentiam à peccatis. *Dist. 40. c. Non nos.*

Sacerdos saltem in diebus Dominicis tenetur celebrare missam. Vide, *Missa*. Vide, *Presbyter. conc. Trident. sess. 23. de refor. c. 14. Si* verò sit Curatus, sæpius. *ibid.*

Sacerdos non consecrans sub vna tantum specie debet communicare. *conc. colon. 2. par. 7. c. 15.*

Sacerdos Latinus tenetur consecrare in azymo , Græcus verò in fermentato. *concil. Florent. in decr. Eug. IV. in vltima sess.*

Sacerdos omnibus festis tenetur celebrare , nisi iure impediatur. *conc. Mediol. 1. p. 2. tit. De frequenti diu. sacrif. celebr.*

Sacerdos obligatus pro cappellania, vel legato non potest cum eadem missa satisfacere etiam eleemosynæ diurnę. *Vrban. 8. const. 43. in declarat. ad quartum.*

Sacerdos circa vestes prophanas, & sacras.

Sacerdos non potest vti veste pomposa variata,&c. vel ab ordine aliena. *concil. Nicen. 2. cap. 16. 21. quæst. 4. c. Omnis iactantia.*

Sacerdotes extra domum non compareant sine veste sacerdotali. *21. q. 4. c. Sine ornatu, & cap. Episcopi.*

Sacerdotis vestes pro sacrificio sunt amictus , alba , cingulum, manipulus, stola, & casula. *conc. Coiacense c. 3.*

Vide , *Clerici quò ad habitum, & tonsuram.*

Sacerdotis priuilegia.

Sacerdotum priuilegia intacta sunt seruanda. *25. quæst. 2. cap. Priuilegia.*

Sacerdotes non possunt accusari à persona vili , vel malæ famæ. *Adrianus 1. in decr. ep. c. 16.*

Sacerdotes à coęqualibus possunt accusari. *6. q. 1. cap. Beatus Petrus. 2. q. 7. cap. Ipsi Apostoli. cap. Testes, & cap. Sacerdotes , vt antiqua.*

Sacerdotum causæ cum maxima maturitate sunt tractandæ. *Damasus ep. 4.*

Sacerdos non potest cogi ad iurandum. *2. q. 5. c. Sacramentum. c. Nos sanctorum. & c. Nos sacramentum.*

Sacerdos à populo accusatus cum iuramento se purgare potest. *2. q. 5. cap. Presbyter. cap. Habet hoc. cap. Mennam. cap. Quanto. cap. Quæ de causa. cap. Si mala fama. cap. Quoties. cap. Præsto. cap. Presbyteri à plebe. cap. Omnibus,&c. ibid.*

Sacerdos olim se pugnabat à crimine per missam. *2. q. 5. cap. Si Episcopo.*

Sacerdos deponi non potest absque iusta causa. *de sent. & re iudic. cap. Non potest.* Vide, *Depositio*.

Sacerdos non potest à populo reprehendi. *6. q. 1. cap. Sacerdotes. & c. Oues.*

Sacerdotes à regibus non possunt iudicari. Vide, *Reges*. Vide, *Clerici*.

Contra sacerdotes examinari non possunt alii testes, nisi sacerdotes. *2. q. 7. c. Ipsi & cap. Testes.*

Sacerdotes non possunt esse testes , nisi in necessitate , & hoc cum licentia Episcopi. *14. q. 2. c. Quamquam.* Quando autem ferunt testimonium , sunt honorificè tractandi. *ibid.*

Sacerdotibus dandæ sunt primitiæ de omnibus. *Lib. 7. const. Apost. c. 30.* Vide , *Decimæ*.

Sacerdos cum communicat accipens Eucharistiam sine sacrificio stolam teneat ad collum. *dist. 23. c. Ecclesiastica.*

Sacerdotum confessio (cum sunt testes in iudiciis) non debet esse extorta per fides, aut scripturas ab eis petita , sed spontanea. *15. q. 6. c. 1.*

Vide , *Clericorum priuilegia*. Vide , *Clerici per alios titulos*. Vide , *Ecclesiastici*. Vide , *Presbyter*. Vide, *Testes varia de testibus.*

Sacerdotum numerus.

Sacerdotum numerus , melior est paruus, & bonorum, quam magnus, & malorum. *conc. colon. 2. par. 1. c. 35.* Vide , *Clericorum numerus.*

Sacerdotes circa vxores , & matrimonia.

Sacerdos nequit ordinari, homo coniugatus, nisi præmittatur conuersio. *concil. Arelat. 2. cap. 2.* intelligitur de Latino. *Dist. 28. c. Assumi.*

Sacerdos tenetur ad cælibatum. *Syricius ep. 1. c. 7. ep. 4. c. 9. Innoc. 1. ep. 2. c. 9.* & si non obseruat, omni officio priuandus est. *Innoc. 1. ep. 3. c. 1. & 5. c. 1. Dist. 31. c. Sacerdotibus. c. Si laicus. Dist. 82. c. Proposuisti. c. Quia aliquanti. c. Plurimos. conc. Senonen. c. 8.*

Docens sacerdotem Latinum non teneri ad cælibatum,est hęreticus. *conc. Senonen. ibid.*

Sacerdos ducens vxorem in ordine , deponatur. *dist. 28. cap. Presbyter.*

Sacerdos contrahens matrimonium,de facto incurrit excommunicationem. Vide , *Matrimonia*. Vide , *Presbyter*. Facta pœnitentia, ab Episcopo dispensatur , vt ministret, sed matrimonium est nullum. *De clericis coniugatis c. Sanè sacerdotes.*

Sacerdotes , qui in ordine filios generant , officio priuantur. *Innoc. I. ep. 5. Dist. 81. c. Maximianus.*

Vide , *Clerici in sacris, &c.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione status spiritualis*. Vide, *Ordinati in sacris, &c.* Vide , *Presbyter*. Vide, *Græcus*.

Sacer-

Sacerdos peccans cum filia spirituali.

Confessor peccans cum filia spirituali, seu pœnitente, sibi confitente, deponendus est. *Post ep.4. Celestini 1. c.3. 30. q.1. c. Non debet. c. Omnes. & c. Si quis sacerdos.* Pœnitentis pœnitentia. *ibid. c. Omnes.*

Sacerdos, qui prætextu confessionis sollicitat pœnitentem ad turpia in confessionario. Vide, *Confessor*. Vide, *Sollicitans*.

Sacerdotes fornicarij, adulteri, & concubinarii.

Sacerdos cadens in fornicationem, officio priuandus est sacerdotis. *Nicolaus 1. in decr. tit. De presbyteris c.2. dist.81. cap. Presbyter.* si in ea deprehenditur. *ibid. conc. Vormat. 1. c.11.* Deprehensus in ea debet inter laicos facere pœnitentiam. *Dist.81. c. Presbyter.*

Sacerdos fornicarius manifestus, non potest restitui in gradum. *Dist.50. c. Sacerdotes.*

Sacerdos fornicarius non potest ingredi Ecclesiam. *Dist.81. c. Si qui sunt.*

Sacerdos fœminam accipiens, & tenens, quomodo puniendus est. *Dist.81. c. Si quis amodo. c. Si quis sacerdotum. c. Eos, & c. Ministri altaris.*

Sacerdos accusatus à sola muliere de fornicatione, non potest puniri, sed debet se purgare. & si verè se purgat, fœmina punitur. *De adulteriis, & stupro cap. Significasti. conc. Later. 3. in append. part. 50. cap. 21. conc. Vormat. 1. cap. 11.* Si non potest se purgare, suspenditur ab officio. *De adulteriis c. Significasti. & conc. Later. 3. vbi supra.*

Sacerdos concubinarius, in officio vitandus non est, nisi sit notorius. *De cohabitat. cleric. & mulier. c. Quæsitus.*

Sacerdos fornicarius à canonica arceatur. *conc. claramontan. cap. 9.*

Infamis efficitur, & ab officio suspenditur. *Concil. Eboracense 1.*

Sacerdos non relinquens concubinam, non potest ad altare accedere, neque in choro cum alijs manere. *conc. Rom. sub Nicolao 2. c.3.* Neque partem Ecclesiæ potest habere. *ibid.*

Vide, *Clerici fornicarii*. Vide, *Presbyter.*

Sacerdos negans sacramenta.

Sacerdos negans sacramentum pœnitentiæ morientibus, reus est animarum. *Post ep.3. Iulii 1. 26. q.6. c. Si presbyter. & c. Agnouimus.*

Sacerdos nolens baptizare morientem, qui id petit, deponendus est. *De consecrat. dist.4. c. Quicumque.*

Sacerdos non debet negare sacramentum pœnitentiæ damnatis ad mortem. *De pœnit. & remiss. c.1.*

Sacerdos malus circa Sacramenta.

Sacerdos malus adhuc validè facit Sacramenta. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgaror. c.71. in decr. tit. De Presbyteris cap. 5. 1. q.1. cap. Intra catholicam, & cap. Omnia Sacramenta. cap. Dominus. cap. Non nocet. cap. Christus. de consecrat. & c. cap. Vtrum sub figura. 15. q.8. cap. Scisciantibus.*

Sacerdos malus non perdit ordinem, id est, characterem. Vide, *Peccans*. Vide, *Sacerdos circa Sacramentum Pœnitentiæ.*

Sacerdotum officia, in sacramentorum confectione, non merita, considerat Deus. *1. q.1. c. Cum scriptura. c. Significastis, & c. Non quales.*

Sacerdotum vita non consideranda, sed quæ docent. *1. q.1. c. Significastis. & c. Non quales.*

Sacerdos malus habens veram materiam, formam, & intentionem, facit sacramentum. *conc. constantiense sess. vlt. in constitut. Martini V. circa medium.* & *contra art. 4. Vvicleff. & contra art.8. Ioann. Huss.* Vide, *Sacram. minist.*

Sacerdos malus non priuat Ecclesiam dignitate. *16. q.6. c. Si fortassis.*

Malitia sacerdotum non vitiat sacramenta. *1. q. 1. c. Nonne Sodomitæ.*

Sacramenta bona sunt, etiam si ministri mali. *1. q.1. c. Sic autem.*

Sacerdos malus consecrans, sibi officit non sacramento. *conc. colon. 2. p.7. c.17.*

Vide, *Minister*. Vide, *Presbyter.*

Sacerdos publicè criminosus.

Sacerdos publicè confessus peccata sua, remouetur ab officio. *Conc. Toletan. 13. c.10.*

Sacerdos capitale crimen committens, officio priuatur, & communione. *Dist.81. c. Si diaconus.*

Sacerdos criminosus non potest dicere missam, nec inseruire alteri dicenti. *conc. Trid. sess.22. in decr. de obseru. & vitand. in celebrat. Missæ.*

Sacerdotes criminosi non admittendi ad dicendam missam. *conc. Mediol. 1. part.2. tit. Quæ pertinent ad celebrat. &c.*

Vide, *Clerici*. Vide, *Missa*. Vide, *Presbyter.*

Sacerdos circa ordinationem.

Vide, *Ordinatio*. Vide, *Presbyter.*

Sacerdos ordinari non potest, nisi ad locum determinatum Ecclesiæ. *Post conc. Valent. c.16.*

Sacerdos ordinari non potest, *qui non est aptus, & idoneus. Conc. Later. 4. c.27.*

Sacerdos ordinari non potest infamis. *6. q.1. c. Infames.*

Sacerdos non potest ordinari, qui nescit Latinè loqui. *conc. Tolet. 19. c.2.* Vide, *Presbyter.*

Sacerdos ordinari potest, qui ætatem habet 25. annorum. *Zacharias ep.12. Clement. de ætate, & qualit. & c. c.fin.*

Sacerdos non baptizatus, iterum est ordinandus. *de Presbyt. non baptizato, & c. c. Veniens.*

Sacerdos carens vngula pollicis, ex dispensatione Papæ potest ordinari. *Honor. 3. ex Cirone, tit. de corpore vitiatis c. 2.* Si pollex sit fortis, vt tangat Eucharistiam.

Sacerdos oculum habens maculatum, Papæ indiget dispensatione, vt ordinetur. *Honorius 3. ibid. c.1.*

Sacerdos ab Episcopo est ordinandus. *Anacletus ep.2. dist.67. c. Reliqui Sacerdotes & c. episcopus.*

Sacerdos ab vno Episcopo est ordinandus. *Dist.67. c. Reliqui, & c. Episcopus.*

Sacerdos ordinatus, si dubitat, an ordinans sit Episcopus, debet iterum ordinari. *dist.68. c. Presbyteri.*

Sacerdotis ordinatio non potest fieri à laicis, nec ad eam requiritur eorum consensus. *Dist. 63. c. Non licet. Conc. Trid. sess.23. c.4. & can.7.*

Sacerdos ordinatus non potest fieri laicus per ablationem characteris. *conc. Trid. sess.23. c. & can.4.*

Sacerdos dum ordinatur, stolam super vtrumque humerum teneat. *Dist.23. c. Ecclesiastica.*

Sacerdos ordinatus ante ætatem legitimam, vel ignorans, suspenditur ab executione, donec perueniat ad ætatis, vel doctrinæ sufficientiam. *conc. Senon. in decr. morum c.6.*

Vide, *Ordinati male*. Vide, *Promoti male.*

Sacerdos deserens fidem.

Sacerdos deserens fidem, priuatur officio sacerdotali. *Victor 1. ep.2. l.7. const. Apost. c.28.*

Sacerdos reuertens ab hæresi, non potest ministrare sacramenta, nisi prius absoluatur, & ab irregularitate dispensetur. *conc. colon. 2. tit. Censuræ c.8.*

Vide, *Clerici hæretici*. Vide, *Fides*. Vide, *Hæretici*. Vide, *Lapsus*. Vide, *Presbyter.*

Sacerdos depositus, vel suspensus, tentans ministrare.

Sacerdos priuatus officio sacerdotis, si missam dicit, excommunicatur, vsque ad finem vitæ, & alias facit pœnitentias. *Gregor. 1. l.4. ep.5.*

Sacer-

Sacerdos ſuſpenſus ob incontinentiam, ſi celebrat, beneficiis ſpoliatur, & perpetuo deponitur ab ordine. *Concil. Lateran.4. cap.14.*
(Epiſcopus autem eum abſoluens, eſt deponendus. *ibid.*) *Conc. Germanicum 1. c.6. Conc. Lugdun.Gener. 1.*
Talis celebrans, fit irregularis, nec poteſt, niſi à Papa, diſpenſari. *Conc. Lugdun.1. ibid. de ſent. & re iud. in 6.*
Vide, *Clerici*. Vide, *Degradatus*. Vide, *Depoſitus*.
Vide, *Irregularis*. Vide, *Presbyter*. Vide, *Suſpenſus*.

Sacerdos accuſatus.

Sacerdos accuſatus, ſed non conuictus per teſtes, poteſt ſe purgare cum iuramento. *2. q.5. cap. Presbyter vel, cap. Habet, & cap. Presbyter ſi à plebe. cap. Mennam. cap. Quanto. cap. Quæ de cauſa. cap. Si mala fama. cap. Quoties. cap. Præſto, cap. Omnibus*, & aliis ibi.
Sacerdos purgans ſe de querela, iterum recipit beneficia. *2. q.5. cap. Super cauſa, & cap. Quoties.*
Sacerdos accuſatus à ſola muliere de fornicatione, &c. non poteſt puniri, ſed debet ſe purgare; & ſi vere ſe purgat, mulier eſt punienda. *de adulterijs, &c. cap. Significaſti.*
Non potens ſe purgare, ab officio ſuſpenditur. *ibid. Concil. Later.3. par.50. cap.21.*
Sacerdos accuſatus, olim, ſe purgabat per Miſsam. *2. q.5. cap. Si Epiſcopo.* Nunc eſt prohibitum.
Vide, *Sacerdotis priuilegia*. Vide, *Presbyter*.

Sacerdotum peccata grauiſſima.

Sacerdotes peccantes, grauiſſimè delinquunt. *Gregorius I. lib.9. ex regeſt. ep.64. Martin.I. ep.12.*
Sacerdotum praua vita eſt cauſa naufragij populorum, & Eccleſiæ. *Gregor.7. lib.1. ep.42. lib.4. ep.11.*
Sacerdos percutiens aliquem, ſi non mortaliter, abſtineat per aliquod tempus à miniſterio: ſi mortaliter, non debet amplius miniſtrare. *Nicolaus 1. in decret. tit. de Presbyteris c.3. diſt.50. c. Sacerdotes.* Vide, *Clericus percuſſor*.
Sacerdos peccans non amittit ordinis characterem.
Vide, *Peccans*.

Sacerdotum offenſores.

Vide, *Clerici*. Vide, *Eccleſiaſtici*. Vide, *Presbyter*.
Sacerdotem offendens, grauiter puniendus. *Lib.6. conſtit. Apoſt. cap.6.*
Sacerdotum calumniatores, excommunicandi. *3. q. 1. cap. Deus ergo.*
Sacerdoti oculum eruens, eſtò in ira, officiis omnibus priuatur, & inhabilis fit ad ea. *diſt.55. cap.vlt.*
Sacerdotes perſequens eſt ſacrilegus. *17. q.3. cap. Sicut qui Eccleſiam.*

Sacerdos ſummus.

Vide, *Epiſcopus*. Vide, *Papa*.
Sacerdos ſummus eligi non poteſt, qui eſt laicus. *diſtin.59. cap. Hoc ad nos.*
Sacerdos ſummus fieri non debet, qui caret diſciplinis Eccleſiaſticis. *diſt.59. cap. Qui Eccleſiaſticis, & c. Ordinatos.*

Sacerdos circa cohabitationem cum mulieribus.

Vide, *Clerici circa cohabitationem, &c.*
Sacerdos non poteſt ſimul cum mulieribus habitare. *diſt.81. cap. Oportet. cap. Volumus. cap. Legitur. cap. in omnibus, cap. cum omnibus, & cap. Non oportet.*

Sacerdotum inſtitutio in Eccleſijs, vel depoſitio.

Sacerdotes ab Epiſcopis ſolis inſtituendi, & deſtituendi ſunt in Eccleſijs. non autem à laicis. *De hæret. c. cum ex iniuncto, in fine.* Vide, *Benef.* Vide, *Clerici*. Vide, *Epiſcopus*.
Sacerdos non idoneus, non à laico, ſed ab Epiſcopo eſt remouendus. *ibid. cap. cum ex iniuncto.*
Sacerdos non poteſt deponi abſque iuſta cauſa. *De ſent. & re iudic. cap. Non poteſt.*
Sacerdotes de nouo poſiti in aliquo loco, quomodo alendi. Vide, *Parochi*.

Sacerdos peregrinus.

Vide, *Clerici peregrini*. Vide, *Peregrini*. Vide, *Presbyter*.
Sacerdos peregrinus, de cuius ordine non conſtat, in publico non celebret, ſed potius in occulto, ſic olim. *De clericis peregrinis cap. Tuæ fraternitatis.*
Sacerdotes ignoti, & peregrini admitti non debent ad ſacra facienda, niſi habeant licentiam ſui Epiſcopi, vel Vicarij Dieceſani. *Conc. Auguſtan. c.6. Conc. Mogunt.4. cap.94. Conc.Trident. ſeſſ.22. in decr. de obſeruandis, & vitandis in celebrat.Miſſæ. & in ſeſſ.23. de reform. c.16.*

Sacerdotum filij.

Vide, *Clerici*. Vide, *Filij*. Vide, *Presbyter*.
Sacerdotum filii obtinere non poſſunt Eccleſias, & beneficia, quæ habuerunt Patres immediatè. ſiue geniti ſint in Sacerdotio, ſiue non. Sed ſi alii medient inter ipſos, qui ea obtineant, poſſunt poſtea habere. *Conc. Later.3. p.50. c.60.*

Sacerdos nouiter ordinatus.

Sacerdos nouus (olim) tenebatur intra tres menſes dicere primam Miſſam; deinde frequenter in aliis temporibus, ſaltem ſemel in anno. alias beneficiis erat priuandus. Regularis verò actiua, & paſſiua voce, & locum poſt omnes habebat. *Conc. Rauenn.3. poſt Clem.V. c.13.*
Sacerdos nouiter ordinatus, in prima Miſſa non faciat conuiuia, niſi inter parentes, & amicos. & tunc ſobria ſint, & ſine luxu. *Conc.Mogunt. 4. cap.60.*
Vide, *Miſſa*. Vide, *Presbyter*. *Conc. Mediolan. 1. par.2. tit. Quæ pertinent ad celebrationem Miſſæ.*

Sacerdos circa miniſterium Euchariſtiæ.

Sacerdos ſub pœna excommunicationis non poteſt communicare laicos, ſub vtraque ſpecie. *Concil. Conſtantienſe ſeſſ. 13. c.2.* Vide, *Euchariſtia*.
Sacerdos non conſecrans Euchariſtiam ſub vna ſpecie accipit. *Conc. Colon.2. par.7. cap.15.*
Sacerdos celebrans, à ſemetipſo ſumit Euchariſtiam. *Conc. Trident. ſeſſ.13. c.8. & can.10.* Vide, *Euchariſtia*.

Sacerdos Cappellanus Principis.

Sacerdos Cappellanus Principis excommunicati, ob vſurpationem rerum Eccleſiæ, ad quid tenetur. *conc.Later.3. in append. tit. de excommunicatis c.6.*

Sacerdos circa clandeſtina matrimonia, & alia vetita.

Sacerdos præſens matrimonio clandeſtino, per tres menſes ſuſpenditur ab officio, & beneficio, & eius fructus applicantur fabricæ Eccleſiæ, & impenſis pro Concilio. *conc. Toletan.22. cap.17.*
Sacerdos præſens matrimonio in tempore prohibito, pœna pecuniaria mulctatur. *conc.Tolet.22. c.16.*
Sacerdos coniungens in matrimonium aliquos ſine licentia Ordinarii, vel Parochi, vel benedicens matrimonium, remanet ſuſpenſus ab officio ad arbitrium Ordinarii, cui Parochus ad quem pertinebat, ſubditus eſt. *concil. Trident. ſeſſ.24. de matrimon. reform. c.1.*
Vide, *Matrimonia clandeſtina*. Vide, *Parochus*.

Sacerdotes Græci.

Vide, *Græci*.
Sacerdos Græcus debet in fermentato conſecrare. *conc. Florent. ſeſſ.vlt. in decr. Eugenij IV.*
Sacerdotes Græci coniugati audire poſſunt confeſſiones Parochianorum. *Innoc.IV. conſt.14. Sub catholicæ.*

Græci

Græci Episcopi deputare possunt in Parochiis sacerdotes coadiutores. *ibid.*

Sacerdos Græcus contrectaturus sacramentum, debet abstinere ab vxore. *Dist.* 84. *cap. Cum in præterito, & c. Cum de quorumdam.*

Sacerdos Græcus, antequam celebret, quanto tempore abstinere debet ab vxore. Vide, *Græcus.*

Sacra dignitas.

Sacra dignitas non obtinenda per pretium. dantes, & obtinentes, sunt simoniaci & grauiter puniendi. *Gelasius ep.9.* Vide, *Dignitas.* Vide, *Simonia.*

Sacra loca.

Sacra loca, Romani Pontificis priuilegiis munienda sunt. *Gregorius* 1. *lib.* 11. *ex regest. ep.*8.

Sacra loca fieri non possunt diuersoria communia, sub pœna excommunicationis. 19. *q.* 3. *cap. Quoniam.*

Sacra vestes. Vasa. Pallæ, &c.

Sacras vestes, vela, &c. altarium vendens, vt Iudas existimatur. *Clemens* 1. *ep.* 2.

Sacra vasa inimicis fidei credentes, remoueantur à Clero. *Conc. Arelat.* 1. *c.* 13.

Sacra vasa, aut pallæ non tangendæ à non sacris. *Sother. ep.* 2. *Concil. Agathen. c.*66. *Dist.* 23. *cap. Sacratas. & cap. Non oportet. De consecrat. dist.*1. *cap. In sancta hac. concil. Colon.*2. *par.*3. *c.* 31.

Sacra vela, pallæ, &c. comburenda sunt cum sunt antiquata, & cineres mittendi in locum, ad quem non est accessus. *de consecrat. dist.*1 *cap. Altaris.*

Sacra vela, quomodo abluenda. *ib. c. Nemo per ignorantiam.*

Sæpè per custodes abluenda, sub pœna suspensionis ab officio, & priuationis emolumentorum, donec pareant. *Conc. Colonien.*3. *tit. Censuræ c.*13.

Sacra vasa, vestes, &c. non possunt commodari, nec inseruire pro vsu prophano. *Conc. Mediolan.*1. *par.*2. *tit. de Ecclesijs, & earum vsu.* Vide, *Vasa.* Vide, *Vestes.*

Sacramentorum natura, necessitas, institutio, & numerus.

Vide, de quolibet Sacramento in particulari.

Sacramenta Ecclesiæ septem sunt, Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, Ordo, Matrimonium, & Extrema Vnctio. *Conc. Londin.*2. *c.* 2. *Conc. Florent. sess. vlt. in decr. Eugenij* 4. *Conc. Senon. tit. De matrimonio. Concil. Colon.*2. *p.*7. *c.*1. *Conc. Mogunt.*4. *cap.* 11. *Conc. Trid. sess.* 7. *de Sacram. can.* 1.

Sacramenta fiunt per res, & verba. 1. *q.*1. *c. Detrahe.*

Sacramenta tribus perficiuntur, rebus, verbis, & ministro cum intentione. rebus, vt materia, verbis autem vt forma. *Concil. Florent. sess. vlt. in decr. Eugenij* 4. *§. Quinto Ecclesiasticorum.*

Sacramentum non fit, si aliquod ex his tribus desit. *idid.*

Sacramentum quolibet nouæ legis est verum, & proprium Sacramentum. *Conc. Trid. sess.*7. *de Sacram. can.* 1.

Sacramentorum formæ per Apostolorum traditiones habentur. *Conc. Senonense c.* 5.

Sacramentorum administrandorum Ritus per traditiones accepti sunt. *Dist.* 11. *c. Ecclesiasticarum, in fine.* Vide, *Ceremoniæ.* Vide, *Ritus.*

Sacramenta Ecclesiæ non sunt humanum inuentum, aut recens, sed diuinum. *Conc. Senon. c.*10.

Sacramenta legis nouæ, differunt ab antiquis, quia antiqua figurabant gratiam dandam per Christi passionem; noua verò eam continent. *Conc. Florent. sess. vlt. in decr. Eugenij* 4. *Conc. Trid. sess.*7. *de Sacram. can.*2.

Non differunt solum, quia cæremoniæ. *Conc. Trid. ibid.*

Sacramenta sensibilia sunt, & continent effectum insensibilem. *Conc. Colonien.*2. *par.*7. *c.* 2. *Conc. Mogunt.* 4. *c.*11. & *Trid. vbi supra.*

In sacramento adest ipsum sacramentum, & res sacramenti. *De celebrat. Missar. c. Cum Marthæ.*

Sacramenta non sunt paria, sed vnum alio dignius. *Concil. Trid. sess.*7. *de Sacram. can.* 3.

Sacramenta non sunt sola signa, seu notę christianitatis. *Trid. ibid. can.*6.

Sacramenta nouæ legis omnia à Christo sunt instituta. *Conc. Trid. sess.* 7. *de sacram. can.* 1.

Non sunt instituta propter solam fidem nutriendam: *Trid. ibid. can.*5.

Sacramenta nouæ legis sunt necessaria ad salutem, vel in re, vel in voto, licet non omnia omnibus. *Conc. Trid. sess.* 7. *de sacram. can.* 4.

In Sacramentis Ecclesia potest multa mutare, salua eorum substantia. *Conc. Trid. sess.* 21. *c.*2.

Sacramenta fieri non possunt absque intentione faciendi. Vide, *Intentio.*

Sacramentorum efficiens, seu minister.

Si minister malus sit, sacramenta non cessant esse bona. *dist.* 19. *cap. Secundum.* 1. *q.* 1. *c. Nonne Sodomitæ, & cap. Sic autem.* Vide, *Sacerdos malus.*

Sacramenta communia sunt bonis, & malis ministris (circa validitatem.) *de consecr. dist.*4. *c. Est vnitas.*

Sacramenta ministrata à malis, eis nocent, *non sumentibus.* 1. *q.*1. *cap. Omnia.*

Sacramenta validè fiunt, etiam à malis ministris. *conc. Trid. sess.*7. *de sacramentis can.* 12.

Sacramenta non ampliantur, nec minuuntur ob meritum, vel demeritum ministri. 1. *q.* 1. *c. Multi sæcularium.* Vide, *Minister.*

Sacramenta licitè sumi possunt à sacerdote malo tolerato. 15. *q.*8. *cap. Scisciantibus. Conc. Later.* 3. *in append. par.*50. *c.*38. *de cohabitat. cleric. & c. c. Vestra.*

Sacramenta à puris, & mundis ministranda. *conc. Turon.*1. *c.*1.

Sed si minister sit in peccato *mortali*, adhuc validè facit. *concil. Trid. sess.*7. *de sacram. can.*12.

Sacramenta non possunt ministrari ab omnibus Christianis. *Conc. Trident. sess.* 7. *de sacram. can.* 10. Vide, *Sacerdotis potestas.*

Sacramenta fieri non possunt, nisi à ministro habente intentionem faciendi, quod facit Ecclesia. *Conc. Trid. sess.* 7. *can.* 11. *de sacramentis.*

Sacramenta omnia crucis signo perfici debent. *De consecr. dist.* 5. *cap. Numquid.*

Sacramenta contrectans, debet ab vxore abstinere. *dist.* 84. *c. Cum in præterito, & c. Cum de quorumdam.*

Quomodo sacramenta se subducunt à manibus impiorum; & in eis non est Spiritus sanctus, (id est in beneficium ministrantium.) 1. *q.*1. *c. Manifestum, & c. Sacrosancta.*

Vide, *Minister.*

Pro ministerio sacramentorum, nihil soluendum.

Pro sacramentorum ministerio, nihil exigendum. *Conc. Senonen. in decr. morum c.*2. *Conc. Colon.*2. *par.*7. *c.*1. & *par.* 8. *c.*1. *conc. Treuerense c.*14. *conc. Mogunt.*4. *c.*92. sub pœna suspensionis ab officio. *ibid. conc. Londinense* 2. *cap.* 3. *Conc. Oxonien.* 1. *c.* 22. *conc. Mediolan.*1. *par.*2. *tit.*1. Nec directè, nec indirectè potest aliquid peti. *ibid.*

Si aliquid sponte offertur in sacramenti ministerio, potest accipi. *conc. Treuerense c.*14. *conc. Mogunt.* 4. *c.*92. *de simonia cap. Dilectus.*

Sacramentorum effectus; quando, & vbi sunt conferenda.

Sacramenta afferunt salutem; sed non extra Ecclesiam. 1. *q.* 1. *c. Si quis inquit. conc. Londinen.* 2. *c.*3.

Sacramenta conferunt gratiam, dignè suscipientibus. *Conc. Florent. sess. vlt. in decr. Eugenij* 4. *§. Quinto ecclesiasticorum. Leo X. constit.* 40. *Exurge. Concil. Mogunt.* 4. *cap.* 11. *concil. Trident. sess.*7. *de sacramentis can.*6. *&* 7.

Vide, *Gratia.*

Sacra-

Sacramenta causant gratiam, & sanctificant non ex ministri merito. *sed* ex merito, & virtute Christi. *Conc. Mogunt. 4. c.11.* Vide, *Gratia*.
Sacramenta sunt signa sensibilia, efficacia. *Concil. Mogunt. 4. cap. 11.*
Sacramenta semper, quantum est ex parte Dei, causant gratiam. *conc. Trid. sess. 7. can. 7. de sacramentis.* Vide, *Gratia.*
Sacramenta nocent indignè tractantibus. *1. quæst. 1. ca. Per Isaiam.* Sed prosunt dignè sumentibus. *ibid.*
Sacramenta non distribuantur in campis. *de consecr. dist. 1. c. Non oportet.*
Sacramenta non possunt dispensari in Oratorijs. *ib. c. clericos.*

Sacramenta, quomodo, & à quo sumenda.

Sacramentum Eucharistiæ ieiuni tantum sumere possunt. *de consecr. dist. 2. c. Liquido, & dist. 1. c. Sacramenta. conc. carthag. 3. c. 29. & 48.* Vide, *Eucharistia.*
Sacramentum Eucharistiæ euomens, quomodo puniendus. *ibid. c. Si per ebrietatem.*
A sacramentis cælestibus abstinere, non est pœnitentia. *De pœnit. dist. 1. c. 56.*
Sacramenta non danda indignis. *dist. 43. c. In mandatis.*
Vide de quolibet Sacramento.

Sacramenta quomodo ministranda, & à quibus.

Sacramenta ministranda iuxta ritum Ecclesiæ Romanæ. *concil. Mogunt. 1. c. 4.* Vide, *Ritus.* Vide, *Ecclesia Romana.*
Sacramenta à sacratis tantum debent ministrari. *de consecrat. dist. 2. c. Tribus gradibus.*
Sacramenta ministrari non possunt, nisi cum vestibus congruis. *conc. Eboracense 1. conc. Rauenn. 7. sub Clem. 5. c. 6.*
Sacramenta omnia signo crucis, sunt perficienda. *de consecr. dist. 5. c. Numquid.*
Sacramentorum administrandorum ritus per traditionem accepti sunt. *dist. 11. c. Ecclesiasticarum, in fine.*
Sacramenta ministrantes contra consuetudinem receptam ab Ecclesia, ab ordinario corripiendi, & à Ministerio abiicienda. *Conc. Mogunt. 4. c. 50.*
Ritus in administratione sacramentorum recepti non possunt omitti sine peccato. *Conc. Trident. sess. 7. can. 13. de sacramentis.*
Sacramenta omnia à ieiunis ministranda. *Conc. Rauennat. 7. sub Clem. V. c. 6.*
In Sacramentis potest Ecclesia multa mutare, salua eorum substantia. *Conc. Trid. sess. 21. c. 2.*
Sacramentorum ritus, & vsus explanari debent per Episcopos, & Parochos in festis, vt maiori deuotione fideles ad ea accedant. *conc. Trident. sess. 24. de refor. c. 7.*
Vide, *Minister.* Vide, *Sacramentorum efficiens.*

Sacramentorum doctrina.

De Sacramentis non est aliter sentiendum, quam sentiat Ecclesia Romana. *de hæreticis c. Ad abolendam. conc. constant. in const. Martini V.* aliter sentiens est hæreticus. *ibid.*
In Ecclesia Romana est vera doctrina de sacramentis. *ibid.* Vide, *Ecclesia Romana.*
In Sacramentis potest Ecclesia multa mutare, salua eorum substantia. *Conc. Trid. sess. 21. c. 2.*
Sacramentorum iniuriæ à Regibus, & Principibus sunt vindicandæ. *23. q. 5. c. Si propterea.*

Sacramenta, an iteranda.

Sacramenta (imprimentia characterem) non sunt iteranda. Vide de quolibet, vt Baptismo, Confirmatione, & Ordine. & *Concil. Tridentin. sess. 7. can. 9. de sacramentis.*
Hæc Sacramentum extra Ecclesiam à vero ministro collata, non iterantur. *dist. 4. de consecr. c. Non in vobis. 1. q. 1. c. Sacramenta, & c. Sicut.*

Sacramentorum abusus.

Sacramentis abutens, ab Inquisitore puniendus est. *Adrianus VI. const. 2. dudum.*
Sacrificium offerens dæmonibus. Vide, *Dæmon.* Vide, *Magi.* Vide, *Sortilegi.*

Sacrificium.

Sacrificium sic dicitur, quia *sacrum factum*. dicitur mysterium, quia secretum continet. dicitur sacramentum, quia significat aliquid sanctè accipiendum. *1. q. 1. c. Multi sæcularium.*
Sacrificium Melchisedech fuit figura sacrificij Christi. *De consecrat. dist. 2. c. Accipite.*
Sacrificium fieri non potest de animalibus, lacte, melle, &c. *conc. quod dicitur Apostol. c. 3.*
Sacrificium cruentum legis veteris, mutatum est in incruentum. *Lib. 6. const. Apostol. c. 23.*
Sacrificia Deo facta contemnens, est anathema. *dist. 30. c. Si quis.*
Sacrificium fieri non potest, nisi de pane frumenti, & vino aqua mixto. *Conc. carthag. 3. c. 24. de consecrat. dist. 2. c. 1. c. Sic in sanctificando, c. Scriptura, c. Non oportet. c. In sacramentorum, & c. Cum omne. Post epi. 3. Iulij 1. Alexander I. ep. 1.*
Sacrificiũ, & sacerdos fuit Christus, secundum humanitatem, non secundum diuinitatem. *c. Sacerdos. de consecr. dist. 2.*
Sacrificium aliquando significat sacramentum Eucharistiæ. *de consecr. dist. 2. c. Qui bene.*
Sacrificium missæ à Iacobo Apostolo fuit ordinatum, seu dispositum quo ad ritum. *de consecr. dist. 1. c. Iacobus. Lib. 8. const. Apostolicarum c. 12. 13. 14. & 15.*
Sacrificium in altari offertur non solum Patri, sed etiam filio *Marcellinus ep. 1.*
Sacrificium nullum est nobilius, quam hoc quod continet corpus, & sanguinem Christi. *Alexander I. ep. 1. de consecr. dist. 2. c. Nihil.*
Sacrificium, & sacramentum, in quo differant. *de consecr. dist. 2. c. Sacrificium.*
Sacrificium constat ex sacramento, & re sacramenti. *ibid. c. Hoc est.*
Sacrificium missæ est in exemplum sacrificij Christi. *ibid. c. In Christo.*
Est in memoriam sacrificii Christi. *ibid.*
Sacrificium missæ est sacramentum veritatis. *De consecrat. dist. 2. c. Hoc Sacramentum.*
Sacrificio corporis Christi fit noua immolatio Christi, & per eam remissio peccatorum; quia Christus non potest amplius mori. *ibid. c. Quid sit.*
Sacrificium quod in altari fit, est incruentum. *ibid. c. Necessariò. conc. Trid. sess. 22. c. 2.*
Sacrificia, quæ in toto mundo fiunt, dicuntur vnum, quia vnus est Christus. *de consecr. dist. 2. c. In Christo.*
Sacrificia hæreticorum, & malorum, Deo non sunt accepta. *24. q. 1. c. Odi, & proieci.*
Sacrificia vera non sunt extra Ecclesiam. *1. q. 1. c. In Ecclesia, c. Extra catholicam.*
In sacrificio missæ vinum debet esse mixtum aquæ. *Alexander 1. in ep. 1. decret. Eugenius 4. in decreto Vnionis in concil. Florent. sess. vlt. §. Tertium est. concil. Trid. sess. 22. cap. 7.* Quia ita fecisse creditur Christus. *ibidem.* Vide, *Missa.*
Sacrificium missæ à Christo est institutum, & est Deo gratissimum. *Conc. Senonen. c. 11. conc. Trid. sess. 22. c. 1.* & hoc in nocte Cœnæ. *ibid.*
Sacrificium in pane, & vino consecratis obtulit etiam Christus. *Conc. Senonense. ibid. Conc. Trid. sess. 22. c. 1.*
Sacrificium sic faciendum, id est, in pane, & vino, Christus præcepit Apostolis, & successoribus. *ibid. c. 1.*
Sacrificium missæ fuit figuratum in lege veteri. *de consecrat. dist. 2. c. Accipite. Trid. sess. 22. c. 1.*
In sacrificio missæ continetur Christus incruentè; & immolatur. *ibid. c. 2.*

In sacrificio Missæ est eadem hostia quæ in cruce. *Concil. Trident. sess.22. cap.2.*
Sacrificij Missæ oblatio non præiudicat sacrificio facto à Christo in Cruce. *ibid. cap.2. & can.4.*
Sacrificium Deo soli offertur, licet in Sanctorum commemoratione dicatur missa, & offeratur sacrificium. ideo non dicitur, *Offero tibi Sancte Paule, &c. conc.Trid.ib.c.3.can.5.*
Sacrificium aliquod in omni lege fuit. *Conc.Trid.sess.23. c.1.*
Sacrificium offerens diabolo. Vide, *Dæmon*. Vide, *Oblata*. Vide, *Missa*.

Sacrificij minister.

Sacrificij Missæ minister est sacerdos. Vide, *Sacerdotis potestas*. Vide, *Presbyter*. Vide, *Consecratio*. Vide, *Eucharistia*. Vide, *Missa*.
Sacrificare non debet sacerdos, vitijs maculatus. *Dist.49. cap. Hinc etenim.*
Sacrificans debet esse ieiunus. *Conc.Carthag.3.c.48.*
Sactificante correpto ab aliqua infirmitate, alius vicinus adsit, qui illud sacrificium perficiat. *7.q.1. cap. Illud diuini, & cap. Nihil. Post ep.2. Sotheris.*
Sacrificium offertur à Christo, sacerdotum ministerio. *Concil.Trid. sess.22. cap.2.*
Sacrificium non faciendum cum pactis, pretij, &c. quæ simoniam sapiunt. *Conc.Trident. sess.22. in decr. de observandis, &c. in celebrat. Missæ.*
Sacrificare non potest laicus. *Lib.3. const.Apost. c.9.*
Vide, *Missa*. Vide, *Sacerdos*.

Sacrificium quando cœpit fieri.

Sacrificium Missæ ab Apostolis, cœpit fieri post Ascensionem Christi in Cœlum. *Lib.8. const.Apostolic. c.vlt.*

Sacrificium in quo loco faciendum.

Sacrificium Missæ in locis consecratis tantum debet offerri. *Anaclet. ep.1.* Vide, *Missa in quibus locis, &c.*

Sacrificij effectus.

Sacrificium offertur in remissionem peccatorum. *De consecrat. dist.2. cap.Quid sit.*
Sacrificium Missæ est propitiatorium; & operatur, vt si contriti accedamus ad Deum, consequamur misericordiam, & gratiam in tempore opportuno. *Conc.Trident. sess.22. c.2.*
Sacrificio Missæ placatur Dominus, & peccata dimittit. *ibid. cap.2. & can.3.*
Sacrificium Missę potest offerri etiam pro pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus. *ibid. c.2. & can.3.*
Sacrificium Missæ potest offerri pro viuis, ac defunctis in Christo, ad plenum non purgatis. *ibid. cap.2.*
Vide, *Anima*. Vide, *Purgatorium*.
Sacrificio Missæ iuuantur animæ in Purgatorio. *Conc.Trid. sess.25. in decreto de Purgatorio.*
Vide, *Anima*. Vide, *Purgatorium*. Vide, *Missa*.
Sacrificium non est offerendum pro occidente se ipsum. *Nicolaus ad consulta Bulgar. c.98.* Vide, *Missa*.

Sacrificij ritus, & ceremoniæ.

Sacrificij ritus à S. Iacobo Apostolo dispositi sunt. *Lib.8.const. Apostol. c.12. 13. 14. & 15. De consecr. dist.1. c.Iacobus.*
Ad ritè perficiendum sacrificium Missæ, canon fuit ab Ecclesia institutus ex Christi verbis, & Apostolorum traditione. *Conc.Trident. sess.22. c.4.*
Ceremoniæ, quæ in sacrificio fiunt, ex Apostolorum traditione habentur. *dist.11. cap.Ecclesiasticarum, in fine. Conc. Trid. ibid. cap.5.*
Sic vestes, benedictiones, Thymiamata, &c. *ibid.*
Sacrificium Missæ fieri non potest vulgari lingua. *Conc.Trident. sess.22. cap.8.*
In sacrificio quædam dicenda clara voce, quædam submissa. *ibid. can.vlt.*

Sacrificium Missæ fieri potest Deo pro honore Sanctorum. *Conc.Trid. sess.22.can.5.* Vide, *Canon Missæ*. Vide, *Missa*.

Sacra Scriptura.

Sacra scriptura non trahenda ad sensum cuiuslibet. *Clem.1. epist.5.*
Sacræ scripturæ intelligentia à maioribus sumenda est. *Clemens 1. ep.5.*
Sacra scripturam ignorans Christum ignorat. *Dist.38. cap. Si iuxta. cap.Qui quæ Dei sunt.*
Sacræ scripturæ, & sanctorum Patrum authoritati, omnes se debent conformare in doctrinis. *Zosimus ep.3.*
Sacram scripturam in Ecclesia nolens audire, quomodo est puniendus. *Conc.Lucens.2. c.83. De consecrat. dist.2. cap. Si quis intrat.*
Sacras scripturas tradentes inimicis fidei, ab ordine cleri remoueantur. *Conc. Arelat.1. c.13.*
Sacra scriptura multos habet intellectus, qui eam ornant, vt monilia. *Gregor.1. lib.2. ex regest. ep.63.*
Sacra scriptura præponenda est dictis sanctorum. *dist.9. cap. Noli meis. & cap. Quis nesciat.*
Sacræ scripturæ maior debetur authoritas, quam eius expositoribus. *Dist.9. cap.Neque quorumlibet.*
Sacræ, & canonicæ scripturæ receptæ, quæ sunt. *distin.15. cap. Sancta Romana. Conc.Trid. sess.4.*
Sacræ scripturæ explicandæ sunt *iuxta intelligentiam Patrum. Dist.37. cap.Relatum.*
Si Sacra scripturæ non declarat aliquid, ad quem ordinatè est recurrendum. *Dist.20. c. de quibus.*
Sacræ scripturæ quædam loca pro tempore, & locorum diuersitate intelligenda. *Dist.29. cap.Necesse est.*
Sacras scripturas malè intelligens, vino inebriatur, & sicera. *Dist.37. cap.Vino.*
Sacra scriptura requirit magnam peritiam in legente. *distin. 37. cap.Relatum est.*
Si Sacræ scripturæ inhæreant fideles, *numquam* extinguentur. *Dist.38. cap. sicut stellas.*
Sacræ scripturæ interpretatio, à venustate sit aliena. *Dist. 38. cap.Sedulò, cap. Indignum, cap. Locutio, & cap. Ecclesiastica.*
Sacræ scripturæ ad sæcularia negotia non sunt vertendæ. *26. q.2. cap. Hi qui.*
Sacræ scripturæ non continent mendacia. *dist.9. cap. Si ad scripturas.*
Sacram scripturam, non grammaticam, debet Episcopus docere. *Dist.86. cap. cum multa.*
Sacras, seu canonicas scripturas à Concilio Tridentino enumeratas non recipiens, est anathema. *idem sess.4.*
Sacræ scripturæ vulgata editio tenenda. *ibid. in decr. de editione, & vsu sacrarum scripturarum.*
Sacra scriptura abutentes in sortilegijs, incantationibus, diuinationibus, &c. iuris & arbitrij, pœnis per Episcopos puniantur. *Conc.Trid. sess.4. in fine.*
Sacram scripturam conuertens ad vsus prophanos, verba iocosa, scurrilia, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, &c. eodem modo puniantur. *ibid.*
Sacræ scripturæ Lector tenendus est in monasterijs. alias Episcopus, vt Papæ delegatus, ad hoc compellat superiores. *Conc.Trident. sess.5. de refor. c.1.* Sed non debet examinari ab Episcopo. *ibid.*
Sacræ scripturæ Lector in publicis gymnasiis, adsit. *Concil. Trid. sess. 5. de refor. cap.1.* ab Episcopis est examinandus. *ibidem.*
Sacra scriptura extorqueri non potest contra sensum, quem tenet sancta Romana Eccl. *Conc. Mediolan.1. tit. de Sacra scriptura.* qui contrafecerit, puniatur. *ibid.*
Sacræ scripturæ lectio in Conuentibus Regularium fiat bis in hebdomada, & ea finita fiat collatio de illa. *Clemens 8. const.50. Nullus §.1.* Vide, *Scriptura*.

Sacræ repræsentationes.

Vide, *Repræsentationes sacræ*.

Sacra-

Sacrarium.

Sacrarium ingredi non possunt mulieres. *conc. Lucense 2. c. 42.* Vide, *Sacristia.*

Sacri ordines.

Vide, *Ordines sacri.*
Sacros ordines habere non possunt pueri. *Greg. 1. lib. 1. ep. 47.*

Sacra persona.

Vide, *Clerici in causa sanguinis.* Vide, *Sacerdos.* Vide, *Presbyter.* Vide, *Episcopus.*
Sacra persona non potest, nec per se, nec per alium facere iudicium sanguinis, vel mutilationis. Sub pœna priuationis officii, & detrusionis in ergastulo. *conc. Tolet. 11. c. 6.*

Sacrilegium. Sacrilegus.

Sacrilegii multæ species, & quæ. *17. q. 3. c. Quisquis.*
Sacrilegium est peccatum grauius fornicatione. *17. q. 3. cap. Sicut qui.*
Sacrilegus est, qui Ecclesias vastat; vel sacerdotes persequitur. *Pius 1. ep. 2. De regulis iuris c. Qui multoties.*

Sacrista.

Sactista habeat curam vasorum sacrorum, olei, ceræ, &c. *conc. Toletan. 1. cap. 9. conc. Mediolan. 1. par. 2. tit. de officio Sacristæ.*
Sacrista subditur Archidiacono. *conc. Tolet. 1. c. 9.* Vide, *Acrhidiaconus, in fine.*
Sacristæ officium, quale est. *De off. Sacristæ c. vn.*
Sacrista omnia munda tenere curet, vasa, vestimenta, altaria, &c. *conc. Mediol. 1. vbi supra.*
Curet aquam benedictam singulis hebdomadis renouari; altare maius & alia diebus festis præsertim decenter ornari. hora congrua per se, vel per alium signa officij, & missæ per campanas dare. *ibid.*
Sacrista tres tabellas habeat *in Sacristia. in* vna notata sint onera missarum omnium, quæ debent celebrari. *in* secunda omnia munera obeunda à Canonicis, & singulis dignitatibus, præbendariis, &c. & omnia, quæ debent obseruari. in tertia officia præscripta à Magistro Ceremoniarum per hebdomadam. *conc. Mediol. ibid.*
Sacrista non permittat in sacristia sermones inanes, iurgia, &c. nec laicos in ea versari; neque vllum indui sacra veste, nisi quando de proximo debet celebrare. *ibid.* Curet obseruari ordinem celebrandi, iuxta tabulæ seriem. ei qui suo tempore præsto non est, quando sibi placet, det locum. *conc. Mediol. vbi supra.*

Sacrista sacelli Papalis: vel Conclauis.

Sacrista sacelli Papalis esse debet aliquis Religiosus ex ordine S. Augustini. qui fit statim Prælatus. *Alexander 6. const. 5. Ad sacram.*
Sacrista Conclauis gaudet gratiis, & priuilegiis Conclauistarum. *Clemens 8. const. 16. §. 14.*

Saga, seu stryx.

Sagis, seu strygibus, quæ per illusiones dœmonum sibi videntur equitare, & per aera, vel alias longa itinera facere, prædicandum est esse falsa. *concil. Anciran. cap. 24.* & pœnæ earum. *ibid.*
Sagæ istæ, quæ putant se per aerem ferri, &c. sunt excommunicandæ. *conc. Rom. 4. sub Damaso c. 5. & conc. Ancir. ib.*
Vide, *Dæmon.* Vide, *Magus.* Vide, *Sortilegus.*

Sagittarius.

Sagittarij contra Christianos, excommunicantur. *De sagittarijs cap. vn.*

Sal.

Sal exterum, & alienum in statu Ecclesiæ, nullus potest vendere, vel emere. *Gregorius 13. constitut. 49. Ex incumbenti.* Pœnæ. *ibid.* Salinarum debitores. Vide, *Debitores.*

Salitores.

Salitores dicuntur sortilegi, qui per omnium membrorum tactum diuinant. *26. q. 3. c. 1. in fine.*

Salomon.

Salomon ab immoderato mulierum commercio, fuit seductus. *32. q. 4. c. Salomon.*

Saluare. Saluari.

Saluari nullus potest sine gratia, & misericordia Dei. *concil. Arausic. 2. c. 19.* Vide, *Gratia.*
Saluari nullus potest sine baptismo, vel martyrio, vel pœnitentia. *15. q. 1. c. Firmissimè.* Vide, *Baptismi necessitas.*
Saluari nequit vllus absque baptismo, licet benè viuat. *De consecr. dist. 4. c. 1. c. Catechumenum, & cap. Fermissimè.* (saltem in voto, si in re non habetur.)
Saluantur paruuli baptizati, etiam si sua voluntate non credant. *15. q. 1. cap. Firmissimè tene.* Vide, *Baptismi effectus.* Vide, *Paruuli.*
Adulti saluari non possunt, nisi cum baptismo etiam credant. *ibidem.*
Saluari nullus potest extra Ecclesiam Catholicam. *conc. Later. 4. c. 1.* Vide, *Salus, infra.*
Saluari omnes possunt, tam virgines, & continentes, quam coniugati. *conc. Later. 4. c. 1.*

Saluator.

S. Saluatoris Canonici. Vide, *Canonici Regulares, &c.*

Salus.

Salutem fratrum negligentes Episcopi, damnantur. *Dist. 40. cap. Si Papa.*
Salus in sola Ecclesia Catholica reperiri potest. *De fide, & summa Trinitate c. 1. conc. Later. 4. c. 1. conc. constantiense sess. vlt. in const. Martini V. conc. Senon. c. 1.* Vide, *Ecclesiæ catholicæ proprietates.* Vide, *Ecclesia Romana.*

Salutatio.

Salutationes inter clericos, & Equites, quomodo faciendæ per aperitionem capitis, descensionem ab equo, &c. *conc. Tolet. 3. c. 15.*

Samuel.

Samuel non fuit suscitatus per Magum, seu Pithonissam, vt loqueretur cum Saul: sed dæmon specie, & præstigio decepit Saulem. *26. q. 5. cap. Nec mirum.*
Vide, *Dæmon.* Vide, *Resurgere.*

Sancta, & Sancta Sanctorum Cappella.

Sancta non sunt danda porcis, id est, paganis. *11. q. 3. cap. Quando ergo.*
Sancta nocent malis, prosunt bonis. *De consecr. dist. 2. c. Et sancta.* Vide, *Sacramentum.*
Sancta Sanctorum Cappella in Scalis Sanctis Romæ, decentius ornata fuit *à Sixto V.* sed immota mansit. *Sixtus 5. const. 105. cum singularum.* Vide, *Scala Sancta.*

Sanctus ter replicatus.

Sanctus ter replicatur, in omnibus missis, siue viuorum, siue defunctorum. *conc. Vasense 1. c. 2. & Vasense 2. c. 4.*

Sancti.

Sanctorum mortes, natales dici debent, quia in æterna vita nascuntur. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 5.*

Sancti non dicuntur, qui loca eorum tenent, sed qui merita. *dist. 40. c. Non est facilè. & c. Non loca.*

Sanctum credens eum, qui non est sanctus, Deo facit iniuriam. *11. q. 3. c. Si quis hominem. & c. Væ qui dicitis.*

Sanctorum corpora, de cuius licentia sunt transportanda. *de consecrat. dist. 1. c. corpora.*

Sanctorum decreta non violanda. *Felix 1. ep. 1. & 2.* Vide, *Decreta.*

Sancti etiam in hac vita, recitant pro se illud *dimitte nobis, &c. Conc. Mileuitanum c. 7.*

Sancti in hac vita obtinent à Deo, quæ Deus ab æterno prædestinauit, & disposuit eis dare. *23. q. 4. c. Obtineri.*

Sanctorum gloriam augeri vsque ad diem iudicij, non est improbabile. *De celebrat. missarum c. Cum Marthæ §. fin.*

Vt sanctus nemo adorandus, sine authoritate Papæ. *De reliquijs, & venerat. sanctor. c. 1.* Vide, *Venerari.*

Sanctorum passiones, & festa in Ecclesia sunt celebranda. *Conc. carthag. 3. c. 47.*

Sancti venerandi, & honorandi sunt, & eorum festa celebranda. Contrarium dicens est hæreticus. *Conc. Senon. c. 13.*

Sanctos venerari, non est idololatria. *Conc. Trid. sess. 25. in decr. de inuocatione Sanctorum.*

Sancti cum Christo regnant in Cœlo. *ibid.*

Sanctorum imagines venerandæ, & adorandę relatiue ad Sanctos. *Conc. Senon. c. 14.* Vide, *Imagines. Conc. Trid. vbi supra.* non quia in eis sit aliqua diuinitas. *ibid.* in templis retinendæ. *ibid.*

Sanctorum communio confitenda. *Conc. Mogunt. 4. cap. 45. Conc. Trid. sess. 25. in decr. de inuocat. Sanctor.*

Sancti pro nobis orant, in necessarijs ad salutem. *Conc. Mogunt. 4. c. 45. Conc. Trid. ibid.*

Sanctorum adoratio non præiudicat merito Christi. *ib. Trid.*

In sanctorum festis non fiant ludi, comessationes, &c. *Trid. ibid.* Vide, *Corpora.*

Pro sancto, quando tenendus aliquis. Vide, *Defuncti.* Vide, *Mortui.* Vide, *Imagines.*

Sanctitas.

Sanctitatis nomine delinquens, multum lædit Ecclesiam. *dist. 83. cap. Nemo quippe.*

Sanctitate benè vtendum. *1. q. 1. cap. Prophetauit & Saul.*

Sanctitas simulata, damnatur. *Clem. de hæreticis cap. Ad nostrum.*

Sanctitas est à virtute diuina, non à sacerdotum merito. *1. q. 1. c. Multi sæcularium.*

Sanctitas alicuius defuncti, talis habita ab Ecclesia per centum annos, sic est tenenda. *Vrbanus 8. in append. constitut. 22. Cœlestis.*

Sanctorum imagines. Vide, *Imagines.*

Sanctimonialis.

Vide, *Monialis.*

Sanctimonialis virgo ab Episcopo est consecranda. *Conc. carthag. 4. c. 11.* Vide, *Consecratio.* Vide, *Virgo.*

Sanctimonialem se fingens, non potest nubere. *dist. 27. cap. Quod Interrogasti.*

Sanctuarium.

Ad sanctuarium altaris ingredi non possunt laici. *Conc. Bracharen. 1. c. 31. Conc. Turon. 2. c. 4.* Vide, *Laici.*

Sandalia.

Sandalijs pro libito vti potest Archiepiscopus, nec tenetur semper cum eis celebrare. *Honorius 3. ex Cirone, tit. de authorit. & vsu Pallij c. 1.*

Sanguis.

Sanguinem fundentes clerici in obsidione, post duos annos pœnitentiæ (olim) erant restituendi. *dist. 50. cap. De his.*

Sanguinis effusio, suppler vicem baptismi. *De consecr. dist. 4. cap. Baptismi vicem.*

Sanguinis causa prohibita est clericis. Vide, *Clerici in causa sanguinis. Ne clerici, vel monachi c. Clericis.*

Sanguinis sententia, nec proferri, nec dictari potest à clerico. *ibidem.*

Sanguine fuso, polluitur Ecclesia. Vide, *Pollutio.*

Sanguinis causa in Ecclesia non est iudicanda. *de immunit. Eccles. cap. Cum Ecclesia.*

Sanguinis causam iudicante, balliuo, &c. qui ex Ecclesiastici mandato, procedit ad inquirendum causam criminalem, Ecclesiasticus non fit irregularis. *Ne clerici in 6. c. fin.* Vide, *Irregularitas.* Vide, *Clerici in causa sanguinis.*

Sanguis Christi.

Sanguis Christi in Eucharistia, non est corruptibilis. *Concil. Antiochen. 1. sub Dionysio Papa.*

Sanguis Christi, olim, dabatur etiam laicis communicantibus. *Lib. 8. const. Apost. c. 13.* Vide, *Eucharistia.* nunc vero est prohibitum. Vide, *ibid.*

Sanguinem Christi stillare faciens super altare, quam pœnitentiam debet facere, & quomodo illum colligere. item si in alio loco faciat cadere. *Post ep. 4. Pij 1. de consecrat. dist. 2. cap. Si per negligentiam.*

Sanguis Christi figuratus fuit in sanguine agni. *De consecrat. dist 2. cap. Quid sit.*

Quod sanguis Christi in triduo fuerit, vel non fuerit separatus à diuinitate, vel damnare alterutram partem, vt hæreticam, est prohibitum. *Pius 2. const. 11. Ineffabilis.*

Sanguis Christi tempore Berengarii, sumendus erat ab omni communicante. *Conc. claramont. cap. 28. nunc vero est prohibitus.* Vide, *Eucharistia.*

Sanitas.

Sanitas tota à Deo obtinetur. *de pœnit. dist. 3. c. 43. sunt plures.*

Sapiens.

Sapiens non est, qui nocet. *Cornelius ep. 2. 6. q. 1. c. Sapiens Lucius 1. epist. decr.*

Saraceni.

Saraceni à christianis sunt persequendi. *23. q. 8. cap. Dispar.*

Ad saracenos deferri non possunt merces prohibitæ, non arma, non galeæ, nec possunt Christiani esse superiores eorum in militia, quando contra fideles fit bellum. & pœna contrafacientium. *Conc. Lateran. 3. can. 24.* excommunicati sunt. *De Iudæis, &c. cap. Ita quorumdam. c. Quod olim, cap. Ad liberandam. Extrau. Ioann. 22. de saracenis c. Copiosus.* Vide, *Arma.* Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

Item portantes ligna, ferrum, &c. *ibid.*

Item dantes eis auxilium, consilium, fauorem contra Christianos, eamdem pœnam incurrunt. Idem de mittentibus, & mittere facientibus.

Isti omnes præter excommunicationem ipso facto, & Papæ reseruatam, incurrunt, vt ex *Extrau. Ioannes 22. præfatâ, & ex Bullæ cœnæ.* Fiunt infames, intestabiles, & priuati omnibus actibus legitimis. *Extra, de Iudæis, &c. cap. Multa.*

Saraceni, qui sunt in dominijs Christianorum, compescendi sunt, ne in Mesquitis conueniant. *Clement. de Iudæis, &c. cap. vn. Cedit.*

Saracenis voluntariè seruire non possunt christiani, sub pœna excommunicationis, & priuationis bonorum. *conc. Later. 3. can. 24. Honorius 3. ex cirone, tit. de Iudæis cap. 1.*

Saracenus cum Christiano, sodomiam exercens. Vide, *Sodomitæ.*

Sarace-

Saracenus cum̅ christiana habitans, filiosque generans, ab Episcopo, etiam cum muliere puniatur. *Conc. Lateran. 3. par. 50. c. 49.*
Saracenorum nuptiis, vel sepulturis non possunt adesse christiani. *conc. Sabinense c. 22.*
Saracenorum filii. Vide, *Baptizatus, in vlt. tit.*
Saracenis venientibus in terras Christianorum, non possunt vendi victualia. *conc. Tolet. 18. c. 9.*
Saraceni, qui in bellis captiui capiuntur, non dimitti, alienari, vendi, &c. nisi de ijs detur notitia Papæ. & quomodo danda. *Pius V. const. 142. Postquam.*
Saracenis arma, ferrum, ligna, funes, &c. ferentes, excommunicati sunt in Bulla Cœnæ. *Gregorius 13. const. 81. Consueuerunt* §. 7. Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*
Saracenis possunt deferri merces pro redemptione captiuorum. *de Iudæis, &c. c. Significauit.*
Vide, *Christiani quo ad Saracenos.* Vide, *Turcæ.*

Sardinia.

Sardiniæ Episcopi, quas, & à quibus possunt procurationes accipere, dum visitant. *Extra, de censibus c. Vas electionis.*
Sardiniæ beneficia, canonicatus, præbendæ, vicariatus, & alia, distribuenda sunt iuxta formam Tridentini Concilij. *Pius V. const. 74. Quantum.*

Satanas.

Satanæ traditio, duobus modis fit. *11. q. 3. c. Audi denique.*

Satisfactio.

Satisfactio per eleemosynam, etiam fieri potest. *De pœnit. dist. 3. cap. 18. Sanè. & cap. 19. Qui vult. concil. Trident. vt infra.*
Satisfactio non fit quando bona occupata dantur pauperibus; sed debent domino reddi. *de homicid. &c. c. Sicut.*
Satisfactio imponenda pœnitenti absoluto, remittitur arbitrio confessoris. *de pœnit. dist. 1. cap. 86. Mensuram.* Vide, *Pœnitentia. Eugenius 4. in decret. sess. vlt. conc. Florent.* §. *Quartum. conc. Trid. sess. 6. c. 14. & sess. 14. can. 13.*
Satisfactio iniungenda à confessore, consistere debet principaliter in oratione, eleemosyna, & ieiunio. *Eugenius 4. ibid. conc. Mogunt. 4. c. 23.* Vide, *Pœnitentia satisfactio.*
Satisfactio necessaria est iis, qui peccarunt, *conc. Mogunt. 4. c. 23. Conc. Triden. sess. 14. c. 8.*
Satisfactio sit pro pœna temporali. *Conc. Mogunt. 4. cap. 23. conc. Trident. sess. 6. c. 14.* & eam remittit. *ibid.*
Satisfactiones imponendæ pro qualitate delictorum. *concil. Mogunt. 4. c. 23. conc. Trid. sess. 14. c. 8.*
Satisfactio habet efficaciam ex merito Christi. *conc. Mogunt. 4. cap. 23. conc. Trid. sess. 14. c. 8.* Et est etiam per Christum. *ibidem.*
Satisfactio est pars integralis sacramenti Pœnitentiæ, & instituta à Christo. *Conc. Trid. sess. 14. c. 3.*
Per satisfactionem hominis meritum Christi non obscuratur, nec minuitur. *Conc. Trid. ibid. c. 8. & can. 14.*
Satisfactiones nostræ à Christo offeruntur Patri, & à Patre per illum acceptantur. *Trident. ibid. c. 8.*
Satisfactiones imponendæ pro facultate pœnitentum. *ibid.*
Satisfactio, non solum sit correctio præteritorum peccatorum, sed vitæ nouæ custodia, & infirmitatis medicina. *ib. c. 8.*
Satisfactiones pro pœna esse possunt non solum ille, quę à nobis sponte assumuntur, vel à sacerdote iniunguntur, sed etiam flagella, & pœnæ temporales immissæ à Deo, & toleratæ à nobis patienter per Iesum Christum. *Concil. Triden. sess. 14. c. 9. & can. 13.*
Satisfactio pro pœna temporali non consistit in actu fidei, quo quis credit Christum satisfeciſſe pro se. *ibid. can. 12.*
Satisfactio pro peccatis quo ad pœnam temporalem, iniungi potest non solum in eleemosynis, ieiunijs, & orationibus, sed etiam in alijs pietatis operibus. *ibid. can. 13.*
Satisfactionem iniungens Sacerdos non agit contra finem clauium. *Conc. Trid. sess. 14. can. 15.* Vide, *Pœnitentia.*

Scala sancta.

Scala sancta Romæ restauratur *à Sixto V. idem constitut. 105. Cum singularum.* Gradus illius scalæ ordine præpostero positi sunt, & qui prius erat infirmus, modo est supremus, ita secundus, &c. *ibid.* Duo sacella ibi extructa. *ibid.* Et passio Domini per parietes picta. *ibid.*
Scalæ sanctæ cappellani, sacristanus, ostiarius, præpositus, & alii clerici instituuntur *à Sixto V. const. 105. cum singularum.* Redditus assignantur. *ibid.* Ius præsentandi est familiæ Perettorum. Præpositura conferenda est à Vicario vrbis. alia officia à præposito, & alia circa hoc. *ibid.*
Scalæ sanctæ eleemosynæ inter dictos ministros diuidendæ sunt. *Sixtus V. ibid.*

Scandalum.

Scandala, quæ sine culpa vitari possunt, vitanda sunt. *Gregorius 1. lib. 9. ex reg. ep. 39.*
Scandala omnino fugienda. *Dist. 14. c. Quod ait.*
Ad vitandum scandalum non potest committi aliquod peccatum mortale. *De noui operis enunciat. c. cum ex iniuncto.*
Ad vitandum scandalum non est omittenda veritas. *De regulis iuris c. Qui scandalizauerit.*
Scandolosam doctrinam docens quomodo puniendus. Vide, *Doctrina.* Vide, *Prædicator.*

Scænici.

Scænici, si pœnitent, possunt reconciliari. *conc. Afric. c. 12.*
Scænici ludi per clericos fieri non possunt. *de vita, & honest. cleric. cap. Cum decorem.*
Vide, *Clerici à quibus debent abstinere.*

Schola. Scholarum magistri. Scholares.

Scholæ magister pro pauperibus (si non adsit) in locis, deputetur ab Episcopo. eique assignetur beneficium aliquod. *Conc. Later. 3. c. 18. conc. Sabin. c. 21.*
Scholæ magister in Ecclesijs Cathedralibus, & alijs, ponatur, qui gratis doceat clericos & alios; sed de præbenda prouideatur. *Conc. Later. 4. c. 11.*
Scholæ magistrum habere debet quælibet Ecclesia: metropolitana verò etiam Theologum. *conc. Later. 4. c. 11.* Vide, *Theologus.* Ex dispositione Tridentini nunc quælibet Cathedralis habere debet Theologum. *ibid.*
Scholarum magistri pro licentia docendi nihil soluant Episcopis, vel alijs. Pœnam priuationis officiorum incurrunt Episcopi, vel alij id exigentes pro tali licentia. *conc. Lond. 1. c. 8.*
Scholarum magistris interdicendum non est, nè doceant (si boni sint) *ibid.*
Scholæ aperiendæ sunt in locis per Episcopi auctoritatem. *conc. cabilon. 3. c. 3. conc. Paris. 6. lib. 1. c. 30.*
In scholis generalibus teneantur etiam magistri linguarum. *Clement. de magistris. c. 1. conc. Later. 4. c. 11.*
Scholarum magistris à quibus solui debent salaria, &c. *ibid.*
Scholarum magistri tenentur docere de articulis fidei, & aliis, vt ad missam, & officia diuina accedant, ad conciones, &c. *conc. Later. 5. Bulla de reformatione c. 3.*
Scholarum magistri non possunt aliquid eos docere contra bonos mores. *ibid.* Vide, *Magister.*
In scholis triuiorum, & rurium, ista doceantur, Grammatica, Poetica, Rethorica, Dialectica, & Arithmetica. In festis verò sacra scriptura. *concil. colon. 3. tit. Quo ad instituendam c. 2.*
In Academijs, & Vniuersitatibus legi debent ista, Artes liberales, Logica, Physica, Ars Medica, Iurisprudentia, & Theologia. *ibid.*
Scholæ instaurandæ per magistratus, & eis præficiendi sunt magistri Catholici. *conc. Moguntin. 4. cap. 65. conc. Trevueren. c. 15.*
Scholarum magistri non possunt scholis præfici, vel ad eas admitti, nisi ab ordinario vel eius vicario approbentur. *conc. Mogunt. 4. c. 96.*

Scholarum magistri etiam Grammaticæ, & aliarum, tenentur ad emittendam professionem fidei. *conc. Mediol. 1. tit. De professione fidei.* Vide, *Professio fidei.* Vide, *Fides.* Vide, *Magistri.*

Scholarum magistri per Episcopum visitandi. *ibid.* Vide, *Magister.* Vide, *Visitatio, &c.*

Scholares studii Romani. Vide, *Romanus.* Vide, *Studium generale Romæ.*

Scholarum Piarum clerici. Vide, *Clerici scholarum Piarum.*

Scientia. Sciens.

Scientia multa necessaria in confessario. *Extra, de priuilegijs c. Inter cunctas.* Vide, *confessor.*

Scienti, & nolenti non fit iniuria. *de regulis iuris in 6. reg. 27.*

Scientia non probata de aliquo, præsumitur ignorantia. *ibid. reg. 47.*

Scientia maxima necessaria in Episcopo. *dist. 38. c. Omnes, & c. Placuit.* Vide, *Episcopus.*

Scire putans, quod nescit, errat. *dist. 38. c. Quamuis errare.* Vide, *Errare.*

Schisma. Schismaticus.

Schisma à scissura dicitur. *24. q. 1. c. Schisma.* Quia diuidit Ecclesiam, quæ est vna. *ibid.*

Schisma differt ad hæresi, quia illud dicit separationem à capite Ecclesiæ. hæc verò dicit falsum dogma. *24. q. 3. c. Inter hæresim, & q. 1. c. Schisma.*

Schisma aliquando coniungitur cum hæresi. *ibid.*

Schisma est maximum delictum, & quare. *Pelagius 2. ep. 6.*

Schisma defendere seù tenere iurantes, sunt excommunicati. *de schismaticis, &c. c. 1.*

Schisma facientes etiam ab Episcopo, quomodo puniendi, siue clerici, siue sæculares. *concil. quod dicitur Apostolorum c. 33.*

Schisma facientes in Romana Ecclesia viuente Papa, anathematizantur. *Conc. Rom. sub Ioanne 12.*

Schismatici in vniuersum, qui sunt. *24. q. 1. c. Schisma.*

Schismaticus etiam dicitur, qui à sacerdotum consortio se subtrahit. *3. q. 1. c. Nulli.*

Schismatici etiam sunt, qui ab Episcopo se separant. *7. q. 1. c. Nouatianus, c. Scire, & c. denique.*

Schismatici sunt, qui ab Ecclesia Romana se separant. *24. q. 1. c. Schisma. Pelagius 1. ep. 13.*

Schismatici non possunt facere Ecclesiarum institutiones, & si faciunt, irritæ sunt. *de schismaticis, &c. c. 1.*

Schismatici priuati sunt ab omni officio, & beneficio Ecclesiastico. *ibid.* Etiam si Cardinales sint. *de schismaticis in 6. c. vn. Extra, de schismaticis c. vn.*

Schismatici non perdunt potestatem baptizandi. *de consecr. dist. 4. c. Nullus autem.*

Schismaticus rediens ad veritatem, quale iuramentum tenetur facere. *1. q. 7. c. Quoties.*

Schismatici excommunicati sunt de facto in Bulla Cœnæ. Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.*

Cum schismaticis orandum non est. *conc. Laodicenum c. 33.*

Schismatici, & hæretici per brachium Principum sæculi, sunt puniendi. *23. q. 5. c. de liguribus. & ca. Quali. Pelagius 1. ep. 3. & 4.* Vide, *Hæreticorum causæ.*

Schismaticorum cadauera non exhumanda. *de sacramentis non iterandis. c. A nobis.*

Schismaticorum sacramenta, quomodo, & quo effectu carent. *1. q. 1. c. Sicut Eunuchus.* Vide, *Minister.* Vide, *Sacram. minister.*

Schismaticus reuersus ad Ecclesiam non potest eligi Episcopus, sine dispensatione Papæ. *de elect. c. Quia diligentia.*

Schismaticus rediens ad Catholicam eligi potest in Episcopum, si nullum ordinem habuit à schismaticis. *conc. Later. 3. in append. tit. de electionibus c. 2.*

Schismaticorum filii fiunt inhabiles ad Cardinalatum, & ad omnia alia Ecclesiastica officia. *de schismaticis in 6. c. vn.*

Schismaticis se sociantes, vel confederantes, excommunicati sunt de facto, & alias pœnas incurrunt. *Extra, de sent. excommunicat. c. Ad vestitudinem. conc. Later. 3. c. 2.* & omni Ecclesiastica dignitate priuantur. *ibid.*

Schismate existente de Papa, quomodo conuocandum sit Concilium; & quomodo extingui debet per renunciationem Pontificum. *Conc. constantiense per totum, & concordata, &c. ibid.* Vide, *conc. quando, & pro quo.*

Schismatico Papæ non est præstanda obedientia, etiam si præcesserit iuramentum de illa, quando per Concilium agitur de tollendo schismate. *conc. constantiense sess. 35. circa fin.*

Schismatico Papæ adhærens, de fautoria hæretici puniri debet. *Conc. constantiense sess. 12.*

Schismatici Episcopi, si alias ritè erant ordinati, validè conferunt ordines, sed non possunt dare executionem. *Clemens 8. const. 34. Sanctissimus §. 4.*

A schismatico ordinatus non potest exercere ordinem, nisi cum eo dispensetur. *ibid. de schismaticis, &c. c. fin.*

Vide, *Cardinales schismatici.* Vide, *conc. quando, & pro quo.*

Sclaui.

Sclaui Christiani reperti in bellis, quæ fiunt contra Turcas, liberi dimittantur ad suas domos, cum suis bonis. & pœnæ contrafacientium. *Pius V. const. 149. Licet omnibus.*

Sclaui baptizati confugientes ad Conseruatores Romæ, sunt liberi, & fiunt ciues Romani. *Pius V. const. 17. Dignum.*

Scotia.

Scotiæ Episcopi, quas, & à quibus possunt recipere procurationes, dum visitant. item alii, qui in ijs partibus visitant. *Extra, de censibus c. Vas electionis.*

Scotorum scholarum Collegium Romæ erigitur, cum forma viuendi, & assignatione reddituum. *Clemens 8. const. 73. In supremo, per §§. 9.*

Scripta. Scripturæ.

Scripturæ Canonicæ, quæ sunt. *dist. 15. c. Sancta Romana. conc. carthag. 3. c. 47. conc. Trid. sess. 4.*

Scripturæ canonicæ tantum, in Ecclesia, sunt legendæ. *conc. carthag. 3. c. 47.*

Scripta, quæ continent martyrum passiones, possunt in Ecclesia legi. *ibid.*

Scripturæ canonicæ non continent mendacia, nec errores. *dist. 9. c. Ego solis, & c. Si ad scripturas.*

Scripta hæreticorum, non sunt legenda, sub pœna anathematis. *conc. Bracharen. 1. c. 17. conc. Nican. 2. c. 9.* Vide, *Excommunicationes Bullæ cœnæ.* Vide, *Libri prohibiti.*

Scripturis sacris, & sanctorum Patrum authoritati, debent omnes se conformare in doctrinis. *Zosimus ep. 3.*

Scripta Patrum, quæ recipit Ecclesia. *dist. 15. cap. Sancta Romana.*

Scripturæ apocriphæ, quas Ecclesia reiicit. *dist. 15. c. Sancta Romana.*

Scriptura rei, probat eius delictum. *conc. Later. sub Martino 1. consult. 1.*

Scripturę authoris damnati censentur damnatæ cum authore. *de hæret. c. Fraternitatis.*

Scripturæ Ecclesiarum. Vide, *Ecclesiarum bona non inuadenda.*

Scripturæ contrariæ ab eodem productæ, fidem non faciunt. *de fide instrument. c. Imputari.*

Scriptura est authentica, si per manum, & sigillum publicum firmetur. *conc. Later. 3. de testibus cogendis c. 5.*

Scriptura non probat, si non est authentica. *de fide instrum. c. 1. & c. Scripta, concil. Lateran. 3. tit. de testibus cogendis cap. 5.*

Scriptura authentica, si testes inscripti decesserint, nisi per sigillum, aut manum publicam, ita fuerit facta, vt appareat fuisse publicata, non probat. *ibid.*

Scripturæ omnes, quas Notarii faciunt Romæ, ad Archiuium sunt ferendæ. Vide, *Archiuium.*

Scripturę alicuius falsitas, quomodo, & quot mediis cognoscitur. *de fide instrum. c. Inter dilectos.* Vide, *Falsitas.*

Scriptu-

Scripturarum copiæ Romæ à Notarijs, quando, & quomodo dandæ. *Paulus V. conſt.71. tit.de regiſtris.*
Scripturas bonorum Eccleſiæ abſcondens, vel aduerſario eius dans, quomodo puniendus. 12. *q.2. cap.Si quis de clericis 1. & 2.* Vide, *Inſtrumenta*. Vide, *Eccleſia*.
Scripturæ omnium actuum faciendæ ſunt in cauſa, vt citationes, appellationes, renunciationes, depoſitiones, &c. alias proceſſus eſt nullus. *Conc.Later.4. c.38.*
Vide, *Sacra Scriptura*. Vide, *Libri*. Vide, *Inſtrumentum*.

Scripturæ Sedis Apoſtolicæ.

Scripturæ ſedis Apoſtolicæ, ſiue typis impreſſæ, ſiue manuſcriptæ, quæ prætenduntur emanaſſe à Sede Apoſtolica, in qualibet materia, ſiue in forma breuis, ſiue ſub plumbo, ſiue vt gratiæ, ſiue vt priuilegia, & quæuis aliæ, non faciunt fidem, niſi oſtendantur originalia, vel niſi à Datario, aut Secretario Breuium recognoſcantur, & approbentur, & ſumptum extrahatur. *Vrban.8. in append. conſtit.31. In ſupremo.*
Vt ſcripturæ quæ præiudicant Cameræ Apoſtolicæ, faciant fidem præter dicta, debet ad recognitionem vocari Auditor, & Commiſſarius Cameræ. *ibid.* §.3.

Scriptores Romanæ Curiæ, & alij.

Vide, *Cancellaria*. *Collegium Scriptorum ibid.* Vide, *Camera*. Vide, *Literæ Apoſtolicæ*. Vide, *Penitentiaria*. Vide, *Archiuium*.
Scriptorum ſedis Apoſtolicæ beneficia. Vide, *Beneficia*.
Scriptorum doctrinæ. Vide, *Doctrina*.

Scriptores de Auiſi.

Scriptores de Auiſi, &c. ad triremes damnandi, Romæ. *Gregorius 13. conſt.3. Ea eſt.*
Vide, *Menantes*. Vide, *Literæ de Auiſi*.

Scrutinium.

Scrutinium faciendum in electione Papæ. Vide, *Papæ electio*.
Scrutinium faciendum in ordinatione Diaconi. *De ſcrutinio cap.Ex parte tua.*
Scrutinium pro electione ſuperiorum ordinis Eremitarum S. Auguſtini, quomodo faciendum. *Paulus V. conſt.80. Paſtoralis*. Vide, *Fratres S. Auguſtini*.

Scurra. Scurriles.

Scurræ non poſſunt fieri clerici. *Conc.Tolet.17. c.23.*
Scurrilis clericus ab officio remouendus. *Concil.Agathen. c. 70. diſt.46. cap.Clericus*. Vide, *Clerici*. Qui ſunt inhabiles ad clericatum.

Scutiferi.

Scutiferi Cancellariæ Apoſtolicæ à Vicecancellario fiunt, ſunt numero ſeptem. *Sixtus V. conſt.106. cum pro ſanctæ.*
Scutiferi S. Petri, ſunt numero 26. fiunt ab eodem Vicecancellario. *ibidem*.
Scutiferi S. Pauli ſunt 13. *ibidem*.

Secretarius.

Secretarij Cancellariæ à ſex, aucti ſunt ad 24. ab *Innocent.8.* & officia hæc facta fuerunt venalia ab eo ad redimendam mitram Papalem dictam Regnum mundi, & alia oppignorata pro centum millibus ducatis auri. *Innocentius 8. conſtitut.12. Non debet*. emolumenta eorum. &c. *ibid.*
Secretarium vnum domeſticum debet habere Papa. *Innocentius 8. conſt.12. Non debet*. §.14. Vide, *Papa*.
Secretarij domeſtici officium, & cura Regiſtri in Vaticano, emolumenta, & aſſignatio habitationum. *Sixtus V. conſtit.29. Romani*. Quam præeminentiam habet ſupra Collegium Secretariorum. *ibid.*
Secretarius Collegij, quæ poſſit, & debeat facere. Vnus ex eis eſt Referendarius. Habent Secretarii locum in cappella. Niſi dignitatem habeant, debent eſſe Notarii. Saltem primam tonſuram habeant. Vti poſſunt veſte violacei coloris. *Sixtus V. conſt.29. Romani.*
Secretarii Papæ exempti ſunt à gabellis, & non includuntur in reuocatione facta *ab Innocentio X. conſt.7. Et ſi. ibid.*
Vide, *Cancellaria*.

Secta.

Sectæ hæreticorum, multæ enumerantur. 24. *q.3. cap. Quidam autem*. Vide, *Hæretici*.

Sæculare.

Sæcularia negotia non tractanda ab Eccleſiaſticis. *Concil. quod dicitur Apoſtolor. c.7. diſt.88. cap.Epiſcopus. cap.perlatum*. Vide, *Clerici circa negotia*. Vide, *Negotia*.
Sæcularium negotia tractantes clerici, eijciantur. *ibidem. Conc. quod dicitur Apoſtolor. c.7.*
Sæcularia negotia, quæ ſunt. Vide, *Negotia*.
Sæculari poteſtate obtinens Eccleſiam, eſt deponendus. *Concil. quod dicitur Apoſtolor. cap.31.*
Sæcularia negotia debet ſcire Epiſcopus. Vide, *Epiſcopus*.
Sæcularibus non ſunt committendæ res Eccleſiæ. *diſt.89. cap. Indicatum*. Vide, *Eccleſiaſtica iuriſdictio*.
Sæculares magiſtratus iurare debent, quod à ſuis terris eiicient hæreticos, & quilibet aſſumptus in poteſtatem debet hoc iuramentum facere. *Conc. Later.4. c.3.*
Vide, *Domini*. Vide, *Hæretici*.
Sæculares non recipiendi in monaſteriis, ſed extra clauſtra. *Conc.cæſarauguſtan. cap.3.*
Sæcularis dominus in tempore neceſſitatis, non poteſt per ſe imponere populis ieiunium, vel orationes, ſed hoc debet facere Epiſcopus. *Nicolaus I. ad conſulta Bulgar. c.56.*
Sæculum relinquere, eſt eius voluptatibus contraire. *concil. Mogunt.1. cap.16.*
Sæculares, olim, ter in anno communicare tenebantur.
Vide, *Euchariſtia*.
Sæculares conferentes beneficia Eccleſiaſtica, ſunt violatores Eccleſiaſticæ immunitatis. *Leo X. conſtitut.10. Regimini*.
Vide, *Laici*. Vide, *Beneficia à quo conferenda*.
Vide, *Laici*.

Securitas.

Qui gaudent ſecuritate tempore belli. Vide, *Bellum*.

Sedere.

Sedendum non eſt, ſed ſtandum, dum legitur Euangelium. *Anaſtaſius I. ep.1. c.1. de conſecrat. diſt.1. cap. Apoſtolica*.
Vide, *Euangelium*.
Sedendi ordo inter Epiſcopos eſt, vt Metropolitano cedant omnes; cæteri verò ſecundum ordinem antianitatis in ordinatione. *Conc. Brachar.1. c.24.*
Sedendi ordo in Conciliis. Vide, *Concilia*.

Sedes S. Petri.

Tres Sedes Sancti Petri, in tribus locis vna ſunt. Vide, *S. Petrus*.

Sedes Romana, ſeu Apoſtolica.

Vide, *Apoſtolica*. Vide, *Eccleſia Romana*. Vide, *Eccleſiaſticus ſtatus*. Vide, *Papa*. Vide, *Literæ*.
Sedi Apoſtolicæ non obedientes Epiſcopi, priuandi ſunt. *Extra, de pœnis cap. Diuinis*. Vide, *Epiſcopus circa Papam*. Vide, *Papa*.
Sede Romana vacante, qui tenentur accedere, vel mittere ad Curiam. *Clement. de elect. cap. Ne Romani §. fin. Extrau. Ioann.22. de elect. Ad onus*.
Sede Romana vacante, Collegium Cardinalium non habet authoritatem Papalem, niſi eam, quam ſibi concedit Papa, iuxta Conſtitut. *Gregorij X.* in Concilio Lugdunenſi.

Clement. de elect. cap. Ne Romani. Vide, *Cardinales in conclaui.*

Sede Romana vacante potest Collegium Cardinalium prouidere de Camerario, & Pœnitentiario. *Clement. vbi supr. §. Et tamen.*

Sede Romana vacante, beneficia à quo conferenda.

Vide, *Beneficia reseruata Papæ.*

Sedis Apostolicæ census. Vide, *census.* Vide, *camera.*

Sedis Apostolicæ officiales, actu non exercentes sua officia, in quibusdam casibus subduntur ordinariis. *Leo X. constit. 10. Regimini.*

Sedis Apostolicæ officia, eorum iura, & emolumenta non possunt alienari. contractus sunt nulli. & alienantes, iis priuantur. Neque possunt commutari. *Sixtus V. constit. 106. cum suprema.* Vide, *Officia.*

Sedis Apostolicæ terræ à nullo occupandæ, & pœnæ. *Clem. 6. const. 3. Et si solertem.* Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.* Vide, *Ecclesiasticus status.* Vide, *Ecclesia Romana.*

Sedes Apostolicæ bona occupantes, vel scientes, & non reuelantes, sunt de facto excommunicati. *Pius 4. const. 4. Pastoralis.* Clerici suspenduntur ab officii; & à quauis dignitate, etiam Cardinalatu. *ibid.* Declarat, quæ sunt ista bona. & comprehendit etiam iocalia. *ibid.*

Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

Si beneficia pertinent ad sedem Apostolicam, lite pendente, fructus sequestrantur. Item fructus beneficiorum nulliter collatorum, siue in Vrbe, siue extra. & detentores beneficiorum litigantes tenentur ad damna, & expensas partium, etiam si cedant liti. *Pius 4. const. 17. Sanctissimus.*

Sedis Apostolicæ beneficiis vacantibus, fructus pertinent ad Cameram Apostolicam. *Pius 4. const. 32. cupientes.*

Vide, *Beneficia reseruata.*

Sedis Apostolicæ decreta. Vide, *Decreta, Decretales.*

Sedis Apostolicæ præiudicia circa iurisdictionem, dominia, &c. non approbata per literas Papæ non afferunt ius alicui, neque præscriptio aliqua ad hoc iuuat. Neque iuuat, non vsus, non publicatio, vel vsus contrarius, neque permissio impressionis librorum, qui continent hæc præiudicia. contrariæ concessiones abrogantur, & omnia in primum statum reducuntur. Et alia innumera circa hoc. *Vrbanus 8. in append. 2. const. 47. Romanus.*

Sedis Apostolicæ gratiam, vel iustitiam procurantes (siue clerici, siue laici vtriusque sexus, siue familiares curiæ, siue alii) promittentes, aut dantes aliquid, siue magnum, siue paruum; vel acceptantes promissionem; siue promissio sit occulta, vel tacita; siue sub verbis generalibus, siue specialibus, incurrunt excommunicationem Papalem ipso facto. *Extra, de sent. excommunic. cap. 1. Excommunicamus.* quæ est *constit. 1. Bonifacij 8.* Eamdem incurrunt recipientes, vel acceptantes. *ibid.* Item, qui sciunt dationem, vel promissionem, & intra tres dies non reuelant, vel Papæ, vel alicui, qui id Papæ referat. Excommunicatio præfata pro omnibus prædictis, Papæ est reseruata, neque absolui potest ab alio inferiore, nisi in mortis articulo. non verò absoluitur accipiens, nisi prius fiat satisfactio, erogando pauperibus, quod acceptum est, non absoluatur. Gratia verò, vel iustitia obtenta, nullius sit roboris.

Eamdem constitutionem confirmauit *Gregor. 13. const. 24. ab ipso Pontificatus.* & alias pœnas addit. Vide, *Dare.*

Et quia Doctores diuersimodè has Constitutiones relaxabant, eas confirmauit, & declarauit *Alexander 7. constit.* quæ incipit *Inter grauissimas, data die 2. May 1656.* sic autem declaratur.

In excommunicationem Papæ reseruatam, & alias pœnas *à Gregorio 13.* taxatas, incurrunt omnes dantes, vel promittentes pro gratia, vel iustitia apud sanctam sedem obtinenda, siue in spiritualibus, siue in temporalibus, siue mixtis: siue à Papa petatur, siue à ministris, & officialibus, etiam Episcopis, vel Cardinalibus; siue Papæ consanguineis, aut affinibus, etiam laicis; siue gratia apud eum pollentibus.

Item præfatæ Constitutiones habent locum non solum in iis, quæ iure naturæ prohibita sunt, sed quæ iure humano.

Mediatores quicumque, siue immediati, siue mediati, comprehenduntur in illis, cuiuscumque dignitatis sint.

Etiam si dationes, & promissiones fiant ob bonum finem ad huc ligant.

Comprehenduntur etiam, qui aliquid dant, vel promittunt, aut deponunt pro impedienda, vel differenda gratia. Sic & mediatores horum.

Promissio, vel datio extenditur etiam ad signa, aut verba æquiuoca, denotantia gratitudinem.

Neque fieri potest promissio, aut donum iudicibus, &c. habentibus iurisdictionem, neque mediatoribus pro defensione iuris quæsiti, neque pro assecutione acquirendi, ad redimendam vexationem.

Comprehenduntur etiam dantes, vel promittentes pro obtinendis guberniis, vel officiis, etiam minoribus.

Item & Iudices, ac ministri, seu officiales, in iis, quæ pendent ab eorum arbitrio.

Comprehenduntur officiales, & ministri sanctæ sedis, qui in prouisionibus, vel earum occasione, aliquam pensionem imponunt ad sui, vel alterius fauorem; siue præstationem; siue responsionem; vel aliud onus.

Item, qui à partibus, vel interesse habentibus, vel mediatoribus, promissa, pacta, vel dona acceptant, sub assertione, quod officialium, vel magnatum, &c. operam, vel officia muneribus, vel pretio, &c. comparauerint.

Item promittentes, & pollicitantes, ac offerentes tradere, licet traditio non sit secuta; imo etiam si non sit acceptata.

Item illi, qui aliquid recipiunt, &c. ob familiaritatem, vel obsequium dominorum *suorum, quod transferunt in commodum promittentium, vel dantium, vt gratiam, vel iustitiam* eis obtineant, mediis dominis.

Curiales pro annuali labore, nec accipere, nec paciscì possunt aliquid vltra mercedem conuenientem labori.

Iudices, & ministri, quibus incumbit expeditio gratiæ, neque accipere, neque paciscì possunt, aliquid vltra taxam. Et hoc etiam si datum, vel promissum mouere non *possit* eorum animum ad faciendam gratiam, seu *iustitiam.*

Ad omnes supradictos casus expressos *extenduntur* præfatæ Constitutiones.

Omnes *in* qualibet mundi parte *existentes*, siue principales, siue mediatores, qui pro gratia, vel iustitia præfatis apud sanctam sedem *dant, vel promittunt*, comprehenduntur in præfatis *Constitutionibus* Bonifacii, & Gregorii. Idem *Alexander 7. ibid.*

Item comprehenduntur in illis Episcopi, Archiepiscopi, Primates, Patriarchæ, & alii quantumuis sublimes, etiam si habeant priuilegium, quòd non intelliguntur, comprehendi in Constitutionibus editis, vel edendis à Papa Alexandro, vel aliis antecessoribus.

Xenia esculenta, & poculenta dari solita Iudicibus, & ministris Romanæ Curiæ non censentur prohibita per eas Constitutiones.

Confirmatur pariter *constit. 140. Pij V. Et si Romani*, contra ambientes dignitates, vel officia, *iurisdictionis* administrationem habentia, eaque pretio, seu promissione procurantes.

Sedes Episcopalis.

Vide, *capitulum.* Vide, *Episcopus.* Vide, *Episcopatus quo ad translationem.* Vide, *Episcopalis Sedes.*

Sedium mutationes, fieri possunt ex necessitate. *7. q. 1. cap. Temporis.*

Sede Episcopali vacante, Capitulum confirmat, & infirmat electiones. *De maiorit. & obed. cap. cum olim causa.*

Vide, *capitulum.*

Sede Episcopali vacante, nihil innouandum. *Ne sede vacante cap. 1.*

Ea vacante, iudicium factum contra Ecclesiam, est nullum. *ibid. cap. fin.*

Sede Episcopali vacante, si mandatur, vt conferatur præbenda, & interim Episcopus creatur, si mandatum non fuerat executioni mandatum, conferatur ab Episcopo. *De rescriptis cap. Eam te.*

Sede Episcopali vacante, quid possit facere Capitulum, & quid non. Vide, *capitulum.*

Sedium Episcopalium ordo hic erat olim. Prima est Romana

Dei

Dei beneficio, secunda Alexandrina, tertia Antiochena. *Anacletus ep.3.* Vide, *Patriarcha.*

Sede Episcopali vacante, beneficia quæ vacant, conferuntur à Papa. *Pius 5. const.55. Sanctissimus.*

Seditiosus. Seditio.

Seditiosi non possunt fieri clerici. *Conc. Agathen. c.69. dist. 46. cap. Seditionarios. Post Concil. Toletan.17. cap.22.* Vide, *Clerici.*

Seditiosi per Episcopos coercedi. *Zephyrinus ep.1.*

Seditionem faciens contra Principem, potest excommunicari. *Conc. Tolet.4. c.75.*

Seditionem mouens ad faciendum nouum Principem, debet excommunicari. *Conc.Toletan.5. cap.4. Conc. Toletan.6. cap.17.*

Seditionem mouens contra Patriam, debet excommunicari. *Conc. Tolet. 6. c.12.*

Sella.

Deferri non debet in sella Episcopus portans reliquias, sub pœna cessationis à Missa. *Conc. Brachar.3. c.6.*

Seminarium.

Seminaria Clericorum in omni Cathedrali esse debent, & quomodo regenda. Vide, *Clericorum seminaria.*

Seminarium Coimbricense. Vide, *Coimbricense.*

Senæ.

Senarum Ecclesia in Etruria, erigitur in Archiepiscopalem, & eius suffraganei numerantur. *Pius II. const. 3. Triumphans.*

Senator Romæ.

Senator Romæ *eligi* non potest Imperator, aut Rex, vel Princeps, sine Papæ *licentia*, sub pœna excommunicationis, contra omnes, qui se ingerunt in tali electione. *De elect. in 6. cap. Fundamenta.*

Senator Romæ, cuiuscumque dignitatis sit, siue Imperator, siue Rex, siue alius Princeps, eligi non potest, nisi per annum. *ibid.*

Neque potest eligi aliquis in Senatorem Romæ, qui non sit Romanus. *ibid.*

Senatori Romæ, & Collateralibus concessa est iurisdictio supra Chirurgos, Barbitonsores, & alios tales. qui habentes vulnerum notitiam, tenentur ad Senatorem referre. Quas causas, tam ciuium Romanorum, quam aliorum, potest iudicare. *Pius 4. const.34. Dilectos.*

Senex.

Senex non præsumitur incontinens in senectute, si non fuit in iuuentute. *De præsumptionib. cap. cum in iuuentute.*

Senes Ecclesiæ præ cæteris honorandi. *Conc.Carthag.4. c.82.*

Senior ætate, non vita, est interpretandus. *dist.21. c. Cleros.*

Sententia.

Sententia proferri non potest inaudita parte. *Lib.2. constitut. Apost. c.51. de causa possessionis c.1.*

Sententia ferri non potest contra absentem, alias est irrita (nisi sit contumax.) *Concil. Nicæn.1. ex Iulio I. cap.22. Conc.Carthag.4. c.30. Zephyrinus epist.2. Cornelius I. ep.3. Iulius I. ep.2. c.24. & 31. Adrianus I. epist. decr. c.5. & 33.* ideo debet vocari. *ibid. De Procuratoribus c. Querelam.*

Sententia lata contra absentem citatum, quando tenet, & quando non. *De sent. & re iudic. c.cum Bertoldus.*

Sententia potest ferri contra absentem (etiam depositionis) si agitur per viam inquisitionis, etiam lite non contestata. *De dolo, & contum. cap.Veritatis.*

Sententia lata contra absentem in causa matrimoniali, non contumacem, est nulla. *De sent. & re iudic. cap.Tenor.*

Sententia dari non potest à iudice non suo, alias est nulla. *Zephyrinus ep.1. Fabianus ep.3. Iulius I. ep.1. c.34. Adrianus I. epist.decret. c.18. & 40. De off. & potest. Iud. delegat. cap. Ex literis.*

Sententia dari non potest sine præsentia accusatoris. *Marcellinus I. ep.2. 3. q.9. c.Caueant. cap. Omnia. cap. Absente eo. cap.Non oportet. cap.Habetur. c. Re vera, cap. Absente aduersario. & c.Absens.* nisi ex contumacia absit. *ibidem.*

Sententia dari non potest sine defensionibus præuijs. *Marcellinus I. ep.2. Adrianus I. ep.decr. c.22. & 31.*

Vide, *Damnare.* Vide, *Defensio.* Vide, *Deus.*

Sententia lata valet, si intra decem dies non fuit appellatum. *De sent. & re iudicata cap. cum inter.* Vide, *Appellatio.*

Sententia dari non potest in re dubia. *Iulius I. epist.1. cap.28. Damasus epist.4.*

Sententia data ad dictum testis corrupti, est reuocanda. *De testibus cap. Sicut vobis.* Sed probanda est prius corruptio testium. *ibid.*

Sententia dari non potest, nisi cognita causa. *Gregor.I. lib.2. ex regest. ep.27. Conc. Triburien.1. c.22.*

Sententia tardè proferenda, & tolerabilius est tardè inuenire innocentem, quam citò damnare nocentem. *Zosim. ep.4.*

Sententia data contra formam canonum, non subsistit. *Gregor.I. lib.2. ex regest. ep.6. De sent. & re iudic. c.1.*

Sententia lata per arbitros contra formam iuris, non tenet; etiam si confirmetur à Papa. *De confirmatione vtili, &c. cap.Examinata.*

Sententia diuortij, quando, & quomodo est reuocanda. *de sent. & re iudic. cap.consanguinei.*

Vide, *Diuortium.* Vide, *Tori separatio.*

Sententia data ex odio, non subsistit. *Gregor.1. lib.2. ex regest. epist.6.*

Sententiam dans ex ira, grauiter delinquit. *11. q.3. cap. iræ sæpè. & cap. Summoperè.* corrigenda est per rationem. *ibid. cap. cum apud.*

Sententia iniusta data ex metu, vel iussu Principum, est nulla. *Adrian.1. in ep.decr. cap.79.*

Sententia iniusta, est reuocanda. *Conc.Hispal.2. c.6.* etiamsi commissio sit à Papa, *appellatione remota. Conc. Later. 3. in append. tit. de potest. Iud. deleg. c.4. & tit. de sententijs ibid. cap.5.*

Sententia superioris, siue iusta, siue non, est timenda. *Nicolaus 1. ep.10. 11. q.3. cap. Sententia. cap. Quibus Episcopi. Gregor.7. lib.9. ep.22.*

Sententia ferri non potest, sine probationibus. *30. q.5. cap. Nullum. 11. q.3. cap. Quamuis vera.*

Sententia capitalis dari non potest, nisi reus de se confiteatur delictum; vel per testes innocentes conuincatur. *Adrianus 1. ep.decr. c.57. 2. q.1. cap.Nos., c.iudex, cap.Sicut. c. Nihil, & cap.Primates. Conc. Vormat.1. c.42.*

Sententia non ferenda præcipitanter. *2. q.1. cap. Deus omnipotens.*

Sententia Iudicis sæcularis lata contra clericum, etiam isto consentiente, est nulla. *Honorius 3. ex Cirone, tit. de iudicijs cap.4.*

Sententia vltima, scripto proferenda est. *2. q.1. cap. Statutis generalibus.* alias nec nomen sententiæ meretur. *ibid. & cap. Legum.*

Et debet à iudice de recitatione scripti proferri, alias nulla est. *de sent. & re iudic. in 6. c.fin. Clem. de verbor. signif. c.fin.*

Sententia continens manifestam iniquitatem, est nulla. *De sent. & re iudic. cap.inter cæteras.*

Sententia iniusta, caret viribus. *11. q.3. c. iniustum.* est reuocanda. *ibid. cap.irritam.*

Sententia iniqua retractatur à superiore. *De sent. & re iud. cap.inter cæteras.*

Sententia lata contra Ecclesiam, ex consuetudine, non tenet. *De sent. & re iudic. cap. cum causa.*

Sententia non facit reum, neque innocentem. *11. q.3. cap. Quomodo, cap. Ridiculum, cap. Quid obest, cap. Temerarium, & cap. Senti.*

Sententia nequit retractari, nisi per authoritatem maiorem. *6. q.4. cap. Quod bene.*

Si sententia retractatur ex appellatione, nihil obest iudici, qui sententiauit. 2. q. 6. c. *Hoc etiam*. (nisi ex malitia fecit.)

Sententia proferenda est pro iustitia, non pro præmio. 11. q. 3. c. *Qui recte*, c. *Non licet*, & c. *Pauperdum*.

Sententia ferri non potest sub conditione. 2. q. 6. c. *Biduum*.

Si sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti, detur cum conditione, suspenditur si ante conditionem appelletur. *de appellat. &c. c. Præterea requisiti*.

Sententia lata cum Procuratore reuocato, si sit certum hoc, non præiudicat domino. *De procuratoribus cap. Ex insinuatione*.

Sententia super consecutionem iudicii obtenta à Procuratore reuocato, non valet. *ibid. c. In nostra*.

Sententiam mutat Deus, si homo emendat delictum. *de pœnit. dist. 1. cap. 64. Nouit. c. Si agamus, & c. Quam ob rem*.

Sententia Sedis Apostolicæ mutanda est ex causa. 35. q. 9. c. *Apostolicæ*. Vide, *Papa*. Vide, *Ecclesia Rom.*

Sententia mortis dari potest à Iudice christiano. 23. q. 4. *cap. Quæsitum est. q. 5. c. De occidendis*.

Sententia lata post appellationem, est nulla. *Conc. Later. 3. in append. tit. De testibus cogendis cap. 10. & 22. De appellat. &c. cap. Dilectis filiis*. siue in principali, siue in accessorio.

Sententia lata ex actibus non idoneis, est nulla. *conc. Later. 3. ibid. cap. 24*.

A sententia supersedendum facta appellatione, & quomodo. Vide, *Appellatio*.

Sententia lata, non valent literæ commissionis, quæ superueniunt. *conc. Later. 3. in append. tit. de sententiis c. 1*.

Sententia possessionis data, debet pars introduci in possessionem, & non sufficit dare pignora. *ibid. can. 2*.

Sententia lata à delegato Papæ, debet per Episcopum executioni mandari. *concil. Later. 3. in append. tit. de Potestate Iud. &c. cap. 1*.

Sententia lata à delegato Papæ, dari potest executioni ab eodem, si Episcopus non vult exequi. *de potest. Iud. delegat. cap. 4*.

Sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ferri non potest, nisi in scriptis. Vide, *Excommunicatio*. Vide, *suspensio*. Vide, *Interdictum*.

Sententia in causa beneficiali non transit in rem iudicatam, sed potest superior de iuribus partium inquirere. *de dolo, & contum. c. Cum olim D*.

Sententia lata in causa matrimoniali, non transit in rem iudicatam. *de sent. & re iudic. c. Lator*.

Sententia lata contra actorem, in casu appellationis confirmanda est, si fuit legitima. *de sent. & re iudicata c. Causam quæ*.

Sententia præcipiente aliquid faciendum in termino, tempus appellationis est decendium, id est, decem dierum, & quomodo computandum. *de sent. & re iudic. c. Quod ad consultationem*. & incipit computari à die latæ sententiæ, non à die termini. *ibid.*

Sententiarum nuncios carcerantes, incurrunt in excommunicationem. *Conc. Turon. 4. c. 15*. Vide, *Percussor*. Vide, *Iudices Ecclesiastici*.

Sententia probari potest per testes, quod sit data. *de sent. & re iud. cap. Sicut nobis*.

Sententia secunda, lata in secunda instantia contra primam, tenet, quando ab ea non appellatur. *ibid. cap. Inter monasterium*.

Sententia lata contra priuilegium, siue ostensum, siue non, valet, si ab ea non fuit appellatum, vel supplicatum. *de sent. & re iudic. c. Suborta*.

Sententia à qua fuit appellatum, retractatur, si constat, testes ad quorum tantum dicta fuit lata, fuisse conspiratores, & receptos parte contradicente. *de sent. & re iudic. c. cum I. & A. de testibus c. Sicut vobis*.

Sententia reuocata ex defectu iurisdictionis, saltem in vno iudice, iterum agitur de principali. *de sent. & re iudic. cap. Ad probandum*.

Si duo ordinarii sententiant per contrarias sententias, tenet sententia pro reo, excepta causa matrimonii, dotis, libertatis, & testamenti. *ibid. cap. fin.*

Sententia lata contra Ecclesiam, sede vacante, non tenet. *Ne sede vacante c. fin.*

Sententia lata per falsas literas, non est executioni mandata. *de crimine falsi c. Super eo*.

Sententia definitiua ferri potest per verbum *statuo*, vel *præcipio*. *de verbor. signif. c. In his*.

Sententiæ confirmatio à Papa potest peti, si iustè fuit lata. *de sent. & re iudic. c. Ea quæ*.

Sententiæ Papalis executor, potens admittere exceptionem fraudis, non potest pronunciare super toto negotio. *De de sent. & re iudic. c. de cætero*.

Sententia Episcopi, & aliarum illustrium personarum, recitari potest per aliam personam. *de sent. & re iudic. in 6. c. fin.*

Sententia prolata à iudice stante, non sedente, non tenet. *ib.*

Sententia scripta, si non recitetur litigatoribus, nulla est. *ib.*

Sententia lata pro culpis præteritis, vel præsentibus, sine monitione, est nulla. *de sent. excommunicat. in 6. c. Romana*.

Sententiæ tres in eadem causa non patiuntur exceptionem, *Clem. de sent. & re iud. c. 1*.

Sententia lata contra citatum extra territorium citantis, est nulla. *Clement. de sent. & re iudic. c. Pastoralis*.

Sententia facta, expirat delegatio. *de offic. & potest. Iud. deleg. cap. In literis*.

Sententia lata à iudice sine iurisdictione, est nulla. *ibid. c. Ex literis*. contrarium dicere videtur. *Clement. de verbor. significat. cap. fin.*

Sententia lata non contestata lite, est nulla, etiam si detur contra contumacem. *Vt lite non contestata cap. Accedens*.

Sententia prolata, sed non redacta in scriptis, potest per testes, qui fuerunt præsentes, & possunt testificari de ea, scribendo depositiones eorum, valere. *De testibus, cap. Albericus*.

Sententia lata contra aliquem, præiudicat etiam illi, qui secundò habebat actionem in talem rem iudicatam. *de sent. & re iudicata c. Quamuis*.

Si duo delegati sententiant per contrarias sententias, decisio pendet ab arbitrio delegantis. *ibid. c. fin.*

Si duo compromissarii sententiant per contrarias sententias, nulla est sententia. *ibid.*

Sententia lata contra reum arripientem iter ad Papam, aliis seruatis, est nulla. *De appellat. & recusat. c. Dilecti filij*.

Sententia lata pro vno, prodest alijs habentibus, idem ius. *ibid. cap. Vna*.

Sententiæ excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in scriptis ferri debent, & cum expressione causæ. intra mensem dandæ copiæ parti. Qui aliter facit, per mensem suspensus est ab ingressu Ecclesiæ, & à diuinis: & si celebrat, fit irregularis; & indiget dispensatione Papæ. *de sent. excom. in 6. c. 1*. Vide, *censura*. Vide, *Excommunicatio*.

Sententiæ excommunicationis, suspensionis, & interdicti, non suspenduntur per appellationem. *ibid. c. Is cui*.

Sententiæ mutantur in melius, & moderantur à Romana Ecclesia. *de sent. excom. in 6. c. Alma mater*.

Sententia transit in rem iudicatam, si appellatio sit deserta. *Clem. de appellat. & recusat. c. Si appellationem*.

Sententiæ prolatæ ab Inquisitoribus contra hæreticos, executioni mandantur à iudice sæculari. *Innoc. 8. const. 10. dilectus*. Vide, *Hæretici*.

Sententiæ pecuniariæ in statu Ecclesiæ, qua forma, & ritu possunt relaxari, & moderari. *Sixtus V. const. 93. Ad Romanum*. §. 16. 17. & *seqq*.

Sententiatus iniustè, non eget absolutione. 11. q. 3. *cap. cui est illata*.

Sententia. Vide, *damnare*.

Sententiatus. Vide, *condemnatus*.

Separatio. Separare.

Separatio tori, seu matrimonij, quibus causis, & quomodo facienda. Vide, *coniuges*. Vide, *diuortium*. Vide, *Matrimonium quo ad torum*. Vide, *Torus*. Vide, *Vir*. Vide, *Vxor*.

Separans se à fratribus, est schismaticus, non hæreticus. 7. q. 1. *cap. Nulli dubium*.

Separantes se ab Episcopis, damnationem acquirunt. 7. q. 1. cap. Denique quam sit.

Sepelire. Sepeliri.

Sepeliri, olim, non poterant mortui intra Ecclesiam, sed propè murum. conc. Brachar. 1. c. 36. 13. q. 2. cap. Nullus. c. Non æstimemus. conc. Tribur. 1. c. 17. conc. Nanneten. 1. c. 6. Gregor. 1. lib. 4. Dialog. c. 53.

Non poterat, olim, aliquis sepeliri propè altare. 13. q. 2. cap. Præcipiendum.

Sepeliri possunt mortui in Ecclesiis, & Basilicis. conc. Aurelian. 4. cap. 21.

Sepeliendorum funeralia, quomodo facienda. Vide, *Funeralia*. Vide, *Mortui*. Vide, *Defuncti*.

Sepeliri in Ecclesia, iuuat, ad orationes fidelium, quæ in ea fiunt. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 99. 13. q. 2. c. cum grauia. & c. Non æstimemus.

Sepeliri debet mortuus in eo loco, quem elegit viuus. Extra, de sepulturis c. Detestandæ.

Sepeliri non debet more Ecclesiæ, qui se occidit ferro, veneno, &c. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 98. 23. q. 5. cap. Placuit. Vide, *Occidens*.

Sepeliens vsurarium. Vide, *Vsurarius*.

Sepeliri non possunt in Ecclesia, vel cemeterio, excommunicati. De sepulturis cap. Sacris. Nisi sint absoluti. ibid. cap. Parochiano. concil. Lateran. 3. tit. De excommunicatis cap. 5.

Si excommunicatus sepelitur in Ecclesia, si ossa eius discerni possunt, sunt exhumanda, & proijcienda; alias non. ib.

Sepelientes excommunicatos, vsurarios publicos, vel interdictos, sunt excommunicati ipso facto. Clement. de sepulturis c. 1. etiam si exempti id faciant.

Neque priuilegiati possunt sepelire excommunicatos. de priuil. & c. c. Ad hæc.

Sepelientes tempore interdicti, etiam si exempti, excommunicati sunt ipso facto. Clement. de sepulturis cap. 1. Vide, *Interdicti tempore*.

Sepeliens Parochianum alterius, tenetur restituere corpus, & quæ habuit in funerali. De sepulturis cap. Ex parte canonicorum. & c. cum sit liberum.

Sepeliri non potest defunctus, nisi hæredes spondeant soluere quod debet ex mandato Ecclesiæ. concil. Lateran. 3. in append. tit. De sepulturis c. 3.

Sepeliri cupiens in Ecclesia aliena, dat portionem Ecclesiæ, in qua habet sacramenta. conc. Lateran. 3. tit. De sepulturis cap. 2.

Sepeliendus in monasterio, olim tenebatur relinquere medietatem Ecclesiæ parochiali. De sepulturis c. Relatum. Sed circa hoc, standum consuetudini. ibid. c. Certificari.

Sepeliendus in monasterio dat canonicam portionem Ecclesiæ parochiali, si eligit sepulturam in ægritudine, secus si in sanitate. ibid. c. de his. concil. Later. 3. tit. de sepulturis c. 2. Vide, *Regulares circa sepulturas*.

Priuilegiati possunt sepelire eligentes sepulturam apud eos, soluta quarta funerali. ibid. c. In nostra. de pactis in 6. c. 1. Pactum. Vide, *Regul. vbi supra*.

Priuilegiati, si alios sepeliunt non eligentes sepulturam apud eos, totum restituunt. de sepul. c. In nostra.

Si verò fecerunt pactum cum parochis, &c. de non sepeliendo, non possunt sepelire. De pactis in 6. c. 1. Pactum. Vide, *Pactum*. Vide, *Regular. vbi supra*.

Regulares liberam habent sepeliendi facultatem. Vide, *Regul. circa sepulturas*. De pactis in 6. c. Pactum. Clement. de sepult. c. Dudum. soluta quarta funerali.

Regulares tempore interdicti possunt sepelire suos oblatos (nisi fuerint causa interdicti) De priuilegijs cap. Vt Priuilegia.

Sepeliendus extra Ecclesiam propriam soluit quartam. de sepulturis cap. cum super. Circa quartam canonicam standum est locorum consuetudini. ibid. cap. Certificari. & de sepulturis in 6. cap. cum quis. Clement. de sepulturis c. Dudum. Et si duæ sint parochiæ, quarta inter eas diuiditur, si alibi sepelitur. ibid. cap. Cum quis.

Sepeliri vbi debet moriens in villa, si recreationis gratia ibi erat. De sepulturis in 6. c. Is qui.

Sepeliri debet cum vltimo viro mulier, quæ plures habuit. De sepulturis in 6. c. Is qui §. Mulier.

Sepelientes vsurarios, præter excommunicationem, ab officio sunt suspensi. De vsuris c. Quia in omnibus.

Sepeliri secreto possunt clerici, tempore interdicti, si illud seruarunt. De pœnitentijs, & remission. c. Quod in te.

Vide, *Clericorum priuilegia*. Vide, *Interdicti tempore*.

Sepelientes hæreticos, vel credentes eorum, vel defensores, vel receptatores scienter, de facto sunt excommunicati, neque possunt absolui, nisi propriis manibus extumulent illos sepultos. de hæreticis in 6. c. Quicumque.

Sepeliri non possunt Christiana sepultura tales receptatores, defensores, &c. De hæreticis c. Sicut ait.

Sepelire possunt in suis Ecclesijs, suos seruitores, &c. fratres Minores, & Prædicatores. Vide, *Fratres N. N.*

Sepeliri volens cum habitu fratrum Minorum, vel Prædicatorum, sepeliri non potest in alijs Ecclesijs, quam eorum, etiamsi alibi eligissent sepulturam. Sixtus 4. const. 6. Regimini §. 12. & const. 19. Sacri. const. 7. Regimini.

Sepelire non potest vlla Ecclesia sine licentia parochi, qui dat sacramenta defuncto; nec etiam regulares. conc. Later. 3. tit. de sepulturis c. 4. sub pœna anathem. ibid.

Sepulti à schismaticis tempore schismatis, non sunt exhumandi. Honorius 3. ex Cirone. de sacramentis non iterandis c. 1.

Sepeliendi in Ecclesiis Fratrum Minorum de obseruantia in Indiis, non debent plus soluere parochis, quam si alibi sepelirentur. Clemens 8. const. 96. Expositum.

Pro sepeliendis mortuis nil exigendum, nisi gratis datum. Conc. Vasense 2. c. 6. 13. q. 2. c. Præcipiendum.

Vide, *Sepultura*, Vide, *Moriens*.

Sepultura.

Sepulturæ fieri non debent in baptisterio. Conc. Antisiodoren. cap. 14.

Sepulturas aliorum reseruatas, vsurpantes, quomodo puniendi. Conc. Toletan. 3. c. 17.

Sepulturas demoliens clericus, officio priuatur, & triennali pœnitentia punitur. Conc. Tolet. 4. c. 46.

Sepultura non omnibus danda, sed ijs, quos Episcopus, vel Parochis dignos iudicat. Conc. Meldense c. 72.

Sepultura morientis ab intestato, quæ. Vide, *Moriens*.

Sepultura in Ecclesijs dari potest suspensis in patibulis. Vide, *suspensi*.

Sepultura non neganda morienti casualiter, & non se occidenti. De sepulturis c. Ex parte.

Sepultura eligi potest, vbi placet, & tandem detur sibi decimæ soluuntur. 13. q. 2. c. Vbicumque. Conc. Triburien. 1. c. 15. De sepulturis c. 1. & in 6. c. Cum quis. §. Si quis.

Sepulturæ electio fieri potest etiam ab vxore. Concil. Later. 3. par. 50. cap. 63. de sepulturis c. De vxore. Sic etiam ab innupta. Vide, *Mulieris priuilegia*.

Sepulturæ electio fieri potest à filio familias, diuersa à Patre, iuxta locorum consuetudinem. Conc. Later. 3. par. 50. c. 63. Sed non potest legare, nisi peculium castrense. de sepulturis in 6. c. Licet. Vide, *Filius*.

Impubes non potest eligere sepulturam, si ita sit consuetudo, sed in loco maiorum sepelitur. de sepulturis in 6. c. Licet.

Sepulturam eligens in aliena Ecclesia, vbi non est paterna, non dimissa portione Ecclesiæ Parochiali, nulliter eligit. de sepulturis c. Fraternitatem.

Pater eligere potest sepulturam filiis morientibus, vbi est consuetudo. de sepulturis c. de vxore. §. Vtrum.

Sepulturam eligere potest Pater filio impuberi, vbi est consuetudo. secus si contra. de sepulturis in 6. c. Licet.

Sepulturam eligere non possunt regulares, nisi multum distent à monasterio. De sepulturis in 6. cap. fin. Vide, *Regul. circa sepulturas*.

Ad sepulturæ electionem, nullus inducendus per votum, iuramentum, &c. de sepulturis in 6. c. 1. Id facientes pro Ecclesijs propriis, sunt excommunicati. Clement. de pœnis cap. Cupientes §. fin.

Sepul-

Sepulturam eligens in aliena Ecclesia, soluit portionem Parochiali. *De sepultur. c.1. Vide, Sepelire. vbi supra.*

Sepultura noua eligi potest, dimissa antiqua, etiam in loco minus religioso. *De sepultur. in 6. c. cum is. §. Si quis.*

Sepultura neganda est excommunicato, si eo moriente (etiam pœnitente) propinqui non promittunt satisfacere pro eo, id est, mandato Ecclesiæ. *Conc. Later. 3. p. 50. c. 52.*

Vide, *Sepelire*. Vide, *Excommunicatus*.

Sepultura, quando neganda est ei, qui per annum stetit in excommunicatione, vel suspensione, vel interdicto, etiam si in morte sit absolutus. *Conc. Rauenn. 2. sub Clemente V. cap. 28.*

Sepultura neganda adultero, qui, vel retenta, vel pulsa vxore, tenuit concubinam, si per hoc fuit excommunicatus, & mansit in ea vsque ad mortem, etiamsi in morte fuit absolutus. *Conc. Rauenn. ibid. c. 29.*

Sepultura neganda est vsurario. Clericus eam dans, est suspensus ab officio, arbitrio ordinarij. *Conc. Rauenn. 4. sub Ioann. 22. c. 15.* Vide, *Vsurarius*.

Sepultura neganda est non restituenti malè ablata, scienti eos à quibus abstulit: & pœna clerici sepelientis. *Concil. Rauenn. 4. sub Ioann. 22. c. 16.*

Sepultura neganda est morienti in torneamentis, si ibi erat ad pugnandum; secus si erat ad videndum. *De sepult. c. fin.*

Sepultura neganda ei qui suspensus à diuinis se ingessit in eis (nisi pœniteat) durante illo interdicto, vel suspensione. *de sent. excomm. in 6. cap. is cui.*

Sepultura neganda inuasoribus Ecclesiarum, Religiosorum locorum, personarum; consiliarijs eorum, defensoribus, receptatoribus, &c. nisi ante mortem satisfecerint. *Conc. Turon. 4. cap. 14.*

Sepultura neganda morientibus in duello. *Conc. Toletan. 22. cap. 20.* Clerici sepelientes, priuantur officio, & beneficio. *ibid.* Fructus, quomodo applicandi. *ibid.*

Sepultura neganda raptoribus, nisi ante mortem satisfecerint. *ibid. c. 22.*

Sepultura neganda est ijs, cum quibus in vita non communicatur. *Conc. Colon. 2. p. 7. c. 51.* Item latronibus publicis; se occidentibus; existentibus in mortali, si absque signo pœnitentiæ moriantur. *ibid.*

Pro loco sepulturæ, nihil soluatur; nisi aliquid sponte detur pro Ecclesiæ luminaribus, &c. *Gregor. 1. lib. 7. ep. 4. & ex regest. lib. 7. ep. 56. Honorius 3. ex Cirone, de sepulturis c. 1. Concil. Meldense cap. 72.* (alias est quid simoniacum. *De simonia cap. Non satis, cap. cum in Ecclesia.*) *13. q. 2. cap. Præcipiendum. cap. Questa est. cap. Postquam. & cap. in Ecclesiastico. Conc. Metense 1. cap. 2. Conc. Triburien. 1. cap. 16. Conc. Nanneten. 1. cap. 6. Concil. Claramontan. c. 8. Conc. Later. 3. c. 7. & in append. tit. de simonia c. 10. Conc. Oxonien. 1. cap. 22. de sepulturis cap. Abolendæ. concil. colon. 2. par. 8. cap. 1.*

Pro exigendo pretio sepulturæ non fiant pignora, nec fideiussiones. *conc. Later. 3. tit. de sepulturis c. 2.*

Ad sepulturam mortuorum, non possunt christiani deferre cibos, &c. *de consecr. dist. 1. cap. Non oportet.*

Sepulturæ eligi potest etiam in Ecclesiis regularium. *concil. Triburien. 1. c. 15. conc. Later. 3. in append. tit. de sepultur. cap. 1. 2. &c. de sepultur. cap. Fraternitatem. & in 6. c. 1. De excessibus Prælator. cap. Nimis iniqua. concil. Later. 5. sess. 11. const. 4. dum intra.*

Sepulturæ electio in Ecclesiis regularium per inductionem eorum, non tenet. & pœna inducentium. *de sepulturis in 6. cap. 1.*

Sepulturæ eligi potest liberè in Ecclesiis Fratrum Minorum, & Prædicatorum. *Extra, de sepulturis cap. super cathedram.* & cum eorum habitu sepeliri possunt. *Leo X. constit. 23. Dum intra §. 10.*

Sepulturæ in locis regularium. Vide, *Regulares circa sepulturas*. Vide, *Cœmeterium*.

Sepultura perpetua caret, locus, in quo fuit sepultus aliquis hæreticus. *de hæret. in 6. cap. Quicumque.*

Sepulturis Iudæorum, aut Saracenorum, Christiani non possunt interesse. *conc. Sabinense c. 22.*

Vide, *Christiani*. Vide, *Saraceni*.

Sepulturæ locus, seu terra, vendi non potest. *De sepulturis cap. Abolendæ.*

Sepultura non neganda morienti ex improuiso, si præceptum confessionis, & communionis annuæ seruauit. *Reformatio Cleri Germaniæ cap. 6.*

Sepultura negari non potest, propter debita. *Reformatio Cleri Germaniæ cap. 6.*

Sepultura negari non debet vlli morienti in communione catholica. *Conc. Colon. 2. p. 7. c. 51.*

Sepulturæ terra vendi non potest. Vide, *Terra*.

Sepulturæ, seu sepulchra non debent esse ornata cum vexillis, armis, trophæis, &c. *Concil. Mediolan. 1. par. 2. tit. de sepulturis.*

Sepulturæ mortuorum sint in Cæmeterijs. *ibid.*

Sepulturæ in Ecclesiis, humi tantum dandæ non in loco excelso. & operimentum æquale sit cum solo Ecclesiæ. *Concil. Mediol. ibid.*

Sepulchrum.

Sepulchris defunctorum, etiam si mortui sint cum opinione sanctitatis, appendi non possunt, imagines, tabellæ, &c. ex qualibet materia, sine recognitione ordinarii, referenda Sedi Apostolicæ, & ab hac approbanda. *Vrban. 8. constit. 37. Sanctissimus. §. 3.*

Neque possunt in eis accendi lampades. *ibid.* Excipiuntur, qui ex communi consensu Ecclesiæ, vel per vsum immemorabilem; vel scripta Sanctorum Patrum, cum Sedis Apostolicæ, ac Ordinarii tolerantia coluntur. *ibid. §. 4.*

Si pro aliis deferantur tabellæ, imagines, &c. conseruentur in aliquo secreto loco, donec dominus aliter disponat. *ibid.*

Vide, *Defunctorum sepulchra*. Vide, *Imagines*. Vide, *Mortui*.

Septuagesima.

In Septuagesima, olim, clerici tenebantur ieiunare, & à carnibus abstinere. *Dist. 4. cap. Statuimus. ex Thelesphoro in epist. decret.*

Nunc autem non tenentur. Vide, *Sacerdotum obligationes*.

Sequestrum. Sequestrare.

Sequestrum, quando debet reuocari, & quomodo. *de sequestratione possessionis cap. 1.*

Sequestrari potest res petita ob contumaciam rei. *de dolo, & contumacia cap. Ex literis.*

Sequestrari possunt fructus, si habens possessionem causa rei seruandæ dissipat. *de sequestratione possessionis c. dilectus.*

Sequestrari possunt fructus possessionis, si appellatur à sententia. *ibid. cap. fin.*

Sequestratione beneficii, etiam curati, facta per ordinarium ex sententia Sedis Apostolicæ, committitur beneficium ab ordinario personæ idoneæ, donec, &c. quæ plenam de eo curam gerit, fructus conseruat (demptis necessarijs pro oneribus) eique restituat, qui causam vicerit. nec obstat si à sententia appelletur. *Clement. de sequestrat. & c. c. vn.*

Sequestrationem impediens, si est vnus ex litigantibus perdit ius, quod ad rem habet, eo ipso. *ibid.*

Sequestratione facta, non potest altera pars vti fructibus, &c. & si quid distrahitur, in pristinum statum reuocetur. *Honor. 3. ex Cirone, de sequestratione possess. & c. c. 1.*

Serenæ.

Serenæ in Kalendis Ianuarij, more gentilium non sunt faciendæ. *Conc. Antisiodoren. c. 1.*

Serui circa ordinationes.

Serui, antequam perfectè manumittantur, non possunt fieri clerici. *Conc. quod dicitur Apost. c. 82. Gelas. ep. 9. Conc. Lucense 2. c. 46. conc. Tolet. 1. c. 16. conc. Tribur. 1. c. 29. conc. Melsitan. cap. 11. dist. 54. cap. Nullus. cap. Nulli. c. Magnus. cap. Qui. cap. Quicumque. cap. de seruorum. Conc. Lateranen. 3. in append. tit. de depositione cap. 19. & par. 50. cap. 56.*

cap. 56. De seruis non ordinandis cap. 1. & cap. Consuluit.
Serui Ecclesiarum si sint probatæ vitæ, possunt ordinari clerici. *dist. 54. c. Multos.*
Episcopo ordinante aliquem seruum in diaconum, vel Presbyterum scienter, maneat in ordine, sed Episcopus satisfaciat domino pro eo. Si ipse nesciebat, & alii supplicarunt, isti tenentur satisfacere. *Conc. Aurelian. 1. c. 10. dist. 54. c. Si seruus.* & in *Conc. Aurelian. 5. c. 6.* dispositum est, vt seruus inuito domino ordinatus, reuocari possit. & si à domino maletractetur, Episcopus duos seruos domino soluat, si scienter fecit. Vide, *Episcopus circa ordinationes.*
Serui manumissi, quando possunt ordinari. Vide, *Serui manumissi.*
Seruus ordinatus domino sciente, & non contradicente, remaneat liber. *dist. 54. c. Si seruus.*
Serui non possunt ad vllam dignitatem Ecclesiasticam promoueri, nisi fiant liberi. & Episcopus scienter ordinans, per annum suspendatur à missa. *conc. Aurelian. 3. c. 13.*
Seruus factus sacerdos, latenter, quomodo puniendus. *Dist. 54. c. Ex antiquis.*
Seruus factus clericus, talis remaneat semper. *dist. 54. c. Frequens, & c. Quis, aut leges.*
Seruus ordinatus inuito domino, deponatur. *conc. Later. 3. in append. tit. de depositione c. 19.* & domino restituatur. *ib.*
Si seruus ignotus in regione aliqua ordinatur, & postea à domino cognoscitur, si hic non vult eum liberare, deponatur, & ei restituatur. *Conc. Lateran. 3. par. 50. c. 56. Post conc. Tolet. 1. cap. 16.* si consentit dominus, remaneat in ordine. *ibid.* & *De seruis non ordinandis cap. De seruorum. & c. Consuluit.*
Seruo facto Presbytero moriente ab intestato, quomodo diuiduntur eius bona. *de successoribus ab intestato c. Sancto.*
Vide, *Famuli.* Vide, *Ordinatio.* Vide, *Clerici, qui sunt inhabiles ad clericatum.*

Serui manumissi.

Serui manumissi ab Ecclesia, per eam postea iudicandi sunt. *Conc. Matisconense c. 7.*
Possunt etiam de commissione *Episcopi à laico* iudicari. *conc. Tolet. 3. c. 7.*
Serui manumissi à quocumque, non possunt amplius in seruitutem reuocari, alias ab Ecclesia defendantur. *Conc. Aurelian. 5. cap. 2. Conc. Parisien. 3. cap. 9.* & isti euadunt serui Ecclesiæ. *ibid. c. 9.*
Seruus manumissus ab Ecclesia, ordinari potest; & quidquid acquirit est Ecclesiæ. *de seruis non ordinandis c. de famulis.*
Seruus manumissus ab Ecclesia, si eam accusat, vel contra eam testificatur, priuatur libertate. *ibid.*
Seruus manumissus à domino, ordinatus, si nolit pro domino psalmos canere, &c. accusetur ad Episcopum, & degradetur. *de seruis non ordinandis c. Nullus.*
Seruus manumissus ab Ecclesiasticis, vt fiat clericus, tenetur ei Ecclesiæ seruire, non alteri. *ibid. c. Eò libentius.*
Seruus simpliciter ab Ecclesiasticis manumissus, potest alteri Ecclesiæ inseruire. *ibid.*
Seruus manumissus, vt fiat monachus, tenetur obseruare. *De conditionibus appos. c. Cum sit proprium.*
Serui Ecclesiæ, manumissi non possunt à successore reuocari in seruitutem. *Conc. Emerit. c. 20.*
Vide, *Manumissi.* Vide, *Liberti.*

Serui Ecclesiarum.

Serui Ecclesiarum, cum qua cautela, & formula, possunt ordinari. *Post Conc. Tolet. 1. c. 17.* Vide, *Ecclesiarum serui.*
Serui fugitiui Ecclesiarum, si retineri non possunt, dum reuocantur, ab Episcopo possunt distrahi. *Post Conc. Toletan. 1. cap. 21.*
Serui Ecclesiæ non possunt manumitti à Rectore, nisi hic in duplo compenset valorem. *De rebus Eccles. non alien. cap. Consensus.*
Serui Ecclesiæ non possunt à Prælato manumitti, si ipse de suo nihil det Ecclesiæ. *ibid. c. Episcopi.*
Serui monasterii non possunt manumitti ab Abbate. *dist. 54. cap. Abbati.*
Serui ab Ecclesia manumissi. Vide, *Serui manumissi.*
Serui Ecclesiæ non sunt fatigandi angarijs. qui id faciunt, excommunicentur. *12. q. 2. cap. Ecclesiarum seruos.* Vide, *Ecclesiæ immunitas.*
Serui Episcoporum & clericorum, eodem priuilegio gaudent. *ibid. c. Ecclesiarum seruos.*
Serui Ecclesiæ non possunt testamentum facere. *13. q. 2. cap. Illud etiam.*
Ecclesiæ serui si sint probatæ vitæ, possunt ordinari clerici. *Dist. 54. cap. Multos.*
Vide, *Ecclesiarum serui.* Vide, *Famuli.* Vide, *Liberti.*
Vide, *Mancipium.* Vide, *Manumissi.*

Serui circa matrimonia.

Vide, *Matrimonia inter quas personas fieri possunt valide.*
Serui possunt matrimonium contrahere. *Post ep. 3. Iulij 1. 29. q. 2. cap. Omnibus. Conc. Later. 3. De sponsalibus secundo c. 7.*
Seruus, & serua, etiam si dominis diuersis subdantur, possunt facere matrimonium. *29. q. 2. c. vlt.*
Serua donata libertate, potest cum domino suo nubere. *Post ep. 3. Iulii 1. c. 10. 29. q. 2. c. Si quis ancillam.*
Serui fugientes ad Ecclesiam, vt possint per hoc contrahere matrimonium, quomodo tractandi à clericis. *Conc. Aurel. 4. c. 24.*
Seruam ducens putans liberam, potest dimittere, & aliam accipere. Si verò sciebat esse seruam, non potest. *29. q. 2. c. si quis liber, & c. Si fœmina.*
Idem de fœmina accipiente seruum. *ibid. c. Si fœmina.*
Seruum se faciente viro, vxor non euadit serua. *29. q. 2. cap. Perlatum.*
Seruus, etiam inuito domino, potest contrahere matrimonium. *Conc. Later. 3. in append. tit. De sponsalibus secundo c. 7. de coniugio seruorum c. 1.*
Seruus per hoc quod facit matrimonium, non remanet liber à seruitute. *ibid.* Vide, *Famuli.* Vide, *Mancipia.*

Serui Christiani, & alij.

Serui Iudæorum Christiani, qui ab eis maletractantur, si confugiunt ad Ecclesiam, quomodo tractandi. *Concil. Aurelian. 3. c. 13.*
Debent iusto pretio per Christianos redimi. *Conc. Aurelian. 4. c. 30.* Vide, *Christiani.* Vide, *Iudæi.*
Serui Christiani non possunt à Iudæis vendi Catholicis. *Concil. Tolet. 10. c. 7.*
Seruus Christianus per vim circumcisus à Iudæo domino, liber remanet. *Conc. Meldense c. 73.*
Etiam seruus alterius Sectæ, gaudet hoc priuilegio, si circumciditur. *ibid.*
Seruus à Iudæo captus, si vult fieri Christianus, liber manet. *De Iudæis c. 1.*
Seruus Christianus à Iudæo circumcisus per vim, si ad Ecclesiam confugit, non restituatur. *17. q. 3. c. Iudas.*
Seruus infidelis veniens ad fidem, fit liber. *Dist. 54. c. Fraternitatem. c. Si quilibet. c. Et si. & c. Præsenti.*

Serui ad Ecclesiam confugientes.

Serui confugientes ad Ecclesiam, protegendi sunt apud dominos, & componendi cum eis. *Gregor. 1. lib. 2. ex reg. ep. 1.*
Serui fugientes ad Ecclesiam, & petentes baptismum, sunt redimendi per Ecclesiam, & baptizandi. neque possunt amplius emi, aut vendi. *Gregor. 1. lib. 6. ep. 31.*
Serui fugientes ad Ecclesiam, sub conditione restituendi sunt dominis. *17. q. 3. cap. Metuentes. & cap. Id constituimus.* Cum impunitate restituuntur. *De immunitate Eccles. cap. Inter alia.*
Vide alia in præcedenti titulo. Vide, *Ecclesia, ad eam confugientes.*

Seruis prohibita.

Serui, neque pro, neque contra dominum, possunt examinari. 4. q. 2. c. *Si testes*.
Serui aduersus tutores, non audiendi. 12. q. 2. c. *Quæstionem. cap. Insolitum, & c. Episcopus qui*.
Serui, ratione, seu prætextu religionis, non possunt contemnere dominum; alias ipsi, & suadentes id facere, sunt anathema. *Conc. Gangrense c.* 3. 17. q. 3. c. *Si quis seruum*.
Serui non possunt fieri religiosi, absque consensu Domini. *dist.* 54. *cap. Generalis, & cap. Admittuntur*.
Vide, *Regul. Relig. quis potest ingredi, & quis non*.

Seruorum priuilegia.

Seruus excommunicatus ob percussionem clerici, potest ab Episcopo absolui, si adire non potest Papa, eo quod damnum patitur dominus. At si excessus sit grauis, ac enormis, & adsit scandalum, tenetur adire Papam. *de sent. excommunic. c. Relatum*.
Si seruus fugiens comprehenditur, est illi ignoscendum. *Nicolaus* 1. *ad consulta Bulgar. c.* 21.
Seruorum impudicitiam attentans, ad quid tenetur. *De pœnit. dist.* 1. *cap.* 12.

Serui Beatæ Mariæ.

Vide, *Fratres Seruorum B. Mariæ*.

Serui Prælatorum Romanæ Curiæ.

Serui Prælatorum Romanæ Curiæ, post obitum Prælatorum non possunt petere, aut prætendere salarium, nisi per biennium ante mortem. *Paulus* 3. *const.* 43. *Cum sicut*.

Seruientes.

Seruientes Militiarum, Monasteriorum, Hospitalium, &c. subduntur ordinario, exceptis iis, qui actu viuunt sub obedientia præfatarum Militiarum, Monasteriorum, & Hospitalium. *conc. Trid. sess.* 24. *de refor. c.* 11.

S. Seuerinus.

S. Seuerini Oppidum in Picæno, erigitur in Ciuitatem. *Sixtus V. const.* 49. *Superna*.

Sibyllæ.

Sibyllarum authoritas non sequenda. *dist.* 37. *c. Si quid veri*.

Sicarius.

Sicarii persequendi. Vide, *Ecclesiasticus status*.

Sicilia.

Siciliæ Episcopi, semel in quinquennio, tenentur accedere ad limina Apostolorum. *Gregor.* 1. *lib.* 5. *ep.* 3.
Siciliæ Episcopi tenentur quotannis facere inuentarium de actis criminalibus, & illud custodire. Quando autem moriuntur, tenentur confessario sigillatum relinquere, qui Conuentui insigniori Regularium consignet, donec alius Episcopus instituatur. *Pius V. const.* 121. *Muneris*.
Siciliæ Episcopi, quas procurationes exigere possunt, dum visitant. *Extra, de censibus c. Vas electionis*.

Sigillum.

Sigillo aureo, vel argenteo non possunt vti Regulares. *Concil. Nican. ex Arabico c.* 76.
Sigillum instrumenti, quando præsumitur esse falsum. *De fide instrumentorum c. Inter dilectos*. Vide, *Instrumentum*. Vide, *Scriptura*.
Sigillum Regis falsificans clericus, deponatur, & in exilium mittatur. *De crimine falsi c. Ad audientiam*.
Sigillum cum proprijs insignibus habere debent omnia Collegia, Conuentus, Prælati, Abbates, Archidiaconi, & superiores omnes, ac officiales, & eo vtantur pro scripturis authenticis. *conc. Londinen.* 2. *c.* 29.

Signum.

Signum, quid sit. *de consecrat. dist.* 2. *c. Signum*.
Signa externa dantur, vt ducant hominem ad cognitionem, & cultum Dei: & ideo in illis non est habenda tota fiducia, sed in internis. *conc. colon.* 2. *par.* 9. *c.* 15.

Signatura.

Vide, *Referendarij*.
Signatura iustitiæ potest se intromittere in causis Cameræ. *Clemens* 8. *const.* 65. *In conferendis*. §. 38. & 41.
Vide, *Cameræ causæ*.

Syluester. Syluestrini.

S. Syluester baptizauit Constantinum. *Nicolaus* 1. *ep.* 8.
Syluestrini Monachi. Vide, *Monachi*.

Silentium.

Silentio aliquando vti debet superior, & aliquando loqui. *Dist.* 43. *c. Si Rector*.
Silentium in choro à Canonicis, & omnibus est seruandum. *conc. Treueren.* 4. *c.* 4. Vide, *Chorus*.

Symbolum fidei.

Symbolum, & oratio Dominica dicenda sunt *à Christianis*. *conc. Mogunt.* 1. *c.* 45. Negligentes *dicere*, *ieiunio*, vel alia pœna afficiantur. *ibid.*
Parentes curent, vt filii dicant illa, ea lingua, qua possunt. *ibidem*.
Symbolo addenda sunt illa verba, De Spiritu Sancto, quod etiam à Filio procedit. *Conc. Aquisgran.* 1.
Vide, *Spiritus Sanctus*.
Symbolum, olim, ante octo dies Dominicæ Resurrectionis in omnibus Ecclesiis publicè erat recitandum. *conc. Agathen. c.* 13. *de consecr. dist.* 4. *c. Symbolum*.
Symboli fidei formula, quænam est. *conc. Trid. sess.* 3.
Symboli in qualibet Dominica in Ecclesia recitandum. *concil. Tolet.* 3. *c.* 2.
Symbolum non recitatur in diebus pro festis in Missa B. Mariæ. *de celebrat. miss. c. Consilium*.
Symbolum Constantinopolitanum recitandum in missa omni Dominica. *Eugen.* 4. *in decr. vnionis Armenorum*.
Symbolum S. Athanasii, tenendum in Ecclesia. *ib.* §. *Sexto*.
Vide, *Fidei professio*.

Simon. Simonia.

Simon Magus virtute sancti Petri ex aere cecidit. *Lib.* 6. *const. Apostolic. c.* 9.
Simonia ab Ecclesia est extirpanda. *Greg.* 1. *lib.* 4. *ep.* 56. Fuit prima hæresis Ecclesiæ. *Lib.* 7. *ep.* 50. *lib.* 7. *ex regist. epist.* 112. & 116. *lib.* 9. *ex regist. ep.* 40. 51. 53. & 54. *Gregorius* 7. *lib.* 9. *ep.* 34.
Simoniam non persequens, habet partem cum Simone. 1. *q.* 1. *c. Quisquis, & c. Quos constiterit*.
Simonia committitur manus, vel linguæ munere. 1. *q.* 1. *cap. Sunt nonnulli*.
Simonia fauore, vel pecunia fit, cum datur pro eis aliquid Ecclesiasticum. 1. *q.* 3. *c. Saluator*.
Simonia tripliciter fit, manu, id est, munere; lingua, id est, precibus, & fauore: & obsequio, id est, seruitio. *concil. Melfitanum c.* 3. *Gregorius* 7. *lib.* 6. *ep.* 34. 1. *q.* 1. *c. Statuimus. c. Sunt nonnulli, & c. Quibusdam*.

Simo-

Simonia est, beneficium promittere pro spirituali obsequio. *De simonia. cap. Cum essent.*

Simonia est pecuniam exigere pro Religionis ingressu, pro Prælatis faciendis, pro benedictionibus, pro sepultura, pro olei sancti receptione, &c. huiusmodi. *De simonia c. Non satis, & cap. cum in Ecclesiæ corpore.*

Simoniæ crimen est omnium grauius. *1. q. 7. c. Patet simoniac.*

Simonia est celare peccatum pro pretio. *De simonia. c. Nemo.*

Simonia est, pœnitentes à reconciliatione remouere pro pretio, vel fauore. *ibid. cap. Nemo.*

Simonia est recipere pecuniam pro Chrismate. *De simonia. cap. Ea quæ.*

Simonia est facere homagium pro habendis spiritualibus. *ibid. cap. Ex diligenti.*

Simonia est dare ex pacto aliquid præsentatori ad beneficium, secus si spontè, & liberè detur. *De simon. c. Ex tua.*

Simonia est accipere aliquid pro assignandis officijs Ecclesiasticis. *De simonia cap. Ad nostram.*

Simonia est soluere pecuniam ad quietandum contradicentem in beneficio. *ibid. cap. Matthæus.*

Simonia est absoluere aliquem excommunicatum, pro pecunia. *ibid. cap. Ad aures.*

Simonia est spiritualia quæcumque vendere. *De simonia. cap. cum in Ecclesia. cap. Non satis.*

Simonia est dare Ecclesiæ bona, &c. vt quis recipiatur in canonicum. secus si absque hoc pacto fiat. *De simonia. cap. Tua nos.*

Simonia est permutare quodcumque spirituale, pro temporali. *De rerum permutat. cap. fin.*

Simonia est exigere aliquid pro consecratione Ecclesiæ, vel benedictione. *De simon. cap. sicut pro certo.*

Simonia imputari non potest electo confirmato, si contra voluntatem suam data fuit pecunia. secus tamen esset si ipse solum non dissensisset. *De simonia. cap. sicut tuis.*

Simonia est, si ordinans facit pactum cum ordinato, vt hic non recipiat prouisionem &c. *ibid. cap. si quis ordinauerit.*

Vterque priuatur officio per triennium, & ordinatus indiget dispensatione Papæ. *ibid.*

Simoniæ crimen, vt Læsæ Maiestatis, est puniendum. *De simonia cap. Licet Heli.*

Simonia committitur si electione facta à maiori parte, & turbata à minori, datur huic pretium ad eam quietandam. *Conc. Later. 4. in append. tit. de electione c. 4.*

Simonia est si clericus remittit exigentiam decimarum pro pecunia. *De rerum permut. cap. fin.*

Simonia est aliquid exigere pro sacramentorum collatione, vel aliis functionibus Ecclesiasticis faciendis. *De simonia. cap. cum in Ecclesiæ.*

Sed non est simoniacum si aliquid detur, & accipiatur non ex pacto, sed alio titulo, vt dono, eleemosyna, &c. & sint modici pretij, vt electuaria, vinum, &c. *De simonia cap. Et si quæstiones & c. Dilectus.*

Simoniam committens in administratione sacramentorum ab ordinario puniatur. *Pius V. const. 5. cum primum §. 9.*

Simoniam committens dando, vel accipiendo, excommunicationem ipso facto incurrit, etiam si Episcopus, vel Cardinalis sit. *Conc. Constant. in constitut. Martini V. sess. 43. Extra de simonia. cap. cum detestabile.* Vide, *simoniaci.* Vide, *simoniacorum pœnæ.* Vide, *Iudices Romæ.* Vide, *sedes Apostolica.*

Simonia est dare aliquid pro Vicariatu, vel alia iurisdictione spirituali. *De simonia. cap. consulere.*

Simonia est soluere aliquid pro habenda iurisdictione Episcopali. & pœna dantis, ac accipientis. *Ne prælati vices c. 1. & 2.*

Simonia est transactionem facere de subiectione, & superioritate spirituali. *De transactionib. c. Præterea.*

Vide, *Ecclesiæ non dandæ pro pretio.* Vide, *Beneficium per simoniam.* Vide, *sedes Apostolica.*

Simonia à quo denuncianda, & pœnæ non denunciantium.

Simoniam quilibet Catholicus potest accusare. *De simonia. cap. si dominus, & cap. Quotiens.*

Simoniacos potest quilibet accusare, etiam seruus, meretrix, & criminosus. *ibid. cap. Tanta.*

Simoniam scientes ab aliquo commissam, tenentur reuelare, alias non possunt absolui. *Extra, de simonia. cap. cum detestabile.*

Reuelans simoniam etiam si complex impunis fit. *ibid.*

Vide, *Electio.*

Sciens, aliquem per dona, munera vel promissa procurasse gratiam, vel iustitiam apud sedem Apostolicam, si intra tres dies non reuelat, incurrit excommunicat. Papæ reseruatam. *Extra, de sent. excommunic. cap. Excommunicamus.* Vide, *sedes Apostolica.*

De simonia infamatus, vel accusatus.

De simonia infamatus, licet non conuictus, tenetur se purgare, & si deficit, punitur, vt reus. *Conc. Later. 3. in append. tit. de simonia c. 13.*

Alij compurgatores debent eum purgare, & si aliquis eorum deficit, reus priuandus est officio, & beneficio. *Conc. Later. 3. in append. p. 50. c. 14.*

De simonia infamatus si non se purgat, conuictus est. *De simonia cap. de hoc autem.*

De simonia accusatus debet à celebratione Missæ abstinere, donec se purget. *Gregorius I. lib. 5. epist. 3. 2. quæst. 5. cap. Accusatum.*

Pendente accusatione, vel lite, est suspensus à diuinis. *De simonia cap. Accusatum, & cap. Quotiens.*

De simonia accusatus, vt reus læsæ maiestatis est puniendus. *15. q. 3. cap. Sanè quisquis.*

De simonia accusatus potest excipere de inimicitia, vel conspiratione, non verò de alijs. *De simonia cap. Per tuas.*

Simoniacus. Simoniaca actio.

Simoniaci sine misericordia deponendi. *Concil. Roman. sub Alexandro II. 1. q. 1. c. Erga simoniacos.* si laudabiliter viuant, potest eis dignitas conseruari. *1. q. 5. cap. Eos qui.*

Simoniaca est transactio de potestate, & subiectione spirituali. *De transactionibus. cap. Præterea.*

Simoniaca est quælibet permutatio spiritualis pro temporali. *De rerum permut. c. fin.*

Simoniacè ordinatus, dicitur apostaticus. *Dist. 79. c. Si quis.*

Simoniaci quare gratiam non præstant, quam vendere volunt. *Causa 1. q. 1. cap. Gratia.*

Simoniacè ordinatus, inaniter dicitur sacerdos (id est, quo ad executionem.) *1. q. 1. cap. Quicumque, & cap. Qui per pecunias.*

Spoliandus est honore. *Concil. quod dicitur Apostolorum. c. 30. 1. q. 1. cap. Presbyter. cap. Benedictio. cap. Excommunicandus, & cap. Reperiuntur.*

Simoniacè ordinatus non potest in ordine pœnitentiam agere. *1. q. 7. cap. Requiritis.*

Simoniaca est ordinatio, quæ fit per fauorem. *1. q. 1. cap. sunt Nonnulli.*

Simoniaca ordinatio, quomodo dicitur falsa. *1. quæst. 1. cap. Ordinationes.*

Simoniaci non habent fidem integram. *1. q. 1. cap. Petrus, & cap. cum omnis.*

Simoniaci ab omnibus vitandi sunt, & si non resipiscunt per potestates sæculi sunt opprimendi. *1. q. 7. cap. Patet simoniacos.*

Simoniaci dant maledictionem, quando dant aliquid. *1. q. 1. cap. Ventum est.*

Simoniacorum hæresis, quare est damnabilior omni alia. *1. q. 1. cap. Eos, & cap. Multipliciter.*

Simoniacus pastor, nihil boni confert ouibus. *1. q. 1. c. Fertur.*

Simoniacè electus, &c. si renunciat, & postea eligatur, ex tunc habet locum. *De simonia c. Ex insinuatione.*

Simoniacæ electiones, postulationes, prouisiones monasteriorum, dignitatum, officiorum, Ecclesiarum, beneficiorum quorumcumque, sunt nullæ ipso iure. *Martin. V. in Concil. Constantiense sess. 43.*

Et sic electi, instituti, &c. præter excommunicationem Papæ

reseruatam, quam ipso facto incurrunt, non possunt facere fructus suos. *Extra, de simonia cap. cum detestabile. Eugenius IV. const. 7. cum detestabile.*

Simoniaca electio cassanda est, etiam si electus nesciret. *de simonia cap. Nobis.*

Electus, non est simoniacus, si ipso prohibente, data est pecunia, &c. *ibid. cap. Sicut tuis.*

Simoniaca est electio, etiam si electores id malitiosè fecerunt in dispendium electi. *de simonia cap. Nobis fuit.*

Simoniæ reus potest solum excipere de inimicitia, & conspiratione, non verò de aliis. *ibid. cap. Per tuas.*

Simoniaci sunt, qui procurant per dona, munera, vel promissa, gratiam, aut iustitiam apud sedem Apostolicam, & mediatores. & pœna.

Vide, *Sedes Apostolica.* Vide, *Simoniacorum pœnæ.*

Simoniaca electio Papæ, est nulla, & irrita. Vide, *Papæ electio.* Vide, *Beneficia per simoniam.* Vide, *Electio.* Vide, *Electus.* Vide, *Sedes Apostolica.*

Simoniæ causæ, & iudicia.

Simoniarum causæ iudicantur à Iudice, Romæ existente, specialiter deputato ad has, & beneficiales confidentias, & institutus est *à Sixto V. constit. 71. cum de omnibus.*

Hic Iudex amplam habet iurisdictionem contra omnes personas de simonia diffamatas, vel accusatas, etiam Patriarchas, Cardinales, &c. *ibid.*

Simonia, quæ committitur in Sacramentorum administratione, ab Ordinario cognoscitur, & punitur. *Pius V. constit. 5. cum primum. §. 9.*

Simoniæ Iudex. Vide, *Iudices Romæ.*

Simoniacorum pœnæ.

Vide, *De simonia accusatus*, supra. Vide, *Ordinans.* Vide, *Ordinatus.* Vide, *Beneficia non obtinenda cum pretio.*

Simoniacus, vt reus læsæ maiestatis est puniendus. 15. q. 3. *cap. sanè quisquis.*

Simoniaci dans, & accipiens, sunt anathema. *1. q. 1. cap. Placuit.*

Simoniaci ab omnibus sunt vitandi; & si non resipiscunt, per potestates sæculi sunt opprimendi. 1. q. 7. *cap. Patet simoniacos.*

Simoniaci convicti deponendi sunt, & extra ordinem debent pœnitentiam facere. *Leo IV. ep. 2. 1. q. 7. c. Requiritis.*

Simoniacè procurantes gradum Ecclesiasticum, digni sunt morte. *conc. Meldense c. 43.*

Simoniacus dans, & accipiens, sunt infames. *1. q. 3. c. vlt.*

Simoniaci non possunt esse sacerdotes. *1. q. 1. c. Quicumque. & cap. cum liqueat.*

Simoniacus est deponendus. *De simonia c. Sicut simoniaca. & cap. De hoc autem.* Id est, si non se purget.

Simoniacus notorius, vel infamatus; non se purgans, deponitur. *ibid. cap. insinuatum, & cap. Ex tuæ.*

Simoniacus occultus non deponatur; sed ipsi insinuetur, vt ab officio abstineat. *De simonia c. Ex tuæ.*

Simoniacus vendens tenetur ad restitutionem eorum, quæ accepit. *1. q. 3. c. si quis dator.*

Simoniam confessus de se, etiam dum causa alterius fieret, pœna ordinaria punitur. *De confessis c. cum super.*

Simoniacè obtinens Ecclesiam, in monasteriis tantum potest gaudere exercitio ordinum. *1. q. 5. c. Eos qui.*

Vide, *Ecclesiæ non dandæ per pretium.* Vide, *Beneficia non obtinenda cum pretio, &c.*

Simoniacè ordinans est priuandus. *1. q. 1. c. si quis Episcopus. Eugenius IV. constit. 7. cum detestabile.*

Simoniacè ordinans, lepram vendit, non officium. *1. q. 1. cap. citò, & cap. cum ordinaretur.*

Dat maledictionem simoniacus, quando dat aliquid. *1. q. 1. cap. Ventum est.*

Simoniacè ordinatus non potest vlterius promoueri, neque aliis præesse. *conc. Rom. sub Alexand. II.* Vide, *Ordinati.*

Simoniaci Episcopi, deponuntur à Papa. *Gregorius 7. lib. 2. epist. 76. lib. 3. epist. 1.*

Simoniacè obtinens canonicatum, vel præbendam, non potest ea retinere. *Gregor. 7. lib. 5. epist. 1.*

Simoniacè ordinati, &c. tenentur in manu Archiepiscopi renunciare. *Greg. 7. lib. 6. ep. 36.*

Simoniacè ordinati priuati sunt susceptis, & fiunt inhabiles ad alios. *Conc. Lat. 3. in append. tit. de depositione c. 2. & tit. de simonia can. 13.* at non priuantur, si se purgant. *ibid. cap. 13.*

Simoniacè ad dignitates promoti, nullum ius acquirunt, & ad restitutionem tenentur. *Conc. Constant. sess. 43.*

Simoniacè ordinati, eò ipso sunt suspensi ab executione ordinum. *Conc. Constant. ibid.*

Excommunicationem eo ipso incurrunt. *Zosimus ep. 3.*

Simoniaci sunt excommunicati vitandi. *Gregorius 7. lib. 1. epist. 11. & 15.*

Simoniacè ordinans, vel aliud spirituale, dans, vel accipiens, honore priuatur, & excommunicatur. *Concil. Nicænum 2. cap. 5.*

Simoniaci cuiuscumque conditionis sint, siue Episcopi, siue Archiepiscopi, vel Cardinales, ipso facto sunt excommunicati: tam dantes, quam accipientes; & promoti ipso facto suspensi sunt ab ordinibus, quos acceperunt. *Extra, de simonia. cap. cum detestabile.*

Simoniam reuelans, etiam si complex, impunitatem lucratur. *ibid.*

Simoniaci sunt, qui apud Sedem Apostolicam procurant gratiam, vel iustitiam, per dona, munera, vel promissiones. Item mediatores, & omnes isti incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam. *Extra, de sent. excommunicat. cap. Excommunicamus.*

Vide, *Sedes Apostolica.*

Item, qui acceptant, seu recipiunt, eamdem incurrunt. *ibidem.*

Simoniaci omnes, & mediatores, siue manifesti, siue occulti, cuiuslibet dignitatis, Episcopi, Archiepiscopi, Cardinales, Reges, &c. excommunicationem incurrunt Papæ reseruatam, suspensionem ab officijs, &c. *Eugenius IV. constit. 7. cum detestabile.*

Pœnas omnes contra simoniacos confirmat. *Concil. Later. 5. sess. 9. in Bulla de reform. Pius V. const. 5. cum primum*, ac *constit. 140. Et si Romani.* & *Alexander 7. constit. Inter grauissimas, data die 22. Augusti 1656.*

Vide, *Sedes Apostolica.* vbi numerantur omnes casus huius materiæ.

Simoniæ cooperatores, vel mediatores.

Simoniacæ ordinationis mediator, si clericus, priuetur omni gradu: si laicus, anathematizetur. *1. q. 1. c. Si quis Episcopus. Conc. Nanneten. 1. cap. 7.*

Simoniæ tractatores, vel mediatores, excommunicationem Papæ reseruatam ipso facto incurrunt. *Extra, de simonia cap. cum detestabile.*

Eamdem incurrunt mediatores ad obtinendam gratiam, aut iustitiam apud sedem Apostolicam.

Vide, *Simoniacorum pœnæ. Vide, Sedes Apostolica.* & *in tit. præced.*

Simoniaco pecuniam accommodantes, vt emat, &c. si clerici, Episcopi, vel Presbyteri, suo gradu priuetur. si laici, anathematizentur. *Conc. Rom. sub Ioanne 12.*

Simoniaco cooperantes, vt Nuncij, & Notarij facientes instrumenta, eisdem pœnis subiacent, quibus principales. *Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad beneficia.*

Vide, *Sedes Apostolica.*

Simoniacus absolutus.

Simoniacus etiam à Sacr. Pœnitentiario Romæ, absolutus, siue à reali, siue à conuentionali, etiam occulta, non potest in loco, vbi commisit simoniam, habere beneficium, nec fructus perceptos facere suos. *Pius IV. constitut. 53. In sublimi.*

Aliæ inhabilitates simoniacorum. Vide, *Simoniacorum pœnæ*, *supra.*

Simpli-

Simplicitas.

Simplicitas Eccleſiaſtica, non debet à Scholaſticis contemni. *diſt.38. c. Sedulò. c. Indignum. c. Locutio, & c. Eccleſiaſtica.*
Vide, *Eccleſiæ catholicæ proprietates.*

Simpliciter, & de plano.

Simpliciter, & de plano procedere, quid ſit. *de verbor. ſignificat. cap. Forus.* Vide, *Procedere*, vbi diſtinctè declaratur, quid ſit.

Simulare. Simulans.

Simulare, aliquando eſt licitum. *22. q.2. c. Vtilem.*
Simulationem non admittit Romana Eccleſia in ijs, quæ pariunt ſcandalum. *Extrau. Ioann.22. de verbor. ſignificat. cap. Ad conditorem.*
Simulans perſonam alterius pro obtentione beneficij, eſt excommunicatus, & beneficiis omnibus priuatur, & diſpoſitio nulla eſt. *Paulus 4. conſt.12. Inter cætera.*
Vide, *Fingens.* Vide, *Perſona.*

Sindicus.

Sindicus cum ſalario inſtituendus eſt à religioſis pro cauſis Conuentus. *De Sindico c. vn.*
Sindici fratrum Minorum de Obſeruantia, quas facultates habent circa contractus, & alias diſpoſitiones fratrum. *Paulus 4. conſt. 1. Ex clementi.*

Singularis.

Singulares de Vniuerſitate poſſunt reprobare Inſtrumentum falsò factum nomine Vniuerſitatis. *de prob. c. Tertio loco.*

Synodus.

Vide, *Concilium.*
Synodus, Græcum nomen eſt, idem ſignificans, quod latinè cœtus, vel comitatus. *diſt.15. c. Canones.*
Synodum tenentur adire Epiſcopi; & ſi infirmi ſunt, alios tenentur mittere ad eam pro ſe. *Conc. Aurelia.2. c.18. 5. q. 3. cap. Si ægrotans.*
Synodus Diœceſana quolibet anno eſt facienda ab Epiſcopo. ad quam Abbates, & clerici Diœceſis tenentur ire. *diſt. 18. Annis. De accuſat. cap. Sicut. Conc. Tolet.1. cap.1. Leo X. conſt.10. Regimini. §.12. Conc. Trident. ſeſſ.24. de refor. cap.2.*
Et compelli poſſunt per Epiſcopum, omnes Abbates, & ſacerdotes, vt Synodo adſint. *de maiorit. & obed. c. Quod ſuper.*
In ſynodo Diœceſana, quid faciendum. *de accuſat. c. Sicut.* Vide, *Concilium.* Vide, *Epiſcopus circa concilia.*
Synodum non adiens Epiſcopus, excommunicetur, & in ſequenti Synodo abſoluatur. *Conc. Arelat.2. c.19.*
Synodus Prouincialis, omni anno facienda. *De accuſat. c. Sicut*, & quomodo facienda. *ibid. Leo X. conſt.10. Regimini.* Sed *conc. Trid.* decernit vt quolibet tertio anno fiat. *ſeſſ.24. de reform. c.2.* Vide, *conc. Prouinciale.*
Synodus 6. generalis à Papa Adriano fuit confirmata. *diſt.16. c. Sextam.* fecit Canones. *ibid. c. Habeo, & c. Quoniam.*
Ad ſynodum conuenire, etiam debent omnes Prælati, & Decani rurales, id eſt, Rectores Eccleſiarum. & de reformatione in ea agendum eſt. *conc. colon.2. p.14. c.18.*
Synodi decreta per dictos decanos, & Archidiaconos publicanda ſunt in ſuis Eccleſiis. *ibid. c.19.*
Ad ſynodum ex officio accedentes, pro illo tempore debent ſuſtentari à ſuis Eccleſiis. & ad hoc compellendæ ſunt Eccleſiæ. *conc. Colon.3. tit. De ſynodorum, &c. c.1.*
Vide, *Concilium Prouinciale.* Vide, *Conc. ſynodale.*

Siniſcalcus.

Siniſcalcus Cancellariæ. Vide, *Cancellaria.*

Sipontum, ſeu Manfredonia.

Sipontinus Archiepiſcopus in Sipontina Eccleſia, vbi tenetur miſſam dicere, debet facere Chriſma. *Honorius 3. ex cirone, tit. de celebratione miſſarum c.4.*

Socius.

Socius criminoſus non recipitur in teſtem. *Iulius 1.ep.2.c.15. de teſtibus cap. Veniens.* Nec etiam ſocius ſimoniæ. *ibid.*
Vide, *Teſtes.*
Socius muneris, non poteſt eſſe teſtis. *de teſtibus c. Veniens.*
Socius criminis poteſt eſſe teſtis contra hæreticos; defenſores eorum; receptatores; & fautores. *de hæreticis in 6. c. In fidei fauorem.*
Socii coniurationis poſſunt compelli ad ſe examinandum. *De teſtibus cogendis c. vlt.*
Sociorum iniuriam non repellens, ſimilis eſt ei, qui facit. *23. q.3. c. Non in inferenda.*
Socius peruerſorum, negat Chriſtum. *11. q.3. cap. Exiſtimant.* Vide, *Confeſſus in iudicio, in principio.*

Societas.

Societas Ieſuitarum. Vide, *Ieſuitæ.*
Societas Hoſpitalis Orfanorum. Vide. *Hoſpitale Orfanorum.*
Societates Officiorum Romæ, contrahi non poſſunt, niſi de Officiis Romanæ Curiæ Vacabilibus. *Paulus 4. conſt.7. inter cæteras.*
Societatem officii cum aliis facientes, non poſſunt pecunias accipere, vltra dimidium valoris officii, alias nullus eſt contractus. *ibid.*
Ad faciendum contractus Societatis officii, eſt neceſſaria ſignatura Papæ. *ibid.* ſed hoc eſt reuocatum, infra.
Societas officii poteſt imponi ſuper officio Cancellariatus, quod venditur à Camera. *Paulus 4. conſt.10. Romanus. §.4.*
Societates officii in ſtatu Eccleſiæ iniri poſſunt abſque ſignatura Papæ, & in hoc reuocata eſt Conſtitutio Pauli IV. *Pius 4. conſt.12. Cum ſicut.*
Non poſſunt accipi pecuniæ vltra valores officiorum; & vendentes ſocietates tenentur hoc exprimere in inſtrumentis, quantas pecunias acceperint ſuper officiis, ſub pœna priuationis officiorum; abſque tamen præiudicio creditorum, ſi non poſſit eis aliter ſatisfieri, & alia circa has ſocietates. *ibi.*
Societatis contractus vſurarii, ex Conſtitut. *Sixti V.* qui nam ſint. Vide, *Contractus.*
Societas ad lucrum fieri non poteſt, niſi ſocii æqualiter conferant; vel alter operam, alter rem; & æqualiter diuidant. Nec aliquid vltra partem dandum eſt conferenti pecuniam. Neque poteſt fieri pactum, vt ſors ſit ſalua, & lucrum diuidatur, niſi pro vtroque pars ſit ſalua. *Conc. Mediol.1. p.2. tit. de vſuris.*
Pro ſocietate animalium in omnibus caſibus, etiam fortuitis, ſtandum eſt periculo eius, qui dederit, niſi ex vitio ſocii id accidat. nec poteſt fieri pactum, vt ſors ſit ſemper ſalua, nec etiam ex primis fœtibus; neque ſolui poteſt aliquid certum pro animalibus præter ſortem. *conc. Mediol. ibid.*
Si animalia dantur æſtimata, ita vt ſors ſemper maneat ſalua danti, hic nihil omnino poteſt percipere. *ibid.*

Sodomia. Sodomita.

Sodomia eſt peſſimum peccatum, & prę omnibus fugiendum. *Lib.6. conſt. Apoſtol. c.27. lib.7. c.3. 32. q.7. c. Offerebat. c. Flagitia. & cap. Vſus.*
Sodomitæ grauiſſimè puniendi. *Gregor. 1. lib.8. ep.5. & 25.* Si clerici, exilio perpetuo; ſi alii, verberibus, exilio, excommunicatione, &c. ita ſtatuit *conc. Tolet.16. c.3.* Sed *concil. Pariſ.6. lib.1. c.34.* decernit eſſe plectendos pœna ſtatuta *à concilio Ancirano.* hoc autem *conc. can.16.* decernit, vt qui ante 20. ætatis annum id commiſerit, per 15. annos in pęnitentia teneatur, &c. alia; ſi poſt ætatem 20. annorum, & vxorem habens id fecerit, 25. annos teneatur in pęnitentia, &c. ſi vltra 50. annum quis exiſtens,

& vxorem habens id facit, vsque ad finem non communicet, &c. *ibid.* At *in tit. De excessibus Prælatorum, &c. cap. Clerici*, pœna delinquentis clerici est expulsio à Clero, & detrusio in monasterio. Laici verò est excommunicatio, & separatio à cœtu fidelium. Ita ex *Concil. Later. 3. c. 11.*

Sodomitæ pagani, qui cum Christianis pueris id faciunt, pœna pecuniaria, & flagellis puniri possunt. *Concil. Later. 3. par. 50. c. 48.*

Tandem *Pius V. const. 5. Cum primum. §. 11.* statuit, vt sodomiam committens, curiæ sæculari tradatur plectendus: & si clericus, prius degradetur. Idem confirmat in *constit. 72. Horrendum*, vt scilicet clerici omnes, siue sæculares, siue Regulares, si sodomiam commiserint, omni beneficio priuati degradentur, & curiæ sæculari tradantur.

Vide, *Carnale peccatum*. vbi multa habes. Vide, *Pueri*.

Solemnitas.

Solemnitatem Ecclesiasticam omittens, & vadens ad spectacula, excommunicetur. *Conc. Carthag. 4. c. 88.*

Solemnitates Paschæ, Natalis Domini, & Quadragesimæ, à ciuibus non celebrentur in villis, sed in Ciuitate. *De consecrat. dist. 3. c. Nulli ciuium.*

Solemnitas ordinis iudiciarij non seruata, ex partium consensu, non reddit processum irritum. *Clement. de verbor. significat. cap. fin. in fine.*

Sollicitantes in confessione.

Sollicitantes mulieres in actu confessionis, ab Inquisitoribus iudicandi sunt. *Pius 4. const. 31. Cum sicut.*

Sollicitantes, vt incurrant pœnas taxatas *à Gregorio 15.* debent esse sacerdotes; qui quascumque personas in confessionario, siue in confessione, siue prætextu confessionis, siue ante confessionem, siue immediatè post prætextu confessionis sollicitant per turpes sermones, &c. *Gregor. XV. const. 34. Vniuersi Dominici.*

Vide, *Confessores sollicitantes.*

Sollicitator.

Sollicitator Cancellariæ. Vide, *Cancellaria.*

Sollicitatorum officium, & obligatio Romæ. *Paulus V. constit. 71. tit. De Aduocatis Procur. & sollicitatoribus.*

Soluere. Soluens. Solutio.

Solui nihil debet pro beneficiis, præbendis, & aliis, nec pastum, nec pastellum, &c. *1. q. 3. c. Si quis obiecerit.* Vide, *Beneficia, &c.* Vide, *Simonia.*

Solui nihil debet pro baptismo, vel Confirmatione. Vide, *Simonia.* Vide, *Baptizatus.* Vide, *Chrisma. Gelasius ep. 9.*

Soluens indebitè, potest repetere, probando, sic soluisse. *De solutionibus c. fin.*

Soluens Prælato pecuniam, nè molestetur in suo iure, si Prælatus non attendit, potest repetere pecuniam. *de simonia c. Dilectus.*

Soluere aliquid pro vicariatu, vel qualibet administratione spirituali, est simonia. *de simonia cap. Consulere.* Vide, *Simonia.*

Soluens aliquid pro Episcopali iurisdictione habenda, est simonia, & quomodo puniendus, dans, & accipiens. *Ne Prælati vices c. 1. & 2.*

Soluens aliquid pro obtinenda gratia, vel iustitia à Sede Apostolica, mediator, &c. quas pœnas incurrunt. Vide, *Dans.* Vide, *Sedes Apostolica.*

Solutiones, quæ fiunt ex voto, semper faciendæ in eadem mensura. *de censibus c. Ex parte.*

Solutio tributi, arguit subiectionem. *de censibus cap. Omnis anima.*

Solutio censuum Ecclesiarum facienda est, iuxta valorem antiquæ monetæ, pro tempore, in quo census sunt impositi. *ibid. cap. Olim causam.*

Solutio anticipata locationum bonorum Ecclesiæ est nulla, &

non præiudicat successori, non obstante priuilegio in contrarium. *conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 11.*

Soluendi, & ligandi potestas. Vide, *Dare.* Vide, *Ecclesia Catholica.* Vide, *Ligare.* Vide, *Potestas.*

Sommasca.

Sommaschæ Religio, instituitur sub *Pio 5. const. 78. Iniunctum.*

Sommaschæ Religiosis, multa priuilegia concedit *Sixtus V. const. 4. Aequum.*

Sommaschæ vniuntur clerici doctrinæ Christianæ Auenionis. *Paulus 5. const. 97. Ex iniuncto.* Vide, *Clerici Congregat. Sommaschæ.*

Somnus. Somnium.

Somni abstinentia nimia est mala. *de consecrat. dist. 5. c. Non mediocriter.*

Somnijs incumbentes, quinquennio pœniteant. *conc. Ancir. cap. 23.*

Soror.

Sororem occidens. Vide, *Occidens.*

Sorores duæ simul possunt nubere, cum duobus fratribus. *Gregorius 1. lib. 12. ep. 31. c. 5.*

Sorores duas ducens in vxores, non potest fieri clericus. *concil. quod dicitur Apost. c. 19.*

Sororem vxoris ducens in vxorem, *per quinque annos* pœniteat, & à communione abstineat, nisi infirmitas cogat communicare. *conc. Elibert. c. 61.*

Sororem vxoris cognoscens, quomodo puniendus. *conc. Ancir. cap. 24.*

Si nesciebat, & hoc probatur, potest vti suo coniugio. Illa vero numquam potest nubere, si id sciebat. *34. q. 1. cap. Inlectum.*

Sorores duas carnaliter cognoscens, post pœnitentiam, potest matrimonium celebrare cum alia muliere, *si sit laicus. concil. Vormatien. 1. c. 33. Nicolaus 1. in decret. tit. de Pœnitentia c. 5.* Etiam si fornicariè vtramque cognouit.

Pœnitentia est, vt per tres annos Eucharistia careat, carnem non manducet, & ieiunet, exceptis festis, & dominicis. *ib. cap. 36.*

Sed *conc. Tribur. 1.* statuit, vt vsque ad finem vitæ pœniteat, & sit continens. *c. 45.*

Soror verò, quæ de alia sciebat, similiter pœniteat. Si verò sit impossibile continere; cum aliis contrahat. *ibid.*

Sed Papa in statu Ecclesiæ statuit, vt duas sorores carnaliter cognoscens, pœna mortis puniatur. Vide, *Carnalis copula.* Vide, *Carnale peccatum.*

Soror vxoris defunctæ, potest cum eius viro contrahere, si illa non habuit copulam cum eo. *conc. Later. 3. in append. tit. de sponsalibus secundo c. 5.*

Sororem vxoris carnaliter cognoscens, quando debet separari ab vxore. Vide, *Matrim. quando separanda.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione consanguinitatis.*

Vide, *Matrimonia prohibita ratione affinitatis.* Vide, *Matrimonia, quibus prohibita in pœnam.* & alia de matrim.

Sortes. Sortilegi.

Sors, quid sit, & quomodo mala. *26. q. 5. c. Sortes.*

Sors aliquando non est mala. *26. q. 2. c. Sors.*

Sortibus vtendum non est exemplo Matthiæ, & Iudæ. *26. q. 2. cap. Non exemplo.*

Per sortes operandum non est. *26. q. 2. c. Non statim. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 77.*

Sortes mittere ad diuinandum est maleficium. *26. quæst. 5. c. Sortes.*

Sortes has mittentes, excommunicantur. *ibid.*

Sortes sequentes clerici, excommunicantur. *26. q. 5. c. Si quis clericus. & c. Contra.*

Per sortes fieri non possunt electiones. *de sortilegis c. Ecclesia.* Vide, *Electio.*

Per sortes accipi non possunt compromissarij. *ibid.* Vide, *Electio.* Vide, *Compromissarius.*

Sortilegi sunt, qui ficta religione prædicunt, & diuinant futura. 26. q.1. cap. sortilegi.
Sortilegi audiendi non sunt. 26. q.2. c.intelligi voluit.
Sortilegiorum multa sunt genera, & quæ. 26. q.1. c.1.
Sortilegiorum ars per Episcopos à suis populis arceatur. Post Conc. Ancir. c. 1. Conc. Antiocheno. c.4.
Sortilegijs vacantes sunt persequendi ab Ecclesia. Gregor. I. lib.9. ex regest. epist.47. 26. q.5. cap. Peruenit ad nos. cap. Episcopi. & cap. Contra Idolorum.
Sortilegiis vacantes, excommunicandi sunt. Concil. Venetic. c. vlt. Conc. Aurel. I. c. 32.
Sortilegijs vacans, vel sortilegos consulens, est excommunicatus ipso facto. Conc. Sabinen. c.25.
Sortilegiis credens, perdit fidem. Post Conc. Ancir. c.2.
Sortilegiis vacans, est fustigandus. Conc. Narbon. c.14.
Sortilegus est anathema. Leo IV. ep.2.
Sortilegos consulens Episcopus, priuetur. 26. q. 5. c. Si quis Episcopus.
Sortilegi sunt cultores idolorum. 26. q.5. cap. contra. & c. Si quis clericus.
Sortilegus, si Presbyter, per annum pœnitentiam debet facere, & à ministerio abstinere. de sortilegijs cap. Ex tuarum. (intelligitur de simplici sortilegio.)
Sortilegia non continentes hæresim manifestam (olim) ab Inquisitore non iudicabantur. De hæreticis in 6. c. Accusatus. §. Sanè.
Sortilegia, diuinationes, &c. quæ non sapiunt hæresim manifestam, olim, non erant causæ inquisitorum. Alexander IV. const.12. Quod super.
Sortilegia facientes cum inuocatione dæmonum, merentur omnes pœnas, quas hæretici, excepta confiscatione bonorum. Ioannes 22. const.13. Supra.
Sortilegia omnia, maleficia, incantationes, &c. etiam simplicia, nunc ab Inquisitoribus iudicanda sunt. Adrian.6. constit.2. Dudum. Vide, Malefici.
Sortilegus, si clericus, beneficio Ecclesiastico priuatur, & excommunicatur, & Papæ reseruata est absolutio. conc. Moguntin.4. cap. 101. si incorrigibilis sit, in monasterium detrudatur, & abiiciatur. ibid.
Sortilegus, si laicus, puniri potest publicatione bonorum, vel perpetuo carcere, vel maiori pœnitentia, si opus est. conc. Mogunt.4. cap.101.
Sortilegiorum omnium species numeratæ à Sixto V. in const. 17. Cœli. Vide, Magia.
Sortilegi pactum facientes cum diabolo, si causant aliquod malum, quomodo puniendi. Vide, Pactum. Vide, Diuinatio. Vide, Magi. Vide, Malefici. Vide, Incantatores. Vide, Futura.

Sozomenus.

Sozomeni historia non recipienda, quia eam non recipit Ecclesia Romana. Gregor. I. lib.6. ex regest. ep.7.

Spadones.

Spadones non possunt contrahere matrimonium, & est nullum si contrahatur. Vide, Matrimonia ratione valetudinis, &c. Vide, Castratus.

Species.

Species derogat generi. De præbendis in 6. cap. dudum. Vide, Genus.

Species Eucharistiæ.

Species panis, & vini in Eucharistia ideo remanent, quia homo carnem crudam comedere non audet. De consecrat. dist.2. cap. Quid sit sanguis.
Species tantum remanent facta consecratione, non panis, aut vinum. & quare dicuntur species. ibid. cap. species.
Species panis, & vini, quæ remanent in Sacramento altaris, sunt accidentia. ibid. cap. species.
Vide, Eucharistia.

Spectacula.

Spectaculis ludicris non possunt clerici interesse. Conc. Laodicen. c.54. de consecr. dist.5. cap. Non oportet il 2. Concil. Aquisgran. sub Ludouico c.83.
Spectacula in conuiuijs, & nuptijs, fugienda à Clerico. Concil. Lucense 2. c.60. dist.44. cap. Non liceat.
Spectacula à Christianis non frequentanda. conc. Carthag.3. cap.11.
Spectaculis in die festo, vel Dominica, non vacandum. Conc. Afric. cap.28.
Spectacula adiens, omissa Ecclesiastica solemnitate, excommunicetur. Conc. Carthag.4. c.88. De consecr. dist.1. cap. qui die solemni.
Spectacula inhonesta, & indeuota in Ecclesiis fieri non possunt, secus deuota. Conc. Toletan. 22. c.19.
Spectacula, & alia ludicra, fieri non possunt in diebus festis. Conc. Mogunt.4. c.61. Vide, Repræsentationes.

Spes. Sperare.

Spes in Deum, est à Christianis firmiter tenenda. Conc. Mogunt.1. cap.2.
Spes Theologica, seu supernaturalis virtus, infunditur virtute baptismi. Conc. Trident. sess.6. cap.7.
Spes augetur per bona opera. Conc. Trid. ibid. c.10.
Sperare, vt oportet ad consequendam gratiam iustificationis, nullus potest, sine Spiritus Sancti inspiratione, atque adiutorio. conc. Trident. sess. 6. can.3.

Spiritualia.

Spiritualium studiorum, author est Deus. Felix I. ep.2.
Spiritualis, numquam persequitur carnalem, sed è contra. 23. q.4. cap. Qui secundum.
Spiritualia non possunt committi laico per compromissum, vel arbitrium. de arbitris cap. contingit.
Vide, Electio. Vide, compromissum.
Spiritualis causa potest aliquando committi laico, simul cum clerico. De arbitris cap. Per tuas literas.
Spirituale cum temporali permutare est simonia. De rerum permutat. cap. fin. Vide, Simonia.
Spiritualia quæcumque vendere, est simonia. De simonia cap. cum in Ecclesia cap. Non satis.
Spiritualia non possunt à laicis præscribi per quodcumque tempus. De præscript. cap. causam. Vide, Præscriptio.
Spiritualis cognatio impedit matrimonium; & vnde oritur. Vide, Cognatio.
De spirituali subiectione, & superioritate non potest fieri transactio; & si fit, est simoniaca. De transactionibus cap. Præterea.
Spiritualis potestas est maior omni temporali.
Vide, Episcopus. Vide, Papa. Vide, Potestas.
Spiritualis potestas, iudicat temporalia. Vide, ibid.
Spiritualem filiam violans. Vide, Filia. Vide, Sacerdos violans, &c.

Spiritus Sanctus.

Spiritum sanctum esse Deum, & consubstantialem alijs duabus personis diuinis, in Conc. Constantinopolitan. Gener. 1. definitum est.
Spiritus sanctus à Patre, & Filio procedit, coæqualis, & consubstantialis eis, & sine initio. Conc. Toletan. 3. cap.3. in formula fidei. (Dicens eum non esse Deum, vel non æqualem, vel creaturam, est anathema. ibid. c.5. & 10.) Concil. Tolet.11. Concil. Tolet.12. Tolet.13. 14. 15. 16. & 17. Conc. Foroiulien. in Symbolo. De consecr. dist.5. c. de spiritu, & cap. Saluator.
Spiritum sanctum procedere à Patre, & Filio semper credidit Ecclesia. Nicolaus I. in append. post ep.16. & ex tempore Damasi fuit definitum.
Sic definit conc. Vormat.1. in Symbolo. Sic conc. Later.4. c.2.
Spiritus sanctus non nascitur, sed procedit à Patre, & Filio. conc. Later.4. cap.2.

Spiri-

Spiritus sanctus procedit à Patre, & Filio cum eadem substantia, & sine diminutione eorum. *conc. Later. 4. vbi supra.*
Spiritus sanctus procedit à Patre, & Filio, vt ab vno Principio. *de fide catholica, & summa Trinit. in 6. c. vn.* & sententia opposita damnatur. *ibid. conc. Florent. sess. vlt. in decr. Eugenij 4. quod est de vnione Armenorum.*
Spiritum sanctum à Patre per Filium procedere, idem est, ac à Patre, & Filio procedere. *ibid.*
Idem confitentur ipsimet Patres Græci in Concilio Florentino. *ibid.*
Spiritus sanctus à Patre, & Filio missus est. *concil. Toletan. 11. in Symbolo.*
Spiritus sanctus dicitur *à semetipso non loqui, sed quæ audit loqui,* quia de Filio accipit, quæ loquitur. *de consecr. dist. 5. c. vlt.* Vide, *Trinitas.* Vide, *Personę diuinę.*

S. Spiritus.

S. Spiritus Militia, quomodo gubernanda. Vide, *Militia.*
S. Spiritus Romæ Ecclesia, & Confraternitas.
Vide, *Archiconfraternitas.* Vide, *Hospitale.*

Spoliare. Spolians. Spoliatus.

Spoliantes eligendum in Romanum Pontificem, sunt excommunicati. non possunt absolui, nisi à Papa, excepto mortis articulo. sunt intestabiles, &c. si ciuitas sit supponitur interdicto. *conc. constantiense sess. 41.*
Spoliantes eos, qui accedunt ad Concilium, vel recedunt, incurrunt excommunicationem, & alias pœnas, &c. *conc. constantiense sess. 15. in fine.*
Spoliari non debet Presbyter, vel Diaconus, nisi confessus, vel comictus. *15. q. 5. c. Presbyter.*
Spolians pauperem clericum, vel religiosum excommunicatur. *24. q. 3. c. Si quis de potentibus, & c. Quisquis.*
Spoliato restituenda sunt omnia bona ante litem contestatam. *2. q. 2. c. Antiquitus. c. Omnes. de restitut. spoliat. c. Conquerente. & c. Pisanis.*
Spoliatus non potest accusari, nisi restituatur *in integrum. 2. q. 2. cap. Nullus. 3. q. 1. c. Episcopis. cap. Episcopi. c. Redintegrandi. q. 2. c. Si Episcopus.*
Spoliatus non potest ad synodum vocari. *2. q. 2. in scripturis. cap. Præceptum ergo. cap. Nullus potest. 5. quæst. 2. cap. Si primates.*
Spoliari nullus potest de Ecclesia, aut beneficio, sine crimine. *de accusat. c. Si constiterit.*
Spoliati à prædecessore debent restitui à successore. *35. q. 9. c. Gregorius & c. Veniam.*
Spoliatis Episcopis, donec restituantur nihil potest obiici criminis. *3. q. 2. c. cum Ecclesiæ, & c. Oportet.*
Spoliatus renuncians restituendus est. *conc. Later. 3. in append. tit. de spoliatis, &c. c. 1. & 2.* Etiam si iurauit renunciando. *ibid. c. 4. 5. 6. 7. & 8. de restitut. spoliat. c. Sollicitè.* Nulla est renunciatio. *ibid.*
Spoliatus debet in integrum restitui. *conc. Later. 3. in append. tit. de exceptione, c. 3.*
Spoliato Episcopo, redditus pro eo colligantur, & conseruentur. *Honorius 3. ex Cirone tit. de restit. spoliat. c. 1.*
Spoliatio facienda est restitutio, etiam si res in alium sit translata. *conc. Later. 4. c. 39.*
Spoliatus intelligitur is, cui, vel tota substantia, vel maior pars fuit violenter ablata. *conc. Lugdun. 1. Gener. de restit. spoliat. in 6. cap. 1.* alias spoliationis exceptio non admittitur. *ibidem.*
Spoliato opponente de spoliatione, & aduersario de voluntaria renunciatione, prius videnda est causa spoliationis, & restituendus est si constet, etiam si probetur quod pensionem acceperit. *concil. Later. 3. in append. tit. de spoliatis. & c. c. 8. de ordine cognition. c. cum dilectus.*
Spoliationis exceptio de rebus priuatis, non valet. *concil. Lugdun. Gener. 1.* Vide, *Exceptio. de rest. spoliat. in 6. c. 1.*
Spoliatus opponens contra actorem, vt reus, prius auditur, & respondere non cogitur. *De ordine cognitionum c. cum dilectus.*

Spoliatus conuentus non tenetur ante restitutionem respondere. *ibid. c. fin.*
Spoliatus possessorio, & petitorio simul agens, si possessionem, & spoliationem probat, sed non dominium, tunc quid agendum. *De causa possessionis, & proprietatis. c. Cum Ecclesia, & cap. Cum super.*
Spoliatus, ante omnia, etiam prætermisso iuris ordine, est restituendus. *de restitut. spoliat. c. 1. & c. Conquerente.*
Spoliationis exceptio, si spoliatio facta sit ab alio, quam ab actore, in ciuilibus non admittitur. *de restit. spoliat. in 6. cap. 1.*
Spoliationis exceptio, vt valeat esse debet de tota substantia, vel de maiori parte. *ibid.*
Spoliationis exceptio probanda est intra 15. dies. *ibid.*
Spoliatus excipiens spoliationem factam à tertio intra tempus certum, debet petere restitutionem, alias non iuuat exceptio. *de restit. spoliat. in 6. c. 1. §. Solet.*
Spoliatus beneficio, &c. per sæcularium potentiam, statim est restituendus. *de causa possessionis, &c. c. Cum super.*
Spoliatus inducens litem proprietatis, non faciens mentionem spoliationis, si postea de possessione loquitur, quid agendum. *ibid. c. Pastoralis.*
Spoliato petenti restitutionem non potest obijci, vel quod vi, aut clam. *de restit. spoliat. c. Item.*
Spoliatus vxore, quæ sponte recessit & opponit de consanguinitate, quomodo tractandus. *ibid. c. Literas tuas.*

Spolia beneficiatorum, &c.

Spolia Ecclesiasticarum personarum, quæ decedunt sine testamento, vel sine facultate testandi disponunt, & illa quæ vltra facultatem remanent, pertinent ad Cameram Apostolicam, & comprehenduntur sub hac constitutione etiam Cardinales. *Paulus 3. const. 29. Romani.*
Spolia clericorum beneficia habentium, *morientium* sine facultate testandi, pertinent ad Cameram *Apostolicam.* eorum dispositiones nullæ sunt, etiam *si* possessio capta sit, vel etiam si sint legata in fauorem locorum piorum. *Pius IV. const. 8. Graue nobis.*
Spolia Cardinalium vbicumque decedentium non pertinent ad Cameram Apostolicam. *Pius 4. const. 19. Decens.* Excipiuntur Episcopi, vt infra.
Spolia Curialium, & Prælatorum habentium facultatem testandi, non pertinent ad Cameram. *Pius 4. constitut. 29. decens.*
Spolia morientium extra residentiam, etiam si habuerint facultatem testandi, pertinent ad Cameram, & comprehendit omnia. *Pius 4. const. 91. In suprema.*
Spoliorum nomine, quę ad Cameram Apostolicam pertinent, non intelliguntur paramenta Ecclesiæ, Vasa, libri Ecclesiæ, Gradualia, Missalia, &c. Hæc enim omnia Ecclesijs propriis debentur, etiam si beneficiati, Episcopi, Commendatarij, &c. Romæ decedant. *Pius 5. const. 42. Romani.*
Alia multa vtensilia, ibi declarantur, quæ ad spolia non pertinent. neque possunt ea Collectores accipere, sed Ecclesiæ propriæ relinquere debent.
Quæ sunt acquisita Ecclesijs, non veniunt sub nomine spoliorum. *ibid.*
Spolia fieri non possunt à Collectoribus, &c. de ijs beneficiatis, quorum beneficia non excedunt fructus ducatorum auri triginta, de Camera. & si faciunt, tenentur restituere; & per censuras ad hoc possunt cogi. *Pius V. ibid.*
Si Episcopus, Abbas, Beneficiatus, &c. habet plura beneficia, vasa illa, libri, &c. quæ habere comperitur, inter illas Ecclesias diuidantur. *ibid.*
Spoliorum causæ agitandæ cum citatione Commissarii Cameræ. *Pius V. const. 51. Attendentes.*
Commissarii spoliorum non expediendi. *ibid.*
Spolia Regularium vagantium, & morientium extra claustra, pertinent ad Cameram Apostolicam, nisi habeant facultatem testandi. *Gregor. XIII. const. 43. Officij nostri. & Sixtus V. vt infra.*
Spolia omnium Ecclesiasticorum, Episcoporum, Beneficiatorum, &c. (ex quibus capi possunt, si non habent facultatem dispo-

disponendi, vel supra eam) à Thesaurario Cameræ Apostolicæ colligenda sunt. quæ, & quomodo, distinctè. *Sixt. V. const. 100. In conferendis.*

Spolia omnia, quæ ad Cameram spectant, quæ sunt. *ibid. diffusè.*

Spolijs non subiacent Conclauistæ. Vide, *Conclauista, circa fin.*

Spolia Episcoporum, Cardinalium, Beneficiatorum Romæ, Vide, *Moriens.*

Spolia morientium extra residentiam. Vide, *Moriens.* Vide, *Ecclesiasticorum spolia.*

Spoliorum nomine, quæ intelliguntur. Vide, *Camera Apostolica.* Vide, *Ecclesiastici quo ad testamenta. Sixtus V. vt supra.*

Sponsalia. Sponsata. Sponsi.

Sponsalitium per verba de futuro faciens cum vna, potest matrimonium validè facere cum alia. *Syricius ep. 1. c. 4.* (excepto si adsit etiam copula. Vide infra.) & *Conc. Later. 3. de sponsalibus c. 2. & 12. & p. 50. c. 41.*

Sponsalia de futuro soluuntur per sponsalia de præsenti, non per alia de futuro. etiam si sint iurata. *de sponsalibus, &c. c. sicut ex literis. & c. Si inter. de desponsat. impub. cap. Duo pueri. Conc. Later. 3. tit. de sponsalibus c. 2. & 12.*

Sponsalia de futuro, si adsit etiam copula, non soluuntur per sponsalia de præsenti. *De sponsalibus, &c. c. Veniens il. 2. conc. Later. 3. tit. de sponsalibus secundò c. 1. & 3.*

Sponsalia de futuro, etiam si fuerint iurata, soluuntur, si sponsi se soluant. *De sponsalibus, &c. c. Præterea.*

Sponsalia ante septennium, fieri non possunt. *30. q. 2. c. vn.*

Sponsalia debent esse summè libera. *De sponsalibus, &c. c. Gemma mulier.*

Sponsalitium, faciens cum vna, non debet nubere cum alia. *Syricius ep. 1. c. 4.*

Sponsalitia soluuntur per professionem Religionis alterius coniugis. non verò per votum castitatis seruandæ in sæculo. *de conuersione coniugatorum, cap. Ex parte tua. 27. q. 2. c. Desponsatam. & c. Decreta.* Etiam si per verba de præsenti facta sint. *ibid.*

Sponsalia de futuro, per copulam, quomodo transeunt in matrimonium; non verò per nisum copulæ. *De sponsalibus, &c. c. Is qui fidem. & c. fin. concil. Later. 3. tit. de sponsalibus secundò c. 1. & 3.*

Sponsalia de præsenti non soluuntur per sequens matrimonium consumatum, quia sunt verum matrimonium ratum. Sed solum sponsalia de futuro soluuntur per sequens matrimonium. *de sponsalibus, &c. c. Si inter. de sponsa duorum cap. Licet. & c. fin.*

Sponsalia pro filio impubere, potest pater contrahere. Sed pro pubere non potest. *de desponsat. impub. c. 1.*

Sponsalia contracta cum consanguinea, sunt etiam causa impedimenti publicæ honestatis. *de sponsalibus, &c. c. Ad audientiam, & c. Sponsam.*

Sponsalia cum minori septennio non causant impedimentum publicæ honestatis. Secus est si post septennium consentiant. *De desponsat. impub. c. Literas, & c. Continebatur.* Vide, *Impedimentum publicæ honestatis.*

Sponsalia nulla ex defectu consensus, non causant illud impedimentum. *ibid. c. Accessit.*

Sponsalia etiam si legitimè dissoluta, causant impedimentum honestatis. *ibid.*

Sponsalia contrahentes maiores septennio ante pubertatem, non possunt resilire. *de desponsat. impub. c. de illis.* Et qui primò fit pubes, alium expectet. *ibid.*

Si tempore contractus vnus est pubes, alius non, hic, non ille, potest resilire. *ibid.*

Sponsalia contrahentes impuberes, non possunt separari ante pubertatem; sed postea possunt si volunt, dummodò copula non sit secuta. *ibid. c. Anobis.*

Sponsalia de futuro soluuntur per affinitatem sequentem. *de desponsat. impub. c. Literas.*

Sponsalia contrahens inuitus, maior cum minori, non tenetur expectare, vt hæc veniat ad ætatem adultam, vt dissoluat. *ibid. c. ex literis.*

Sponsalia de præsenti cum duabus contrahens, prima tenent. etiam si in secundis sit etiam copula. *de sponsa duorum c. fi.*

Sponsalia contrahens cum conditione, si ante conditionem positam habet copulam, recedit à conditione. *de conditionibus appositis cap. Per tuas.*

Sponsalia de futuro possunt solui per aduenientem lepram. *de coniugio leprosorum c. fin.* Vide, *Leprosus.*

Sponsalia de futuro, soluuntur per affinitatem. *De eo qui cognouit cap. Veniens.*

Sponsalia de præsenti non soluuntur per aduenientem affinitatem. *ibid. c. discretionem.*

Sponsalia de futuro soluuntur per consanguinitatem, etiam per actum illicitum superuenientem. *De consanguinit. & affinit. c. Super eo.*

Sponsalia certa, & pura, etiam si habeant impedimentum consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, &c. inducunt impedimentum publicæ honestatis. *de sponsalib. &c. in 6. c. vn. conc. Later. 3. tit. de sponsalibus c. 10.*

Sponsalia pura contrahens cum aliqua, si postea cum alia consanguinea eius contrahit secunda sponsalia, tenetur ad prima ob publicam honestatem. *ibid. c. vn.*

Sponsalia cõditionata non inducunt publicam honestatem ante aduentum conditionis. *de sponsalibus, &c. in 6. c. vn. §. Ille verò.*

Sponsalia amborum impuberum, vel alterius tantum, non validantur per aduentum ætatis maioris, nisi facti maiores consenserint, vel cohabitent. *de desponsat. impub. in 6. cap. vn.*

Sponsalia impuberum non inducunt impedimenta publicę honestatis. *ibid.*

Sponsalia impuberum, vel alterius puberis, etiam per verba de præsenti, non sunt matrimonium, neque conualescunt. nisi carnis copula postea sequatur, vel nouus consensus. *ibid. c. vn. §. Idem quoque.*

Sponsalia hæc per verba de præsenti, etiam si non sint matrimonia, adhuc tamen causant impedimenta publicæ honestatis. *ibid.*

Sponsalia pro filiis absentibus non tenent, nisi ipsi præsentes postea approbent. & ex his, si valida sint, nascitur publica honestas. *de desponsat. impub. in 6. §. fin.*

Sponsalia separantur, si aliquis ex consanguineis habuit copulam cum sponso, vel sponsa. *de præsumptionibus c. Tertio loco.*

Sponsalia iurata soluenti, imponenda est pœnitentia. *de sponsalibus, c. sicut ex literis.*

Sponso de futuro ante copulam, longe agente, potest sponsa cum alio contrahere. *ibid. c. De illis.* Si autem alter fuit causa, cur matrimonium non sit secutum, debet pœnitentiam de hoc agere. *ibid.*

Sponsalia facta cum puella ante 12. annum non possunt separari ante quam hæc ad annos nubiles peruenerit. sed cum erit in hac ætate ambo possunt audiri, si velint contrahere. *conc. Later. 3. tit. de sponsalibus c. 3.*

Sponsata alicui, non potest à parentibus dari alteri in matrimonium, si est proxima ætati nubili. *ibid. c. 4.*

Sponsalia sub conditione, obligant ea impleta. *ibid. c. 5.*

Sponsalitium à puella septem annorum fieri non potest, nisi postea consenserit. *conc. Later. 3. tit. de sponsalibus cap. 7.*

Sponsalibus solutis non possunt sponsi contrahere cum consanguineis desponsatæ. *ibid. c. 10.*

Sponsata alicui à Patre ante annum 12. & cognita carnaliter à sponso; si postea velit alteri nubere, non potest, si parentes fatentur eam tunc fuisse ætatis legitimæ, id est, proximæ ad nubilem, & vir iurat eam cognouisse, quia tunc validum est matrimonium. *ibid. c. 10.*

Sponsalia faciens, & iurans de non faciendo matrimonium cum alia, validè potest illud facere, sed de periurio pœnitentia est ei imponenda. *concil. Lateran. 3. tit. de sponsalibus cap. 12.*

Sponsalia faciens, & iurans ducere eam in matrimonium, etiam si coactus hoc faciat, habens copulam cum ea, si postea ducit secundam, cum qua habet filios, si prima moritur, non potest ad secundam reuerti; sed potest aliam ducere. *conc. Later. ibid. c. 13.*

Spon-

Sponsi consanguinei, non possunt ducere sponsam in vxorem. *ibid. cap.*23.

Sponsi simul habitantes, & filios procreantes non possunt amplius separari. alias excommunicandi, & cogendi ad cohabitandum. *conc. Later.*3. *tit. de sponsalibus c.*25.

Sponsalia facta cum certa conditione, si copula intercedit, euacuatur conditio. *conc. Later.*3. *ibid. c.*21.

Sponsalia facientes ante annos aptos, si reclament, non sunt audiendi, nisi perueniant ad ætatem debitam. *conc. Later.* 3. *ibid. c.*29.

Si alter sponsorum ante ætatem debitam contraxit, cum peruenerit ad ætatem debitam, potest reclamare. *ibid.*

Sponsalia faciens cum puella ante 7. annos, potest accipere in vxorem eius matrem. si vero post 7. annos, non potest, & si fiat est separandum. *conc. Later.*3. *tit. de eo qui cognouit, &c. c.*2. Vide, *Matrim. quando separanda.*

Spondens matrimonium facere cum aliqua, & iurans, monendus est, vt faciat, non cogendus. *conc. Later.*3. *tit. de sponsalibus secundo c.*6.

Si sponsi in minori ætate coniunguntur carnaliter, malitia supplet ætatem, & ideo non possunt amplius separari. *concil. Later.*3. *p.* 50. *c.*41.

Sponsi, si ex infirmitate impediuntur, non sunt cogendi ad matrimonium. *ibid. c.*63.

Sponsalium fidem frangentes, si parentes id fecerint, vel filijs facientibus consenserint, olim, per tres annos à communione abstinebant. *conc. Elibert. c.*54.

Sponsi, cum benedicendi sunt, à paranimphis, vel parentibus debent offerri. *conc. Carthag.*4. *c.*13. *dist.*23. *c. sponsus. Post conc. Valent.*1. *c.*5.

Sponsi in nocte sequente ad benedictionem, maneant in virginitate. *conc. carthag.*4. *c.*13. *dist.*23. *cap. sponsus. Post conc. Valent.*1. *c.*5.

Sponsatæ aliis, si corrumpantur, & rapiantur, adhuc primis reddendæ sunt. *conc. Ancir. c.*11.

Sponsæ cur non statim tradendæ maritis. 27. *qu.*2. *ca. Institutum est.*

Sponsi, & sponsæ etiam vocantur coniuges. 27. *q.*2. *c.Genuit Ioseph, & c. Egressus itaque.*

Sponsam alicuius nequit alius accipere. 27. *q.*2. *c. De coniugali. & c. duobus.*

Sponsalia, quando per copulam sequentem euadunt matrimonia. Vide, *Carnalis copula.*

Spondens cum vna, non potest aliam accipere. *ibi.c.*31. *q.*3, *c. si qui.*

Si tamen ducit aliam, debet eam tenere. *ibid. Syricius ep.*1. *capit.* 4.

Sponsalibus factis cum aliqua, si frater sponsi eam corrumpit, ille non potest eam ducere in vxorem. 27. *q.*2. *c. Quidam desponsauit.*

Sponsalibus factis cum aliqua, si pater sponsi eam corrumpit, filius non potest eam accipere. 27. *q.*2. *c. si quis sponsam.*

Sponsam alterius rapiens, publica pœnitentia puniatur, & spe coniugij careat. quod si matrimonium faciunt, anathematizentur. 27. *q.*2. *c. statutum.*

Sponsalia faciens cum vna, si postea nubit cum alia, etiam contra interdictum Ecclesiæ, non soluitur matrimonium. *de matrim. contracto contra interd. c. Ex literis.*

Sponsi, & sponsæ non possunt à fratribus, id est, Religiosis benedici, absque curati consensu. *Leo X. constit.*23. *dum intra.* §. 13.

Sponsalia inualida non inducunt impedimentum publicæ honestatis. *Conc. Trid. sess.*24. *de refor. matrim. c.*3. valida non inducunt, vltra primum gradum. *ibid.*

Sponsi debent benedici in Ecclesia, celebrata missa, cui ipsi debent interesse. *concil. Mediol. p.*2. *tit. Quæ pertinent ad Sacram. matrim.* Vide, *Matrim. cum quibus solemnitatibus, &c.*

Sponsarum Romæ, vestes, & pompæ. Vide, *Vestes.*

Sponte comparens.

Sponte comparentes hæretici. Vide, *Hæretici.*

Iulius 3. *const.*6. *Illius*, concessit quadam vice, vt hæretici multarum regionum sponte comparentes, ab Inquisitoribus reciperentur, cum determinatis conditionibus: & cum eis dispensauit in omnibus eorum inhabilitatibus, ac si non fuissent lapsi, dummodo denunciarent impœnitentes.

Vide, *Blasphæmi, in fine.*

Sportulæ.

Sportulas non posse à iudicibus accipi, decreuit *Concil. Vernense cap.*25.

Sportulæ, quando, quibus, & quæ soluendæ sunt Romæ. *Paulus V. const.*71. *tit. de sportulis, & propinis.*

Sportulæ Auditorum. Vide, *Auditores.*

Spurius.

Spurius non legitimatur per sequens matrimonium. *Qui sint filii legitimi, &c. c. Tanta est.*

Spurius dicitur, qui à patre coniugato, & aliqua muliere nascitur, viuente prima vxore. *ibid.*

Spurius non potest ordinari. *conc. Later.*3. *tit. de depositione cap.*19.

Spurius non potest succedere in hæreditate cum præiudicio legitimi. *Ioann.*8. *ep.*109. Vide, *Filii spurij.* Vide, *Illegitimus.*

Stanislaus.

S. Stanislaus Episcopus canonizatur *ab Innocentio IV. anno* 1253. *const.* 13. *Olim.*

S. Stanislai festum pro die 7. Maij instituitur. *Clemens* 8. *const.* 31. *Quæ ad Sanctorum.*

Statio.

Vide, *Oratio.*

Statuæ.

Statuas Crucis, B. Virginis, vel Sanctorum irreuerenter tractantes, prosternentes, &c. grauiter puniendi. *de off. ordin. in* 6. *c. Si canonici.*

Statuæ Domini Nostri Iesu Christi, Beatæ Mariæ Virginis, Apostolorum, Euangelistarum, & aliorum Sanctorum, formari non possunt cum habitu nouo, & inusitato in Ecclesia; neque prophano, indecenti, vel inhonesto: neque cum habitu alicuius Religionis, si de ea non sint. sub pœnis, &c. Iudices in hac causa, etiam contra Regulares, sunt ordinarii; & reuocantur quo ad hoc omnia priuilegia contraria. *Vrbanus* 8. *in append. const.*51. *Sacrosancta.*

Vide, *Imagines.*

Status.

Si status, seu conditio personæ impugnatur, impugnans debet probare, quod dicit, non impugnatus. *de sent. excom. in* 6. *cap. Si Iudex.*

Status Ecclesiasticus. Vide, *Ecclesiasticus status.* Vide, *Camerarius, in medio.*

Statuta.

Statuta Sanctorum reijcientes, sunt excommunicandi. *Fabianus ep.*1.

Statuta rationabiliter, non debent mutari. 25. *q.*2. *cap. Ecclesiasticæ.*

Statuta Patrum sunt custodienda, & seruanda. *Syricius ep.*4. *in princ. Hormisdas ep.*70. *Gelasius ep.*9. 25. *q.*1. *c. Prima salus.* Vide, *decreta.*

Statuta in synodo non sunt retractanda. 24. *q.*1. *c. Maiores.*

Statuta contra Apostolicam doctrinam, nulla sunt. 25. *q.*1. *c. Omne.*

Statuta contraria S. Scripturæ, vel Patrum decretis, nulla sunt. 25. *q.*1. *cap. Omne quod.*

Statuta in perpetuum, & commune commodum, non debent variari. 25. *q.*1. *cap. Quæ ad perpetuam.*

Statuta Conc. Prouinc. non obligant ad culpam, sed solum ad pœnam, nisi aliter fuerit ab eis declaratum. *concil. Toletan.* 21. *cap.*2.

Statuta rationabiliter, non sunt mutanda. Vide, *Decreta*.
Statutum de non recipiendo prouisum à Papa, est illicitum. *De verbor. signif. in 6. cap. constitutionem §. fin.*
Statutum laicorum non comprehendit bona, & personas Ecclesiasticas. *De constit. cap. Ecclesiæ sanctæ.*
Statuta contra Ecclesiasticam libertatem, à libris Communitatum, &c. sunt delenda. Potestas, Consiliarij, &c. complices, & facientes, excommunicationem Papalem incurrunt. *Honorius* 3. *ex Cirone, de sent. excomm. c. 5.*
Statuta facta contra clericos, reuocanda. Vide, *Immunitas*.
Statura Ægidiana, obseruanda in statu Ecclesiæ, & quæ sint. *Sixtus IV. const.* 15. *Et si de cunctorum*.
Statuta pro temporis varietate variantur. nam Deus multa de veteri testamento mutauit in nouo. *Concil. Lateran. 4. cap.* 50.
Statuta contra hæreticos tenentur omnes obseruare, & curare vt obseruentur. *De hæret. in 6. c. vt. officium. §. fin.*
Statuta Romæ circa taxam dotium. Vide, *Romani ciues*.
Statuta Romana obseruanda post reductionem. *Gregor.* 13. *constit.* 61. *Vrbem*. Vide, *Canones*. Vide, *Decreta*.

Stellæ.

Stellarum cursus obseruare, est genus Idololatriæ. 26. *q.* 2. *cap. sed & illud*. Vide, *Astrologia*.

Sterilitas.

Sterilitatem procurans coniux, fornicarius dicitur. 32. *q.* 2. *Aliquando*. Vide, *Coniuges*.
Sterilitatis causam, aut venenum dans, quando est homicida. *De homicidio, &c. cap. si aliquis*.
Sterilitatem, vel abortum procurantes in statu Ecclesiæ, quas pœnas incurrunt. Vide, *Abortus*. moderatæ sunt pœnæ *à Gregorio XIV. const.* 8. *sedes*, & excommunicatio à quolibet confessore, potest absolui. *ibid.*
Sterilitate agrorum, &c. contingente conducenti, debet ei pro rata indulgeri pars solutionis, nisi possit compensari cum abundantia præcedente. *De locato, & conducto cap. Propter*.
Sterilitatem procurans maleficus. Vide, *Magi*. Vide, *Malefici*. Eius pœna. *ibidem*.

S. Stephanus.

S. Stephanus Milites. Vide, *Milites*. Vide, *Equites*.

Stigmata.

Stigmata S. Francisci de Assisio approbantur *à Gregorio IX. const.* 12. *Confessor*, anno 1237. Idem confirmat *Alexander IV.* anno 1255. *constitut.* 4. *Benigna*, & pœnas statuit contra negantes illa. *ibid.*

Stola.

Stola, seù orarium, super scapulas ferri debet. *Concil. Bracharen.* 1. *cap.* 27.
Stola semper vtuntur presbyteri, ad differentiam sacerdotalis dignitatis. *Concil. Mogunt.* 1. *cap.* 28.
Stola super vtrumque humerum imponi debet sacerdoti, cum ordinatur. *Conc. Brachar.* 3. *c.* 4. Vide, *Ordinatio*.
Stola tenenda à sacerdote super humeros, dum consecrat. *Dist.* 23. *cap. Ecclesiastica*.
Stolam eodem modo tenere debet sacerdos, cum ab alio Eucharistiam accipit. *ibid.*
Stola tenenda à Diacono in humero sinistro. *Distin.* 25. *cap. Vnum*.
Stola semper (olim) vtebantur sacerdotes. 21. *q.* 4. *c. Nullus eorum*.
Stola vti non possunt lectores, aut Psalmistæ. *dist.* 23. *c. Non oportet*.
Stola non possunt vti alij ministri, excepto sacerdote, & diacono. *Conc. Laodic. c.* 22. Vide, *Diaconus*. Vide, *Orarium*.

Studia. Studentes.

Studium Generale Romæ gaudet omnibus priuilegijs, quibus alia. *De priuilegijs in 6. cap. cum de diuersis*.
Studia generalia, vt Romanum, Parisiense, Bononiense, &c. habere debent magistros linguarum Hebraicæ, Arabicæ, & Caldaicæ, & prouisio à quibus facienda. *Clement. de magistris c.* 1. *& Paulus V. const.* 65. *Apostolicæ*.
Studium generale Romæ restaurat *Bonifacius* 8. *constit.* 9. *In suprema*.
Confirmatur *à Leone X. constit.* 4. *dum suauissimos*. Vbi de lectoribus, & officialibus disponitur, & priuilegia augentur eorum, ac studentium. Rector studij Romani sæpe studium visitet. scholares dicti studij, & studium ipsum protegendum à Cardinali decano, primo presbytero, & primo Diacono. *ibid.*
Pro studij Romani Lectoribus assignata est gabella vini Ripæ. *Leo X. const.* 1. *dum singularem*.
Studium Generale Romæ, Aduocatis Conciistorialibus traditur regendum, & moderandum. *Sixtus V. constitut.* 62. *Sacri*. vnus ex eis est rector. *ibid.*
Studij Bidellus. Vide, *Bidellus*.
In studio Generali Romæ instituitur Lector Rethoricæ *ab Vrbano* 8. *const.* 85. *Militantis*.
Studium Generale Firmi erigitur *à Bonifacio* 8. *constit.* 8. *In suprema*.
Restauratum *à Sixto V. const.* 9. *Muneris*. Priuilegia. *ibid.* Forma doctorandi, &c.
Studium Generale erigitur Perusii cum innumeris priuilegiis. *Clemens V. const.* 2. *Super specula*.
Studium Generale Bononiæ ampliatur, vt in eo legatur Theologia. *Innocent. VI. const.* 2. *Quasi lignum*. Multa priuilegia pro hoc studio Lectoribus, & scholaribus concessit *Pius* 4. *const.* 69. *sacri*.
Studium Generale Ferrariæ erigit anno 1391. *Bonifacius IX.* Cum facultate doctorandi, &c. *Const.* 2. *in suprema*. Vide, *Ferraria*.
Studium Generale erigitur Maceratæ, cum gratiis, & priuilegiis, quibus fruuntur alia studia. *Paulus* 3. *constitut.* 22. *in eminenti*.
Studium Generale Valentinum, quomodo regendum. applicantur multa beneficia Ecclesiastica pro eius conseruatione. *Sixtus V. const.* 11. *copiosus*.
Studium Generale cum facultate laureandi, erigitur Græcii in Styria Collegio societatis Iesu, cum priuilegiis multis, &c. *Sixtus V. const.* 107. *Cœlestis Patriæ*.
Studium Generale erigitur Paderbonæ in Germania, sub cura Patrum Iesuitarum, cum facultate doctorandi, &c. *Paulus* 5. *const.* 84. *in supereminenti*.
Studia vniuersalia, ne dum ciuitatum, sed & regularium, tenere debent Lectores sacræ Theologiæ. *Conc. Trid. sess.* 5. *c.* 1. Vide, *Theologia*. Vide, *Regul. circa studia*.
Studia vniuersalia ciuitatum, & regular. habere debent magistros linguarum Hebraicæ, Caldaicæ, Arabicæ, Græcæ, & Latinæ. *Paulus* 5. *const.* 65. *Apostolicę*.
Studia, Vniuersitates, & Collegia sunt ritus Christiani, non Gentiles. *Conc. Constant. contra art.* 29. *Vvicleff*.
Studiis artium, ac Theologiæ compellendus est vacare aliquis ex Canonicis Cathedralis, & interim fructus beneficii habeat. *Conc. Sabinense c.* 12. *Conc. Toletan.* 19. *cap.* 3. Vide, *Residentia*. Vide, *Beneficiati circa residentiam*.
Studentes Theologiæ clerici, si non habent, vnde alantur, debent ab Ecclesiis sustentari. *De magistris, &c. cap. fin.*
Studentes Romani gaudent priuilegiis aliorum studiorum. *De priuilegijs in 6. cap. cum de diuersis*.
Studentium labores in religione, aliis præferuntur. *De verborum significatione in 6. cap. Exijt*.
Studentes, siue sæculares, siue regulares, post quinquennale studium in scientiis inferioribus, tenentur Theologiæ operam dare, vel sacris canonibus. *Concil. Lateran. 5. sess.* 8. *Bulla* 1. *quæ est const.* 5. *Leonis X. Apostolici*.
Studentes clerici vacantes Theologiæ, si sunt beneficiati, per quinquennium possunt esse absentes, & percipere fructus beneficiorum. Vide, *Beneficiati quo ad residentiam*.

Vide,

Vide, *Canonici*. Vide, *Residentia*. *Conc. colon. 2. p. 12. c. 7. conc. Trid. sess. 5. de reform. c. 2.*

In studijs generalibus curandum est, vt statutis horis legatur, & studentes caueant à crapulis, rixis, fastu, &c. *Conc. colon. 2. ibid. c. 8.*

In studiis quid legendum est. Vide, *Schola*.

Studia generalia restauranda sunt, & conseruanda. Et Episcopi ad hoc inuigilare debent, & vt in eis boni adsint magistri. *conc. Mogunt. 4. c. 65.* Vide, *Magister*.

Studentes felicis ingenii, alendi sunt in studiis sumptibus Ecclesiarum, & monasteriorum, vt Theologiæ studeant, & postea Ecclesiis præficiantur. *Conc. Mogunt. 4. c. 65.*

Studiorum generalium visitatores tenentur curare, vt decreta Concilij Tridentini recipiantur, & obseruentur, & ad eorum normam Magistri, & Lectores doceant. *Concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 2.*

Studiorum Lectores initio cuiuslibet anni debent solemni iuramento se obligare quod seruabunt decreta Concilii Tridentini, & secundum eorum regulas docebunt. *ibid. c. 2.*

Studia generalia sunt immediatè subiecta Papæ, & per eius delegatos possunt visitari, ac reformari. *Conc. Trid. ibid. cap. 2.*

Studentes hortatur *Clemens* 8. vt studiis sedulò vacent, eisque pro vnica vice indulgentiam plenariam certis præmissis operibus concedit. *const. 9. ea semper*.

Studia regularium. Vide, *Regul. circa studia*. Vide, *Schola*. Vide. *Theologia*.

Stuprum. Stuprare.

Stuprum committens cum virgine religiosa, excommunicandus est. *conc. Illerden. c. 6.* Vide, *Carnalis copula*. Vide, *Fornicatio*. Vide, *Monialis*. Vide, *Virgo*.

Stuprans virginem tenetur eam dotare, & in vxorem accipere. *de adulteriis, &c. c. 1.*

Si non potest eam habere in vxorem, tenetur dotare: si autem potest. & non vult eam ducere, puniendus est, & retrudendus in monasterio vbi pœniteat, & numquam de illo exeat. *de adulteriis, &c. c. Peruenit*.

Stuprans virginem, & curans vt eius consanguinei in carcere detineantur, vt liberè ea fruatur, item si vxore eiecta cum alijs impudicè viuit, vltimo supplicio puniatur. *Sixtus V. const. 46. Ad compescendam*.

Subdelegare. Subdelegatus.

Subdelegare, & subdelegari, quis possit. Vide, *Delegare*.

Subdelegatus à delegato Papæ, si cœpit vti iurisdictione, non potest ab eo remoueri. *de off. & potest. iud. deleg. c. Venerabili*. Vide, *delegatus Papæ*.

Subdelegato faciente contra formam rescripti, processus est nullus. *ibid.*

Subdelegatus pronuncians, se non habere iurisdictionem, non potest eam reassumere, nec etiam de consensu partium. *ibid. c. Significantibus*.

Subdelegato faciente causam, si insurgit appellatio, debet causam relinquere. *ibid. c. Cum te*.

A subdelegato potest appellari. *de off. & potest. iudic. deleg. c. Super quæstionem. §. Verum, & §. Porro*.

Vide, *Delegatus Papæ, per totum*.

Subdiaconus, ordo, & officia, ac obligationes.

Vide, *Ordo*. Vde, *Clerici*.

Subdiaconus ordinatur per porrectionem calicis, & patenæ vacuæ. *conc. carthag. 4. c. 5. conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 6. dist. 23. c. Subdiaconus*.

Subdiaconatus est sacer ordo, etiam ex tempore S. Leonis. *dist. 32. c. Omnium. c. Erubescant. de ætate, qualit. &c. c. A multis. De temporibus ordinat. cap. 1. Conc. Florent. sess. vlt. in decret. Eugenij IV. Concil. Tridentin. sess. 23. capit. 2.*

Subdiaconi officium est portare calicem, & patenam ad altare, & Leuitæ tradere, vrceolum, aquæmanile, & manutergium tenere, & aquam præbere pro lauandis manibus ante altare, Episcopo, Presbytero, & Leuitæ. *Post Conc. Toletan. 8. dist. 25. c. Perlectis*.

Subdiaconus epistolas Diui Pauli, &c. ex officio debet legere. *Conc. Rhemense c. 4.*

Subdiaconi oblationes ad altare portant, & isti ab Hebræis dicebantur Natinæi. *Dist. 21. c. Cleros*.

Subdiaconus sic dicitur, & hypodiaconus, quia diacono subiacet. *dist. 21. c. Cleros*.

Subdiaconus tenetur assistere altari ieiunus. *Concil. Treueren. cap. 9.*

Subdiaconus non potest Eucharistiam dare. *conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 77. dist. 24. c. Nullus*.

Subdiaconus non potest eligi in Episcopum, sine licentia Papæ, vel Metropolitæ. *De ætate, qualitate, &c. c. A multis*.

Subdiaconus olim quæ sacra non tangebat. *conc. Tolet. 1. c. 2. conc. Laodic. c. 21.* Neque poterat in sacrarium ingredi. *conc. Laodic. c. 21.*

Sed in secretario poterat ea tangere. *dist. 23. c. Non liceat*.

Subdiaconus potest esse vicarius Papæ. *dist. 94. c. Valde necessarium. Gregorius 7. l. 4. ep. 17.*

Subdiaconus in Dominicis, & in solemnibus diebus, cum in altari ministrat, debet communicare. *conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 13. sed Concil. Mediolan. 1. part. 2. tit. de frequenti diuini sacrificii oblatione*. Dicit eum debere communicare bis saltem in mense.

Subdiaconi qui ordinari possunt, & qui non.

Subdiaconus ordinari non potest qui in adolescentia fuit mœchatus, & si est ordinatus remoueatur. *concil. Elibert. cap. 30.*

Non potest ordinari subdiaconus, qui non habet de se bonum testimonium, vel non est instructus in ijs, quæ spectant ad ordinem. *conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 13. Neque qui* per annum non stetit in vltimo ordine, nisi *Episcopo aliter videatur. ibid.*

Subdiaconus ordinari non potest, *qui* non promittit castè viuere. *Gregorius 1. l. 1. ep. 42. l. 3. ep. 34. conc. Melsitanum cap. 2. Conc. Quintilienburgen. cap. 4. Dist. 28. cap. Nullum. Dist. 31. cap. Ante triennium. Gregorius 7. lib. 2. ep. 25. de ætate, qualitate, &c. cap. A multis. Concil. Trident. sess. 23. de refor. c. 12.* Vide, *Clerici in sacris*. Vide, *Ordinandorum obligationes*. Vide, *Ordinatorum in sacris obligationes circa coniugia*.

Subdiaconus ordinari non potest bigamus. Vide, *Bigami*. Vide, *Clerici*. Sed qui ex necessitate fecit, potest. *dist. 34. c. Lector. de ætate, qualitate, &c. c. A multis*.

Per vnum annum debet subdiaconus abstinere à recipiendo diaconatu, nisi Episcopo aliter videbitur. neque cum alio ordine sacro potest eum recipere. *Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 13.* Vide, *Interstitia*.

Subdiaconus olim in ætate 18. ann. ordinari poterat. *Clem. de ætate, qualit. &c. c. fin.* Vide, *Ordo, &c. conc. colon. 1. c. 18.* Nunc verò in ætate 22. annorum. *conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 13.* Vide, *Ordinandorum ætas*.

Subdiaconus ordinari non potest sine titulo patrimonii, vel alio, & non potest illum vendere, vel cedere, nisi alium habeat. *conc. Senonen. in decr. morum c. 4.* Vide, *Clerici*.

Subdiaconus non potest ordinari à presbytero. *Gelasius ep. 9.* Vide, *Ordo*. Vide, *Ordinatio, per omnes titulos*.

Subdiaconi circa coniugia, & vxores.

Subdiaconus ordinatus non potest amplius vxorem ducere. *conc. Rom. sub Syluestro cap. 8. conc. Veneticum c. 11. concil. Tolet. 8. cap. 6. Nicolaus I. in decretis tit. de clericis cap. 1. concil. claramont. cap. 25. concil. Lateran. 3. in append. tit. De clericis coniugatis cap. 4.* (aliquando id toleratum fuit) *cap. 6. & tit. de depositione c. 21. dist. 28. cap. Nullum. dist. 31. cap. Ante triennium. dist. 32. cap. Omnium. cap. Multorum. cap. Si quis verò. cap. Subdiaconis. c. Erubescant. cap. Nemo, & c. Placuit.* (compellantur dimittere) *conc. Lateran. 3. tit. de clericis coniugatis cap. 13. Qui*

clerici

clerici cap.1. & cap. Ex literarum. conc. Senonen. cap.8. conc.Trid. seſſ. 23. de refor. c. 13.

Subdiaconus vxorem ducens ſeparetur. *conc. Later.3. tit.de depoſit.cap.21.* Non poteſt ad alios ordines promoueri, niſi in religione. *conc, Later.3. par.50. c.59.*

Subdiaconus, vel alius in ſacris ducens vxorem, inter clericos, vel Lectores, &c. habeatur. *concil. Lucenſe 2. cap. 44. diſt. 34. c.Si ſubdiaconus.*

Subdiaconus ducens vxorem, ſpolietur omni officio, & beneficio. *Diſt.28. c. Decernimus. Diſt.32. c.Eos qui.*

Nec etiam Græci ſubdiaconi, poſsunt vxorem ducere.

Vide, *Clerici in ſacris.*

Subdiaconus, qui mortua prima vxore, aliam ducit, priuetur ordine, & ſit oſtiarius. *conc. Tolet. 1. c. 4.* Si vero tertiam accipiat, excommunicetur per biennium, & inter laicos teneatur. *ibid.*

Subdiaconus in Eccleſia Romana vxorem non habebat. *Diſt. 31. c. Ante triennium.*

Subdiaconus Græcus, vti poteſt vxore prius ducta.

Vide, *Græcus.*

Subdiaconi in Sicilia ante tempora S. Gregorii I. vxorem tenere poterant more Græco. *Diſt.31.c. 1. Ante triennium.*

Subdiaconi qui (inter Latinos) vacant vxoribus, priuandi officio, & beneficio. *diſt. 32.c.Eos qui. Gregorius 1. lib. 3. ep.34. conc. Aquiſgran. ſub Ludouico Pio cap. 6. conc. Vormatien.1. c.9. Gregorius 7. lib.2. ep. 25. & 62. conc. Melfitanum c. 2. & 12.*

Subdiaconi habentes vxores, debent ab eis abſtinere, ac ſi non haberent. *concil. carthag. 2. c.2. carthag. 5. c.3.* alias officio priuandi. *ibid. & conc. Mogunt. 3. c.19.*

Si non abſtinet correptus ab Epiſcopo, eius vxor per iudicem ſæcularem redigenda eſt in ſeruitutem. *Concil. Melfitan. cap. 12.*

Epiſcopus conſentiens, vt ſubdiaconus vtatur vxore, priuatur officio. *conc. Melfitan. c. 12.*

Vide, *Clerici circa vxores.* Vide, *Ordinati in ſacris circa vxores.*

Subdiaconi priuilegia.

Vide, *Clerici in ſacris.*

Subdiaconus non poteſt damnari, niſi per ſeptem teſtes. *concil. Rom. ſub Syluestro c. 3.*

Subdiaconus ordinatus antequam confirmetur, non eſt reordinandus, ſed ſolum confirmandus. *De ſacramentis non iterandis c. 1.*

Subdiaconus in Eccleſia Romana veſtiri ſolebat (olim) tunicis lineis. *Gregorius 1. lib.7. ex regeſt. ep.64.*

Subdiaconi fornicarius.

Vide, *Clerici fornicarij.*

Subdiaconus fornicarius, quomodo puniendus. *Diſt.81. cap. Si quis amodo. cap. Si quis ſacerdotum. c. Eos, & c.Miniſtri altaris. Diſt. 82. c. Presbyter.*

Subdiaconus fornicarius à Canonica arceatur. *concil. claramont. cap.9.*

Subdiaconus non dimittens concubinam, altari non inſeruiat, neque partem de Eccleſia habeat. *conc. Rom. ſub Nicol.2. cap.3.*

Subdiaconorum Collegium.

Subdiaconorum Collegium Cappellæ Papæ, pro literis Pallij, quid poſſunt accipere, & nihil vltra, ſub pœnis, &c.

Vide, *Pallium.*

Subditi.

Subditi non poſsunt reprehendere Prælatos. *2. q.7. c. Præſumunt. & c.Sunt nonnulli. 6. q.1. c.Ex merito.*

Subditi aliquando poſsunt reprehendere vitia Prælatorum. *2. q.7. c. Admonendi.*

Subditi criminoſi, non poſsunt accuſare ſuperiores. *2. q.7. c. Præſumunt.*

Subditi quomodo, & ad quem debent accuſare Epiſcopum. *2.q.7. c.Metropolitanum.*

Subditi non poſſunt accuſare Prælatos. *6. q.1. cap. Ex merito plebis.*

Subditi non poſſunt licitè occidere tyrannum. & doctrina contraria eſt hæretica. *conc.conſtantienſe ſeſſ.15.circa fin.*

Subditi non poſſunt ex arbitrio ſuo corrigere dominos. *conc. conſtantienſe contra art.17. Vvicleff.*

Subditus, coram Domino feudi conueniri debet. *de iudicijs c. Ceterum.*

Subditus non poteſt præſcribere ſuperiori viſitationem, procurationem, &c. *de præſcript. c. cum ex officii.*

Subditus non tenetur obedire ſuperiori exigenti aliquid contra priuilegium. *de exceſſibus Prælatorum c.Sane.*

Subditi excommunicatio, quando non paret contra præceptum legis, eſt nulla. *ibid. c. cum ad quorumdam.*

Subditi quando non tenentur obedire Domino excommunicato per annum. & poſſunt per Papam abſolui à iuramento fidelitatis. *de pœnis c. fin.*

Subditus non poteſt appellare à correctione, niſi ſuperior modum exceſſerit. *de appellat. & recuſat. cap. Ad noſtram.* Vide, *Appellatio.*

Subditus extra territorium non ligatur lege territorii. *de conſtit. in 6.c.fin.* Vide, *Obligatio.* Vide, *Vaſſallus.*

Subrogatio.

Subrogatio Epiſcopo impotenti, olim, fieri debebat à Metropolitano, vel à Papa. *6. q.3. c. Denique ſuffredus.*

Vide, *Coadiutor.*

Subſcriptio.

Subſcriptiones conuentionum, &c. factæ nomine aliorum, his inſciis, ſunt nullæ, & irritæ. *concil. Later. 3. in append. par. 50. cap. 19.*

Subſidium.

Subſidium aliquando poteſt Papa in neceſſitatibus exigere ab Epiſcopis beneficiatis, &c. Eccleſiaſticis. *Extra, de præb. c. Poſtulaſti, & c. cum nonnullæ.*

Subſidium charitatiuum, quando, quantum, & à quibus poſſunt Epiſcopi exigere. Vide, *Charitatiuum.*

Vide, *Epiſcopi circa procurationes.*

Subſidium triennale pro ſubſtentatione Cameræ impoſuit *Paulus 3. conſtit. 39. Decens.*

Fuit impoſitum per ſtatum Eccleſiæ pro exigendis trecentis millibus aureis, ſingulis annis. comprehendebat omnes etiam exemptos. ſed per triennium ſolum durauit. *ibid.*

Subſtitutio. Subſtituti.

Subſtitutiones ſic intelliguntur, vt rectæ obliquis præferantur. *de teſtam. &c. in 6. c. 1.*

Subſtitutio directa eſt, quando nominatur perſona ſubſtituenda. *ibid.*

Subſtituti Procuratoris fiſci Romæ; eius officium, & obligatio. *Paulus V. conſt.71. de Procuratore fiſci, & Subſtitutis.*

Vide, *Trebellianica.*

Suburbia.

Suburbia ſunt interdicta, ſi Ciuitas eſt interdicta. *de ſent. excom. in 6. c. Si Ciuitas.* Vide, *Ciuitas.*

Subuenire.

Subueniri non poteſt alicui cum damno alterius. *14. q.5. cap. Denique.*

Succeſſor. Succedens. Succedere.

Succeſſor ſeruare debet decreta anteceſſoris. *Gregorius 1.lib. 5. ep.12. 25. q.1. c.Iuſtitia. q.2. c. Si ea deſtruerem. c.Deceſſorum, & c. Quæcumque.*

Succeſſor debet confirmare benè facta anteceſſoris. *Symmachus ep.1.*

Succeſſor poteſt reuocare conceſſiones anteceſſoris factas contra canones. *Honor. 3. ex Cirone, de rebus Eccl. non alienandis c. 2.*

Succeſſor nequit in Epiſcopatu, fieri ab Epiſcopo viuente. *8. q. 1. c. Epiſcopo 1. & 2. c. Plerique. c. Moyſes. & c. Apoſtolica.* Vide, *Epiſcopus quo ad ſucceſſorem.*

Succeſſor debet corrigere male facta à Prædeceſſore. *35. q. 9. cap. Loci. c. Quod quis. c. Apoſtolicę, & c. Veniam. concil. Rom. ſub Hilaro. c. 4.*

Succeſſor non eſt obligatus ad pœnam anteceſſoris. *de Precariis. c. de Precariis.*

Succeſſor in Eccleſia non tenetur ad obligationes, quas præceſſor irrationabiliter contraxit. *conc. carthag. 3. in addit. cap. 2.*

Succeſſor in Eccleſia tenetur ſoluere debita Prædeceſſoris. *concil. Later. 3. in append. tit. de alienat. c. 9. de ſolutionibus c. 1.*

Succeſſor in ius alterius, iuſtam cauſæ ignorantiam præſumitur habere. *de regulis iuris in 6. reg. 14.*

Succedens alteri, in eius iure etiam ſuccedit. *ibid. reg. 46.*

Succedens in honore, ſuccedit etiam in onere. *de regulis iuris in 6. reg. 77. & de immunit. Eccleſ. c. Aduerſus.*

Succedere nullus poteſt in iuribus Eccleſię, ratione conſanguinitatis. *de preb. & c. c. 1.*

Succedens in officio alicui excommunicato, non eſt excommunicatus. *de off. Vicarii in 6. c. 1.*

Succeſſor conueniri non poteſt mortuo principali, re integra; etiam ſi reſcriptum factum ſit cum clauſula, *quidam alii. de reſcript. c. Significauit.*

Succeſſor poteſt retractare contractus factos à præceſſore, ſi fecit abſque ſolemnitate, vel contra ius. *De rerum permutat. c. Vt commutationes.*

Succeſſor tenetur recuperare res Eccleſiæ pignoratas à Prædeceſſore, cum bonis hæredis præceſſoris. *De pignoribus c. Ex præſentium.*

Succeſſor in beneficio, ad quid tenetur. Vide, *Moriens.* Vide, *Honor.*

Suetia.

Suetiæ Epiſcopi, quas, & à quibus poſſunt recipere procurationes, dum viſitant. *Extra, de cenſibus c. Vas electionis.*

Suffraganeus.

Suffraganeus Epiſcopus, iuſſu Archiepiſcopi, vbi à tribus conſecrandus eſt. *De tempor. ordinat. c. si Archiepiſcopus, & cap. Ne Epiſcopi.*

Suffraganeus non tenetur ad id, quod vltra formam ſtatuti expoſcit Metropolitanus. *de maiorit. & obedien. cap. Dilecti filii.* Etiam ſi iurauit Metropolitano de faciendo. *ibid.*

Suffraganeo excommunicato, iuriſdictio non deuoluitur ad Metropolitanum. *de ſupplend. neglig. &c. in 6. c. 1.*

Vide, *Archiepiſcopus quo ad iuriſdictionem, & ſuffraganeos.*

Suffragium.

Suffragia proſunt animabus, quæ ſunt in Purgatorio. vt miſſæ, orationes, eleemoſynæ, &c. *Conc. Florent. ſeſſ. vlt. in literis vnionis.* Vide, *Animæ.* Vide, *Defuncti.* Vide, *Mortui.*

Suffragii Archiconfrat. Romæ *à Clem. 8. conſt. 29. Ex debito,* erigitur. Statuta eius approbantur. Poteſt alias eiuſmodi Confraternitates aggregare. Confratres eius Archiconfraternitatis indulgentiam plenariam lucrantur, dum in ea adſcribuntur, & aliis anni determinatis diebus. *ibid.* §. 7. Habent facultatem eligendi confeſsorem approbatum ab Ordinario, qui à reſeruatis abſoluat (exceptis caſibus Bullæ Cœnæ) & hoc bis in vita, & ſemel in morte. §. 8. Poteſt iſta Societas vnum carceratum liberare in feria 6. Maioris hebdomadæ, vel in feſto Omnium Sanctorum, dummodo non ſit reus læſæ maieſtatis; vel falſificationis monetæ, aut literarum Apoſtolicarum; vel aſſaſſinij; vel ſacrilegij. Et talis reus debet habere pacem ab offenſo, vel eius hærede, vt fruatur tali gratia. *ibid. in c. ſeq. Pias.*

Summator.

Summatoris literarum Apoſtolicarum officium vacabile inſtituitur *ab Alexan. 6. conſt. 10. In eminenti.* quale ſit hoc officium. *ibid.*

Superior.

Superioris peccatum, maximè nocet ſubditis. Gregorius 1. *lib. 6. ep. 7.*

Superior non puniens delicta, grauiter offendit. *23. q. 4. cap. Si is, qui Prælatus.*

Superior ex ira, nihil agat. *11. q. 3. c. Illa præpoſitorum.*

Superiori imputantur mala, quæ fiunt à ſubditis, niſi eos corrigat. *Gregor. 1. lib. 10. ep. 32. Diſt. 86. c. Inferiorum.* Gregorius *7. lib. 3. ep. 4.*

Superiores charitatiuè familiam gubernent, eamque non onerent. *conc. Aquiſgr. 3. par. 4. c. 20.*

Superiori obediendum eſt. Vide, *Poteſtas.* Vide, *Obedientia.* aliquando licet non obedire. Vide, *Subditus.*

Superiores non excuſantur de ignorantia in peccatis ſubditorum. *De regulis iuris c. Quamuis.*

Superiores ab inferioribus nequeunt iudicari. *diſt. 21. c. Inferior. c. Nolite. c. Submittitur, & c. In tantum.*

Superior excedens in corripiendo, non petat veniam à ſubdito. *diſt. 86. c. Quando.*

Superior debet ſingulis prodeſſe. *8. q. 1. c. Clemens.*

Superior cum attentatione audire debet querimonias Eccleſiarum. *23. q. 5. c. Adminiſtratores.*

Superior miſcere debet ſeueritatem cum miſericordia. Diſt. 45. *cap. Diſciplina. cap. Omnis, cap. Et qui. & cap. Sunt namque.*

Superior electus à minori parte Congregationis, ſed ſaniori, præfertur electo à maiori, quæ quærit vitiis ſuis ſimilem. *diſt. 61. c. In ordinatione.* Vide, *Electio.* Vide, *Electus.*

Superior confirmans indignum electum, *priuatur* authoritate confirmandi, in ſequenti. *de electione, & c. c. Nihil eſt.*

Superior ſupplet inferioris negligentiam in conferendis beneficijs. *de ſupplenda neglig. c. Licet.*

Superiorem adiens in cauſa grauaminis, dicitur appellans, & quando. *De appellat. & recuſat. c. Ad audientiam. & c. Dilecti filij.*

Superiore accuſato de dilapidatione, facienda eſt cauſa, & interim non poteſt alienare. *de accuſat. & c. c. fin.*

Superiore præcipiente contra priuilegium ſubditi, hic non tenetur obedire. *de exceſſibus Prælator. c. Sanè.*

Superior poteſt abſoluere excommunicatum ab inferiori. Vide, *Excommunicatus.*

Superioris lex abrogari non poteſt per inferiorem. *Clement. de elect. c. Ne Romani.*

Superiore ſuſpendente aliquem, hic non poteſt eo inuito promoueri. *Conc. Triden. ſeſſ. 14. de refor. c. 1.*

Superior accuſatus poteſt opponere de conſpiratione, & inimicitia. *de ſimonia c. Licet Eli.*

Superiores exempti, & Prælati poſſunt eligere ſibi confeſſorem. *de pœnit. & remiſſ. c. fin.*

Superiores Eccleſiaſtici, *vt Epiſcopi*, Archiepiſcopi, &c. non ſunt vitandi ab inferioribus, clericis, &c. ante ſententiam. qui aliter faciunt, & vitant illos, honore ſunt priuandi. *concil. Conſtantinopolit. 4. c. 10.*

Superioribus, quando obediendum, & quando non. Vide, *Obedientia.* Vide, *Præfectus.* Vide, *Prælatus.*

Superiores Regularium.

Vide, *Regulares ſuperiores.* Vide, *Superiores.* Vide, *Prælati.*

Superiores regulares cum charitate debent ſubditis prouidere. *Conc. Aquiſgr. ſub Ludouico Pio c. 139.*

Superioribus, quando obediendum, & quando non. Vide, *Obedientia.*

Superiores regulares, ſine cauſa non poſſunt priuari. *de ſtatu monachorum cap. Monachi.* Vide, *Abbas quando, & quomodo priuandus.*

Supe-

Superiores regulares aliquando corrigendi ab Episcopo. *ibid. cap. Ea quæ*. Vide, *Episcopus circa Regulares*. Vide, *Regulares erga Episcopos*.

Superioris regularis defectus referendi sunt in Capitulo Generali. *De statu monachorum c. Ea quæ*.

Superiores regulares circa subditos in ijs tantum possunt procedere, de quibus præcessit infamia. *De accusationibus, &c. cap. Qualiter*.

Superiores regulares in processibus non tenentur omnes iurium regulas ad amussim obseruare; sed possunt compendiosius agere. *ibid.*

Debent admittere probationes, exceptiones, &c. *ibid.*

Superiore regularium excommunicante fratres omnes Conuentus, quid agendum. *De accusat. &c. cap. Olim*.

Superiore regulari denunciato de dilapidatione, facienda est causa, & interim non potest alienare. *ibid.*

Superior accusatus potest opponere de conspiratione, & inimicitia. *De simonia cap. Licet Eli*.

Superiore regulari præcipiente contra priuilegium subditi, iste non tenetur obedire. *De excessibus Prælator. c. Sanè*.

Superiore accusato expensæ fiunt à monasterio. Vide, *Abbas quando, & quomodo priuandus*.

Superiores regulares exempti possunt sibi eligere confessorem. *De pœnit. & remiss. cap. fin.*

Superiores regulares possunt etiam ciuiliter remoueri ab administratione, si diffamantur de simonia. *De simonia cap. Per tuas*.

Superiores non excusantur de ignorantia in peccatis subditorum. *De regulis iuris cap. Quamuis*.

Superior regularis percutiens. Vide, *Regulares superiores*.

Superioribus obediendum, si non præcipiunt contra Dei mandatum. *Conc. colon. 2. p. 6. c. 16.*

Superiores omnes regularium, & monialium, siue Generales, Prouinciales, Abbates, & eorum officiales, &c. Abbatissæ, Priorissæ, Præpositæ, &c. debent eligi per vota secreta, & eligentium nomina publicari non possunt, alias electio est nulla, & electus fit inhabilis ad omnia officia Religionis. *Conc. Trident. sess. 25. de reform. regul. c. 6.*

Vide, *Electio*. Vide, *Regul. circa electiones*.

In talibus electionibus non possunt subrogari vocales titulares. neque alij supplentes vota absentium. alias irrita est electio. & electus, inhabilis, vt supra. *ibid.*

Superiores regulares, Episcopis non sunt subiecti. *Concil. Trident. sess. 25. de reform. regul. c. 20.* Habentes alia monasteria sub se, possunt ea visitare, etiam si commendata sint. & præfecti talium monasteriorum tenentur recipere visitatores, & eorum iussa exequi. *ibid. c. 20.*

In monasteriis commendatis, superiores eliguntur in Capitulis, & visitationibus, vt in alijs. & dicti superiores habent regimen spirituale in iis monasteriis. *Conc. Trident. ibid. cap. 20.*

Superior inhabilis. Vide, *Mutilatus*.

Vide, *Præfectus*, Vide, *Prælatus*. Vide, *Generalis*, vbi habes multa.

Superstitio.

Superstitio est quodam spirituale adulterium. *Gelasius epist. ad Andromacum*.

Superstitiones abrogandæ à Christianis. *ibid. Conc. Lucens. 2. c. 71. 26. q. 2. vt infra*.

Superstitionum species multæ, & quæ. *26. q. 2. c. Illud quod est*. Vide, *Magia*.

Superstitiones per Episcopos extirpandæ. & pœnæ omittentium id facere. *Conc. Tolet. 16. c. 2.*

Superstitionibus vacantes, excommunicentur. *Conc. Rom. 4. sub Damaso c. 4. Conc. Carthag. 4. c. 89.*

Superstitiones quascumque cum dæmonis pacto exercentes, grauissimè sunt puniendi. *Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de Magicis artibus*.

Superstitiones. Vide, *Dæmones*. Vide, *Magia*. Vide, *Incantatio*. Vide, *Sortilegus*.

Superstitionum omnium species *à Sixto V.* numeratæ *in constitut. 17. Cœli*. Vide, *Magia*. Omnes ab Inquisitore iudicantur. *ibid. Sixtus V.*

Superpelliceum.

Superpelliceo vti debet, qui altari inseruit. *Concil. Oxonien. 1. cap. 3.*

Superpelliceis in choro debent clerici vti. *Concil. Colon. 2. par. 3. cap. 11.*

Superpelliceis vti debent clerici, cum exercent ordines minores. *ibid.*

Superpelliceis vti debent clerici in choro, & in omnibus ministeriis. *Conc. Mediol. 1. par. 2. tit. communia de ratione diuinorum officiorum*.

Superpellicea debent esse cum latis manicis, non verò angustis, vt Rocheti. *ibid.*

Superpelliceis vti debent cantores in choro. *conc. Mediol. 1. p. 2. tit. De Musica*.

Superpelliceis non debent spoliari canonici, &c. in Ecclesia, quando redeunt ab officio, sed in Sacristia. alias priuentur distributione. *Conc. Mediol. 1. par. 2. tit. Quomodo à choro recedendum*.

Superpelliceis vtendum in processionibus. *concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Processionibus*.

Superpelliceo, & talari veste, vti debet clericus portans Crucem. *ibid.*

Vide, *clerici quo ad habitum, &c.* Vide, *clerici minores in ministerio*.

Surdus.

Surdi, & muti possunt contrahere matrimonium. *De sponsalibus, &c. c. cum apud. cap. Tuæ fraternitati*.

Suscipiens. Susceptus.

Vide, *Patrinus*. Vide, *compatres*. Vide, *Baptizatus*.

Suscipiens aliquem de fonte, fit Pater susceptj, & hic filius eius. *30. q. 3. cap. 1.*

Suscipientes in baptismo, vnus, vel vna esse debent. si tamen plures, omnes contrahunt cognationem spiritualem. *De cognatione spirituali in 6. cap. fin.* Sed ad duos postea designandos, restrictum est. Vide, *compatres*. Vide, *cognatio spiritualis*. alii verò non contrahunt. Vide, *ibid.*

Suspectus.

Suspectus de aliquo crimine, & non conuictus, tenetur se purgare iuxta formam iuris. *De purgat. canonica, cap. Si quis de gradu*.

Suspectus vehementer de aliquo crimine, donec se purget potest suspendi ab officio, & beneficio. & facta purgatione, si se purgat, restituatur. *ibid. cap. inter sollicitudines*.

Suspectus vehementer redditur contumax in causa hæresis. *De hæret. in 6. c. cum contumacia*.

Suspectus vehementer de hæresi, qui sic abiurauit, si cadit in hæresim formalem, habetur pro relapso fictione iuris, & punitur vt hæreticus relapsus. *De hæret. in 6. cap. Accusatus*. Vide, *Abiurare*.

Suspectus de hæresi de leui, si sic abiurauit; si rursus cadit in hæresim, non punitur vt relapsus. *ibid.*

Suspectus de hæresi fit magistratus, vel dominus sæcularis nolens iurare, quod obseruari faciet statuta contra hæreticos, fautores, credentes, receptatores, &c. *de hæret. in 6. cap. vt officium. §. fin.*

Suspectus fit de hæresi, qui per multum tempus contemnit excommunicationem. *Honorius 3. ex cirone, de pœnis c. 2.* Vide, *Excommunicatus*.

Suspecti de hæresi fiunt Itali, qui vadunt ad terras hæreticorum; & quando. Vide, *Itali*.

Suspectis accusatoribus, & de inimici domo exeuntibus, non est credendum. *conc. Nicen. 1. ex Iulio c. 11.*

Suspecti de hæresi. Vide, *Hæretici*, in tit. *Suspecti de hæresi*.

Suspecti de fide tenentur facere fidei professionem, & hæreses abiurare. *Gregorius I. lib. 8. ep. 69.*

Suspectum habens Episcopum iudicem, recurrat ad superiorem. *2. q. 6. cap. Placuit, vt Presbyteri*.

Suſpecti de fide, ad Epiſcopos, vel Inquiſitores ſunt denunciandi. *Conc. Mediol. 1. tit. de profeſſione fidei.*
Vide, *Conuenticula*. Vide, *Hæretici, tit. ſuſpecti de hæreſi.*

Suſpenſus.

Suſpenſi *in patibulis*, poſſunt in Eccleſijs ſepeliri, ſi confeſſionem peccatorum fecerunt. *Conc. Mogunt. ſub Leone IV. c.27. Conc. Vormat. 1. c.80.*
Suſpenſionis ſententia dari non poteſt, niſi in ſcripto, & aſſignata cauſa, aliter ſententians, ſuſpenditur à diuinis, & ingreſſu Eccleſiæ per vnum menſem. & ſi tunc celebrat, fit irregularis. *Conc. Gener. Lugdun. 1.* Et ſuperior ſtatim abſoluit, & condemnat ſuſpendentem ad expenſas. *ibid. & de ſent. excom. in 6. c. 1.* Vide, *Cenſura*.
Suſpendens tenetur dare copiam ſententiæ intra menſem, ſi requiritur. *ibid.*
Suſpenſus miniſtrans, quam pœnam incurrit. Vide, *Depoſitus*. Vide, *Sacerdos. fit irregularis. de ſentent. & reiud. in 6. cap. 1.*
Suſpenſus manens per tres annos, priuatur beneficio. *De ætate, qualit. &c. cap. cum bonæ.*
Suſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi celebrat in ea, fit irregularis; & ſi moritur impœnitens durante ſuſpenſione, caret Eccleſiaſtica ſepultura. *de ſent. excom. in 6. cap. is cui.*
Suſpenſio ab officio, vel ingreſſu Eccleſiæ per appellationem non ſuſpenditur. *ibid.*
Suſpenſio poteſt relaxari ad cautelam, data cautione de parendo mandatis Eccleſiæ. *Honorius 3. ex Cirone, de ſent. excommun. cap. 4.*
Suſpenſi ab ordine, facta pœnitentia poſſunt reſtitui, exceptis homicidis. *de temporib. ordinat. cap. fin.*
Suſpenſus ab ordine ob fornicationem, ſi facit diuina, perpetuò deponendus eſt. *de vita, & honeſtat. clericor. cap. vt clericorum.*
Suſpenſio occulta, poteſt ab Epiſcopo diſpenſari. *Conc. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 6.*
Suſpenſus à ſuo Prælato, non poteſt contra voluntatem Prælati promoueri. *Conc. Trid. ſeſſ. 14. de refor. c. 1.*

T

Tabaccum.

TAbaccum ſumi non poteſt, neque in puluere, neque in fumo, vel alio modo, in Eccleſijs, & atrijs Eccleſiarum Hiſpalenſis Diœceſis, ſeu Siuilliæ; neque à clericis, neque à laicis, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ, abſque declaratione. *Vrban. 8. in append. conſt. 49. cum Eccleſiæ.*

Tabella.

Tabella in ſacriſtia appenſa ſit, in qua officia, & munera per hebdomadam exercenda notentur.
Vide, *Ceremoniarum magiſter*. Vide, *Sacriſtia*.
Tabella cum nota Miſſarum ſatisfaciendarum adſit in ſacriſtia. Vide, *Sacriſtia*. Vide, *Miſſarum obligationes*.
Tabellam habere debent omnes Communitates Status Eccleſiaſtici; in qua deſcribi debent omnes expenſæ, quæ fiunt à terris, locis, &c. Vltra notata in tabella, nihil ab eis poteſt expendi; alias expendens, in Sindicatu, tenetur reſtituere. *Clem. 8. conſt. 10. Pro commiſſa.*
Alia pertinentia ad hoc. *ibid.*
Tabellæ miraculorum, gratiarum, beneficiorum, &c. alicuius defuncti cum opinione ſanctitatis, ſed non adhuc beatificati à Sede Apoſtolica, appendi non poſſunt in eorum ſepulchris. & pœnæ clericorum id permittentium. *Vrbanus 8. conſtit. 37. Sanctiſsimus.*
Tabellæ iſtæ, ſi deferantur, conſeruandæ ſunt in aliquo ſecreto loco, donec Dominus, aliter de viro illo diſponi faciat. *ibid. in cap. ſeq.*
Vide, *Defuncti*. Vide, *Imagines*.

Taberna. Tabernarij.

Tabernas ingredi non poſſunt clerici ad comedendum. *Concil. Laodicen. c. 24. Conc. Carthag. 4. cap. 27.* niſi in itinere. *ibid. Conc. Afric. c. 7. Conc. Turon. 3. c. 21. diſt. 44. c. Non oportet.* (alias deponendus eſt. *ibid.*) *cap. Nulli clerico.* Ex neceſſitate poteſt intrare. *cap. Clerici.*
Tabernarij, ſeu Caupones Vrbis, non tenentur de furtis rerum, quas aduenæ in eorum ingreſſu eis non conſignant. neque ob hoc carcerari poſſunt. *Pius IV. conſtit. 71. cum ſicut.*
Vide, *Clerici à quibus tenentur abſtinere*.

Tacere. Tacens.

Tacens conſentire videtur. *Conc. Calced. act. 1. De regulis iuris in 6. reg. 43.*
Tacens non fatetur; ſed neque negat. *De regulis iuris in 6. reg. 44.*

Talaris veſtis.

Talari veſte vti debent clerici. *Conc. Lucenſe 2. c. 66. Conc. Rauennat. 3. Poſt Clem. V. c. 10.*
Vide, *Clerici quo ad habitum*. Vide, *Veſtis*.

Talio.

Ad talionis pœnam, debet ſe ſubſcribere accuſator. *Damaſus epiſt. 4.*
Talionis pœnam incurrit accuſans, & non probans. *Adrianus I. epiſt. decret. c. 24. & 52. 2. q. 3. cap. Calumniator.*
Vide, *Accuſator*. Vide, *Calumniator*.

Talmud.

Talmudicos Iudæorum libros concremari fecit *Innocent. IV. conſt. 2. Impia.*
Talmudici libri, & alij prohibiti non poſſunt legi, aut teneri à Iudæis. Vide, *Iudæi*. Vide, *Libri*. Vide, *Inquiſitores circa Iudæos. Clemens 8. conſtit. 20. cum Hebræorum.*
Tenentur eos portare ad S. Officium, vt comburantur. *ibid. §. 5.*
Talmudicos Libros imprimentes Chriſtiani, incurrunt excommunicationem latæ ſententiæ; ſic & Mercatores eorum. *ibid. §. 6.*
Auxilium dantes Iudæis, vt imprimantur, hanc pœnam incurrunt, & alias latas contra hæreticos. *ibid. §. 7.*
Vide, *Hebræi*.

Taxa.

Taxæ monetæ ſoluendæ in expeditione literarum Apoſtolicarum, quales erant. *Extrau. Ioann. 22. de ſent. excom. c. vn.*
Exigentes plus debito, prima vice per ſex menſes priuandi ſunt officio; ſecunda vice, priuandi ſunt perpetuo. *ibid.*
Taxæ omnium mercedum, quæ pro actis omnibus ſolui debent Notarijs Romæ. *Pius IV. conſt. 105. cum nuper.* diſtinctè. Deinde *à Paulo V. fuit reformata conſt. 71. tit. de Notarijs*. Vide, *Notarij*.

Taxilli.

Taxillis ludere non poſſunt clerici. *Conc. Later. 4. cap. 16. &* pœnæ. *ibid. Conc. Tolet. 22. c. 11.* ſub pœna pecuniaria. *ib.*
Vide, *Clerici à quibus debent abſtinere*.

Theatini.

Eorum Religio approbatur anno 1524. *Clemens 7. conſtit. 11. Expoſt.* Fruuntur priuilegijs Canonicorum Lateran.
Multas gratias ſingulares obtinent. *Clemens 7. conſt. 38. dudum.* & multa ſpectantia ad regimen, & electiones ſuperiorum, &c. *ibid.*
Eaſdem gratias confirmat, & alias addit *Pius V. conſtitut. 31. Ad immarceſcibilem*. Vide, *Clerici Regulares*.

Theatri-

Theatrici .

Theatrici quandiù in hoc exercitio manent, excommunicandi sunt. *conc. Arelat.* 1. *c.*5. Idem de agitatoribus theatricis definit. *conc. Arelat.*2. *c.* 20.

Templum .

Templa Idolorum. Vide, *Idola .*

Templarii .

Templarii milites, dum existebant, exempti erant à decimis suorum laborum, & terrarum, quas propriis sumptibus colebant. *de decimis c. Ex parte .*

Sed postea suppressa est hæc militia; & eorum bona applicata sunt militiæ S.Ioannis Ierosolymitani *in conc. Vienn. Clem. V. const.*3. *Ad prouidam .* Vide, *Equites .*

Temperantia .

Temperantia in cibis, vestibus, & aliis seruanda est. *dist.*41. *cap. Parsimoniam .*

Tempus . Tempora .

Tempus, quo Episcopus, vel alius collaturus beneficium manet Romæ, non computatur in semestri. *De conceff. præbend. c. Quia diuersitatem .*

Tempore prior, est iure potior. *De regulis iuris in 6. reg.*54.

Temporum diuersitas facit temperare regulas Ecclesiasticas. *dist.*29. *c. Regulæ .*

Quatuor anni tempora celebranda cum ieiunijs, & quare. Vide, *Quatuor, &c. conc. Moguntiacum* 1. *c.*34. *Dist.*76. *c. Ieiunium .*

Quatuor tempora celebranda initio Quadragesimæ, post Pentecostem, in Septembri, & Decembri. *ibid. c. Ieiunium, & cap. Huius .* Vide, *Ieiunium .* Vide, *Quatuor tempora .*

Temporales .

Temporalibus dominis honor est deferendus à quocumque, etiam Ecclesiasticis summis. *Symmachus ep. ad Anastasium .*

Tentatio .

Tentationes vincuntur cum Dei adiutorio, & non cum sola voluntate humana. *Conc. Diospolit. c.*12.

Theologia .

Theologia valde commendatur à Sanctis Patribus. *Ne clerici se immiscеant, cap. finali .*

Theologiæ studiis incumbere debent clerici; & si pauperes sunt, ab Ecclesiis substentandi sunt. *de Magistris cap. fin.*

Theologiæ studentes etiam absentes per 5. annos, percipere possunt fructus beneficii. *Honorius* 3. *ex Cirone, tit. De Magistris c.*1.

Vide, *Beneficiati quo ad residentiam .*

Theologus assignandus in qualibet Cathedrali, cum præbenda. *ibid. c. Quia nonnulli . conc. Later.* 4. *c.*11. Docere debet Sacram Scripturam. *ibid. conc. colon.*3. *tit. Quo ad instituendum c.*2. Prouidendus de præbenda quę non requirat personalem functionem. & gaudet absens à choro. *ibid. c.*9. *concil. Mogunt.*4. *c.*67. *conc. Trident. sess.*5. *de refor. cap.* 1.

Sit idoneus, & qui per se ipsum valeat legere; alias nulla sit prouisio. *ibid.*

Theologus tenendus est in Ecclesiis, etiam Collegiatis. *conc. Mogunt.*4. *c.* 67.

Theologus tenendus est non solum in Vniuersitatibus, & Academiis publicis; sed etiam in Monasteriis opulentioribus. *Concil. colon.*3. *vbi supra c.*2. Vide, *Regulares circa studia .*

Vbi non sunt præbendæ, assignari debent Theologis fructus alterius beneficii simplicis, vel aliter de consilio Episcopi, & Capituli prouideatur. *conc. Trid. sess.*5. *de refor. c.*1.

Vide, *Lectores .* Vide, *Regulares circa studia .* Vide, *Studia .* Vide, *Magister .* Vide, *Canonici quo ad residentiam .* Vide *Residentia .*

Terminus .

Termini statuti à Patribus, non sunt transgrediendi. 25. *q.*1. *c. Quæ ad perpetuum .*

Terminus in causa potius prorogandus, quam procedendum minus clarè causa abbreuiationis. *Honorius* 3. *ex cirone, de dilationibus c.*2.

Terminus appellationis, quando potest præueniri. *De appellat. & recusat. c. Oblatæ nobis.*

Terminus incipit currere à die receptionis literarum commissionis, si causa committitur decidenda intra certum tempus. *ibid. c. Super eo il* 2. *conc. Later.*3. *tit. De appellat. c.* 12. Vide, *commissio .*

Terminus appellationis potest restringi, & à Iudice, & à Prouocante. *ibid. c. Oblatæ .*

Terminus finiendæ causæ imponi non potest Iudici superiori ab inferiore. *ibid. c. Ex insinuatione .*

Terminus à delegante præfixus excedi non potest à delegato, nisi de partium consensu, alias expirat iurisdictio. *concil. Later.*3. *in append. tit. de potest. iud. deleg. c.*14.

Termini dandi in discussione causarum beneficialium coram Auditoribus Rotæ. *Martinus V. const.*5. *Romani . §.* 19. *& seqq.* Vide, *Peremptorius .*

Terra .

Terræ Sanctæ Peregrinatio. Vide, *Peregrinatio.*

Terram Sanctam adeuntes ad prælium contra Saracenos, quas indulgentias consequuntur. *conc. claramont.* & *conc. Lugdun. Gener.* 1.

Terræ Sanctæ recuperationem procurauit *Innocentius* 3. *constit.*12. *Ad liberandam .* Deinde *Nicolaus IV. const.*5. *Illuminet*, qui anno 1293. mittit ad eam Eberardum Regem Angliæ, & inuitat omnes Christianos ad bellum contra Saracenos. *ibid.*

Terra interdicta ob Principis excommunicationem, quid agendum à sacerdotibus, & aliis. *conc. Later.*3. *in append. tit. de excommunicatis c.*6. Vide, *Interdictum .*

Terræ Laboris Episcopi, quas, & à quibus possunt recipere procurationes, dum visitant. *Extra, de censibus cap. Vas electionis .*

Terra pro sepultura vendi non potest. *De sepulturis c. Abolendæ .*

Territorium .

Territorii nomine, in quo facienda est electio Papæ, alio moriente ibi, intelligitur Diœcesis. *Clement. de elect. cap. Ne Romani .*

Tertiarii . Oblati .

Tertiarii, vel Tertiariæ, tempore interdicti, non possunt recipi in Ecclesiis fratrum Minorum ad officia. Vide, *Interdictum .* Secus de sepultura. Vide, *Oblati .* Vide, *Regul.* Vide, *Beguini .*

Tertiarii, & Tertiariæ seù Bizzochæ, viuentes in domo, propria possunt eligere sepulturam, vbi volunt. *conc. Later.*5. *sess.*11. *const.*4. *dum intra*, circa medium.

In Paschate tenentur à proprio sacerdote recipere Eucharistiam, item alia sacramenta vt Extremam Vnctionem. obligantur ad onera aliorum sæcularium, & à iudice sæculari iudicantur. *ibid.*

In eodem Concilio, & Constitutione eis conceditur, vt tempore interdicti possint in Ecclesiis fratrum Minorum recipi, nisi ei causam dederint. *ibid. Leo X. const.*22. estque eadem cum citata.

Tertiarij, & Tertiariæ collegialiter viuentes cum voto expresso, manentes in claustro gaudent priuilegijs fratrum Minorum, vel aliorum Ordinum, quorum sunt. *ibid.*

Tertiarij domi degentes sæculares *à Nicolao IV.* regulam obseruandam obtinuerunt: sed nihil in ea obligat ad peccatum mortale. *Nicolaus 4. const. 2. Supra montem.* Hanc regulam postea fratres claustrales assumpserunt *sub Leo X.*

Tertiarijs conceduntur omnia priuilegia, & gratiæ omnium Mendicantium. *Sixtus 4. const. 19. Sacri.*

Tertiariorum domi degentium votum, sicut & aliorum, qui extra claustra sic viuunt non est solemne, seu religionis, sed simplex. *Leo X. const. 22. in c. sequenti.*

Tertiariorum claustralium regula approbatur & confirmatur *à Leone X. const. 42. Inter cetera.* Vide, *Fratres tertij Ordinis.* Reformatur postea *à Pio V. const. 63. Ea est.*

Tertiariæ professæ manere debent in clausura, aliis verò fœminis interdicitur eam ingredi. *Pius V. const. 8. Circa pastoralis.* Vide, *Fratres Tertiarij.* Vide, *Oblati.*

Vide, *Regularium oblati.*

Thesaurarius.

Thesaurariorum *sedis* Apostolicę morientium beneficia à Papa conferenda. Vide, *Benef. Papæ, &c.*

Thesaurarii officium in Ecclesiis, quale sit. *Post Conc. Tolet. 8. dist. 25. c. Perlectis.*

Thesaurarius capituli partitur distributiones pro rata seruitiorum, iuxta librum punctatoris. Non potest dare distributiones ijs, qui de negligentia notati sunt, alias de suo soluat Ecclesiæ quantum dedit, & per mensem careat distributione. *conc. Mediolan. 1. par. 2. tit. de officio Thesaurarij.*

Thesaurarius Cameræ Apostolicæ. Vide, *Camera.* Declaratur Papæ Cappellanus. *Calistus 3. const. 1.* Declaratur familiaris Papæ. *Sixtus IV. const. 1. Dispositione.* Expeditiones Cancellariæ, quæ pro eo fiunt, dantur sine solutione ordinaria. *ibid. §. 4.* Spolia ad eum ferenda. Vide, *Spolia.*

Thesaurarii Generalis Camerę munus est omnes fructus, redditus, &c. ex omnibus Ecclesiæ locis *prouenientes* colligere. *Sixtus V. constitut. 100. In conferendis.* Eius locus, & præcedentia. *ibid.* Assistit signaturæ, omnibus actibus, &c. concernentibus interesse Cameræ, omnium contractuum, appaltuum, conuentionum, &c. Cameræ iura consignat. Emolumenta, spolia, & prouentus omnes Cameræ exigit, fructus beneficiorum vacantium, & literarum malè expeditarum, &c. taxas, decimas, & alias solutiones siue ordinarias, siue extraordinarias. fructus illicitæ negationis cuiusuis personæ colligit, & alia innumera. *ibid.* omnisque eius iurisdictio, & facultas. *ibid. per §§. 51.* explicatur.

Præterea colligit fructus malè perceptos cuiuscumque tituli. Spolia quæ in Regno Neapolis, & Siciliæ per Nuncium colliguntur, & quæ à clericis relinquuntur filiis illegitimis, & bona, ac spolia omnium regularium extra claustra morientium, siue apostatæ sint, siue non. *ibid.*

Thesaurarius tenetur reddere capitulo rationem de acceptis, & expensis, & potest ad hoc cogi sub pœna suspensionis ab officio & emolumentorum. *Conc. Colon. 3. tit. Censuræ ca. 12.*

Thesaurus spiritualis Ecclesiæ.

Thesaurus Ecclesiæ, ex quo Papa concedit indulgentias, est ex meritis Christi Domini & Sanctorum. *Leo X. const. 40. Exurge.*

Testamentum.

Testamenti nomine in Sacra Scriptura, intelligitur non solum scriptura, sed promissio. *De celebrat. missar. cap. Cum Martha.*

Testamenta facere non possunt regulares, sed omnes eorum res sunt Monasterii. *19. q. 3. cap. Quia ingredientibus & cap. Perlatam.* Vide, *Regulares circa testamenta. Concil. Oxonien. 1. c. 40. Conc. Germanicum cap. 5. Pius V. constit. 73. Sacrosanctum.*

Testamentum non potest facere seruus. *13. q. 2. c. Illud etiam.*

Testamenta facere possunt Episcopi, & clerici alij de rebus ante habitis. *12. q. 5. c. Nulli. & cap. Obitum. De testamentis, &c. cap. Cum in officijs.* Vide, *Clerici.*

Vide, *Episcopus circa testamenta.* Vide, *Ecclesiastici quo ad testamenta.*

Testamentum facere non possunt Episcopi, &c. clerici de melioratione rerum Ecclesiæ à se factis. *de speculo clericor. c. fin.* Vide, *Episcopus, vbi supra.*

Potest Episcopus testamentum facere de patrimonio. *De testam. &c. c. 1.*

Possunt etiam testari de bonis acquisitis, intuitu personæ, non Ecclesiæ. *ibid. c. Quia nos.*

Possunt Episcopus, & alii clerici aliquid testari pro seruitoribus, & pauperibus; & quæ. *ibid. c. Relatum il 2.*

Testamentum ad causas pias, quando valet, etiam si excludat aliquam Ecclesiam. *de succes. ab intestato c. fin.*

Testamenta, seu vltimæ voluntates, valida sunt, si per tres, vel duos testes firmentur, & sic facta, non possunt post mortem testatoris ab vllo rescindi. *Conc. Lateran. 3. in append. par. 50. c. 20.* Vide, *Vltima voluntas.*

Testamenta ad pias causas facta, intra mensem notificanda sunt Episcopis per Notarios, alias excommunicentur, & eis amplius in suis actis non præstetur fides. *Conc. Rauenn. 2. sub Clem. V. c. 31.* Vide, *Dispositio.*

Testamenta vsurariorum. Vide, *Vsurarij.*

Testamentorum causæ per *duos, aut tres legitimos testes, possunt* terminari. *conc. Later. 3. in append. par. 50. c. 8.*

Si clericus facit testamentum, tenetur Notarius dare illi copiam eius intra decem dies; alias excommunicetur; & in suis scripturis non faciat amplius fidem. *concil. Rauenn. 3. post Clem. V. c. 7.*

Testamentum factum coram Parocho, & duobus testibus, valet. *De testam. &c. c. Cum esses.*

Vltima voluntas ad pias causas declarata coram *duobus* testibus, valet. *ibid. c. Relatum est quod.*

Vide, *Vltima voluntas.* Vide, *Dispositio.*

Testamentum facere existimatur, qui in vltima voluntate, dispositioni alicuius se committit. *ibid. c. Cum sibi.*

Testamenta, *maxime*, si sint in fauorem Ecclesiarum, intra annum debent executioni mandari. *conc. colon. 2. par. 13. c. 10.* Vide, *Testament. executor.*

Testamenta fieri possunt absque Presbyterorum præsentia. *Pius V. const. 41. Et si. §. 26.* Vide, *Intestatus.*

Testamenta cælantes, grauiter sunt puniendi. *conc. Regiaticinum c. 15.*

Testamenta, quomodo poterant fieri Romæ tempore pestis. Vide, *Pestis.*

Testamentum Sancti Francisci, non obligat fratres. *De verbor. significat. c. Exijt. circa fin.*

Testamentorum. Executio, & Executor.

Testamenta per heredes impleri debent; *& hi per* Episcopos ad hoc cogantur; alias Episcopi, *inuitis* hæredibus exequantur. *Gregorius 1. lib. 8. ep. 1. & 6. concil. Lateranen. 3. in append. tit. De sepulturis cap. 5. De testam. cap. Tua nobis. & cap. Ioannes.*

Testament. omninò executioni mandentur. *16. q. 1. c. Admonere. c. Consideratio, & c. Vbicumque.*

Testament. executio non facta intra annum, deuoluitur ad Episcopum. *De testam. &c. c. Nos quidem. concil. Rauen. 2. sub Clem. V. cap. 31.* Vide, *Episcopus circa legata ad pias causas.*

Testament. executores, si sint plures, & alii nolint adesse, vel sint in remotis, vnus exequi potest, nisi aliud exprimat testator. *De testam. &c. in 6. c. fin.*

Testament. executores tenentur, statim coram Notario facere inuentarium de bonis relictis, & intra tempus taxatum à Testatore exequi, alias puniendi. *conc. Mogunt. 4. c. 97.*

Testament. executores esse possunt Religiosi de superiorum licentia, alias non. *De testam. &c. in 6. c. fin. Clement. de testam. cap. vn.*

Testament. executores, etiam Religiosi, tenentur *reddere* Epi-

Episcopis rationem de executione: & si delinquerint, ab eis possunt puniri, nullumque priuilegium suffragatur. *Clement. ibid.*

Vide, *Episcopus circa regulares*. Vide, *Executor*. Vide, *Episcopus circa legata ad pias causas*.

Testandi facultas.

Vide, *Clerici*. Vide, *Beneficiati*. Vide, *Ecclesiastici circa testamenta*.

Testandi facultatem habentes clerici à Sede Apostolica, possunt donare decimam partem locis pijs. *Paulus 3. constit. 46. Romanus*.

Testandi facultatem dare non potest S. Pœnitentiarius, nisi de centum ducatis, cum clausula, ad pias causas, vel pro seruitoribus. *Pius 4. const. 53. In sublimi*.

Testandi facultatem habent curiales Romæ. de quibus, & quomodo.

Vide, *Curiales*. Vide, *Romæ*. Vide, *Clerici*.

Testari non possunt fratres, & milites hospitalium, &c. sed omnia bona sunt conuentuum, hospitalium, &c. *Pius V. const. 73. Sacrosanctum*.

Testandi facultatem habent Conclauistæ. Vide, *Conclauistæ*.

Testandi facultas concessa beneficiatis, &c. alijs, non comprehendit fructus inexactos, quomodocumque tales fructus essent debiti, dummodo sint Ecclesiæ, &c. comprehendit omnes, etiam Cardinales. Priuilegia contraria reuocantur. Vide, *Fructus*. *Vrbanus 8. const. 80. Æternus*. §. 5.

Item si habens facultatem transmittendi, si moritur ab intestato, non intelligitur transmittere fructus inexactos; & comprehendit etiam Cardinales. *ibid.* §. 7.

Testator.

Si testator relinquit partem Episcopo, deinde omnia alia Ecclesijs, quando Episcopus potest de his petere suam portionem. *De testam. & c. cap. Officij*.

Testatoris voluntas est exequenda, etiam si per verba simplicia se declarauit. *ibid. cap. Indicante*.

Intestatus non est, sed testatus, qui in vltima voluntate dispositioni alterius se committit. *De testam. & c. c. cum tibi*.

Vide, *Testamentum*.

Testationes.

Testationibus publicatis contra testes, non potest opponi, nisi, &c. *de testibus cap. Præsentium*.

Testationibus publicatis admittitur aliquando oppositio, dum ante publicationem non potuit pars instrui. *ibid. cap. ex tenore*.

Testationes receptæ in summario, non faciunt fidem in iudicio plenario. *ibid. cap. Veniens ad Apostolicam*.

Testationes factæ coram primo Iudice, recipiendæ sunt coram secundo. *de testibus cap. causam quæ*.

Testationibus publicatis non possunt noui testes recipi super eisdem capitulis. *ibid. cap. veniens*.

Testationibus publicatis, adhuc potest instrumentum produci. *de fide instrum. cap. cum dilectus*.

Testificari.

Testificari non possunt monachi. *2. quæst. 7. cap. Nullus Monachus*.

Testificari non potest laicus contra clericum in criminali. *de testam. cap. de cetero*. Sed aliquando potest.

Vide, *Testes, qui, &c.*

Neque familiares domus accusatoris contra accusatum, neque consanguinei. *3. q. 5. cap. Consanguinei. & cap. Accusatoribus*.

Neque inimici de recenti. *3. q. 5. cap. Accusatores. cap. Accusatoribus*.

Testificari possunt clerici pro Ecclesia. *14. q. 2. c. Super prudentia*.

Sed in alijs instrumentis non possunt; ab Episcopo tamen possunt examinari. *16. q. 1. cap. Quamquam. & cap. Admonere*.

Testificari potest Christianus contra Iudæum. *De testibus cap. Iudæi. Concil. Later. 3. c. 26.* Vide, *Christiani*.

Inducens ad testificandum falsum, est infamis. *22. q. 5. cap. si quis conuictus*. Vide, *Testes, per omnes tit.*

Testimonium.

Testimonium ferre iurans, potest cogi ad testificandum. *de testibus, cap. intimauit*.

Testimonium matris non probat in causa, cum filia petit in virum aliquem se meliorem. *ibid. cap. Super eo*.

Testimonium prohibente delegato, ipse non potest iudicare, sed alius subrogandus. *De testibus cap. dilecto filio*.

Testimonium matris pro filia, si matrimonium non est consumatum, quando recipitur; & quæ alia requiruntur, quando est consumatum. *ibid. cap. Super eo il 2.*

Testimonium eius, qui sæpè litigat, & accusat, non recipiendum. *Conc. Carthag. 4. c. 58.*

Testimonium falsum. Vide, *Clerici committentes falsum, &c.*

Testes qui, & cum quibus diligentijs admittendi.

Testes sic dicti, quasi superstites, quia super causæ statu proferuntur. *de verbor. significat. cap. Forus*.

Testium fides, vita, merita, & conditiones disquirenda, priusquam admittantur. *Lib. 2. constit. Apostolic. cap. 49. 4. q. 2. cap. Si testes*.

Considerandum an serui, vel ingenui. *de verbor. signif. cap. Forus*. Sexus, vita, &c. *ibid.*

Testis esse potest Christianus contra Iudæum, &c. alios. *Conc. Later. 3. cap. 26. de testibus cap. Iudæi. Clement. de testibus cap. 1.*

Testes, qui sunt minores 14. annorum, non admittendi. *4. q. 2. cap. Testes*. Vide, *Testes non admittendi. Concil. Mogunt. 3. c. 32. Conc. Afric. c. 98.*

Testes non conducendi pro pretio. *de testibus c. 1.*

Testes discutiendi, an inimici, vel inopes. *2. q. 1. c. in primis*.

Testis esse potest socius criminis in causa simoniæ, si ciuiliter agitur, secus si criminaliter. *de testib. in 6. c. 1.*

Testes, antequam ferant testimonium, iurare debent de dicenda veritate. *3. q. 9. c. Hortamur. de testibus c. Fraternitatis*. alias eis non credendum, etiam si religiosi sint. *ibid. cap. Nuper*.

Testis esse potest mulier contra clericum in causa criminali. *de testib. cap. Quoniam & cap. in literis*.

Testes esse possunt etiam serui, si alia probatio haberi non possit. *4. q. 2. cap. Si testes*.

Testis aliquando esse potest principalis persona. *de testibus cap. in omni negotio*.

Testis esse potest prætor in causa adulterij. *4. q. 2. cap. Si testes*.

Testes in causa simoniæ esse possunt etiam crimino si. *de simonia cap. Per tuas, & cap. Tanta*.

Testis esse potest magistratus, si causa id exigit. *4. q. 2. cap. si testes*.

Testis esse potest aliquando laicus contra clericum in causa criminali. Vide, *Laicus*.

Testes producti ab aliquo in vna causa, non possnnt excipi in alia causa, nisi probetur inimicitia secuta. *4. q. 2. cap. Si testes*. Sed si iudex probet eos corruptos, potest excipere. *ibidem*.

Testes in eodem iudicio, vel negotio, testamento, &c. esse possunt pater, & filius, sic etiam duo fratres, qui sunt sub patris potestate. *4. q. 2. cap. Si testes*.

Testis emendatus, si non remanet infamis (excepto periurio) potest recipi in ciuilibus. *de testib. c. Testimonium*.

Testes non sunt necessarij ad probandum factum manifestum. *Conc. Later. 3. in append. tit. de testibus cogendis c. 7.*

Testium dicta consideranda an verisimilia sint, an testes præmeditati, vel ex tempore loquantur. *4. q. 2. cap. Si testes*.

Testes de auditu, probant copulam carnalem.

Vide, *Carnalis copula*.

Testes, ieiuni debent examinari. 4. q. 2. cap. Placuit. de testibus cap. 1.
Testes esse possunt canonici pro Ecclesia propria. concil. Later. 3. tit. de testibus cogendis c. 3.
Testes esse possunt clerici in causa Ecclesiæ suæ. de testibus c. Cum nuncius.
Testes pro Ecclesia esse possunt Prælati, & clerici, si non sunt procuratores illius. ibid. c. Insuper.
Testes esse possunt religiosi in causis religionum, & præuio iuramento. de testibus. cap. Tuis quæstionibus. conc. Later. 3. in append. tit. de testibus cogendis c. 18.
Testes quomodo examinandi. De testibus in 6. cap. Præsentium.
Testes, qui interfuerunt sententiæ, possunt de ea testificari, si illa non inuenitur scripta. de testibus c. Albericus.

Testium numerus.

Testes duos sufficiunt, si alii haberi non possunt. 4. q. 2. ca. Si testes.
Vnus testis numquam probat, etiam si sit magnæ auctoritatis. ibidem.
Vnus testis non sufficit ad condemnandum. Ioannes 8. ep. 228. conc. Later. 3. in append. tit. de iudiciis c. 2. & par. 50. c. 47. Etiam si sit maximæ dignitatis. concil. Later. 4. cap. 52. de testibus cap. Veniens ad nos.
Testis vnus cum adminiculis, aliquid probat. de testibus c. Præterea.
Testes tres, vel duo legitimi sufficiunt ad terminandam causam, etiam pro testamentis. concil. Lateran. 3. in append. par. 50. c. 8.
Si Episcopus testatur aliquid, quod solus scit, non est ei credendum. conc. carthag. 6. c. 5.
Testis vnus probat copulam carnalem, si est de visu.
Vide, *Carnalis copula*.
Testium multitudo refrenanda à iudice, nè excedant numerum 40. de testibus cap. Cum causam.
Vide, *Depositio*.

Testes repellendi.

Testes hæretici, vel infideles, non admittendi in causis pro, vel contra Episcopos. concil. quod dicitur Apostolorum cap. 75.
Neque contra alios recipiuntur, neque pro alijs. Anacletus epist. 1. Calistus 1. Entychianus epist. 2. concil. Tolet. 4. cap. 64.
Testis esse non potest, qui est suspectus in fide. Iulius 1. ep. 2. c. 12. Felix 2. ep. 1. c. 9. Damasus ep. 4.
Testes non idonei non recipiendi. concil. Nicænum 1. ex Iulio c. 9. Iulius 1. ep. 2.
Testes, qui non possunt accusare, non possunt testificari. conc. Carthagin. 7. c. 4. conc. Afric. c. 98.
Testes periuri non possunt admitti. de testibus cap. Sicut vobis.
Testes minores 14. annorum non admittendi. conc. carthag. 7. c. 4. conc. Afric. c. 98. 4. q. 2. c. Testes.
Testis esse non potest hermaphroditus. 4. q. 2. c. Si testes.
Testes de domo accusatoris producti, non recipiuntur. conc. Carthag. 7. cap. 4. concil. Afric. cap. 98. 3. q. 5. cap. Accusatores. 4. q. 2. c. Si testes. 14. q. 2. cap. Super prudentia. De testibus c. In literis.
Testis qui sæpe accusat, vel litigat, non est recipiendus. concil. Carthag. 4. c. 58. 3. q. 5. c. Suspectos.
Testes inimici non recipiendi. Anacletus epist. 3. 3. q. 5. cap. Suspectos. De accusationibus cap. Meminimus, & c. Cum oporteat.
Testi iuranti se esse inimicum principalis, credendum non est. ibid. c. Inquisitionis. §. Tertia.
Testes non possunt esse excommunicati. Fabianus ep. 1. (excepta causa fidei.) de heret. in 6. c. In fidei.
Neque consanguinei accusatoris. Calistus 1. ep. 2. 3. q. 5. cap. Accusatores.
Neque affines accusatoris. Felix 1. ep. 2.

Neque familiares accusatoris. 3. quæst. 5. cap. Accusatores.
Testis esse non potest accusator. Post epist. 3. Alexandri 1. (excipe causas fidei.) Damasus ep. 4. 4. q. 4. cap. Nullus vmquam.
Testis esse non potest aliquis accusatus contra accusatorem. Vide, *Accusatus*.
Neque qui exit de domo inimici. Iulius 1. epist. 2. c. 12. 3. qu. 5. c. Accusatores. 14. q. 2. cap. Super prudentia.
Neque qui habet commercium cum inimicis accusati. Iulius 1. ep. 2. c. 10.
Testes esse non possunt infames. Eutychianus ep. 2. Felix 2. ep. 1. Concil. Matiscon. 1. cap. 17. De testibus cap. Testimonium. Conc. Later. 3. in append. tit. De testibus cogendis cap. 22.
Testis esse non potest apostata, aut transgressor sui instituti. Felix 2. ep. 1. c. 9. Damasus ep. 4.
Testes contrahentes infamiam, postquam in causa sunt recepti, possunt repelli. de testibus cogendis c. Præterea.
Testis esse non potest pater in causa criminali filii. Post epist. Cœlestini 1. c. 4. 4. q. 2. c. Si testes.
Testes esse non possunt personæ suspectæ. 3. q. 5. c. Suspectos. 4. q. 2. cap. Si testes.
Neque criminosi. 3. q. 5. c. Suspectos. de testibus cap. Testimonium. Sed in causa simoniæ possunt esse. de simonia c. Per tuas, & c. Tanta.
Testes esse non possunt sortilegi, homicidæ, malefici, adulteri, incestuosi, falsi testes, periuri, & alii similes. 3. q. 5. c. Constituimus.
Testes contra Episcopum non recipiendi, nisi sint contestes, & bonæ conuersationis, ac famæ. concil. Trid. sess. 13. de refor. cap. 7.
Testes deponentes contra Episcopum ex odio cupiditate, &c. grauibus pœnis puniendi sunt. ibid. c. 7.
Filius armans contra patrem, non potest esse testis in nulla causa (excepta fidei.) 3. q. 5. c. Omnes.
Neque qui conducuntur pro pretio. De testibus c. 1.
Testis esse non potest, qui in iudicio publico damnatus est. neque qui est in vinculis, aut custodia publica. neque qui pugnat cum bestiis. neque qui palam quæstum facit, vel fecit. neque qui dicitur testificari per pecuniam. 4. q. 2. c. Si testes.
Si testi opponatur aliquid criminale, & de hoc conuincatur, repellitur à testificando. de exception. c. 1.
Testis esse non potest reus in iudicio eodem. 4. q. 2. cap. Si testes.
Testis esse non potest, qui fuit damnatus ob libellum famosum. 4. q. 2. c. Si testes.
Testis esse non potest in causa, patronus. 4. q. 2. c. Si testes.
Testis nullus esse potest in causa propria. 4. q. 2. c. Si testes.
Neque liberti contra patronos. 4. q. 2. c. Si testes.
Testes de quibus opponuntur crimina in aliis iudiciis, licet non fuerint probata, non possunt admitti. De testibus cap. Super eo.
Testes laborantes eodem vitio, non possunt adduci. de testibus c. Personas, & c. Veniens ad nos.
Testis esse non potest accusatus criminaliter, pendente accusatione contra ipsum. de testibus c. fin.
Testis conuictus de crimine excepto contra illum, non potest admitti. de exceptionibus c. 1.
Testis nequit esse aliquis, neque clericus, in causa quam prius iudicauit. 2. q. 6. c. Statutum est.
Testis esse non potest periurus. De accusationibus, &c. cap. Meminimus, & c. Cum oporteat.
Testis super dilatoria inductus, non recipitur super principali. de testibus, &c. c. de testibus.
Testis esse non potest pro reo socius criminis. de testibus cap. Personas, & c. Veniens ad nos. conc. Later. 3. in append. tit. de appellat. can. 5.
Testis esse non potest qui fuit conuictus, vel confessus de crimine, vel grauis opinio adsit contra eum, licet fecerit pœnitentiam de crimine. & hoc in criminali, secus in ciuili. De testibus c. Testimonium.
Testis esse non potest contra alium confessus de se in eo crimine. conc. Lateran. 3. p. 50. c. 47.

Testis esse non potest in causa appellationis aduocatus, vel procurator causæ. *de testibus in 6. c. fi.*

Testes, quibus à parte aduersa opponuntur crimina, non debent admitti in causa, siue ciuili, siue criminali. sed pars tenetur ea probare. *Concil. Later. 3. in append. tit. de testibus cogendis c. 4.*

Testium dicta recipi possunt antequam opponatur exceptio, secus post. *de testibus c. Ex parte.*

Vide, *Testes contra quos.*

Testes falsi, & eos inducentes.

Testis falsus offendit Deum, iudicem, & innocentem. *De crimine falsi c. 1.*

Testis falsus, si quid leue testatur, per biennium abstineatur; si graue, per quinquennium. *Conc. Eliberit. c. 74.*

Testes falsi sunt excommunicandi. *Conc. Veneticum c. 1. concil. Epaun. c. 13. 24. q. 3. c. Itaque censuimus. Conc. Sabinense cap. 6.*

Testis falsus crimen capitale committit. *conc. Agathen. c. 7.*

Testis falsus pro munere, sicut Iudas prodit. 11. q. 3. *c. Abiit Iudas.*

Testis falsus est infamis, & numquam potest amplius testificari. *Conc. Matiscon. 1. c. 17.*

Testis falsus, vt homicida debet pœnitere. *Conc. Epaunen. capit. 13.*

Testes falsi in causa matrimoniali possunt excommunicari. *Conc. Oxonien. 1. c. 1.*

Testis falsus, siue per pecuniam fecerit, siue aliter, exilio est mulctandus. 1. q. 1. *c. vlt.*

Testis falsus in præiudicium tertii, pœna falsarij est puniendus. *Conc. Londin. 2. c. 28.*

Testes falsi in causa exhæredationis, sunt excommunicati, & absolui non possunt, nisi damnum resarciant. *Concil. Sabin. cap. 6.*

Testes falsi non possunt absolui, nisi damnum resarciant. *concil. Mediolan. 1. part. 2. tit. Quæ pertinent ad sacrament. pœnit.*

Testis falsus in causa fidei, vel inducens alios ad falsum deponendum, ob quod aliquis fuit damnatus, vel mutilatus, vel bonis spoliatus, vel graui iniuria affectus, puniendus est pro grauitate delicti, etiam per traditionem curiæ sæculari. *Leo X. const. 29. Intelleximus.*

Inducens ad testificandum falsum, excommunicetur vsque ad mortem. *Conc. Matiscon. 1. c. 17.* sed *Conc. Sabinense c. 6.* Indeterminate dicit esse excommunicandum.

Testis falsi pœna. Vide, *Pœna.*

Vide, *Falsus.* Vide, *Depositio. Deponere.*

Testes corrupti.

Testium corruptione probata, reuocanda est sententia. *de testibus, &c. c. Sicut vobis.*

Testium corruptio potest opponi ante, & post sententiam. *de probationibus c. Licet causam.*

Si de testium corruptione dubitatur, per famam, & personas, quæ verisimilia dicunt est probandum, quod intenditur. *Conc. Later. 3. in append. de testibus cogendis c. 14.*

Testes conduci non possunt pro pretio. *de testibus c. 1.*

Testes pro munere falsum dicentes, vt Iudas produnt. 11. q. 3. *cap. Abiit Iudas.*

Testes, an recipiendi lite non contestata.

Testes non recipiendi, lite non contestata. *Vt lite non contestata c. Quoniam.*

Possunt tamen recipi lite non contestata, si timetur de morte, vel absentia diuturna. *ibid.* Item possunt recipi lite non contestata contra absentem, si proceditur per viam Inquisitionis. *de dolo, & contum. c. Veritatis.*

Testium receptio contra non contumacem, lite non contestata in causa matrimoniali, est nulla. *Vt lite non contestata c. Accedens ad sedem.*

Vide, *Litis contestatio.* Vide, *Testium repetitio.*

Testes qui, & quomodo producendi, ac super quibus.

Testes producti ab aliquo in vna causa, excipi non possunt ab eo in alia, nisi probetur inimicitia contra eum, vel corruptio. 4. q. 2. *c. Si testes.*

Testes laborantes eodem vitio non possunt produci. *de testibus c. Personas, & c. Veniens.*

Testes possunt produci, donec attestationes publicentur, postea vero non, super eisdem capitulis. *de testibus cap. Cum venisset. Concil. Lateran. 3. tit. de testibus cogendis cap. 12. & 15.*

Possunt super alijs capitulis produci testes post publicationem. *ibidem.*

Testes vltra tertiam vicem produci non possunt, nisi cum certa solemnitate legis. *de testibus. c. In causis. conc. Later. 3. tit. de testibus cogendis c. 9.*

Etiam quartò produci possunt, & quomodo. *ibid. c. Significauerunt.*

Testes noui an, & quomodo recipiendi. *de testibus c. Fraternitatis.*

Neque per appellationem possunt produci testes noui, publicatis attestationibus, in eisdem capitulis. *Clement. de testibus cap.*

Testes produci possunt à reo ad probandum contrarium, si publicatio non sic facta. *de testibus c. Series.*

Testes producti coram vno iudice, non possunt ad eumdem effectum produci coram alio. *de testibus c. Constitutus.*

Vt testes quarta vice produci possint, hæc solemnitas requiritur. Producens iurare debet, quod non didicit testificata; neque per se, neque per alium. Et quod neque per dolum, neque per artem aliquam petit quartam productionem; sed quia vsque tunc non habuit, quos posset producere. *de testibus c. Vltra tertiam. Concil. Later. 3. in append. tit. de testibus cogendis c. 9.*

Testes producentes quarta vice, si deficiunt in probatione, tenentur ad expensas. *de testibus c. Significauerunt.*

Testes quartò producentes, si illi deficiant in probatione, condemnantur ad expensas. *de testibus c. Significauerunt.*

Testes antiqui, quando possunt reproduci, publicatis attestationibus. *De testibus c. Cum causa.*

Testibus non renuncians, & testificata non sciens, potest producere testes super antiquis capitulis. *de testibus c. Constitutis il 2. Conc. Later. 3. in append. tit. de testibus cogendis cap. 13. & 15.*

Testes producti contra testes, examinandi sunt. *de testibus in 6. c. Præsentium.*

Testes produci possunt actore contumace. *de dolo, & contumacia c. Causam quæ.*

Testes vltra terminum assignatum, produci non possunt. *de probationibus c. Licet causam.*

Testes noui produci possunt in casu appellationis, sed super articulis nouis. *de testibus c. Fraternitatis. conc. Later. 3. de testibus cogendis c. 12. & 15.*

Testibus productis super incidenti, etiam publicatis attestationibus adduci possunt noui super principali. *de testibus c. Veniens.*

Testes producti ad probandum vnum in aliqua causa, produci etiam possunt ad probandum aliud diuersum. *de testibus c. Cum causa.*

Testes aliquando possunt produci post publicata testificata in causa matrimoniali, pro consanguinitate probanda. *ibid. c. Cum in tua.*

Testes, quos partes producunt contra personas productorum, recipiendi sunt. *de testibus c. Licet dilectus.*

Testes reprobatorii ab vtraque parte producti, admittendi sunt. *ibid.* Sed alia vice vlterius non licet. *ibid.*

Testes producti à reo, possunt recipi citata parte. *de testibus c. Significauit.*

Si Testes actoris, & rei deponunt contraria, recipiendi sunt digniores, & verisimiliora dicentes. & si in alijs sit paritas, præfertur numerus. *ibid. c. In nostra.*

Vide, *Testes repellendi.*

Testium repetitio.

Testium repetitio facta contra non citatum, est nulla. *de testibus c. In nomine Domini.*

Valet contra citatum, si hic non vult venire. *ibid. cap. In nomine.*

Testis obscurè deponens, iterum est examinandus. *de testibus c. Cum clamor.*

Testium repetitio fieri non potest, lite non contestata. *Vt lite non contestata, &c. c.1.*

Testes repeti possunt aliquando lite non contestata super principali, si timetur de morte testium; vel longa absentia; vel si sunt senes, aut valetudinarii. *Vt lite non contestata c. Quoniam frequenter. de confirmat. vtili. c. Cum dilectæ.*

In præfatis casibus, lite non contestata possunt repeti testes, si aduersarius sit contumax, vel absens; sed actor intra annum tenetur conuenire aduersarium, vel denunciare illi repetitionem testium, alias nulla est talis repetitio. *ibid.*

Testes iterum super eisdem articulis examinari non possunt, post tres menses à publicatione testium, nisi forte à principio id petierit pars, & non fuerit admissa. *Honorius 3. ex Cirone, de testibus, &c. c.1.*

Vide, *citatio*. Vide, *Litis contestatio.*

Testes in causa matrimoniali, &c.

Testes deponentes in causa consanguinitatis iurare debent, quod, nec odio, nec amicitia, vel alio inducti sunt ad testificandum in ea causa. *de testibus c. Quotiens.*

Testium receptio contra non contumacem in causa matrimoniali, lite non contestata, est nulla. *Vt lite non contestata c. Accedens ad sedem.*

Testium productionem impedientes in causa matrimoniali, possunt excommunicari. *de testibus c. constitutis.*

Testes cogendi sunt pro consanguinitate probanda. *de testibus cogendis c. caterum.*

Testes, qui de consanguinitate, vel affinitate deponunt, à stipite numerent; & nomine proprio, vel æquipollenti, nominent affines &c. *de consanguinitate, &c. c. Tua nos.*

Testes absentes in causa matrimoniali sufficiunt. *Qui matrimonium, &c. c.1.*

Testes in causa matrimoniali personaliter, & non per scripturas examinari debent. *ibid. c. A nobis.*

Testes in causa consanguinitatis esse possunt parentes, & consanguinei. *ibid. c. Videtur.*

Testes in causa matrimoniali pro consanguinitate probanda possunt produci, etiam publicatis testificatis. *de testibus c. Cum in tua.*

Testes ex auditu in causa consanguinitatis non recipiantur, nisi sint graues personæ, quæ ante litem motam sciuerint testificata à duobus saltem antiquioribus, non infamibus, nec suspectis, sed omni exceptione maioribus. *ibid. c. Licet ex quadam. conc. Later. 4. c. 52.*

Isti autem iurare debent, quod non amicitia, vel odio, &c. testantur. item quod à maioribus acceperunt, & exprimere debent eos, vel circumloqui, aut designare. *ibi.* Et quod viderint tales personas pro consanguineis se habere. *ibid.*

Testes publici examinati in causa matrimoniali, non debent iterum examinari in eadem coram delegato, nisi in nouæ quæstionis articulo. *De testibus cogendis c. Præterea.*

Testes in causa matrimoniali pro consanguinitate, &c. probanda, esse debent proximiores consanguinei, vt parentes, fratres, sorores; & si hi desunt, alii proximi. *Qui matrimonium accusare c. Videtur. Post ep. 14. Cælestini I. 35. q. 1. c. Videtur nobis.*

Testes falsi in causa matrimoniali, possunt excommunicari. *conc. Oxoniense 1. c.1.*

Vide, *Consanguinitas*. Vide, *Matrimoniales causæ.*

Testes, an possint cogi ad testificandum.

Testes in Ecclesia Romana (regulariter) non coguntur ad se examinandum. *conc. Later. 3. in append. tit. de testibus cogendis cap. 6.*

Testes cogi possunt ad se examinandum, si eorum testimonium est necessarium. *conc. Later. 3. ibid. c. 1. & 16.*

Testes compelli possunt ad deponendum in causis Ecclesiasticis. *conc. Later. 3. p. 50. c. 67.*

Testes compelli possunt in causa ciuili, si nolunt examinari. *de testibus cogendis c. 1.*

Compelli possunt per suspensionem, & excommunicationem, si sunt necessarii. *ibid. c. cum super, & c. Peruenit ad nos.*

Testis, qui timore partis aduersæ se subtrahit, compelli debet. *ibid. cap. Super eo.*

Testes subtracti ab accusato, etiam in causa criminali, compelli possunt. *de testibus cogendis cap. Peruenit ad audientiam.*

Testes cogendi sunt pro consanguinitate probanda. *ibid. cap. Caterum.*

Testes cogendi sunt, cum de fama, vel falsitate inquiritur. *ibid. cap. Super his.*

Testes cogi possunt, etiam in causa criminali. *ibid. cap. Dilectorum.*

Testes iurati, etiam coniurantium socii, possunt compelli. *ibid. cap. fin.*

Cogi non possunt ad testificandum, senes; valetudinarii; qui à republica absunt; & qui non possunt venire. *4. q. 2. cap. Si testes.*

Neque pupilli possunt cogi. *ibid.*

Testes cogendi sunt ad deponendum, si odio, vel gratia alicuius se subtrahunt à depositione *in graue præiudicium* alterius; & per censuras Ecclesiasticas possunt cogi. *Honorius 3. ex cirone, tit. de testibus cogendis. c. 1. 2. & 3.*

Testes obscuri, varii, vel contradicentes.

Testis obscurè deponens, iterum est examinandus. *de testibus c. cum clamor.*

Testes, qui errant non studiosè, sed statim se corrigunt, non possunt repelli: secus si post temporis *interuallum* se corrigunt. *de testibus cogendis c Præterea.*

Testimonium alicuius, qui negauit de se in facto suo, si postea affirmat, non recipitur. *conc. Later. 3. p. 49. cap. 17.*

Testes sibi contradicentes, nihil probant. *de probat. cap. Licet causam.*

Testis carceratus propter vacillationem non, fit infamis. *de penis cap. Super his.*

Testes, quomodo examinandi.

Vide, *Testes, qui, & cum quibus, &c.*

Testium examinandorum forma. *de testib. in 6. c. Præsentium.*

Testes absentes, pauperes, &c. qui non possunt venire, examinentur per delegatum, discretum, & absentes. *conc. Later. 3. tit. de testibus cogendis c. 20.* (& eorum dicta deferenda sunt fideliter ad Iudicem. *ibid.*) *de testibus c. Si qui testium.*

Testes in loco tuto, & commodo recipiendi, & examinandi sunt. *De confirmatione vtili, &c. c. cum dilectæ.*

Testes examinandi diligenter de causis, personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama, certitudine, &c. *de testibus c. cum causam.*

Testes diligenter, & singillatim examinandi, præsertim in causa vitæ. *De testibus c. Venerabili.*

Testes etiam religiosi præuio iuramento examinandi, alias eis non creditur. *ibid. c. Nuper. Honorius 3. ex cirone, de testibus, &c. c. 4.*

Testes ad petitionem producentis, interrogari non possunt post publicationem. *de testibus c. Per tuas.*

Testes, qui pro miraculis Sanctorum examinantur, cum omni diligentia examinandi sunt. *Honorius 3. ex cirone, de testibus, &c. c. 5.* Vide, *Depositio.*

Testes in causa hæresis, &c.

Testis confessus hæresim de aliquo, postea negans, fit vehementer suspectus de hæresi. *de præsumpt. c. Literas vestras.*

Testes excommunicati possunt deponere contra hæreticum, fautores, defensores, &c. *De hæret. in 6. cap. in fidei.* Præsertim si alii deficiant. *ibid.*

Testes instruentes ad occultandam veritatem in his causis, ab Inquisitore puniendi sunt. *De hæreticis in 6.c. Accusatus. §. final.*

Testes in causa hæresis (olim) examinandi coram duobus religiosis viris. *ibid. cap.vt officium.*

Testium nomina non publicanda in causa hæresis, si timetur periculum. at cessante periculo possunt, & quomodo. *de hæreticis in 6. c.Statuta. Vrban.IV. const.2. Licet.§.9.*

Testes contra hæreticos fautores, defensores, &c. esse possunt etiam socii criminis. *de hæret. in 6. c. in fidei.*

Testes in causa fidei etiam periuri, si se retractent in fauorem fidei, admittuntur, dummodo appareat, quod non ex dolo, sed ex zelo veritatis; & tunc eis creditur, etiam contra alios. *De hæret. in 6. cap. Accusatus. §. Licet verò.*

Testium depositiones in causa hæresis per tabellionem recipiendæ. *ibid. c.vt officium. §. verum.*

In causa hæresis hæreticus potest esse testis contra alium. 2. *q.7. cap.Si hæreticus. Innoc.4. constitut.1. cum aduersus. cap.Patarenorum, §.vlt.*

Testium dicta propalantes, quomodo puniendi.

Vide, *Testium dicta, in fine.*

Testimonium falsum deponentes in causis fidei, qua pœna puniendi. Vide, *Testes falsi.* Vide, *Hæreticorum causa.*

Testium dicta.

Testium dicta recipi possunt, antequam opponatur exceptio, secus post. *de testib. cap.Ex parte.*

Testium dicta publicanda non sunt ad petitionem tertii. *ibid. cap.constitutus.*

Testium dicta de auditu non probant in causa electionis. neque de fama. *de testibus cap.Tam literis.*

Testium dicta publicata possunt disputari publicè. *ibid. cap. in causis.*

Testium conspiratorum dicta recipi possunt, vt per ea super aliis possit fides haberi. *De sent. & re iudic. c.cum I. & A.*

Testium dicta consideranda, an verisimilia sint, de loco, tempore, &c. 4. *q.2. cap.Si testes.*

Testium dicta omnia danda sunt inquisito. *conc. Lateran.4. cap.8.*

Testium dicta secreto tenenda. *de testibus cap. cum clamor.* Propalantes, siue Notarii, siue custodes carcerum, exilio, vel aliis pœnis pro qualitate delicti, vt ibi, puniendi. *Pius 5. constitut.67. Licet.*

Testes iurantes non deponere.

Testes iurantes de non testificando, non tenentur ad iuramentum seruandum. *De testibus cap. constitutis.*

Testes tales compelli possunt ad deponendum. *ibid. c.intimauit.*

Testes impedientes, nè deponant.

Testes impedientes nè deponant, sunt puniendi. *De testibus cap.cum causam.*

Testes impedientes in causa matrimoniali, ne deponant de consanguinitate, possunt excommunicari. *ibid.c.constitutis.*

Si testes impediantur, punitur is, de quo præsumitur venire impedimentum. *ibid.* Vide, *Impediens.*

Testium oppositiones. & si probentur, quid?

Vide, *Testes repellendi.*

Contra testium personas non potest opponi publicatis attestationibus, nisi quis protestatus fuerit ante de opponendo: vel probet, quod post publicationem didicit, quæ vult opponere. *De testibus cap. Præsentium.*

Testes conuicti de criminalibus obiectis in exceptione, de quibus non fuerunt, alias conuicti, repelluntur à testimonio. *De except. cap.1.*

Testes præfati sic conuicti, non possunt puniri pœna ordinaria. *ibid. Conc. Later.3. in append. tit.de testibus cogendis cap.6. de ordine cognitionum cap. cum dilectus.*

Testium exceptiones innumeræ sunt, & quæ. 4. *q.* 2. *cap. Si testes.* Sed omnes sunt in titulo *Testes repellendi.*

Vide, *Exceptio.*

Testes producti ab aliquo in vna causa, non possunt ab eo excipi in alia causa, nisi probetur, quod sint inimici, vel corrupti. 4. *q.2. c.Si testes.* Vide, *Exceptio.*

Varia de testibus.

Testium renunciatio in certis capitulis, non præiudicat in alijs. *De testibus cap. causam quæ il 2.*

Testes vocati à delegato, habere debent expensas in eundo, & redeundo. *De rescriptis in 6. c.Statutum. §. Proferendo.*

Testes non euadunt infames, per hoc, quod eorum testimonium reprobetur. *De ordine cognitionum, cap. cum dilectus, in fine.*

Testis cum obijcitur ei crimen, & probatur, si alias non fuerat probatum, non punitur pœna ordinaria, eo quod non proceditur per accusationem. *ibid. & de exceptionib. c.1. Conc.Later.3. tit.de testibus cogendis c.6.*

Testis nullus esse potest contra suum dictum communiter creditum. *De probat. cap. Per tuas.*

Testibus examinatis ab arbitris, si aliquis moriatur, causa incompleta, quomodo hæc terminari potest. *de testibus cap.Præsentata.*

Si testes inscripti in aliqua scriptura mortui sunt, quando illa probat. Vide, *Scriptura.*

Testes synodales deputandi sunt per Diœceses, vt videant quæ sunt reformanda, & corrigenda, & postea denuncient in synodis. *Conc. Tolet.22. can.vlt.*

Testes synodales, sunt testes publici. *de testibus cap. Per tuas.*

Testibus magis credendum, quam viciniæ in causa legitimationis filiorum. *Qui filij sint legitimi, &c.*

Testes debent deponere, quæ in sua præsentia facta sunt. *Callistus I. ep.2. Damasus ep.7. 3. q.9. cap.Testes.*

Testes, qui tempore delicti non fuerunt præsentes, non possunt testificari. 3. *q.9. cap. Nihilominus.*

Testes nihil possunt addere ad veritatem. 3. *q.9. cap.Pura.*

Testes vocari non possunt sacerdotes, nisi in magna necessitate, & hoc de licentia Episcopi. 14. *q.2. c.Quamquam.*

Testes requisiti ad damnandos Ecclesiasticos.

Testes ad iudicandum clericos, nunc sufficiunt tres. 2. *q.4. cap.Placuit.* Prius multi erant necessarij.

Vide, *Clericorum priuilegia.*

Testes requisiti ad iudicandum Cardinalem Diaconum requiruntur 27. 2. *q.4. cap.Præsul.* Ad Cardinalem Presbyterum, requiruntur 44. *ibid.* Ad Episcopum testes 72. *ibid. cap. Præsul. & cap.Nullum. Conc. Rom. sub Syluestro c.3. Zephyrinus ep.vn.*

Ad iudicandum reliquos ministros, quot testes requiruntur. *ibid. cap. Præsul. & Concil.Roman. sub Syluestro c.3. Concil. Mogunt.3. c.12.* confirmat omnia supradicta.

Testes deponentes contra Episcopum sint contestes, bonæ famæ, & conuersationis. *Conc.Trid. sess.13. c.7.*

Testes deponentes contra Episcopum ex odio, leuitate, cupiditate, &c. grauibus pœnis puniendi. *ibid.*

Vide, *Clericorum priuilegia.* Vide, *Episcoporum priuileg.* Vide, *Sacerdotes.* Vide, *Diaconus.* Vide, *Subdiaconus.*

Testes, contra quos non possunt deponere.

Testes cogi non possunt ad deponendum contra socerum, generum, sobrinum, sobrinam, & ex sobrinis natos; aut contra alios strictioris gradus. 4. *q.2. cap. Si testes.*

Neque patronus contra libertum, vel è contra. Nec aduersum sponsam, aut sponsę patrem, aut aduersus sponsum filiæ. *ib.*

In nulla causa libertus potest esse testis contra Patronum. *ib.*

Vide, *Testes repellendi.*

S. The-

S. Theresia.

S. Theresia, Ordinis Carmelitarum Discalceatorum fundatrix, &c. canonizatur *à Gregorio XV. anno* 1621. *const.*20. *Omnipotens.*

S. Thomas.

S. Thomas de Aquino Ordinis Prædicatorum canonizatur *à Ioanne XXII. anno* 1323. *const.*11. *Redemptionem.*

S. Thomæ de Aquino festum fit de præcepto in Regno Neapolis. ibi, & in alijs locis, vt festum Doctoris Ecclesiæ celebrandum est. *Pius V. const.*36. *Mirabilis.*

S. Thomas Epfordiensis Episcopus in Anglia canonizatur *à Ioanne* 22. *anno* 1320. *const.*7. *Vnigenitus.*

S. Thomas Archiepiscopus Cantuariensis canonizatur *ab Alexandro* 3. *anno* 1173. *const.*4. *Redolet.* Huius Sancti ossa in odium fidei combusta sunt per Henricum Septimum Regem Angliæ, & cineres eius iussu sparsæ sunt. *Paulus* 3. *const.*7. *Eius.*

F. Thomas de Villanoua Ordinis Sancti Augustini, Episcopus Valentiæ declaratur Beatus. *Paulus V. constit.*118. *In supremo.*

Et concessit fratribus, & sororibus Sancti Augustini in Regnis Hispaniæ, & in Oppido Villæ nouæ, vbi ipse natus est, vt fieret eius officium, & missa sub ritu duplici. *ibid.*

Postea *Gregorius XV. const.* 5. *Alias fel.* concessit hoc fratribus, & sororibus dicti Ordinis in toto mundo existentibus.

Et anno 1658. dum hæc scribuntur, canonizatur *ab Alexandro* 7. *die* 1. *Nouemb.*

Tyberis.

Tyberi fluuio inundante Romam, indicuntur supplicationes publicæ. *Clem.*8. *const.*55. *Manus.*

Timens. Timor.

Timens Deum, non præcipit iniustum. 11. *q.*3. *c. Qui omnipotentem.*

Timor morientis in charitate, non impedit ab ingressu Cœli, nec est pœnæ causa. *Leo X. const.*40. *Exurge.*

Vide, *Metus.*

Thymiama.

Vide, *Sacrificium.*

Tintinnabula.

Tintinnabula Ecclesiæ, à custode, iussu Archidiaconi sunt pulsanda. *Post Conc. Tolet.*1. *c. vlt.*

Tyrannus.

Tyrannus est Princeps, qui iustè, & piè non regit. *Conc. Mogunt.*3. *cap.*2.

Tyrannus non potest licitè occidi à subditis, neque per insidias, neque alio modo, & doctrina contraria est hæretica. *conc. Constant. sess.*15. *circa fin.*

Titulus. Titularis.

Tituli Ecclesiastici non possunt erigi per sæculares, sub pœna excommunicationis. *Gregorius* 1. *l.*44. *ep.*44.

Tituli Cardinales in alijs Ciuitatibus extra Romam, olim erant, quia erant tituli Parochiales. Vide, *Cardinales. conc. Melden. c.*54. & sub Episcopi iurisdictione erant. *ibi. conc. Rom. sub Leone IV.*

Tituli Cardinalitij Romæ erant, olim, Parochiæ. *concil. Rom. sub Leone IV.*

Titulus est necessarius, vt aliquis ordinetur in sacris, vel beneficii, vel saltem patrimonii, alias ordinationes sint irritæ (id est quo ad executionem.) *dist.*70. *cap. Neminem, & cap. Sanctorum. conc. Later.* 3. *c.*5. 1. *q.*2. *cap. Clericos. conc. Londin.*1. *cap.*6. *conc. claramoni. cap.*2. *&* 13. *conc. calced. cap.*16. *de præbendis, &c. cap.*2. *& cap. Cum secundum. sub eod. titulo in* 6. *cap. Si Episcopus. conc. Mogunt.*4. *cap.*81. *conc. Senon. in decr. morum cap.*4. siue beneficii, siue patrimonii. *ibid. conc. Trid. sess.*21. *de refor. c.*2. *& conc. Trid.* renouat pœnas antiquorum canonum. Vide, *Clerici.* Vide, *Beneficiati.* Vide, *Ordinandorum obligationes.*

Tituli duo in duabus Ecclesiis, ab eodem teneri non possunt. *conc. claramont. c.* 2. Vide, *Beneficia plura.* Vide, *Parochus.*

Tituli duo ab eodem teneri non possunt in eadem Ecclesia. *conc. claramont. c.*14. Vide, *Beneficia plura.*

Titulus patrimonij, ad quem aliquis est ordinatus, vendi non potest, nisi obtineatur alius de quo aliquis possit. *conc. Senon. in decr. morum c.*4. & tunc cum licentia Episcopi, hoc est faciendum. *ibid. & conc. Trid. sess.*21. *de refor. c.*2. & si alienatur, fieri debet mentio quod ad eum titulum fuerat ordinatus. *ibid.*

Ordinatus ad aliquem titulum, cum ad alios ordines promouetur, semper ad illum titulum ordinetur. *concil. claramontan. cap.*13.

Episcopus ordinans aliquem sine titulo, vel patrimonio, tenetur sustentare ordinatum. *conc. Later.*3. *cap.*5. *de præb. in* 6. *cap. Si Episcopus.* Vide, *Clerici.* Vide, *Episcopus circa ordinat.*

Titulares Presbyteri, Diaconi, & alii Vrbis Romæ, secundum locum habent in Ecclesia. *conc. Roman.*4. *sub Symmacho cap.*6.

Titulares non possunt alienare bona Ecclesiæ. *ibid.* Vide, *Alienare.* Vide, *Ecclesiæ bona.*

Titulares Cardinales habent iurisdictionem in Clericos titulorum. *De maioritate, & obed. cap. His quæ.* Vide, *Cardinales.*

Tituli Cardinalitij Ecclesiarum Romæ nouissimè *à Sixto V.* fuerunt præscripti, & numerati. *const.*55. *Religiosa.* Vide, *Cardinalitij tituli.* Vide, *Cardinales erga suas titulares Ecclesias.*

Titulus dominii in statu Ecclesiæ transferri non potest sine licentia expressa Papæ, etiam si habeatur *licentia* vendendi terram, &c. *Vrbanus* 8. *append.*2. *const.*43. *cum rationi.*

Vide, *Ecclesiasticus status.*

Tolentinum.

Tolentinum oppidum in Piceno sublimatur *in* Ciuitatem. *Sixtus V. const.*51. *Super.*

Tolerantia. Tolerare.

Toleranda sunt multa in Ecclesia, quando non possunt corrigi. *Gregorius* 1. *l.*9. *ex regest. ep.*4. 1. *q.*7. *c. Et si illa.*

Toleranda non sunt in Ecclesia ea, quæ scandalum afferunt. 1. *q.*7. *cap. Et si illa.*

Tolerari, quæ possunt, & quæ non, ab Ecclesia. 2. *q.*1. *cap. Multi.*

Tolerandi à bonis mala, quæ coram iudice probari non possunt. 2. *q.*7. *c. Plerumque.*

Tolerantur multa in Ecclesia, propter *necessitatem.* 1. *q.*7. *c. Quoniam. cap. Didici, cap. Cognoui. cap. Exigunt, & c. Et si illa.*

Tolerantur multi ab Ecclesia, licet à Deo sint damnati. 2. *q.* 1. *cap. Vnus ex vobis.*

Tolerantia Papæ circa violatores Ecclesiasticæ libertatis, non dat eis ius aliquod, neque præiudicat libertati Ecclesiasticæ. *Paulus V. const.*63. *Pastoralis §.*24. *Vrbanus* 8. *const. in* 2. *append.*47. *Romanus.* Vide, *Ecclesia Romana.* Vide, *Ecclesiast. Immunitas.*

Toletum.

Toletum est Ciuitas Metropolitana. Eius Episcopus est Primas. *Conc. Tolet.*5. *sub Grundemaro, in notis.*

Tolosa.

Tolosa fit Metropolis. *Extra, de præb. &c. cap. Saluator.* Eius suffraganei qui sunt. *ibid.*

Tonsura.

Tonsura capillorum, ab Apostolis introducta, à clericis omnibus est obseruanda. *conc. Aquisgr. sub Ludouico Pio c. 1.*
Tonsura clericorum talis esse debet, vt aures videantur. Corona verò debet esse rotunda; & quò maior est clerici dignitas, eo maior debet esse corona. *Concil. Rauen. 3. post Clem. V. c. 10.*
Tonsuram deferre non cogitur clericus coniugatus, non beneficiatus. *De clericis coniugatis c. Ioannes.*
Tonsura clericorum minorum debet esse quantitatis vnius regalis. *Conc. Tolet. 22. c. 14.*
Primam tonsuram potest dare suis Monachis, Abbas, si est Presbyter, & benedictus ab Episcopo. *De ætate, qualit. &c. c. Cum contingat.*
Potest etiam eam conferre non solum monachis, sed aliis, qui sunt sub eius iurisdictione. *de priuil. in 6. c. Abbates.*
Tonsura clericalis, quibus conferenda. vide, *Clerici, quinam sint capaces clericatus.* vide, *Ordinatio.*
Primam tonsuram habens, ante annum 14. ætatis, non potest obtinere beneficium. *conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 6.*
Primam tonsuram solam habens, non potest in choro legere Lectiones. *conc. Nicænum 2. c. 14.*
vide, *Clerici primæ tonsuræ.* vide, *Corona clericorum.*

Torus. Separatio Tori.

vide, *Diuortium. Vide, vir. Vide, vxor.*
Tori separatio fieri non potest, nisi ex causa, & cum solemnitate à iure præscripta. alias nulla est. & pœnæ. *Sixtus 5. const. 46. Ad compescendam.*
Toro separato, si vxorem eiectam quis denuò recipiat, & ea, vt concubina vtatur, vltimo supplicio est puniendus. *Sixtus 5. ibid.*
Toro separato, si coniux cum aliis mulieribus, vel scortis vitam ducat impudicam, vltimo supplicio puniatur. *ibid.*
Tori separationis lite pendente, vxor in monasterio monialium, vel alio *tuto loco* sequestretur, nec sine sententia iudicis inde exeat. Quod si inde aufugerit, & impudice viuat, vltimo supplicio puniatur. *Sixtus 5. ibid.*
Tori separationem affectans. *Vide, Diuortium. Vide, Matr. quo ad torum, quando separanda.* Vide, *Vxoris obligationes.*

Tormentum.

Tormenta dari possunt à iudice Christiano. *23. q. 4. cap. Quæsitum est.*
Tormenta dari non possunt sine indiciis. *de reg. iuris c. Cum in contemplatione.*

Torneamenta.

Torneamenta sunt prohibita. & moriens in eis, careat Ecclesiastica sepultura. *Conc. Later. 3. cap. 2.* Si petit Sacramentum Pœnitentiæ, dandum est, non tamen sepultura. *ibid. de torneamentis c. 1.*
In torneamentis moriens, si ibi erat animo non pugnandi, sed spectandi, non priuatur Ecclesiastica sepultura. *ib. c. fin.*
Torneamenta, & hastiludia prius prohibita fuerunt permissa in casu cuiusdam passagii, ad exercitium. *Extrau. Ioan. 22. de torneamentis cap. vn.*

Totum.

Totum continet partem, & hoc indubitatum est. *De regulis iuris in 6. reg. 80.*

Traditio.

Traditiones Apostolorum relinqui non possunt ab ijs, qui volunt dici Christiani. *Damasus ep. 2. Marcellinus ep. 1. Syricius ep. 4. Nicolaus 1. in decr. tit. de const. c. 2. Dist. 12. c. Ridiculum est.* Vide, *Apostolica.*
Traditiones Sanctorum tenendæ, & obseruandæ sunt. *Conc. Constantinopolit. 4. c. 1. Conc. Senonen. c. 5.* eas non tenens, est hæreticus. *ibid. Conc. Treuer. c. 4. Conc. Trid. sess. 4. c. 1.*
Traditiones Ecclesiasticæ, quæ fidei non sunt contrariæ, obseruandæ sunt. *Conc. Colon. 2. par. 9. c. 1.*
Traditiones Ecclesiasticas violans, est anathema. *1. q. 7. cap. Si quis omnem.*
Traditione, & authoritate, Ecclesia regitur. *Dist. 11. c. Catholica.* Vide, *Apostolus, in fine.*

Trahens.

Trahentes personas Ecclesiasticas ad forum sæculare, quomodo puniendi. Vide, *Clerici quo ad forum.* Vide, *Ecclesiastici.* Vide, *Excommunicationes in Bulla Cœnæ.*
Vide, *Ecclesiarum Immunitas.* Vide, *Immunitas.*

Transactio. Transigere.

Transactione tolluntur instrumenta, & iura partium. *de transactionibus c. 1.*
Transactio facta super decimas de consensu Prælati, tenet. *ibid. c. Statuimus.* Vide, *Decimæ.*
Transactione facta à Prælato, nomine Ecclesiæ, si capitulum consentit, non potest amplius resilire. *ibid. c. Contingit.*
Transactio fieri non potest super beneficium Ecclesiasticum. *ibid. c. Constitutus.* & *c. Super eo.* Vide, *Beneficia.*
Transactione facta sine authoritate Episcopi, Ecclesia non fit censualis. *de transactionibus c. de cætero.*
Transactio de bonis Ecclesiæ, facta à Prælato, sine licentia Papæ, non obligat successorem. *ibid. c. Veniens.*
Transactio fieri nequit in iure præsentandi, neque in annexo. *ibid. c. Præterea quando.*
Transactio non potest fieri super iurisdictione spirituali. *ibid. c. Præterea quarto.*
Transactio inter partes potest procurari à iudice, si iura permittant. *ibid. c. fin.*
Transactio fieri non potest in matrimonio. *ibid. c. fin.* Vide, *Compositio.*

Transferre. Translatio.

Translationes Episcoporum, fieri non debent (id est ex proprio arbitrio.) *Conc. Carthag. 3. c. 38. de clericis non residentibus c. 1.*
Translationes Episcoporum, olim, per synodum erant faciendæ. *Conc. Carthag. 4. c. 27.*
Translationes clericorum ab Episcopo fieri possunt. *Concil. Carthag. 4. c. 27.*
Transferri possunt Episcopi de vna Ciuitate in aliam, ex necessitate, non ex arbitrio proprio, & qui hoc negat est in errore. *Pelagius 2. ep. 1.*
Translationes istæ, à solo Papa possunt fieri. *de translat. cap. Inter corporalia. & c. Licet in tantum. Concil. Constantiense sess. 39.* (& translationis literæ obseruandæ sunt.)
Translatio Episcopi, vel Abbatis, fieri nequit eo inuito. *conc. Later. 5. sess. 9. in Bulla de ref. curiæ c. 1.* estque *const. 7. Leonis X. Supernæ.* Vide, *Episcopus quo ad translationes.* Vide, *Transire, infra.* Vide, *Mutationes.*
Translatio pensionis. Vide, *Pensio.*
Translationes pensionum, quomodo fieri poterant Romæ, & in districtu tempore pestis. Vide, *Pestis.*
Translatio beneficiorum, & pensionum concessa ante *Pium 5.* ab eo reuocatur. *const. 73. Sacrosanctum.* Vide, *Beneficiorum translatio.*
Translatio conceditur Religioso, quando ei conceditur beneficium, quod dependet à Monasterio, &c. Vide, *Beneficia regularium.*
Translatio Religiosi ad aliam Religionem. Vide, *Regul. circa transitum, &c.*
Transferre nullus potest in alium plus iuris, quam ipse habeat. *de regulis iuris in 6. reg. 79.*
Translationes Episcoporum sine maxima necessitate, fieri non possunt. *conc. Constantiense sess. 39.* vbi habetur quod fiant à Papa cum subscriptione Cardinalium. *ib.* Sed hoc non est necessarium.
Causæ translationum quæ sint. Vide, *Episcopus quo ad translationem.* Vide, *Papa circa Episcopos.*

Transire . Transitus .

Transire non debet Episcopus, vel clericus de minori Ciuitate ad maiorem . *Conc. Lucense 2. c.5. & 6.*
Transire non potest Episcopus de vno Episcopatu in alium. *de clericis non resid. c.1.* vide, *Transferre .* vide, *Episcopus quo ad translationem .*
Transitus de vno Episcopatu in alium, quando, & quomodo potest fieri . *7. q.1. cap. Episcopus de loco .*
Transeuntes in alium Episcopatum licitè, in suo gradu recipiendi . *7. q.1. c. Episcopi .*
Transiens ad aliam Ciuitatem metu hostilitatis,eo recedente, tenetur ad propriam redire. *7. q.1. c. Pastoralis .*

Transmarinus .

vide, *Vltramarinus .* vide, *Peregrinus .*
Transmarini homines recipi non possunt in communione, & aliis, &c. nisi habeant literas à quinque Episcopis sigillatas . *Anastasius 1. ep.1. c.2. dist.98. cap. Transmarinos .*

Transubstantiatio .

Transubstantiatio panis, & vini in corpus, & Sanguinem Christi, verè fit in consecratione Eucharistiæ . *Conc. Later. 4. c.1. de Fide, & summa Trinit. c.1. Conc. Trid. sess.13. c.4. & can. 2.* vide, *consecratio .* vide, *Eucharistia .*

Trebellianica .

Trebellianica deducenda est in substitutionibus Commissarijs directis, non obliquis . *de testamentis in 6. cap.1.*

Tregua .

Treguam frangens, est excommunicandus . *Nicolaus 1. in decret. tit.de Bellis c.5.24. q.3. c.Illi qui.* Post monitorium, excommunicari potest . *De tregua, & pace c.1.* aliæ pœnæ . *ibid. Conc. Later.3. c.21.*
Treguæ faciendæ ab Aduentu, vsque ad Epiphaniam . *de tregua, & pace cap. 1.* Alia tempora faciendi treguas. *ibid.* à septuagesima vsque ad octauam Paschæ . *ibid.*
Treguæ tempore, tractetur de Pace. *ibid.*
Treguam frangens, non potest absolui ab Episcopo. *Concil. Later.3. c.21.* Sub pœna priuationis ab officio . *ibid.*

Tribulatio .

Tribulationibus aliquando superbia castigatur, & perfidia . *23. q.5. Ad fidem.*

Tribunal .

Tribunalia Regum sunt subiecta sacerdotali potestati . *dist.10. cap. suscipitis ne.* vide, *Episcopus .* Vide, *Potestas .*
Tribunalia Romana omnia reformantur . *Pius IV. constit.58. cum ab ipso . Paulus V. const.71. Per multa cap.*

Tributum .

Tributis obligari nequeunt ordinati . *dist.54. c. Si quis . & c. De rebus .*
Tributum Imperatori ex violentia, olim, soluebat Ecclesia. *11. q.1. c. Si tributum, & c. Magnum .*
Tributa, quæ, & quando soluenda Principibus . *ibid.*
Tributorum solutio est signum subiectionis. *de censibus, &c. c. Omnis .*

Tridentinum Concilium.

Tridentini Concilii decreta ab omnibus obseruanda sunt, & hoc tenentur iurare Episcopi, Archiepiscopi, Primates, &c. in primo Concilio Prouinciali, quod celebratur post eorum promotionem . Beneficiati verò, Canonici, &c. tenentur hoc iurare in prima synodo,quæ fit, post sui promotionem . Studiorum verò lectores cum assumuntur, idem iurant,& præterea quod secundum Tridentini Concilij regulas docebunt . *Conc.Trident. sess.25. de reform. cap.2.*
Tridentinum Concilium confirmatur anno 1563. *à Pio 4. const.73. Benedictus. Conc.Trident.* Decreta circa mores, & disciplinam Ecclesiasticam possunt corrigi à Papa. *concil. Trid. sess.25. de refor. c.21.* vide, *Concilia Generalia de Tridentino .*

Trinitas .

Sanctissima Trinitas diuinarum Personarum est tenenda, & prædicanda cum vnitate essentiæ. *Benedictus 1. ep. vnica . Conc.carthag.2. c.1. de consecratione dist.3. c. Omnes, & c. vlt. de fide, & summa Trinitate c.1. Conc.Later.4. cap 1. Conc. Mogunt.4. c.1.*
Trinitas personarum cum vnitate essentiæ multis doctrinis probatur, & exemplificatur . *Alexander 1. ep.1.*
Trinitas sanctissima est indiuidua in essentia, & discreta in personis . *Conc. Later.4. c.1.*
Trinitas diuinarum personarum sic adoranda: Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. & tamen Pater generat Filium, Filius generatur à Patre æqualis illi, Spiritus sanctus à Patre, & Filio sub vna substantia Deitatis. Filius Dei caro factus est . *Hormisdas ep.79.*
Trinitatis personæ sunt vnus Deus. *Pelagius I. ep.1. Concil. Brachar.1. c.1. Conc. carth.2. c.1. De consecr. dist.3. c.vlt.*
Trinitatem personarum diuinarum Israel iussus est adorare. *Hormisdas ep.77.*
Extra Trinitatem personarum,nō datur *aliquod diuersum.* & falsum est,quod diuinitas est Trinitas. *conc. Brachar.1.c.2.*
Trinitas personarum non est crucifixa, nec sepulta, licet cum Filii substantia sint omnes personæ . *de consecr. dist.3. c.vlt.*
Trinitas personarum non descendit in vterum Virginis,nec ad Apostolos in die Pentecostes, sed singulares personæ.*ib.c.vlt.*
Trinitatem negantes sunt hæretici, & vt tales puniendi, & vt relapsi, curiæ sæculari tradendi . *Paulus 4. const.4. Cum quorumdam, & Clemens 8. constit.97. Dominici .* vide, *Negare . Negans .*
Trinitatis opera ad extra sunt indiuisa, & omnes personæ operantur . *Marcellinus ep.1. conc. Ephesinum ex ep. cyrilli ad Reginas .*
Trinitas tota *in Incarnatione Filij* operata est . *De fide, & summa Trinit. cap.1. conc. Later. 4. c.1.*
Trinitatis festum in Ecclesia specialiter non solebat celebrari, quia quotidie celebratur, cum recitatur *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. De feriis cap. Quoniam .* vide, *Verbum .*
Trinitatis Peregrinorum Confraternitas Romæ. vide, *confraternitas .*
Trinitatis Religiosi . vide, *Fratres .*

Triremes .

Triremes, quando, & quomodo visitandæ in statu Ecclesiæ. *Paulus 3. const.44. ad onus .*
Rei condemnati ad triremes in statu Ecclesiæ, non possunt transmitti ad alias,quam ad triremes Papæ. *Innocentius X. const.7. Et si ea.* vide, *Rei .*

Trisagium .

Trisagium, quo tres personæ diuinæ laudantur illis verbis *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis,* è cœlo adductum est,cum puer è terra eleuatus Constantinopoli,& in cœlum raptus per vnam horam, descendit postea *illud* recitans. *Felix 3. ep.3.*

Tristari .

Tristari nullus debet de sua, vel amicorum morte, & quare . *13. q.2. c. Quam præposterum . c.Habent, & c. Qui diuina .*

Tumultuarij .

Tumultuarii in statu Ecclesiæ . vide, *Bella .* vide, *Ecclesiasticus status .*

Turca.

Turcas bellis oppetere, non est repugnare Deo. *Leo X. const. 40. Exurge.*

Turcæ capti in bello vendi non possunt durante bello. Vide, *Saraceni.*

Turcæ circa alia. Vide, *Saraceni.*

Turris Nonæ Romæ.

Turris Nonæ facultas quæ. *Paulus 5. const. 71. tit. de Curia Sabellorum, & Turris Nonæ.*

Tuscia.

Vide, *Etruria.*

Tusciæ Episcopi, quas, & à quibus accipere possunt procurationes, dum visitant. *Extra, de censib. c. Vas electionis.* Sic & alii qui ibi visitant. *ib.*

Tutor.

Tutores opprimentes orphanos, vel viduas, per Episcopos reprimendi sunt. *Conc. Regiaticinum c. 22.*

Tutor si conuenitur, nomine pupilli potest appellare. *De appellat. &c. c. Ex parte M. Domina.*

Tutor completa tutela non potest pro pupillis respondere. *de appellat. &c. c. Ex parte M.* Vide, *Pupilli.*

Tutius operari.

Tutius est in causis, etiam grauibus, in misericordiam potius quam in seueritatem inclinare. *Conc. Later. 3. in append. par. 50. cap. 6.* & ibi agebatur de casu quodam superstitionis hæreticalis.

Turonensis.

Turonensis libra est eiusdem valoris cum floreno auri. *Vrbanus 8. const. 6. Sanctissimus c. 25.*

V

Vacans sedes. Beneficia, &c.

Vide, *Sedes vacans.* Vide, *Episcopali sede, &c.* vide, *Beneficia.* vide, *Ecclesia vacante.*

vacante sede, status non mutetur. vide, *Sede vacante.*

vacante præbenda, si est vsus quod gradatim optent; & interim Papa confert, valet collatio. *de consuetud. in 6. c. fin.*

vacantibus Ecclesiis, beneficiis, &c. ij, ad quos spectant, non possunt occupare bona Ecclesiarum, sed omnia ad successores pertinent. *ibid. c. fin.* & pœnæ.

vacante Ecclesia, &c. nisi ijs, ad quos spectant, prouideant, superior proximus debet prouidere. *de elect. in 6. c. Quamquam.*

vacante Ecclesia, si ij, ad quos spectat eligant indignum, vel contra formam statutam, electio pertinet ad Papam. *ibid. c. Quamquam.*

vacantium beneficiorum Eccles. &c. bona occupantes, siue Episcopi, siue alii superiores, ab ingressu Ecclesiæ suspenduntur, donec restituant; alii vero ab officio, & beneficio. *de off. ordin. in 6. c. fin.*

vacante Ecclesia Cathedrali, quid agendum. vide, *Episcopo mortuo.*

vacante Parochiali. vide, *Parochia.* vide, *Beneficio vacante.*

vacantia beneficia in curia. vide, *Beneficia.*

Vacatio. Vacare. Vacatura.

vacatio per mortem, & per renunciationem non sunt eædem, nec eosdem effectus causant. *de rescriptis in 6. c. Susceptum.*

vacationem expectanti, si ei renuncietur beneficium aliquod, vt impediatur, nè habeat vacaturum; nullum fit ei præiudicium; renuncians verò priuatur habito, & ambito. *De renunciat. in 6. c. fin.*

vacare in curia beneficia, quando dicuntur. vide, *Beneficia vacantia, &c.*

vacant Ecclesiæ, beneficia, &c. per promotionem alicuius ad Cardinalatum, nisi detur retentio. *Sixtus V. constitut. 79. Sanctissimus. Vrban. VIII.* vt infra, reuocat eam in aliquibus.

vacant Præceptoriæ Militiæ S. Ioannis Ierosolymitani, quando Milites, seu Equites fiunt Episcopi. *Gregorius 13. const. 82. Controuersia.*

vacaturæ præbendæ, vel beneficii, &c. promissio est nulla. *de conces. præben. in 6. & sub eodem tit. in Decret. c. Constitutus. & c. Ex tenore.* vide, *Beneficia vacatura.* & *concil. Trident. sess. 24. de refor. c. 19.*

vacatura præbenda, &c. concessa alicui, non intelligitur de illa, quam habet Episcopus. *De præben. &c. in 6. cap. cum in Ecclesia.*

vacant Ecclesiæ, quando habentes curam animarum, vt Episcopi, vel Parochi, assumuntur ad Cardinalatum, nisi à Papa concedatur retentio. *Sixtus 5. constit. 79. Sanctissimus.*

vacare censentur loca montium vacabilia per assumptionem ad Cardinalatum. *Vrbanus 8. in append. const. 38. Decet.*

vacare non intelliguntur officia Romanæ curiæ, per mortem vacabilia, ob assumptionem ad Episcopatum, commendam, &c. sed per assumptionem solum ad Cardinalatum. *ibid.* Et in hoc reuocat Constitut. *Sixti 5.*

vide, *Beneficia.* vide, *Episcopus.* vide, *Cardinales.*

Valentia.

valentiæ Regni beneficia, à quibus possunt obtineri, & obtinentes, quomodo admitti. *Sixtus 5. const. 64. In sacrosancto.*

Ibi illegitimis non possunt conferri beneficia, & canonicatus, etiam si legitimentur. *Sixtus 5. const. 84. Cum cœlestis.*

Vasa.

vasa Ecclesiæ conuertens ad vsus prophanos, excommunicatur. *conc. quod dicitur Apostol. c. 73. conc. Bracharen. 3. c. 13. de religiosis domibus c. Ad hæc. conc. Mediol. 1. par. 2. tit. de Ecclesiis, & earum vsu.* Pœnæ. *ibid.*

vasa sacra tangere non possunt Acolythi, Lectores, & Ostiarii. *conc. Rom. sub Syluestro c. 9. conc. Agathen. cap. 66. conc. Brachar. 1. c. 28. conc. Lucense 2. c. 40. Dist. 23. cap. Non oportet. conc. colon. 2. par. 3. c. 31.*

vasa sacra à sacratis tantum hominibus tangi possunt. *Sixtus 1. ep. 2. concil. Rom. sub Syluestro c. 9. conc. Lucense 2. c. 40. Dist. 23. c. Non liceat cuilibet. &c. il 2. de consecr. dist. 1. c. In sancta. conc. Quintilienburgense c. 5.*

vasa Dominica tangi non possunt à subdiacono (id est non potest dispensare Eucharistiam.) *dist. 23. c. Non oportet.*

vasa sacra tangi non possunt à monialibus, neque aliis, etiam virginibus. *Soter. ep. 2. dist. 23. c. Sacratas. conc. Colon. 2. par. 3. c. 31.*

vasa sacra applicari non possunt ad epulas, vel alios vsus. *conc. Brachar. 3. c. 13.* & pœnæ. *ibid.*

vasa sacra conuertens ad proprios vsus, vel alienans, officio priuatur, infamis fit, excommunicatur, & tenetur ad restitutionem. *Conc. Tolet. 17. c. 4.* vide, *Pignorare.*

vasa sacra, vel alia Ecclesiastica Iudeis vendens, est relegandus, & recuperanda sunt, quæ sunt vendita. *Greg. 1. li. 1. ep. 66.*

vasa lignea non sunt apta ad consecrandum. *de consecr. dist. 1. c. Vasa, in quibus.*

vasa propria teneri debent ad lauandum Corporalia, & alia vela sacra, & illa ad nullum alium vsum possunt inseruire. *Post conc. Illerdense c. 7. de consec. dist. 4. c. Omnis Presbyter.*

vasa propria teneri debent ad baptizandum. *ibid.* vide, *Baptisterium.*

vasa sacra aliquando vendenda pro Redemptione Captiuorum. vide, *Alienare.*

vasa Ecclesiæ ab Archidiacono sunt custodienda. *de offic. Archidiaconi c. Ea quæ.*

vasa Ecclesiæ, & omnia suppellectilia cum munditia tenenda. *De custodia Eucharistiæ c. Relinqui.*

vasa, & vestes deputatæ ad cultum Dei, non possunt applicari vsibus prophanis. *de religiosis domibus c. Ad hæc. concil. Mediol. 1. par. 2. tit. de Ecclesiis, &c.* Pœnæ. *ibid.*

Vas vxoris.

vas vxoris arcto, an, & quomodo potest dissolui matrimonium. *de frigidis, & maleficiatis cap. Fraternitatis.*

Vassallus.

Vassallus, qui iurauit Prælato, non cogitur iurare successori. *de iure iurando cap. Veritatis.*

vassalli in statu Ecclesiæ non possunt obligari pro Dominis, & obligationes factæ, vt nullæ rescinduntur. *Pius 4. constit. 18. Quia.* Vide, *Obligatio.*

S. Vbaldus.

S. vbaldus canonizatur *anno 1192. à Cœlestino 3. const. 1. Benedictus.*

S. vbaldi festum restituitur *à Paulo V. const. 7. Ex iniuncto.*

Vehemens.

Vehementer suspectus fit, contumax in causa hæresis: *de hæreticis in 6. c. Cum contumacia.*

vehementer suspectus abiurans, si relabitur habetur vt conuictus. *ibid. c. Accusatus.*

Vide, *Abiurare.* Vide, *Suspectus.* Vide, *Hæretici. Suspecti de hæresi.*

Velum.

Vela in Ecclesiis possunt appendi. *Greg. 1. l. 9. ex regest. ep. 38.*

velo serico vti non possunt moniales. Vide, *Moniales circa vestimenta.* Vide, *Moniales à quibus debent abstinere.*

Velare.

velare non potest aliquam Abbatissa. *conc. Parisien. 6. l. 1. c. 43.*

velari non possunt fœminæ à semetipsis. *conc. Paris. 6. l. 1. c. 42.*

velari non possunt virgines, nisi in certis diebus, vt per Octauas Paschæ, per Epiphaniam, & per dies Apostolorum. *20. q. 1. c. Deuotis.*

Si qua tamen sit morti proxima, potest in aliis diebus velari. *ibid. c. Deuotis, & c. Virgines.*

velari non possunt virgines ante 40. annum. *20. q. 1. c. Sanctimoniales.* Pro diuersis temporibus, diuersa de hoc fuerunt decreta.

Vide, *Virgines circa Religionem.* Vide, *Moniales.* Vide, *Consecratio Virginum.*

Velata.

velatam mulierem è monasterio auferens, excommunicatur, & restituere tenetur. Vide, *Moniales. Ioannes 8. ep. 165.*

velatas mulieres Deo sacratas accipiens in matrimonium, excommunicatur. Vide, *Matrimonia prohibita ratione status, &c. conc. Tribur. 1. c. 23.* & separatur. *ibid.*

velatæ in monasterio, vel propria domo, castè debent viuere. *27. q. 1. c. Si quis rapuerit.* Vide, *Moniales.* Vide, *Virgo.*

Venari.

venari non licet Episcopo, nec clericis. & pœna. Vide, *Episcopo prohibita.* Vide, *Clerico prohibita. De clerico venatore c. 1. & 2. dist. 34. c. Omnibus. conc. Later. 4. c. 15.*

Venatores fuisse sanctos, non legitur. *dist. 34. c. Quorumdam.*

venandum non est in quadragesima. *Nicol. 1. ad consulta Bulgar. c. 44.*

Vendere. Vendens. Venditio.

Vendere nequit Episcopus res Ecclesiæ, sine necessitate. *10. q. 2. cap. Si quis Episcopus.* Pœna. *ibid.* Vide, *Alienare.* Vide, *Locare.*

vendere potest maritus cum vxoris consensu rem donatam à viro ipsi vxori propter nuptias. *de emptione, &c. c. Peruenit ad nos.*

vendi non possunt carius res transeuntibus, quam in mercato; & tales possunt ab Episcopo cogi, vt vendant iusto pretio. *de emptione, &c. c. 1.*

vendere plusquam emitur, est illicitum. *Iulius 1. post ep. 3. 14. q. 4. c. Quicumque.*

vendens hominem furatum, mortis pœna afficiatur. *de furtis cap. 1.* Vide, *Furtum.*

vendebantur, olim, Ecclesiarum prædia, & quare cœperunt possideri. Vide, *Prædia.* Vide, *Eccles.*

vendens rem plusquam valet, ob dilationem solutionis, nisi adsit dubium de augmento valoris, vsuram facit. *de vsuris cap. In ciuitate, & c. Consuluit.*

vendentes mancipia idololatris ad sacrificandum, vt homicidæ puniantur. *Gregor. 3. ep. 1.*

venditio conditionalis non est valida. *de fide instrumentor. c. Cum Ioannes.*

venditio, quando est vsuraria, si fit specie mutui. *De emptione, &c. cap. Ad nostram.*

venditio, in qua ratione temporis ad redimendum, aliquid soluitur, quando est vsuraria. *de pignoribus cap. Illo vos.*

venditio, & emptio census annui cum pacto retrouendendi, non est vsuraria. *Extra, de emptione, &c. cap. Regimini 1. & 2.* Vide, *Census.*

Cum vendens à se decipitur, vltra dimidium iusti pretii, valet venditio. *de emptione, &c. c. Cum dilecti.* Potest tamen repetere pretium. *ibid. & c. Cum causa.*

vendens non tenetur de euictione, si emptor omisit iudicium inceptum contra illum, vel omisit denunciare, vt rem venditam sibi defenderet; vel per incuriam sententia lata fuit. *ibid. c. fin.*

vendens potest accipere pretium, quod statuto tempore res potest valere. *14. q. 4. c. Si quis clericus.*

vendens Ecclesias, vel Ecclesiastica, damnatus est. *1. q. 3. c. Si quis dator.* Vide, *Simoniacus.*

vendens officia, si Episcopus, suspendatur ab officio. *1. q. 3. c. Si quis Episcopus præbendas.*

venditiones illicitæ: vide, *Contractus.*

vendi non potest paruo pretio, cum pacto, *vt si* intra certum tempus non redimatur, sit eius qui *emit. Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de vsuris.*

vendi non potest res *immobilis, nisi* præcedat pretium iustum. *ibid.*

vendi non potest res cum pacto, vt venditor redimere cogatur, vel quod intra certum tempus ad id cogatur. *ibid.*

vendi non potest res, si annuus census superat extimationem fructuum, quos emptor percipit de re illa. *ibid.*

vendi possunt Romæ domus, inquilinis non requisitis. *Pius V. const. 126. Tanta est.*

vendentes terras, loca, &c. in statu Ecclesiæ de licentia Papæ, non possunt etiam titulum transferre, sine expressa eiusdem licentia. *Vrbanus 8. in append. 2. constit. 43. Cum rationi.*

Veneficia.

veneficia, incantationes, & necromantiæ à Christianis fugienda. *Lib. 2. const. Apost. c. 62.*

veneficam artem exercens, quomodo puniendus. *Conc. Hispal. 2. c. 8. 12. q. 2. c. Octaua.*

vide, *Dæmon.* vide, *Incantatio.* vide, *Maleficium.* vide, *Sortilegium.*

Venerari.

Venerari nullus potest pro Sancto, sine Papæ auctoritate. *de reliquiis, & veneratione, &c. c. 1.*

Vide, *Defunctus.* Vide, *Moriens.* Vide, *Imagines.* Vide, *Sanctus.*

Venetiæ.

Venetiarum Dux, & Senatus, excommunicati fuere *à Iulio 2. constitut. 22. Suscepti.* Vide, *Dux.*

Veniale.

Venialia peccata, in quibus aliquis moritur, post hanc vitam purgantur. *distinct. 25. c. Qualis hinc, & c. Qui in aliud.*

Venia-

Venialia peccata in lege veteri remittebantur per cæremonias. *De pœnitentia dist.6. cap. Qui vult.* circa medium.
Venialia sunt otiosus sermo, & immoderatus risus. *dist.25. cap. Qualis.*
Venialia peccata à mortalibus distincta, & diuersa sunt; & per quid. *conc. Senon. cap.17.*
Venialia peccata omnia vitari non possunt, sine speciali Dei auxilio. *conc. Trident. sess.6. can.23.* vt de B. Maria Virgine tenet Ecclesia. *ibid.*
Venialia peccata de necessitate salutis non sunt confitenda; sed licitè possunt fideles ea confiteri. *conc. Trident. sess. 14. cap.5. & can.7.* Vide, *Peccatum.*

Venia.

Venia non datur, nisi correcto. *De regulis iuris in 6. reg. 5.*
Veniæ petitio ex homicidio, ob bonum pacis, non arguit culpam, nisi ipse petens fuerit in causa. *De homicidio voluntario c. Exhibita.*

Verba.

Verba formarum Sacramentalium à Christo sunt instituta. *De celebrat. miss. cap. Cum Marthæ.*
Verba sunt intelligenda secundum intentionem proferentis. *De verbor. signific. cap. Intelligentia.*
Verba non sunt consideranda, sed sensus. *ibid. c. Propterea.*
Verba priuilegiorum, quomodo intelligenda. *ibid. c. Abbati.*
Verba contractuum obscura, intelligenda sunt secundum communem sensum. *de sponsalibus, &c. c. Ex literis. concil. Later.3. in append. tit. De interpretat. verbor. c.3.*
Verba Canonis distinctè proferenda sunt, non festinè, nec tardè. *conc. Londin. 1. c.1.*
Verba prolata cum errore per imperitiam, non destruunt formam Sacramentorum. *de consecr. dist.4. cap. Si non sanctificatur.* Vide, *Sacram.*

Verbum diuinum.

Vide, *Filius Dei.* Vide, *Personæ diuinæ.* Vide, *Trinitas.* Vide, *Christus.*
Verbum diuinum, totum hominem assumpsit. *conc. Tolet. 15. Damasus ep.1.*
Verbum diuinum assumpsit verum corpus, & veram animam rationalem ad vnitatem personæ. *conc. Ephesin. conc. Vienn. Gener. Clem. 1. de Trin. & fide catholica.*
Verbum diuinum incarnatum dici non potest duo filij. *Damasus ep.1.*
Verbum diuinum carne exutum, non potest dici Christus. *conc. Ephesin. in epist. Cyrilli ad Monachus Ægypti, & in epist. ad Nestorium.*
Verbum diuinum non fuit mutatum in carnem. *conc. Ephesin. in ep. Cyrilli ad Nestorium.*
Verbum diuinum verè subsistit. *ibid.*
Verbum diuinum non se gessit, vt anima in Christo. *ibid.*
Verbum à Patre ab æterno natum, in carne denuò nascitur. *conc. Ephesin. in ep. Cyrilli ad Reginas.*
Verbum diuinum per incarnationem frater noster dicitur factus. *ibid.*
Verbum diuinum factum esse carnem, nihil aliud est, quam nobiscum carni communicare. *conc. Ephes. in ep.2. Cyrilli ad Nestorium.*

Verba Dei.

Verba Dei ad sæcularia negotia non sunt conuertenda. *26. q. 2. cap. Hi qui de paginis.* Vide, *Scriptura Sacra.*
Verbum Christi, & Corpus Christi æque seruanda sunt. *1. q. 1. c. Interrogo, & cap. Neque potest.*

Verbera. Verberare.

Verberibus non subiacent ordinati in sacris, quacumque ex culpa. *conc. Brachar. 3. c.7. cap. Cum Beatus Apostolus.*
Verberare propriis manibus Episcopo non licet. *dist.45. c. Quid autem. & c. Neminem. Dist.86. c. Non licet.* Vide, *Episc.*

Verberari mandante, & protestante, nè occidatur, si mandatarius excedit limites, & occidit, etiam ipse mandans fit irregularis. *de homicid. in 6. cap. fin.*
Verberans ad quid tenetur. Vide, *Damnificans.*

Veritas.

Veritatis fidei cognitio à Deo est. *Clem. 1. ep.2.*
Veritas Euangelica semper viuit. *Leo II. ep.5.*
Veritatem non prædicans liberè, eam prodit. *11. q.3. c. Nolite timere.*
Veritatem Euangelicam non sequens, est magister erroris. *24. q.3. c. Quid autem.*
Veritatem doctrinæ peruertentes, sunt hæretici. *24. q.3. cap. Transferunt.*
Veritas sæpius exagitata, magis splendescit in luce. *35. q.9. c. Graue.*
Veritas omitti non debet ad vitandum scandalum. *de regulis iuris cap. Qui scandalizauerit.*
Veritatem negans, vel occultans, dicitur falsus. *de crimine falsi c.1.*

Vespere.

vespertinæ horæ in Quadragesima recitandæ sunt ante comestionem. *de consecr. dist.1. cap. Solent plures.*
vesperæ solemnes; vt Paschæ, &c. ab Episcopo cantandæ, nisi impediatur. *conc. Mediol. 1. p.2. tit. de Missa solemni.*
In aliis festis à Canonicis; dignitatibus; & hebdomadario, iuxta Ecclesiarum consuetudinem. *ibid.*
Vide, *Horæ canonicæ.* Vide, *Officium.*

Vestis.

vestium ornatus non fiat ad pompam. qui hoc facit abstineatur. *conc. Elibertin. cap.5.*
vestes altarium veteres incendio comburantur. *Clem. 1. ep.2.* & in loco occulto proijciantur cineres. *de consecr. dist.1. c. Altaris.* Vide, *Altaris Vestes.*
vestes, vasa, & alia vtensilia ad cultum Dei pertinentia, in Ecclesia sunt conseruanda. *Felix 4. epist.1.*
vestes sacras ad prophanos vsus conuertens, vel dissipans, officio priuetur, infamis remaneat, & excommunicetur; & ad restitutionem teneatur. *conc. Toletan. 17. cap.4. De consecr. dist.1. cap. Vestimenta.*
vestes sacræ, quibus vsi sunt schismatici, non sunt iterum benedicendæ. *de Sacramentis non iterandis cap. A nobis.*
vestes, quibus vti debent clerici in Ecclesia, sint honestæ, ac sacratæ; & ad alios vsus non inseruiant. *Post ep. Lucii 1. Leo 4. homil. de cura Pastorali.*
vestes sacerdotales pro sacrificio, quales sunt. Vide, *Sacerdos.* Vide, *Sacrificium.*
vestes clericorum, non debent esse sicut sagi laicorum. *conc. Ratisponense.* Vide, *Clerici quo ad habitum, &c.*
Vestes clericorum debent esse talares. *Conc. Lucense 1. c.66. Conc. Toletan. 18. c. 3.* non trahantur per terram, nec sint in brachijs breues, vt nuda appareant. *ibid.*
Vestium sacerdotis mosayci significata. Vide, *Mosaycus Sacerdos.*
Vestibus modestis, non fulgidis, aut odoriferis, vti debent clerici. *21. q.4. c. Omnis iactantia. c. Nullus eorum, c. Episcopi, & c. Sine ornatu.*
Alias post Episcopi monitionem, priuentur beneficijs. *21. q.4. cap. vlt.*
Vestibus virgatis, vel variatis vtentes clerici, quomodo puniendi. *Clement. de vita, & honest. cleric. c. Quoniam.*
Vestes fidelium omnium, temperantiam redoleant. *Dist. 41. cap. Parsimoniam.*
Vestes diaconi pro sacrificio, quales sunt. Vide, *Diaconus.*
Vestes altaris. Vide, *Altaris vestes.* Vide, *Corporalia.*
Vestes sacerdotales, &c. pro officiis debent esse multiplices. *Conc. Oxonien. 1. c. 3.*
Vestes clericorum, prælatorum, &c. non debent esse cum manicis longis pendentes ex cubito. *Martinus V. in conc. Constant. sess.43.*

Veſtes ſacras inducntes laici, quomodo puniendi ſunt. *conc. Conſtantinopolit. 4. c.16.*
Veſtes religioſorum induentes ad maſcheras, graui pœna puniantur, & etiam illi qui eas commodant. *Conc. Mediol. 1. par. 2. tit. de clericorum veſtitu.*
Veſtes ſacerdotales, &c. ſacræ ab Abbate non poſſunt benedici, abſque ſpeciali priuilegio Papæ. *Conc. Vienn. Prouinc. 1.*
Veſtes, & vaſa Eccleſiaſtica, in quibus non eſt opus Chriſmate, benedici poſſunt à Prælatis Religionis SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum. *Greg. 13. conſtit. 31. Expoſcit.*
Veſtes ſacræ non ſunt rebenedicendæ per hoc quod illis vti ſunt ſchiſmatici. *Honorius 3. ex Cirone, de ſchiſmat. c. 1.*
Veſte luctuoſa vti non poſſunt clerici. Vide, *Clerici quo ad habitum, &c.*
Veſtium reformatio pro ſponſis Romæ facta *à Sixto V. conſt. 52. Cum in vnaquaque.*
Veſtes omnium clericorum. Vide, *Clerici quo ad habitum, &c.*

Via.

Viarum graſſatores non gaudent Immunitate Eccleſiæ. *De immunit. Eccleſ. c. Inter alia.* Vide, *Immunitas Eccleſ.*
Viarum graſſatores, in ſtatu Eccleſiæ, perſequendi. Vide, *Eccleſiaſticus ſtatus.*
Viæ Romæ. Vide, *Roma.*
Viarum Magiſtri Romæ. Vide, *Roma.*

Viaticum.

Viaticum dandum eſt omni moribundo. 26. *q. 6. c. de his verò. Conc. Lucenſe 1. c. 82.*
Viaticum dandum eſt etiam morientibus in pœnitentia publica. *Conc. Agathenſe c. 15. Diſt. 50. c. Pœnitentes.*
Vide, *Euchariſtia.*

Viator.

Viator in hac vita non poteſt eſſe ita perfectus, vt gratia eius non poſſit augeri, vel eſſe impeccabilis. *Clement. de hæret. cap. ad noſtrum.*
Viator ob quamcumque perfectionem, numquam fit exemptus à præcepris Dei, & Eccleſiæ. *ibid.*
Viator non poteſt in hac vita beatitudinem formalem, ſecundum omnem gradum perfectionis obtinere, ſicut in vita beata. *ibid.* Vide, *Homo.*

Vicarius Papæ.

Vicarius, ſeu Legatus Papæ poteſt eſſe etiam ſubdiaconus. *Gregorius 1. lib. 1. ep. 1. & 3.*
Vicarius Papæ, id eſt, Legatus, poteſt retractare ſynodos. *Adrianus 1. in ep. decr. c. 42.*
Vicarius Papæ habet iuriſdictionem in vrbe Romæ, non extra. *de off. Vicary c. Sua nobis.*
Vicarius Papæ in vrbe habet iuriſdictionem ſuper omnes etiam exemptos. & alia de eo. *Paulus 2. conſtit. 1. Licet Eccleſiarum.*
Vicarij Papæ in Vrbe iuriſdictio præſcribitur *à Iulio 2. conſt. 28. Decet.*
Vicarius Papæ in vrbe eſt ſuper omnes Eccleſias exemptas, & non exemptas, & ſuper earum perſonas. Multas cauſas iudicare poteſt, & qua forma iudicii. Item Iudæos; Hoſpitalia, Sodalitates, cauſas vſuræ, & matrimoniales. Poteſt conſecrare Eccleſias in vrbe, & diſtrictu. Poteſt ſtatuta facere pro reformatione cleri Romani; poteſt periuros, & blaſphemos punire. Iudicia aliorum facta contra eius decreta, nihil valent. & alia multa de eo. *Paulus 3. conſt. 36. Licet.*
Item iudicat cauſas Hoſpitalis S. Spiritus. Vide, *Hoſpitale S. Spiritus.*

Vicarij Epiſcoporum, &c.

Vicarius Epiſcopi, non poteſt eſſe laicus. *Conc. Hiſpal. 2. c. 8.*
Vicarius Generalis Epiſcopi non poteſt conferre beneficia. *de off. Vicarij in 6. c. fin.*

Vicarii Generales Epiſcoporum dicebantur Corepiſcopi. *concil. Neocæſar. c. 13.* Vide, *Corepiſcopus.*
Vicarii Generalis Epiſcoporum ſunt ad exemplum 70. Seniorum, & honorandi ſunt. *ibid.*
Vicarius Generali Epiſcopo abſente non poteſt conuocare Capitulum; neque de rebus Capituli agere, neque à Canonicis ad Capitulum vocari (niſi ſit Canonicus.) Excipe, ſi in aliqua Eccleſia vicarius maiorem habet authoritatem, quàm comprehenſam in hoc decreto, ſiue ex priuilegio, ſiue ex conſuetudine. *conc. Trid. ſeſſ. 25. de reſor. c. 6.*
Vicarius à quo, & quomodo eligendus ſede vacante. Vide, *Capitulum.* Vide, *Commiſſio generalis.*
Vicarius Generalis Ordinis Minorum, quid poteſt agere. Vide, *Generalis.*

Vicarij, & vicariatus Eccleſiarum.

Vicarij ordinarij compellantur reſidere, & ſeruire Eccleſiis, per priuationem prouentuum, &c. *de offic. Vicarii c. fin. Ex parte. Conc. Londin. 2. c. 11.*
Vicariatus plures, nullus poteſt habere. *de off. Vicarii c. Prouideas. Conc. Later. 3. tit. de Vicarijs c. 6.*
Vicarius adeptus officium curati, ceſſat à vicariatu. *de off. Vicarii c. Ad audientiam.*
Vicarius in Eccleſia poteſt ab Epiſcopo inſtitui. *conc. Lat. 4. c. 9*
Vicarius non poteſt ſubſtituere vicarium. *de off. Vicarij cap. Clericos. Conc. Lateran. 3. tit. de Vicarijs c. 3.*
Vicarius perpetuus non poteſt per Epiſcopum remoueri, vel priuari. *de off. Vicarii c. ad hæc.* Niſi Rector Eccleſiæ velit per ſe ipſum regere, vel ob cauſam rationabilem probandam coram Epiſcopo. *Conc. Mogunt. 4. c. 80.*
Vicarius Eccleſiæ vſurpans ſibi perſonatum contra Eccleſiæ iuramentum, non admittitur ad executionem officii. *De exceſſibus Prælat. cap. Illud etiam. Conc. Later. 3. tit. De Vicarijs c. 4.*
Vicarii perpetui habere debent omnes conditiones Parochorum. *Clement. de off. Vic. c. vn.*
Vicarii perpetui tenentur reſidere, & ad Presbyteratum promoueri. *Honorius 3. ex Cirone, de off. Vicarii c. 1.*
Vicarius perpetuus habens vnde viuat, ſi impetrat beneficium non facta mentione de vicariatu, nulliter impetrat. *de reſcript. c. Poſtulaſti.*
Vicarii Eccleſiarum præſentati à Religioſis non inſtituantur ab Epiſcopo, niſi eis aſſignetur congrua portio ſuſtentationis. *de præbend. & c. c. de Monachis.*
Vicario perpetuo aſſignanda eſt portio congrua; alias Eccleſiæ Rector priuetur Eccleſia. *de præb. & c. c. Extirpandæ. §. Qui verò. Concil. Lateran. 3. tit. de Vicarijs cap. 1. & 2. Conc. Lateran. 4. c. 32. Concil. Germanicum 1. c. 12. Concil. Colon. 2. par. 8. c. 3. & 4. Concil. Moguntin. 4. c. 80. Concil. Trid. ſeſſ. 7. de reſor. c. 5.* Vide, *Eccleſiarum Prælati, &c.*
Vicarius alicuius excommunicati, non eſt excommunicatus, niſi in crimine participet. *De off. Vicarij in 6. c. 1.*
Vicarius perpetuus poteſt à Parocho inſtitui, habente præbendam in Eccleſia maiori; & tunc Parochus portionem ſufficientem tenetur dare vicario. *Conc. Later. 4. c. 32.*
Vicarius in Eccleſia fieri non poteſt, qui per ſe ipſum non poteſt miniſtrare in ea. *Conc. Oxonien. 1. c. 6.*
Vicarius fieri non poteſt, qui de breui non fiet ſacerdos. *Concil. Oxonien. 1. c. 6. Conc. Londinenſe 2. c. 11.*
Vicarius admiſſus, & nolens ordinari presbyter, priuetur beneficio. *Conc. Oxon. 1. c. 6.*
Vicarij temporales in Eccleſijs fieri non poſſunt, ſed ſolum perpetui. & tantum de redditu eſt eis aſſignandum, quantum ſufficit ad ſuſtentationem. *Conc. Germanicum 1. c. 12.*
Vide, *Eccleſiarum Prælati, & Rectores, &c.*
Vicarius tenetur reſignare alia beneficia habentia curam animarum. *Conc. Londinenſ. 2. c. 11.*
Vicarij plures in vna Eccleſia eſſe non poſſunt. *Conc. Londin. 2. cap. 13.*
Vicarius eſſe nequit in aliqua Eccleſia, qui in ea perſonatum ceſſit, vt eſſet vicarius. *Conc. Londin. ibid.*
Vicariæ perpetuæ plures incompatibiles, vni non concedantur; poteſt diſpenſari à Papa cum perſonis qualificatis ex

magna

magna neceſſitate; nec tamen ad plures quam quatuor. *Conc. Later. 5. ſeſſ. 9. Bulla de reform. curiæ c. 1.*

Vide, *Beneficia plura.*

Vicarius in cura animarum ſubſtitui non poteſt, niſi prius examinetur. alias nulliter fit. *Conc. Auguſtanum c. 4.*

Vicarij perpetui in beneficijs, in quibus reſidere non poſſunt beneficiati, ab Epiſcopo ſunt deputandi, & ab eo aſſignanda congrua portio de eodem beneficio, qua poſſit ſuſtentari, non obſtante priuilegio, &c. *Conc. Trident. ſeſſ. 6. de reform. c. 2. & ſeſſ. 7. de refor. c. 5.*

Vicarius Parochialis per Epiſcopum ſubſtituatur, mortuo Parocho. Vide, *Parochus.*

Vicarij perpetui tenentur ad quindennia, & annatas Sedis Apoſtolicæ. *Pius V. conſt. 47. ad exequendum.* Quæ portio eis aſſignanda. *ibid.*

Quomodo deputandi. & ſi ſint regulares, quomodo tractandum cum eis. *ibid.*

Vicariæ perpetuæ vndecim erectæ in vrbe Romæ in certis Eccleſijs, & quæ ſunt. à quibus nominandi Vicarij. Cardinali Vicario ſubſunt, &c. *Pius V. conſt. 139. Et ſi omnibus.*

Vide, *Beneficiati quo ad reſidentiam*, & alios tit.

Vicarius foraneus.

Vicarij Foranei ab Epiſcopis deputandi ſunt. *Conc. Mediol. 1. par. 2. tit. de Vicarijs Foraneis.*

Vicarij Foranei inſtituendi ſunt, qui ſunt Archidiaconi, vel Archipresbyteri in Diœceſi, vel Rectores Eccleſiarum. *ib.*

Vicarij Foranei poſſunt Presbyteros regionis, ſemel in menſe in vnum congregare, vt conferant inter ſe de curis animarum, & difficultatibus Parochiarum. qua ſolemnitate, ceremonia, & refectione congregari debent. *ibid.*

Vicarii Foranei inquirere debent de vita, & moribus clericorum; & an eorum incuria diuinus cultus deſeratur. *concil. Mediol. 1. vbi ſupra.*

Inquirant an Presbyteri, & Parochi teneant libros, quos debent. an obſeruentur decreta Conciliorum. & de iis omnibus ad Epiſcopos proprios referant. *ibid.*

Vicarijs Foraneis obediant omnes curati cuiuſcumque dignitatis; alias per Epiſcopos puniantur. *Conc. Med. 1. vbi ſup.*

Vicarii Foranei ſunt amouibiles per Epiſcopos, & punibiles ſi delinquunt. *ibid.*

Vicarii Foranei cum ad Ciuitatem redeunt, primò Epiſcopum adeant, & de ſingulis referant. *ibid.*

Vicarii Foranei tenentur ſignificare Epiſcopo curatos non reſidentes in ſua regione. *Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de Reſidentia.* Vide, *Foraneus.*

Vicecancellarius Papæ.

Vide, *Cancellaria.* Vide, *Camera.*

Vicecancellarii morientis beneficia à Papa conferenda.

Vide, *Beneficia Papæ reſeruata.*

Vicecancellarii familiares eximuntur à ſolutione pretij pro literis in Cancellaria exigendis. *Sixtus IV. conſt. 6. Diuina.*

Vicecancellarii iuriſdictio in Cancellaria, quæ ſit circa officiales, & reſignationes, &c. *ibid.*

Vicecancellarii officium eſt annexum titulo S. Laurentij in Damaſo. *Clemens 7. conſt. 34. Et ſi ad ſingula.* Habet iuriſdictionem in Palatium, & Eccleſiam illam. *ibid.*

Vicecancellarius multa officia in Cancellaria poteſt concedere, quæ, & quomodo. *Sixtus V. conſt. 106. cum ſancta.* Poteſt reſignationes admittere; & quali forma. *ibid.*

Vice dominus.

Vice dominus, ſeu maior domus inſtitui debet ab Epiſcopo in Eccleſia, vt pauperum curam gerat. *Gregor. I. lib. 9. ex regeſt. epiſt. 66.* Vide, *Œconomus.*

Vicelegatus.

Vicelegati Papæ procedere poſſunt contra debitores Communitatum ſtatus Eccleſiaſtici, non obſtante quolibet impedimento Auditoris Cameræ, Camerarii, Theſaurarii, &c. *Clemens 8. conſt. 10. Pro commiſſa. §. 24.* vide, *Legatus.*

Vicinus.

Vicinus præſumitur, ſcire facta vicini. *De præſumpt. cap. Quoſdam.*

In vicino loco, præſumitur notum eſſe factum, quod eſt notum in remoto loco. *ibid. cap. Quanto.*

Vicini præferendi ſunt in emptione domorum Romæ. alias per Camerarium irritari poſſunt contractus. & nullus excipitur. *Sixtus 4. conſt. 20. Et ſi de cunctarum.*

Victoria. victus.

Victoria contra tentationes, non ex noſtra ſola voluntate, ſed ex Dei adiutorio prouenit. *Conc. Dioſpolit. c. 11.*

Victus litigans condemnatur in expenſis, niſi ſententia feratur pro abſente. *De pœnis c. calumniam.* Vide, *Actor.* vide, *Accuſatus.*

Vidua.

Vidua, olim, eligenda pro miniſteriis Eccleſiæ debuit eſſe 60. annorum. *Lib. 3. conſt. Apoſtolic. c. 1.*

vidua eligenda erat ad hæc miniſteria, quæ vnum habuerat virum. *Lib. 3. conſt. Apoſtol. c. 3.*

vidua hæc quomodo tunc erat eligenda, & ſacranda. *Lib. 8. conſt. Apoſtol. cap. 25.*

vidua quænam ſit. *diſt. 34. c. vidua.*

viduæ non debent cum benedictione velari. *Gelaſius epiſt. 9. Zacharias ep. 7. c. 6.*

viduæ, ſeu Presbyteræ, ordinari non poſſunt. *conc. Laodic. c. 11.*

viduæ quæ dicuntur Diaconiſſæ, non ſunt conſecrandæ, ſeu benedicendæ. *Conc. Epaun. c. 21.*

vidua ſumens velum Religionis, fingens ſe monialem, non poteſt nubere; & ſi nubat, redeat ad pœnitentiam. *Nicol. I. in decr. de votis c. 1. 27. q. 1. c. de viduis.*

vidua volens profiteri Religionem, ab Epiſcopo veſtem accipiat; & quomodo. eaq; ſemper vti debet. *Conc. Tol. 10. c. 4.*

vidua poteſt fieri religioſa, ſi habet propoſitum caſtitatis. *20. q. 1. cap. vidua.*

viduæ, quæ caſtitatem promiſerunt, non poſſunt nubere. *Symmach. ep. ad Cæſarium. Conc. Tolet. 4. c. 56.* (alias excommunicentur vt adulteræ. *Conc. Carthag. 4. c. 104.*) *27. q. 1. c. viduas quæ. c. vidua quidem, & c. viduitatis.* Excommunicentur. *ib. c. ſicut bonum, c. viduas, & c. Nuptiarum.*

viduæ Religioſæ profeſſæ non poſſunt à Religione diſcedere. *Nicol. I. in decr. tit. de votis c. 3. de Regularib. cap. vidua. Conc. Vormat. 1. c. 21. Tribur. c. 25.*

viduæ profeſſæ, niſi ceſſent cohabitare cum raptoribus, excommunicentur. *Conc. Arelat. 2. c. 27.*

viduæ iuniores non poſſunt velari, niſi probata ſit earum Religio. *Conc. Turon. 3. c. 27.*

viduæ non poſſunt velari ſine licentia Epiſcopi. *conc. Pariſ. 6. lib. 1. cap. 40.*

viduæ velatæ manere non poſſunt in ſuis domibus, ſed ad monaſterium ſe conferant. *Conc. Pariſ. 6. lib. 1. c. 44.*

viduæ, quæ in monaſterio ſe recipiunt, non poſſunt ab aliquo grauari circa ſua bona. *Gregor. I. lib. 6. ep. 20.*

viduarum cauſæ, etiam per Eccleſiaſticos iudices, poſſunt iudicari. *Honor. 3. ex Cirone, tit. de foro compet. c. 1.*

viduarum cauſæ iudicari non poſſunt à ſæculo, inſcio Epiſcopo. *Conc. Matiſcon. 2. c. 112.*

vidua poteſt iterum nubere. *Zach. ep. 7. c. 6. 27. q. 1. c. viduæ 1. 2.*

viduæ non cogantur ad nubendum, neque impediantur à cælibatu. contrarium faciens contra eas, excommunicetur. *Conc. Tolet. 3. cap. 10.*

viduæ modeſtæ viuant ſub poteſtate Epiſcopi. *conc. Rhem. c. 34.*

vidua fornicationem committens. vide, *Fornicatio.*

viduam Religioſam violans carnaliter, excommunicatur. *Conc. Illerd. c. 6.* vide, *Monialis circa coniugia, &c.*

vidua non poteſt conuenire laicum in foro Eccleſiæ, niſi de cauſa Eccleſiaſtica, vel ſi deficit iudex ſæcularis. *De foro compet. cap. Ex tenore, & cap. ex parte B.*

viduæ

viduæ pauperes ab Episcopo alendæ. *Lib.3. const. Apost. c.3.*
viduis ab Episcopo succurrendum, si à tutoribus opprimuntur. *conc. Regiaticinum cap.22.*
viduæ adolescentes debiles corpore, ab Ecclesijs sustententur. *conc. carthag.4. c.101.*
Si viduæ ob inopiam familiaritatibus se immiscent, Episcopus, & Parochus earum reatum incurrunt. *conc. carth.4.c.102.*
viduæ ab Ecclesiis sustentatæ, vacare debent orationi. *ib.c.103.*
viduæ gubernantur ab Episcopo per Archipresbyterum. *concil. carthag. 4. c.17.*
vidua professa statum vidualem, non est violanda; alias damnetur. *conc. Arausic.1. c.27.*
vidua mœchans, post quinquennij pœnitentiam reconcilietur, si eum postea accipit in maritum cum quo peccauit. Si verò alium accipiat, nec in fine communicet (ita olim) *concil. Elibert. cap.72.* Si verò vir sit fidelis, post decem annos ipsa recipiatur in communione. *ibid.*
vidua relicta Episcopi, Presbyteri, vel Diaconi, non potest nubere. si nubat, nullus cum ea communicet, & in morte tantum accipiat Sacramentum. *Conc. Toletan. 1. c.18. 31. q. 1. c. Si qua fuerit.*
viduæ (olim) instruere debebant mulieres baptizandas. *conc. Carthag. 4. c.12.*
vidua post mariti mortem, non potest licitè missam omittere vltra mensem, alias ab Episcopo compellatur per censuras, non obstante quauis consuetudine. *conc. Mediol. 1. par.2. tit. Quæ pertinent ad celebrationem missæ.*
viduam ducens vxorem non potest ordinari. *Dist. 34. cap. Si quis viduam.* Vide, *Bigamus.* Vide, *Clerici.*

Vienna.

viennense Concilium, quando, & quare celebratum. Vide, *Concilia. Clemens V. const. 1. Regnans.*
viennæ Austrię erigitur Collegium pro Germanis adolescentibus Austriæ superioris, & inferioris, septem pro qualibet parte sub cura Iesuitarum. Protectores sunt Cardinales de Propaganda Fide. viceprotector est Episcopus Viennensis. *Vrbanus 8. const. 67. Quoniam diuinæ.*

Vigiliæ, id est, excubiæ.

Vigiliæ circa muros tempore obsidionis passiuæ ab omnibus faciendæ, etiam priuilegiatis, quando Ciuitas obsidetur ab inimicis fidei. *Gregorius 1. lib.7. ep.20.*

Vigiliæ festorum.

Vigiliarum vsus est antiquissimus. *conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c. 13.*
Vigiliæ pro festis Sanctorum non in domo, sed in Ecclesia sunt faciendæ. *Conc. Antisiodoren. c. 3.*
Vigiliæ nocturnæ in Ecclesiis cum concursu fidelium, sunt prohibitæ. *Conc. Sabin. c.22.*
Vigiliæ cum ieiunio sunt celebrandæ. *Conc. Epfordiense 1. c.1.*
Vigilia occurrente in Dominica, ieiunari debet in Sabbatho. *de obseruatione ieiunii c.1. & c. Consilium.*
vigilia s. Bartholomæi celebranda est, iuxta morem regionum. *ibid. c. Consilium.*
Vigiliæ omnium Apostolorum, cum ieiunio sunt celebrandæ, excepto tempore Paschali. *ibid.*
In vigilia, quando possunt edi carnes. Vide, *Caro.*
In vigilia S. Ioannis Baptistæ occurrente in die Corporis Christi, non ieiunatur, sed anticipatur ieiunium in feria 4. *Vrbanus 8. in append. 2. const. 42. Cum euenire.*

Vincentius.

S. Vincentius Ferrerius canonizatur à Calisto, Bulla tamen fit *à Pio 2. anno 1458. const. 1. Rationi.*

Villicus.

Villici officium exerceri nequit à Religiosis, Presbyteris, &

Diaconis. *Conc. Cabilon. 3. c.12.* Vide, *Clerici quo ad negotia secularia.* Vide, *Regulares.*

Vindicatiuus. Vindicta.

vindicanda non est iniuria, sed parcendum offendenti. *Lib.1. const. Apostol. c.2.*
vindicari non semper debent delinquentes. 23. q. 4. *cap. Ipsa pietas, & c. quod Christus.*
vindictam petens à Iudice de aliquo delicto, immunis est, si delinquens occiditur. *Innocentius 1. ep.3. c.5.* 23. q.4. *cap. Illud etiam.*
vindicta, quæ tendit ad correctionem, facienda est. 23. q. 4. *c. Ea vindicta.*
vindicatiuus, non potest fieri Episcopus. *dist.86. c. Si quid verò.*

Vinum.

vinum in calice miscendum est aqua, ita tamen, vt duæ sint partes vini. *conc. Triburiense 1. c.19.* quare miscendum. *de consecrat. dist. 2. c. In calicem. Honorius 3. ex Cirone, de celebratione miss. c.5.*
vinum sine aqua in sacrificio offerre non licet. *de consecr. dist. 2. c. Sic in sacrificando. c. Scriptura dicit. c. cum omne. c. Non oportet. c. In Sacramento, & c. In calicem.*
vinum plusquam aqua in calice, pro sacrificio ponendum. *De celebrat. missar. c. Pernicioſus.*
vinum modica aqua debet esse mixtum. *conc. Florent. sess. vlt. in literis vnionis. §. Tertium.* Vide, *Aqua.* Vide, *Missa.* Vide, *Sacrificium.*
vinum in sacrificio miscendum debet esse mundum. *conc. Coiacense c. 3.*
Vino albo, si fieri potest, semper in missa vtendum. Vide, *Missa.*
vini substantia non remanet in sacrificio post consecrationem. *conc. constant. contra art. 1. Io. Vvicleff. conc. Florent. in literis vnionis. vbi supra.*
Sub specie vini integra est totus Christus; & totus etiam sub qualibet parte speciei, etiam separatæ, seu diuisæ. *Concil. Florent. ibid. §. Tertium.*
vinum post Eucharistiam est sumendum, nisi alia missa sit dicenda. *de celebrat. miss. c. Ex parte vestra.*
vini potio, luxuriam fomentat. *Dist. 35. cap. Ecclesiæ. cap. Vinum, cap. Venter, & cap. Luxuriam. cap. Sexto. & cap. Ante.* Est causa malorum omnium. *ibid.*

Vini Gabella Romæ.

Vide, *Ripa.* Vide, *Gabella.*
vini gabella Ripę applicata fuit pro salariis soluendis Lectoribus Studii Romani. & quod supererat pro necessitatibus Pop. Romani, id est, Conseruatoribus. *Leo X. const. 1. dum singul.*
Pro gabella vini ad sustentandos ministros Ripæ, soluuntur quatuor iulii pro quolibet dolio. *Pius 4. const. 42. Decet.*

Violare. Violans. Violata.

violantes sacros canones, blasphemant Spiritum Sanctum. 25. q. 1. *c. Violatores.*
violantes mulieres Deo sacratas, filii perditionis sunt. 27. q. 1. *c. Sciendum.* Vide, *Moniales.* Vide, *Mulier.* Vide, *Vidua.*
violantes Ecclesiasticam libertatem, sunt excommunicati. *De sent. excommunicat. c. Nouerit.* Vide, *Eccles. priuilegia.* Vide, *Eccl. inuasores.* Vide, *Immunitas, &c.* Vide, *Excommunic. Bullæ Cœnæ.* Vide, *Libertas Eccles.*
violata Ecclesia per homicidium, quod soluitur in pœnam, altario applicetur. 17. q. 3. *c. Si quis in Atrio.*

Violentia.

violentiis laicorum debent clerici resistere. *Greg. 1. lib.2. ex regest. ep. 5.*
violentia in matrimoniis non est inferenda. *De sponsalibus, &c. c. Cum locum.*

Violen-

Violenter fructus percipiens, etiam si ipsi competerent, tenetur restituere. *De restit. spoliat. cap. Grauis.*
Violentia probata per testes, iuramento probantur res amissę, & restituuntur. *de his, quę vi & metu, &c. c. Super eo.*
Si timetur de violentia, locus tutus dandus est puellæ nubere volenti. Vide, *Matrimonia.*
violenta præsumptio, aliquando sufficit ad definitiuam sententiam. *de præsumpt. c. Afferte mihi.* Vide, *Præsumptio.*
violenta præsumptio de hæresi, non sufficit ad condemnandum de hoc crimine. *ibid. c. Literas vestras.*
Vide, *Præsumptio.*

Vir, seu maritus.

Vide, *Coniux.* Vide, *Maritus.*
vir extra Paradisum fuit formatus, mulier verò intra Paradisum. *dist. 40. c. Illud.*
vir est caput mulieris. 33. *q.* 5. *c. Hæc imago. c. Satis, & c. Cum caput.*
viri in principio mundi, acceperunt sorores in vxores. 35. *q.* 1. *cap. Cum igitur.*
vir, & vxor sunt vna caro propter commixtionem. 27. *q.* 2. *c. Lex diuinę.*

Vir circa vxorem.

Vide, *Coniux.* Vide, *Matrimonia, &c.* Vide, *Maritus.* Vide, *Vxor.*
vir est caput vxoris. 33. *q.* 5. *vt in præced. tit.*
vir, & vxor dicuntur vna caro propter commixtionem. 27. *q.* 2. *c. Lex.*
viri fornicatio, maculat vxorem. 32. *q.* 1. *cap. in coniugio.* vide, *Adulterium.* vide, *Adulter.*
Alia viri peccata, fornicatione excepta, vxorem non maculant. *ibid.*
Vir tenetur reddere debitum vxori. 33. *q.* 5. *c. si dicat vir.*
vir non potest rescindere votum continentiæ factum ab vxore cum suo consensu. 33. *q.* 5. *c. Quod Deo.*
vir sine vxoris consensu potest votum vltramarinum facere. *De voto, &c. cap. ex multa. §. In tanta.*
vir potest resistere voto continentiæ facto ab vxore; sine suo consensu. 33. *q.* 5. *c. Mulier.*
Vir potest seruare continentiam circa petendum debitum; sed tenetur reddere. 33. *q.* 5. *cap. Si dicat vir.*
Vir non potest alienare bona vxoris. *Honorius* 3. *ex Cirone, tit. de Adulter. c.* 1.
Viri, & vxoris donationes. vide, *Donatio, circa fin.* vide, *Dos.* vide, *Vxoratus.*

Vir circa Religionem, continentiam, & alia vota.

Vir, sine vxoris licentia, seu consensu, & è contra, non potest Religionem intrare; & si intrat, tenetur ea volente ad ipsam redire. 27. *q.* 2. *cap. Agathosa. cap. Si quis coniugatus. cap. Quia Agatho.* 33. *q.* 5. *c. Notificasti. cap. vna sola.*
Vir, vel vxor nequit continere, vel de hoc votum facere, sine consensu vxoris. 27. *q.* 2. *cap. si tu abstines. c. Quia Agatho. & c. Scripsit,* & nulliter facit. *ibid.* 33. *q.* 5. *cap. Si dicat.*
Vir, vel vxor potest Religionem ingredi cum alterius consensu, si hic vel religionem etiam ingreditur, vel castitatem promittit. *De conuers. coniugat. c.* 1. *c. vxoratus. cap. ad Apostolicam, & cap. Significauit.*
Vir, qui inuita vxore fecit votum, & fuit ei restitutus, mortua vxore, non tenetur redire ad monasterium. *De conuers. coniug. cap. Quidam.*
Vir, quando potest ab vxore repeti. vide, *vxor repetens virum.*
Vir non potest in monasterium, seu religionem intrare, remanente vxore extra in sæculo. 27. *q.* 2. *c. quia Agatho.* etiam si de eius licentia votum fecit. sed ab Episcopo restituatur vxori. *De conuers. coniug. c.* 1.
Vir potest seruare continentiam circa petendum debitum: at tenetur reddere. 33. *q.* 5. *c, Si dicat vir.*
vir professus religionem, sciente vxore, & dissimulante, non potest redire ad sæculum, nec aliud matrimonium validum facere. *De conuersione coniugator. c. Consuluit.*
vir factus religiosus non cogitur redire ad sæculum, per hoc, quod vxor est adulterata. *ibid. c. constitutus.*
vir faciens professionem Religionis consentiente vxore, hac mortua non potest aliam accipere, etiamsi numquam intrauit in Religionem. *ibid. cap. Ex parte Abbatis.*
Vir potest facere votum vltramarinum, id est, Terræ Sanctæ, absque consensu vxoris. *de voto, &c. c. ex multa. §. in tanta.*
vir, vel vxor non potest intrare in monasterium sine Episcopi licentia. 27. *q.* 2. *c. Si vir.*
vir habens votum continentiæ, non potest vxorem ducere, etiam si ista promittat se facere Christianam. 32. *q.* 8. *c. vn.*
vide, *vxor repetens virum.*

Vir circa dimissionem vxoris, vel separationem.

Vide, *Matrimonium quo ad torum, &c.* Vide, *Matrimonia rata quando solui, &c.*
Vir, qui semel placuit, dimitti non potest, sic neque vxor. 31. *q.* 2. *c. Lotharius.* 32. *q.* 5. *c. Horrendus.*
Vir fidelis non tenetur sequi vxorem infidelem discedentem. 28. *q.* 1. *c. Simili modo.* Vide, *vir circa vxorem infidelem.*
Vir aliquando sine culpa potest dimittere vxorem, quando, scilicet hæc petit indigna, & contra Dei legem, vt cum eo cohabitet, sed quomodo. 28. *q.* 1. *c. Idolatria.* Separatus ab ea, non potest aliam ducere. *Conc. Later.* 3. *p.* 50. *c.* 22.
vir, vel vxor fidelis, licitè potest dimittere coniugem infidelem. 28. *q.* 1. *c. iam nunc.* Sed non expedit hoc facere. *ib. c. sic enim.*
Viro Iudæo non veniente ad fidem, separari potest ab eo vxor fidelis. 28. *q.* 1. *c. Iudæi.*
Vir relinquens vxorem ratione fidei impiæ, quando potest aliam ducere. 28. *q.* 2. *c. si infidelis.*
vir separandus, olim, erat ab vxore, si tenebat filium in fonte. 30. *q.* 1. *cap. Peruenit.*
Sed postea aliter decretum est. vide, *Matrim. quo ad torum.*
vir tenens filium, vel baptizans in necessitate, non separatur ab vxore. 30. *q.* 1. *c. Ad limina.*
vir tenens filiastrum in confirmatione, non est separandus ab vxore, nisi eius consensu fecerit. 30. *q.* 1. *c. de his. & cap. Si quis filiastrum.*
vir potest dimittere vxorem, si probet, quod voluit eum occidere propter nuptias alienas. 31. *q.* 1. *c. Si qua mulier.*
Vir ob adulterium potest dimittere vxorem, & debet hoc facere. 32. *q.* 2. *c. Dixit Dominus. & c. Sicut crudelis.*
Vide, *Coniux.* vide, *Adulterium.* Vide, *Matrimonia quando separanda.*
Vir non dimittens uxorem adulteram, patronus est mali. 32. *q.* 1. *c. Sicut crudelis.*
Si uerò ipse uir est fornicarius, non potest dimittere uxorem fornicantem. 32. *q.* 1. *c. Nihil. & c. Si dictum.*
Vir non dimittens uxorem adulteram, sed illi se commiscens, duobus annis pœniteat, si reddit ei debitum, tribus. 32. *q.* 1. *c. Si quis vxorem il.* 2. *& c. si ducturi.*
vir non potest dimittere uxorem, nec è contra, nisi causa hæc in Ecclesia probetur. 33. *q.* 2. *c. Sæculares.*
Viri ab uxore separatio, & eius causa agitari non potest, nisi prius uxor restituatur. 33. *q.* 2. *cap. Sine de.*
Viro uel uxore dimittente coniugem, ijs uiuentibus, non potest accipi altera. 32. *q.* 7. *c. Apostolus. cap. Fieri. cap. Fidelis. c. vxor. c. Dominus. c. Omnes. c. Placuit. c. Quemadmodum.* vide, *Matrim. quando solui.*
Separatione hac facta, si quis alteri nubit, adulter est. *ibid. c. Omnes. c. Dominus. cap. Quemadmodum. cap. Adulterij malum. Concil. Mileuitan. c.* 17. *Conc. Afric. c.* 69.
Vir dimittens uxorem per diuortium, si contrahit cum secunda, neque mortua prima potest eam habere. *de eo qui duxit cap. Ex literarum.*
vir, quibus ex causis potest separari ab uxore. *de frig. & c. c.* 1.
vide, *Matrim. quo ad torum.* vide, *Matrimonia rata quando.*
vir separatus eo quod vxor non potest reddere debitum, & è contra, si matrimonium sit tantum ratum, potest alteri nubere. 32. *q.* 7. *cap. quod Proposuisti.*
vir si dimissa uxore, ducit consanguineam illius in secundo gradu, utraque perpetuo careat. si in alio gradu, dimissa secunda redeat ad primam. *Conc. Later.* 3. *tit. de sponsalibus c.* 15. vide, *Matrimonia quibus prohibita in pœnam.*

Vir circa vxorem adulteram.

Vir sciens de vxoris adulterio, tenetur eam dimittere. 32. *q.* 1. *cap. Dixit Dominus, & c. Sicut crudelis.*
Si non dimittit, est patronus mali. *ibid.* Si tamen ipse est adulter, non potest dimittere eam. 32. *q.* 6. *c. Nihil, & cap. Si ducturi.* vide, *vir circa dimissionem.* vide, *Matrim. quo ad torum, &c.* idem de vxore. *ibid.*
Viri adulteri grauius sunt puniendi, quam vxores. 32. *q.* 6. *cap. Indignantur.*
Vir dormiens cum vxore adultera, quamdiù nescit eius adulterium, non peccat: dum vero scit, peccat si prosequitur. 34. *q.* 1. *Ego dixi.*
Vir retinens vxorem adulteram, quæ non fecit pœnitentiam, particeps est delicti. *de adulter. & stupro. c. si vir sciens.*
Vir potest vxorem adulteram dimissam recipere post pœnitentiam debitam ab ea factam. 32. *q.* 1. *c. de Benedicto. c. Quod autem, & c. Non erit.* 34. *q.* 1. *c. Ego dixi.* Et tenetur recipere illam, alias peccat. *ib. ego dixi. de adult. & c. c. si vir sciens.*
Vir potest ob suspitionem accusare vxorem de adulterio. *de adulterijs, &c. c. Maritis.*
Viro non licet occidere vxorem adulteram. 33. *q.* 2. *c. interfectores. c. inter hæc, & c. Si quis.* Sed adolescens excusatur si per iram, &c. *ibid. c. interfectores.* vide, *in præced. tit.*

Vir adulter.

vide supra, *vir circa vxorem adulteram.*
Vir accusatus de adulterio, lite pendente, non potest priuari vxore, & iure coniugali. *vt lite pendente c. Laudabilem.*
vide, *Matrim. quo ad torum.* vide, *Adulter.* vide, *vxoratus.*

Vir circa debitum coniugale.

Vir tenetur reddere debitum vxori, & è contra. 33. *q.* 5. *cap. Si dicat vir.*
Vir potest seruare continentiam de non petendo debitum, sed tenetur reddere. *ibid. c. Si dicat vir.*
Vir non exigens debitum, sed reddens cum petitur, meretur. 33. *q.* 5. *cap. Secundum.*
Vir perdens ius petendi debitum, non potest illud auferre vxori. idem de vxore. *Conc. Later.* 3. *p.* 49. *c.* 18.
Viro non auferetur ius petendi debitum, per hoc quod illud perdit vxor. *Conc. Later.* 3. *ibid.*
Vir quando debet abstinere ab vxore. Vide, *vxor.*

Vir occidens vxorem.

Vir non potest occidere vxorem ob adulterium. 33. *q.* 2. *cap. Interfectores. c. Inter hæc & c. Si quis.* Si tamen sit adolescens, excusatur. *ibid. c. interfectores.*
Vir occidens vxorem etiam ob adulterium. non potest aliam ducere. 33. *q.* 2. *c. Interfectores, & c. Admonere.*
Æquè peccatum est occidere vxorem etiam adulteram, & ea viuente aliam ducere. 33. *q.* 2. *c. Si quod.*
Vir occidens vxorem, quam pœnitentiam debet facere. 33. *q.* 2. *c. Quicumq; & c. admonere.* vbi adducitur casus magnæ personæ, quæ occidit vxorem, & pœnitentia eius. vide, *Occidens.*

Vir circa plures vxores, etiam successiuè.

Vide, *Matrimonia plura.*
Æquè peccatum est aliam vxorem ducere prima viuente, ac primam occidere. 33. *q.* 2. *cap. Si quod.*
Vir, si dimissa vxore ducit eius consanguineam in secundo gradu, vtraque careat perpetuò. si verò in alio gradu, dimittere debet secundam, & redire ad primam. *Conc. Later.* 3. *in append. tit. de sponsalibus c.* 15.
Vir contrahens cum vna, licet matrimonium non sit consumatum, non potest cum alia contrahere. & si cum hac contrahit, ad primam redire debet. *Conc. Later.* 3. *ib. c.* 17. 18.
Vir ducens secundam vxorem, pendente causa dimissionis primæ, si postea sequitur sententia dimissionis, ei relinquitur tenere secundam; sed pœnitentia ipsi iniungatur, & tempore pœnitentiæ separentur. *Conc. Later.* 3. *ibid. c.* 21.
Vir consentiens, vt vxor veletur, non potest aliam vxorem ducere. 33. *q.* 5. *c. Qui vxorem.*
Vir contrahens cum secunda, viuente prima, etiam si multo tempore habitet cum ista, mortua prima non potest habere eam. *De eo, qui duxit in matrimonium, c. cum haberet, & cap. Significauit.*
Vir si viuente vxore habet rem cum alia, absque fide matrimonij, prima mortua, potest secundam ducere, si non fuerit machinatus in mortem primæ. *ibid. cap. Significasti.*
Vir contrahens cum secunda, viuente prima, si illa fuit insscia; mortua prima potest ducere secundam. *De eo, qui duxit in matrimonium. cap. Veniens.*
Si verò ipsa sciebat habere aliam, etiam si copula cum secunda intercessit, non potest eam ducere, nec etiam mortua prima. *ibid. cap. fin.*
Vir non potest contrahere cum secunda, quæ machinata est in mortem primæ. *ibid. cap. Super hoc.*

Vir cognoscens carnaliter consanguineas vxoris, &c. vel plures consanguineas.

Vir dormiens cum sorore vxoris, non potest alterutrã amplius tangere. 27. *q.* 2. *c. Qui dormierit. & c.* 32. *q.* 7. *c. concubuisti.*
Vir dormiens cum sponsa fratris, non potest eam habere in vxorem. 27. *q.* 2. *c. qui dam.*
Vir dormiens cum sponsa filij, non potest eam habere in vxorem, neque filius. 27. *q.* 2. *c. Si quis sponsam filij sui.*
Vir polluens vxoris sororem, non potest vllam ex eis habere, si scienter fecit. *Si* vero ignoranter, non debet vxorem dimittere. 34. *q.* 1. *c. in lectum, & c. Ego dixi.*
Vir fornicans ignoranter cum duabus sororibus, potest vnam earum habere in vxorem. sed post annos septem. 34. *q.* 1. *cap. Si quis cum duabus.*
Vir fornicatus cum matre, & filia, etiam ignorante illa de hac, & è contra, non accipiat aliquam in vxorem. 34. *q.* 1. *cap. Si quis cum matre.*
Vir carnaliter cognoscens consanguineam vxoris, quando tenetur reddere debitum. Vide, *coniux.* Vide, *Carnalis copula.*
Vir post matrimonium ratum cognoscens carnaliter matrem vxoris, si vxorem non cognouit, nec ante, nec post, separandus est. Et alterutra cum dispensatione facere potest matrimonia cum alio. Si verò vir cognouit vxorem, vel ante, vel post, separandus est, nec vllum aliud facere potest matrimonium, nec primam habere vxorem. *conc. Later.* 3. *in append. tit. de eo, qui consanguineam cap.* 4. *de eo, qui cognouit, &c. cap. veniens.*
Vir carnaliter cognoscens matrem vxoris, non potest amplius vxorem cognoscere, nec alteram accipere. *Conc. Later.* 3. *in append. tit. de sponsalibus secundo c.* 6.
Vir cognoscens carnaliter matrem, & filiam, vel duas sorores scienter, pœna mortis, in statu Ecclesiæ est puniendus. *Sixtus* 5. *const.* 54. *volentes.*
Idem de eo, qui scit patrem, aut filium cum muliere aliqua rem habuisse, si etiam ipse rem habet. *ibid.* Idem de mulieribus cognitis, si ipsæ sciebant. *ibid.*
vide, *Carnalis copula.* vide, *Matrimonia quo ad torum.* vide, *Matrimonia quibus prohibita in pœnam.*

Vir circa vxorem infidelem, vel hæreticam.

Vide, *vir circa dimissionem.* vide, *Matrimonia quando separanda.* Vide, *Infidelis.*
Vir, si ante baptismum dimisit vxorem, habet facultatem eam recipiendi post baptismum, si vult. 28. *q.* 1. *c. Si quis.*
Vir fidelis non tenetur sequi vxorem infidelem discedentem. 28. *q.* 1. *cap. Simili.*
Viro fideli, licet dimittere vxorem infidelem, & è contra. 28. *q.* 1. *c. iam nunc.* & alijs ibi, sed non expedit sic facere. *ib. c. sic enim.*

Vir circa alia.

Vir, quæ potest donare, vel relinquere vxori. *De donationibus inter, &c. cap. Nuper.*

Viri donationes factæ vxori propter matrimonium illicitum, non valent. *de donat. inter,& c. c.Et si necesse.* vide, *donare.*
Viri bona intelliguntur tacitè obligata pro dote vxoris. *De pignoribus c.Ex literis.*
Viro recipiente pignora pro dote promissa, non possunt fructus in sortem computari. *De vsuris cap.Salubriter.*
Viri morte donatio, & dos redit ad vxorem. *De donationib. & c.c.Donatio.* Vide, *Donare.* Vide, *Dos.*
Viro iuranti se cognouisse vxorem,non creditur,si illa per matronas inspicientes suum corpus probet contrarium. *de probat. c.proposuisti.* & quando ei credendum. 33.*q.*1.*c.si quis.*
Viro, vel vxore redeunte à captiuitate,reintegrandum est matrimonium. 34.*q.*1.*c.cum in.* vide, *Coniux.* vide, *Maritus.* vide, *Matrim.*

Virgo circa matrimonium.

Virgines neque cogantur ad nubendum, neque impediantur à cælibatu. & contrarium faciens, excommunicatur. *Concil.Tolet.*3. *c.*10. vide, *Matrimonium.*
Virgo damnans matrimonia, anathema est. *Conc.Gangrens. c.*9. *&* 10. *Conc.Aquisgran. sub Ludouico Pio c.*67. *&* 75.
Virginem per vim accipiens, eam despondeat, sed excommunicetur. *conc.quod dicitur Apost. c.*67. Vide, *Stuprum.*
Virgines defloratæ, si in maritos accipiant ipsos deflorantes, post annum reconcilientur. *Conc. Elibert. cap.*14. si alios etiam cognouerunt, post annos quinque. *ibid.*

Virgo vouens virginitatem.

Virgo vouens, & profitens virginitatem, non potest nubere. alias si facit excommunicetur. sed si pœniteat, ab Episcopo absoluatur. *Conc.Calced. c.*16.
Virgo promittens, & vouens tenetur obseruare, etiam si velata non sit. *Innoc.I. ep.*2. *c.*13. 27. *q.*1. *c. Hæ verò quæ.*
Virgo profitens virginitatem non potest cum alijs extraneis habitare. *Conc. Carth.* 1. *c.*3.
Virginitatis votum in muliere incipit esse firmum, cum est adulta,quando,scilicet est apta marito. 20. *q.*1. *c. Firma.*
Virgines, quæ volunt castitatem profiteri, si seruæ sunt, redimantur à dominis per Ecclesiam. *Greg.I. lib.*2.*ex reg. ep.*42.
Virgines, vel viduæ habentes votum castitatis, si nubunt, separentur, & per totam vitam pœniteant, & Eucharistia careant. *Conc.Foroiul. c.*11.
Virgo vouens virginitatem, si sit filia Episcopi, vel Presbyteri, quid agendum si nubat. 27. *q.*1. *c. de filia.*
Virgines, vel viduæ,quæ continentiæ votum habent,nigra veste vtantur. *Conc.Foroiul. c.*11. vide, *Matrimonia prohibita ratione status.* vide, *Monialis.* vide, *vouere, votum.*

Virgo circa Religionem, & consecrationem.

Virgines, olim, non erant consecrandæ, nisi post ætatem 25. annorum. *Post ep.*4. *Pij I. Conc.Turon.*3. *c.*28. *Conc. Vormat.* 1. *c.*69. 20. *q.*1. *c. Placuit, & c. Virgines. Conc. Carthagin.*3. *c.*4. *Conc.Mileuit. c.*26.
Virginum consecratio, quibus diebus est facienda. *ibid. post epist.*4. *Pij I.*
Virginum consecratio,pertinet ad Episcopum. *Conc.Hispal.*2. *c.*7. vide, *Consecratio.* vide, *Moniales. Conc.Paris.*6. *lib.*1. *c.*43.*Conc.Regiatic. c.*7. *dist.*25. *c.perlectis. conc.Carthag.*3. *c.*36. 20. *q.*1. *c.de votis. c.placuit. & c.Virgines.* 26.*q.*6. *c.*1.
Virgines possunt consecrari à Presbytero de licentia Episcopi. 26. *q.*6. *c.Presbyter.* Vide, *Consecratio virginum.*
Virgines possunt consecrari in diebus Dominicis, & Sabbatho Pentecostes. *De temporib. ordin. c.*1.
Virgines velari debent in Albis Paschalibus, & in diebus Apostolorum. *Gelasius ep.*9.
Virgines sacræ ab Episcopo in monasterio Virginum reponantur. *Conc. Carthag.*3. *c.*33. *Conc.Afric. c.*11.
Virgines ante annum ætatis 60. olim, non velabantur. 20. *q.*1. *c.Iuuenculas.* alias statutum, vt sit 72. annorum. *conc.Rom. sub Syluestro c.*10. Postea decretum, vt antequam velentur, per 40. annos probentur. *Conc.Cæsaragust.*1. *c.*8.
Virgines velati non possunt ab Abbatissa. 20. *q.*2. *c.Statuimus.*
Pro velatione, Episcopus, nihil potest accipere. *Gregorius I. lib.*3. *epist.*24.
Virgines Deo sacratæ, vagari non possunt. *Conc.Afric. c.*11.
Ad virgines, vel viduas Religiosas accedere non possunt clerici,nisi de licentia Episcopi; nec Episcopi, aut Presbyteri, nisi alijs præsentibus.*Conc.Carthag.*3. *c.*25.*Conc.Afric.c.*5.
Virgo sub tutela, si habitum Religionis ante annum duodecimum petit, & per annum in ea permanet, non posse inde recedere, nec à tutore abstrahi, declarauit *Conc.Tribur.*1. *c.*24. Sed contrarium habes. Vide, *Moniales.* Vide, *Consecratio.* Vide, *Episcopus.* Vide, *Moniales.* Vide, *Velare.*

Virgines Religiosæ nubentes, vel fornicantes.

Virgines Deo dicatæ,si virginitatem perdunt,nec in fine communicent. Si verò toto vitæ tempore pœniteant,possunt in fine accipere communionem. 27. *q.*1. *c. Virgines. Conc. Mogunt.* 3. *c.*26. *Conc.Elibert. c.*13.
Virgines violantes, inter bigamos numerentur. *Conc.Ancir. c.*19. 27. *q.*1. *c.Quotquot.*
Virgines professæ, nec nubere possunt, nec velle nubere. *dist.* 27. *c.vouentibus, & c.Si nupserit.* 20. *q.*1. *c. Puellæ.* 27. *q.*1. *cap.Sicut bonum. cap.viduas. & cap.Nuptias.*
Virgines, & aliæ Deo dicatæ, si nubunt,communione priuentur. *Conc.Valent.*1. *c.*2. Aliæ pœnitentiæ. *Conc.Turon.*2. *c.*21. *Conc. Matiscon.*1. *c.*12. *Conc.Lugdun. Prouinc.*2. *c.*3. *Zacharias ep.*7. *cap.*21. *Gregor.I. lib.*3. *ep.* 6. *&* 9. 27. *q.*1. *cap.de viduis. cap.viduas autem.*
Virgines consecratæ, nubentes sunt incestæ. *dist.*27.*c.Virgines.*
Virgines Deo sacratæ nubentes, non recipiantur ad pœnitentiam, nisi se separent. 27. *q.*1. *c.Quæ Christo.*
Virginum sacrarum fornicantium pœnitentia, quænam est. 27. *q.*1. *c.Si qua monacharum, & c.eos autem.* Excommunicentur. *Conc.Venetic.c.*4.*Conc.Andegauen.c.*5. *Conc.Turon.*2. *c.*21. *Conc.Matiscon.*1. *c.*2. *Conc.Lugdun.Prouinc.*2. *c.*3. & aliæ pœnitentiæ fornicantium, in eisdem locis. *Gregor.I. lib.*3. *ep.*6. *&* 9.
Virgines, quæ à parentibus oblatæ sunt monasterijs, quando possunt nubere, & quando non. *Zachar.ep.*7. *c.*27.
Vide, *Matrimonia prohibita ratione status spiritualis.*
Vide, *Moniales circa coniugia.*

Virginitatis perfectio.

Virginitas est præstantior matrimonio. 32. *q.*1. *cap. Nuptiæ terram.* Ambrosius ad Syricium Papam. & ideo eam sibi elegit Christus. *ibid. Conc.Trid. sess.*24. *can.*10.
Virginitas consulitur, non præcipitur. *ibid. c. Nuptiæ.*
Virgo corrupta per vim, non perdit gratiam virginitatis. Sed secundum legem virgo non est. 15. *q.*1. *c.si quis non iratus.*
Virginitas mētis melior est, quam carnis.32.*q.*5. *c.tolerabilius.*
Virginitas carnis, nihil est amissa virginitate mentis. 32. *q.*5. *c.si Paulus Apostolus.*
Virginitate manente mentis,non polluit corruptio coacta carnis. 32. *q.*5. *c.Reuera, c.Ita ne aliquem, c.Propositio, c.Non fidelibus, c.de Pudicitia, c.ad Deum, c.Non potest, & cap. magis timeamus.*
virginitatem carnis estò inuitæ amittentes non sunt comparandæ cum ijs, quæ nullo modo eam perdiderunt. 32.*q.*5. *cap.Illæ autem.*
virginitas sine alijs operibus non saluat. 33. *q.*5. *c. Hoc solum.*
virgo damnans matrimonia, est anathema. *Concil. Gangrense c.*9. *&* 10. *Conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio c.*67. *&* 75.

Virgines sacras carnaliter cognoscens, aut in matrimonium ducens.

Virgini sacræ carnaliter se commiscens, excommunicetur. *Conc.Turon.*1. *c.*6.
Et quia eius corpus est Dei templum,illi se commiscens est sacrilegus. *Post Conc. Arelat.*3. *c.*7. 27. *q.*1. *c. Sciendum.*
Cum virgine sacra rem habens clericus, deponatur; laicus excommunicetur. 27. *quæst.*1. *cap. Si quis Episcopus.*
virginem sacram rapiens,quomodo puniendus. *Greg.*1. *lib.*3. *ep.*6.

ep. 6. & 9. vide, *Rapiens*. Vide, *Matrimonia prohibita ratione ſtatus*. vide, *Moniales circa coniugia*. vide, *Carnalis copula*.

Virgines circa alia.

virgines puellæ non poſſunt cum viris, tamquam cum fratribus habitare. *Conc. Ancir. c.* 19.

Ad virgines accedere non poſſunt clerici, etiam continentes, niſi de licentia Epiſcopi: nec ipſi Epiſcopi, vel Presbyteri, niſi præſentibus alijs. *Conc. carthag.* 3. *c.* 25. *conc. Afric. c.* 5.

virgines non poſſunt ſociari cum cleticis. *diſt.* 81. *c. Adreatum, & c. Viduæ.*

virginitas ſi probanda ſit, quomodo debet probari; & quomodo repudiari matrona. *de probat. cap. Cauſam matrimonij. Honorius* 3. *ex Cirone, de probationibus cap.* 3.

virginum puellarum Monaſterium Romæ. Vide, *Puellæ.*

Virtus.

virtutum actus conueniunt, non ſolum imperfectis, ſed perfectis. *Conc. Vienn. Generale.* & habetur in *Clement. de hæret. c. Ad noſtrum.*

Virtutes, tam paruulis, quam adultis infunduntur in baptiſmo. *Clement. de fide, & ſumma Trinit. c. vn.*

Vis.

Vis poteſt per vim repelli cum moderamine inculpatæ tutelæ, etiam occidendo aggreſſorem. *de homicidio volunt. cap. Significaſti il* 2. Vide, *Occidens.*

Viſiones.

Viſiones, quæ alicui apparent, ſiue in ſomno, ſiue in vigilia, in ſpiritu videntur, non in corpore. *Poſt Conc. Ancir. c.* 2.

Viſitandi obligatio, quæ, & qualis.

Vide, *Epiſcopus quo ad viſitationem.*

Epiſcopi, Archiepiſcopi, &c. quotannis debent viſitare ſuas Diœceſes. 10. *q.* 1. *c. Decernimus. Conc. Brachar.* 1. *c.* 8.

Viſitans, quid teneatur indagare *in viſitatione*. 10. *q.* 1. *c. Placuit omnibus. Eius obligationes. De cenſibus, c. Procuratores, & in* 6. *c.* 1. *§. Procurationes.*

viſitatio facienda in Diœceſi, & ex defectu eius ortæ ſunt hæreſes in Eccleſias. *Conc. colon.* 3. *tit. de quarto c.* 1.

In viſitatione habeatur Notarius, qui ſit ſacerdos, vel clericus non coniugatus. *ibid. cap.* 2.

Epiſcopus viſitans monere debet etiam Prælatos exemptos, vt in ſuo munere vigilent. *ibid. c.* 3.

Viſitatio Liminum.

vide, *Epiſcopus quo ad limina Apoſtolorum*. Vide, *Limina.*

Viſitantis expenſæ, & procurationes.

Vide, *Epiſcopus quo ad procurationes.*

Viſitanti Epiſcopo, &c. conuiuia paranda ſunt, iuxta morem loci. 10. *q.* 3. *c. Illud.*

Viſitantes Eccleſias, debent ab eis habere ſubſidium, ſeu expenſas. *Greg.* 1. *l.* 3. *ep.* 11. *De cenſib. c. Procuratores, & in* 6. *c.* 1. *§. Procurationes. De off. ord. in* 6. *c. Si Epiſcopus.* Omnia victualia habere debet à viſitatis. *ibid.*

Viſitante Epiſcopo, Archiepiſcopo, &c. etiam Eccleſia Ciuitatis debet dare procurationes. *de cenſibus c. Venerabili.*

Viſitans Archiepiſcopus, &c. ab omnibus locis viſitatis poteſt procurationes accipere. *de cenſibus in* 6. *c.* 1. *§. Deinde.*

Abſque coactione, & iuramento populorum eas recipiat. *ibid. §. Sane.*

Viſitante Epiſcopo, &c. priuata oratoria, hæc non tenentur ad procurationes. *de cenſibus c. fin.*

Olim, etiam à monaſteriis monachorum exigebatur procuratio. *de cenſib. c. Sopitæ, & Extra, de cenſibus c. Vas elect.* viſitationum impenſæ, & itinera compenſari, & exigi non poſſunt, quando non fit viſitatio. 10. *q.* 1. *c. Relata. Conc. Turon.* 4. *cap.* 9.

Epiſcopus non viſitans, nihil poteſt accipere ab iis, quos mittit ad viſitandum. *de off. ordin. in* 6. *c. Si Epiſcopus.*

Viſitans non pluſquam per vnam diem, in Parochia moretur. 10. *q.* 3. *cap. Inter cætera.*

Non grauet viſitatos; ſed moderatas expenſas habeat. *Conc. colon.* 3. *tit. de quarto c.* 5.

Viſitantes, ſiue Epiſcopi, ſiue Archiepiſcopi, quid debent à viſitatis accipere pro rata. *Extra, de cenſibus cap. Vas electionis.* ſi plus exigit, in duplo reſtituat. *ibid.*

Viſitans Epiſcopus, Archiepiſcopus, &c. poteſt in pecunia accipere procurationē, ſi viſitatis hoc placet. *de cenſ. in* 6. *c. fal.*

Ex priuilegio Papæ poteſt in pecunijs recipere procurationes. *Extra, de cenſibus c. Vas electionis.*

Viſitans, ſiue vnum, ſiue plura loca in vna die, vnam tantum procurationem poteſt recipere, non plures. *de cenſ. in* 6. *c. fal.*

Viſitantes Epiſcopi, in toto Orbe, & in ſingulis Prouincijs (diſtinctè) quas procurationes poſſunt accipere. *Extra, de cenſibus c. Vas electionis.*

Viſitantes per alios, quas, & quando poſſunt procurationes recipere. *ibid.*

Procurationes, quæ ſunt de conſuetudine tantum, ſoluantur viſitanti, non aliud. *ibid. c. Vas electionis.* alias tenentur ad reſtitutionem. & pœnæ. *ibid.*

Viſitationis tempore, ſi officiales, &c. de familia Epiſcopi, aliquid accipiant vltra taxam, tenentur *in duplo reſtituere*. & aliæ pœnæ. *ib.* & *de cenſibus in* 6. *c.* 1. vide infra, *In viſitatione, &c.*

Viſitari poteſt per alium, &c.

Viſitare poteſt per alium Epiſcopus æger. 10. *q.* 1. *c. Epiſcopum.*

Viſitans per alium, an, & quas procurationes poſſit recipere. *Extra, de cenſibus c. Vas electionis.*

Viſitans per alium, nihil poteſt recipere ab ijs, *quos mittit* ad viſitandum. *de off. ord. in* 6. *c. Si Epiſcop.* & viſitans procurationes habet à viſitatis. *ibid.*

Viſitanti prohibita.

Viſitans Eccleſias, nihil poteſt ſumere de rebus illarum. *diſt.* 61. *c. Quoniam.* (exceptis expenſis.)

Viſitans non pluſquam per vnam diem, in Parochia moretur. 10. *q.* 3. *c. Inter cætera.*

Non debet multas perſonas ſecum ducere, neque grauare Parochiam. & quot poteſt ducere. *ibid. c. Inter cætera.*

Non poteſt recipere munus, alias incurrit maledictionem, & debet in duplo reddere. *de cenſib. in* 6. *c. Rom. §. procurationes.*

Intra menſem tenetur in duplo reſtituere ſub pœna Epiſcopis, Archiepiſcopis, & alijs Prælatis, Ordinariis, ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ; alijs verò priuationis ab officio, & beneficio. *ibid. c. Exigit.*

Viſitans, exigens, pluſquam ſibi debeatur pro procuratione, in duplo reſtituat. *Extra, de cenſibus c. Vas electionis.*

Qui ſunt de familia viſitantis, nihil poſſunt accipere pro munere, &c. *ibid.*

Viſitantis officiales, nec pecuniam vltra taxam, neque munera accipere poſſunt à viſitatis. *De cenſibus in* 6. *c.* 1. *§. Procurationes. Extra, de cenſibus c. Vas electionis.*

Epiſcopo viſitante monaſterium (quando eſt ſibi à iure permiſſum) non poteſt in illud introducere ſæculares, ſed duos tantum canonicos. *de off. Iud. ord. c. Vt iuxta.* vide, *Epiſc. quo ad viſitationem.*

Viſitantis poteſtas, & ordo.

Archiepiſcopus viſitare poteſt, & debet omnes, vel *in* propriis locis, vel eos vocando ad loca congrua. *de cenſib. in* 6. *c.* 1.

Archiepiſcopus viſitare poteſt Prouinciam. *ibid. §. Deinde.*

Poteſt viſitare, etiamſi ſuffraganei non ſint negligentes. *De cenſibus in* 6. *c. fin.*

Viſitationem Prouinciæ incipere debet Archiepiſcopus à ſuo Capitulo, & Populo. *De cenſibus in* 6. *c.* 1.

Viſitatione ſemel facta, non poteſt Archiepiſcopus iterum viſita-

visitare, nisi de consensu suffraganeorum, vel alia causa necessaria. *ibid. §. Postquam.*

Visitaturus Diœcesim, vel superior Regularis Religionem, hanc formam seruare debet, vt prius suum Conuentum, seu Ecclesiam, deinde alias visitet. *ibid. §. Hanc autem.*

Archiepiscopus visitans vnam Diœcesim, si in aliam intrat, non potest redire ad primam, nisi omnes partes, & loca secundæ fuerint visitatæ; si tamen prima Diœcesis indiget plus quam secunda, potest hac relicta ad illam redire. *de censib. in 6. c. 1. §. Ex quo.*

Visitans Prouinciam, siue Metropolitanus, siue Legatus, potest sententiare nõ soluentes procurationes. *de censib. c. cũ nuper.*

Archiepiscopus visitans, potest confessiones audire, absoluere, &c. *de censib. in 6. c. si.* vide, *Archiepiscop. quo ad visitationẽ.*

Visitator factus à Papa, vel Metropolitana Episcopali, sede vacãte, quã potestatem habet. vide infra, *Visitatores à quo, &c.*

Visitans potest in locum vicinum vocare Parochum, caueat tamen ne illum grauet. *conc. colon. 3. tit. de quarto c. 7.*

Visitans potest vti censuris Ecclesiasticis, & aliis pœnis. *ib. c. 5.*

Visitare potest Episcopus, etiam Hospitalia exemptorum, (saluo iure in aliis.) *ibid. c. 4.*

Vide, *Beneficiorum vnio.* Vide, *Beneficia quo ad visitationem.* Vide, *Episcopus quo ad restitutionem.* Vide, *Hospitalia.*

Visitatores à quo possunt deputari.

Episcopus potest deputare Visitatorem, si ipse non potest visitare. *10. q. 1. c. Episcopum.*

Visitator sede Episcopali vacante, deputari potest à Papa. *De supplen. neglig. in 6. c. fin.*

Visitator sede Episcopali vacante, deputari potest à Metropolitano, si capitulum negligenter administret: sed prius citato capitulo, & cognita causa negligentiæ. *ibid.*

Visitator sic deputatus legitimam habet potestatẽ in spiritualia, & temporalia. *ibid.* Sed nõ potest conferre beneficia. *ib.*

Visitatores deputati à Capitulo habentes ius visitandi, ab Episcopo sunt approbandi. *conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 3.*

Visitatores Episcoporum fiunt à Papa. *Gregorius 1. lib. 5. ep. 21. Lib. 7. ex reg. ep. 25.* Vide, *Papa.* De mandato Papæ potest ordinare. *Gregorius 1. lib. 2. ep. 29.*

Visitator Episcopi, sine Papæ facultate *non potest ordinare*, vel alia similia facere. *Ioannes 2. ep. 4.*

Visitatores Monialium, & visitatio.

Visitatores monialium impedientes, excommunicantur ipso facto, non obstante priuilegio quocumque. *de censibus in 6. c. 1. §. Deinde.*

Visitationi monialium faciendæ per Episcopum interesse possunt solum duo Notarii, & alii quatuor honesti viri. *Clem. de statu monachor. c. fin.*

In visitatione, quid faciendum.

Vide titulos præcedentes. Vide, *Episcopus quo ad visitationem.*

Visitanda est Ecclesia Cathedralis, Patriarchalis, & aliæ. Item Hospitalia, & Bibliothecæ. *conc. colon. 2. par. 14. c. 2.*

Vide, *Visitantis potestas.*

Prius Ciuitatem, deinde Diœcesim tenetur visitare. *conc. Modiol. 1. p. 2. tit. De visitatione.* In Ciuitate prius Cathedralem, postea Collegiatas, & Parochiales, deinde Seminaria, Scholas, Sodalitates, Hospitalia, & cætera pia loca. *ibid.*

Visitatio significanda est Parocho, & Populo, paucis diebus, antequam adueniat visitator. *conc. colon. 2. par. 14. c. 7.*

In visitatione facienda est concio de omnibus, quæ vtilia sunt. & hoc ex diuersis scripturis. *ibid. c. 8.*

Fiat indagatio de vita, moribus; congrua sustentatione; habitu, tonsura, & ministerio Parochi; an in Parochia sint hæretici, vel schismatici: de cultu diuino; an regnent in ea grauia crimina; si censuræ Ecclesiæ contemnuntur, vel seruantur; si sacramenta percipiuntur, &c. *ibid.*

Item videndum, si pueri instruantur, & qui sint Scholarum magistri. *ib. c. 14.* Hospitalia, &c. quomodo gubernantur. De vitiis locorum. Quomodo Parochus exerceat suum munus; si custodit fontem baptismi, Chrisma, & Euchari-

stiam; si vestes Ecclesiasticæ mundæ sint; si altaria decenter ornata. Si fiunt alienationes de rebus Ecclesiæ, &c. similia. *conc. colon. 2. par. 14. c. 16.*

In Visitatione non imponantur pœnæ pecuniariæ delinquentibus, sed pœnæ canonicæ. *ibid. c. 19.*

In visitatione curent Episcopi, & alii, vt custodiatur fides Catholica, & morum disciplina. *conc. Med. 1. p. 2. tit. de visitat.*

Episcopus visitans tenetur hortari omnes ad pacem, Religionem, & concordiam. *concil. Med. 1. par. 2. tit. de visitat.*

Si priuata monitio fit necessaria, eam faciat. Confirmationis Sacramentum ministret. Pœnitentes à reseruatis, siue per se, siue per alium absoluat. Ecclesiam, & partes omnes inspiciat, an cultu debito teneantur; si quid reficiendum, aut reparandum sit in ea, &c. si reliquiæ Sanctorum in loco tuto, ac decenter ornato teneantur. an circa sepulcra, & cæmeteria seruentur decreta Conciliorum. Si altaria consecranda sint, consecret; si Ecclesia, vel Cæmeterium pollutum debeat reconciliari, reconciliet. Videat an vestes, calices, aliaque ad diuinum cultum necessaria adsint, & munda teneantur. An missæ aliaque officia diuina, vt decet celebrentur. An libri, scripturæ, & instrumenta Ecclesiæ custodiantur. an bona, quæ in inuentario sunt notata, adsint.

De canonicis, & aliis ministris quærat, an ritè sint ordinati; si ad ordines quos requirit eorum munus; si legitimè obtinent beneficia, dignitates, &c. & si adsint intrusi; si assistunt celebritati officiorum, Missarum, Anniuersariorum, & an satisfaciant suo muneri. quomodo viuunt, quomodo vestiuntur. si artibus sordidis vacant; si defendunt iura Ecclesiæ: si fructus Ecclesiæ bene disponant: si pacem inter se, & cum aliis conseruant; si inimicitias in populis componunt. Si populi missas audiunt, si piè in Ecclesiis versentur, & diuina officia reuerenter audiunt. *conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de visitat.*

De Parochis, an ritè Sacramenta ministrent; an libros habeant baptizatorum, Confirmatorum, Coniugiorum, Compatrum, Mortuorum, &c. An Sacramentum Eucharistiæ, Chrisma, & alia sacra purè, mundè, ac decenter seruentur. An matrimonia ex Trident. Concilii decretis fiant. an suis Ecclesiis seruiant: an prædicent, an pueros doceant fidei rudimenta. *ibid.*

De populo, an in eo sint aliqui hæretici, vsurarii, concubinarii, inimici; qui Quadragesimam non obseruant; qui non confitentur, aliosve ritus Ecclesiæ non seruant; qui legata non exequuntur. An parentes bene educent filios, & piè. *ib.*

Item consideret, qui sint confessarii in locis, & an probatę vitæ, ac doctrinæ. An Hospitalia benè ministrentur. si ministri eorum piè viuunt. In scholis quos libros magistri declarant scholaribus; an suo muneri satisfaciant; an habeant requisita circa mores, & vitam, si in Bibliothecis sint libri prohibiti. *ibid.*

Si in his omnibus corrigendum sit aliquid, innouandum, tollendum, &c. per iuris remedia, ac censuras exequatur. *concil. Med. ibid.*

Episcopus, visitans lege, & victu præscripto à Tridentino Concilio vtatur; sic etiam circa equitatum, & comitatum. *ibid.*

Episcopus visitans secum habere non potest plures, quã quindecim homines, & duodecim iumenta ad summum. si plures habet, de suo alat. *conc. Med. 1. par. 2. tit. de visitatione.* Si inferior, pauciores. *ibid.*

Si vltra dicta grauant, tenentur ad dupli restitutionem.

Vide, *Visitantis expensę.*

Visitanda sunt etiam inuentaria. *conc. Med. 1. par. 2. tit. Quæ pertinent, &c.* Vide, *Episcopus quo ad visitationem.*

Visitatores alii.

Visitatores Carcerum Romæ. Vide, *Carceres. Paulus V. const. 71. tit. de facultate Visitat. Carcer.*

Visitatores Monachorum, vel, &c. Vide, *N. N. Fratres, Monachi, &c.*

Visitationis B. Mariæ festum.

Festum hoc instituitur *à Bonifacio 9. const. 1. Superni.*

Visitatio, quę fit à Papa.

Visitat Papa Ecclesias Vrbis, loca pia, Montem Pietatis, &c.

Clem.8. const.8. Speculatores. Vrb.8.const.14. Militantem. Alex.7. const. Venerabili, data *die* 22. *Ianuarii* 1656.
Visitatores Papa instituit cum facultate super loca, & personas; forma, & ritus visitandi. *ib.* Quid possunt facere tales visitantes. *ib.* per multas declarationes sequentes. *Vrb.8.& Alex.7.vbi sup.*

Viuere. Viuens. Vita.

Viuentes malè, qualiter tractandi. *Conc. Ancir. c.16.*
Alios inducens ad malè viuendū, quomodo puniendus. *ib.c.17.*
Vita communis, olim, in Ecclesia erat seruanda. *Clemens 1. ep.5. 12. q.1. cap. dilectis.*
Viuentium beneficia impetrari non possunt, tamquam mortuorum. & nulla est concessio. *Vrbanus 8. const.6. c.22.*

Vitium.

Vitia non nutrienda, sed punienda sunt. 23. *q.5. c. Qui vitiis.*
Vitia sub virtutibus sæpè cælantur. *dist.41.c.Sæpè.* vide, *malum.*

Vltima voluntas.

Vltima voluntas defuncti est exequenda. 13. *q.2. c. Vltima.*
Vltima voluntas testatoris per Episcopum, cassari non potest. 16. *q.1. cap. Admonere.*
Vltima voluntas defunctorum per Episcopum curetur implere. *Gregorius 1. l.3. ep.10.*
Vltimæ voluntates Episcopi mandato, & compulsu executioni mandandæ, etiam si hoc à testatore fuerit interdictum. *de testam. &c. c.Tua nobis, & c. Ioannes.*
Vltima voluntas ad pias causas coram duobus testibus declarata valet. *de testamentis, &c. c. Relatum.*
Vltima voluntas commissa alicui tenet. *ibid. c. Cum tibi.*
Vltimarum voluntatum commutationes impetratæ, cognosci possunt ab Episcopo, an vera sint exposita. vide, *Episcopus circa legata.*
Vltimæ fidelium voluntates violandæ non sunt. 13. *q.2. c. Vltima. Conc. Trid. sess.25. de refor. c.9.* Vide, *Dispositio.*
Vltimæ voluntates non possunt à Summo Pœnitentiario commutari. *Pius 4.const.53. In sublimi.* Vide, *Dispositio.* Vide, *Episcopus circa legata, &c.* Vide, *Testamentum.*

Vltramontanus, & vltramarinus.

Vltramontani ordinari non possunt ab Episcopo Italo, nisi de licentia Papæ, vel *Episcopi* proprii, vel eius sub quo habent beneficium. *De temporibus ordinat. in 6. c.1.* Vide, *Itali.* Alias ordinati remanent perpetuo suspensi ab executione ordinum. nec potest cum eis dispensare S. Pœnitentiarius. *ib.* vide, *Transmarinus.*

Vnctio. Vngere.

Vngendi sunt infirmi. 26. *q.7. c. Ab infirmis.*
Vnctio Extrema. vide, *Extrema Vnctio.*
Vnctionis species omnes. *De sacra Vnctione cap. vn.*
Vnctio Spiritus Sancti, est charitas. inuisibilis. *de pœnit. dist. 2. cap.8. Vnctio.*
Vnctio Græcorum Episcoporum, quomodo facienda. *de sacra vnctione c. vn.*
Vnctio Pontificum, quomodo facienda. *ibid.*
Vnctio Regum, quomodo facienda. *ibid.*
Vnctiones omnes Christianorum, quæ, & quare fiant. *de sacra vnctione c. vn. §. Quia verò.*
Vnctio Confirmationis, quæ, & quomodo fit. *ib. §. Pro frontis.*
Vnctio altarium, quæ, & quare fit. *ibid. §. Vngitur præterea.*
Vnctio per Chrisma in consecr. Episcopi, quid significat. *ibid.*
Vngere totum corpus baptizatorum permittitur Græcis. *Innocentius 4. const.14. Sub catholicæ.* vide, *Græci.*

Vnio. Vnire.

vnio duorum Episcopatuū, fieri potest à Papa. 16. *q.1.c.Et temporis qualitas. & c.Postquam.* Vide, *Papa circa Eccl. omnes.*
vnire potest Episcopus vnam Ecclesiam alteri, vel loco Religioso, non vocato eius Rectore, vel defensore si vacabat. *Clement. de conces. præbendæ c. fin.* Sed cum licentia Sedis Apostolicæ facienda nunc est. vide infra.
vnire non potest Episcopus Ecclesias mensæ Episcopali, etiam si accedat consensus Capituli, neque unire eas potest Capitulo. *ibid. c. fin.* & irrita est vnio. *ibid.*

Vniri possunt ab Episcopo duæ Ecclesiæ, seu beneficia, si vnum non sufficit ad sustentandum Presbyterum. vide, *Beneficiorum vnio. Conc. colon.2. p.8. c.5.*
Vniones perpetuæ beneficiorum validæ non sunt, *nisi* fiant cum facultate Sedis Apostolicæ. *Leo* 10. *const.7. Supernæ. Conc. Trid. sess.7. de refor. c.6.*
Vniones perpetuæ beneficiorum ad Monasteria, Collegia, aliaque pia loca, quacumque ex causa fieri non possunt (sine licentia Papæ.) *Conc. Trid. sess.14. de refor. c.9.*
Vniones perpetuæ beneficiorum, siue curatorum, siue non, aliquando ab Episcopo possunt fieri ob paupertatem curatorum, vt à delegato Papæ; & hoc absque præiudicio tunc obtinentium. & vniones istæ non possunt reuocari. *Conc. Trid.sess.21.de refor.c.5.* Possunt etiam fieri ob alias causas, sed præfato modo. *ibid.*
Vniones Ecclesiarum Parochialium, faciendæ non sunt. vide, *Parochia.*
Vniones beneficii ad ius patronatus, nullæ sunt, & irritæ. Episcopus potest eas examinare, dirimere, & ad primum statum reducere. *Conc. Trid. sess.25. de refor. c.9.*
Vniones beneficiorum fieri non possunt à Summo Pœnitentiario Romæ. *Pius 4. const.53. In sublimi.*
Vniones beneficiorum, & Ecclesiarum fieri prohibentur ab Episcopo. *Vrbanus 8. const.6. c.12.*
Vnionem beneficii petens à Papa, exprimere debet ualorem, alias nulla est concessio. *Vrbanus 8. const.6. c.22.*
In faciendis unionibus uocandi *sunt illi, quorum interest. ib.*
Vniones beneficiorum affectorum Sedi *Apostolicæ*, quomodo faciendæ. Vide, *Beneficiorum vnio.*

Vnitas.

Vnitas, quam Christus petit pro fidelibus, cum dicit, *vt sint vnum sicut & nos*, est vnitas Charitatis. *Conc. Later. 4.c.2.*
Vnitatem Ecclesiæ non habens, non habet potestatem ligandi. 24. *q.1. c.Omnibus.* Vide, *Ligare.* Vide, *Potestas.*

Vniuersalis.

Vniuersalis Episcopus, nullus Episcopus Papæ inferior potest appellari. *Pelag.2.contra Io.Patriarcham Constantinopolis const. Manifesto. Greg.I. l.4.ep.32.36. & 38.* Et omnes Episcopi tenentur resistere alicui usurpanti hunc titulum, & præcipuè Patriarchæ Constantinopolitano. *ibid.* Idem *Greg. 1. ep.36. 38. & 39. Lib.6. ep.24. 28. & 30. Lib.7. ex regest. ep.70. Lib.11.ep.47.dist.99. c.Nullus, & c. Ecce. Leo 9.ep.7.*
vniuersalis Episcopi titulus soli Papæ Rom. Pontifici competit. *Pelag.2. ep.8. Conc. calcedonense. Gregor. 7. l.2. post ep.55.*
Vniuersalis appellari noluit S. Gregorius ob humilitatem. *Greg.I. lib.7. ep.30.*
In quo sensu dicit S. Gregorius Papam non appellari vniuersalem. *dist.99. c. Nullus, & c. Ecce.*

Vniuersitas.

Vniuersitas potest Procuratorem instituere. *De procuratoribus c. Quia in causis.*
Vniuersitate delinquente mitius procedendum est. *Honorius 3. ex Cirone, tit. De transactionibus c.1.*
Vniuersitas excommunicata, an, & quomodo possit Procuratorem instituere. Vide, *Procurator.*
Vniuersitates studiorum. Vide, *Schola.* vide, *Studia.*
Vniuersitatum Lectores, omni anno tenentur iurare obedientiam Papæ. *Conc. Trid. sess.25. de refor. c.2.*

Vnus.

Vnus potest impedire, dum agitur de compositione in causa primitatis. *De Maiorit. & obed. c.fin.*

Vocare. Vox.

Vocatus à iudice, non accedens, est suspectus. *Iulius 1. ep.2. in proemio.*
vocatus ad synodum ob iudicii, debet habere congruum spatium comparendi. *Dam. ep.4.5.q.2.c.Vocatio.* Vide, *Concilia.*
Vocem non habent clerici in Cathedralis Capitulo, nisi sint subdiaconi. *Clement. de ætate, & qualit. & c. c. Vt q.*

Vocem

vocem non habet in Capitulo, qui habens beneficium, cui annexus est ordo, intra annum non suscipit illum. *ibid.*

Voluntas.

Voluntas vltima. Vide, *Vltima*. Vide, *Testamentum*.
voluntates duæ confitendæ sunt in Christo, diuina, & humana. *Martin.* 1. *ep.* 3. & 12. *Conc. Later. sub eod. consultat.* 1. 2. 3. & 5. *conc. constantinop.* 3. *act.* 4. Ex epistola Agathonis Papæ, & *act.* 17. ex decreto Concilij. vide, *Christus*.
voluntas peccandi carnaliter destruit castitatem. vide, *castitas*.
voluntas in maleficio pro facto reputatur. *de pœnit. dist.* 1. *c.* 25. *Omnis*, & 26. *Numquid*.
voluntas apud Deum pro facto reputatur. *ibid.*
voluntate tantum peccantes, digni sunt pœna. *de pœnitentia dist.* 1. *c.* 28. 29. 30. & 31.
voluntas fornicandi, est fornicatio. *Causa* 32. *q.* 5. *c. Sicut enim*, & *c. Qui viderit*.
voluntas non operatur necessario, nec bonum, nec malum. *de pœnit. dist.* 2. *c.* 40. *Si enim.* vide, *Homo.* vide, *Liberum arbitrium*.

Voluptas.

voluptas immoderata in nuptijs, luxuria, & immunditia est. 32. *q.* 4. *cap. In eo fornicator*. vide, *Amare vxorem*.
voluptates meretriciæ cum vxoribus damnantur. *Causa* 32. *q.* 4. *c. Liberorum.*

Vouere. Vouens. Vota.

vouens, à Deo habet, vt voueat. *Conc. Arausic.* 2. *c.* 11.
vouens, & non implens, grauius peccat, quam non vouens. *Vrbanus* 1. *ep. vnica*.
vouens tenetur reddere. 17. *q.* 1. *c. Sunt quædam*. *c. Vouentibus*, & *c. Ananias*.
vota viri, & vxoris circa Religionem. vide, *Vxor circa vota*.
vouens Religionem æger, non tenetur ad eam, si sanus factus non ratificat. 17. *q.* 2. *c. Gonsaldus*. *De his, quæ vi, & metu, & c. c. Perlatum*.
vouentes continentiam, non possunt nubere. 27. *q.* 1. *c. Nubendi*. vide, *Matrimonia*.
Sed si nubant, non separentur. *dist.* 27 *c. Quidam*. & *c. Si vir.*
vouere possunt continentiam coniuges mutuo consensu. 32. *q.* 8. *cap. vn.*
Alias non tenet tale votum. 33. *q.* 5. *c. Vna sola*. & *c. Manifestū.*
vouens nō detrahit promissioni factæ in baptismo, nec votis ibi factis; sed hæc firma manent. *conc. Tr. sess.* 7. *de Baptis. can.* 9.
vouens, nisi desinat peccare, non recipiatur in Ecclesia. 27. *q.* 1. *c. Deuotam*.
vouere non possunt Regulares, sine superioris licentia. 20. *q.* 4. *c. Monacho*.
vouens in Religione bene facit, & tenetur stare votis. *Conc. Senon. cap.* 9.
vouens religionem in infirmitate, si beneficium resignat, & postea factus sanus non vult esse religiosus, repetere potest beneficium. 17. *q.* 2. *c. Gonsaldus*.
votum habens continentiæ, non potest vxorem ducere, etiam si hæc promittat venire ad fidem. 32. *q.* 8. *c. Vnico*.
votum non est sola promissio faciendi aliquid, sed dicit obligationem. *de voto*, & *c. c. Literaturam*.
votum defuncti, quando solui debet ab hærede. vide, *Heres*. & Ecclesia compellere potest ad hoc. vide, *ibid.*
vouens religionem, si voto non completo eligitur Episcopus, debet renunciare, & votum implere; & postea potest eligi. *de voto*, & *voti redemptione c. Per tuas*.
vouens certam religionem simplici voto, scilicet de suscipienda, si intrat in aliam laxiorem potest manere in ea, si vouet solemniter in ista. *De regularibus in* 6. *c. Qui post*.
vouens religionem ingredi, si ducit vxorem non est cogendus eam relinquere: secus si in ea fecit professionem. *Conc. Later.* 3. *in append. tit. de Monachis c.* 3.
vota non debent cum actibus inhonestis impleri. *Conc. Aurelian.* 2. *c.* 12.
vota de delictis non sunt adimplenda. 22. *q.* 4. *c.* 1. & *c. est etiam*.
votum continentiæ, quomodo impedit matrimonium. vide, supra, *Vouens*.
Votum cōtinentię uiolans, est peior adultero. 27. *q.* 1. *c. meliore*.
vota, olim, facta de solutione aliqua, quæ processu temporis sit ignota, exigenda iuxta quantitatem, quæ Ecclesiasticis uidebitur. *de censibus c. Ex parte compostellani*.
votum vltramarinum exequi compellitur hæres. *De voto*, & *c. c. Licet*.
Tale votum exequi non potens ad tempus dilationem habet. *ibid. c. Quod super his*.
votum ultramarinum non potens perpetuo exequi, tenetur redimere, & quomodo. *ibid.*
Et aliquando non debet redimi, nec mutari. *ibid. c. Ex multa*. §. *Secundò*.
votum vltramarinum redimunt clerici, & quare. *De voto*, & *c. c. Ex multa*. §. *vlt.*
votum ultramarinum potest Prælatus professus emittere, & redditum à monasterio accipere. *de voto*, & *c. c. fin.*
votum peregrinationis facere non potest clericus sine licentia Episcopi. *de voto c. Magnæ*. Vide, *Peregrinatio*.
votum simplex castitatis impedit matrimonium contrahendū, sed non dirimit, si contrahatur. *dist.* 27. *c. Quidam*, & *c. Si vir. conc. Later.* 3. *in append. tit. de sponsalibus* 2. *cap.* 3. *Qui clerici*, & *c. c. Rursus*. *c. Veniens. De voto*, & *c. in* 6. *c. vn.*
votum solemne castitatis impedit matrimonium contrahendum, & dirimit, si contrahatur. *Qui clerici*, & *c. c. Meminimus*. *c. Rursus*. & *Consuluit*. *c. Insinuante*.
Aliquando Ecclesia permittit contrahi, & dispensat in tali nato. *ibid. c. Veniens*.
votum solemne, uel Religionis, uel sacri ordinis, & impedit contrahendum, & dirimit post contractum matrimonium *de voto in* 6. *c. vn.*
votum cōtinentiæ per susceptionem ordinis sacri, impedit matrimonium sequens non præcedens, etiam si non adfuerit copula. & talis contrahens tenetur ad iura matrimonij, vel religionem inire de consensu vxoris; & fit inhabilis ad ordines. sed in religione potest eos accipere, & exequi. *Extrau. Ioann.* 22. *de voto*, & *c. c. Antiquæ*.
votum solemne religionis per professionem, dirimit matrimonium sequens non præcedens, etiam si non adfuerit copula. & talis contrahens tenetur ad iura matrimonij, vel religionem inire de consensu vxoris; & fit inhabilis ad ordines. sed in religione potest eos accipere, & exequi. *Extrau. Ioann.* 22. *de voto*, & *c. c. Antiquæ*.
votum solemne religionis per professionem, dirimit matrimonium ratum non consumatum. *Conc. Trid. sess.* 24. *can.* 4.
votum regularis de non acceptanda dignitate, uel non procuranda, obligat, etiam si mutetur religio, uel expellatur ab ea. *Vrbanus* 8. *in append. const.* 30. *Cum sicut*. & *const.* 55. *in append.* 2. *Honorum*.
Nullus potest dispensare in eo, neque nuncius, neque Legatus à Latere. neq; per ullam indulgentiam. *ib. const.* 55. *Honorum*.
Vide. *Regularis. Religionem professus*. vide, *Regul. transiens*.

Votorum solemnitas, & quæ sint solemnia.

voti solemnitas est ex institutione Ecclesiæ. *de voto in* 6. *c. vn.*
votum solemne castitatis dicitur illud, quod fit, uel per susceptionem sacri ordinis, uel per professionem expressam, aut tacitam in aliqua Religione approbata à Sede Apostolica. *ib. Extrau. Ioann.* 22. *de voto*.
vota Territorium S. Francisci uiuentium in domibus suis, non sunt uota Religionis. vide, *Tertiarij*.

Votorum dispensatio, & commutatio.

vota possunt à Papa commutari, redimi, & dispensari ex iusta causa. *de voto*, & *voti redemptione c.* 1. & *c. Venientis*. Etiam uota peregrinationis. *Honor.* 3. *ex cironc, de voto*, & *c. c.* 1.
vouens castitatem, uoto simplici, à Papa dispensatur, ut faciat matrimonium. *conc. Later.* 3. *in append. ti. de coniugatis c.* 10.
vouens iter Terræ Sanctæ in tenera ætate, per Papam dispensatur, sed ei imponitur, ut alat unum pauperem, si potest. *Conc. Later.* 3. *p.* 50. *c.* 15.
vota nullus potest commutare, nisi Papa, vel alius de eius licentia, alias nulla est commutatio, & commutans incurrit excommunicationem Papæ reseruatam. *Extra, de pœnitentiis*, & *c. c. Et si Dominici il* 2.
votum omne commutabile est in votum Religionis. *de voto*, & *voti redempt. c. Scripturæ*.
vota vltramarina, id est, Terræ Sanctæ, &c. in orationes, uigilias, & ieiunia commutantur à Papa. *ib. c. Magnæ deuotionis*.
votorū talium executio potest à Papa differri. *ib. c. Non est voti.*

Vota Vltramarina à ſolo Papa poſſunt commutari, & diſpenſari, ac redimi. *De voto, &c. c.Ex multa.*
Vota caſtitatis, & paupertatis, quando non poſſunt Religioſo à Papa diſpenſari. *de ſtatu Monach. c.cum ad monaſterium, in fi.*
Votum habens continentiæ, non poteſt ducere vxorem, etiam ſi hæc promittat ſe venturam ad fidem Chriſtianam. 32. q. 8. *cap. vnico.*

Vota, ſeu ſuffragia.

Vota conditionalia in electionibus, item incerta, & alternatiua ſunt nulla, tanquam non adeſſent. *Conc. Lugdun. Gener. 1. de elect. in 6. c.In electionibus.*
Votis diuiſis, quis ſit præferendus. *Diſt. 63. c.Si forte.* Vide, *Electio.*
Vota procurantes Regulares. Vide, *Regul. Reformatio.*
Vota titularia non valent. Vide, *Electio.* Vide, *Regul. electiones.*

Vſufructuarius. Vſusfructus.

Vſufructuarius fruitur re, ſalua ſubſtantia; & vſu finito reſtituit. *De pignoribus c.fin. Extrau. Ioann. 22. de verborum ſignificat. c. Ad conditorem. circa medium.*
Vſufructuarius tenetur pecuniam principalis reſtituere proprietario. *ibid.*
Vſufructuarius in vita non poteſt alicui concedere vſumfructum, neque in dotem dare. *de donation. inter, &c. c.Nuper.*
Vſusfructus nequit reperiri in re non conſumptibili. *Extrau. Ioann. 22. de verbor. ſignif. c. Ad conditorem.*
Vſusfructus eſt poteſtas vtendi re aliqua, ſalua eius ſubſtantia. *ibid.* Vide, *Vſus.*

Vſura.

Vſura, quid ſit. *Poſt Conc. Agathenſe c. 2. 14. q. 3. c.Vſura*, & aliis, vt infra.
Vſuram committit, qui accipit pluſquam debet. 14. q. 3. *cap. Si fœneraueris, c.Putant. & c.Plerique.*
Vſuram committit, qui mutuat animo habendi aliquid vltra ſortem. & tenetur reſtituere. *de vſuris c.Conſuluit.*
Vſura non poteſt committi, nec etiam pro redimenda vita captiui. *de vſur. c.Super eo. conc.Later. 3. tit. de vſuris c. 1.*
Vſuræ, nec dari, nec recipi poſſunt. *ibid. c. Super eo.*
Vſuræ laicis, & clericis penitus ſunt interdictæ. *conc. Aquiſgr. ſub Ludou. Pio c. 62. 14. q. 4. c. Nullus, c.Nec hoc quoque.*
Vſuræ omnis generis fugiendæ. *conc. Pariſ. 6. lib. 1. c. 53.*
Vſura omnis prohibita eſt. *de vſuris c. 1. c.Quoniam. c.Quia, c. Super eo, &c. ibid.*
Vſuras exigere, clericis omnino eſt prohibitum. *diſt. 46. cap. Non licet. c. Sicut. diſt. 47. c.Epiſcopus.* (deponendus eſt. *ibid. & c. Quoniam.*) 14. q. 4. *c.Nullus. conc. carthag. 3. c. 16. conc. Vormatien. 1. c. 69.*
Vſura eſt grauiſſimum peccatum. *conc. Lat. 3. tit. de vſur. c. 7.*
Vſuræ bonum non iuſtificat iniuſtè acquiſita. 14. q. 5. *c.Neque.*
Vſuras ſoluere iurans, tenetur implere, ſed debet repetere. *de iure iurando c. Debitores. conc. Later. 3. tit. de vſur. c. 4. & 6.*
Vſuras reſtituere cogendi ſunt Iudæi. *de vſuris c. Poſt mirabilem, & c. Quanto amplius.*
Vſuræ prohibendæ ſunt omnibus Chriſtianis, ſub pœna excommunicationis. *de vſuris in 6. c. 1.*
Vſurarum reſtitutio facienda eſt Dominis propriis earum, vel hæredibus, vel ſi iſti non adſint, pauperibus. dummodo habeant in bonis, alias, non habens, non tenetur. *conc. Later. 3. tit. de vſuris c. 5.*
Poſſeſſiones emptæ de vſuris vendantur, & reſtituantur pretia, vt ſupra. *ibid.*
Vſurarum reſtitutio, niſi adſint certi Domini, facienda eſt Epiſcopo, Vicario, vel Rectori Eccleſiæ, in cuius Parochia vſurarius habitat. *ibid. c.fin.*
Vſurarum inſtrumenta facientes, ſunt excommunicati. *Clem. de vſuris c.vn.*
Vſuram negans eſſe peccatum, eſt hereticus. *ib. §.fin.* & contra hunc procedit Inquiſitor. *ibid. conc. Vienn. Gener.*
Vſuras permittentes exigi in ſuis terris, Poteſtates, Conſules, Rectores, vel alii officiales, incurrunt excommunicationem. *Clement. de vſuris cap. vn. concil. Vienn. Gener.*
vſurarum cauſæ non iudicantur ab Inquiſitoribus. *de hæret. in 6. c. Accuſatus. §. de quæſtionibus.*
Secus verò ſi dicatur non eſſe peccatum. *Clement. vbi ſupra.*
vſuram non facit, qui mutuans exigit ſortem principalem, & expenſas. *conc. Later. 3. tit. de vſuris c. 9.*
Aliquando in emptione, & venditione mercium promittens dare pluſquam tunc valent res, in tempore ſtatuto, peccatum committitur, ſine vſura. *conc. Later. 3. tit. de vſuris c. 2.*
vſura, quando exigi poteſt ab iis, quibus nocere poteſt iure belli. 14. q. 4. *c. Ab illo.*
vſuram non committit Mons Pietatis accipiens aliquid pro mutuo. Docentes contrarium, ipſo facto ſunt excommunicati. *Leo X. conſt. 11. Inter multiplices.* Vide, *Mons Pietatis.*
vſuras exigendi licentiam, quomodo obtinent Hebræi in ſtatu Eccleſiæ per Camerarium Papæ, quare, & quando. *Clem. 8. conſt. 65. In conferendis §. 14.*
Vide, *Vſurarius.* Vide, *Vendere.* Vide, *Contractus.*

Vſurarius.

vſurarius clericus, deponendus eſt. vide ſupra, *Vſura.* vide, *Clerici. conc. quod dicitur Apoſtol. c. 44. conc. Elibert. c. 20. conc. Lucen. 2. c. 62. conc. Regiaticin. c. 21.* & excommunicandi ſunt. 14. q. 4. *c. Miniſtri, c. Canonum. c. Si quis. c. Quoniam multi. de vſuris c. Præterea.* eodem titulo *in 6. c. 1. de vita, & honeſt. cleric. c. Clerici.*
vſurarii, excommunicandi ſunt. *conc. Roman. 4. ſub Damaſo c. 2. de vſuris c. Præterea. de vſuris in 6. c. 1.*
vſurarii non poſſunt fieri clerici. *conc. Tolet. 17. c. 22.* Vide, *clerici. diſt. 47. c. de Petro.*
vſurarius clericus non eſt capax beneficiorum. Epiſcopus conferens, poteſtate conferendi priuatur. *De exceſſibus Prælat. c. Inter dilectos.*
vſurarii tenentur propriis Dominis reſtituere: ſi mortui ſint iſti, hæredibus. vide ſupra, *Vſura. conc. Regiatic. c. 21.*
vſurarius rapinam facit. 14. q. 4. *c. Si quis.*
vſurarii careant Eccleſiaſtica ſepultura, & communione, ſi ſint publici. *de vſuris c. Quia in omnibus. concil. Later. 3. c. 25.* Nec miſſa pro eis dicenda. Presbyter dicens, ſuſpenditur ab officio arbitrio Epiſcopi. *ibid. de vſuris in 6. c. fin.*
vſurariis non ſufficit per teſtamentum relinquere, vt reſtituantur vſuræ, ad hoc, vt communionem habeant, & ſepulturam Eccleſiaſticam: ſed debet reſtitutio in re prius eſſe facta. *de vſuris in 6. c. fin.*
vſurariorum teſtamenta fieri non poſſunt à Notario, niſi præſente Parocho, alias Notarius excommunicetur. *conc. Rauen. 1. ſub Honorio 4. c. 6.*
vſurariorum teſtamenta nulla ſunt, niſi reſtituant, & in effectu ſic diſponant. *de vſuris in 6. c. fin.* Eorum teſtamentis nullus interſit, niſi de reſtitutione diſponant. *ibid.*
vſurarii cogantur ad reſtitutionem per pœnas Eccleſiaſticas. *de vſuris c. cum tu.*
Hæredes vſurarii tenentur ad reſtitutionem. *de vſuris c. Tua nos.* & poſſunt ad hoc compelli. *ibid.*
vſurarii contractus ſunt nulli. *de emptione, &c. c. Ad noſtram.* Vide, *Contractus.*
vſurarius cogendus eſt reſtituere, etiam ſi accipiens iurauit ſe non repetiturum. *de vſuris c. Tua.*
vſurarius appellans ad fugiendam reſtitutionem, non eſt audiendus. *de vſuris, c. Quam perniciosum.*
vſurarius non auditur in cauſis, niſi reſtituat vſuras extortas. *de vſuris c. Quia fruſtra. & c. Michael.*
vſurarius per famam conuinci poteſt, & tractari vt vſurarius. *ibid. c. cum in Diœceſi.*
vſurarii publici intra tres menſes ſunt pellendi, ſub pœna excommunicationis. *de vſuris in 6. cap. 1.* Collegia vero, & Communitates ſub pœna interdicti. *ibid.*
vſurariis, in locis, & terris, domus non permittantur. *ibid.*
vſurarium publicum ſepeliens, ab officio ſuſpenditur. *de vſuris c. Quia*, & ſub cod. tit. *in 6 c. fi. conc. Rau. 4. ſub Io. 22. c. 4. 15.*
vſurarium publicum ſepelientes clerici, religioſi, &c. antequam ſatisfaciat pro vſuris in effectu, pœna vſurarii puniendi. *de vſuris in 6. c. fin.* Etiam ſi in teſtamento diſpoſuerit, vt ſatisfiat. *ibid.*

Vsurariorum libri per Prælatos sunt visitandi. *Conc. Viennen. Gener. Clement. de vsuris c.vn.*

Vsurarij in suis causis tenentur suos libros prodere, sub pœna excommunicationis. *Clem. de vsuris c.vn. §. Caterum.*

Si vsurarij euadant pauperes, & non possint restituere, possessiones ab eis emptæ sunt vendendæ, vt fiat restitutio. *De vsuris cap. cum tu.*

Vsurarii coram Episcopo, vel Vicario cogendi sunt restituere, vel cautionem dare de restituendo. *conc. Rau. 4. sub Io. 22. c. 4*

Vsurarius est, qui mutuans nauiganti, vel alteri eunti ad nundinas, recipit vltra sortem, etiam si recepit in se periculum. *De vsuris cap. fin.*

Vsurarius non est, qui pannos, granum, vinum, oleum, &c. merces vendit, vt amplius quam tunc valeant in certo tempore recipiat pro eisdem; si tamen tempore quo vendit, non fuerat venditurus. *ibid.*

Vsurarius non est, qui dat pecuniam, vt alio tempore sibi granum, vinum, &c. reddatur in pecuniæ mensura; quæ licet tunc plus valeant, dubitatur, tamen an tempore solutionis plus, minusvè sint valitura. *De vsuris cap. fin.*

Vsurariorum delictis magistratus non solum Ecclesiastici, sed etiam sæculares tenentur obuiare. *conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de vsuris, in fine.*

Vsurarii Hebræi, quomodo tolerandi, & cum qua licentia in statu Ecclesiæ. *Clem. 8. const. 65. in conferendis. §. 14.*

Vsurarii contractus. vide, *Contractus.*

Vsurpare. Vsurpans.

Vsurpare nullus debet, quod sibi non conuenit. *Iulius I. ep. 1. 25. q. 2. cap. Amputato.*

Vsurpans bona relicta locis sacris, est sacrilegus. *17. q. 3. cap. Sacrilegium.* vide, *Ecclesiarum bona, &c.*

Vsurpans aliquid quod non debet, amittere debet, quod habet. *25. q. 2. cap. Sic decet. & cap. Denunciamus.*

Vsurpantes de Ecclesiæ rebus plusquam debent, quomodo sunt puniendi. *De pœnis cap. in quibusdam.*

Vsurpantes fructus, redditus, &c. pertinentes ad Sedem Apostolicam, vel alias personas Ecclesiasticas, excommunicantur in Bulla Cenæ. *Greg. 13. const. 81. consueuerunt.* vide, *excommun. Bulla Cenæ.*

Vsus.

Vsus bonus rerũ non iustificat iniustè acquisita. *14. q. 5. c. neque.*

Vsus non est seruitus personalis. *Extrau. Io. 22. de verb. signif. c. ad conditorem.* Nec ius vtendi est seruitus personalis. *ib.*

Vsus materia dici nequit res, quæ consumitur vsu. *ibid.*

Vsus distinctus à dominio, & proprietate haberi nequit in re, quæ consumitur vsu. *ibid.*

vsus facti, & ius vtendi, à dominio distincta, in ijs tantum reperiuntur, quæ vsu non consumuntur. *Extrau. Io. 22. vbi sup.*

Vsus facti simplex dari non potest in ijs, quæ per factum consumuntur, nec etiam in fratribus Minoribus (sine priuilegiis.) *Extrau. Ioann. 22. de verbor. signif. c. Quorumdam.*

Vsus simplex facti in aliquibus non conceditur, in fratribus Minoribus non priuilegiatis. *Extrau. Ioann. 22. de verbor. signif. Ad conditorem.*

Vsus facti non potest perpetuò separari à dominio in Politica humana, quia sic inutile esset dominium. Sed quo ad Deum valida est separatio hæc, vt in fratribus Minoribus (non priuilegiatis.) *ibid.*

Vsus facti tantum est licitus fratribus Minoribus iam dictis. *Clement. de verbor. signific. c. Exiui.*

Vsus pauper rerum est licitus fratribus Minoribus. *ibid.*

Vsus pauper rerum, vtrum contineatur in Euangelio, vel non, est temerarium dicere. *Clement. ibid.*

Vsus, quando distinguitur à dominio. vide, *Fratres Minores, circa fin.*

Vtensilia.

Vtensilia Cardinalis mortui, quæ pertinent ad Sacristiam, cui sunt debita. Vide, *Cardinalium morientium, &c.*

Vtensilia Ecclesiæ. vide, *Ecclesia.* vide, *Paramenta.* Vide, *vasa.* vide, *vela.* vide, *vestes.*

Vtile.

Vtile non vitiatur per inutile. *De regul. iur. in 6. reg. 37.*

Vtile commune præferendum est particulari. *de postulat. c. Bonæ Memoriæ.*

Vulgaris.

Vulgares Psalmi. vide, *Psalmi.*

Vulgari lingua non est dicenda Missa. vide, *Missa in quo idiomate dicenda.*

Vulnus. Vulnerans.

Vulnera quæ non sentiunt formenta, ferro sunt abscindenda. *conc. Rom. sub Symmacho.*

Vulnera antiqua diligentẽ quærunt medicinam. *Hormisd. ep. 8.*

Vulnerans pugno, vel aliter, tenetur soluere expensas medici. *De ieiunijs, &c. cap. 1.*

vulnerans, ad quid tenetur. vide, *Damnificans.*

Vxoris obligationes, & prohibitiones.

Vxor sit viro obediens. *Lib. 1. const. Apostol. c. 8.*

vxor subdita debet esse viro. *33. q. 5. cap. Est ordo.*

vxor non debet contra virũ suum pugnare. *l. 1. const. Apost. c. vl.*

vxor tenetur sequi arbitrium viri in omnibus. *33. q. 5. cap. Noluit. cap. Mulierem. & cap. Adam.*

vxor habere debet virum pro capite, ne iterum decipiatur, sicut prima decepta est. *33. q. 5. cap. Adam.*

vxor, quæ noluit sequi virum captiuum, maneat innupta, donec vir viuit. *34. q. 1. cap. Si quis.*

vxor in sepulchro viri sepelienda est. *13. q. 2. c. Vnaquæque.* Sed potest etiam eligere sepulturam.

Vide, *Sepultura.* vide, *vxoris priuilegia.*

vxores non possunt petere à maritis fideiussionem de non offendendo. *Paulus 3. const. 13. cum sicut.*

vxores non possunt litigare cum maritis, nisi prius in monasterio, vel in alio honesto loco se claudant. *Paulus 3. ibid. & Sixtus V. constit. 46. ad compescendam.* Nec potest inde exire, absque sententia iudicis. *ibid.*

vxor affectans separationem tori, si sententia secuta, viuit impudicè, vltimo supplicio puniatur. *Sixtus 5. constit. 46. ad compescendam.* vide, *Adultera.* vide, *Coniuges.*

Vxor circa vota, & Religionem.

vide, *Coniux.* vide, *vota.*

vxor ingredi non potest Monasterium sine licentia viri. alias redire debet ad illum. *27. q. 2. cap. Multorum.* Intelligitur post matrimonium consumatum. *ibid.*

vxoris vota, quando possunt rescindi à viro. vide, *vir circa vxorem.*

vxor, vel vir consumato matrimonio, sine consensu alterius non possunt vouere Religionem. *De raptorib. c. cum causa.*

vxor non potest intrare in monasterium, manente viro in sæculo. *27. q. 2. c. Quia Agatho. conc. Lat. 3. tit. de coniug. c. 4.*

vxore, vel viro Religionem post copulam vouente, absque alterius consensu, non tenet votum: non potest petere vlterius debitum, sed tenetur reddere. nec vlterius potest matrimonium facere. *conc. Later. 3. tit. de coniugatis c. 2.*

vxoris votum continentiæ, factum cum viri consensu, non potest rescindi à viro. *33. q. 5. cap. Quod Deo.*

vxor, quæ cum consensu viri vouit continentiam ad tempus, tenetur cum viro cohabitare, & reddere debitum. *De conuers. coniugator. cap. charissimus.*

vxor dans marito licentiam ingrediendi Religionem, tenetur etiam ipsa intrare, si sit suspecta; vel continentiam voueat. *De conuers. coniugat. c. Significauit. concil. Later. 3. tit. de coniugatis can. 3. & 4. dist. 50. cap. Si quis Diaconus.*

vxor potest sine viri consensu facere votum continentiæ, & hoc seruare non petendo debitum. *27. q. 2. c. Scripsit.*

vxor separata à viro propter infidelitatem huius, ipso redeunte, & etiam nolente, potest Religionem profiteri. *de conuers. coniugat. cap. Gaudeamus.*

vxor putans virum mortuum, & Religionem professa, eo redeunte

deunte tenetur exire: mortuo vero ipso, tenetur reuerti in Religionem. *de conuerſ. coniugat. c. Placet nobis.*

Vxorum pluralitas.

Vxores plures in lege veteri habuerunt Patriarchæ, ob prolis multitudinem. 32. *q.* 4. *c. obijciuntur.* Sed modo eſt illicitū. *ib.*
Vxores plures ſimul habere, fuit aliquando permiſſum, etiam viris iuſtis, ex diuina reuelatione. *De diuortijs c. Gaudemus.*
Vxores duas, vel plures ſimul habere, Chriſtiano non licet. *l. 1. conſt. Apoſt. c. 2. diſt. 34. c. Chriſtiano, & c. Audite. 28. q. 2. c. Si quis. Nicol. I. ad conſulta Bulgar. c. 51.* (Peccatum hoc eſt graue, ſicut homicidium. *ibid.*) *Conc. Nican. 1. ex Arabico c. 66. Nicolaus I. in decr. tit. de Regibus c. 7. 24. q. 3. c. An non. Conc. Trident. ſeſſ. 24. can. 2.*
Vxores plures ſimul habere, eſt contra legē Dei. *conc. Trid. ib.*
Vxores plures habens ante baptiſmum, ſi venit ad fidem, adhęreat primæ. *De diuortijs cap. Gaudemus.*
Vxores duas ſimul habens, excommunicandus eſt. *Cauſa 24. q. 3. cap. An non diſtricta.*
Vxorem ſecundam ducens viuente prima, tenetur redire ad primam; & ſecundum matrimonium eſt nullum. *Poſt ep. 4. Cœleſtini I. c. 4. Nicol. I. ad conſulta Bulgar. c. 51.*
Vxores duas habens, vnam ante Baptiſmum, aliam poſt, eſt bigamus. *diſt. 26. c. deinde, & c. vna.* Vide, *Chriſtianorum obligationes.* Vide, *Matrimonia plura.* Vide, *Poligamia.*

Vxoris dimiſſio, & ſeparatio.

Vxor numquam poteſt dimitti, vt accipiatur alia, nec etiam à Regibus. *Nicol. I. in decr. c. 2. 3. 4. & 5. 2. q. 1. c. Quæ Lotharius. 11. q. 3. cap. Præcipuè, & cap. Ita corporis.*
Vxor dimitti non poteſt, niſi ex ſola cauſa fornicationis probatæ. *Concil. Venеticum c. 2. Concil. Tolet. 12. c. 8. 32. q. 5. cap. Præcipit. cap. Præceptum, & cap. Quidquid. 33. q. 2. cap. An quod. Nicol. I. in decr. tit. de matrim. c. 6.*
Non poteſt vxor dimitti ob ſterilitatem, vel vitia aliqua (excepta fornicatione.) *Nicol. I. ep. 51. 32. q. 7. c. Tantum, & cap. Vſque.* Neque ob infirmitatem. *32. q. 5. cap. Si vxorem. q. 7. cap. Hi qui in matrimonium.*
Vxorem ejiciens, aliam ob cauſam, excepta fornicatione, excommunicatur. *Conc. quod dicitur Apoſt. c. 48. Conc. Venetic. c. 2. Conc. Tolet. 12. c. 8.* & tenetur eam denuo accipere. alias fit infamis, & ignobilis. *ibid. Zachar. ep. 7. c. 7. Greg. I. lib. 6. ep. 1. Nicol. I. ep. 48. 49. 50. 51. & 59.* Idem *Nicol. I. ad conſulta Bulgar. c. 69. & in decretis tit. de Matrim. c. 6.*
Vxorem dimittens ex fornicatione probata, non poteſt aliam accipere. & è contra. *Conc. Mileuit. c. 17. Concil. African. c. 69. Conc. Foroiulien. c. 12. Conc. Tribur. c. 46.*
Et ſi ducit, excommunicetur. *Innoc. I. ep. 3. c. 6. Stephan. 4. ep. ad Carolum, &c.* Neque Principes, aut Reges poſſunt hoc facere. *ibid. Nicol. I. ep. 22. 23. & 59. 27. q. 2. c. Matrim. 32. q. 7. c. Hi verò. de diuort. c. gaudemus. Conc. Trid. ſeſſ. 24. can. 9.*
Idem de viro dimiſſo ab vxore ob adulterium dicendum. *concil. Nannetenſe 1. c. 12.*
vxore ex fornicatione dimiſſa, non ſoluitur coniugium. *32. q. 7. c. Interueniente. c. Licet è. c. Apoſtolus. c. Fieri poteſt. c. Fidelis. c. Placuit. c. Dominus, & c. Omnes. Conc. Mileuit. & Afric. vbi ſup. conc. Trid. ſeſſ. 24. can. 9.* vide, *Matrim. rata quādo.*
Vxorem ſecundam accipere viuente prima, etiam dimiſſa, eſt quid paganum. *Stephanus 4. epiſt. ad Carolum, &c.*
Vxorem dimittens ex cauſa ficta, excommunicandus eſt. *Nicol. I. in decr. tit. de Regib. c. 4. cauſa 11. q. 3. c. Præcipuè.*
Vxor non poteſt dimitti ob crimen fornicationis commiſſum ante matrimonium. *Nicolaus 1. ep. 59.*
Vxor idolatra, dimittenda eſt. *28. q. 1. c. Non ſolum.*
Vxor, quæ habetur ante baptiſmum, non dimittatur. *Innocent. 1. epiſt. 23. cap. 6.*
Vxor Epiſcopi (cui licitum eſt eam habere) quomodo dimittenda. *Concil. quod dicitur Apoſt. c. 6.*
Vxor, vel vir baptizatus poteſt ſequi, vel relinquere coniugem non baptizatum, ex ſuo arbitrio. *Poſt ep. 2. Eutychiani.* Vide, *Matrim. quo ad torum.* Vide, *Matrim. rata.* Vide, *Diuortium.* Vide, *Torus.* Vide, *Coniuges.*

Vxor ducta poſt votum continentiæ, non debet dimitti. *17. q. 2. cap. Nos nouimus.*
Vxori dimiſſæ ex iudicio Eccleſiæ, reſtituenda eſt dos. *Conc. Later. 3. tit. Qui filij c. 2.* Vide, *Dos.*
Vxor propria dimitti non poteſt, & accipi alia, vt fiat Chriſtiana. *32. q. 7. c. Tantum. & cap. Vſque.*
Vxor ſeparata à viro, eo quod ab eo trahitur ad malum, non poteſt alteri nubere. *Conc. Later. 3. p. 50. c. 22.*
Vxor dimitti non poteſt ob conſanguinitatem, niſi hæc prius probetur in Eccleſia. *35. q. 6. c. Multorum.*
Vide, *Matrimonia rata quando ſolui.*
Vxor ducta poſt profeſſionem continentiæ, dimittenda eſt. *27. q. 1. cap. Vt lex.*
Vxor fidelis, poteſt dimittere virum infidelem. *28. q. 1. cap. iam nunc.*
Vxorem dimittens, ſi tenet concubinam, vel impudicè viuit, vltimo ſupplicio puniatur. *Sixt. V. conſt. 46. ad compeſcendā.*
Vide, *Concubinarius.* vide, *Diuortium.* vide, *Matrimonia quo ad torum.* vide, *Matrimonia rata, quando ſolui, &c.*

Vxor dimiſſa.

Vxor dimiſſa ſine cauſa, ad omnia reſtitui debet. *33. q. 2. cap. Hiſtoria.*
Vxor talis reſtituta ad omnia, poteſt petere ſecuritatem. *Nicolaus 1. epiſt. 27.*
Vxor dimiſſa, innupta remanere debet, donec facta pœnitentia reconcilietur, ſi vir reconciliari vult, alias ſemper. *Concil. Mileuit. c. 17. & Africanum c. 69.*
Vxori dimiſſæ ex iudicio Eccleſiæ reſtituenda eſt dos. *Conc. Later. 3. tit. Qui filij c. 2. & p. 50. c. 46.* vide, *Dos.*
Vxor dimiſſa à gentili, ante baptiſmum, poteſt ab eo baptizato iterum aſſumi. *Poſt ep. 2. Eutych. 28. q. 1. c. Si quis gentilis.*
Vxor dimiſſa ob adulterium, poſt ſeptem annos pœnitentiæ poteſt à viro recipi. *Concil. Nannetenſe 1. c. 12.*
Vxore dimiſſa, non ſoluitur coniugij vinculum. *Vide ſupra. Vxoris dimiſſio.*
Vxor dimiſſa à nullo poteſt accipi (viro viuente.) *ibid.* & *de diuortijs cap. Gaudemus.*
Vxore dimiſſa, poteſt vir reconciliari cum ea, facta pœnitentia ab vxore. *Zachar. ep. 7. c. 12. conc. Mileu. c. 17. & Afric. c. 69.*
Si verò noluerit vir reconciliari, tenetur dimiſſa ingredi monaſterium. *De conuerſ. coniugat. cap. Gaudeamus.*
Vxor dimiſſa iniuſtè à viro, ſine iudicio Eccleſiæ, ſi adulterat, & poſtea petit reddi viro, hic non tenetur accipere, niſi etiam ipſe adulterauit. *Conc. Later. 3. tit. de coniugatis c. 14.*
Vide, *Baptizatorum obligationes, in fine.* vide, *Coniuges.* vide, *Diuortium.* vide, *Matrimonia quo ad torum.* vide, *Torus.*

Vxor adultera, vel accuſata de adulterio.

Vxor adultera, non poteſt à viro occidi. *Nicol. I. in decr. tit. de Matrimon. c. 8. 33. q. 2. c. Inter hæc.* vide, *Occidens.*
Vxor accuſata de adulterio non poteſt ante ſententiam Eccleſiæ dimitti. *Nicolaus 1. epiſt. 59.*
Vxor adultera quæſita à viro, vt eam occidat, ſi confugiat ad Epiſcopum, defendatur, nè occidatur, & mittatur ad locum ſecurum. *Conc. Tribur. 1. c. 46.*
Vxor adultera clerici, dimittenda eſt; alias ipſe priuetur officio. *Conc. Lucenſe 2. c. 28.* vide, *Clerici.* vide, *Adulterium. Diſt. 34. cap. Si cuius vxorem.*
vxor adultera, quam maritus non vult reconciliare, tenetur ingredi monaſterium. *de conuerſ. coniugator. c. Gaudeamus.*
vxor adultera, ſi ſeparatur, non poteſt petere medietatem bonorū, quę vir acquiſiuit. *Honor. 3. ex Cirone, tit. de adult. c. 1.*
vxor adultera ſeparata, per hoc perdit dotem. *De donationibus inter, &c. c. Plerumque.* vide, *Dos.*
vxor notoriè adulterans, non poteſt petere reſtitutionem viri. Si verò etiam vir adulterauit, poteſt eam repetere. *De diuortys cap. Significaſti.*
vxor accuſata de fœdere coniugij, non poteſt vocari ad iudicium, niſi prius reſtituatur ſuis parentibus, & detur ei locus ſecurus. *Nicol. 1. in decr. tit. de iudicijs c. 16.*
vide, *Adultera.* vide, *Adulterium.* vide, *Diuortium.*

Vxor occidens, vel machinans viri mortem, vel filij.

vxor occidens virum, in monasterium se recipiat, & pęniteat (si est occultum.) *conc. Elibertinum c. 9.* Aliæ pænitentiæ ipsius. *de pœnitentia dist. 1. c. 11. Si forte.*

vxor procurans mortem viri, potest ab hoc dimitti. Vir potest aliam ducere, sed vxor caret spe coniugii. Intellige de viro non viuente vxore, sed ea mortua: ipsa verò, nec post mortem viri, potest. *conc. Elibert. c. 9. conc. Lat. 3. p. 49. c. 4.*

vxor occidens filium, non debet separari à viro. *de his, qui filios occidunt. c. Intelleximus.* Vide, *Matrimonia prohibita in pœnam.* Vide, *Occidens.*

Vxorem occidens.

vxorem occidens, quomodo puniendus. *Post ep. 4. Pij 1. 33. q. 2. c. Quicumque.* Vide, *Occidens.*

Vxores Clericorum relictæ.

vxores clericorum, Diaconorum, Presbyterorum, Episcoporum, &c. relictæ ex morte eorum non possunt amplius nubere; alias excommunicentur. *conc. Epaunense c. 32. conc. Illerdense c. 8. conc. Matisconense 2. c. 16. conc. Antisiodorense c. 22. & dist. 28. vt infra.*

Eas ducentes, quomodo puniendi. *Dist. 28. c. Quia sunt culpæ. c. Si se cuiquam, & c. Si qua vidua.*

Vxores clericis, an, & quibus prohibitæ.

Vide, *Clerici in sacris, an possint ducere vxores.*

Vide, *Matrimonia prohibita ratione status.* Vide, *Ordinatorum obligat.*

vxorum vsus permittitur subdiaconis, diaconis, Presbyteris, & Episcopis, iuxta consuetudinem Ecclesiarum. *concil. African. c. 37.*

vxoribus vti non possunt ordinati in sacris, alias puniantur (intellige de Latinis.) *conc. Eliber. c. 33.* vide alios titulos, vbi in principio.

vxores ducentes ordinati in sacris, separandi sunt. *Dist. 27. c. Presbyteris.*

vxores, in nulla Ecclesia ducere possunt clerici in sacris. *dist. 32. c. Si qui verò. c. de illo clerico. cap. Lectores, & cap. Seriatim.*

Clericus vxoratus (inter Latinos, non potest promoueri ad sacros ordines, nisi vxor emittat votum continentiæ. *de conuers. coniugat. c. Coniugatus.*

vxores duas ducens sorores, non potest fieri clericus, neque qui ducit viduam fratris, vel filiam fratris. *conc. quod dicitur Apostol. c. 19.*

Clerici, quibus permittuntur vxores, non possunt ducere meretrices, neque repudiatas. *Li. 3. const. Apostolic. c. 2.*

vxorem ducens electam; ancillam; spectaculis seruientem, non potest ad sacros ordines ascendere. *conc. quod dicitur Apostol. c. 18.*

vxor ab Episcopo, quomodo dimittenda (quando sit necessarium dimittere.) *conc. quod dicitur Apost. c. 6.*

vxores clericorum peccantes, &c. domi ab eis puniendæ. *concil. Tolet. 1. c. 7.*

vxores clericorum si peccant, quomodo puniendæ. 33. *q. 2. cap. Placuit.*

Vxor relinquens virum, vel cum secundo nubens, viuente primo.

vxor, viuente primo viro nupta cum secundo, quando, & quomodo recipienda est ad pœnitentiam (& nullum est matrimonium cum secundo.) *Zacharias ep. 7. c. 20.*

vxor fidelis dimittere potest virum infidelem. 28. *q. 1. c. Iam nunc.*

vxor recedens à viro, & opponens de consanguinitate, non restituenda, sed audiendæ probationes. & quid aliud agendum. *de restitut. spoliat. c. Literas.*

vxor relinquens virum, & nolens ad eum redire, est excommunicanda. *Nicolaus 1. ep. 54.*

Si absque causa eum relinquit, neque in fine communicet. *Conc. Elibert. c. 8. & 9.*

vxor relinquens virum infidelem, potest alium ducere. 28. *q. 2. c. Si infidelis.*

vxor relinquere potest virum frigidum, si matrimonium non est consumatum. 33. *q. 1. c. Quod autem. de frigidis, &c. per totum.*

vxor relinquens virum, ob frigiditatem ante matrimonium consumatum, potest alium ducere. alias vterque manet innuptus. 33. *q. 1. c. Requisisti.*

vxor relinquens virum (etiam infidelem) sua authoritate, cogitur ad eum redire; secus si per iudicium Ecclesiæ fuit separata. *de diuortijs c. de illa.*

vxor separata à viro ob infidelitatem, eo redeunte, etiam nolente, potest ingredi Religionem. *de conuers. coniugat. c. fin.* Vide, *Poligamia.*

Ab vxore, quando abstinendum.

vxore pariente, vir ad eam non accedat, donec puer ablactetur. *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. c. 64.*

Ab vxore abstinendum, quando est grauida: tangere enim eam, pessimum est. 32. *q. 4. c. Origo.*

Ab vxore abstinendum, quando Eucharistia in mane sumenda est. 33. *q. 4. c. Sciatis, & c. Vir.*

Ab vxore abstinendum in die Natalis Domini, & aliis solemnitatibus. 33. *q. 4. c. Quotiescumque. c. Si causa, & c. Christiano.*

Ab vxore abstinendum tempore ieiuniorum. 33. *q. 4. c. Fratres.*

Ab vxore abstinendum, quando fit pœnitentia. 33. *q. 4. cap. Qui in castigatione.*

Vxore cognita carnaliter à fratre viri, ab ea abstinendum, donec pœnitentiam illa fecerit, & hoc ex dispensatione Episcopi. *conc. Triburiense 1. c. 41.*

Vxor meretrix.

vxor meretrix duci potest absque peccato. 32. *q. 1. c. vltimo.*

vxor meretrix à clerico non potest duci. *lib. 3. const. Apost. c. 2.*

Vxor fidelis non nubat cum infideli.

Vide, *Matrimonia prohibita ratione cultus.*

vxor fidelis ducens virum infidelem, ab Ecclesia eiiciatur, & grauissima pœnitentia puniatur. *conc. Nican. 1. ex Arabico cap. 67.*

Vxor nubens alteri putans virum mortuum.

vxor sic nupta, redeunte primo ad illum accedat; quia secundum matr. fuit nullum. 34. *q. 1. c. Cum per bellicam. c. Cum in captiuitate. & c. Non satis.* Quod si à secundo non vult separari, excommunicetur. *ibid. c. cum per bellicam.* Et in hoc casu neque mulier fit adultera, neque secundus vir est inuasor. *ibid.*

vxor non potest contrahere cum alio viro, nisi sit certa de morte primi. *de sponsalibus, &c. c. In præsentia.*

vxor, quæ putans virum mortuum religionem ingressa est, eo redeunte, debet exire, & ad illum reuerti. *de conuers. coniugat. c. Placet nobis.* Sed eo mortuo tenetur ad Religionem reuerti. *ibid.*

Vide, *Matrimonia plura.* Vide, *Poligamia.* Vide, *Vxor relinquens virum.*

Vxor, quomodo diligenda.

vxor contemni non potest, prætextu Religionis. *dist. 28. cap. Si quis.*

vxor non amanda vt adultera, quia graue malum hoc est. 32. *q. 4. c. Origo.*

vxorem tenens, vt concubinam, est excommunicandus. *Nicolaus 1. in decretis de impedim. matrim. c. 6.* Vide, *Amare.*

Vxoris priuilegia quædam.

Vide, *Coniux*. Vide, *Fœmina*. Vide, *Mulier*.
vxoris compater, est compater etiam viri. Vide, *Compater*.
vxor potest virum sequi vltra mare, si vult. *de voto, &c. c. Ex multa. §. Quod.*
Vxor potest contra quemcumque dotem repetere. *De pignoribus cap. Ex literis.*
Sed adultera non potest dotem repetere. vide, *Vxor adultera.*
Vxor potest sibi eligere sepulturam. *De sepulturis cap. De vxore. Conc. Later. 3. p. 50. c. 63.*
Si non elegit, sepelienda est cum viro. *13. q. 2. cap. vnaquæque.* Vide, *Sepultura.*
Vxor manens in sæculo, viro profitente Religionem, nisi in conspectu Ecclesiæ voueat continentiam, vel intret Religionem, potest virum etiam professum reuocare. *Concil. Later. 3. tit. De coniugatis c. 4.*

Vxoris restitutio.

Vxor restituenda est viro probanti desponsationem, & copulam, dummodo vir cautionem faciat de eius impunitate, nisi magna sit eius sæuitia. *de restit. spoliat. c. ex transmissa.*
Vxoris restitutionem petenti, si opponitur de consanguinitate, quid agendum. *ibid. cap. Literas tuas.*
Vxor filij detenta à patre, per censuras Ecclesiæ restitui iubeatur. *De sponsalibus, &c. cap. Non est.*
Vxor, quæ cogitur abiurare maritum, est ei restituenda, & iuramentum non tenet. *Conc. Later. 3. p. 50. c. 25.*
Vide, *Restitutio.*

Vxor repetens virum.

Vxor non potest repetere virum, si hic de eius licentia Religionem intrauit. *De conuers. coniugat. c. Veniens.*
Vxor potest repetere virum professum, si licentiam ex metu dedit. *ibid. cap. Accedens.*
Item si viro profitente, ipsa remansit in sæculo, absque voto continentiæ, in conspectu Ecclesiæ. *Concil. Lateranen. 3. tit. de coniugatis cap. 4.*
Vxor si absente viro instat ad Episcopum, *vt redeat, alias faciet* diuortium, si Episcopo *compellente* non vult redire, & fit sententia diuortij, *quando* potest alteri nubere. *Concil. Later. 3. p. 50. c. 23. Nota*, & in occasione pro solutione lege *in* textu hanc doctrinam.

Vxor circa alia quædam.

Vxoris vas si sit arctum. Vide, *Vas.*
Vxorem ducens septennem, ex iustitia honestatis impeditur, nè consanguineam eius ducat. *De sponsalibus, &c. cap. inuenis.* Vide, *Matrimonia prohibita ratione publicæ honestatis.* vide, *Impedimentum.* Vide, *Honestas.*
Vxore, vel viro negante desponsationem, tenetur probare negans. *De clandestina desponsat. c. 1.*
Vxoris morte, donatio redit ad virum. *De donationib. inter virum, &c. cap. donatio.*
Vxoris dos, quando confiscanda ratione hæresis mariti. Vide, *Confiscatio.*
Vxor consanguinea, quare non accipienda. *35. q. 1. cap. cum igitur.*
Vxoris soror impropriè dicitur cognata. *35. q. 5. cap. Quod autem.*
Vxor compatris vxoris duci non potest à marito. *30. q. 4. cap. Scisciator.*
Vxor compatris potest duci, si ipsa non fuit commater. *30. q. 4. c. Qui spiritualem. & cap. Post vxoris obitum.*

vxor, quæ filiastrum è fonte leuauit, non separatur à uiro, nisi ex consensu uiri fecerit. *Causa 30. q. 1. cap. Nosse desideras.*
Vxor tenens ex fraude filium coram Episcopo, non separatur à uiro. *30. q. 1. cap. dictum est.*
vxor simul cum viro non suscipiant filium alicuius in baptismo. *30. q. 4. cap. Quod autem.*
Vxor, quæ cognita fuit ab vxorato ante matrimonium, insciа, quod esset uxoratus, potest petere diuortium, sed uir non potest. *de eo, qui duxit, &c. c. 1.*
Vxor, uiro mortuo, etiam tempore luctus potest nubere. *Concil. Later. 3. tit. de Nuptijs c. 2.*
Vxor perdens ius petendi debitum, non potest illud auferre uiro. *Conc. Lateran. 3. par. 49. cap. 18.*
Vide in sequenti titulo.

Vxoratus.

Vide, *Coniugatus*. Vide, *Clerici coniugati.*
Vxorati non admittendi ad dignitates Ecclesiasticas. *De clericis coniugatis cap. cum decorem.*
Vxoratus non potest in Religionem intrare; nisi intret etiam uxor: uel si suspecta non sit, uotum continentiæ emittat. *de conuers. coniug. cap. cum sis præditus, & c. vxoratus.*
Vxoratus (inter Latinos) non potest promoueri ad sacros ordines, nisi uxor continentiæ uotum emittat. *ibid. cap. Coniugatus.* At in *Extrau. Ioann. 22. de voto c. Antiquæ* habetur, quod etiam si consumauit matrimonium, *non* potest ulterius promoueri, nec ministrare in habitu, nec ad officium, aut beneficium Ecclesiasticum promoueri, nec matrimonium soluere. Si matrimonium non fuerit consumatum, per ingressum Religionis Episcopus cum eo dispensat, ut possit promoueri. Si non intrat Religionem, & sponsa instat, tenetur matrimonium consumare, & Episcopus compellit ad id. *ibid.*
Vxoratus non potest esse Episcopus, nisi uxor *Religionem* profiteatur (inter Latinos.) *de conuers. coniugat. c. Sanè.*
Vide, *Episcopus.*
Vxoratus faciens professionem in Religione, uxore continente, etiam *mortua illa, non potest* matrimonium aliud contrahere; *etiam si* numquam intrauit in monasterium. *ibid. cap. ex parte Abbatis.*
Vxoratus, si uiuente prima, contrahit cum secunda, inualidè facit: sed an sit legitima proles. *Qui filij sint legitimi, cap. fin.*
vxoratus, si uiuente prima cognoscit aliam insciam, & ea mortua contrahit cum hac secunda, non potest ratione adulterij cum prima petere diuortium, sed uxor potest. *de eo, qui duxit, &c. cap. 1.*
vxoratus tenens concubinam, excommunicetur. *Concil. Roman. sub Alexandro 2.* vide, *Concubinarius.* vide, *Coniux.* vide, *vir.*
vxoratus cognoscens carnaliter matrem uxoris, antequam consumet cum uxore, si est occultum delictum, non separetur; si est publicum, separetur; & cum *alia* potest ex dispensatione contrahere, & illa alteri nubere. Sed si sponsam cognouit, & postea matrem, nec illam, nec aliam potest habere uxorem. *Concil. Later. 3. tit. de eo, qui consanguineam, &c. c. 4.*
vxoratus cognoscens carnaliter matrem, uel sororem uxoris, quando non potest petere debitum. vide, *vir carnaliter, &c.* vide, *Carnalis copula.* Non potest amplius cum uxore coniungi, nec alteri nubere, si prius uxorem cognouerat. *Conc. Lateran. 3. de sponsalibus secundo c. 6.*
Vide, *Matrimonia quibus prohibentur in pœnam.*
Vide, *Coniuges.*

LAVS DEO.

BIBLJOTEKA KÓRNICKA
3148

